BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
40 K
23

M. 4

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
40 H K
23

M. 4

Digitized by Google

Digitized by Google

FRANCISCI

GEORGII VENETI Minoritani, in ſcripturam ſacram problemata.

Cum indice triplici: Primus, Tomorum & Sectionum: Secundus, rerum & verborum: Tertius, locorum Sacræ Scripturæ citatorum & explicatorum.



PARISIIS,

Apud Michaëlem Sonnium, ſub ſcuto Baſilienſi, via Iacobæa.

M. D. LXXV.

Cum priuilegio Regis.

PRIVILEGII SVMMA.

CAROLVS IX. Francorum Rex, ſuo diplomate ſanxit, ne quis *Problemata Sacræ ſcripturæ Georgij Veneti &c.* præter Michaëlem Sonnium Bibliopolam, ad eius caſtigationis exemplum imprimat, néve alibi impreſſa diuendat in Galliis. Secus qui faxit, mulcta fiſco applicāda, aliiſque pœnis indictis damnabitur, vt latius patet in literis Priuilegij, indultis Lutetiæ, v. Nouembris. 1570.

PAVLO III. PONTIFICI MAXIMO
FRANCISCVS GEORGIVS VENETVS minoritanus fœlicitatem.

NIHIL eſt Pater Beatiſſime, quod à nobis omnibus horum temporum hominibus, qui in operibus elucubrandis quomodo verſamur, aut conari, aut perfici poſſit: quod non iure optimo Beatitudini tuæ, tum priuatim, tum publicè dicari putem oportere: Priuatim propter domeſticum ſplendorẽ tuum, ſummam amplitudinem, illuſtres virtutes, ſingularem in omni doctrina eruditionem, & id genus plurima: quæ Scriptorum animos perſtringere atque ad ſeſe allicere ſolent: Publicè propter eam, in qua conſtitutus es, ſupremam omnium Pontificatus dignitatem. Si enim Deo Opt. Max. quicquid eſt votorum, quicquid precum, quicquid ſacrificiorum dandum cenſemus: Beatitudini tuæ eius in terris vicem gerenti non dicari ſtudia noſtra, præſertim Chriſtiana, ſine ſummo penè ſcelere non poſſunt. Cum itáque ego ætate licet graui, & iam propè præcipitata, more meo, quadam inſiſtens via, quantum vidi, à maioribus noſtris ſanctiſſimis illis viris atque doctiſſimis non attentata, non nihil ad ſacrarum ſcripturarum obſcuriora ſenſa dilucidãda ſpectans, ſecundum donum gratiæ Dei, quod datum eſt mihi ſecundum efficaciam potentiæ illius, ſim proximis annis meditatus: illúdque qualecunque eſt, in lucem hominum educi vellem', cenſuram Solomonis veritus. מ:ע נר יקבהו לאום Chriſtiani hominis Chriſtianũ opus Chriſtianę Reip. Principi tibi atque aſſertori ſacrari placuit. Nihil enim mihi aut ſpecie honorificentius aut re tutius hac vna nuncupatione poſſe contingere ſentiebam. Statuebã equidẽ, ſi tales futuri erãt mei libelli, vt premi (quòd aiunt) digitis mererẽtur, ſummum eis accedere ſplendorẽ cœlſiſſimi atque fulgentiſſimi nominis tui appoſitione. Sin minus, eiuſdem reuerentia atque cultu ſummum addi præſidium, ſummum à liberiorum hominum procacitate perfugium. Vt enim in nomine Ieſu omne genu flectitur: tuũ nomen, quod ei proximè accedit, ſumma ſemper reuerentia proſequi, ſummo ſemper ſtudio venerari ſolere. Adde quod hæc eò mihi res commodius cecidit: quòd, cum ſalutandæ Beatitudinis tuæ, atque eius ſacratiſſimos pedes deuotiſſimè exoſculandi longo iam anteà deſyderio tenerer, necdum oretenus licuerit, hæc mihi ad hoc officium præſtandum peropportuna viſa eſt occaſio: tum vt, iuxtà Platonicum illud, quãtum in me eſt, pulcher ad pulchrum eam: tum verò, vt Moſem ſequar. לא יראו פני ריקם. Sume igitur

Ephe.3. *Prou.11.* *Phil.2.* *Pla.in Tim.* *Exod.23.*

Pater Beatiſſime hoc, quicquid eſt, laborum meorum miti, facili, atque ſereno(vt ſemper es)ſupercilio, ad illorum vſum, quantum potui, concinnatum, quibus Christiana ſtudia ſunt cæteris ſtudiis potiora, nulla ſpe laudis, nulla præmij(mihi enim abſit gloriari aut ſperare: niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti) ſimplici tum ordine, tum ſtylo. Cenſeo enim(præter id, quod ego in Oratorum ſcholis aliò ſpectans non ſum adeò verſatus) Chriſti doctrinam non verborum aut ordinis nitore, ſed fidei ac charitatis ardore niti oportere. Iuxtà illud Pauli. Sermo meus & prædicatio mea nō in perſuaſoriis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus ac potentiæ. Quòd ſi hac in re aut quantum cupiebā, aut quantum maiori quis ingenio aſſequi potuiſſet, Beatitudini tuæ, vt eſt iudicio ſingulari, non videbor aſſecutus: Illa velim reputet in præclaris voluiſſe etiam non aſſecutis pulchrum eſſe atque honorificum. Probetur conſilium: ſi minus euentus. Commonſtrarim ego, tāquam digito, viam aliis: qui in hoc ſtadio maiori cum laude currant. Nam quod attinet ad laudes tuas, Pater Beatiſſime, quando illæ eò accedunt, vt poſſit eas quis dicendo ſequi potius, quā aſſequi, mirari, quam narrare, mirum à me ſilētium fiet. Illud certè dicam nullas poſſe eſſe virtutes, nullam animi magnitudinem, nullam doctrinā, nullum cōſilium: quæ ſi iſti dignitati, in qua cōſtitutus es, iſti ſolio, in quo ſedes, iſtis rebus, quibus omnium Chriſtianorum conſenſu preces, cōferantur, inueniantur maiora. Summum conſilium tuum Chriſtianorum principum animos in diuerſa trahentes vniat oportet: ſumma doctrina tua infinitas penè hæreticorum ſectas comprimat: ſumma animi tui magnitudo Chriſtianæ fidei hoſtes infeſtius inſultantes proſternat: ſumma denique probitas tua Chriſtianum cultum augeat: depreſſis opem ferat: elatis modum imponat, optatam denique pacem ſtatuat: ætatem illam auream lōgo iam tempore abolitam referat. Ità enim video, Pater Beatiſſime, omnibus eſſe perſuaſum aut te Pōtifice, aut nullo alio Chriſtianam rem, Romanam ſedem iam diu nutantes & penè collapſas in veterem poſſe reſtitui dignitatem.

Gala. 6. *1. Cor. 2.*

Valeat fœlix Beatitudo tua.

FRANCISCVS GEORGIVS LECTORIBVS. S.

CVM totius actæ vitæ reddenda ratio ſit, homini præſertim Chriſtiano, atque in Chriſtianis ſtudiis multum verſato: Ego, qui iã anteà à iuuentute mea, & firmiori poſteà ætate, tũ docendo publicè atque concionando, tum meditando priuatim atq; lucubrando prodeſſe ſacrarum literarum ſtudioſis pro virili non deſtiti, parum ſatisfacere ex inſtituto videbar: ſi hoc poſtremum, quod ſupereſt ætatis, per ocium & deſidiam trãſegiſſem. Quamobrem ſuſcœpi (quantum mihi diuina lux affulſit) enucleanda tria millia loca tum ſcripturæ ſacræ, tum id genus, à paucis antè me (quantum vidi) attentata: Idque eò feci libentius, quàm vnquã anteà, quò laborem hunc meum noſtris hominibus opportuniorem fore ſperabam: qui, Deo Opt. Max. annuente, id genus ſtudij, omnibus aliis poſthabitis, hac tempeſtate paſsim amplectuntur, colúntque. Et quidem maximè meritò. Quid enim doctrina ſacrę ſcripturę aut ad appetendum honeſtius? aut ad inueſtigandum ſuauius? aut ad aſſequendum fructuoſius? Hæc altitudine ſenſuum, hæc ſentẽtiarum grauitate, hæc orationis flumine ità ſcatet: vt quæ maximè. Hæc demum (ſi quis altius inſpiciat & liberius iudicet) ſcientiarum omnium, quæ à mortalibus, quæque à cœleſtibus deſyderari poſſunt, fons atq; mater appellãda eſt. Hæc (vt rem ordine proſequar) Arithmeticam cõtinet: cum in ſuis viſceribus à maioribus noſtris viris illis ſapientiſsimis, immò à Spiritu ſancto plæraque numeris non modò vocalibus, ſed naturalibus, rationalibus atque diuinis ità exactè compoſita eſſe atque contexta compertum ſit: vt qui rei profunditatem attingant (qui pauci ſunt) mirari non deſinant. Quod elucet tum in ſexcẽtis aliis, tum primùm in eo numero: quo Deum Mundi fabricam abſoluiſſe, quóque præcepta tradidiſſe legimus. Hæc eadem continet Geometriam: cum Noeh nauem, Moſes arcam & tabernaculum, Salomon templum ad

eam Geometricam libellam abſolutè extruxerint,ad quã Deus vtrunque Mundũ fabrîcauit:Adeò vt iis,qui in eo genere præſtare ſiudent,admirandi atque imitandi locũ reliquerint.Huic ſubiacet Muſica: cum huius vnius ope anima harmonicis primùm rationibus cócinnata,ac noſtra poſteà incuria deprauata, in veterem dignitatem, & concentum reſtituatur ipſique Deo (quod maximè oportebat)conſona efficiatur. Quod quidem cantor ille illuſtris Dauid nobis cognoſcẽdum cumulatiſsimè reliquit:huius Muſicæ vi Deum ſibi ſuo ſcelere infenſum mulcere ſæpè ſolitus.Huius pedibus ambulat vera atque diuina Aſtrologia cũ nemo ignoret Ioſeph, Eliã, alióſq; plæroſque huiuſce claſsis viros non quidem ab aſtris tantùm, ſed ab intelligentiis,ſyderibus illis præſidẽtibus,id eſt ab ipſo Deo edoctos, affluentiam,egeſtatẽ,æſtus ac pluuias multò antè præuidiſſe ac prẹnũciaſſe.Huic innititur ea, quẹ naturalis Philoſophia appellatur:cũ in hac de ipſius naturæ primordiis ac progreſſu accuratiſsimè(ſi vſquam alibi)perquiratur,tractetúrque:vt vel primis veſtigiis Moſaici operis inſiſtentibus eſt videre: vbi celebrior,elegantiórque Philoſophia rectè intuentibus reperietur quàm à quoquam clariorum Philoſophòrum tradatur. Huic ſubditur Medicina:cum huius auſpiciis non modò febri,paralyſi,hydropiſi, apoplexia aut comitiali morbo laborãtes, non modò cæcos claudóſq; priſtinæ ſanitati redditos, ſed mortuos iam & conclamatos in vitam reuocatos ſæpius compertum habeatur.Nam quid de morali Philoſophia dicam?Quẹ quidem per ſe nihil eſt:aut quicquid eſt,ab hac vna mutuatur:quæ docet quomodò omnis virtus formetur: vt ſit viuens & efficax. Quid de legali peritia?Cum omnes omnium gentium Legiſlatores eò præclarius ſecum agi putauerint,quò propius accedere ad Moſaica inſtituta ſeſe cognouerint. Quid de Rhetoricæ demũ inſtitutis?Cum ſermo Dei hac, quã propoſui, doctrina comparatus ardens ac penetrabilior omni gladio ſit: conſtétq; Apoſtolos illos nouos,alioqui homines parum mundana gratia,parum opibus valentes,longos maris, terrarumq́ue tractus dicendo in ſuam ſententiã vel facilè traxiſſe: nec homines modò,leonéſque atque dracones parere coactos, ſed Solẽ ipſum: vt Orphei laus iam longo vſu præſcripta longiori interuallo vincatur.Cum igitur hæc doctrina omnibus omniũ hominum

deſyderiis facere poſsit ſatis: cũ hæc ſola ad benè beatéque viuendũ atq; ad bene beatéque ſperandũ nos traducat: Chriſtianos homines hortari nó deſino, vt omnib⁹ velis, equíſq; (quod aiunt) ad hanc vnam capeſcendam connitantur: in hoc puluere deſudent: huic laudi ſeſe emancipare contendant. Quóque huius noſtri laboris ſtudioſis ſupellex paratior ſit atq; explicatior: curaui, vt quo ſunt ordine tradita cuncta proſequamur. Agitur itaque primùm quingentis problematibus de hiſtoriis fabricæ tum mundanæ tum humanæ: totidem de hiſtoria legis latæ: totidem de Prophetarum vaticiniis: totidem de Euangelicis myſteriis: totidem de penitioribus arcanis Iob, Salomonis, Triſmegiſti, Zoroaſtris, Orphei, Pythagoræ ac Platonis, ab eadem (vt opinor) officina prodeuntibus. Cumque mihi tãquam racemationes mixtim vndíque conquiſitæ rerum ſcitu dignarum ſupereſſent: vt ex reliquiis quoque cogitationum mearum feſtum Domino fieret, totidem demum problematibus de ipſis agendum duxi. In quibus quidem omnibus nolim perſpicaciores homines admirari, ſi qua interdũ (quãuis raró) repetita eſſe videantur: cum illa eadem (vt deprehendi facilè poterit) ſint aliis clauibus, aliis rationibus reſerata. In ſeptuaginta enim duas facies ſacræ ſcripturæ ſenſa variari poſſe Zohar, inſignis atque celeberrimus author nos edocet. Nolim præterea arrogantiæ mihi tribui: ſi à quibuſdam Doctorum noſtrorum opinionibus conteſtatis iam antè & inoletis interdum receſſero, ſecutus quod mihi probatius erit: cum à ſcopo Chriſtianæ veritatis (quoad per me fieri poteſt) ne latum quidem vnguem aberrare ſit animus. Nolim demum me incuria notari: ſi nulla controuerſia propoſita, more parum problematico, vt inſtitueram, aliqua interdum declarãtur: ſiqua à ſententiis aliquando ſummatim, aliquando verò ad verbum citari videntur: cum ad hæc modò opportunitate, modò neceſsitate rei vel inuitus adducar. Sumite igitur faciles, æquíque, quoſcunque noſtrarum non pœnitet vigiliarum: atque ità ſumite, vt ſiquid in eis probè elaboratum, ſi quid concinnè dictum offenderitis, Deo Opt. Max. à quo omne bonũ eſt, ſiquid vulgare atque inſulſum, mearum virium tenuitati acceptum referatis. *Iaco.1.*
Valete.

FRANCISCI CVSANI MEDIOLANENSIS MINORITANI Carmen.

Quæ vates cecinere piĳ, quæ legiſer Heros
Plena arcana Deo, at variis obducta tenebris,
Hauſit ab altiloquo ſupremi numinis ore,
Dilucent nunc luce tua, lux alma Georgi,
Ille igitur, qui cuncta atris inuoluerat antè
Nubibus in ſcriptis Vatum: quibus inſita paßim
Nos fugere diu flammarum ſemina cæcos,
Penniger accenſos efflauit ſpiritus igneis
In mentis diuina tuæ, Pater optime, templa,
Oceani aſſuetæ ſummi potare fluenta.

TOMORVM ET SECTIONVM INDEX.

Tomi ſunt ſex, quorum primus eſt de hiſtoriis Sacramentalibus, continens Sectiones nouem.

PRIMA eſt de mundi fabrica. 1.a
Secunda eſt de Noë & diluuio. 11.a
Tertia eſt de Patriarchis. 15.b
Quarta eſt de Ioſeph, & deſcenſu Iſraëlis in Aegyptum. 32.a
Quinta eſt de Moſe & exitu Iſraëlis ex Aegypto. 40.a
Sexta eſt de progreſſu & peregrinatione Iſraëlis in Aegypto dēptis legalibus. 44.b
Septima eſt de introductione populi in terram promiſſam. 52.a
Octaua eſt de Samſone & aliis ducibus. 54.a
Nona eſt de Dauide, & aliis veris regibus. 59.a

Tomus ſecundus eſt de lege, continens Sectiones.8.

PRima eſt de quibuſdam praecedentibus legem. 64.b
Secunda eſt de excluſis & repudiatis à lege. 70.b
Tertia eſt de fabrica tabernaculi & ornamento ſacerdotis. 77.b
Quarta eſt de moribus ſacerdotis & cultu Dei. 85.b
Quinta eſt de praeceptis à Deo in genere datis. 96.a
Sexta eſt de praeceptis primae tabulae. 103.b
Septima eſt de praeceptis ſecundae tabulae. 114.a
Octaua eſt de quibuſdam conſequentibus legem. 129.b

Tomus tertius eſt de prophetarum oraculis continens Sectiones.9.

PRima, de praecedentibus oracula. 137.b
Secunda, de oraculis ad diuinitatem puram & opificem pertinentibus. 141.a
Tertia, de oraculis ad Dei prouidentiam, iuſtitiam & miſericordiam pertinentibus. 145.b
Quarta, de Chriſti conditione & aduentu. 153.a
Quinta, quòd Chriſtus per paſſionem & mortem nos redemit. 159.b
Sexta, de multiplici beneficio per mortem & paſſionem Chriſti ſuſcepto. 166.a
Septima de Chriſto iudice. 175.a

Octaua,de verbi Dei *prædicatione.* 184.b
Nona,de nouiter & nouiſſimè faciendis à chriſto. 193.b

Tomus quartus eſt de Euangelio,continens Sectiones.9.

Prima eſt de vniuerſalibus circa Euangelium. 204.a
Secunda de Chriſto Deo. 209.a
Tertia,de Chriſto bellante & rege pacis. 216.b
Quarta,de Chriſto,patre,doctore & paſtore. 226.a
Quinta,de Chriſto redemptore,ſacerdote & hoſtia. 237.a
Sexta,de Chriſto iudice. 244.b
Septima,de iis quæ à nobis exiguntur,vt regnum adipiſcamur. 263.a
Octaua,de quibuſdam Euangelij *locis abſtruſis.* 273.b
Nona,de beata virgine. 277.a

Tomus quintus eſt de ſeptem ſapientum doctrina, continens Sectiones.5.

Prima eſt de Salomonis dictis ac geſtis. 281.a
Secunda,de iis quæ per Iob & circa Iob dicta & geſta ſunt. 302.a
Tertia, de Mercurij Triſmegiſti dogmate. 316.b
Quarta,de placitis academicorum. 323.a
Quinta,de abſtruſis Orphei,Pythagoræ & Zoroaſtris. 336.a

Tomus ſextus eſt de multigenis rebus occurrentibus, habens Sectiones. II.

Prima eſt de diuinis. 348.b
Secunda de cœlis & ad ipſos pertinentibus. 355.a
Tertia de homine ac eius viribus. 358.
Quarta de moribus & fortuitis hominum euentibus. 364.b
Quinta,de bonis & malis angelis. 372.a
Sexta,de animalibus. 377.b
Septima,de mundo,& naturæ proprietatibus & accidentibus, 382.b.
Octaua,de operationibus quæ fiunt à natura,vel virtute aliqua. 368.b
Nona,de quibuſdam ſcripturæ ſacræ locis reconditis. 394.b
Decima,de quibuſdam occultis operationibus naturæ & artis. 409.a
Vndecima,de ſitu & proprietate myſterioſa quorundam locorum. 415.a

Vnuſquiſque verò Tomus 500.problematibus abſoluitur.

Sectiones ſunt 50.& problemata 300.

INDEX RERVM ET VERBORVM INSIGNIVM, QVÆ HOC OPERE continentur.

A

Arō cur interpres Moſi conſtitutus. 42.b
Aaron cur Moſi datus in ſociū.398.b. & cur potius quàm alius. 399.a
Aaron & Maria cur cōtra Moſem murmurarunt. 48.b
Abel, vide Habel.
Abimelech rex Geraræ, addictus prophanis & peregrinis ſciētiis. 20.a
Abominatio deſolationis. 246.a
Abraham cur tentatus à Deo. 21.a
Abraham fuit ne maior Melchiſedech. 16.a
Abraham cur eductus foras. 16.b
Abraham loquēs cum Deo, cur dixit ego ſum puluis & cinis. 19.a
Abraham ad quem locum reuerſus cōplet⁹ colloquio cū Deo. 19.a
Abraham cur cōcubuit cum ancilla Ægyptia. 19.b
Abraham cur iniit fœdus cū Abimelech. 20.a
Abrahā cur plantauit nemus. 20.b
Abraham cur non contentus vna vxore aliā ſuperinduxit, & denique tertiam. 23.a
Abraham propter quam famem deſcendit in Ægyptum. 16.a
Abraham deprecando pro Sodomæis, cur incipit à quinquagenario numero. 19.a
Abraham cur contemptis Chananæis voluit quòd Izahac acciperet vxorem de Padam Arain. 22.b.23.b
Abraham quid meruit offerens filium in holocauſtum. 21.b
Abraham pater fidei & fons benedictionis. 15.b
Abraham cur nō benedixit filium ſuum Izahac. 23.b
Abraham cur proficiſcebatur ad meridiem. 15.b
Abraham cur benedictus poſt benedictionem datam. 15.b
Abraham cur exiuit è terra & cognatione ſua 15.b. & iuit in terram Chanaan.ibid.
Abraham peccauit ne concedens vxorem Pharaoni. 16.a
Abrahę fides cur reputata ei ad iuſtitiam. 16.b
Abrahæ circunciſio cur data in nouum fœdus. 17.b
Abrahæ oratio pro Iſmahele facta quid profuit. 19.b
Abrahæ ſtudium in hoſpitandis peregrinis & in aliis piis operibus. 16.a
Abrahæ nomen cur mutatum. 17.a
Abrahæ quis apparuerit in cōualle membræ. 18.b
Abrahæ cur datum fuit præceptū de circuncidendo præputio in octauo die. 396.b
Abrahæ cur dictum eſt, eiice ancillam & filium eius. 19.b
Abrahæ cur argentei mille dati ab

Abimelech in velamen oculorũ Saræ. 20.b
Abrahæ cur terra fœlix promiſſa poſtquam ſeparatus eſt ab eo Lot. 16.a
Abundantia frumenti penuriam piſcium indicat. 386.b
Abyſſus magna quid. 12.b
Abyſſi magnæ fontes, qui. 12.b
Accipiter cur volat ad Auſtrum. 306.a
Adam quomodo impoſuit nomina rebus. 4.a
Adam ſi non peccaſſet, an fuiſſent omnes cõfirmati in gratia. 395.a. & an fuiſſet incarnatũ Dei Verbum. 395.a
Adam quomodo cognouit ſe nudum. 7.a
Adâm cur culpam in Heuam retorſit. 7.b
Adam non eſt ſeductus, ſed mulier in præuaricatione, quomodo intelligatur. 7.b
Adam fuit mẽte in paradiſo. 219.a
Adam fuítne ſolus in paradiſo voluptatis pugnans? 219.a
ab Adam cur peccatum: à Chriſto verò iuſtitia? 206.a
Adoratores veri qui ſunt. 232.b
Aduentum Chriſti quomodo habemus ſecundum beneficium quod eſt vita æterna? 206.b
Aduerſario cui nos docet conſentire Chriſtus, dum ſumus in via. 245. b
Aegyptus aliquid fere mali ſemper in ſcripturis innuit, & populo Dei ſemper fuit infeſta. 16.a 45.b
Aegyptus cur decem plagis plagata. 43.b
Aegyptus cur percuſſa in liberatione populi Iſraëlitici. 43.b
Aër non elemẽtum, ſed glutinum elementorum. 1.a
Aethiopes ſole aduſti, cur dentes albos habere ſolent. 371.b
Aetna mons vnde ignem ex halat. 384.b
Agar, vide Hagar.
Ager quis excolendus eſt antequã domus ædificetur. 296.b
Alæ Seraphinorum & cæterorum angelorum quæ ſunt. 374.b
Alchimiæ operatores cur tantum aberrant in negociis ſuis. 369.b
Alexander à diabolo fuerítne genitus. 377.b
Altaria quot in lege iuſſa ſunt fieri, & ad quid. 81.a
Amen, cur toties repetitũ à Chriſto. 391.b
Amici qui (vt ait Salomon) auſcultant ſponſam in horto morantem. 282.b
Amor, de quo loquitur Plato in ſympoſio, quis eſt. 330.a
Amor & timor ad omne recte factum ducit, & contra. 80.b
Amorẽ eſſe cœcum cur dixit Orpheus. 336.b
Amore quo Deum diligere debemus. 103.b
Amore Deus mundum creauit quomodo intelligatur. 331.b
Angelus qui luſtatus eſt cum Iahacob quiſnam fuerit. 30.b
Angelus mortis quomodo à Chriſto moriente deuiſtus fuit. 218.a
Angelus domini vocãs Abraham de cælo cur vocem geminauit. 21.b
Angelus cur redarguit Saram ridentem. 20.b
Angeli ſuntne mixti cum materia, an ab ea ſeparati. 372.a
Angeli qua lege vel quo ſtatuto

ſunt immortales. 374.a
Angeli tres ad annunciãdum partum Saræ cur miſſi ad excidium Sodomæ duo tantùm. 18.b
Angeli ſi corporei, cur & quomodo nobis occultantur. 372.a
Angeli amici dicti. 282 b
Angeli ſúntne in gratia ſtabiliti, an poſſunt adhuc peccare. 373.b
Angeli, cuſtodiæ alicuius viri vel ciuitatis addicti, amouentúrne aliquando ab illo officio. 374.a
Angeli cur dicantur filij excuſſorum. 186.b
Angeli & dæmones poſſúntne dici animalia abſque errore. 372.a
Angeli aſſiſtentes Deo quinam ſunt. 372.b
Angelorũ numerus, 372.b. & 373.a
Angelorum officia. 373.b
Angelo vt videat homo qualem ſe debet exhibere. 372.b
Anima vniuerſalis quid eſt? 202.a
Anima cur locata in hoc corporis ergaſtulo. 321.b
Anima quomodo dolet aut triſtatur. 331.b
Anima adhærens Deo cur iucundatur & exultat. 358.a
Anima quæ peccauerit ipſa morietur. 174.b
Anima à diuinitate auulſa poteſtne in eadem reduci, & quibus mediis. 344.a
Anima quibus alis ad Deum reuertitur, à quo exiuit? 203.a
Anima quænam eſt ſita in medio mundi. 327.b
Anima quomodo eſt trina. 328.a
Anima cur in Deum reuertitur. 202.b
Anima eſt tota, in toto, & tota in qualibet parte. 78 a
Anima morti proxima lympidior fit in cognoſcẽdis occultis. 36.a
Anima quomodo infunditur in corpus. 219.b
Anima cur introducitur in corpus ex carne & ſanguine compactũ, vnde multa oriuntur? 219.b
Animam quibus veſtimentis & ornamentis vult decorari Deus, vt ſit digna ſuo conſpectu. 135.b
Animæ noſtræ quomodo illuſtrãtur à Deo. 351.b
Animæ noſtræ ſuntnè æquales in gradu perfecto. 358.a
Animæ omnes infundendæ vnde veniunt. 202.b
Animarum trãſitus quomodo fit. 328.b
Animarum vulgarium oculi diuinitatis radios ſufferre nequeũt. 1.a
Animalia omnia quis adduxit ad Adam. 380.b
Animalia & reliqua omnia, vnde habent proprietatem ſuam & vim operandi. 3.b
Animalia rapacia cur à ſacrificiis reiiciuntur. 75.a
Animalia quę peccatũ nõ fecerũt, cur cenſentur immunda. 74.a
Animalium ſemẽ vnde vim habet. 377.b
Animalium genera quot in ſcriptura enumerantur. 4.a
Animalium Brutorum Rex. 381.a
Antichriſtus cur inuadet pręcipue aſſyrios & hebræos. 181.b
Antiqui cur iam diligenter curarunt vt vltimæ voluntates effectum conſequerentur. 412.b
Antiqui cur tot Deorum numina colebant. 350.b
Antiqui anni an fuerũt meliores, an peiores nouis & nouiſſ. 165.a

Apollo qua virtute futura prædicebat. 393.b
Aqua miſericordiam, pietatem & clemētiam Dei ſignificat. 17.b. 23.a
Aqua baptiſmatis an ſit in ſignū, an tanquam cauſa operans. 18.a
Aqua maris cur diuiſa in tranſitu Iſraëlis. 398.a
Aqua munda, de qua in Ezechiele fit mentio, quænam eſt. 18.a
Aqua cùm ſit tā ſalubris, cur Deus per ipſam mūdum puniuit. 18.b
Aqua hydrias impleri cur iuſſit Chriſtus. 236.b
non in Aqua ſolum, ſed in aqua & ſanguine cur Chriſtus venit? 205.a
Aquæ quid deſignent. 1.b
Aquæ ſupramundanæ rerum producendarum ſunt fons & origo. 2 b
Aquarum cōgregationes quænam ſunt appellatæ Maria. 394.b
ex Aquis cur ſumptus Moſes. 40.b
Aquila quid deſignat. 46.b
Aquila cur ponit in ſublimibus & arduis nidū ſuum. 308.b. & cùm volucrum ſit regina, cur morticinis & fœtidis cadaueribus oblectari videtur. Ibid.
Arabia quid eſt. 416.b
Arati dictum ab Apoſtolo cōmendatum. 1.b
Arbor ſcientiæ boni & mali quid. 129.b. & cur plantata in medio paradiſi. 129.b
Arbor vitæ, & ſciētiæ boni & mali, Chriſtus. 5.b. & 129.b
Arbores in horto voluptatis quænam plantatæ. 5.a
Arca quo peſſulo clauſa, & à quo. 12.a
Arca cur tripartita ſiue tricamerata facta. 12.a
Arcæ menſura quæ. 12.a
Arcæ feneſtra cur concluſa cubito. 12.a
Arcam ligneā cur iuſſit Deus fieri ad ſaluādum humanum genus. 12.a
Arcana cur à ſapientibus obſcuris ſermonibus proponantur. 1.a
Arcus cæleſtis quid deſignat: 13.b
Arci colores diuerſi quid deſignant. 14.b
in Arcu cæleſti cur datum fuit ſignum fœderis. 13.b
Argentei mille cur dati Abrahę ab Abimelech in velamen oculorū Saræ. 20.b
Argento cur Chriſtus, non auro venditus. 154.b
Aries inter vepres hærens cornibus quid ſignificat, & à quo præparatus fuit. 21.b
Arithmetica ars, cur adeò à Pythagora, Iamblico & aliis multis celebratur. 338.a
Armati cur filij Iſraël aſcenderunt ex Ægypto. 44.b
cur Aſcendiſſe dicitur dominus ſuper nubem, aut ſuper alas vēti? 200.b
in Aſcēſu ſit ne labor maior quàm in deſcenſu. 369.b
Aſinus fortis cur dictus Izachar. 38.a
Aſinus ſiniſter & immundus quomodò pietatem ſignificat. 56.a
Aſini natura. 38.a
Aſinum equitare cur voluit Chriſtus in die palmarum. 274.a
Aſpectum ſuum mutaréne debet prædicator? 188.b
Aſſer quomodo interpretatur, & cur dicitur pinguis panis, & delitias præbens regibus. 38.b

Aſſimilari Deo quomodo poſſimus. 393.a
Aſtra matutina, Deum laudantia quæ ſunt. 307.a
Auarus cur deſtruit ciuitatē, vt ait Salomon. 294.a
cum Auditoribus quomodo ſe debet habere prædicator. 190.b
Aue cur expurgabatur leproſus. 125.b
Aues & animalia munda cur ſeptena & ſeptena introducta fuerunt in arca. 12.b
Aues multæ cur voce ſonora cantant. 380.a
Aues volantes ſuper faciem firmamenti quænam ſunt. 374.a
Auerrois Philoſophus. 3.a
Augurari cur prohibet Deus. 104.b
Auguria omnia per legem damnantur. 22.b
Auris quomodo audit. 360.a
Aurum vim habet à ſole, argētum à Luna, æs à Ioue, plumbum à Saturno. 80.a
Azima comedi cur iuſſit deus. 43.b

B

BAbel à quo ędificata fuit. 396.a
Baculus Iahacob quid innuit. 28.b
Balſamo cur linitum corpus Iahacob. 39.a
Baptiſmi aqua an ſit in ſignum, an tanquam cauſa operans. 18.a
Barbam cur nutriebāt antiqui Sacerdotes, hodierni vero nequaquam. 404.b
Bat hebraicè, quid Latinè. 2.b
Bat tres modios continet. 2.b
Beatitudo in quo potiſſimum cōſiſtit. 183.b
Beatitudinem in quo potiſſimùm Plato poſuit. 330.a
Beati vbi recipientur & collocabuntur à Deo. 13.a
Behelzebub cur dicatur Deus muſcarum. 187.a
Behemot quid ſit. 311.a.& ſeq.
Beniamin quid deſignat. 29.b
Beniamin cur lupus rapax dictus. 39.a
Benedicere Heſaü cur voluit Izahar. 25.b
Benedictiones centum cur hebræi Deo dant quotidie. 131.a
Benedictiones cur datæ fuerunt in monte Garizim. 98.a
Benedictiones datæ obſeruātibus & maledictiones datæ tranſgredientibus legē quid important. 97.b
Benedictiones quibus donatus eſt Ioſeph. 38.b
Benedictiones quibus donati ſunt filij Iſraël. 38.a
Benedictus cur Abraham poſt benedictionem illi datam. 15.b
Benedictus Abbas cur ordinauit, vt ſui Monachi opulentos redditus haberent. 368.a
Beſtiæ cur orto ſole congregantur in cubicula ſua. 153.b
Beſtiæ immundæ cur in arca ſeruatæ binæ & binæ. 12.b
Beſtiis, ventos, imbres & tempeſtates futuras quis dictat. 380.a
Bethlehē quid innuit. 415.b.150.a
Bile atra cur ſtudioſi opprimuntur. 333.b
Binarius numerus eſt infauſtus. 12.b.18.b. 338.a
Binarius pertinet ad ſecundā perſonam Trinitatis. 2.b
Bombycis fumum cur timent mali dæmones. 377.a
Bonum in quo potiſſimum conſiſtit. 402.a

Bona cum omnia ſint facta à Deo, cur Salomon dixit, omnia ſunt vanitas. 384.a
Bos quomodo cognouit poſſeſſorem ſuum. 156.b
Bos & ouis cur in vna, & eadē die immolari non debebant. 108.a
Boues, Equi, Canes, Gallinæ & huiuſmodi cur nobis obſequūtur. 378.b
Boues & oues cur in ſuperiori mādibula dentibus careant. 380.b
Bozra & Edoin quid eſt, 180.a

C

CAdauera omnia cur immunda dicuntur. 74.b
Cadauera cur terrorem aſtantibus ingerunt. 370.b
Cadauera ſepulta in Acheldamach ſtatim reſoluuntur. 370.b
Calciamentum pedum cur Deus iuſſit Moſi vt ſolueret. 41.a
Calculo ignito cur indigeat Iſaias ad expurgationem linguæ. 188.a
Calicem quē orāuit Chriſtus trāſferri à ſe. 408.a
Campanas, cur nulla ſecta, nulliúſque cultus homines pulſant prę-ter ſolos Chriſtianos. 304.a
Campanis hoſtes terrentur. 364.a
Canis rabidus cur aliquando efficitur. 380.a
Canis cur non latrauit in exitu Iſraëlis ex Ægypto. 44.a
Canis, Leo & Pardus, cur tam audaces. 379.a
Canis viuus cur dicitur etiam melior leone mortuo. 295.a
Canis tricerberus, Ammominus ſiue Mammona Ægypto præſidens. 44.a
Canes qua diſcretione aliquibus arrident, alios autem tanquam hoſtes inuadunt. 379.a
Cantus galli cur datus fuit in ſignum negationis Petri. 240.b
Caro, pellis & ſanguis ipſius vaccæ cur iubentur comburi. 102.a
Carni & corpori terreo nobis domando, nihil eſt magis contrarium, quàm ocium. 53.b
Carne & ſanguine cur potius nos redemit Chriſtus quàm anima? 238.b
ad Carnes & pepones Ægyptios cur Iſraëlitæ ſuſpirabant. 45.a
Caper cur per ſortem deligebatur mittendus in deſertum. 101.a
Capilli cur dicuntur numerati. 248.a
Caput Serpentis quis cōtriuit. 8.b
Captiuitatis Iſraëliticæ locus poſtremus quis. 416.b
Caſtra quæ vidit Iahacob in via. 30.a
Catharactæ ſiue feneſtræ cælorum quæ apertæ. 13.a
Cathena Platonis quęnā eſt. 326.b
Cauſa prima creaturarum omniū quænam eſt. 349.b
Cedri Libani à Deo plantatæ quæ ſunt. 144.b
Ceruorum inteſtina cur lege mūda cenſentur. 131.b
Ceruorum pedes cur prædicator habere debet. 190.a
Cete grandia, quæ. 4.a
Cetura vxor Abrahæ quænā fuit. 23.a
Chain & Abel quid deſignant. 10.a
Chain ad Habel quid dixerit. 10.a
ad Chain cur Deus non reſpexit. 10.a
Chaldæa quid eſt. 416.b
Chain qua irriſione irriſerit patrē. 14.b
Chamæleon quo myſterio colorē

in toto corpore & oculis mutat. 381 b
Chananæi cur primò poſſederunt terram viſionis. 41.b
Characteres Hebræi an ſint cæteris præſtantiores. 390.a
Characteribus in magia operantes, cur characteribus vtantur. 390.a
Charitas Dei non eſt aucta. 168.a
Cherub quid. 9.b
Cherubini poſiti ad cuſtodiã horti voluptatis qui. 9.b
Choreæ cur ducuntur ad ſonum alicuius inſtrumenti. 388.b
Chriſma quid nunc operatur, & quod olim. 393.a
Chriſtus cur dictus fuit ſaluator. 155.b
Chriſtus cur argento non auro venditus. 154.b
Chriſtus cur dict⁹ fuit Nazaræus. 159.a
Chriſtus cur naſci voluerit ex ſola muliere. 208.b
Chriſtus cur voluit honorari ramis oliuarum, & veſtimentis ſibi ſubſtratis. 407.a
Chriſtus cum miſſus ſit præcipuè ad oues, quæ perierunt, domus Iſraël, quomodo Iſraelitæ reiecti fuerunt ab eo. 407.a
Chriſtus maculas & ſordes ab anima tollit. 18.a
Chriſt⁹ ſurrexit ꝓpter iuſtificationẽ aut viuificationẽ noſtrã. 173.b
Chriſtus cur Angelis peccantibus non ſuccurrit, ſicut hominibus. 179.b
Chriſtus ſi ſanat, cur angelus quidam dicatur Raphael, id eſt, medicina Dei. 18.a
Chriſtus cur dicitur tabernaculũ ſuum in ſole poſuiſſe. 153.a
Chriſtus cur vocat ſe aquam. 18.a
Chriſtus cur docere & redimere voluit humanum genus in Ieruſalem. 159.b
Chriſtus cur naſci voluit in Bethlehem. 159.a
Chriſtus cur dictus fuit ſpecioſus forma prę filiis hominum. 154.b
Chriſtus vnguentum prætioſum è cœlo attulit. 163.a
Chriſtus reddétne mercedem benè operantibus. 183.a
Chriſtus cur mutauit circuncisionem in baptiſmum. 168.a
Chriſtus cur dicitur ſacerdos ſecundum ordinẽ Melchiſedech. 171.b
Chriſtus cur decantatur ſacerdos in æternum. 171.b
Chriſtus diligit nos, veluti vxorẽ filios, & membra ipſius effectos per paſſionem ſuam. 168.a
Chriſtus fuitne verus pater noſter? 226.a
Chriſtus cũ ſit dominus omnium: cur dixit regnum ſuum nõ eſſe de hoc mundo? 221.b
Chriſtus cur à Gabriele prænunciatus fuit? 221.a
Chriſtus cũ eſſet dominus omniũ cur omnibus & adeò ſe abdicauit, vt diceret. Filius hominis nõ habet, vbi caput reclinet. 221.b
Chriſt⁹ quomodo deſpõſauit ſibi Eccleſiã vt nos regñaret. 226.b
Chriſtus quomodo mundi principem foras eiecit (vt ipſemet prædixit) cũ adhuc multos ſub ditione ſua teneat, & ad malum inducat? 218.a
Chriſtus cum fuerit Rex & Dominus omnium: cur fugit in Aegyptum? 221.b
Chriſtus cur à Iohãne dicitur Rex

regum & dominus dominantiũ? 220.b
Chriſt' cur prætulit eos matri qui audiunt verbum Dei? 228.a
Chriſtus cur dicitur fuiſſe virga è radice Ieſſe egreſſa? 220.b
Chriſtus ſi pro ſolo Iſrael venit, quomodo ſaluãtur gẽtes? 206.a
Chriſtus moriens quomodo voce magna clamare potuit. 214.b
Chriſtus quomodo ſeipſum trãſfigurauit. 212.b
Chriſtus cur voluit vt in nomine eius omnia à patre peteremus. 210.a.& 211.a
Chriſti diuinitas quomodo humanitati coniuncta fuit. 211.a
Chriſtus ſi Deus eſt, cur dixit ſe habere doctrinam à patre. 212.a
Chriſtus contriuit ſerpẽtis caput. 8.b
Chriſtus ſolus omnia ſciuit. 25.a
Chriſtus eſt arbor vitæ,& ſcientię boni & mali. 5.b
Chriſtus cur agnus, & diabolus draco dicitur. 407.b
Chriſtus quomodo caput Eccleſię dicatur. 408.a
Chriſti ſolutio quomodò applica tur. 55.b
Chriſtiani cur potius à Chriſto denominentur quàm Ieſuani à Ieſu? 204.b
Chriſtiani cur ſacrificant ſuper mortuorum oſſibus. 367.b
Chriſtiani ſoli cur vtantur campanis. 364.a
Cibandos cur iuſſit Chriſtus diſcumbere ſuper fœnum? 235.a
Cibus patribus quo ordine datu'. 45.a
Cibo quonã moderato vti liceat. 343.b.
Circũcidimini domino,quibus dicitur. 186.b
Circuncidi fero cur iuſſit Deus. 134.b
Circũciſio cur data Abrahæ. 17.b
Circonciſio diminutionem concupiſcentiæ ſignat. 17.b
Clama, quaſi tuba exalta vocem tuã & Iſaię Deus,cur dixit. 186.b
Claues iudicãdi quibus datę ſunt. 250.a
Claues Dauid quænam ſunt, quibus clauditur & nemo aperit,& è conuerſo. 213.a
in Clitella cameli cur abcõſa idola Labam. 30.a
Cogitatio hominis quæ eſt. 186.a
Colles & montes cur & quando dicuntur exultaſſe. 158.b
quare Collum Spõſa aſſimilatur turri Dauid quæ fuit cum propugnaculis conſtructa. 289.a
cur dicitur quod in collo ſponſio eſt omnis armatura fortiũ. ibid.
Coluber & ſerpẽs tortuoſus quis eſt. 310.b
Columba pacis & clementiæ nũcia. 13.b
Columba cur tanti habita, vt ſpiritum ſanctum aliquando deſignauerit. 13.b
Columbæ natura. 13.b
Concionator verus quid prædicare debet? 188.b
Condemnatio ſicut per vnius delictũ in omnes fuit, ita per vnius iuſtitiam in omnes homines intrauit iuſtificatio. 220.b
Confeſſio éſtne neceſſaria ad conſequendam beatitudinẽ. 269.b
Cõſenſum duorum vel trium cur tanti facit Chriſtus. 233.a
Cõuerſatio noſtra ĩ cœlis eſt. 166.a
Cor & cerebrũ cur comedi prohibet Pythagoras. 341.b

Cor & caro noſtra quomodo exultant in Deo. 150.b
Cor Pharaonis cur induratũ. 42.b
Cor triſte cur ſibi videtur Ieremias habere, & loqui cũ amaritudine animi? 201.a
Cor Regis cur dicitur eſt in manu domini & non aliorum hominum. 293.b
Cornutam faciem quomodo habebat Moſes. 48.a. & quomodo glorioſam ac ſplendentem. ibid.
Corona qua Beati coronantur. 257.b
Corona quanam coronabuntur beati. 183.b
Coruus cur primò à Noeh emiſſus. 13.a
Coruus cur ibat & reuertebatur quouſque excicarẽtur aquę. 13.a
Corui natura. 13.a
Corpus quod corrumpitur, coinquinat, vel (vt in littera habetur) aggrauat animam. 220.a
Corpore quo beata Virgo aſcẽdit. 279.b
Corporeum nõ operatur, niſi per contactum. 3.a
Coccus, Cedrus, & hyſopus cur addenda erant concremandis. 102.b
Cœlũ cur diuiditur in duodecim ſigna. 324.b
Cœlũ & terra ſi facta ſunt primo die, cur de fabrica cœlorum in ſecundo die ſubditur. 2.a
Cœlum quo circuitu voluitur inter Deum æternũ, & nos mortales. 355.a
Cœli materia in principio fuit producta. 2.a.b
Cœli cœlorum quinam ſunt. 14.a
Cœli an ſint ſolidi tanquam æs, an diaphani & trãſmeabiles. 306.b
Cœli ſuntnè temporales an ęterni. 355.a
Cœli quo ornamento diſpoſiti ſunt. 355.b
Cœli extenſi in figuram ſphæricam. 2.b
Cœli cùm ceſſabũt à motu, quidnam de eis erit. 307.a
Cœlorum globus cur locatus inter aquas ſupramũdanas & inferiores. 2.b
Cœlis forma ſecundo die data eſt. 2.b
Cœno cur omnes porci delectantur. 380.b
Crateres duo: vnus ſuperiorum & meliorum rerum: alter inferiorum ac deteriorum. 26.b
Crateres ſapientia pleni, quinam ſunt. 317.b
Creatura rationalis quæ anima dicitur cur, quomodo & quando creata ſint. 202.a
Credo (vt aiunt) vel ſymbolum Apoſtolorum, cur nuſquam reperitur ſcriptum. 369.a
Crimen vſurarium in quo conſiſtit potiſſimè: & quomodo cognoſcitur. 126.b
Crudelitate quomodo lamias vincas. 191.a
Crura ſponſi cur dicuntur columnæ marmoreæ ſuper aureis baſibus fundatæ. 288.a
Cultores ſuos cur Chriſtus permultas tribulationes in regnum Dei? 197.a
Cupreſſus quid denotat. 40.a

D

Dæmones qui, propriè. 375.a
Dæmones impuri, qui. 347.a
Dæmones corporei & generationi apti. 8.b

Dæmones quomodo generant. 377.b
Dæmones cur magis in nocte quã in die præualent. 376.b
in Dæmonibus an ſit fœmineus ſexus. 376.a
Dæmones mali qua virtute à prædicatoribus fugantur. 191.b
Dæmones mali cur cum dãno ſuo procurant mortaliũ caſum. 375.b
Dæmones mali fugantúrne virtute verborum ſacrorum? 191.b
Dæmones expulſi à peritis, ſolent ad deſerta & arida loca relegari. 40.b
Dæmonũ genera quot ſunt. 375.b
Damaſcus quid eſt. 415.b
Damnati ſi tot ſunt, vbi miſericordia Dei. 179.b
Damnati priuabuntúrne omnibus bonis à ſummo iudice. 182.b
Dan cur dictus coluber in via. 38.a
Daniel quomodo contra ſenes Suſannam calumniantes ſententiam tulit. 405.b
Daniel cur dictus ſit vir deſideriorum? 201.b
Danieli, cur apparuit Gabriel in Vlai. 201.b
Dauid cur dixit miſerere mei Deus. 163.a
Dauid cur regnũ adipiſci non potuit niſi percuſſo Hamalech. 403.b
Dauid quis fuit, & cur tanta ęlebritate electus. 59.b
Dauid à Samuële quo oleo vnctus. 401.a
Dauid cur fuit paſtor ouium. 59.b
cur Dauid electus fuit de Bethlehẽ ad regnandum ſuper Iſraëlem & Idumæam? 199.a
Dauid vnde habuit quòd venerit ad tantum gradum. 199.a
quando Dauid Rex iuſtus (vt Ieremias ait) ſuſcitabitur? 198.b
Dauid, quo ſpiritu, quáue virtute præ cæteris prophetis diuinos ac celeberrimos hymnos compoſuit. 60.a
Dauidici hymni, quam efficaciam ſiue virtutem habent, vt omnes ipſis oblectari videantur. 60.a
Decanos, Quinquagenarios, Centuriones & Tribunos cur Ietro iuſſit aut conſuluit præferri populo. 46.a
Decimę quo ordine dabãtur. 90.b
quomodo Decimæ comedi debẽt. 108.a
Denarius numerus, eſt conſummatus & completus. 43.b. 46.a
Denarium quem promittit dominus laborantibus in vinea. 224.a
per Denarium cur homo remuneratur. 387.a & cur nemo vnquã numerum adinuenit vltra denarium. 387.b
Deus pro dẽte, & oculus pro oculo cur dari iubetur. 128.a
cur Dentes ſponſæ aſſimilantur gregibus tonſarum aſcendentibus de Lauacro. 288.a
Dentes trigintaduo cur viris communiter dati. 360.a. & cur mulieribus tantummodo viginti octo. Ibid.
Dentes albos cur habere ſolent Æthiopes & Paſtores ſole aduſti. 371.b
Dentibus ſtridebũt damnati. 252.b
Dentibus cur careant oues & boues in ſuperiori mandibula. 380.b
Dẽtibus cur homo dolet, aliis vero oſſibus nequaquam. 362.b
in Deſcenſu ſitne labor maior quã in aſcenſu. 370.a

Deſertum eſt locus diabolo conueniens. 40.b
Deſertum quid eſt. 416.a
Deus eſt quicquid eſt,& quicquid vides. 183.a
Deus quomodo pœnitere dicatur. 11.b
Deus cur mundum fabricauit. 207. b
Deus loquitúrnè & quomodò. 354.a
Deus cur dicitur veſtitus, & quibus veſtimentis. 141.b
Deus cur Abraham tentauit. 21.a
Deus cum ſit ſummè vnus & immortales, quomodò aſſeruntur in eo cædes quãplurimæ. 354.a
Deus quomodo & cur vult vt loquamur ſecum. 152.a
Deus vnicus cur ſortitur tot nomina. 141.b
Deus quomodo palmo cęlos ponderauit. 144.a
Deus cur dicitur pater orphanorum 150.b
Deus cur ſolet apparere in nube. 145.b
Deus cur iurat per ſemetipſum. 352.a
Deus cur voluit geminari hominẽ per marem & fœminam. 358.b
Deus quomodo ambulare dicitur ſuper alas ſpiritus. 143.b
Deus cur à nobis cultum exigit. 89.b
Deus cur præter ſacrificia etiam munera exigebat. 91.a
Deus cur ternarium numerum exquirit. 93.a
Deus cur permittit quotidie nomen ſuum à malis blaſphemari. 406.b
Deus cur permiſit hominem fieri mendacem. 403.a
Deus quare iubet offerri hos agnos. 94.a
Deus pro diuerſitate temporum diuerſa ſigna minutat. 18.a
Deus cur ſignum in Chain poſuit ne occideretur. 10.b
Deus cur pluere iuſſit quadraginta diebus & quadraginta noctibus. 12.b
Deus vitam hominis cur abbreuiari iuſſit. 12.a
cur Deus videtur oblectari puellarum choro. 286.b
Deus cur non citius fabricauerit mundum. 1.a
Deus in hominem ſpiraculum vitæ cur inſpirauit. 4.b
Deus cur à viro & muliere cauſam erroris ſui ſciſcitatus eſt. 8. a
Deus in omnia ingrediens, quomodo illis det eſſe. 3.b
Deus ſilentio laudandus eſt 167.b
Deus cur permittet filium perditionis, Antichriſtum videlicet venire in mundum. 181.a
Deus quos ſaluat, ſua miſericordia ſaluat. 180.a
Deus quam vindictam faciet de huiuſmodi. 181.a
Deus Iſaiæ cur dixit. Clama, quaſi tuba exalta vocem tuam. 186.b
Deus an omnia voluit in incredulitate & ſub peccato concludere (ſicut ait Apoſtolus) vt omnibus miſereatur, & omnes teneantur Chriſto redemptori? 218.b
Deus cur poſuit pugnã inter carnem & ſpiritum, vt Paulus meminit? 218.b. mors eſt abſorpta in victoria. ibi.
Deus cur vbique regnat. 220.b

Deus cur à principio non fecit hominem impeccabilem & ſine pugna? 219.b
Deus cur tot permiſſit deos dominari inter mortales ante Chriſti aduentum. 179.a
Deus quomodo nobiſcum operatur. 394.a
Deus quomodo oblectatur in hominibus, aut in quacumque alia creatura. 394.b
Deus clemens & pius cur permittit mortales ignorare multa. 353.b
Deus quomodo (ſecundum Platonem) omnia cognoſcit. 331.b
Deus cur fecit muſcas, cimices, pediculos, pulices, culices, & huiuſmodi. 353.a
Deus cur oblectatur in creaturis à ſe factis. 350.a
Deus cùm ſit ſummè vnus, quomodo in ipſo poteſt eſſe numerus. 348.b
Deus dicitur deſpóſare & quæ eſt vera ipſius ſponſa. 286.a
Deus cur tolerat, ac proſperari facit malignos. 352.b
Deus non eſt acceptor perſonarũ quomodo intelligitur. 349.b
Deur cur potuit ſuper iuſtos & iniuſtos. ibid.
Deus quomodo eſt opifex huius mundi ſenſibilis. 350.a. & quanto temporis ſpatio eum fabricauit. ibid.
Deus quomodo ambulabat in horto poſt meridiem. 7.b
Deus ſemper fauet iis, qui eum fideliter colunt. 31.b
Deus qua iuſtitia indurauit cor Pharaonis 42.b
Deus cum ſit vniuerſalis, cur triũ præcipuè patrum Deum ſe nominat. 41.a
Deus quomodo portauit populũ Iſraeliticum ſuper alas aquilarũ. 46.b
cur magis Deus oblectatur habere ſecreta colloquia cum ſponſa quam publica. 286.a
cur Deus Salomonem (etſi præuaricaturũ) tã ſapiẽtẽ effecit? 243.a
Deus cur electam familiam ſuam tam graui legis iugo ſubdidit. 65.a
Deus cur tradidit trecenta ſexaginta quinque præcepta negatiua. 65.b
Deus cur in lege tradidit ducenta quadraginta octo præcepta affirmatiua. 65.a
Deus cur ex loco terrore pleno, legem tradidit. 66.a
Deus immenſus quomodò in habitaculo menſurato, & concinnis proportionibus fabrefacto capitur. 78.a
Deus & natura nihil agunt fruſtra. 67.a
Deus cur voluit pacto multiplici ſtabiliri mundum. 67.b
Deus cur olim exigebat ſacrificia. 90.b
Deus cur defert, & deferri iubet ſacerdotibus in vtroque teſtimonio. 85.b
Dei facies eſt multiplex. 47.b
Dei poſteriora quænam ſint. 47.b & 48.a
Dei habitatio & ipſe Deus idem ſunt. 153.a
Dei ſpiritus an in homine. 11.b
cur in Deo ſummo ſit prouidentia cum ſapiens dicat quod omnia ſunt in caſu. 295.b
Dij duodecim, de quibus Plato meminit, quinam ſunt. 330.b

Deos argenteos cur Deus prohibet fieri. 105.b
Diuinitas Chriſti quomodo coniuncta humanitati. 211.a
Diabolus tria omnia ſortitur. 217.b
Diabolus cur in ſpecie Serpentis introductus. 6.b
Diabolus vendicat ſibi carnem & ſanguinem, partémque animalem. 6.b
Dabolus quia malus eſt, non habet rationem infinitatis & ideo non poteſt dici mendacium vel falſitas in abſtracto. 175.b
Diabolus cur dixit ponam ſedem meam ad Aquilonem. 179.a
Diabolus cùm pugnet continuè cum Michaële, etiam firmato Chriſti regno, quid intendit in hac pugna? 217.a
Diabolus cur voluit ponere ſedem ad Aquilonem vt Iſaias ait? 217.a
Diabolus cur princeps mundi dictus. 377.a
Diabolus quoque nónne quærit ſpiritũ carni ſubiicere, vt vtrunque ſubiiciat? 217.a
Diabolus cur libentius tentat mulierem quàm virum. 375.b
Diaboli peccatum ac ruina cur irremediabilis. 376.b
Diabolo quiſnam locus conueniens. 40.b
Diameter quadrati qua ratione non eſt commenſurabilis lateri. 332.a
Dies ex veſpere & mane quomodo dicitur confectus. 2.a
Diem quinquageſimum poſt Paſcha, quem nos Pentecoſten vocamus cur celebrari Deus iuſſit. 113.b
Dies fœliciores quinam fuerunt. 361.b.
Dies ſuntne numerati, & menſuratum tempus cuiuſcunque rei. 176.a
Digiti cur quinque in manibus & pedibus. 360.b
Dilectus, quis & in quod cubiculum & cuius genitricis introducitur? 291.b
Dilectus domini cur Salomon ſit dictus. 281.a
cur Dilectus ſit ſummè fœlix & nullo bonorum noſtrorum indigeat. 291.b
præ dilecti amore quænam illa eſt quæ languere dicitur. 282.b
Diluuium an erat in fatis. 395.a
Diluuium propter quod peccatũ fuit. 11.b
Diluuij damnum fuit reparatum per Noeh, & familiam eius. 169.a
Dina quid ſignificet, & cur permiſſa violari. 31.a
cur Diues rigide ſemper & ſuperbi effatur, pauper autem blande ac humiliter. 296.b
Diuitiæ ſi affluant: nolite cor apponere. 223.a
Diuites qui ſeruiunt auaritiæ, cur præcipuè repudiantur & reiiciuntur. 76.a
Doctrina Chriſti cur vocatur Euangelium. 204.a
Doctrina qua Chriſtus docuit vnumquemque tollere crucem. 233.a
Dominus operatur omnia in omnibus. 80.a
Domum cur non ſit reuertendum cum quis exierit. 343.a
Domos ædificare quiſnam primus cœpit. 371.b

Domum ſalutis cur datum fuit in aqua & fide? 205.a
Donum omnium maximum nobis à Chriſto traditum, quod eſt. 215.b
Dona qualia dedit hominib⁹ Chriſtus ad patrem aſcendens. 259.a
Dorſum cœli, apud Platonem, quid. 330.b
Dotem vt det vxor marito éſtne æquius, an quod accipiat ab eo. 371.b
Draco quis cum ſatellitibus ſuis contra filium huius mulieris inſurrexit, 277.b
Ducenta cur dantur cuſtodientibus fructus vineæ. 225.a. 291.a
Duodecim tribus Iſrael cur tãtùm fuerunt. 39.b
Duodenarius eſt numerus primo creſcens. 26.b
Duriſſimum omnium ex his quæ pro nobis tulit Chriſtus, quid fuit. 238.b

E

Ecclesia cur dicitur vinea. 145.b
in Eccleſiaſte Salomon cur varius fuit. 282.b
per Edom, vt Hebræis placet, Chriſtiani intelliguntur. 180.b
Edom quid innuit, & cur Eſau dictus eſt pater Edom. 26.a
Eheich nomen Dei ſummum. 41.a
Elam quid eſt. 416.b
Electio per ſortem facta cur nunc condemnatur. 367.a
Electrum quomodo paleam trahit, & magnes ferrum. 389.a
Elementa cur diſtributa numero quaternario. 3.b
Elementa vnde vim ſuã habeãt. 3.b
Elementa qua proportione conueniunt in compoſito. 323.a
Elementa & cætera omnia quali coniunctione erant in antiquo chaos. 332.a
Elementa reperiuntur nè in cœlis. 355.b
Elementorum proportio ſecundũ Platonem. 323.b
Eliæ zelus vnde. 405.a
Elias quomodo clauſit cœlum, ne daret pluuias. 410.a
Elihezer ſeruus Abraham an peccauit cùm dixit: Puella cui dixero: inclina hydriã tuã. &c. 22.b
Cur petiit ſignum in aqua. 23.a
Elinguis cur Moſes fuerit poſtquã ei Deus locutus eſt. 42.b
Elohim, tam angelos quam Deum ſignificat. 30.a
Elohim quid indicat peritis in priſca theologia. 1.b
ab Emundatione quis & quomodo deſtructus ſit, vt propheta canit. 198.a
Encænia cur fiebant Nouembri menſe. 133.b
Entia nolunt malè diſponi. 89.b
Ermineus cur nitore & munditie delectatur. 380.b
Erudiens nos Chriſtus, an functus ſit officio boni patris. 229.a
Eſau vide Heſau.
Eſcã quis dat pullis coruorũ. 192.b
Eſuriem cur Chriſtus paſſus eſt. 236.b
Euangelizantes ſuper quos montes aſcendere debent. 185.a
Euchariſtiæ ſacramentum quomodo eſt mors malis, & vita bonis. 236.a
Euchariſtiam cur iubet eccleſia vt vnuſquiſq; ſumat ieiunus. 236.b
Eufortunium aut infortuniũ vnde procedit. 369.a
Exaudiri an aliquis poſſit ſine voce. 412.a

per

per tam Exemplum vile cur explicuit negotium Deus adeò tam ſublime? 197.b
Expiati angeli quomodo fuerunt. 242.a
Exploratores cur miſſi fuere ad promiſſam terram. 49.a.99.a
Exploratores malè referentes cur fecerunt peccare populum. 99.b
Exploratores cur numerati & nominati ſingillatim fuerunt. 99.b
Expurgatio cur prohibita eſt extra coitum, magis quàm aliæ expurgationes, cùm hæc à naturalibus commendentur. 73.b
Expurgatio & partum quod erat in ſanguine, cur mutatum in aquam. 17.b
Ezechiel cur mutus fuit erga populum proteruum. 192.a

F

Facies Dei eſt multiplex. 47.b
Faciem cornutã quomodo habebat Moſes. 48.a. & quomodo ſplendentem. ibid.
Faciem eſſentiæ Dei nemo videre poteſt. 47.b
Fames quęnam fuit, propter quam Abraham conſcendit in Aegyptum. 16.a
Familia Noch ingreſſa & egreſſa arcam, quæ. 14.a
Fauor cur vnitis in malum aliquãdo datur. 369.b
Fatum vnde eſt & neceſſitas eius. 356.a
Felle quonam liniuit Tobias oculos patris. 375.a
Femur quid ſignificet. 31.a
Feneſtra arcæ cur concluſa cubito. 12.a
Feneſtræ cœlorũ ſunt Dei ſtatuta. 13.a
Feræ hominis inimicæ cur creatæ. 378.b
Ferramentũm, malleus, ſecuris, cur non audita in fabrica templi. 3.a
Ferro cur circuncidi Deus iuſſit, qui nullum ferramẽti genus admiſit in templi fabrica. 134.b
Feſta mobilia cur in plenilunio celebrantur. 3.a
Ficui cui maledixit Chriſtus fructum non habenti. 262.b
Fideliſſimus in tota domo Dei cur Moſes dictus. 47.a
Fides an ſufficiat Chriſtianis. 391.a
Fides ſola non præſtat ſalutem. 220.a
Fides ſola non ſufficit ad ſalutem. 17.a
Fides cur nunc eſt tam parua in mundo. 264.a
Fides quæ exigitur. 263.a
Fides tanta cur exigitur. 263.a
Fides Petri quanta fuit. 263.b
Fides Abrahæ quomodo ei reputata ad iuſtitiam. 16.b
Figuræ & imagines quare tam accuratè in lege prohibentur. 10.a
Filius an ferat peccata parentum. 148.b
Filius hîc iniquitatis qua morte peribit, & quando. 181.b
Filius cur orauit contra decretum patris iam ſibi cognitum. 160.b
Filij verbi æterni quomodo poſſunt odiſſe tam celebrem patrem? 228.b
Filij Chriſti quales eſſe debent. 228.b
Filij Iſrael cur denominantur filij Dei, iuſti & ſaluandi? 64.b
Filij Sion quomodo inclyti? &c. 191.a
Filij Dei quinam ſunt qui acceſſe-

runt ad filios hominum. 11.a
Fimus ouium & columbarum cur ſummopere agros impinguat. 381.b
Fleuiſſe cur dicitur Chriſtus, riſiſſe verò nunquam. 239.a
Flos cur à Chriſto commendatur. 275.a
Flores & plãtæ rore tacti, cur fortius & ſuauius redolent. 386.a
Flumina vnde oriuntur. 388.b
quæ Flumina, & cur in deſertum vadunt, Nahum perhibet. 198.b
Flumina ſempiterno fluxu ad mare currentia quid innuunt. 383.b
Flumina, quæ fluunt è paradiſo, quatuor ſunt elementa. 6.a
iuxta Fluuium Chobar cur Ezechiel vaticinabatur. 188.b
Fœdus cur iniit Abraham cum Abimelech. 20.a
Fœlicitas non eſt in rebus exterioribus. 70.b
Fœminis cur verbum Dei in Eccleſia denunciare non licet. 273.b
Fons aquarum cur ex maxilla aſini dicitur ſcaturiiſſe. 55.b
Fontes vnde oriuntur. 388.b
Fontes abyſſi magnæ, qui. 12.b
Fontes duodecim cur Iſraëlitæ tranſacto mari inuenerunt. 44.b
Forma terræ data eſt tertio die. 2.b
Formam bonam cur vnuſquiſque appetit. 366.a
Formica vnde ſcit extrahere vim à grano. 379.a
Formicæ vnde habeant prouidentiam vt ſagaciſsimè cibos pro hyeme ſibi præparent. 379.a
Fortior quis fuit, Adámne ad homines interficiendos, an Chriſtus ad redimendos? 205.b
Fortuna rotam voluere quomodo dicatur. 309.a
Franciſcus cur voluit ſuos penitus eſſe alienos, non tantum ab vxoribus, ſed ab omni re temporali. 368.a
Fratrem germanum cur habuit Iahacob. 22.b.
Fratrem cur non vterinum, ſed conſanguinneum habuerit Iſahac. 22.a
Fraudem filiorum cur non cognouit Iahacob. 33.a
Fructus qui promittuntur iis qui legem obſeruant. 97.b
quis Fructus dicitur dulcis gutturi ſponſæ. 285.a
Quorum eſſe debent ſeptimi anni fructus. 112.b
Frumenti abundantia piſcium penuriam indicat. 386.b
Fundamẽta ſupernæ ciuitatis quæ ſunt. 255.b
Fundamẽta mundi inferioris, cælorum, atque omnium rerum quæ ſunt. 387.a
cur dicitur quod Funiculus triplex difficile rumpitur. 242.b
Furor poëtarum vnde procedit. 330.b

G

GAbriel, robur Dei dicitur. 33.a
Gabriel cur miſſus fuit. 278.a
Gabriel cur Danieli apparuit in Vlai. 201.b
Gabrielis angeli interpretari ſomnia eſt proprium. 33.a
Gad quid innuit. 38.a
Gad cur præliari dicitur accinctus. 38.a
Galatæ à Gomer primogenito Iaphet originem duxerunt. 15.a

Gallus cur nutriendus. 341.a
Gallus cur audacter inuadit leonē & terret eum. 379.b
Gallus quo inſtinctu horas denūciat. 381.b
cur Genæ ſponſæ dicuntur pulchræ ſicut turturis. 288.a
Genera ex calido & humido conſeruantur. 1.b
Generatio vnius eſt corruptio alterius. 43.a
quæ Generatio non præteribit, donec omnia prædicta fiant. 203.a
Generationis principium eſt calidum & humidum. 1.b
Genij in particularem vniuſcuiuſque cuſtodiam deputati. 323.a
cur Gentes, quibus Deus per Chriſtum oſtendit gloriam ſuam, & non fuerunt à principio illuminatæ? 197.b
Gentes quomodo ſaluantur, ſi Chriſtus pro ſolo Iſraël venit? 206.a
Gentes tenentúrne legi. 66.b
Germen iuſtitiæ poſtquam genuerit Dauid, quando completum fuit? 198.b
Gigantes vnde oriundi. 11 a
Gigantes cur montes montibus impoſuerunt. 15.a
Gigantes quomodo fuere formati tam magni, & cur vocati Nephilim. 395.b. & cur deſierunt eſſe. ibid.
Gladius verſatilis in manu Cherubinorum quid. 9.b
Gladius quis animam Mariæ pertranſiuit. 279.a
Globus cælorum cur locatus inter aquas ſupramundanas & inferiores. 2.b
Gloria Dei quænam erat quam Moſes videre cupiebat. 47.b
Gloriam Dei publicans Iſaias, cur ſectus fuit ad fontem Rogel. 187.b
Gomer primogenitus Iaphet. 15.a
Gomer quænam menſura. 45.a
Grandines & niues quomodo generantur. 308.a
Grues omnes cur vnam ſequuntur. 379.b
Guſtus rerum diuinarum per mel intelligitur. 41.b

H

HAbel quid ſignificat. 10.a
ad Habel & munera eius cur Deus reſpexit. 10.a
Habel & Chain quid deſignant 10.a
Hagar cur concepto Iſmaële, Saram deſpexit. 19.b
Hagareni nunc Arabes dicuntur. 17.a
Hæreſes vnde tot inſurgunt in fide Chriſti? 232.a
Hamalech pugnans contra Iſraël, quiſnam fuit. 45.b
Hanna mater Samuëlis, cur enarratur ſterilis. 56.b
Haman qui ligno ſuſpēſus. 402.a
Harmonia cur mortalibus data. 325.b
Harmonia vera an in cœlis ſit. 326.a
Hazazel quis eſt. 101.b
Hebdomadæ & dies quo ordine à planetis denominantur? 356.b
Hebræi vnde dicti. 22.b
Hebræi cur non reſipiſcunt. 130.a
Hebræi cur Deo dant quotidie centum benedictiones. 131.a
Hebræi habentne nunc in iſta captiuitate Sachinam, ſiue Spiritum ſanctum. 64.a

Hebræi quo inſtrumento circuncidebantur. 134.a
Hebræi cur fuerunt toties reiecti, & in captiuitatem abducti. 76.a
Hebræorum regnũ cur poſt quartamdecimam generationem à plenilunio ceſſauit, ſeu in alterum dominium commutatum eſt. 59.a
ab Hebræis tota Theologia proceſſit. 41.a
Hebraicis literis cur lex ſcripta. 137.a
Hebron quid ſignificat. 22.a. 416.a
Her mortuo cur curauit Iudas vt alius filius ingrederetur ad vxorem fratris. 34.a
in Herbis vnde ineſt ſanãdi virtus & inficiendi virus. 389.b
Hermaphroditi ſiue Androgyni vnde generantur. 358.a
Heſau quare prior natus. 24.a
Hehau erat homo animalis, Iahacob autem ſpiritualis. 24.a
Heſau quãdo liberatus à Iugo ſeruitutis. 26.b
Heſau cur pater Edom dictus. 26.a
Heſau cur piloſus deſcribitur. 25.b
Heſau cur odio habitus, & Iahacob dilectus. ibid.
per Heſau in ſenſu myſtico intelliguntur omnes ſecundum carnem & ſanguinem viuentes. 180.b
Heſau propter quod pulmentum, vel lenticulã vendidit primogenituram. 24.b
Heſau cur nunquam mortem, quã ſępè minatus fuerat, intulit fratri. 24.a
Heſau & Iahacob cur decertabãt in vtero materno. 24.a
Heſau cur inuiſus à Deo. 396.b
Heua cur mater omnium viuentium. 62. 327.b
Heua cur obiecit culpam ſerpẽti. 7.b
Heua quomodo formata fuit ſecundum carnẽ ex Adam in paradiſo: ſi ipſe ibi erat tantum ſecundum mentem. 5.b
Hieruſalem, viſio pacis interpretatur. 41.a
Hirundinem domi ſuſcipi cur vetat Pythagoras. 342.b
Hœdus ne coquatur in lacte matris cur iuſſum eſt. 129.a
Hœdi quid deſignant. 25.b
Hœdi cur in ſiniſtra Ioranei dicũtur. 251.a
Hœdi ſanguine cur tincta tunica Ioſeph. 33.a
Hœdos cur præparauit Rebecca pro ſylueſtrib⁹ animalibus. 25.b
Homo vbi productus. 4.a
Homo cur de puluere formatus. 4.a
Homo meritò paruus mundus dicitur. 220.a
Homo quomodo locutus in horto voluptatis. 5.b
Homo per muſicam poteſt ne aliquid operari, & quomodo. 388.b
Homo quomodo ſciuit nomina rebus imponere. 4.b
Homo primus vbinã dicitur fuiſſe veſtitus puluere terræ. 22.a
Homo & ſol generant hominẽ. 3.a
Homo cur ſeſe amare debet, ſi mẽtem velit adipiſci. 320.b
Homo cur culpam in Heuam retorſit. 7.b
Homo ſi nunquam loqui didiciſſet, quo idiomate loqueretur. 361.a
Homo cur Deo diſponente naſcitur in peccato, baptiſmo, aut

pœnitentia expurgando. 167.b
Homo per debitam orationem quomodo quicquid vult, impetrat. 392.a
Homo quomodo ſe habet, poſtquam in hãc lucem æditus eſt. 327.a
Homo qualem ſe debet exhibere vt Angelos poſſit videre. 372.b
Homo cur naſcens flet? 358.b
Homo cur indignatur, ſi quis in faciem eius ſpuat. 366.b
Homo eſt ne princeps omnium creaturarum etiam rationabilium. 362.a
Homo cur per denarium remuneratur. 387.a
Homo quare aliquando lætus, aliquando vero triſtis eſt. 363.a
Homo cur dicitur opus naturæ audaciſſimæ. 347.b
Homo cur adeò laudatur in cognitione ſuiipſius, ab oraculo & à multis ſapientibus. 358.b
Homo cuncta videre quomodo poteſt. 347.b
Hominis participatione, omnes homines ſunt vnus homo. 4.b
Hominis intellectualis, rationalis & animalis differentia. 393.a
Hominis vita cur abbreuiata. 12.a
Homini adiutorium cur non inueniebatur. 4.b
Homini ad cœlum ordinato cur datur primò terra. 177.b
Hominem ad peccatum quid potiſſimùm inducit. 328.b
Homines (maximè viri docti.) habueruntnè à principio intellectum, veluti tabulam raſam? 358.a
Honore quo proſequitur Imperator Chriſtus eum, qui ex bello victoriam conſequitur. 225.b
Hora nona cur voluit mori Chriſtus. 241.b
Hora & tempus vtrum operibus faueat. 389.b
Hortus delitiarum vbi, & quomodo plantatus. 5.a
Hortus delitiarum quando plantatus. 5.b
Hortus voluptatis dictus cubiculum genitricis, eſt ne ſufficiens ad beandam animam. 291.b
in Hortum voluptatis quiſnã poteſt introire. 9.b
Hoſpitale in memoria ſancti Abrahæ. 16.a
Hoſtis eſt debilis, qui non vincit niſi volentem. 24.a
Humanum genus quomodo à tribus filiis Noeh diſſeminatum. 15.a
Humilitatem cur à nobis exquirit Chriſtus? 266.b
Hydriæ in nuptiis quo myſterio ſtatutæ fuerunt. 236.b

I

IAh nomen à quibus præferendum ſit. 281.a
Iahacob cur habuit germanũ fratrem. 22.b
Iahacob cur lenis deſcribitur. 25.b
Iahacob fugiens à facie Heſau, cur iubente patre profectus eſt in Padam Aram. 27.a
Iahacob cur Deo patris ſui Iſaac victimas obtulit. 36.a
Iahaçob cur paciſci cum Deo voluit. 27.a
Iahacob cur deſcendit in Ægyptũ. 435.b
Iahacob moriens cur pedes ad lectulum collegit. 39.b
Iahacob mittẽs filios in Ægyptum

pro alimonia, cur domi retinuit Beniamin. 35.b
Iahacob & Eſau cur decertabant in vtero materno. 24.a
Iahacob cur Rachelem inuenit ad fontem. 27.a
Iahacob cur nec vna nec duabus contentus etiam cum quarta muliere coniunctus eſt. 23.b
Iahacob cur dilexit dominus, & odio habuit Heſau. 25.b
Iahacob legendo collum & manus an peccarit. 29 b
Iahacob cur tam Ioſeph diligebat. 32.a
Iahacob cur non cognouit fraudē filiorum. 33.a
cum Iahacob quis luctatus eſt. 30.a
Iahacob qua arte & dono ſtuduit placare Heſau. 30.b
Iahacob duarum ſororum connubio non contentus, cur etiam ancillis commiſcuit. 28.a
Iahacob arte virgarum diuerſicolorum quomodo ſibi tam grande peculium comparauit. 28.b
Iahacob minor, cur Heſau maiori præfertur. 396.b
Ideales rationales ſuntne in cælo tātum in verbo, an ideæ & formæ reales? 202.b
Idiomata cur diſtincta fuerunt tēpore Neucrod. 370.a
Idola Laban quænam erāt, & cur ea furata eſt Rachel. 29.b
Idumæi à quo orti. 25.a
Iehudas cur accepit vxorem Chananæam nomine Suah. 33.b
Iehudas cur leoni aſſimilatus. 37.a
Iehudas cur ad prædam dicitur aſcendiſſe. 37.a
Ieiunium quadraginta dierum cur celebrauit Chriſtus. 265.a
Ieiunium quid operatur. ibid.
Ieiunium erátne mutandum. 195.a
Ieiunium illud quomodo fuit ſempiternum, ſi ab Eccleſia mutatū fuit? 195.a
Ieroſolyma & Ægyptus vbi ſitæ deſcribuntur. 415.a
Ieroſolymam cur Chriſtus paſſioni prælegit. 242.a
Ieruſalem ſita eſt in medio terræ habitabilis. 159.b
Ieruſalem quomodo interpretatur. 21.a
Ieſus pro tranſgreſſoribus orauit. 161.b
Ietro ſocer Moſis, fuit Mercurius Triſmegiſtus. 40.b
Ietro cur auſus fuit inſtruere Moſem Deo plenum. 46.a
Ietro quis fuit, & cur cum Moſe ſacrificium obtulit. 46.a
Ignis ab Ætna monte vnde. 384.b
Igne quo cruciabuntur damnati. 253.a
Imagines cur nobis permittuntur. 104.a
Immundi erant comburentes ipſam vaccam cur. 102.b
Immundi erant qui cineres vaccæ diſpergebant. 103.a
qui Impij exaltantur, ſicut cedri Dei. 192.a
Impios cur Dauid acriter execratur. 403.a
Incircunciſus cur paſcha comedere prohibebatur. 44.a
Incubi & Succubi dæmones. 8.b
Indiuidua quot facta ſunt. 382.b
Inebriatus quōodo dicitur Noeh. 14.b
Infans ſentítne in vtero matris. 359.a

Infans ſpirátne in vtero matris, & quomodò. 359.a
Infantes cur à ploratu ceſſant ad motum cunæ. 362.b
Inferni loca, vbi mali torquentur, quot, & quæ. 384.b
De inferno Platonis ſententia. 334.b
Infelix cur ille dicitur qui poſt ſe filium non relinquit. 322.a
Infortuniũ vnde procedit. 369.a
Inimicitiæ cur poſitæ inter ſerpẽtem & mulierem. 8.a
Intelligentiæ ſúntne libero arbitrio donatæ. 373.b
Inſànire licétne prædicatoribus. 188.a
Infideles cur præualent contra Chriſtianos. 413.a
Inſtrumento quonam Iudæi circuncidebantur. 134.a
Intelligentiarũ ordines quot ſunt. 373.a
Iobileus cur anno quinquageſimo decernitur. 272.b
Ionas dormiẽs quomodo Niniuitis ſalutem impetrauit. 405.a
Ioſeph quid innuit. 28.a.32.a.b
Ioſeph quoties & cur venditus. 33.b
Ioſeph cur in Aegyptũ deductus. 34.b
Ioſeph cur toti Aegypto præfectus. 35.a
Ioſeph cur Tauro aſſimilatus. 37.a
Ioſeph quo nomine appellatus à Pharaone. 35.a
Ioſeph cur ſomnium narrauit fratribus. 33.a
Ioſeph quónam crimine accuſauit fratres patri ſuo Iàhacob. 32.b
Ioſeph tunica polymita cur facta. 32.a
Ioſeph à quo viro inuentus in agro dum quæreret fratres ſuos. 33.a
Ioſeph moriens cur bis dixerit, Deus viſitabit vos. 40.a
Ioſeph cur dictus filius accreſcens & decorus aſpectu. 38.b
Ioſeph cur ſepultus in prædio quod tradiderat ei pater in Sichem. 40.a
Ioſeph viſcera cur cõmota ſuper Beniamin. 35.b
Ioſueh cur fuit commiſſa cura introducẽdi populum ad terram patribus promiſſam? 99.a
Ioſueh qua virtute reges ſuperauit. 53.b
Ioſueh cur diuiſit terram promiſſionis. ibid.
Ira hominis vnde procedit. 362.b
Iris quid eſt, & vnde prouenit. 388.a. & quo ſacramento data in fœdus à Deo. ibi.
Iſaac vide Izahac.
Iſmael cur contra omnes, & omnes contra illum. 17.a
Iſrael quid deſignat. 30.b
Iſraelitæ cur tã facile à Dei cultu recedebant, 399.a
Iſraelitæ quot fuerunt, qui ex Aegypto egreſſi ſunt. 398.a
Iſraelitæ cur in Babyloniorum & Perſarum ditionem venerunt. 406.b
Iſraelitæ quo veneno aut quo genio abducti, tam facilè idolis ſacrificabant. 76.a
Iſraelitæ & nos quam vtilitatem ex lege reportamus. 64.b
Iſraelitæ ſecundum carnem quo potiſſimum ſigno dignoſcũtur. 371.b

Iſraelitæ cibum tam celebrem faſtidientes, cur ad carnes & pepones Aegyptios ſuſpirabant. 45.a
Iſraelitæ cur tot ſignis viſis, à conflatione vituli non deſtiterunt. 46.b
Iſraeliticus populus cur mare tranſiuit. 307.b
Iſraelitica turba cur reſecta fuit & ſepulta in deſerto. 76.a
Iſraelitica familia quomodo tam cito creuit. 27.a
Iſraeliticum populum cur Deus portauit ſuper alas Aquilarum. 46.b
Iſraelitici cur tam diligenter numerati. 48.b
Iubilei ſiue Iobilei tempore cur reſtituebantur & renouabantur omnia. 133.a
Iudam nefarium cur Chriſtus ad Apoſtolatum vocauit cũ omnia nouerit. 234.a
Iuno cur fecit Iouem ſomnolentum. 333.b
Iudicium quid. 134.b
Iudicia Dei, cur abyſſis multa dicuntur. 147.a
Iumenta quænã & quomodo ſaluantur. 150.a
Iupiter eſt quodcũq; vides quodcunque mouetur. 184.a
Iura cur dabant priſci orientales ad portam ciuitatis. 368.b
Iuramentum per quod fieri debet. 352.a
Iuramentum ſi eſt de malo aliquo cur obſeruari debet. 134.a
Iuramentum Iahacob & Laban in monte Galaad, quod. 30.a
Iuramenti & ſeptenarij vocabulum iiſdem literis ſcribitur apud Hebræos. 20.a
Iuramenti virtus in quo conſiſtit. 322.b
Iuſtificabatúr-ne quiſpiam per legem. 135.a
Iuſtitia cur à Chriſto venit? 206.a
ad Iuſtitiam fides Abrahæ cur ei reputata. 16.b
Iuſtitię portæ, quæ. 152.b
Izahac riſum ſignificat. 21.a
Izahac cur magis diligebat Heſau, quàm Iahacob. 25.a
Izahac ſuſcepturus vxorem cur orauit. 23.a
Izachar cur dictus aſinus fortis. 38.a
Izahac cur habuit fratrem conſanguineum, non vterinum. 22.a
Izahac cur benedicere voluit Heſau. 25.b
Izahac cur vna vxore contentus. 23.a
Izahac cur venationẽ ſylueſtrem petiit ab Eſau. 25.b
Izahac cur prohibitus deſcendere in Aegyptum. 24.a
Izahac cur introduxit Rebeccam in tabernaculum matris ſuæ? 23.a
Izahac cur filio eiulanti partem benedictionis dedit. 26.a
Izahac vbi iuſſus fuit immolari. 21.a
Izahac quotannis erat quando oblatus eſt. 21.b

L

Laban aramæus omnium oriẽtalium celeberrimus magus. 28.b
Laban cur toties mutauit ſortem Iahacob. 29.a
Labia ſponſæ cur dicuntur coccinea & eloquium dulce. 288.b
Labor ſit ne maior in aſcẽſu quàm in deſcenſu. 369.b

Lac quid innuit. 41.b.72.b.281.a
Lac vnde generatur. 382.a
Lactis nomine quid intelligendum. 281.b
Lanam & linum cur quæſiuit Maria. 279.a
Lapis & paſtor cur voluit vocari Chriſtus. 273.a
Lapis fundamenti huius mundanæ machinæ quis eſt. 308.a
Lapides quidam cur in tanto prętio habeantur. 389.b
Lapilli cur generantur in renibus & inteſtinis hominum. 362.a
Laqueos cur nobis tendit Satan. 376.b
Laudare Deum quãdo debemus, vt laus ſit gratior. 152.b
Lazarum cur ſuſcitauit Chriſtus. 249.b
Lea cur lippis oculis deſcribitur, & cur ſuppoſita pro Rachele. 27.b
quis eſt Lectulus Salomonis, quẽ ſexaginta fortes ambiũt ex fortiſſimis Iſrael. 289.a
Lenis cur Iahacob deſcribitur, Heſau autem piloſus. 25.b.& 26.a
Lenticula quænam erat, propter quam vendidit Heſau primogenituram. 24.b
Leo cur tam audax. 379.a
Leo cur rugit in hominem, ipſum deuorare quærens. 381.a
Leo & agnus cur dictus fuit Chriſtus. 273.a
Leoni cur Iehudas aſſimilatus. 37.a
Lepra quid cum ſacramento confeſſionis conuenit. 270.a
Lepram peccati eſſe ſanabilẽ quomodo quis cognoſcere poteſt. ibid.
Leuiatan maſculus per Adam intelligitur. 6.a
Leuiatan à domino formatus ad illudendos exiſtentes in mari quid eſt. 143.b
Leuiatan quid ſit apud Iob. 313.a & ſeq. cur aurum quaſi lutum ſpernit. 315.a. & cur ſub ipſo ſtabunt radij Solis. ibid.b. Cur nõ eſt poteſtas in terra quæ ei comparetur. ibid. Cur nullũ timet. 316.a. Cur rex eſt ſuper omnes filios ſuperbiæ. ibid.
Lex vnde dicitur. 64.b
Lex quando fuit lata, & quando Euangelium. 66.b
Lex cur data hebræis. 130.a
Lex cur ſcripta hebraicis literis. 137.
Lex & Euangelium vnde habuerunt originem? 204.a
Lex nunquam fuit abſque Euangelio, imo ipſi ſemper coniuncta fuit. 66.a
Lex cur nõ fuit data in Ieruſalem & in terra lacte & melle affluẽte. 69.a
Lex docet quomodò per eã Deo aſſimilari poſſimus. 64.b
Legis tabulas cur confregit Moſes. 47.a
Legis repetitio cur data fuit in Dizahab. 97.a
Legem totam quomodo Chriſtus ſeruauit? 230.b
per Legem an aliquis iuſtificabatur. 135.a& an efficiatũr ſanctus. 136.b
Leges & ſtatuta cur temporibus noſtris parum ſeruantur. 369.a
Liber vitæ quid eſt. 146.b
Libri quinam aperientur in aduentu ſummi iudicis. 147.a
Libero arbitrio an intelligentiæ ſint donatæ. 373.b

Lignum per quod facta eſt redemptio Chriſti. 237.b
de Ligno fructifero cur dictum ſit Cuius ſemen ſit in eo. 3.a
Ligna quæ portabat Izahac, figurantia ligna crucis. 21.a
Ligna in via ſcindi cur prohibet Pythagoras. 342.a
Lineis pannis cur altaria ſolis veſtiri iubentur 276.b
Linguas ſuas præ dolore cur damnati manducabunt. 252.a
Locus conueniens diabolo eſt deſertum. 40.b
Locus poſtremus Iſraeliticæ captiuitatis quis. 416.b
Loca an conferunt ad opus proſequendum. 412.b
Loca inferni vbi mali torquentur. 384.b
Lot cur cum filiabus petiit ſaluari in Segor. 19.a
Lot non propter merita ſua liberatus ab incendio, ſed propter Abraham. 16.a
Luminaria magna cur cum ſtellis ſimul quarto die facta. 3.a
Luminaria cur dicuntur facta in ſigna, tempora, dies & annos. 3.a
Luminaria cur accendi ſolent circa cadauera. 74.b
Luna cum tam die quàm noctu currat cur dicit Moſes, quod præeſt nocti. 356.a
à Luna cur aliqui vexantur. 411.a
Lupus cum Agno quando habitabit vtait Iſaias? 200.a
Lupus rapax cur dictus Beniamin. 39.a
Lux ſit cur Deus dixit. 1.b
Lux cur diuiſa à tenebris. 2.a
Lux ſolis eſtnè naturalis an aliunde venit? 356.a
Luxuria, cauſa diluuij. 11.b
Lydij primi incuderunt nummos aureos. 371.a

M

Machina hæc mundana quando ceſſabit diſpoluentúrne planetæ. 357.a
Maculas ab anima quis tollit. 18.a
Madianitæ à quo oriundi. 40.b
Magi Memphitici cur Moſi in tertio ſigno ceſſerunt. 41.b
Magorum omnium virtus vbi terminatur. 338.a
Magiæ naturalis opus cur fieri nequit abſque vnione & amore. 337.a
in Magia operantes cur characteribus vtantur. 390.a
Magnes quomodo ferrum trahit. 389
Mahumeti errore qua Dei diſpoſitione factum eſt vt tam innumerabilis hominum turba ſeducatur. 406.b
Maiórne fuit Melchiſedech Abraham. 16.b
Maledicentur damnandi cur. 251.a
Maledictio terræ an fuerit ſublata & quando. 9.a
Maledictio Chain quænam fuit. 10.b
Maledictiones quare datæ fuerũt in monte hebal. 98.a
Maledictus cur dicitur is qui pendet in ligno. 99.a
Malefici noſtri temporis cur nihil aut parum operantur reſpectu antiquorum. 390.b
Mali cur admiſſi. 11.a
Mali cur exaltantur, ac præferuntur bonis. 353.a

Malignos cur tolerat Deus. 352.b
Malleus ſecuris,& omne ferramẽtum cur non audita in fabrica templi. 3.a
Mandatáne eadem fuerunt ſcripta in ſecundis tabulis, quæ in prioribus Moſes habuerat. 47.a
Mandata an data ſunt vt totũ hominem regant & purificent. 220.a
Mandragora frigida conceptui & partui nocet. 28.a
Mandragoræ quænam fuerunt, quas inuenit Reuben. 28.a
Manes quinam ſunt, qui dicuntur vagari circa cadauera. 335.a
Manna qua mẽſura colligebatur. 45.a
Manna populo in deſerto traditũ, quid ſibi vult. 45.a
Manſiones multæ quæ ſunt. 255.a
Manſiones multæ ordinatæ ſunt in domo patris. 224.a
Manſiones variç pro varia animarum conditione quomodo ſunt præparatæ. 224.b
Manus virtutem ſignificant. 45.b
Manibus quibúſnam & quomodo erectis Moſe orãte vincebatur Amalech. ibid.
Mare magnum quod eſt, in quo naues dicuntur nauigare, & cæ. 192.b
Mare æneum quod Salomon in templo locauit, quid innuit. 2.b
Maria ſoror Moyſi quomodo punita ſit & quomodò ſanat. 49.a
ad Martyrium vnde tot hominũ millia attracta. 215.b
Maſculum & fœminam à principio fuiſſe vnum quomodo intelligatur. 331.b
Maſculus cur iubetur ter in anno aparere in conſpectu Dei. 93.a
Mater cur paſcit, & diligit magis filium quàm pater. 359.a
Mater ſemper parata multa incõmoda ſubire pro filio. 29 b
Materia cœli in principio producta. 2.a.b
Materia cœli & terra an eadem. 1.a.
per Maxillam aſini robur intelligitur, pietati annexum. 55.b
Medium inter ens & non ens an poſſit dari. 334.b
Mel quid innuit. 41.b
Mel vnde & quomodo generatur. 382.a
Mel diuinum eſt, & guſtum rerũ diuinarum communiter ſignificare ſolet. 58.b
Meliſſi dictum. 1.a
Melchiſedech quiſnam fuit, & cur panem & vinum obtulit. 16.a
Melchiſedech maiórne Abraham. ibid.
Melchiſedech figurabat eum qui fuiſſe ſacerdos dicitur ſecundũ ipſius ordinem. 16.b
Mendax nónne fuit Ionas Niniuitis &c. 199.b
Mens quando fit diuina. 258.a
Mens cur ſerò adueniat. 320.b
Mens cùm ſit vnita Deo, nec ab ipſo diſcedat, damnatúrne, an damnari poteſt. 318.a
Mens noſtrá quomodo ſe habet cùm perſonis diuinis. 317.a. cum animali noſtro & cum ſpiritu noſtro. ibid. b. cum Deo. 318.a
Mentis dulcedo quomodo ex amaritudine cordis, puenit. 414.b
Mentem habere, eſt ne habere regnum Dei. 319.b
à Mente bona quomodo quis cadit. 320.b

Menſura quanam Deus iuſſit metiri terram promiſſionis. 132.a
Merces quæ bene operantibus datur. 255.a
Mercedem nullam cur nos dedit Chriſtus in primo aduētu. 157.b
Mercede qua obſtetrices fuerūt à Deo remuneratæ. 123.a
Mercurius interpres Deorū. 13.b
Mercurius Triſmegiſtus fuit Ietro ſocer Moſis. 40.b
Mercurius Triſmegiſtus vnde hauſit ſapientiam ſuam, quam mētem nominat. 316.b. & quid per illam inſuit. 317.a
quæ eſt Meretrix illa, de qua Naham propheta meminit. 198.a
Meridies, quid deſignat. 15.b
Merlinus an à diabolo genitus. 377.b
Meſſias ad quid venit? 206.b
Meſſiæ nomē cur nouum dicitur. 210.b
Metalla vnde proueniunt. 334.b
Metalla è terra effoſſa vbi diſperduntur. 386.b
Metaphoris cur vſi ſunt Prophetæ. 189.b
Michaël Archangelus conſtitutus ſuper omnes animas. 6.b
Michaël cum dracone quomodo pugnauit. 215.b
Michaël éſtne magnus Dei ſacerdos. 374.b
Michaël quibus lancibus vel qua ſtatera librat animas. 400.b
Milites Dei quinam ſunt. 309.a
Militiæ Chriſti dum aſcribimur, cur denominamur à cognomine, & non à nomine? 204.b
Militiæ Chriſti dum aſcribimur, quam dignitatem cōſequimur? 205.a
Millenarius eſt numerus diuinus. 20.b. 26.b. 46.a
Millenarius (qui eſt cubus denarij numeri conſummati) Dei proprius eſt. 2.b
Minerua nata ex cerebro Iouis, & quid per eam Platonici intelligunt. 330.b
Miſereri & parcere cur proprium eſt Dei. 149.b
Miſericordia Dei an extēdatur ſuper omnia opera eius. 146.a
Miſericordia cur miſericordibus promittitur? 223.a
quomodo per Miſericordiā & fidem peccata purgantur. 296.b
Miſſa ad quid inſtituta fuit. 268.b
Mitatron quiſnam ille erat qui cū Moſe loquebatur. 354.b
Mitatron, Angelus, qui facierum princeps dicitur. 44.a
Molochina herba quænam eſt. 342.b
Monetæ à quo primo & quando fuerunt inuentæ. 371.a
ad quem Montē conſcendere nos inuitat Iſaias. 185.b
Montes æterni qui ſunt, à quibus Deus illuminat prædicantes. 185.b
ad quos Mōtes aromatum fugere iubetur dilectus & cui capreæ aſſimilari. 291.a
Mors ſanctorum cur precioſa in conſpectu domini. 139.a
Mors inimica deſtruetur. 246.b
Mors Chriſti in quo fuit dura. 240.a
Mortales omnes cur Propheta vocet varios & mēdaces &c. 199.a
Moſes quomodo interpretatur. 40.b
Moſes cur ſumptus ex aquis. ibid.
Moſes quomodo habebat cornutam faciem. 48.a

Moſes Deo plenus cur inſtructus à Ietro. 46.a
Moſes cur conſtitutus Deus Pharaonis. 42.b
Moſes cur potius elegit deleri de libro vitæ, quàm permittere, vt deſtrueretur populus. 47.a
Moſes quomodò ex vertice montis potuit videre tam ingentem regionem. 51.a
Moſes cur fideliſſimus in tota domo Dei diuino oraculo dictus eſt. 47.a
Moſes cur iuſſus ſtare in petra. 48.a
Moſes vbinam mortuus & ſepultus. 51.b
Moſes eruditiſſim⁹ Philoſoph⁹. 1.a
Moſes cur elinguis fuit poſtquam ei Deus locutus eſt. 42.b
Moſes omni ſapientia Ægyptiorũ præditus erat. 40.b
Moſes Dux figuratiuus non introduxit vere populũ in promiſſum regnum. 51.b
Moſes cur Ægyptium percuſſit, & eum ſub ſabulo ſepeliuit. 40.b
Moſes cur confregit legis tabulas. 47.a
Moſi oſſa cur nõ reperiuntur, nec ſepulchrum eius. 399.a
Moſi conuerſio virgæ in ſerpentem cur data. 42.a
Moſi & populo Iſraëlitico cur ad promiſſam terram tot obſtacula occurrerunt. 51.a
Moſi datus cur fuit Aaron in ſocium. 398.b
Moſe orante, quibus manibus vincebatur Hamalech. 45.b
Motus, cùm ſit accidẽs quoddam, quomodo mouere poteſt. 388.b
Motus terræ cur generatur. 387.b
Motus in operando an conferat. 390.a
Mulier cur è viri coſta ſumpta. 332.a
Mulier quomodò peccauit, cùm præceptum viro tantùm datum fuerit. 7.a
Mulier cur imberbis. 371.a
Mulier fuitne formata ex coſta tantùm, an ex oſſe & carne. 5.a
Mulier quomodo guſtauit arborem. 7.a
Mulier an poſſit veram ſapiẽtiam capere & ſpiritum Propheticũ. 405.a
Mulier quomodo potuit ſumere ex ligno ſcientiæ boni & mali in horto voluptatis plantato, ſi illic non fuit? 219.b
Mulier cum in lege non circuncideretur quare nunc baptizatur. 67.b
quæ eſt illa Mulier fortis in fine prouerbiorum. 292.a
Mulier quomodo illuc introducta non fuit, & quomodo inde expulſa ſi illuc nũquam introiuit? 219.a
Mulier & vir conſenſerúntne in idem, an in diuerſa. 7.a
Mulier cur magis appetit virum, quàm vir mulierem. 332.a
Mulier nónne facta fuit è coſta viri in horto voluptatis? 219.a
Mulier nónne vera eſt rapax beatitudinis? 219.a
Mulieri tria fuerũt impoſita officia. 94.a
Mulierem cur ſerpens primo aggreſſus. 6.b
Mulieres auidiores gloriæ virorũ, quàm ipſi viri. 7.a
Mulieres circunciſionis expertes quomodo expurgabantur. 17.b
Mula quomodo ſterilis dicitur,

cùm ipſa aliquando pepererit Romæ. 378.a
Mulus cur tam malignæ eſt naturæ. 378.a
Mulorum ſemen cur infœcũdum. 378.a
Munditics quãta exquiritur in ſacerdote qui Deo miniſtrat. 86.a
Mundus quanto temporis ſpatio à Deo fabricatus. 350.a
Mundus cur punitus per aquam, cùm ſit tam ſalubris. 18.b
Mundus ſi vos odit, ſcitote quod me priorem vobis odio habuit. 229.a
Mundus quibus numeris, & quibus rationibus fabricatus & diſtributus eſt. 382.b
Mundus totus in maligno poſitus eſt. 220.a
Mundus prius tempore aut æternitate cur non creatus. 1.a
Mundus cùm non peccet, quomodo perturbatur propter peccatum. 361.a
Mundus cur ſtetit ſine lege vſque ad Moſem. 67.b
Mundi vtriuſque infirmitas vnde. 361.a
Mundo ex hoc cur aliqui odio habendi ſunt, & aliqui diligendi? 229.a
Mundum inter ſe cur diuiſerunt Iupiter, Neptunus & Pluto. 384.a
Muneribus quibus Imperator noſter Chriſtus milites ſuos decorat. 225.b
quæ Muſcæ morie͂tes perdunt vnguenti ſuauitatem, vt Salomon ait. 294.a
Myſterio quo Iohannes cognouit Chriſtum in magna captura piſcium. 261.a
quo Myſterio dicitur Regina Saba veniſſe ad Salomonem. 283.a
quo Myſterio vnctus fuit Salomon. 281.a
quo Myſterio Regina Saba multa ænigmata Salomoni ſoluenda propoſuit. 283.a

N

cur NAſus ſponſæ comparatur turri Libani contra Damaſcum reſpicienti. 288.b
Natura docemur honorare Deum ſecũdum numerum ternarium. 93.a
Naturæ opus, eſt opus intelligentiæ non errantis. 3.a
quę Naues per hoc mare magnum pertranſeunt. 192.b
Nazareth quid ſignificat. 415.b
Nazaræo cur barba & capite raſo vinum concedebatur. 92.b
Necromantes cur vaticinantur. 367.a
Negotiũ Meſſiæ cur fuit adeò occultum? 206.b
Nemo dat, quod non habet, dogma Peripateticum. 3.b
Nemo læditur niſi à ſeipſo. 183.a
Nemo vires ſuas in pace cognoſcit. 353.a
Nemo dicitur ad Deum reuerti, niſi doleat de auerſione iam facta. 167.b
Nemrod & ſocij cur tentauerunt erigere turrim. 15.a
Nemus cur plantauit Abraham. 20.b
Neomeniæ quomodo obſeruabãtur? 194.b
Neomeniæ mutãdæne ſunt? 194.b
Neomenias aut nouilunia cur Deus obſeruari iuſſit. 356.b
quo Nexu vnitæ dicuntur iuncturæ femorum & membrorũ om-

nium,huius dilectę mulieris. 288.a
Nihil ſeipſum gignit,vt ſit. 3.a
Nilus fluuius cur tempore ſuo redundat. 383.b
Niniuitæ viri cur & quomodo ſurgent in iudicio cum generatione Hebræorum vt Chriſtus ait? 250.a
Niniuitis, Tyriis ac Sidoniis cur non fuit prædicatum verbum Dei & Euangelium. 250.a
Niues & grandines quomodo generantur. 308.a
Noeh quomodo inebriatus. 14.b.
Noeh familia quęnam fuit ingreſſa & egreſſa arcam. 14.a
Noeh cur cognoſcens ſe irriſum fuiſſe à Cham, maledixit Chanaam & non Cham. 14.b
Noeh cur primùm coruum emiſit. 13.a
Noeh cur ſacrificiũ obtulit egrediens ex arca. 14.a
Noeh quam vineã plantauit. 14.b
in Noeh octo animæ tantummodò, in Chriſto verò innumeræ cur ſaluantur. 14.a
Noeh cur ingreſſus arcam à facie diluuij. 13.a
Noeh qua irriſione fuit irriſus à filio ſuo Cham. 14.b
Nomen aut numen quod nũc inuocari debet. 391.a
Nomẽ Dei magnum cur exprimi non poteſt. 408.b
Nomen diuinum cur ex quaternario conſtat. 339.a
Nomen ſanctum Dei aut virtus eius potéſtne per pollutionẽ aliquam pollui. 73.b
quod Nomen & cuiuſnam filij quærit Salomon in prouerbiis. 284.a
Nomen quod Deus Moſi declarauit patribus non indicatũ. 42.b
Nomen Abrahæ cur mutatũ. 17.a
Nomen Sarah cur mutatum. 17.b
Nomen Ieſu cur adeò dęmonibus terrificum. 210.b
Nominis Ieſu myſteria. 210.
Nominum & verborum vis tanta vnde. 409.a
Nominum mutatio an operatur aliquid. 409.a
Nox ſicut Chriſto oriente illuſtrata fuit(vt Euangeliſta refert) ita moriente ipſo, dies obtenebrata fuit. 221.a
Nubes lucida quę obumbrauit Apoſtolos, quæ. 213.a
Numerus Angelorum quis. 372.b. & 373.a
Numerus filiorum Iſraël cur determinatus. 48.b
Numerus quadragenarius cur obſeruatus fuit. 248.b
Numina quænam & quorũ Deorum priſci inuocabant. 391.a
Numina omnia an reduci debeãt ad vnum. 350.b
Nutrimentum quod ſuſcipitur anima bene diſpoſita. 235.b
Nutrimentun quod potiſſimè habetur ex cibo ſacramentali. 235.b

O

in Oblationibus quid potiſſimũ erat. 134.b
Octonarius numerus iuſtitiæ eſt. 14.a
Ochoziam num bene reprehendit Elias. 187.a
Oculus an videat procul ſucceſſiuè an ſubitò. 359.b
Oculus tam paru⁹ quomodò vno intuitu capit montes ingentes, & cœlum immenſum, 359.
Oculi ſoli vident viam præbentes

omnibus mẽbris ne ledãtur. 52.b
Oculi Iſahac quomodo caligabãt quando voluit benedicere Heſau. 25.a
Oculi vulgarium animarum diuinitatis radios ferre nequeũt. 1.a
Oculos aquilarum prædicatores cur habere debent. 190.b
Odiũ cur maius inter fratres, quã inter extraneos. 366.a
Officium veri domini & iudicis, eſt regere, paſcere, ſanare & ducere gregem. 70.a
Officio quo fungitur beata virgo in cælis, præter beatitudinem qua fruitur. 280.a
Oleum cur nullis liquoribus com miſcetur. 385.b
Oleo liniti Apoſtoli & alij Chriſti diſcipuli ſciebant omnia. 231.b
Oleo ſacro vniti multi, cur non prophetant. 401.a
Oleo quo vngebantur prophetæ. 138.b
Oliua quid denotat. 408.a
Omnia quomodo ſunt vnũ. 325.b
Onam reprehenſus quod funderet ſemen in terram. 34.a
Operatio aliqua an fiat per numeros. 393.b
Opus naturæ, eſt opus intelligentiæ non errantis. 3.a
Oraculũ per ſpeculum in ænigmate quid eſt. 138.a
Oraculum vocis plenæ quid. 138.b
quod Oraculum habemus de hoc filio iniquitatis. 181.b
Oraculũne habemus, quòd Deus potuerit mutare pactum circũciſionis. 193.b
Oracula cur poſt Chriſtum ſiluerunt. 215.a
Oratio quænam Deo grata. 407.b
Oratio quænam efficacior. 412.a
Oratio Abrahæ pro Iſmaële quid profuit. 19.b
Orationis vis in quo cõſiſtit. 46.a
Orbem terræ quis iudicabit in æquitate. 175.a
Ordo quilibet rerum quali modo vel vinculo ligatur ſimul cum alio. 356.a
Ordine cauſarũ ſtante vnde monſtrum in natura. 353.b
Ornamenta ſacerdotis cur inter alia, potiſſima erant pectorale & ephode. 84.a
Orphanorum pater cur Deus dicitur. 150.b
Orpheus cur dixit amorem omnibus diis eſſe antiquiorem. 336.a
Os ſolum ſuſcipit cibum, quem decoctum à ſtomacho, natura ipſa omnibus membris æqua lance partitur. 52.b
Oſculetur me oſculo oris ſui, cur à Salomone dictum. 281.b
Oſculum cur in amoris ſignum datur. 366.b
Oſtio clauſo cur Chriſtus orandũ eſſe docet. 232.b
Ouis primogenitum cur tonderi prohibebatur. 133.b
Oues cur locandi in dextra dicuntur. 251.a
Oues & boues cur in ſuperiori mãdibula dentibus careant. 380.b
Ouium natura. 36.a
Ouium paſtores cur Iahacob & omnes eius filij dici voluerunt. 36.a
Oui virtus, ex quo pullus generatur qualis eſt. 378.a

P

PAcifici cur peculiariter filij Dei vocantur? 223.a
Pactum cur mutatum fuit ex vna forma in aliam. 68.a

Pactum

Pactū quid arcus cū Chriſto. 68.a
Pactū quid legis cū Chriſto. 68.b
Pactum quid circuncisionis cum Chriſto. 68.a
per Palladem quid Platonici intelligunt. 330.b
Pallidus cur eſt ſemper malè operans. 321.a
Palmæ ſeptuaginta prope duodecim fontes collocatæ quid ſignificant. 44 b
Panis cur tam humanæ naturę cōformis eſt. 385.b
Panis Angelorum vel fortium, cur manna dictum eſt. 45.a
Panis ne frangatur cur iubet Pythagoras. 344.a
Pane, vino & carne, cur viuens veſcebatur Chriſtus cùm eſſet ſemper beatus. 249.a
Quinq; panes, & duo piſces quid innuunt. 235.a
Papauer & tyriaca cur ſomnum ingerunt. 386.a
Parabolæ Salomonis quo ſenſu ſcriptæ ſunt. 282.a
Paradiſus, terreſtris falsò vocari ſolet. 5.a
Pardus ſi in tertio ſaltu prædam non capit, cur indignatus vlterius aggredi ceſſat. 381.a
Pardus cur tam audax. 379.a
Parentes primi cur fuerunt ſtatim bello expoſiti, tam turpiter ſuperandi. 6.a
Parentes primi quomodo expulſi ab horto delitiarum. 9.b
Parentum primorum peccatum. 6.b
Parmenides omnia vnum eſſe diuinitus dixit. 2.a
Participatione hominis, omnes homines ſunt vnus homo. 4.b
Paſcha comedere cur incircunciſus prohibebatur. 44.a
Paſcha in exitu Iſraëlis ex Ægypto cur iuſſit Deus celebrari. 43.b
Paſtores ouiū cur Iahacob, & omnes filij eius dici voluerunt. 36.a
Paſtores & Æthiopes ſole aduſti cur dentes albos habere ſolent. 371.b
Patres ante diluuium cur tam diu viuebant. 361.b
Patres in quo nomine ſolebāt aliquid à Deo petere. 210.a
Patres primitiuæ Eccleſiæ cur tot portenta faciebant. 391.b
Pauci erúntne, an multi qui æternæ glorię compotes reddentur. 225.b
Pax maxima eſt iucunditas, præſertim debellatis hoſtibus. 175.a
Peccauítne Abraham concedens vxorem Pharaoni. 16.a
Peccauítne Iahacob legendo collum & manus. 29.b
Peccatum primorum parētum in quo conſiſtit. 129.b
Peccatum Sodomæorū quod fuit. 395.b
Peccatū cur ab Adam venit? 206.a
Peccatum diaboli cur irremediabile. 376.b
Peccatum ab Aquilone procedit. 7.b
Peccata cur Deus & Chriſtus aliquando punit & aliquādo non. 176.a
Peccatores omnes cur habēt ſemper cor amarum & deſcendunt vſque ad portas mortis? 201.a
Pedibus ambulātibus omnia mēbra euehuntur. 52.b
Pellis quænam fuit ex qua tunicas Deus primis parētibus fecit. 9.a
Pēnas columbarum prædicatores cur habere debent. 190.b

Perfectionem quam cõſequuntur Ij qui totam legem obſeruant. 97.b
Peſſulo quonam arca clauſa, & à quo. 12.a
Petrus cur errauit, dicẽs: faciamus hic tria tabernacula. 213.a
Phædon primus docuit ſignari argentum. 371.a
Pharaonis cor, qua iuſtitia induratum. 42.b
Philiſtium cadentes & ruentes interpretantur. 24.b
Philiſtæi cur adeo infenſi fuerunt Iſraëlitico populo. 56.b
Philoſophia vera in quo conſiſtit. 364.b
per Philoſophum quid intelligũt Platonici. 330.b
Phinees quot annos vixit. 399.a
Phyſica res vnde habeat principiũ ſuæ generationis. 3.b
Phytonici qua virtute olim futura prædicebant. 393.b
Piloſus cur Heſau deſcribitur, Iahacob vero lenis. 25.b.& 26.a
Piſcinæ Cheſbon cuius oculi aſſimilantur. 287.a
Piſcium penuriam cur abundãtia frumenti indicat. 386.b
à Piſcibus cur abſtinendum. 342.b
Planetarum & ſignorum conſonantia. 326.b
Plantæ quomodo producunt. 1.b
Plantatio omnis, quam non plantauit Pater meus cœleſtis, eradicabitur. 222.b
Plato cur diuinus dictus. 323.a
Plato edoctus à Moſe. 4.b
Plato an cognouerit mundi opificem eſſe Patrem. 351.a
Plato in quo potiſſimè beatitudinem poſuit. 330.a
Plato cur voluit omnia eſſe communia. 332.b
Plato quid de inferno ſentiat. 334.b. & de Purgatorio. 335.a. de Paradiſo vero. 335.b
Platonici quid intelligũt per Palladem, Mineruam, atque Philoſophum. 330.b
in Plenilunio cur feſta mobilia celebrantur. 3.a
Pluere cur Deus iuſſit quadraginta diebus & noctibus. 12.b
Pœnæ damnatorum quæ eſt maxima. 254.a
Pœnæ cur dicũtur mortalium ductrices. 347.a
Pœnitere quomodo dicatur deus. 11.b
Pœnitentia lauat delictum commiſſum. 167.b
Pœnitentiam agere quid ſit. 223.b
Poëtarum furor vnde procedit.. 330.b
quæ Pomaria & quæ Arbores plãtauit ſapiens & in quibus hortis. 285.a
Pondus & figura elementorum qualis. 323.a
Populus Chriſtianus cur diuino ſemine regeneratus tam facile labitur in malum. 166.a
cur Populus Iſraël traductus fuit per mare, quod Ægyptiis fuit ſepulchrum. 193.b
in Populum Iſraël nondum natum, cur lata ſententia vt eſſet captiuus in Ægypto quadraginta annis. 17.a
Porci omnes cur cæno delectantur. 380.b
Porphyrius Philoſophus. 4.b
Portam quam vidit Ezechiel clauſam quænam erat. 156.a
Portionem quam filius prodigus

conſumpſit cum meretricibus? 228.a

Poſteriora Dei quænam ſint. 47.b & 48.a

Poteſtas cùm non ſit niſi à Deo, cur aliquando Deus permittit regnare & præualere malos. 310.a

Præcepta poſt diluuia data ſeptē. 13.b

Præcepta & ſtatuta Dei cur data ſunt. 70.b

Præcepta decem quomodo decē cœlis cœquantur. 67.a

Præcepta cur ſcripta fuerunt in tabulis ſapphirinis. 65.b

Præcepta iudicialia ſúntne mutata. 196.b

Præcepta ceremonilia ſuntne mutata? 196.b

ex tot Præceptis cur tantummodo decem fuerunt in tabulis ſcripta. 65.b

Prædicantes ſuper quos montes aſcendere debent. 185.a

Prædicator verbi Dei cur dicitur ſagitta acuta in manu potentis. 186.a

Prædicator ab Iſaia cur vox dicitur. 186.a

Prædicator cur habere debet pedes ceruorum? 190.a

quomodo Prædicator habere ſe debet cum auditoribus. 190.b

Prædicatori licétne contra peccātes iraſci. 187.a

Prædicatori licétne detegere ſcelera auditorum. 187.a

Prædicatores cur dicantur filij excuſſorum. 186.b

Prædicatores vnde habent vt prędicent. 185.a

Prædicatores quo ſpiritu vti debent. 188.b

Prædicatores cur dicuntur tubæ. 189.b

Prædicatoribus licetne inſanire. 188.a

Pręlio quo acquiritur corona promiſſa. 225.a

Præmium centuplū quid eſt? 224.a

Præmium ingens qua via acquiri poteſt. 225.b

Precibus Moyſi orantis quomodo Deus peperit populo idolatræ. 196.b

Primatum in terris qui voluerit, inueniet confuſionem in cęlis. 266.b

Primogenitum omne Aegypti cur Deus percuſſit. 43.a

Princeps populi ne maledicetur, cur iubetur. 129.a

Princeps tenebrarum lucem ferre non poteſt. 179.b

Princeps regni Perſarum quis fuit, qui obſtitit Gabrieli viginti & vno diebus? 201.b

quæ Princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo: vt Ieremias more tragico conqueritur? 198.b

Principium generationis rei Phyſicæ, vnde. 3.b

Principium generationis eſt calidum & humidum. 1.b

Principiū anni primi quandò fuit in mundi fabrica. 356.b

Procellarū ſpiritus qui ſunt. 388.a

Proditorē quomodo Chriſtus reuelauit. 236.b

Propheta quomodo mouetur ad Prophetandum. 413.b

Propheta cur canit, lauabo per ſingulas noctes lectum meum. 164.a

Prophetam vero locutum fuiſſe quomodo poſſumus cognoſcere. 139.b

Prophetæ quali honore habendi. 139.a
quales Prophetæ ſancti dicantur in oraculis. 191.a
Prophetæ quare locuti ænigmaticè. 139.a
Prophetæ an ſciebant vel ignorabant ea quæ prædicebant. 139.b
Prophetæ fuerunt ne feliciores qui præceſſerunt Chriſtum, an qui ſecuti ſunt. 141.a
Prophetæ ſpiritu ſancto pleni, cur loquuntur aliquando ea quæ non eueniunt. 139.b
Prophetarum monumenta cur viſiones dicuntur. 137.b
Prophetia omnis éſtne completa? 200.a
Prophetiæ aut viſiones quomodo ſunt ſigillatæ & terminatæ, &c. 199.b
Protoplaſto quo cultu Deus hortum coli iuſſit. 6.a
Prouidentia Dei vnde comprehēditur. 352.b. & ſi in eo ineſt cur amicos ſuos tot anguſtiis premi permittit. ibid.
Proximus quomodo diligendus. 114.b
Pſalmi an melius & Deo gratius dicuntur alta quàm ſubmiſſa voce. 140.b
Pſalmi aliquot cur alphabetico ordine decantantur. 140.b
Pſalmos quis compoſuit. 140.a
Pſalmos cur omnis natio decantat. 140.b
quod Publicani & meretrices pręcedens Phariſæos & cæt. cur Chriſtus ait? 206.a
Pueri aliqui cur ſeipſos Deo dedicant, & ſacris oblectantur. 362.b
Pugna cótinua cur inter Iahacob & Heſau. 24.a
Pulchritudo vera, vnde. 329.a. & an maior in mente quá in corpore. ibid.
Pulchrum omne (vt deplorat Ieremias) occidit Deus? 197.a
Pulchris rebus cur vnuſquiſque tantopere oblectatur. 329.b
Pulices cur acrius infeſtant nos in lino quàm in lana. 379 b
de Purgatorio quid Plato ſenſerit. 335.a
Purificatione quanta opus eſt animę, vt debitum finem ſortiri queat. 220.a
Puritas quæ requiritur in his, qui Deo ſeruire ſtudent. 320.a
quodnam eſt Putationis tempus quod Salomon iam aduéniſſe canit. 285.b
Puteus Iuramenti, cur ita dictus. 36.a
Puteus, quem fodiens Abraham vocauit Berſebah, quis eſt. 20.a
Putei tres cur effoſſi ab Izahac. 24.b
Pythagoras cur ait, ingrediens tēplum Deum adora, & cur iubet nudis pedibus orare. 339.b. & quo ſenſu iubet abſtineri ab iis qui nigram caudam habent. 340.a. item ab immoderato riſu. 341.a
Pythagoras & eum ſequentes, cur iurare conſuerunt per quaternarium, táquam per quoddam ſacrum. 338.b
Pythagoras quo ſenſu hortatur mortales à piſcibus ſeu ab animalibus abſtinere. 342.b
Pythagoras cur iubet ne mingamus, loquamur aut ſpuamus cótra Solem. 410.a
Pythagoræ ſymbola quæ, & cur ſic dicta. 339.a

Q

QVadragenarius numer⁹ quid myſticè. 12.b
Quadraginta diebus & noctibus cur pluere Deus iuſſit. 12.b
Quaternarius radix eſt denarij, numeri conſummati. 3.b
Quinquagenarius eſt numerus remiſſionis. 19.a.46.a

R

RAchel quid innuit. 27.b
Rachel cur ſterilis pro tempore & fœcunda fuit. 29.b
Rachel cur pulchra, Lea verò lippis oculis deſcribitur. 27.b
Rachel cur furata eſt idola patris Laban. 29.b
Rachel cur poſt omnem Leæ partum peperit filium, & vocauit ipſum Ioſeph. 28.a
Rachel cur mortua eſt in partu Benjamin. 29.b
Radi ſi nos oportet, quare Chriſtus raſus non fuit. 404.b
Ramah quid ſignificat. 416.a
Raphael, id eſt, medicina Dei, quomodo ſanare dicatur. 18.a
Raphael cur in comitatum Tobię venit. 375.a
Rationes naturales ſúntne magis aut minus certæ quàm viſiones Prophetarum. 137.b
Raziel angelus Adami. 4.b
Rebecca quid innuit, & quomodo ſciuit emēdare errorem mariti. 25.a
Rebecca cur Iahacob ſuaſit vt paternam benedictionem ſurriperet. 29.a
Rebecca cur præparauit hœdos pro ſilueſtribus animalib⁹. 25.b
Regeneramur in baptiſmate quomodo. 226.b
Regeneratio quomodo fit? 227.b
Regere qui vult alios, qualis eſſe debet. 334.a
Regnum cœlorum quid eſt? 222.b
Regnum Iſrael quando reſtituetur, vt ait Lucas? 200.a
Regnum cœlorum cur à diebus Iohannis Baptiſtæ vim pati cœpit, & à violentis rapi? 204.b
Regnum cœlorum cur promittitur patientibus propter iuſtitiam? 222.b
Regnum cœlorum cur etiam pauperibus ſpiritu promittitur? 223.a
Regna ſine iūſtitia ſunt latrocinia. 36.a
Rex animalium brutorum, quis. 381.a
cur Rex iuſtus erigit ciuitatem, vt Salomon ait. 294.a
Reges Ieruſalē cur inter quatuordecim legitimos, tres ſolummodò laudantur. 63.b
Reges qui Chriſtum adorauerunt cuiates fuerunt. 221.b
Reginam Saba qua fama adducta ad Salomonem. 405.a
Regina Saba quo myſterio multa ænigmata Salomoni propoſuit ſoluenda. 283.a
Regina audiens ſapientiam Salomonis non habebat vltra ſpiritum. 230.a
Reliquiæ Iſrael (vt ait Iſaias) quādo ſaluæ fient? 200.b
Remiſſio quomodo impetrata fuit per Moyſem orantem. 196.b
Res vnaquæque phyſica vnde habeat principium ſuæ generationis. 3 b
Reſurrectio vera quid eſt. 249.a
Reſurrectio qua virtute fiet. 247.b
Reubem quid traditū à patre. 36b.

Reubem cur lectum paternū maculauit. 31.b

Reubem eſt vioſinis aut videns filius. 28.a

Reuerſio ad Deum veræ pœnitentiæ eſt fundamentum. 167.b

Reuolutio ſolis à primo mobili deducta, diem claudit. 3.a

Rixas inter deos eſſe cur Poëtæ & Gentiles eſſe dicunt. 411.a

Robur Samſonis quomodo in capillis ipſius fuit. 56.a

Robur Ægyptiorum eſt in diuitiis, & robur Perſarum in magia multiplici, & Græcorum in cauillationibus & inani philoſophia. 87.b

omne Robur ſpirituale voluptate tollitur. 56.a

Ros cœli eſt gratia Spiritus ſancti. 26.a

Rubi incombuſti myſteriū. 40.b

Ruina diaboli cur irremediabilis. 376.b

Rutam cur timet diabolus. 377.a

S

SAba Regina quo myſterio ad Regem Salomonem veniſſe dicitur. 283 a

Sabæi qui & Arabes venerunt adorare Chriſtum. 156.b

Sabbatum cur mutatum fuit in Dominicam apud Chriſtianos. 111.a

Sabbatum cur tam diligenter cuſtodiri præcipitur. 110.b

Sabbatum debuítne mutari in lege & Prophetis adeò celebratum. 194.a

à Sabbato ſumúſne abſoluti? 194.a

Sabulo cur Moyſes Ægyptium ſepeliuit. 40.b

Sacco cur antiqui veſtiebantur in dominorum morte. 368.a

Sacculo, bacculo, & pera demptis cur diſcipulos ire iuſſit Chriſtus. 233.a

Sacerdos cur & quando ingrediebatur ſanctum ſanctorum. 86.a

Sacerdos qualis eſſe debet, vt ſit dignus Dei miniſter. 89.a

Sacerdos cur dicitur Chriſtus ſecūdum ordinem Melchiſedech. 271.b

Sacerdotem ad vnguendum & vaſa tabernaculi, quod oleum ordinatum fuit. 85.b

Sacerdotes antiqui cur barbam nutriebant, hodierni verò nequaquam. 404.b

Sacerdotium eſt etiámne mutatum. 195.b

Sacrificium cur aliquando mutatum eſt? 195.b

Sacrificium éſtne mutatum. 195.b

Sacrificium cur & quomodo eſt mutatum. 195.b

Sacrificium quod commemoramus melius quàm omnia ſacrificia omnium animalium. 18.a

Sacrificiū cur Noeh obtulit egrediens ex arca. 14.a

Sacrificia ſine ſale cur fieri prohibentur. 108.b

Sacrorum adminiſtratio viris, nō mulieribus conceſſa. 6.b

Sachina fuítne in captiuitate illa, quam nos Spiritum ſanctum vocamus. 63.b

Salis in ſtatuam cur conuerſa vxor Loth. 19.a

Salomon dilectus domini cur dictus ſit. 281.a

Salomon cur varius fuit in Eccleſiaſte. 282.b

Salomon vnde hauſit ſapientiam ſuam. 281.a

Salomō cur à vino propoſuit abſtinere. 281.b
cur Salomon optabat vt auſter & Aquilo perflarent hortum ſuũ. 285.b
cur Salomō datur millenarius numerus. 291.a
cur Salomon ait hominem nihil de labore ſuo ſecum ferre. 296.a
cur Salomon ait in loco iudicij ſe vidiſſe impietatem. ibid.
quomodo Salomon fautu ſapientia à lumine ſuffultus errauit. 292.b
cur Salomō vocauit ſe Chohelet? 293.a
cur Salomon ait) omnia flumina intrant in mare & mare non redundat. 294.b
Salomō quomodò correptus fuit in virga virorum, & in plagis filiorum hominum. 62.a
Salomon quid per mare æneum quod in tēplo collocauit, innuere voluit. 2.b
Salomon qua arte templum fabricauit. 61.b
Vnde deductus fuit Salomon, vt cum Ahmodaj negotiaretur ſicut hebræi dicunt. 293.b
qua ratione Salomon dicit omnia vana, in quibus oblectari conſuerat. 295.b
cur Salomon ait quod vnus eſt interitus hominum & iumentorũ. 293.a
cur dixit Salomon fui rex in Ieruſalem quaſi tunc non eſſet. 293.b
cur Salomon ait dulce lumen & delectabile eſt oculis videre ſolem. 286.a
Salomon vnde habuit lumen & ſapientiam ad fabricam illam conſtruendam. 284.a
Salomō quo myſterio vnctus fuit à Natā Pprophera & à Sadoch ſacerdote in monte Gion? 281.a
cur Salomon in perſona ſponſi ait deſcendi in hortum nucum &c. 285.
cur Salomon ait ſi murus eſt ædificemus ſuper eum propugnacula argentea. 290.b
Saluator cur dictus fuit Chriſtus. 155.b
Salus quomodo diffuſa eſt in mũdũ & gentes propter delictũ Iſrael. 264.a
Salus ſi datur ex fide (vt vidētur innuere multæ authoritates ſcripturæ ſacræ) cur mandata traduntur obſeruanda? 220.a
Samſon cur vindictam ſumpſit de Philiſtæis cum tanta ſuimet ipſius iactura. 400.b
Samſon quomodò permiſit ſibi oculos erui? 56.a
Samſon, vt Philiſtinorum agros demoliretur, cur vſus eſt vulpibus. 400.b
Samſon quomodo ex maxilla aſini mille viros interfecit. 55.b
Samſon quo zelo motus ſe ipſum cum Philiſtæis interfecit. 56.b
Sanctus an aliquis poſſit eſſe per legem. 136.b
Sanctus ſanctorum quidnam ceſſabit & cæt. 202.a
Sanctorum mors cur precioſa in conſpectu domini. 139.a
Sanctum ſanctorum cur in medio tabernaculi poſitum. 399.a
Sancta ſanctorum cur erant in interiori tabernaculj parte. 78.b
Sandalphon ab Hebræis celebratus quis ſit. 374.b
Sanguis cur & pinguedo & renes habentur immunda. 72.b

Sanguinis eſus éſtne adhuc nobis inter dictus, ſublata immunditiæ animaliũ immundorũ. 76.b
Saniras cur dicitur donari nato dũ luna eſt in aſcenſu. 357.a
Sapiens & aſtutus videns malum abſcondit ſe. 13.a
cur Sapiens ait quod ſtulto non proſunt diuitię. 297.a
cur dicit Sapiens vnica eſt columba mea 286.b
cur Sapiẽs prohibet exitum præſtari aquæ tranſeunti. 296.a
Sapiẽtes Auarorum ſimiles. 282.b
Sapientum omnium dicta quo tendunt. 348.a
Sapientia vera quales mortales reddit. 336.a
Sapientia non habitat in corporę ſubdito peccatis. 16.a
cur Sapientia magis confortat quàm decem principes. 286.a
Sapiẽtia rerum diuinarum per lac intelligitur. 41.b
quæ Sapiẽtia aut verbum dicitur aqua. 63.a
Sapientia Chriſti quid præſtitit ſapientiæ Salomonis, & aliorum? 231.a
Sapientiæ poſſidendæ initium cur timor domini eſt. 185.b
ad quem Sapientiæ gradum deuenire poteſt homo. 284.b
Sapientiam hanc vnde poteſt homo haurire ibid.
Sapientiam ſuam vnde hauſit Salomon. 281.a
Sara quid deſignat. oa
Sara cur conceſſit ancillam Aegyptiam marito. 17.a
Sarah nomen cur mutatum. 17.b
Sara cur primùm ſterilis & poſtea fœcunda. 20.b
Sara cur riſit, dum angelus ei partum nunciaret, & cur ipſe Angelus eum redarguit. 20.b
Sarę vita cur tam diligenter ſcribatur. 22.a
Satan qua malitia nobis laqueos tendit. 376.b
Saturatio cur ſitientibus iuſtitiam promittitur? 223.a
Schala Iahacob quænam fuit quã vidit in Bethel. 27.a
per quã Schalam homo poteſt in Deum coſcendere? 203.a
Scelera an ſint detegenda. 187.a
Sceptrum de tribu Iuda non auferetur, quid innuit. 37.a
Scientiam qui addit, addit & laborem. 282.a
Saul cur non expleuit iuſſa Dei? 58.b
Securis, malleus, & ferramentum cur non audita in fabrica templi. 3.a
Seïr montem cur ſortitus eſt Heſau cum tota familia. 26.a
Semen Serpentis quid. 8.b
Semen mulorum cur infœcundũ. 378.a
Semen Abrahæ cur comparatur ſtellis. 254.a
Semen omnium animalium eſt aqueum. 1.b
Semen ſi eſt verbum Dei quo generati ſumus, quid vltrà ſeminare nos hortatur Paulus. 268.a
Semen animalium vel plantarum vnde vim habet. 377.b
non eſt effundendum pretioſum Semen in loco, vbi oriri non poteſt quod ſeminatũ eſt. 73.b
Semron quid eſt. 415.b
quare Senex ab Iſaia vocatur caput. 191.a
Senſus naturalis quis eſt. 328.b
Senſu quo intelligitur, illud, quòd
nemo

nemo debeat relinquere virginem, quam calumniatus eſt. 120.a
Senſibus quibus prędicator exponere debet ſacram ſcripturam? 189.
Sententiæ in virum & mulierem latæ, quot. 8.b
Septenarius numerus quid deſignet. 12.b
Septenarius eſt numerus placationis & remiſſionis. 13.b
Septimo anno cur (iuſſu Dei) omnes ſerui Hebræi manumittebantur. 112.b
Septimo anno cur indicta eſt quies non tantùm hominibus, ſed humo & cæteris rebus. 111.b
Septuaginta duos cur Deus iuſſit præferri populo. 46.a
Seraphini quomodo interpretantur, & an vrant. 374.b
Seraphinorum & cæterorum angelorum alæ quæ ſunt. 374.b
Seraphinis cur ſex alæ attribuuntur. 142.b
Sermo cur Deo comparatur argento puro & lapidi præcioſo. 154.a
Sermo quo referantur ſecreta, vbi non oportet minimè laudatur. 167.b
Sermo diuinitate plenus & religioſiſſimus multorum publico & aperto interuētu violatur. 1.a
quiſnam Sermo omnipotēs venit in medio noctis ſilentio. 284.a
Serpens mulierem cur primò aggreſſus. 6.b
Serpens quid mulieri ſugeſſit. 6.b
Serpens antiquus eſt finis omnis carnis. 11.b
Serpens æneus Chriſtum repreſentat. 49.b
Serpentis caput quis cōtriuit. 8.b
Serpentis in ſpecie cur diabolus introducitur. 6.b
Serpenti maledicto quæ terra data eſt. 376.a
Serpenti comparatur Chriſtus. 241.a
Serpentes cur pedibus carent. 382.a
Serpentes cur valde nobis inimicantur. 378.b
Seruorum conditio qualis à ſapiētibus exiſtimatur. 364.a
Seth loco Habel poſitus fuit à Deo. 11.a
Sexus fœmineus an ſit in dæmonibus. 376.a
Sichimitæ quid ſignificant. 51.a
Signum cur in Chain poſitum ne occideretur. 10.b
Signi & ſignati diſcrimen. 401.a
Signo quo ſaluantur Chriſticolæ ab omni malo hoſtili. 242.b
Signa quomodo damnantur. 22.b
Signa illa futuri iudicij à Chriſto data quid innuit? 247.a
Signati ex familia Iſraël cur per duodena millia ſcribuntur. 26.b
Simeon & Leui quid tribuit Iahacob. 37.a
Simia immūda quo inſtinctu omnes actus humanos effingere conatur. 381.b
Simile ſemper à ſibi ſimili cognoſcitur. 358.b
Simulachra cur Plato aſſeruit eſſe dæmoniaca arte confecta. 335.a
Sion montem cur Dauid elegerit tanquam ſibi peculiarem. 185.b
Socrates cur dicebat ſe in Cratylo ſomniare ideas. 328.a
Socrates cur venenum præparatū

non timuit. 329.b
Socrates moriens quam orationẽ fecit.329.b. & cur Gallũ Æſculapio reddi iuſſit. 329.b
Sodomæorum peccatum quod. 395.b
Sol & homo generant hominem. 3.a
Sol & luna ſúntne vera luminaria. 113.b
Sol cùm non ſit callidus, quomodo callefacit? 357.a
Sol moriẽte Chriſto cur virtutem ſuam amiſit. 276.a
Solis reuolutio à primò mobili deducta diem claudit. 3.a
Sole orto quæ beſtiæ congregantur in cubicula ſua. 153.b
Sole quo & quibus ſtellis amicta fuit & coronata beata virgo. 277.b
cur ex tribus Solennitatibus legalibus duæ tantùm obſeruabantur tertia abolita? 194.b
Solium quod Chriſto iudicãti dabitur,dextrúmne vel ſiniſtrum, an medium. 244.b
Somnium , vel viſio nocturna, quid, 138.a
Somnium ſtellarum, Solis & Lunæ,quod Ioſeph fratribus narrauit quid eſt. 32.b
Somnium manipulorum vndecim manipulum Ioſeph adorãtium, quid. 32.b
Somnia interpretari cuius eſt proprium. 33.a
Somnia infirmorũ cur plerunque vera. 367.a
Somniũ quomodo Deus dilectis ſuis præſtat. 151.a
in Somnis cur aliqui loquuntur. 363.a
Sordes quibus infecti fuere parentes, & inde tota poſteritas, fuerunt ignorãtia & macula. 169.b
Sordes ab anima quis tollit. 18.a
Sortem Iahacob cur Laban toties mutauit. 29.a
Species tot rerum quomodo concluduntur in tam paruo vaſe memoriæ. 359.a
Speculum clarum quid eſt. 138.b
in Speculo cur non aſpiciendum 341.b
Speluncam duplicem cur tam ſolicitè curauit Abraham habere. 21.b
& quid myſterij contineat. ibid.
Spiraculum vitæ in hominem cur Deus inſpirauit. 4.b
Spiraculum Dei quid operatur in homine. 305.b
Spiritus Dei an in homine. 11.b
Spiritus Domini quomodo & à quo ſuper aquas ferebatur. 1.b
Spiritus ſanctus cur per colũbam ſignificetur. 13.b
Spiritus ſanctus quomodo abundè in nobis diffuſus. 215.b
Spiritum ſanctum Apoſtolis qua authoritate Chriſtus miſit. 215.a
Spiritus vniuſcuiuſque familię Dei eſt vehementior in paucis quàm in multis. 157.b
Spiritus quis reſoluit cryſtallum in aquas. 154.b
Spiritus propheticus vbi datus fuit? 192.a
quo Spiritu vti debent prædicatores. 188.b
Spiritus mali cur rutam , fumum bombycis , & multa huiuſmodi timent. 377.a
Spiritus mali cur in triuiis vel quadriuiis libenter morantur. 376.b

Spiritus vexantes cur multoties dicunt quod ſpiritus ſunt alicuius hominis vel mulieris. 377.b
Spiritus quinam ſunt qui inuadũt humana corpora. 377.a
cur Sponſus dicitur nunc candidus, nunc rubicundus. 287.a
cur Sponſus adiurat filias Ieruſalem per capreas ceruóſque camporum. 290.a
cur Sponſa dicitur habere mel & lac ſub lingua. 287.b
caput Sponſæ cur, & cui carmelo comparatur. 287.b
Statutum quid. 134.b
Statuta & leges cur noſtris temporibus parum ſeruantur. 369.a
Stellæ quid. 3.a
Stellæ quænam ſunt quæ non ſunt mundæ. 306.b
Stellæ præſunt & influunt corporibus inferioribus. 16.b
Studium ſapientum eſt meditatio mortis. 365.a
Studioſi cur atra bili opprimuntur. 333.b
Stultitiam prędicationis cur Deus voluerit ſaluare credentes. 188.a
Suburbana Leuitarum cur vendi prohibebantur. 132.a
Succubi & incubi dæmones. 8.b
Sulphur & picem cur pluit Deus ſuper Sodomam & Gomorram. 396.a
Suſcitans filius viduæ cur narratur. 249.b
Syluestria omnia ſunt aquilonaria. 25.b
Symbolum Apoſtolorum cur nuſquam reperitur ſcriptum. 369.a
Symbolo quo diſtincti ſunt milites Chriſti. 226.a
Symbola Pythagoræ quæ. 339.a
Syrophœniſſa cur magis ſanata, quam aliqua Hebræa. 407.a

T

Tabernaculum cur à parte Orientali apertum erat. 81.b
Tabernaculum ſuum in ſole Chriſtus cur dicitur poſuiſſe. 157.a
Tabulæ qua proportione erant in tabernaculo collocatæ? 81.b
Tabulæ tabernaculi quo numero & quo myſterio diſtributę ſunt. 81.b
Tabulas legis cur confregit Moſes. 47.a
Tamar ſe meretricem effingens, an peccarit. 34.a
Tamar vno concubitu cur geminos concepit pueros. 34.b
Tauro cur Ioſeph aſſimilatus. 37.a
Templum éſtne etiam mutatum. 195.b
Templum illud celebratiſſimum qua proportione fabricauit Salomon. 283.a
Templum per Ieruſalem quomodo figuratur locus beatitudinis. 183.a.b
in Templi fabrica cur nullus fuit auditus malleus, nec ſecuris, nec vllum genus ferramenti. 3.a
Tempus quid. 1.a
Tempus fauſtum ad orandum. 411.b
Tempus Meſſiæ cur fuit & eſt adeò occultum. 206.b
Ternarius numerus; cur primus à Pythagoreis exiſtimatur. 338.b
Ternario numero Deus gaudet. 18.b

Ternario numero cur Deus omnia complectitur. 324.b
Terra frigidæ ſiccæque naturæ, & infœcunda niſi irrigetur aqua. 2.b
Terra ab aqua penitus ſeparata, arida dicitur. ibid.
Terra cùm in primo die creata fuerit, cur de ipſa in tertio die tractatur. 2.b
Terra viſionis patribus cur promiſſa. 41.a. & cur fluere lac & mel dicatur. ibid.b
Terra viſionis cur primò poſſeſſa à Chananæis maledictis. 41.b
quomodo Terra in æternum ſtat cum ipſa per tria moueatur? 294.b
Terra quę eſt fluēs lac & mel? 230.a
Terra quę mitibus in poſſeſſionē promittitur? 222.b
cur dicitur quod Terra in æternū ſtat. 294.b
Terra promiſſionis cur redolet per multa millaria in mari? 192.a
Terræ materia fuit primo creata. 2.b
Terræ forma data eſt tertio die. 2.b
Terræ motus cur generatur. 387.
Terræ maledictio an fuerit vnquā ſublata, & quando. 9.a
Teſtamētum quod diſpoſuit Deus electis ſuis. 147.a
Teſtamentum cōfirmatúmne fuit. 196.a
Teſtamētum cur etiam mutatum. 196.a
Teſtamentum nouum quomodo morte Chriſti confirmatū fuit. 240.a
Teſtimonio quonam Dei, Chriſtus eſt declaratus Deus. 212.b
Theologia tota ab Hebræis proceſſit. 41.a
Theologia per oracula tantummodo ſuſcipienda. 41.a
Theſauros hominibus quis diſtribuit. 369.b
Thronus Dei quid eſt. 144.a
Timæus lorus. 3.b
Timæus & Plato cur cælū in quindecim pentagonos partiuntur. 324.a
Timor domini cur initium ſapiētiæ poſſidendæ eſt. 185.b
Titulus cur electus ſuper ſepulchrum Rachelis. 31.b
Titulos cur Deus prohibuit erigi. 104.a
Tobias quonam felle liniuit oculos patris. 375.a
Torcular quod fuit in vinea: vt hoc vinum exprimeretur? 237.a
Tribulatio fuítne indicta patribus. 197.a
Tribunal Dei quæ cōſtituunt. 352.a
Tribus Iſraël cur duodecim tātum numeratæ. 39.b
Triſmegiſti dictum. 1.a
Tuba clangi cur in neomeniis iubetur. 190.a
Tuba qua iuſſum fuit clangi in Calendis & Iobileo. 113.a
Tubæ cur dicuntur prædicatores. 189.b
Tubarum illarum quotuplex ſonus. 189.b
Tubis quando & quomodo clangebatur. 189.b
Tunica Ioſeph cur intincta hœdi ſanguine. 33.a
Tunica polymita cur facta Ioſeph. 32.a
Tunicas primis parentibus ex qua pelle fecit Deus. 9.a
Turris Babel cur ædificata. 15.a
Turturis vox, quid ſignificat.

278.b
cur Turturis vox audita eſt in terra noſtra. 285.b
Typhon ex Titano & terra natus. 336.b
Tyrus cur adeò ab Ezechiele celebratur. 404.a

V

VAccam rubeam robuſtæ ætatis cur Deus offerri ſibi pręcepit. 101.b
Væ mihi quia tacui, cur dicitur ab Iſaia. 192.b
Vates veri qua via procedere debent. 139.b
cur duo Vbera ſponſę comparantur hinnulis capreæ genellis. 289.b
quænam ſunt hæc Vbera intrantibus in hortum promiſſa. 284.b
Vbi moratus eſt Chriſtus poſtquàm reſurrexit. 260.b
Venationem ſylueſtrem cur Izahac petiit ab Heſau. 25.b
Venenum primis parentibus infuſum fuit expiatum per vim verbi Dei incarnati. 269.a
cuius Venter dicitur tornatilis, ſiue crater. 287.a
cur Venter ſponſa cõparatur aceruo tritici liliis vallato. 289.b
Venus mentem furatur. 56.a
Veneres duæ cur à Platone poſitæ. 333.a
Venti quid ſunt, & vnde oriantur. 387.b
Verbum in ſcriptura ſacra pro opere ſumitur. 155.a
Verbo aut iuſſu cur omnia facta à Deo. 387.a
Verba nihil ſignificantia, ſi proferantur, an proſint. 337.a
Verborum & nominum vis tanta vnde. 409.a
Verbum Dei quomodò inebriat terram, & germinare eam facit. 184.b
Verbum Dei an fuiſſet incarnatum ſi Adam non peccaſſet. 395.a
Verbum Dei cur dicitur ſagitta acuta in manu potentis dicitur. 186.a
Verborum Dei efficacia vnde. 136.a
Veritas in quo ſigno cognoſcitur. 230.a
Veritas quæ & ex qua terra orta dicitur. 134.a
Veritas agitata magis eluceſcit. 154.a
Veritatis comprobatio vnde potiſſimum habetur. 137.b
Veſte picta ne quis veſtiatur, aut ſtigmate aliquo decoretur cur iubetur. 127.a
Veſtimentum duplex an erit bifarium corpus. 54.b
Veſtimenta quænam iuſſit lauari Deus. 46.b
Veſtimentorum differentia. 135.b
Via legis & via Euangelij quæ eſt? 204.a
Via Euangelica cur arcta. 204.b
Via præceptorum cur dicitur leuis, cùm tot mandata cõtineat. 97.a
Via maris trans Iordanem Galilææ gentium cur ex aduerſo aggrauata eſt. 157.a
Viam quam eligit, quomodo Deus ſtatuit timenti ſe, vt canit Propheta? 197.a
Victimas Deo patris ſui Iſaac cur Iahacob obtulit. 36.a
Victoriã de hoſte quomodo quis poteſt habere. 392.b
Vinea quam Dominus plantauit,

quænam eſt. 144.b. & vbi plantata. 145.a. & quam fœcunditatem requirit ab ea. ibid.4
Vinea quam plantauit Noeh quænam fuerit. 14.b
Vineæ laborantibus quem denarium promittit Dominus. 224.a
Vinum hoc inferius cur plus æquo ſumptum nocet. 170.b
Vini nomine quid intelligendum. 281.b
à Vino an nobis ſit abſtinendum vnà cum Salomone. 282.a
à Vino cur Salomon propoſuit abſtinere. 281.b
Vir cur natura appetit mulierem, & è conuerſo. 332.a
Vir diligit vxorem tanquam dimidium ſui, & filios tanquam aliquid ſui. 168.a
Vires plures geminatæ ad quid nobis datæ ſunt. 358.b
Virga Aharon cur floruit. 130.b
Virgæ conuerſio in ſerpentem cur Moſi data. 42.a
Virga Mercurij in ſecretiori philoſophia quid eſt. 337.b
Virgis caſtaneis, amygdalinis & populeis ſemidecortatis cur vſus Iahacob. 29.a
Virtus vera in quo conſiſtit. 305.a
Virtus prophetica in quo conſiſtit. 141.a
Virtus ſanandi vnde in imagine ſerpentis erecti. 49.b
Virtus intellectiua cur tardat venire in hominibus magis, quàm ſua in animantibus? 359.b
Virtus ac bonus influxus éſtne cœlorum omnium. 355.a
Virtus circa difficile verſatur. 353.a
Virtutem & ducem quem Deus Moſi dedit contra tot multigenos hoſtes. 44.a
Virtute qua mortui in die iudicij reſurgent. 262.a
Virtute qua Chriſtus nos iuſtificauit. 260.a
Virtute qua Chriſtus miſit ſpiritũ ſanctũ quinquageſimo depoſt reſurrectionem. 261.b
Virtute qua Chriſtus reſurrexit. 260.a
Virtute qua Chriſtus cœlum conſcendit. 261.b
Virtutes malæ expoliatæ quomodò potiebantur veſtimentis illis 55.a
Viſcera Ioſeph cur commota ſuper Beniamin. 35.b
Viſio in ſpiritu quid. 138.a
Viſio Dei quomodo mũdis corde promittitur. 223.a
Viſio imaginaria & nocturna, quũ 138 a
Viſio faciei ad faciem quid. 138.b
Viſionis terra cur patribus promiſſa. 41.a
Viſione in qua beantur ij qui ſunt patria. 256.a
Vita hominis cur abbreuiata. 12.a
Vita breuis aliis, aliis autem breuiſſima datur. 119.a
Vita longua promittitur honoranti parentes. 176.a
Vita Saræ ſoluis cur tam diligenter ſcribatur. 22.a
Vitulus Iſraelitarũ quomodo conflatus. 46. b & quis fuit author tanti ſceleris. 47.a
Viuendum eſt diis cùm ſine ipſis nihil ſimus. 90.a
Vndenarius numerus infauſtus. 26.b.
Vngues cur prohibet incidi Pythagoras iuxta ſacrificium. 341.b

per vnum quid intelligit Plato. 331.a
Vocabula quatuor in creatione hominis myſticè introducta. 4.b
vt Volumen illud comederet, cur Deus Ezechieli præcepit. 189.a
Voluntates vltimæ vt perficerentur cur iam diligenter curarunt antiqui. 412.b
Voluptas carnis quomodo pungat, declarat Socrates in Gorgia Platonis. 9.a
Vox dictus eſt Baptiſta. 275.a
neſcit Vox miſſa reuerti ſicut nec præteritum tempus, nec lapis iactus reuertuntur. 184.b
Vox cur ab Iſaia dicitur prædicator. 186.a
Vox ſanguinis Habel quomodo clamabat ad Deum de terra. 10.b
Vocem cur geminauit Angelus vocans Abraham de cœlo. 21.b
Voce qua Beati Deum laudant. 256.b
Votum an ſit de iure diuino. 110.b
Voto baptiſmatis in infantia exhibito an teneamur. 134.a
Voto ſeruato quid conſequimur, quid non ſeruato. 343.a
Vuas, fic⁹, & malogranata ex promiſſa terra exploratores illi retulerunt. 99.b
Vulgarium animarum oculi diuinitatis radios ſufferre non poſſunt. 1.a
quæ Vulpes demolientes vineas capi merentur. 290.b
in Vulua matris cur Ieremias fuiſſe mortuum ſe optabat? 201.a
Vxor an debeat dotem dare marito. 371.b
Vxor Lot retrò reſpiciens cur cōuerſa in ſtatuam ſalis. 19.a
Vxorem cur Abraham noluit vt acciperet Iſaac de Chananęis. 22.b
Vxore vna cur non contentus Abraham. 23.a
Vxore vna cur contentus Izahac. 23.a
Vxore vna nec duabus cur cum quarta muliere coniunctus eſt Iahacob. 23.b
Vxores tot cur antiquis concedebantur. 367.b
Zabulon cur partem ſuam ad mare ſortitur. 37.b
Zelus Eliæ iantus vnde fuit. 405.a
quo Zelo prædicare debet concionator. 186.b
Zipora, vxor Moſis. 42.a
Zohar ciuitas, paruulam ſignificat 19.a
Zoroaſtres quid per terræ huius radices innuit: quid per trinum indumentum: quid per Sirenā & puerū: quid per capras, & cæ. 344.b. & 345.a.b. & ſeq.

FINIS.

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, QVI PASSIM IN HOC OPERE CItantur atque exponuntur.

GENESIS

1 IN principio creauit Deus cœlum & terram. 1.b
Terra erat inanis & vacua. 1.a
Et dixit Deus, fiat lux. 1.b
Fiant luminaria in firmamẽto cœli, & ſint in ſigna, tempora& dies& annos. 3.a
Producant aquæ omnem ſerpituram animæ viuentis 292.a
Cuius ſemen ſit in ſemetipſo ſuper terram. 377.b
Et vidit cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. 389 b
Creauit hominem maſculum & fœminam. 67.b
2. Ceſſauit Dominus deus ab omni opere quod creauerat ad faciendum. 202.b
Et adduxit ommia animalia ad Adam. 380.b
Et inſnflauit in nares eius ſpiraculum vitarum. 3045.b
Formauit deus hominem puluere de terra. 4.a
Inſpirauit in hominem ſpiraculũ vitæ. 4.b
Erunt duo in carne vna. 290.a
Et non inueniebatur homini adiutorium. 4.b
Non eſt bonum hominem eſſe ſelũ, faciamus ei adiutoriũ. 227.a
Poſuit deus hominem in paradiſũ voluptatis, vt operaretur & cuſtodiret illum. 6.a
3. Eò quod eſſet mater cunctorũ viuentium. 6.
Vidit mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & tulit & comedit. 7.a
Terrã comedes omnibus diebus vitæ tuæ. 72.b
Super pectus tuũ gradieris. 382.a
Ponam inimicitias inter te & mulierem &c. 8.a. 376.a ipſum conteret caput tuum ibidem b
Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum. 8.a
Fecit Deus tunicas pelliceas. 9.a
4. Mobilis vel mutans & vagus eris in terris. 295.a
Et poſuit deus ſignum in Chaĩn ne occideretur. 10.b
5. Hic eſt liber generationis

Adam

Adam. 11.a
6. Filij Dei acceſſerunt ad filias, hominum. 8.b 11.a.376.a
Quinta cogitatio hominis intenta eſt ad malum omni tempore. 399.a
Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum. 11.b
Pœnituit Deum quòd hominem feciſſet. 11.b
Fac tibi arcam. 12.a
7. Finis vniuerſæ carnis venit coram me. 11.b
Ego pluam ſuper terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus. 12.b
Ex omnibus animantibus mundis tolle ſeptena & ſeptena, & ex immundis duo & duo. ibid.
Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnę& cataractę cœli apertæ ſunt 13.a
8. Aperiens Noeh feneſtram arcæ quam fecerat dimiſit coruũ. Qui egrediebatur & reuertebatur donec ſiccarentur aquæ ſuper terram. ibid.
Rurſum miſit columbam,& attulit ramum oliuæ. 13.b
9. Noeh plantauit vineam,bibẽſque vinum inebriatus eſt. 14.b
Arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me & inter terram. 13.b;388.a
12. Dixit Deus Abrahæ:egredere de terra, & de cognatione tua. 15.b
Facta eſt autem fames in terra.deſcẽdítque Abram in Aegyptum. 16.a
Magnificabo nomen tuum, eriſq; benedictus. 15.b
13. Reuerſúſque eſt per iter quo venerat à meridie per Bethel.ib.
15. Eduxit dominus Abraham foras. 16.b
Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. ibid.
16. Dixit Sara ad Abraham egredere ad ancillam meam. 17.a
Manus eius contra omnes,& manus omnium contra illum.ibid.
17. Nec vltra vocabitur nomen tuum Abram, ſed appellaberis Abraham. 17.b
Sarai vxorem tuam non vocabis Sarai,ſed Sarah. ibid.
18. Quæ riſit occultè. 20.b
Apparuit autẽ ei dominus in conualle membre. 18.b
Et reuerſus eſt Abraham ad locum ſuum. 19.a
19. Reſpiciénſque vxor Lot poſt illum, verſa eſt in ſtatuam Salis. ibid.
20. Dixítque Abraham de Sara vxore ſua,ſoror mea eſt. 20.a
21. Abraham verò plantauit nemus in Berſabee. 20.b
Ludebat Iſmael cum Izahac, & Eijce ancillam & filiam eius. 19.b
22. Tentauit Dominus Abraham 274.b
22. Tentauit Deus Abraham. 21.a
23. Vixit autem Sara centum viginti ſeptem annis. 22.a
24 Puella cui dixero: inclina hydriam tuam vt bibam, & cæt. 22.b
25. Abraham vero aliam duxit vxorem nomine Ceturam. 23.a
26. Ne deſcendas in Aegyptum. 24.a
27. Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni. 197.a

Benedixítque ei & erit benedictus. 25.b
In rore cœli,& in pinguedine terræ deſuper erit benedictio tua. 26.a
Viues in gladio tuo,quouſque excutias iugum fratris de ceruicibus tuis. 26.a
28. Vidítque in ſomnis ſchalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlum 27.a
Si fuerit Deus mecum, & cuſtodierit me in via,&c. ibid.
27. Amouit lapidem,quo puteus claudebatur. 27.b
30 Da mihi de mandragoris filij tui:& dormiat tecum hac morte pro mandragoris filij tui. 28.a.b
Tollens ergo Iahacob virgas populeas virides & amygdalines, &cæt. 28.b
31. Iurauit ergo Iacob per timorem patris ſui. 30.a
Rachel furata eſt idola patris ſui. 29.b
32. In baculo meo tranſiui Iordanem. 28.b
Dimitte me,quia aurora eſt. 30.a
Quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti,quanto magis contra homines preualebis. ibid.
Vocabitur nomen tuum Iſrael. 30.a
Ipſe vero claudicabat pede. 31.a
Caſtra Dei ſunt hæc. 30.a
33 Et ipſe progrediens adorauit pronus in terram ſepties. 30.b
Aetate conſumptus Abraham ſepelierunt eum Iahacob & Eſau filij ſui. 32.a
Terror Dei inuaſit omnes per circuitum ciuitates. 31.a
Abiit Ruben & dormiuit cum Bala concubina patris ſui. 31.b
Abiicite deos alienos. 31.a
37. Audite ſomnium meũ quod vidi: putabam nos ligare manipulos in agro. 32.b
Ioſeph deferebat infamiam illorũ malam ad patrem. ibid.
Inuenítque eum vir errantem in agro. 33.a
Iſrael autem diligebat Ioſeph ſuper omnes filios & fecit ei iunicam polymitam. 32.a
Deſcendam ad filium meũ lugens in infernum. 33.a
43. Et commota ſunt viſcera eius 35.b
Ego ſum fortiſſimus Deus patris tui,noli timere deſcendere in Aegyptum. 346.a
Venit ad puteum iuramenti. 36.a. & mactatis victimis Deo patris ſui Iſaac. ibid.
47 Sumus paſtores ouium. 36.a
49. Non auferetur ſceptrum de tribu Iuda & dux de femore eius,donec veniat Silo. 37.a
Collegit pedes ſuos ſuper lectulũ. 39.b
Congregamini vt annũciem quæ ventura ſunt vobis. 36.a
Aſter pinguis panis & præbebit delitias regibus. 38.b
49. Beniamin lupus rapax mane comedens prædam, & veſpere diuidens ſpolia. 39.a
Omnes tribus ſunt duodecim. ibid.
Fiant in capite Ioſeph, & vertice Nazaræi,fratres eius. ibid.
Donec venia deſyderium collum excelſorum. ibid.
Dan iudicabit populum ſuum, ſicut & aliæ tribus. Sit coluber in

via & ceraſtes in ſemita. 38.a
Ligans ad vineam pullum ſuum & ad vitem aſinam ſuam. 37.a
Gad accinctus præliabitur ante eum. 38.a
Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum. 37.a
Izahar aſinus fortis accubans inter duos terminos. 38.a
Filius accreſcens Ioſeph & decorus aſpectu. 38.b
Sedit in forti arcus eius. ibid.
Oculi tui pulchriores vino, & dẽtes lacte candidiores. 37.b
50. Deus viſitabit vos. 40.a

Exodi.

2. Audiuit dominus gemitum filiorum Iſroel, & fœderis ſui recordatus eſt. 42.b
Vocauit nomen eius Moyſes. 40.a
2. Percuſſit Aegyptium & abſcõdit ſabulo. 40.b
Ad deos vtriuſque cauſa peruenier. 86.a
Ego ſum Deus Abraham, Deus Izahac, & Deus Iahacob. 41.a
Et ſpoliabitis Aegyptum. 41.b
Moſes autem paſcebat oues ſoceri ſui, & apparuit ei angelus domini. 40.b
3. Vadam & videbo cur non cõburatur rubus. ibid.
Solue calciamentum pedum tuorum. 41.a
Ego ſum, qui ſum. ibid.
Mitte quem miſſurus es. 42.a
Oſtende mihi gloriam tuam. 47.b
4. Sponſus ſanguinis tu mihi nunc es. 42.a
7. Ecce conſtitui te Deum Pharaonis, & Aarõ frater tuus erit propheta tuus. 42.b
Indurauit Deus cor Pharaonis. ibid.
8. Digitus Dei eſt hic. 43.b
11. In exitu Iſraelis ex Aegypto non latrauit canis. 44.a
12. Percuſſit Deus omne primogenitum Aegypti.
13. Armati aſcenderunt ex Aegypto filij Iſrael. 44.b
15. Iſraelitæ tranſacto mari inuenerunt duodecim fontes. 44.b
19. Deus portauit populum Iſraeliticum ſuper alas aquilarũ. 46.b
Loquere tu nobis, & non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur. 69.a
Ego ſum dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. 66.b
Non adorabis Deum alienum, ſed Dominum Deum tuum. 97.a
Ecce ego mitto angelum meum, qui præcedet te, & cuſtodiet in via: obſerua eum, & audi vocẽ eius, quia eſt nomen meum in illo. 70.b
Turba enim ad malum facilè ruit 340.a
33. Oſtende mihi gloriam tuam. 47.b
Non videbit faciem meam, ſed poſteriora mea ibi.
Non videbit me homo & viuet. 48.a
Oſtendam tibi omne bonum. ibidem.

34. Dominator domine,pius clemens. 302.a

Leuitici.

17. Non comedatis ſanguinem, quia in ipſo eſt. 382.a

19. Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum. 71.b

Non morabitur opus mercenarij tui apud te vſque mane. 251.b

25 Tempore Iobilei & remiſſionis habendæ, Deus iubebat omnes ſeruos ac debitores liberos dimitti. 190.a

Numerorum.

12. Palam,& non per ænigmata, neque figuras Deum videt. 48.a

Deus os ad os loquebatur moſi. 47.b

16. Aaron pro populo deprecatus eſt,& plaga ceſſauit 88.b

19. Quæ pollutio tranſit non ſolum in cadauer, ſed in omnes tangentes illud.86.b. & Omnis qui tetigerit humanæ animæ morticinum, & aſperſis hac commixtione non fuerit, polluet tabernaculum domini. 86 b

31. Omne quod tranſire poteſt per flammas,igne expiabitur. 242.b

Deuteronomij.

6. Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt. 36.a.67.a

9. Dominus Deus tuus ignis cōſumens eſt. 299.b

32. Pars autem Domini populus eius,& Iahacob funiculus hęreditatis eius. 370.b

33. Et in dextera eius ignea lex. 66.a.70.a

1. Regum.

10. Num & Saul inter Prophetas. 393.b

16. Et Dauid cythara malum ſpiritum à Saule fugabat, & ſpiritum eius nequam furentem mitigabat. 388.b

2. Regum.

7. Arguam eum in virga virorum miſericordiam autem meā non auferam ab eo. 301.b

3. Regum.

6. Malleus & ſecuris, & omne ferramentum non ſunt audita in domo cum ædificaretur. 3.a. 80.b

4. Regum.

20. Recordare, quòd ambulauerim coram te in veritate & corde perfecto. 72.a

Tobiæ.

12. Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna. 265.a

Iob.

1. Sathan ſtabat inter filios Dei. 302.b

5. Ab oriente labor. 304.b

14. Breues dies hominis ſunt. 176.a

Numerus mēſium eius apud te eſt. 62.6

Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine. 304.b

Tu quidem greſſus meos dinumeraſti. 304.a

15. Ego ſum vitis,& vos palmites. 356.a

34. Propter peccata populi,Deus permittit regnare hypocritam. 353.a

37. Ab aquilone aurum venit. 217.a

38. Quis proiecit lapidem fundamenti. 84.a

Si apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis. 30.b

Pſalmorum.

Beatus vir qui in lege Domini meditabitur die ac nocte. 97.b
3. Ego dormiui,& ſoporatus ſum. 150.a
Percuſſiſti omnes aduerſantes mihi maxela. 299.a
4. In pace in idipſum dormiam & requieſcam. 289.b
Eleuatum eſt ſuper nos lumẽ vultus tui domine. 377.a
8. Ex ore infantium & lactãtium perfeciſti laudem. 244.b
10. Quoniam,quẽ perfeciſti, deſtruxerunt. 71.a
Dominus in templo ſancto ſuo. 83.a
13. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. 243.a
14. Domine quis habitabit in Tabernaculo tuo,aut quis requieſcet in monte ſancto tuo. 372.a. 126.b
15. Increpuerunt me renes mei. 72.b
Inſuper & vſque ad noctem increpuerunt me renes mei. 50.a
Multiplicarunt idola ſua, & poſt ipſa accelerauerunt. 105.b
17. Cum ſancto, ſanctus eris: & cum peruerſo, peruerſus eris. 92.b
Saluum me fecit, quia voluit me. 369.a
18. Lex domini immaculata,conuertens animas. 65.a70.a
In ſole poſuit tabernaculum ſuũ. 113.b
20. Miſericordia eius præueniet me. 208.b
21. Et de manu canis libera animã meam. 74.b
23. Domini eſt terra & plenitudo eius: orbis terrarum & vniuerſi qui habitant in eo. 369.b
25. Proba me domine, & tenta me. 274.b
Sicut vaſa figuli probat fornax: Sic homines iuſtos tentatio tribulationis. 181.a
26. Dominus protector vitæ meę à quo trepidabo. 297.b
Vre renes meos & cor meum. 72.b
Credo videre bona domini in terra viuentium. 89.b.5.a
31. Beati, quorũ remiſſæ ſunt iniquitates. 54.b
Beati,quorum tecta ſunt peccata. 354.b.138.a
33. Benedicam dominum in omni tempore. 122.b
35. Homines & iumenta ſaluabis domine. 21.a.75.b
Quoniam apud te eſt fons vitæ. 39.a
In lumine tuo videbimus lumen. 70.b.305.b.341.a.232.a.286.a
In capite libri ſcriptum eſt de me. 66.a
43. Exurge quare obdormis domine & ne repellas in finem. 303.b
In te inimicos noſtros ventilabimus cornu. 113.b
44. Specioſus forma præ filiis hominum. 59.b
Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. 386.a
47. Quoniam ecce reges cõgregati ſunt,cõuenerunt in vnum. 36.a
49. Ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes. 89.b
50. Et in peccatis cõcepit me mater mea. 34.b

Cor contritum & hmiliatũ Deus non deſpicies. 135.a

54. Iacta cogitatum tuum in Domino,& ipſe te enutriet. 223.a

54. Quis mihi dabit pẽnas vt columbæ,& volabo. 13.b.203.a

56 Filij hominum dentes eorum arma & ſagittæ, & lingua eorũ gladius acutus. 299.a

59.& 107 Verum enim debet eſſe verbum Regis. 35.b

61. Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. 223.a

66. In omnibus gentibus ſalutare tuum. 227.a

67. Aſcendens in altum, captiuã duxit captiuitatem. 99.a

Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo. 295.a

68. In libro tuo omnes ſcribentur. 144.b

Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur. 228.a. 187.b

73. Operatus eſt ſalutem in medio terræ. 159.b. 242.a

75. Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. 291.a

77. Et induxit eos ad mõtem ſanctificationis ſuæ. 69.a

79. Cur affectu tanto petit Dauid vt Deus oſtendat ei faciem ſuam. 193.b

Oſtende faciem tuam, & ſalui erimus. 138.b

Mei autem penè moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei. 47.b

83. Beati qui habitant in domo tua domine. 143.a

Ibunt de virtute in virtutem. 95.b

Aſcenſiones in corde ſuo poſuit. 27.b

Reſpice in faciem Chriſti tui. 68.a

84. Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. 75.a. 200. a. 24.a. 43.b

Audiam quid loquatur mihi Dominus Deus. 354.a

88. Tui ſunt cæli, & tua eſt terra. 41.a

Et exaltaui electum de mea. 35.a

90. Protegam eum quoniam cognouit nomen meum. 301.a

Non tentabis Dominum Deum tuum. 104.b

93. Secundum multitudinem dolorum meorum, conſolationes tuæ lętificauerunt animam meã. 33.b

99. Ipſe fecit nos, & non ipſi nos. 71.a

Seruite Domino in lætitia. 63.b. 108.a

101. Ipſi peribunt, tu autem permanebis. 355.a

Tu autem idem ipſe es. 207.b

Et mutabis eos, & mutabuntur. 355.a

103. Omnia in ſapientia feciſti. 207.a. 350.a

Terminum poſuiſti, quem non tranſgredientur. 100.b

Omnia à te expectant, vt des illis eſcam in tempore. 292.b

Qui facit angelos ſuos ſpiritus,& miniſtros ſuos ignem vrentem. 90.a

Amictus lumine ſicut veſtimento. 7.b

Ortus eſt ſol, & congregati ſunt. 113.b

Catuli leonum rugientes, vt rapiant. 72.a

Poſuiſti tenebras,& facta eſt nox. 304.a

104. Eloquium Domini inflam-

mauit eum. 288.b
105. Renouabitur vt aquila iuuētus tua. 23.b
106. Miſit verbum ſuum & ſanauit eos. 18.a
108. Et Epiſcopatum eius accipiat alter. 8.b
109. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum. 552.a
111. Gloria & diuitiæ in domo eius. 93.a.224.a
113. Montes exultauerunt vt arietes, & colles ſicut agni ouium. 291.b
Non mortui laudabunt te domine, neque omnes qui deſcendūt in infernum. 401.a
115. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi. 340.a
117. Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me. 290.b
118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo. 97.b
Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. 106.a
Declaratio ſermonum tuorum illuminat. 65.b
Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. 70.a. 137.a. 287.a
Quàm dulcia faucibus meis eloquia mea ſuper mel ori meo. 289.a
Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis tuis. 305.b
Viam mandatorum tuorum cucurri. 190.a
Terminum poſuiſti, quē non tranſgredientur. 352.b
120. Leuaui oculos meos ad mōtes, vnde veniet auxilium mihi. 185.b
126. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. 12.b
127. Vxor tua ſicut vitis abundans. 37.b
132. Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron. 87.a
Sicut ros Hermon, qui deſcendit in montem Sion. 382.a
138. Si aſcendero in cœlum, tu illic es, ſi deſcendero in infernum ades. 228.a
Nimis honorati ſunt amici tui Deus. 38.a
142. Non intres in iudicium cum ſeruo tuo domine: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. 69.b.81.a
143. Emitte ſagittas tuas, & conturbabis eos. 305.b
146. Qui numerat multitudinē ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat. 148.b.16.b
147. Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas. 27.b
Emittet verbum ſuum & liquefaciet ea. 250.a
48. Laudate dominū de terra, dracones & omnes abyſſi. 378.b
Ipſe dixit, & facta ſunt. 138.a

Prouerbiorum.

6. Vade piger ad formicā. 379.a
7. Sapientia ab æterno ordinata fuit. 383.b
8. Delitiæ meæ eſſe non filiis hominum. 291.b
10. Vniuerſa delicta operit charitas. 135.b
15. Per miſericordiam & fidem, peccata purgantur. 296.b
Sermo mollis frangit iram. 346.b

17. Stulto nihil proſunt diuitiæ. 297.a
18. Turris fortiſſima eſt nomen domini. 301.a
Mors & vita ſunt in manibus linguæ. 340.b
21. Cor regis in manu Domini. 293.b
29. Rex iniuſtus erigit ciuitatem. 294.a
30. Duæ ſunt ſanguiſugę clamantes, affer, affer. 296.a
37. Noli regibus dare vinum, ne obliuiſcantur veritatis, & peruertant iudicium. 92.a
Mulierem fortem quis inueniet. 278.a

Canticorum.

1. In odorem vnguentorum tuorum currimus. 28.b.50.a.163.a
Oculi tui columbarum. 13.b
Meliora ſunt vbera tua vino. 300.b
Genæ ſponſæ pulchræ ſunt turturis. 288.a
Oleum effuſum nomen tuum. 300.b. 65.b
2. Læua eius ſub capite meo, & dextra illius amplexabitur me. 290.b
Turturis vox audita eſt in terra noſtra. 285.b
Tempus præſentationis aduenit. 285.b
En ipſe ſtat poſt parietem. 392.b
3 Bibi vinum meum cum lacte meo. 61.a
4. Petria hortum meum. 285.b
Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. 27.b
Sponſa habet mel & lac ſub lingua. 287.b
5. Bibi vinum meum cum lacte meo. 23. a
Ego dormio, & cor meum vigilat. 271.b.150.a
6. Deſcendi in hortum meum vt viderem poma conuallium. 285.a
Vnica eſt columba mea. 286.b
7. Veni in hortum meum, & dabo tibi vbera meá. 137.b
6 Lilia enim calida ſunt, & conceptio valde propitia. 28.a
Dabo tibi vbera mea. 39.a
Comæ capitis tui ſicut purpura regis iuncta canalibus. 92.b
8 Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. 286.b
Si murus eſt ædificemus ſuper eũ propugnacula argentea. 290.b
Soror noſtra permea eſt & vbera non habet. 290.a
Mille tui pacifici. 2.b

Sapientiæ.

1 Sapientia non habitat in corpore ſubdito peccatis. 16.a
Sapien.2. Circumueniamus iuſtum, quoniam contrarius eſt operibus noſtris. 240.a
2 Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. 45.a.375.b. 243.b
6 Deo æqualis cura eſt de omnibus. 77.b
Potentes potenter tormenta ſuſtinebunt. 262.b
9 Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. 146.a
11. Deus omnia diſpoſuit numero, pondere & menſura. 132.a
12. O quàm ſuauis eſt Domine ſpiritus tuus in omnibus. 63.b
Nihil odiſti eorum, quæ feciſti. 276.a
14 Tu autem pater prouidentia ab initio cuncta gubernas. 116.a

15. Tu autem Deus noſter ſuauis & patiens es. 340.b
18. Sermo tuus omnipotens venit in medio noctis ſilentio. 284.a

Eccleſiaſtici.

1. Generatio præterit, & generatio aduenit. 198.a
Stultorum infinitus eſt numerus. 298.a
Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat. 294.b 202.b. 383.a
4. Melius eſt eſſe duos quàm vnum. 74.b
Funiculus triplex, difficilè rumpitur. 292.b
5. Si quid voniſti Deo ne moreris reddere. 110.a
7. Ne dicas cur primi dies fuerunt meliores iſtis, quia ſtulta eſt huiuſmodi interrogatio. 362.a
Sapientia magis confortat quàm decem principes terræ. 286.a
9. Qui in vno peccauerit, multa bona perdet. 294.a
10. Si ſpiritus habentis poteſtatẽ aſcenderit ſuper te, locum tuũ ne dimiſeris. 297.a
Cor ſapientis in dextra eius, & inſipientis in ſiniſtra. 294 b
11 Dulce lumen & delectabile eſt oculis videre ſolem. 286.a
Quo ceciderit lignum, ſiue ad Auſtrum, ſiue ad Aquilonẽ, ibi erit. 295.b
13. Omne animal diligit ſibi ſimile. 350.b
15. Et aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum. 1.b.70.b
18. Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul. 202.a
Qui manet in æternum, creauit omnia ſimul. 2.a
21. Fatuus in riſu exaltat vocem ſuam, vir autem ſapiens vix tacitè ridebit. 239.a
30. Melior eſt mors, quàm vita amara, & requies æterna, quàm langor perſeuerans. 20.a
32. Vbi non eſt auditus, non eſt effundendus ſermo. 191.a
33. Statuit malum contra bonum 10.b. 74.a
Finem loquendi pariter omnes au audiamus, Deum time, & mandata eius obſerua, hoc eſt omnis homo. 293.a

Iſaiæ.

1. Principes tui infideles ſocij, furum. 369.a
Cùm multiplicaueritis orationẽ, non exaudiam, quia manus veſtræ plenæ ſunt ſanguine. 337.b
2. De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem. 65.a
Cauete ab homine cuius ſpiritus in narib. eſt vehemens. 288.b
6. Plena eſt omnis terra gloria eius. 378.b
7. Butyrum & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum. 287.b. 41.b
14. Ab Aquilone fumus veniet. 217.a
16. Emitte agnum Domine, dominatorem terræ. 94.a
30. Væ filij deſertores, qui facitis conſilium, & non ex me. 14.b
37. Quæ arbores mittent radices deorſum, & facient fructum ſurſum? 193.a

40. Omnis caro fœnum. 235.a
45. Ego ſum creans malum & faciens bonum, creans tenebras, & faciens lumen. 74.a. 345.a. 304.b
49. Poſuit me quaſi ſagittam electam. 186.a
52. Iſte aſperget gentes multas, etiam illas, quibus non eſt annunciatum de Deo. 102.a
53. Quaſi agnus ſtetit coram tondente ſe. 94.a
Languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. 196.b.128.b
55. Verbum meum, quod egredietur ex ore meo, non reuertetur ad me vacuum. 189.b
56. Domus mea, domus orationis vocabitur. 339.b
57. Cor impij quaſi mare feruẽs. 299.a
62. Super muros tuos Hieruſalẽ conſtitui cuſtodes. 225.a
63. Ecce ego creo cœlos nouos, & terram nouam. 357.b
Ego, qui cæteris generationẽ tribuo, ſterilis ero? 3.b

Ieremiæ.

1. Ab Aquilone pendetur omne malum. 66.a. 70.a. 217.a
6. A minore vſque ad maiorem, omnes auaritiæ ſtudent. 369.a
13. Si poteſt Æthiops mutare pellem ſuam, & pardus varietatem ſuam. 375.b
14. Tu autem in nobis es Domine, & nomen tuum inuocatum eſt ſuper nos. 209.b
23. Cœlum & terram ego impleo. 292.a.144.a
33. Niſi eſſet pactum meum, ſtatuta cœli & terræ non poſuiſſem. 68.a.387.a
48. Maledict⁹ qui facit opus Dei negligenter. 95.a

Baruch.

3. Non eſt qui poſſit ſcire viam eius, nec qui excogitet ſemitas eius. 70.b.347.a

Ezechielis.

1. Facies hominis, facies bouis facies leonis, & facies aquilæ: Quatuor facies vni. &c.
16. Expandi amictum meum ſuper te, & operui ignominiam tuam. 46.b
Et denudabunt te veſtimẽtis tuis, & auferent vaſa decoris tui, & derelinquent te nudã, plenãmque ignominia. 7.a
17. Sicut aquila prouocãs pullos ſuos ad volandum. 300.a
18. Quacunque hora peccator reuerſus fuerit ad me, omnium iniquitatum eius non amplius recordabor. 392.a
36. Et effundam ſuper vos aquam mundam, & lauabimini ab omnibus inquinamentis veſtris. 18.a

Danielis.

4. Terrebis me per ſomnia & per viſiones horrore concuties 304.a
9. Orante Daniele promiſit Deus parcere populo ſuo per Gabrielem. 196.b
13. Semen Chanaan, & non Iuda. 71.a

Amos.

1. Super tribus ſceleribus conuertam eos, ſuper quarto autem nõ conuertam. 298.a
3. Non faciet Dominus verbum, quod non prius reuelauerit amicis ſuis. 33.a

Non eſt malum in ciuitate quod non fecerit Dominus. 345.a

Aggæi.

2. Interroga ſacerdotem legem, & reſpondebit tibi. 89.a

Zachariæ.

1. Conuertimini ad me,& ego cõuertar ad vos. 185.b

1. Cóuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. 222.a

8. Si ieiunium fuit ordinatum ſemel in anno,cur Zacharias meminit ieiunium quarti, ieiuniũ quinti,ieiunium ſeptimi. 195.a

Malachiæ.

1. Si ego Dominus ſum,vbi eſt timor meus. 80.b

Iahacob dilexi,Heſau autem odio habui. 25.b

2. Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam. 78.b.85.a

3. Ego Dominus, & non mutor. 207.b

Matthæi.

3. Agite pœnitentiam, & appropinquabit vobis regnum cœlorũ. 173.a

Non dabitur vobis ſignum, niſi ſignum Ionæ prophetæ. 199.b

Vera enim ſalus Ieſus fuit. 207.b

4. Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit ab ore Dei. 234.b.184.a

Si filius Dei es,mitte te deorſum. 265.b

Si cadens adoraueris me, dabo tibi omnia regna mundi. 217.a

5. Si offers munus tuum ante altare,& recordatus fueris,quod frater tuus habet aliquid aduerſum te, vade prius reconciliari fratri tuo. 239.b

Non veni ſoluere legem, ſed adimplere. 100.b 196.a

Qui fecerit & docuerit, magnus vocabitur in regno cœlorum. 186.a.257.b

Eſtote perfecti, ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt. 71.b 133.b

Ego autem dico vobis, Diligite inimicos veſtros, benefacite iis qui oderunt vos. 115.b

Beati mundo corde:quoniam ipſi Deum videbunt. 190.a.254.b

Beati qui lugent. 10.a.108.a

Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. 238.a

Vos eſtis ſal terræ ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur. 108.b

Nolite iurare omnino. 123.b

6. Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. 71.b

Non poteſtis ſeruire Deo & mãmonæ. 233.a

Cùm oraueritis dicite, pater noſter.&c. 64.a

Dimitte nobis debita noſtra ſicut dimittimus. 190.a

Neſciat dextera tua,quid faciat ſiniſtra. 109.a

Ne ſoliciti ſitis animę veſtrę.116.b

Non poteſtis Deo ſeruire & mãmonæ. 107.b

Cùm oraueritis nolite multum loqui. 135.a

Pater veſter cœleſtis paſcit volatilia cœli. 208.a

7. Lata via eſt quæ ducit ad mortem. 370.a

Arcta eſt via quæ ducit ad vitam, & pauci inueniunt eam. 225.b

Nõ poteſt arbor bona fructus malos facere. 345.a

Nó poteſt arbor mala fructus bonos facere. 375.b
Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur. 118.b
Nolite ſanctũ dare canibus. 192.a
Nolite exponere porcis margaritas. 1.a
Quærite primò regnum Dei. 223.a
Quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. 203.a
Eadem menſura, qua menſi fueritis, remetietur vobis. 182.b
8. Cur veniſti ante tẽpus torquere nos fili Dei. 66.b
Mitte nos in porcos. 72.a
Non veni vocare iuſtos ſed peccatores. 154.b
10. Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. 188.a
Nolite timere eos qui occidunt, animam autem nõ poſſunt occidere. 187.a
Qui me cõfeſſus fuerit coram hominibus, cõfitebor & ego eum coram patre meo. 268.b
Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes & ſimplices ſicut colũbę. 289.b 13.b. 241.a
11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. 164.b. 210.a
Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue. 26.a. 205.b. 376.a
Nemo nouit patrem niſi filius. 106.a
Omnia mihi tradita ſunt à patre meo. 46.a
Regnum cœlorum vim patitur. 353.a
15. Omnis plantatio quam non plantauit pater meus eradicabitur. 5.a. 169.b. 285.a
Quod intrat in os, non coinquinat hominem. 73.a
Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſraël. 227.a. 3 .b. 177.a
16. Generatio mala & adultera ſignum quærit. 104.a
Quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur: animæ verò ſuæ detrimẽtum patiatur. 238.b
18. Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quancunque petierint, fiet illis à patre meo. 19.a
Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo: ibi ſum in medio eorum. 45.b
Duorum ſaltem teſtimonium plenum eſt. 42.b
Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſraël. 27.b
Niſi efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. 1.b
Quæcunque ſolueritis ſuper terrã, erunt ſoluta & in cœlo. 147.b
Corripe peccantem inter te & ipſum ſolum. 115.a
19. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. 93.a. 97.b
Omnis qui reliquerit patrem, aut matrem, propter nomẽ meum, cẽtuplum accipiet. 275.a. 210.b
Centuplum accipietis & vitam æternam poſſidebitis. 291.a
Quos Deus coniunxit homo non ſeparet. 119.b. 217.a
Sinite paruulos venire ad me. 17.b
Difficilior eſt introitus in regnum cœlorum, quàm camelo tranſitus per foramen acus. 127.a
Qui poteſt capere capiat. 178.b
20. Ite & vos in vineam meã. 32.b

Merces veſtra multa eſt in cœlis. 183.a

21. Auferetur à vobis regnũ Dei, & dabitur gẽti facienti fructũ. 180.a88.a

22. Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo. 90.a.101.a

Quomodo quis poteſt amare proximum ſicut ſeipſum. 114.a

Amice, quomodo huc intraſti nõ habens veſtem nuptialem. 46.b

24. Cœli & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribũt. 235.a

Virtutes cœli cœlorum mouebuntur. 355.b

Niſi abbreuiati fuiſſent dies illi, nõ fieret ſalua omnis caro. 50.a. 181.b

25. Vni dedit quinque talenta, alij vero duo, alij vere vnum. 2.b

25. Chriſtus collocabit oues à dextris, hœdos autẽ à ſiniſtris. 98.a, 183.a

Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. 115.a

Venite benedicti patris mei, percipite regnum. 99.a

Iuſti ibũt in vitam æternam. 174.a

Ite maledicti in ignem æternum. 98.a.175.b

26. Qui gladio ferit, gladio peribit. 128.b

26. Melius erat ei ſi natus non fuiſſet homo ille. 146.a

28. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. 154.a.221.b

Marci.

Non eſt opus valentibus medicis, ſed male habentibus. 18.a

5. Non eſt mortua puella ſed dormit. 301.a

6. Quarta autẽ vigilia noctis venit ad eos. 373.b

Quotquot autẽ ipſum tangebant: ſanabantur. 214.a

13. Tradet frater fratrem in mortem, & inſurgent filij in parentes, & morte eos afficient. 197.a

16. Euntes in mundũ vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ. 159.b

Qui crediderit, & baptizatus fuerit. 193.b

In nomine meo dæmonia eiiciẽt. 59.b.243.b.337.b

Qui non crediderit, condemnabitur. 102.b

Lucæ.

Poſuit tabernaculum ſuũ in ſole. 153.a

Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri in quibus viſitauit nos oriẽs ex alto. 269.b.39.a

Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. 209.a

Eſuriens impleuit bonis. 159.a

2. Hic poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem multorum. 70.a. 42.b

3. Cœpit pœnitentiam prædicare; vt per illam cœlorum regnum acquireretur. 204.b

4. Vidi ciuitatem ſanctam Ieruſalem nouam deſcendẽtem è cœlo. 112.a

6. Vos verò contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. 133.b

Ego ero merces tua magna nimis. 183.a

7. Nullus ſurrexit maior inter natos mulierum Iohãne Baptiſta. 227.a

8. Vt audientes non audiãt, & intelligentes non intelligant. 1.a

Diuitiæ terrenæ ſpinæ ſunt. 9.a
Nónne Chriſtus etiam ſimulauit ſe longiùs ire. 29.b
9. Nemo mittens manum ad aratrum, & aſpiciens, retrò aptus eſt regno Dei. 19.b.109.b.45.a
Neſcitis cuius ſpiritus eſtis. 149.a
10. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata, 136.b
Ecce ego mitto vosſicut ágnos inter lupos. 264.b
In quancumque domum intraueritis, dicite, Pax huic domui. 189.a
10. Pignus eſt operarius mercede ſua. 117.a
16. Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur. 117.b
Gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis. 99.b.122.a. 291.b
Maria optimã partem elegit. 285.a
Ecce dedi vobis poteſtatem ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici. 376.a.392.a
11. Spiritus immundus expulſus, aſſumpſit alios ſeptem ſpiritus nequiores ſe. 71.a.296.b
Si Sathanas in ſeipſo diuiſus eſt, quomodo ſtabit regnum eius. 369.b
Si oculus tuus ſimplex fuerit, vel nequam &c. 400.a
Si in digito Dei eiicio dæmonia, profectò peruenit in vos regnũ Dei. 102.a
Qui non eſt mecum, cõtra me eſt. 179.a
12. Veni mittere ignem in terram: & quid volo niſi vt ardeat. 374 b
Eſtote parati: quia, qua hora non putatis, filius hominis veniet. 247.a
14. Cùm inuitatus fueris ad nuptias: recumbe in nouiſſimo loco. &c. 274.b
15. Ieſus Chriſtus venit in hunc mundum: vt peccatores ſaluos fieret. 206.b
16. Recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala. 197.a. 222.b
Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. 101.a
17. Oſtendite vos ſacerdotibus. 73.b
Propheta magnus ſurrexit in nobis. 155.b
18. Oportet ſemper orare & nunquam deficere. 93 b
19. Iſte ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. 178.a
22. Ego pro te rogaui Petre, vt nõ deficiat fides tua. 199.a
Hoc facite in meam cõmemorationem. 374.b
23. Omnium enim deſiderabat ſalutem. 161.b
24. Oportuit Chriſtũ pati, & ita intrare in gloriam ſuam. 365.a. 181.a.206.b.241.a

Ioannis.

1. Omnia per ipſum facta ſunt. 207.a.228.b
Quod factum eſt, in ipſo vita erat, & vita erat lux. 1.b.4.a.145.a
Quod factum eſt, in ipſo vita erat. 4.a.
Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominẽ venientem in hũc mundum. 114 b
Dedit poteſtatem filios Dei fieri iis qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis. 73.b

Verbum caro factum eſt. 176.b. 210.b
Vidimus gloriam eius. 99.a
De plenitudine eius nos omnes accepimus. 301.a.102.b.204.b
Lex per moſem data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. 204.a
Deum nemo vidit vnquam. 47.b
2. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. 201.b
3. Deus ſic dilexit mundum, vt filiũ ſuum vnigenitum daret. 231.b
Sicut moſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis. 49.b.104.b
Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt intrare in regnum Dei. 1.b.18.b.34.b 162.a
4. Si quis biberit ex aqua, quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitã ęternã. 1.b.198.b
Venit enim tempus & nunc eſt, quando veri adoratores non adorabunt. 108.a
Ego ſum veritas. 154.a
5. Omne iudicium dedit mihi pater. 401.a
Pater non iudicat quemquam, ſed omne iudicium dedit filio. 18.b
Pater meus vſque modò operatur & ego operor. 202.a
6. Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi. 95.a.155.a
Qui manducat hunc panem viuet in æternum. 33.a
Nemo venit ad me, niſi pater me traxerit eum. 203.a
Vnus ex vobis diabolus eſt. 276.a
Totum hominẽ ſanum feci in ſabbatho. 169.b.65.b
Mea doctrina nõ eſt mea, ſed eius, qui miſit me 231.b
8. Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. 66.b.146.b
Qui ex deo eſt, verba Dei audit. 178.a
Vos ex patre diabolo eſtis. 59.b
Antequam Abraham fieret ego ſum. 395.a
Teſtimonium perhibet de me: qui miſit me pater. 208.a
Qui me miſit, mecum eſt, & non relinquit me ſolum. 160.a
Vade in pace, & amplius noli peccare. 69.b
Ego ſum paſtor bonus & cognoſco oues meas. 273.a
Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. 61.b
Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. 36.a
10. Alias oues habeo: quæ non ſunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere. 157.b.164.b
Vos in mundo preſſuram habebitis. 33.b
Ego veni, vt oues meæ vitam habeant & abundantius habeant. 206.b
Animam meam pono pro oculis meis. 238.b
Ego & pater vnum ſumus. 131.a
10. Opera quæ ego facio, ipſa teſtimonium perhibent de me. 211.b
11. Si quis ambulauerit in die non offendit. 126.a
12. Niſi granum frumenti cadens in terram mortuũ fuerit, ipſum ſolũ manet. Sin autẽ mortuum fuerit, multũ fructũ affert. 48.a
Dum lucem habetis, credite in lucem. 71.b
Cũ exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. 231.a.391.a

Qui odit animam ſuam cuſtodit eam. 25.b
Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. 377.a.390.b
13. Exemplum dedi vobis, vt quéadmodum ego feci, ita & vos faciatis. 133.b
Et cum diabolus iam miſiſſet in cor, vt traderet eum Iudas. 377.a
14. Si quis diligit me, pater meus diliget eum. 229.a
Si quis diligit me, ſermonem meũ ſeruabit. 223.b
Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue.
Qui credit in me, opera quæ ego facio ipſe faciet, & maiora horum faciet. 211.b
15. Ego ſum vitis, vos autem palmites. 99.b
Sine me nihil poteſtis facere. 392.b.203.b.151.b
19. Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare. 79.a
17. Quos dediſti mihi, ego cuſtodiui, & nemo ex eis periit niſi filius perditionis. 234.a
Rogo te pater, vt omnes vnũ ſint in te, ſicut ego & tu vnum ſumus. 286.a
Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcãt te Deum verum: & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. 255.b
18. Niſi quis renũciauerit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt eſſe meus diſcipulus. 125.a
19. Non haberes in me poteſtatẽ, niſi datum tibi fuiſſet deſuper. 88.b.129.a
18. Regnum meum nõ eſt de hoc mundo. 262.b
20. Omnes relictos eò fugerunt. 228.
20. Accipite ſpiritũ ſanctũ, quorum remiſeritis peccata, remiſſa erunt. 44.b.111.b

Actorum.

1. Cœpit facere & docere. 186.a
1. Non eſt noſtrum noſſe tempora vel momenta: quæ pater poſuit in ſua poteſtate. 200.b
2. Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto. 206.b
4. Non eſt aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. 164.b
10. Deus non eſt acceptator perſonarum. 349.b
14 Oportet nos per multas tribulationes introire in regnũ Dei. 303.b.51.a.352.b.181.a
7. In Deo viuimus mouemur, & ſumus. 11.b.118.b

Ad Romanos.

3. Nemo iuſtificatur per legem. 64.b.136.a
4. mortuus eſt vel traditus propter delicta noſtra. 99.a
5. Lex ſubintrauit vt abundaret delictum. 66.a.70.a.144.
5. Vſque ad legem peccatum nõ erat in mundo. 204.a
5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. 288.a 208.a
5. Vbi abũdauit delictum, ſuperabundauit & gratia. 97.a.397.b 363.a
6. Stipendia peccati mors. 187.a
6.7. Gratia Dei eſt vita æterna. 204.a
6. Quem fructum habuiſtis tunc in illis in quib⁹ erubeſcitis. 298.a

6. Quem

6. Quem fructum habetis in quo nunc erubeſcitis. 10.b
7. Lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum. 70.a
7. Video aliam legem in mẽbris meis, repugnante legi mentis meæ. 375.a
7. Participes enim Chriſti effecti ſumus. 205.a
8. Ipſe enim eſt verus omniũ Dominus. 207.b
8. Liberauit me à lege peccati & mortis. 206.b
8. Diligẽtibus Deum omnia cooperantur in bonum. 181.a
8. Sapientia carnis mors eſt,& Sapientia carnis inimica eſt Deo. 86.b
8. Si ſpiritu facta carnis mortificaueritis,viuetis. 139.a
8. Qui enim ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege. 400.b
8. Venit enim redẽptor pro omnibus iis, qui Deo militant: & qui hæredes cœli cõſtituti ſunt. 30.b
8. Creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. 115.a
9. Cui vult,miſeretur,& quẽ vult, indurat. 42.a
9. Vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret. 303.a
Iahacob dilexi, Heſau autem odio habui. 15.b
9. An nõ habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliã facere. 88.a
10. Fides ex auditu, auditus autẽ per verbum Chriſti. 382.a
10. Ipſe eſt pax noſtra.
10. Omnis,qui inuocauerit nomẽ domini ſaluus erit. 192.b
10. Nõ eſt diſtinctio Iudęi & Gręci. 206.a
10. Quomodo prædicabunt, niſi mittantur. 185.a
11. Omnia concluſit Deus in incredulitate, & ſub peccato, vt omnibus miſereatur. 6.a.15.b. 130.a.395.a
12. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitierit, potũ da illi, hoc enim faciẽs,carbones ignis congeres ſuper caput eius.115.b 267.b
12. Deus diuiſit menſuram fidei. 157.b
13. Omnis poteſtas à domino Deo eſt. 97.a
13. Hora eſt iam nos à ſomno ſurgere. 186.b
13. Qui vſurpare vult, quæ ſuum non eſt,& quod ei non tradidit Deus corpus deornat. 116.a
13. Inducuntur arma lucis. 136.a

1. ad Corinthios.

1. Nónne ſtultam fecit dominus ſapientiam huius mundi. 14.b
1. Peccatum per errorem ſeu per fragilitatem commiſſum facilè remittitur. 7.b
1. Animalis homo non percipit quæ Dei ſunt. 52.b
2. Spiritualis omnia iudicat.137.b
1. Perdam ſapientiam ſapientum, & prudentiam prudentum reprobabo. 230.b
1. Placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credẽtes. 188.a
1. Nos prædicamus Chriſtũ crucifixum. 184.b
3. Neque qui plantat eſt aliquid, aut qui ſeminat, ſed qui incrementum dat Deus. 116.a.337.a
3. Nemo poteſt ponere aliud fun-

damentum niſi quod poſitum eſt, Chriſtus Ieſus. 84.a
3. Si cuius opus arſerit igni, detrimentum patietur, ipſe tamẽ ſaluus fiet. 72.b
3. Vnuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecũdum ſuum laborem. 296.a
3. Dei enim ſumus adiutores. 268.a
3. Nemo poteſt ponere aliud fundamentum, præter id quod poſitum eſt Chriſtus Ieſus. 187.b
3. Vniuſcuiuſque opus quale fuerit ignis probabit. 19.a.98.b
6. Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus efficitur cum eo. 276.a
6. Neſcitis quod corpora veſtra membra ſunt Chriſti? Tollens ergo mẽbra Chriſti, faciam mẽbra meretricis. 74.b
6. Neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores poſſidebunt regnũ Dei. 73.b
7. Vxori vir debitum reddat. 120.a
7. Præterit enim figura huius mundi. 227.a
7. Melius eſt nubere quàm vri. 87.a
7. Qui ſine vxore eſt, & cœlibem vitam ducere ſatagit ſolicitus eſt, quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cũ vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mũdi, quomodo placeat vxori. 197.a
7. Mulier non habet poteſtatem corporis ſui ſed vir: & è cõuerſo. 125.a
9. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo. 131.b
9. Si nos ſpiritualia ſeminauimus æquum eſt, vt nos carnalia veſtra metamus. 190.b
9. Qui altari ſeruiunt, de altari viuere debent. 109.b
9. Væ mihi, ſi non euangelizauero: neceſſitas mihi incumbit. 192.b
9. Omnibus omnia factus ſum: & omnes Chriſto lucrifaciam. 189.b
9. Sic currite vt comprehendatis. 163.b
10. Omnes mare tranſierunt, & in Moſe baptizati ſunt, in nube & in mari. 397.b.166.b
10. Bibebant autem de ſpiritali conſequẽte eos petra, petra autem erat Chriſtus. 44.b
10. Fidelis autem Deus eſt: qui nõ permittet vos tentari ſupra id, quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere. 349.a.244.a
10. Omnia in figura contingebãt illis. 64.b
10. Non permittit vos tentari Deus, ſupra id quod poteſtis. 124.b
10. In quos fines ſeculorum deuenerunt. 67.b
11. Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit. 55.b.73.b.171.a
11. Caput mulieris vir, caput autẽ viri Chriſtus. 394.b
11. Vir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ. 6.b
12. Hæc omnia operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult. 80.a
12 Deus eſt, qui operatur omnia in nobis. 144.a
12. Deus enim multa membra conſtituit in eodem corpore, & vnicuique tradidit unde ſuũ

exerceat officium. 115.b
12. Non poteſt oculus dicere manui. Opera tua non indigeo, neque caput pedibus. Non eſtis mihi neceſſarij. 46.a
12. Solum enim os ſuſcipit cibum 52.b
9. Omnia penè mundantur in ſanguine. 53.a
Nemo poteſt dicere dominum Ieſum, niſi in ſpiritu ſancto. 391.a
13. Tunc uidebimus eum facie ad faciem. 138.b
13. Videbimus facie ad faciem. 193.b
103. Auertente autem te faciem, turbabuntur. 193.b
13. Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem habeam, factus ſum velut æs ſonans aut cymbalum tinniens. 259.a
14. Orabo ſpiritu: orabo & mente. 337.b
15. Corrũpunt bonos mores colloquia mala. 342.b
15. Oportet illum regnare donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius, & tunc inimica deſtruetur mors. 162.b
15. Sicut Adã in omnes moriuntur: ita & in Chriſto omnes viuificantur, & à morte liberantur. 128.b
Sicut in Adam oẽs moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabũtur. 173.b
Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale. 175.a
15. In Chriſto omnes viuificabũtur. 395.a
15. Oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius. 199.a
Sicut in Adam omnes moriuntur ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. 194.a
Differunt enim ſancti in patria, ſicut ſtella differt à ſtella in claritate. 252.a
Virtus peccati lex. 70.a
Datur nobis victoria contra proterum hoſtem: ſi volumus. 240.a
15. Charitas nunquam excidit. 277.a
In Chriſto omnes viuificabuntur. 248.a
15. Primus homo de terra, terrenus, ſecũdus homo de cœlo cœleſtis. 26.a. 226.a
Sicut ſtella differt à ſtella in claritate, ſic ſanctus à ſancto in gloria. 16.b. 32.b. 224.a
Diabolus autẽ inſidiatus eſt Iudæ. 8.b
15. Primus homo de terra terrenus. 10.b
15. Prius quod animale, deinde quod ſpirituale. 10.a. 24.a
Mors per hominem, & per hominẽ reſurrectio mortuorũ. 206.a
15. Oportet autem illum regnare, daret ponat omnes inimicos ſub pedibus eius. 218.a
15. Prius quod animale, deinde, quod ſpirituale. 24.a

2. Ad Corinthios.

1. Perdam ſapientiã ſapientũ. 9.b
2. Chriſti bon⁹ odor ſumus. 28.7
3. Litera occidit, ſpiritus autẽ viuificat. 26.a
Hilarem datorem diligit Deus. 92.a
Non poterant intendere filij Iſrael in faciem moſi, propter ſplendorem vultus eius. 48.a
3. Vbi ſpiritus ibi libertas. 63.b 107.b

3. Sufficientia noſtra ex Deo eſt. 163.b
3. Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur. 384.b
5. Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti. 250.b
6. Vos eſtis templum Dei. 184.a
9. Deus vult omnes operationes noſtras, quas ei offerimus, voluntarias, & non coactas. 133.b

Ad Galathas.

2. Viuo autem, iam non ego: viuit verò in me Chriſtus. 48.a
3. Lex data eſt per Angelos in manu mediatoris. 211.b.354.a
3. Lex pædagogus noſter fuit. 65.a
3. Chriſtus factus eſt pro nobis maledictum, quia maledictus omnis qui pendet ligno. 99.a
3. Concluſit omnia Deus in incredulitate & ſub peccato, vt omnibus miſereatur. 204.a
4. Scriptum eſt, quod Abraham duos filios habuit. 17.a
4. Miſit Deus filium ſuum, factũ ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret. 395.a
4. Vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum. 66.b
4. Lætare ſterilis. 159.a
Factus ſum vobis inimicus, dicens veritatem. 115.a
5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum: ſpiritus autem aduerſus carnem. 17.a
Modicum fermẽti totam maſſam corrumpit. 53.a
Si circuncidamini, Chriſtus nihil vobis proderit. 69.a.186.b
Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autẽ aduerſus carnem. 375.a
6. Alter alterius onera portate. 190.b
Ego ſtigmata domini Ieſu in corpore meo porto. 161.a
Quæ enim ſeminauerit homo, & hæc metet. 262.a
Quæcunque ſeminauerit homo, hæc & metet. 298.a

Ad Epheſios.

1. Gratificauit nos pater in filio ſuo dilecto. 212.a
Elegit nos in ipſo ante mundi cõſtitutionẽ. 5.b.177.a.199.a.395.a
2. Superædificati ſupra fundamẽtum Apoſtolorum & Prophetarum. 84.b
4. Renouamini ſpiritum mentis veſtræ. 344.b
5. Violãs ſabbathum acriter puniebant, quia præceptum hoc maximi momenti erat. 110.b
Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint, ſicut domino: quoniã vir eſt caput mulieris. 273.b
Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. 92.a
Chriſtus tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem. 290.a
Surge qui dormis, & illuminabit te Chriſtus. 186.b
6. Vnuſquiſque quodcunque fecerit, hoc recipiet, quia perſonarum acceptio non eſt apud Deum. 349.b
Induite armaturam Dei. 136.a
Gladium ſpiritus qui eſt verbum Dei. 289.a

Ad Philippenſes.

1. Cupio diſſolui, & eſſe cũ Chriſto. 39.b
2. Exinaniuit ſemetipſum, formã ſerui accipiens. 209.a
2. Factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem. 267.a

Ad Colloſſenſes.
1. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. 66.b
Pacificans per ſanguinem crucis eius ſiue quæ in cælis, ſiue quæ in terris ſunt. 91.a
Qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ. 395.a
2. Circunciſi eſtis circunciſione non manufacta, in expoliatione carnis, ſed in circunciſione Chriſti conſepulti ei in baptiſmo. 17.b
In quo ſunt abſcōditi omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ. 69.b
Solus ipſe Chriſtus ſuſtinuit tormentum crucis in redemptionem humani generis. 237.a
In quo circunciſi eſtis, circunciſione non manufacta. 44.a
Expolians principatus & poteſtates omnia traduxit in ſeipſum. 53.b
3. Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite. 194.b
Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto. 230.b. 395.b
Mortificate membra veſtra. 74.b. 131.b
Expoliantes vos veterem hominē non in actibus ſuis induere nouum. 293.b
4. Sermo veſter ſit cum gratia & ſale conditus. 108.b
1. ad Timotheum.
1. Miſericordiam conſecutus ſum quia ignorans feci. 15.a
5. Siquis ſuorum, maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior. 341.b
6. Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in præuaricatione. 7.b
Pater habitat lucem inacceſſibilem. 345.b
2. ad Timotheum.
1. Vocauit nos ſecundum opera noſtra. 177.a
Nôn coronabitur niſi qui legitimè certauerit. 30.b
2. Nemo militans Deo implicet ſe negotiis ſecularibus. 134.a. 233.b. 109.b
Ad Titum.
2. Dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem. 103.a
3. Stultas quæſtiones deuita. 121.a
Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti. 166.a
Ad Hebræos.
1. Omnes ſunt adminiſtratores ſpiritus, in miniſterium miſſi. 151.b. 373.b
1. Ipſe enim virtute verbi & melioris aquæ purgat & ſanat. 18.a
4. Eum habemus pontificem, qui ſciat compati infirmitatibus noſtris, & condolere poſſit iis qui ignorant. 107.b
Viuus eſt ſermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. 136.a. 389.a
6. Verbum quidem ſummoperè ponderandum, ſcriptum reliquit. 49.a
9. Obtulit ſeipſum immaculatum Deo. 102.b
Introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta. 112.a
Omnia penè mundantur in ſan-

guine. 17.b.68.b.90.a.242.a
11. Fides eſt ſubſtantia ſperandarũ rerum,argumentum non apparentium. 391.b
Fortes facti ſunt in bello, caſtra verterunt exterorum. 190.a
Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. 353.b
13. Non habemus hîc ciuitatem permanentem, ſed futuram inquirimus. 102.a
Iacobi.
1. Suſcipite inſitum verbũ. 211.b
Principium tentationis eſt à diabolo. 274.a
Peccatum cum cõſummatum fuerit,generat mortem. 9.a.187.a
Verbo veritatis geniti ſumus. 99.b
2. Dæmones credunt & contremiſcunt. 391.b
2. Fides ſine operibus mortua eſt. 212.a
Qui offenderit in vno, factus eſt omnium reus. 73.b
4. Petitis,& nõ accipitis,eo quod malè petatis. 211.a
5. Orate pro vobis inuicem, vt ſaluemini. 277.a
Confitemini alterutrum peccata veſtra. 269.b
1. Petri.
2. Vos eſtis genus electum, gens ſancta, regale ſacerdotium. 87.b
3. Sarah obediebat Abrahæ, dominum eum vocans. 17.b
Qui vult vitam diligere,& dies videre bonos, coërceat linguam ſuam à malo,& labia eius ne loquantur dolum. 340.b
Saluos nos facit baptiſma. 168.b
Mortificatos quidem carne,viuificatos autem ſpiritu. 74.b
5. Beatus vir qui ſuffert tentationem,quoniã cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. 183.b
Aduerſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens, circuit. 153.b
Aduerſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens,circuit, quærens quem deuoret. 172.b
2. Petri.
2. Angelis peccantibus Deus non pepercit. 179.b
1. Ioannis.
1. Si dixerimus quòd peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus,& veritas in nobis non eſt. 124.b
2. Aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum : iuſtum, qui eſt propitiatio pro peccatis noſtris. 245.b
Vnctionem habetis à ſancto : & noſtis omnia. 61.b. 231.b.351.b
1. Omne quod eſt in mundo, aut concupiſcentia carnis eſt, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ. 217.b
4. Diligamus Deũ, quia prior dilexit nos. 394.b
5. Tres ſunt, qui teſtimonium dát in cælo,pater,verbum, & ſpiritus ſanctus. 175.a
3. Ioannis.
5. Cooperatores ſumus veritatis. 303.a
Apocalypſis.
1. Lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. 53.a.157.a.102.a
2. Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. 183.b
3. Qui vicerit, faciam eum ſedere in throno meo. 176.a

Tene quod habes,ne alius coronã tuam accipiat. 55.a.157.b
3. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum , vt locuples fias. 191.a
Qui vicerit, faciam eum ſedere in throno meo. 153.a
3. Qui habet clauem Dauid,aperit, & nemo claudit. 154.a
5. Vicit Leo de Tribu Iuda. 381.a
12. Signum magnum apparuit in cœlo. 115.b
Draco magnus habebat capita ſeptem. 50.b
13. Nulla remiſſio fit abſque Euãgelio. 196.b
Agnus occiſus fuit ab origine mũdi. 66.b. 130.a
21. Omnia quæ hîc mutantur, illic præordinantur. 112.a
Nihil coinquinatum introibit in regnum Dei. 71.b
Ecce noua facio omnia. 88.a. 198.b

FINIS.

SECTIO PRIMA, DE MVNDI FABRICA.

CVR ARCANA Proponi ſolent à Sapientibus, obſcuris & obuolutis ſermonibus? An, quia diuina, naturaliáque recondita, omnigena ſapiĕtia plena, non percipiuntur niſi à Sapientibus? Nam vulgarium animarum oculi (vt Meliſſus ait) diuinitatis radios ſufferre nequeũt, An, quià (vt Triſmegiſto placet) religioſiſſimus ſermo, & diuinitate plenus, multorum publico & aperto interuentu violatur? Hinc ſummus Doctor monet nõ eſſe exponendas porcis margaritas, nec ſancta canibus danda. Sic enim proponenda ſunt ſacra myſteria: vt indigni audientes nõ audiant, & intelligentes non intelligant: vt ipſe alibi innuit. An, vt ea, de quibus non licet homini loqui, per ea, quæ viſibilia facta ſunt, ſaltem innuantur: & aliquatenus percipiantur ab iis, qui per veram analogiam nouerint à viſibilibus ad inuiſibilia conſcendere?

Primum

Mel. i apud Pla. in Sop. Mercu. ad Aſclepium

Matth. 7.

Luca 8.

2 CVR Mũdus prius tĕpore, aut æuiternitate nõ fuit creatus? An quià antemotũ non erat tĕpus in quo Mundus produceretur: Cũ tempus ſit menſura motus, & à motu cœlorũ cauſetur? Vnde inepta ſciſcitatio. Nec erat æuiternitas, duratio videlicet aliqua ſucceſſiua: quià non erat creatura, cui ipſa menſura cõpeteret. Nec problema debet eſſe de nũc imaginato (vt aiunt) quià ridiculum & vanum eſt quærere, cur Deus nõ fabricauerit Mundum, in eo tunc, aut inſtanti, quod tu nunc imaginaris. An cũ nihil ſciri poſſit (vt eſt cõſtantiſſima doctrina antiquorũ Theologorum) eorũ, quæ fuerunt ante Mundi fabricam: hinc quæſitũ nulla eſt reſponſione dignum? Niſi quærĕs is fuerit, cui datũ ſit noſſe myſteria regni Dei. At is edoctus illuſtratione diuina, humana eruditione non indiget.

3 CVR Abrahã dixit, quòd Deus in trigintaduabus ſemitis ſapientiæ Mundum creauit? An de trigintaduabus illis ſemitis intelligit, quas enumerat in lib. de formatione: quem Hebræi Sepher Iezirà appellant? An de menſuris illis denariis cum ſignificatis per vigintiduas literas Alphabeti intelligit? Harum enim literarum tres antiqui Theo. dicũt ſignificare tria elementa, Terram, Aquam & Ignem: ex quibus omnia cõponuntur & cõglutinantur per Aerĕ: quem non elementũ, Sed glutinũ elemĕtorum eſſe opinantur. Per ſeptĕ autem, Planetarum maſſam: & per duodecim, ſigna Zodiaci denotari aſſerunt: ex quibus omnia componuntur. Sicut cũ illis literis omnia cõpoſita enunciãtur. Et ad has ſemitas demõſtrandas, in deſcriptione fabricæ bis triciéſque nomen Elohim repetitur.

Abraham in lib. de formatione.

Ant. The.

4 MATERIA cœli & terræ eſt nè eadĕ? Nõnè de hoc iãdiù diſceptarũt Phyſici: & tamen adhuc litĕ ſub iudice reliquerũt? An igitur veritatĕ hanc expectabimus ab iis, qui ſemper inter ſe diſſentiunt? An à Moſe eã hauriemus qui edoctus eſt ab eo, qui vtrumque fecit? Vnde non ignarus nec ambiguus ſed eruditiſsimus Philoſophus eſt: à quo perſpicuè diſcet-

Aſtronomi dicunt de Planetis & Stellis, quod videlicet vnumquodque induit proprietatē ſyderis prædominantis. Sed verū eſt hoc de proprietate corporea, & illud de proprietate animali. Quæ omnia (vt ipſi Theologi dicunt) innuuntur per literas, ingrediētes nomē rei nominatæ. Hinc dicunt, quod Adā ſciuit imponere nomina rebus, cōponēs vnūquodque nomen per literas, denotantes eos influxus: qui rei nominatæ deſeruiūt. Quod apertè innuit Abraham, in libro de formatione: vt ſuprà tactū eſt. *Abraham*

23 QVOT animaliū genera in Scriptura enumerantur? Nonnè quinque, præter hominem, qui & ſexto die creatus eſt, cum cætera animalia quinto die creata fuerint? Hęc autem ſunt, Aues, Piſces, Reptilia, Cicures, id eſt, genus animalium domeſticorum, & Ferę, quas ſemper diſtinctas & ſeiunctas à Cicuribus Scriptura enumerat. *Gen.1.*

24 QVÆ ſunt cete grandia, quæ ſeorſum & celebriori cura creata dicuntur? An ſunt Piſces, vel Dracones vt vocabulum התנינים hataninim indicat? Nā in pſalmo, vbi veritas hebraica habet תנינים, taninim, cōmunis æditio habet Dracones. At (vt altius conſcendamus) ſunt duo vitę fontes maſculus & fœmina: qui à ſecretioribus Theologis Leuiatan vocantur? Non quidem Diaboli: vt aliqui ſcioli malè interpretātur illud Prophetę. Leuiatan iſte, quem formaſti; Pro quo vulgata traductio habet. Draco iſte: vt ſuo loco diſſeremus. Ex quibus duobus fontibus, maſculino & fœminino, omnia generantur in mundo, & hi fontes alio vocabulo maria dicuntur, & aquæ ſupramundanæ, à quibus (vt nuper dictum eſt) omnia producuntur. An per hos Dracones, vel Cete grandia intelliguntur Pręſides omnium populorū: vt alii aſſerunt? An per hataninim intelliguntur Angeli omnes, de quorum genitura ſit occulta narratio? ſicut & ipſi ſunt nobis occulti. *Gen.1.* *Pſal.148.* *Sec.Theo.* *Pſal.103.*

25 Vbi productus fuit homo? An forſitan in hoc feculento Mūdo? Sed cur poſt ipſius creationem, ſubinfertur. Et homo non erat, qui coleret terram? Et iterum. Formauit Deus hominē puluerem de terra? An igitur in cœlo creat⁹ eſt in principio: ſicut & cætera omnia: vt Plato doctiſsimè & ſapienter docet? Quod & Iohannes innuere videtur, dū ait. Quod factū eſt ſcilicet in terra: in ipſo vita erat ideſt, vitale eſſe habebat in verbo, & in fonte vitę: in quo viuimus, mouemur, & ſumus: Sicut ſuprà dictū eſt. Fontes verò aut riuulos vitarum ab eodem fonte procedentes videns Ezechiel per Principes eorū deſcripſit, dicēs. Facies hominis in animaliū rationabiliū. Facies bouis id eſt, principis Cicurū. Facies Leonis id eſt, ducis Ferarum: & facies Aquilę id eſt, reginę Auiū. Et, vt indicaret omnia hęc ab vno fonte procedere, ait. Quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni. Et iterum. Iunctæque erant pēnæ eorum alterius ad alterum. Et rurſum. Vna ſimilitudo ipſorum quatuor. *Gen.2.* *Pla. in. 7. de Rep. & in Phædo.* *Io.1.* *Act.17.* *Ezec.1.*

26 CVR ſcriptū eſt Formauit Deus hominem puluerem de terra? An fortè, qui tāta celebritate fecerat & creauerat hominē ad imaginē ſuam, quaſi eū pœniteret tantæ maieſtatis homini collatæ, voluit ipsū formare (vt aiūt) de limo terrę? Nō quippè. Sed oīa magno myſterio exarata ſunt. *Gene. 2.1.*

Quatuor enim vocabula in creatione hominis myſticè introducta fuerunt. Primum faciamus: quod eſt vocabulum cómune ad tria ſequentia: Vnde ad particularia deueniendo dicitur ſecundo loco. Cũ imagine Dei maſculum & fœminam creauit eos: cũ nulla materia pręexiſteret, ex qua produci poſſet homo. Tertiò dicitur. Formauit Deus hominẽ puluerem de terra. id eſt induit eum veſtem terream, corpus videlicet hoc terrenũ. Quartò ſcriptum eſt. Et inſufflauit in nares eius ſpiraculum vitarum: illã videlicet lucem, quæ (teſtè Ioanne) omnes illuminat. Et hæc à Triſmegiſtò dicitur mens: ſapientia à Pythagora: portio ſuperior ab Auguſtino: ab Hebræis verò neſſamà. Primò igitur Deus decreuit hominem facere, poſteà creauit in cęlo: tertiò formauit corpus eius veluti veſtem. Poſtremò reddidit ipſum diuinitatis participem.

Iohan. 1. Mer. in Pymmam. Pythago. Augu. Hebræi.

27 C V R Deus inſpirauit in hominẽ ſpiraculum illud: cum iam primò creatus fuerit, & poſteà terra veſtitus? Nonnè à principio creatus fuit homo in vniuerſali (vt Proculus ſentire videtur) veluti moles quædam virtutis maſculinę & fœmininę: Vnde omnis mas & fœmina formam & vitam ſuſciperet, vnuſquiſque videlicet pro diſpoſitione corporis? Sicut ex eadẽ maſſa vitri diuerſa vaſa formantur. Et hic eſt homo in vniuerſali: de quo ſunt ſempiternæ & immutabiles veritates. Quo forſitan ſenſu dixit Porphyrius. Participatione hominis, omnes homines ſunt vnus homo. Dum autem corporea veſte circumamictus fuit homo: particularis homo productus fuit: in quem inſufflauit Deus neſſamà, vel lucem illam: vt nuper dictum eſt. Qua quidem luce homo (vt Plotino placet) Deum intelligit: & bonum operatur. Et hæc ſemper malum diſſuadẽs, ad bonum hortatur. Qua luce priuati, damnati nec Deum cognoſcere, nec bonum operari poſſunt.

Proc. in Timæum. Porph in vniuerſali. Plot. de homine.

28 Q V O M O D O ſciuit homo nomina rebus imponere? An, quià edoctus fuerat ab Angelo ſuo Raziele: qui (vt aiunt) tradiderat ei librũ, omnium rerũ, tàm diuinarum quàm creatarum, arcana continentẽ? An, quià pollebat ingenio lympidiſſimo, nulla peccati vel ignorantiæ labe prępedito? Et hic (ni fallor) fuit verus liber, deſcriptus à vero Raziele: qui ſecretũ Dei interpretatur. Hoc igitur lympidiſſimo ingenio cognouit rerum immediatas cauſas, per literas alphabeticas (vt ſuprà tetigimus) deſignatas. Vnde, iuxtà rerum proprietates, ſciuit ipſarum nomina componere.

29 C V R ſcriptũ eſt, quòd nõ inueniebatur homini adiutoriũ? Cum à principio geminus id eſt, maſculus & fœmina creatus fuerit? An forſitan (vt Plato docet) fuerũt à principio cõiuncti mas, & fœmina per dorſum, poſteà ſecti: vt è regione coniungerẽtur, ad prolem procreandam? Et in hoc, ſicut & in aliis, fuit edoctus ipſe Plato ab integerrimo philoſopho Moſe. Quod apertè diſcere poſſumus ex iis, quæ docet Zohar: & ex Scriptura ipſa: vbi habetur, quòd ſecto latere, vel coſta Protoplaſti formata fuit mulier. צלע Zelah enim vtrunque ſignificat, coſtam videlicet & latus. Hinc (vt ipſe Plato proſequitur) alter alterum, tanquam dimidiũ ſui, appetit. Facta verò ſectione mulier fuit adiutorium viri, videlicet tanquam

Gen. 2, 1. Pſal. 5 Sym. Zohar. Gen. 2.

trecentas & nonaginta ſex libras. In quo cõputo poſtremò ſuppntato cõputantur millenarij millenariorũ, millenarij, cẽtenarij, denarij & numeri quibus omnia diſtributa ſunt, & numerantur? & in eo quod ſunt in aqua vel mari millenarij reperiũtur cõducta per ipſum millenariũ, aquę videlicet ſupramũdanæ & ſapiẽtiæ in qua ſuſtentãtur. Vnde per illud mare, Salomon innuere voluit: (magno ſacramento) omnigenam productionẽ factam per aquam ſupramundanam per illud mare repræſentatam.

14 Cur ſcriptum eſt, quòd in fabrica templi, typũ mundi gerentis, non fuit auditus malleus, nec ſecuris, nec vllũ genus ferramenti? Nónne, quia vtrũque templũ, mundanum videlicet & artificiale, fabricatũ eſt cum pietate, ſecluſa omni ſeueritate ferrea? Sed nónne Elohim, nomen ſeueritatis inducitur Opifex? Non quippe ad ſeueritatem iuſtitiæ, ſed ad diligentiſsimam graduum rerum diſtributionem introducitur: ſiquid autem aſperitatis ſentit homo, illam per peccatum ſibi comparauit. Hinc primo trãſgreſſori dictũ eſt: Maledicta terra in trãſgreſſione tua (vt habet veritas hebraica) quę ſpinas & tribulos germinabit tibi, in laboréq; comedes ex ea. *3. Reg. 6.* *Geneſ 1.* *Geneſ 3.*

15 Cur dictum eſt de ligno fructifero: Cuius ſemẽ ſit in eo? Nónne cõueniens fuit vt à principio ſummus Opifex locaret virtutem ſeminariã in ſemine, cùm ſine ea germinare nequiret? Nã (vt Sapientes rectè decernũt) nihil gignit ſeipſum, vt ſit. Nec attribuatur id naturæ, cùm opus naturæ (vt rectè ſentit Auerrois) ſit opus intelligentiæ non errantis, Dei videlicet iubentis, aut intelligentiæ præſidentis: per quam veluti per miniſtrum vel cauſam ſecundariam influit ille, qui (vt Apoſtolus ait) operatur omnia in omnibus. Qui à principio eum ordinem rebus indidit, quem ipſæ inuariabiliter proſequuntur. *Ibidem 1.* *Auguſt 1. de Trini. & 2. de anima.* *Auerr. 12. Metaph.* *1. Cor. 12.*

16 Cur luminaria magna dicuntur facta fuiſſe quarto die ſimul cũ ſtellis? Nónne vt ſeruaretur debitus ordo rerũ. Nã primò deſcribitur producta omniũ rerũ materia. Secundò, cœlorũ diſpoſitio, qui terrã circũeunt, & maſculea quadã virtute agunt in eã. Tertiò, terra ipſa veluti matrix ſuſcipiens cœlorũ influxũ aut ſemen. Quartò luminaria & ſydera, per quorũ radios cœli terrã attingunt: quia corporeũ non operatur, niſi per contactũ. Poſtea ſubinfertur productio animaliũ & aliarum rerũ, quę ab huiuſmodi naturali coniugio producuntur. Hinc non ſine cauſa de animãtium principe à Naturalibus dicitur, Sol & homo generant hominem. *Geneſ. 1.* *Phyſ 2. tex. 26.*

17 Cur luminaria dicũtur facta in ſigna, tempora, dies & annos? Nónne clarum eſt, quòd reuolutio Solis à primo mobili deducta, diẽ claudit: propria autem reuolutio facta contrario curſu, annũ? Aſpectus quoq; luminarium nónne potiſſima ſunt ſigna futuri euentus, ſerenati aut alterati aeris? Ad quod licet planetarum cæterorũ aſpectus concurrant, id tamen (vt diximus) attribuitur præcipuè luminaribus, & potiſſimè Lunæ: quæ peculiariter facta dicitur eſſe in tempora, ſolennitates videlicet mobiles: vt vocabulum מועדים mohadim indicat. In plenilunio enim feſta mobilia (Deo non ſine magno myſterio iubente) celebrabantur. *Geneſ. 1.* *Pſalm 103.*

18 Quid ſunt ſtellæ? An ſunt (vt Naturales dicunt) denſiores partes *2. de cælo.*

orbiũ ſuorũ,ſeu firmamenti? An ſunt rariores portiones, per quas lux illa ſupercœleſtis irradiat? An ſunt inſtrumenta, per quæ Angeli lucis & Dei miniſtri operantur? Quorũ nomina ſunt nota eorũ principi: vt de illis(ſe-

Pſalm. 146 cundum quorũdam Sapientũ opinionem) Propheta canit. Qui numerat multitudinem ſtellarũ,& omnibus eis nomina vocat. Nec enim operatio eſt à corpore:ſed à forma eius viuente. Vnde nõ à corporibus cœleſtibus, ſed ab intelligentiis ipſis præſidentibus eſt influxus vitalis in inferiora.

19 Cur elementa diſtributa ſunt numero quaternario? An quia ſolido & radicali numero diſtribui debebant elementa, vt ſolida eſſent totius mundani ædificij fundamẽta? Eſt enim quaternarius radix denarij, numeri conſummati. Hinc & ipſo quaternatio numero benè colligantur qua-

Tim. de mũdo. litates primæ: vt Timæus Locrus, & Plato docẽt. An quia is quaternarius

Plat. in Timæo ſimul cum elementis habet eſſe à fonte illo: qui diuidebatur in quatuor capita, ad irrigandum primò hortum voluptatis, poſtea vniuerſum orbẽ

Geneſ. 1. inferiorem? Sicut & moles rerum agendarum diuiſa eſt in quatuor elementa. De quibus alibi diffuſius dictum eſt.

20 Elementa vnde habẽt vim ſuam? Nónne ab illo primo fonte, à quo non modò flumina aquea, ſed etiam ipſa quatuor elementa fluunt? Hinc

Pſalm 28. huiuſmodi fons à Pſalmographo dicitur terra viuentium? aqua ſapientiæ

Ecclef 15. *Deutero.* 4. ſalutaris à Sapiente: ignis à Moſe: & aer à Zohar. A quo quidem fonte ve-

Zohar. nit lux illa, quæ omnes illuminat. Quæ omnia, niſi eſſent in illo fonte, ab

Elench. 2. illo nequaquam emanarent: Iuxta dogma Peripateticũ. Nemo dat, quod

Eſaiæ vltimo. non habet. Immò iuxta Dei ſententiam, dicentis: Ego, qui cæteris generationem tribuo, ſterilis ero?

21 Vnde habet vnaquæq; res phyſica principiũ ſuæ operationis? Nónne à natura: dicẽt Phyſici? Sed vnde eſt hæc natura? An eſt ab eodẽ, qui de-

Tho. in prima.d.pri. dit & eſſe? Nam vnũ tantũmodò eſt habens eſſe à ſemetipſo: vt Theologi indiſſolubilibus rationibus probãt: cætera autẽ omnia habẽt eſſe cõmunicatũ & participatũ. Quod probant etiã ij qui philoſophãtur & theologizantur per numeros, dicẽtes, ꝙ ſicut vnitas à nullo numero depẽdet, ſed eſt à ſeipſa: alij aũt numeri omnes ab vnitate proficiſcunt̃. Sic & Deus(cui

Procul. in Theore. nõ modò Proculus, ſed omnes rectè theologizãtes ꝑ numeros vnitatẽ tribuũt) eſt à ſeipſo, à nullóq; genit᷒, ſed omnia immediatè vel mediatè producẽs, cõmunicánſq; ſe omnibus productis. Et ſicut vnitas omnib. numeris ſeſe p̃ſtat, & in eos ingredit̃, dãs numeris vt ſint, & tales ſint(quia ſi ingreditur bis, facit binarium: ſi ter, ternarium: & ſic de ſingulis) pari modo Deus in omnia ingrediẽs, dat eſſe: & huiuſmodi eſſe: & inde vim operãdi.

22 Vnde animalia & reliqua omnia habent proprietatẽ ſuã, & vim o-

Pri. cor. 12. perãdi? Nónne ab eo ſummo moderatore, qui operatur omnia in omnib. vt nuꝑ dictũ eſt? Sed pro maiori notitia ad magis particularia deſcẽdẽtes,

Pithagor. Sec. Theol dicimus, ꝙ quãuis omnia ſint à Deo vnico: tamẽ variæ ſunt rerũ proprietates, iuxta varietatẽ mediorũ diaphanorũ ꝑ quæ tranſeũt: vt Pithagoreis placet, à ſecretioribus Theologis edoctis: qui aſſerunt vnũquodq; proce-

Aſtrono. dens à primo fonte induere proprietatẽ riuulorũ, per quos tranſit. Sicut

ciētes materiā, ideò dictū eſt. Et vidit Deus, quod bonū. Et cū expulerint tenebras, quæ erāt ſuper faciē abyſſi, i. materiæ informis, dictæ ſunt lux. *Geneſ. 1.*

7 Quomodò & cur diuiſa eſt lux à tenebris? An hoc intelligitur de nocte & die communi: vt videtur innuere cōtextus? An de forma & materia eſt ſermo: quæ quamuis vnum compoſitum efficiant, tamen inter ſe diſtinctæ ſunt, vt dicantur duo principia à naturalibus? An de diſtinctione Angelorum lucis ab Angelis tenebrarum loquitur Moſes: vt nōnulli opinantur? Sed cùm adhuc de eorum productione nihil habeatur, quomodo de ipſorum diuiſione agitur? An igitur (vt ſecretiores Theologi docent) de ſeparatione ſpeculi lucentis à ſpeculo non lucente intelligitur: quorum primo reſpondet Sol, qui præeſt diei: alteri verò Luna, noctis dominatrix? Hinc ipſis diſtinctis fiebant duo ſacrificia: matutinū videlicet luci & diei: veſpertinum autem parti illi obſcuriori. De quibus ſuo loco diſſeremus. *Phyſic. 1.* *Sec. The.*

8 Quomodò dicitur dies confectus ex veſpere & mane? An Deus interminatæ virtutis, opifex penitus abſolutus à tempore indiget tempore in operando? Nónne Sapiens ait. Qui manet in æternum, creauit omnia ſimul? An igitur illa dierum compoſitio & enumeratio refertur (vt Aug. placet) ad perfectam cognitionem Angelorum: quæ integratur ex viſione matutina (in verbo videlicet) & veſpertina. ſ. in genere proprio? Sed, cùm Angeli (vt dictū eſt) non habeātur adhuc producti, arbitraria videtur hæc interpretatio? Niſi ſequi voluerimus aliquos, dicentes quatuor fuiſſe primò producta, cœlū, terra, tēpus, & naturā angelicā. Quod aliis reliquerūt probandū. An igitur ex materia tenebroſa, hinc veſpere dicta, & ex forma lucida, hinc mane dicta, factū fuiſſe cōpoſitum intelligitur? Præmittitur enim veſpertina & obſcura materia, in quā forma eſt introducenda? An (vt altius cōſcendamus) ex obſcura materia & ideali ratione, quæ vita & lux dicitur, vnūquodque compoſitum fieri deſignatur? In quo lucis fonte cùm omnia ſuſtententur: & ab eo habeant, vt ſint: ideò diuinitus dixit Parmenides omnia eſſe vnum. Hinc ipſum Plato ritè celebrat: falsò autem impugnat Ariſtoteles. *Geneſ. 1.* *Eccleſ. 18.* *Aug. ſuper Geneſ.* *Pla. in Parmenid.* *Phyſic. 1.*

9 Cur eo ordine deſcribit Moſes dies illos conſtitui ex veſpere & mane? An, vt enarrentur dies fabricę ſecundū naturalē diſtinctionē dierum? Sed cur pręmittit veſper, & poſtea mane ſubinfert? An igitur (vt ſuprà tactum eſt) vt ex veſpere rerū creatarū, & ex fonte illius lucis & vitæ declarentur res conſtitutæ, & in ſuam perfectionē redactæ? Nā res, præſuppoſito ſubiecto, ſuſcipit eſſe & perfectionem per formam: quæ à datore formarū & vitæ fonte emanat: per quā & illuc, vnde venit, vnūquodq; pro captu ſuo reducitur. Quod pertinet ad bonitatē. Et ideò dicitur. Et vidit Deus, quod bonum. Ex præiacto igitur ſubiecto, quod tenebroſum eſt, & de natura mali: & ex forma ſubſequēte, quę lucida eſt, & bona, fit dies integer. i. compoſitum.

10 Si cœlum & terra facta ſunt primo die: cur de fabrica cœlorum in ſecundo die ſubditur? Nónne (vt diximus) producta fuit in principio ma- *Geneſ. 1.*

comederent de ligno ſcientiæ boni & mali? Sed cùm præceptum datum *Ibidem.*
fuerit tantummodò viro (vt in textu patet) quomodo peccauit mulier? an quia cùm eſſent duo in carne vna, præceptum datum vni ad alium extenditur? an quia mulier dependet à viro, ſicuti à capite, vt nuper dictum eſt? Sed quid ſuggeſſit Diabolus mulieri per eſum illum? an ſuggeſſit vt hortaretur virum quòd comederet de ligno illo, id eſt, faceret ſibi proprium gradum illius arboris qui Chriſto tantummodò competebat? Nam ſæpiſſimè mulieres auidiores ſunt gloriæ virorum, quàm ipſi viri. Hinc peccatum primorum parentum non tantùm fuit transgreſſio præcepti, ſed ſuperbia, quia appetierunt gradum ſibi minimè conuenientem. An ſuggeſſit, vt vir qui ſolummodò experiebatur bonum, experiretur & malum annuendo mulieri vel parti inferiori iam deceptæ?

44 Quomodo mulier guſtauit arborem? An (vt quidam Hebræi garriunt) comedit de arbore materiali, de qua mendaciter ipſa dixerat, quòd Deus eis præceperat ne comederent, neque tãgerent eam ſub pœna mortis? Vnde (vt ipſi dicunt) Diabolus impegit eam in arborem, ſubinferens: Sicuti per tactum mortui non eſtis, ſic nec per eſum moriemini: nam vt incuteret vobis terrorem Deus, id dixit. Sed cùm de arbore plantata in ſupramundano horto ſit ſermo, quid guſtauit delectabile & pulchrum viſu? Nónne delectabilis & pulcher oculo mentali eſt gradus ſuperior? *Ibidem 3.*

45 Mulier & vir conſenſerúntne in idem, an in diuerſa? Non modicæ quidem difficultatis eſt hoc negocium, tam apud Hebræos quàm apud Latinos ſapientes. Aliqui enim Hebræi dicunt (præſupponendo principia ſuæ reconditæ Theologia) quòd Adam errauit, ſeparando Lunam ſupercœleſtem à Sole ſupramundano, quod eſt deſtruere rerum diuinarum influxum. Alij verò literam ſequentes (quibus maior pars Latinorum conſentit) dicunt quòd comedit de fructu materiali. Sed in quo fructu locata fuerit ſcientia boni & mali, & quomodo, alijs probandum reliquerunt. Triſmegiſtus autem non recedens (vt opinor) a veritate, ait, quòd homo relicta contemplatione patris (ad quam videlicet ordinatus erat in ſphæram generationis eſt collapſus: nam cedens mulieri vel animali parti ceſſit carni & ſanguini. Vbi didicit malum & nuditatem ille, qui erat ordinatus in bonum. Et iuxta hoc: Mulier & vir conſenſerunt in voluptatem, contra regulam & legem boni & mali. An (vt aliàs dictum eſt) conſenſerunt ambo in appetendo gradu ſibi nequaquam competente? *Mercur. in Pym.*

46 Quomodo Adam cognouit ſe nudum? An quia (vt aiunt) poſt errorem commiſſum, & rebellionem Deo factam ſenſit rebellionem carnis: quæ in eius opprobrium reluctabatur? An, (vt verum ſacramentum tangamus) quia dum homo cedit peccato, & ſerpentinæ aſtutiæ, denudatur: vt de Noch dicitur? Hinc in Ezechiele ſcriptum eſt: Et denudabunt te veſtimentis tuis, & auferent vaſa decoris tui, & derelinquent te nudam, plenámque ignominia. Et in Oſea: Auferat fornicationes ſuas, ne fortè *Geneſ. 9.* *Ezechiel. 16.* *Oſea 2.*

expoliem eam nudam: & de populo Iſrael in adoratione vituli peccante,
Exodi 33. ſcriptum eſt. Depoſuerũt filij Iſrael ornatum ſuum montis Horeb: quem ſcilicet habuerant à Deo, quando illuſtrati ſunt ad ſuſcipiẽdam legem ibi datam. Veſtiuntur itaque boni viri luce, ſicut de ipſo Deo nos illuſtrante
Pſalm. 03. Propheta canit. Amictus lumine ſicut veſtimento. Qua quidem luce priuantur dum peccant: & ſic nudi remanent quouſq; iterum veſtiantur.

Geneſ. 3. 47 Quomodo ambulabat Deus in horto ad meridiem? An hinc concluditur (vt aliqui opinantur) hortum illum eſſe materialem, cuius partes diſtinguuntur in meridionalem, aquilonarem & huiuſmodi? Sed quomodo ambulabat ille qui ſemper ſtabilis & immobilis eſt? An igitur cũ pec-
Ierem. 1. catum ab Aquilone procedat, à quo omne malũ, Deus volens vti pietate erga primos parẽtes (quorum culpam decreuerat delendam eſſe per pro-
Theo. ant. prium filium) ibat effectu ad meridiem: vbi (ſecundum antiquos Theologos) collocata eſt pietas, miſericordia & clementia? Et hic eſt verus ventus diei, licet aliqui aliter ſentiant.

Pri. Ti. 1. 48 Quomodo intelligitur dictum Pauli: Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in præuaricatione fuit? An (vt aliqui aſſerunt) quia Pau
Geneſ. 3. lus ſequutus eſt literam qua habetur, quòd mulier dixit: Serpens decepit me? Adam verò non dixit, Decepit me quiſpiam. Sed dixit: Mulier quam dediſti mihi dedit de arbore, & comedi. An (vt alij opinantur) & ſi homo deceptus fuit: non tamen quantum mulier? An quia error eſt in parte a-
Pri. Cor. 1. nimali quæ non percipit quæ Dei ſunt: non autem in parte ſpirituali, quæ (vt Apoſtolus ait) iudicat de omnibus? Hinc peccatũ per errorem ſeu per fragilitatem commiſſum facilè remittitur. Et quia homo nõ peccauit deceptus, ideò difficillima fuit venia, & à ſolo Dei filio impetranda.

Geneſ. 3. 49 Cur homo retorſit culpam in Heuam? an quia peccatũ originem ha buit à parte ſenſitiua & muliebri, vt plerunq; ſolet euenire? nec tamen ex cuſatus fuit, cùm mulierẽ vel partẽ animalẽ nõ ſuſcepiſſet in dominã, ſed
Ibidem 3. 4. in pediſſequã: ſicut poſtea ipſi Adę & Chain declaratũ fuit. De quorũ primo dictũ eſt, Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. De ſecundo verò, Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. An (vt altius
Ant. theol. conſcẽdamus) cùm mulier ſiue caro & ſanguis ſit à parte ſiniſtra, & homo à dextra (vt antiqui Theologi docẽt) credidit Adã ex vtraq; parte cõſtituere illud mediũ, quod Chriſtus eſt: qui inde (nõ ſine magno myſterio) ſemper locatus eſt in medio, & Mediator dictus eſt? Et in hoc dupliciter pec-
Pri. Tim. 1. cauit. Primò, quia excuſauit peccatũ, cuius pœnitere debebat. Secundò, quia deducere prætendebat extrema in medium minimè conueniens.

Geneſ. 3. 50 Cur Heua obiecit culpam Serpenti? Nónne quia re vera ab ipſo Serpente decepta fuerat? Sed cur non fuit excuſata? Nónne quia magis Deo quàm Serpenti credere debebat? Nec enim cõmiſſam culpam defendere debebat, ſed ſatius fuiſſet ſi cũ viro veniam poſtulaſſet, præcipuè cùm ſeſe
Ioannis 8. expoſuerit Diabolo, qui à ſumma veritate pater mendacij dicitur? Nã tria mendacia in primis tribus verbis cõmiſit. Primò enim dixit: Præcepit ne
Geneſ. 3. tangeremus arborẽ, cùm non tactum, ſed eſum pomi Deus prohibuerit.

aſſignatur ratio, dum ſubinfertur. Eò quòd eſſet cunctorum viuentiũ ma- *Geneſ. 3.*
ter? Sed quomodo fuit mater cunctorum viuentium? An fuit mater omnium animalium & plantarum? Dicunt aliqui quòd fuit mater omnium hominum. Sed cur non dixit Moſes, omnium generãdorum in ſpecie humana, vel quid huiuſmodi: ſed dixit omnium viuentium? Nec enim ſcriptura vtitur vocabulis impropriis, ſed quàm maximè propriis. Hinc ſæpiſſimè decipiuntur & decipiunt interpretes, cùm ſcilicet volunt accommodatiſſima vocabula abducere à propriis ſignificatis: & ad libitum interpretari. Nam per Adam intelligitur Leuiatan maſculus, qui eſt fons omnis maſculinæ vitæ: per Chauah verò Leuiatan fœmina: quos מזוג zugot. i. coniuges vel iugales antiqui Theologi vocant: nec miretur quiſpiã *Ant. the.*
non initiatus doctrinis antiquorũ, à quibus habemus quòd ex fonte rationalis vitæ progrediuntur irrationales, vt Plotinus docet. Quò tendit *Plotinus.*
(vt nonnulli volunt) Platonicum illud à Poeta decantatum:

Spiritus intus alit, totámque infuſa per artus *Virg. in 6.*
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet,
Inde hominum pecudúmque genus, vitæque volantum. De quo infrà.

37 Si hortus delitiarum eſt in terra viuentiũ, quomodo inde fluunt illa *Geneſ. 2.*
quatuor enumerata flumina? An per fluuios illos, quatuor elementa intelliguntur: vt alibi diffuſius exarauimus? A quibus quidem elementis omnia irrigantur & fouantur: cùm ex ipſis ab eodem fonte emanãtibus omnia componantur. An per fluuios illos intelliguntur riuuli vitæ, ab eodem vitæ fonte emanantes, & irrigantes quatuor mũdi partes: ex quibus tota hæc machina integratur? Sed nónne de fluminibus illis habetur manifeſta notitia? Impoſſibile quidem eſt ipſa fluere ex eodem fonte: cùm habeant origines ſuas per centena & millena milliaria diſtinctas: vt Pto- *Ptolemæus.*
lemæus, Strabo, aliíque accuratiſſimi Coſmographi docent: & experien- *Strabo.*
tia comprobatur. Si igitur ſcriptura non verificatur de origine, multò minus de fluminibus. Vnde patet, quòd deſcriptio hęc metaphorica & ſimilitudinaria penitus eſt.

38 Cur primi parentes fuerũt ſtatim bello expoſiti, tam turpiter ſuperandi? Nonne hinc totum ſacramẽtum humani negocij dependet, de quo *Roman. 11.*
inquit Apoſtolus: Omnia cõcluſit Deus in incredulitate & ſub peccato, vt omnibus miſereatur? Quod ſacramentum adeò profundum eſt: vt ſtatim ipſe Apoſtolus ſubinferat: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſciẽtiæ Dei: quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius. Vt tamen de imperſcrutabilibus viis Dei aliquid, cum ipſius adiutorio referemus, id vnum dicemus, quòd Pater æternus (vt Filium honoraret) humanũ genus infici permiſit labe primorum parẽtum: vt ab ea liberati mortales per Redemptorem, ipſi Redemptori tenerentur. Cum maiori tamen fruge redemptio- *Ibidem 8.*
nis, quàm fuerit damnũ peccati. Nam (teſte Apoſtolo) diligentibus Deũ, & dilectis à Deo, omnia cooperantur in bonum.

39 Quo cultu iuſſit Deus coli hortum à Protoplaſto? An fortè ligonibus, vomeribus, falcibus & raſtris? Sed quomodo terra viuentium coli-

tur huiuſmodi inſtrumentis? An igitur iuſſit ipſum operari ſecundũ legem ei datã, vt videlicet contenderet deuenire ad gradũ cuiuſcunque arboris ibidem plantatæ dempta arbore ſcientiæ boni & mali? Hinc notanter di-

Gen.1. citur: De omni ligno paradiſi comede, de ligno autẽ ſcientiæ boni & mali ne comedas. Nam iuſſit Deus ipſum proficere de virtute in virtutem: &

Matth.20. cuſtodire ſtatum innocẽtiæ. Ideò præmittitur, Et cuſtodiret illum. An de cultu illo intelligitur de quo ſcriptum eſt. Ite & vos in vineam meam?

40 Cur præter primam pugnam Deus dimiſit in nos multigenos & cõtinuos hoſtes? An vt inde victoriã reportantes, dignius & precioſius præ-

2. Tim. 2. mium conſequamur? Nam (teſte Apoſtolo) non coronabitur, niſi qui le-

Gregor. in Moralib. gitimè certauerit? An vt virtus noſtra probetur: iuxta Gregorij dictum. Si hoſtis deſit, virtutis experimenta non proderunt? an, vt appoſitis bono & malo comprobetur libertas arbitrij noſtri, & laus detur benè eligenti?

Deut.30. Hinc in Deuteronomio dicitur: conſidera quòd propoſuerim in conſpectu tuo vitam & bonum: & è contrario, mortem & malum: vt inde habeam vnde benedicam tibi & faueam: vel vnde puniam & diſperdam: vt ibidem longo ſermone proſequitur Deus.

Gen.3. 41 Cur Diabolus in ſpecie Serpẽtis introducitur? an, vt eius aſtutia denotetur: ſicut ſcriptum eſt. Et Serpens erat aſtutus præ cunctis animantibus terrę? an, quia ſicut à Serpente nihil boni ſperare poſſumus, ſed tantũmodò nociuum & lethale venenum: Sic à Diabolo nihil niſi fœditatem & exitium animæ, multigenúmque malum ſuſcipere valemus? an, quia inter animalia dæmoniaca Serpẽs eſt ipſi Diabolo accommodatiſſimum? Hinc facilius & frequentius in forma Serpentis apparet.

42 Cur Serpens primò mulierem aggreſſus eſt? Nónne vt facilius obtineret victoriam, locum debiliorem & ipſi magis domeſticum oppugnãdo? Et hoc: Siue per mulierem fœmina ipſa, ſiue animalis portio intelligatur. Nam ſicut Michael archangelus conſtitutus eſt ſuper omnes animas, ſic Diabolus vendicat ſibi carnem & ſanguinẽ partémque animalem, quę ſub ipſo militans pugnat contra ſpiritum, ſicut ipſe Diabolus contra Michaelem: vnde apud peritos eadem cenſetur pugna. Si verò per mulierem fœmina ipſa propriè intelligatur, ipſa quoque eſt facilior ad conſentiendum, cùm ſit debilioris virtutis: cùm quia animam ſortitur à loco magis ipſi Diabolo peculiari quàm vir: tum etiam quia deeſt ei illa vera Dei imago quam Diabolus ſummoperè veretur. Nec dicendum eſt, quòd eadem eſt imago vtriuſque, quia non ab re Paulus horum ſacramentorum conſcius, gradus imaginum diſtinguens, ait: Mulier eſt imago viri, vir verò

Prima Cor 11. Dei. Et alibi per alia verba: Vir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt

Epheſ.5. Eccleſiæ. Et iterum: Omnis viri caput Chriſtus eſt, caput autem mulieris vir, caput autem Chriſti Deus. Ecce igitur quòd eam differentiam ponit inter virum & mulierẽ, quæ eſt inter Chriſtum & communes viros. Hinc adminiſtratio ſacrorum tributa eſt viro, mulieri autem nequaquam.

Geneſ.2. 43 Quid ſuggeſſit mulieri Serpens, & quod fuit peccatum primorum parentum? Nónne peccatum ipſorum fuit tranſgreſſio præcepti dati, nè

quam coram eodem ſcilicet ſtans. Sicut habet veritas hebraica. Pro quo communis æditio habet, ſimile ſibi.

30 FVIT nè mulier formata ex coſta ſolúmodò: an ex oſſe & carne? *Ibidem. 2.* Nónè dixit Adã. Os nunc de oſſibus meis: & caro de carne mea: Vnde liquet, quòd ſecto latere Deus vtrumque ſumpſit, carnẽ videlicet & oſſa. *Ibidem.* Hinc ſcriptũ eſt. Et repleuit carnem pro ea quam aſſumpſit, carnẽ videlicet pelle contectam. Ne detecta pateret multigenæ læſioni. Et quia mulier eſt caro & os viri: hinc magis vnita, & præeligibilis quàm parentes. Sicut ſcriptum eſt. Propter quod relinquet homo patrem & matrem: & adhærebit vxori. *Ibidem.*

31 VBI & quomodò plantatus fuit hortus delitiarum? An forſitan in terra: vt eſt vulgaris opinio? Vnde & paradiſus terreſtris falsò vocari ſolet: cum id nuſquàm in Scriptura reperiatur. Nam quomodò cõſitus dicitur hic locus à principio arboribus materialibus: cũ iam toti terræ dictum ſit. Producat terra herbam virentem, & lignum pomiferum? Si etiã tota terra cõſita & præparata fuerat in hoſpitium hominis peregrinãtis: ad quid locus iſte particularis? An fortè locus iſte particularis factus fuit pro iis, qui erant in ſtatu innocentiæ? Sed ille communis quibus paratus erat: cum nullus adhuc peccator eſſet? Præuidit (inquiens) Deus hominem caſurum. Hinc præparauit ei locum illum communem. Sed nónè ſcriptum eſt. Maledicta terra in tranſgreſſione tua? Vnde docemur, quòd peccantibus data fuit terra maledicta: quæ non maledicta parata erat iis, qui erant in ſtatũ innocentiæ. Expulſo itaque homine, ad quid plantatio illius horti? Quis eum poſteà coluit? An forſitan Henoch & Elias. Sed antequàm Henoc & Elias illuc irent: quis colebat ipſum? quis comedebat fructus illos? Et quomodò duo viri poſſunt ſufferre cultum: qui vniuerſo generi humano indictus erat? Et quomodò plantatus eſt in terra: cum in veritate hebraica habeatur, quòd Deus plantauit ipſum in voluptate? Plantatus itaque fuit hic hortus in terra: de qua Propheta canit. Credo videre bona Domini in terra viuentium. Vbi enim melius potuit plantari arbor vitæ: quàm in terra viuentium. *Gen. 2. 1.* *Ibidem. 3.* *Ibi. 2.* *Pſal. 26.*

32 QVÆ arbores in horto voluptatis ſũt plãtatæ? An arbores materiales, veluti ficus, vites, mali & huiuſmodi? Sed nónè Deo magna infertur iniuria: ſi dicatur ipſum huiuſmodi arbores plantaſſe? Nã, cum ad arborũ materialiũ productionem deueniſſet (vt diuinam maieſtatẽ decebat) iubendo dixit. Producat terra herbam virentem, & lignum pomiferũ. An igitur plãtauit ibi Deus meliores arbores, rationales videlicet: Sicut ſcriptum eſt. Omnis plantatio, quam nõ plantauit Pater meus cœleſtis, eradicabitur? De quibus arboribus, poſt verbũ de pane factũ, dixit Propheta. Saturabuntur ligna, vel arbores campi, ſiuè (vt hebraica veritas habet) Adonai: & cedri Libani, quas plantauit. Per Libanum enim antiqui Theologi ſyluam ſupra mundanã intelligũt: quæ alio nomine dicitur liber vitæ. Vnde idem eſt plantari in voluptate, & ſcribi in libro vitæ. Sed nonnè de loco hoc voluptatis agens Scriptura dicit. Et germinare fecit *Gen. 1.* *Mat. 15.* *Pſal. 103.* *Anti. The.* *Gen. 2.*

Secundò dixit. Ne fortè moriamur. Nā Deus nō dixit fortè. Tertiò dixit. *Ibidem.2.*
Præcæpit nobis. Cū nō ei, Sed viro tantūmodò datū fuerit præcæptum.

51 CVR dixit Deus. Ecce Adam, quaſi vnus ex nobis, factus eſt, ſciens bonū & malum? An fuit (vt aliqui opinantur) ironica locutio? An ſermo *Ibi.3.* Elohim eſt ad בני אלהים bene Elohim, id eſt miniſtros iuſtitiæ, quibus datū eſt dignoſcere bonum à malo? Quod & ſi Adam didicit: tamen (quia occultabat ſe, conſcientia remordente & confundēte) cum iactura didicit: nec cum honore & præeminentia. Hinc priuatus fuit gradu: quem malè ſibi vendicauerat. Sicuti & Diabolus à ſede aquilonari & cœlo eiectus fuit. Sed ipſe ſine ſpe remedii, Adam verò cum ſpe: quia nō ex mera malitia. Sed ex malitia & fragilitate: & aliquo errore decœptus propter cōiunctam mulierem peccauit.

52 CVR Deus ſciſcitatus eſt à viro & muliere erroris ſui cauſam: à Serpēte verò nequaquam, Sed ſtatim in ipſum intulit ſententiā? Nōnè, quia *Gene.3.* in parentibus poterat fuiſſe error, fragilitas, aut malitia: in Diabolo verò *Sap.26.* ſola malitia & inuidia vigebat: Iuxta illud Sapiētis. Inuidia Diaboli mors introiuit in orbem terrarum? Vnde docemur, quòd quando facinus eſt manifeſtū, poſſumus contra reum (etiam indiſcuſſa cauſa) inferre ſententiam: Sed quando partes ſunt obſcuræ, diſcutiendum eſt negocium.

53 QVID importat ſentētia in Serpentē lata? Nonnè prima pars ſen- *Gen.3.* tentię fuit. Maledictus eris inter omnes feras, & beſtias vel cicures terrę? Quod ſi iuxta literam interpretari voluerimus: nonnè manifeſtum eſt. Cum Serpentes in cauernis latitent, non audentes quodāmodò frui cœli *Zohar.* aura: Si verò iuxtà ſignificata intelligatur ſermo: Cum aues cœli Angelos *Pſal.103.* repræſentent (vt Zohar apertiſsimè docet) cicures homines, feræ Diabolos (iuxtà illud. Catuli Leonum rugientes, vt rapiant: Sicut alibi declarabitur) Serpentes autem peſsimos Diabolos præfigurent: nōnè ipſi maledicti dicuntur ſuper omnia alia animalia? Secundò Serpenti dictū fuit. Super pectus tuum gradieris. Nam abſciſſæ ſunt ei manus bonorum operum, & pedes bonorum affectuum: relicto ſibi tantummodò naturali ingenio, quo ſemper circà terram & infima ſerpit. Tertiò. Terram comedes. De qua terra dicitur infrà homini. Donec reuertaris ad terrā: de qua *Gene.3.* ſumptus es. Vnde habemus, quod ſicut Michael cōſtitutus eſt princeps ſuper animas: Ità Diabolo data eſt hæc pars animalis: vt Proculus ſentit. *Proc. in li. de anima & dæmo.* Et hoc, niſi homo caſtigatum corpus redigat in ſeruitutē ſpiritus. Quartò poſitæ ſunt inimicitiæ inter ipſum & mulierem: & inter ſemen vtriuſque. Quintò dictum ei fuit, quod ſemen mulieris conterere debebat caput eius: magno myſterio alibi declarando.

54 CVR inimicitiæ poſitæ ſunt inter Serpētē & mulierē & inter ſemē vtriuſque? Nonnè, quia facile ſymbolum habebat Diabolus cū muliere, *Gen.3.* voluit Deus indicere hoc diſsidiū inter eos: vt cautior redderetur mulier ab eius inſidiis: dū per Dei ſententiam declaratus eſt eius inimicus? Quomodò autē hæ inimicitię poſitę ſint inter ſemē vtriuſque: nō eſt difficultas ex parte mulieris, cuius ſemē eſt manifeſtum. Sed ꝙ ſit ſemē Diaboli,

per Serpentem denotati, habet nõ parum difficultatis apud eos: qui exi-
Theo. ant. ſtimant Diabolum incorporeum, & inde ad genituram ineptum. Quòd
ſi Theologos antiquos ſequi voluerimus: qui benè trutinarunt oracula
diuina: concedamus dæmones eſſe corporeos & generationi aptos. Si-
Gene. 6. cut apertè ſcriptum eſt, quòd bene Elohim (pro quo vulgata æditio ha-
bet: Filij Dei) qui ſunt diaboli (vt omnes veri ſapientes conſentiunt) ac-
ceſſerunt ad filias hominum & genuerunt. Hinc & à Theologis & Ca-
noniſtis de huiuſmodi tractatur: quos Succubos & incubos vocant. Vn-
de & Fauni & Satyri & multa portentorum genera, Sapientibus nota:
quæ nunc ſubticeo. Et inter huiuſmodi & natos ex muliere inimicitiæ
ſunt perpetuæ.

55 QVIS cõtriuit caput Serpẽtis: & cuius calcaneo inſidiatus eſt Ser-
pens? Ex falſa traductione: qua habetur. Ipſa conteret caput tuum. Lati-
Ibid. 3. ni communiter attribuunt hanc victoriam Reginæ cœlorum. Quæ licet
ſublimior ſit: quàm dici queat: dabimus tamen victori triumphũ hunc:
cui ex veritate literæ debetur, vbi habetur. Ipſum conteret caput tuum.
Ipſum videlicet ſemen mulieris: quod Chriſtus fuit. Ipſe enim non tamẽ
pro ſe, ſed pro omnibus vicit: Iuxtà illud Apoſtoli. Deo autem gratias,
Pri cor. 15. qui dedit nobis victoriam per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Dia-
bolus autem inſidiatus eſt Iudæ: qui (vt alibi dictum eſt) inter duodecim
præcipuos myſtici corporis articulos calcaneũ referebat. In cuius locũ
Acto. 1. (ne corpus remaneret diminutũ) ſtatim ſuffectus eſt Mathias dictãte Spi-
Pſal. 108. ritu ſancto. Et hoc, vt Scriptura impleretur: dicens. Et epiſcopatum eius
Io 17. accipiat alter. Hinc Chriſtus, cũ de caſu Iudæ ageret, dixit. Quos dediſti
mihi, ego cuſtodiui: & nemo ex eis periit, niſi filius perditionis: vt Scri-
ptura impleretur: hæc videlicet, & illa Pſalmographi nuper adducta.

56 QVE ſentẽtia in mulierẽ lata fuit? Nonnè ipſa iuſtiſſima fuit? Nam
Gen. 2. illi, quæ delitias quærebat indebitas, dictum eſt primò. Multiplicabo æ-
rumnas tuas. Secundò. Et concœptus tuos: vt habet communis æditio,
R. Salo. Sed melius, vt R. Salomon exponit. Et anguſtias vel gemitus: quos ha-
bet mulier prægnans, antequàm pariat. Tertiò. In dolore paries filios.
Quià videlicet quærebas delitias carnales: vbi ſpiritualibus vacare de-
Merc. in Pym. bebas. Et hoc, proſequẽdo opinionem Triſmegiſti, qui ait. Homo à con-
templatione Patris ad ſphæram generationis collapſus eſt. Quando vi-
delicet vetito modo quærebat delitias. Subnectitur autem quarta pars
ſententiæ, accommodatiſſima illi: quæ virum traxerat in errorem. Sub
viri poteſtate eris: vt habet vulgata traductio. Sed veritas hebraica ha-
bet. Ad virum erit concupiſcentia tua, vel appetitus tuus. Quintò. Et ip-
ſe dominabitur tibi. Quià videlicet nimis prona es ad malum: & quià ca-
res portione & moderamine illo: quo viget vir. Et hanc ſententiam He-
Hebrai. bræi partiuntur in quinque maledictiones: Sicut & alias contrà Serpen-
tem & contra virum latas.

57 QVÆ ſentẽtia in Adã lata fuit? Nonnè & hæc (Sicut & aliæ) quin-
Gen. 3. cuplex fuit? Primò enim dictũ ei fuit. Quià audiſti vocẽ vxoris tuæ (quã
videlicet

videlicet erudire & non audire debueras maledicta terra in opere tuo: ſit videlicet rebellis tibi, qui Deo rebellis fuiſti. Et hoc conſonat veritati literæ, dicentis: Maledicta terra in trāſgreſſione tua, i. propter tranſgreſſionem & rebellionē tuam. Secundò, In dolore comedes eā omnibus diebus vitæ tuæ: quia videlicet cum iniquo & vetito oblectamēto comedere voluiſti. Tertiò, Spinas & tribulos germinabit tibi: poſtquā videlicet relictis rerū ſupernarum & ſpiritualiū oblectamētis terræ adhæſiſti: cōprobabis quòd ibi non ſunt oblectamenta, ſed pungentes ſpinæ & tribuli. Iuxta dictū Saluatoris, dicentis: quòd diuitiæ terrenæ ſpinæ ſunt. Et voluptas carnis quomodo pungat, declarat Socrates in Gorgia. Quartò, Herbam agri comedes, veluti beſtia videlicet, poſtquā noluiſti cognoſcere honorem in quo eras, ſed aſſimilari voluiſti iumentis. Quintò, In ſudore vultus tui veſceris pane tuo: poſtquā videlicet contempſiſti ea quæ pręcipuo meo fauore & influxu producūtur. Et hoc, donec reuertaris ad terrā ex quā ſumptus es, ſecundum hominem animalem videlicet, cui adhæſiſti. *Luca 8.* *Plato in Gorgia.*

58 Fuitne vnquam ſublata maledictio terræ, & quando? Nónne durauit maledictio terræ vſque ad ortum Noeh? Nam Deus nunquam voluit acceptare oblationem frugum terræ (vt in Chain patuit) vſque ad ortum Noeh. Hinc pater eius Lamech, poſtquam nominauit ipſum Noeh, dixit: Iſte conſolabitur nos ab operibus & laboribus manuū noſtrarum in terra cui maledixit Dominus. Exinde igitur ſuſcepit Deus gratioſè munera fructuum terræ. *Geneſ. 4.* *Ibidem 5.*

59 Ex qua pelle fecit Deus tunicas primis parentibus? An fortè lanius fuit ipſe Deus occidēs agnos? Sed cùm animalia fecerit bina & bina, ſi duo vel quatuor occidit ad perficiendas tunicas, nū creauit deinceps alia? Nō quidem fuit lanio ſiue ſarcinator: ſed hæc ſunt per allegoriam dicta. Nec enim ex alia pelle factæ fuerunt huiuſmodi tunicæ, quam ex pelle illius agni, qui tulit peccata mundi. Qui quidem agnus (vt Ioan. ait) occiſus fuit ab origine mundi, & ipſius meritis omnium peccata teguntur. Iuxta illud Prophetæ: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Vnde & ſententiæ illius: Et veſtiuit eos: ſi hebraicè ſcriptæ literæ vertantur, dicunt: Et Ieſu cor, id eſt, refugium eorum. Sic enim ſcribuntur verba illa וילבשם yailbiſſam, id eſt, Et veſtiuit eos. Quæ literæ, ſi vertantur, dicunt, ישו לבם Ieſu lebam. i. cor eorum. *Geneſ. 3.* *Apoc. 13.* *Pſalmo 31.*

60 Cur poſt eſum ligni ſcientiæ boni & mali, Deus tam diligenter cauit, ne pariter primi parentes de vitæ ligno comederent? An fortè, quia Deus inuidebat vitæ illorum? an quia non erant digni viuere poſt errorē commiſſum, præcipuè ſtante comminatione iam facta. Quacunque hora comederis morte morieris? Sed cùm vixerit Adam nongentis triginta annis, quomodo mortuus eſt eadem hora qua peccauit? an mortuus eſt deteriori morte, quàm corporea? De qua morte loquitur Iacobus, dicens: Peccatū cùm conſummatū fuerit, generat mortē. An (ſi de morte corporis intelligatur ſermo) inducias mortis obtinuerunt ex merito agni illius: ex cuius pelle factæ fuerunt eis tunicæ? Vnde & ſi pœnitentiæ ſpatiū im- *Geneſ. 3.* *Ibidem 2.* *Ibidem 5.* *Iacob. 1.*

petrarunt:non tamen deuenerunt ad curriculum vitæ,mille videlicet annorum,eis ſtatutum,quòd Hebræi vocant עולם holam. Pro quo vulgata
Hebrai. æditio habet in æternum. Deus autem noluit, vt viuerent totum illud
1.Cor.11. ſpatium cum peccato : quia tunc vita fuiſſet eis in detrimentum : & lignum vitæ nocuiſſet eis.Sicut(teſte Apoſtolo) panis vitæ nocet malè diſpoſitis.

Geneſ.3. 61 Quomodo expulſi fuerunt parentes primi ab horto delitiarum? An è loco aliquo materiali fuerunt eiecti? An è loco ſupramundano:vbi ſunt veræ delitiæ ? quo intrauerant per intellectum depuratum : vir videlicet primò, & per virum mulier. Huius igitur loci introitus fuit eis, tanquam indignis,inde prohibitus : quia adhæſerant aſtutiæ ſerpentinæ. Vnde nudati fuerunt veſtibus illis : cum quibus poterant coram Deo cõparere.Quod magno myſterio innuit vocabulum ערום herom vel ערום harum:quod aſtutum & nudum ſignificat.Vnde docemur, quod qui ad-
1.Cor.1. hæret aſtutiæ ſerpentinæ,& ſapientiæ mundanæ,nudatur ſapientia & co-
2.Cor.1. gnitione diuinorum:& è conuerſo. Hinc Apoſtolus ait. Perdam ſapientiam ſapientum.Et iterum.Non in ſapientia carnali:ſed in gratia Dei.

Geneſ.3. 62 Poſſet ne quiſpiam:& quis introire in hortum voluptatis?An forſitan nullus cum poſiti ſint Cherubini ad cuſtodiendam viam ligni vitæ, ibidem plantati?Sed quomodo intrarunt (vt fertur) Henoch & Elias?An cuſtodia adhibita fuit,ne intrarent indigni?Cùm non ſolũ illi duo(vt vulgò dicitur) ſed quamplures alij illuc intrauerint? Si vera docent antiqui
Anti.Theo. Theologi.Intrarunt enim Patriarchæ omnes:Moſes, qui ibi legem didicit:& Dauid, qui inde accepit : vnde Pſalmos caneret. Intrarunt & veri Prophetæ omnes:& Paulus,quibus datũ fuit legere in libro vitæ : qui eſt in illa terra viuentium.Intrarunt & quotquot vnctionem habẽt à ſancto
1.Ioan.2. (vt Iohannes ait) & norunt omnia.Et hi ſciunt imponere nomina rebus: prædicere futura:& cætera huiuſmodi facere.

63 Qui ſunt Cherubini poſiti ad illius horti cuſtodiam?Nonnè ſunt ex
Exod.25. illis:ad quorũ ſimilitudinem iubetur in Exodo, vt ponantur duo Cherubini ſuper propitiatorio?Vnde remiſſionẽ conſequebantur errantes, non
1 Ioan.2. & 4. quidem virtute ipſorum Angelorũ:ſed virtute geminæ naturæ illius : qui (vt Iohan.perhibet)factus eſt propitiatio pro peccatis.Cherub enim (vt
Rabbi Moſes Ægyp. Rabbi Moſes Aegyptius docet) eſt pictura vel figura rerum diuinarum: vnde ſicut per Cherubinos obtinebatur propitiatio in tabernaculo,ſic etiam obtinetur introitus in hortum voluptatis per Cherubinos,ideſt,per virtutem Chriſti à pœnitentibus & bene diſpoſitis: loco cuius Chriſti & quorum Cherubinorum introducti fuerunt ſacerdotes, habentes claues
Geneſ.3. in manibus ad claudendum & aperiendum. Quæ claues (vt opinor)deſignantur per gladium illum bicipitem vel verſatilem, in manu Cherubinorum locatum.

64 Quid eſt gladius ille verſatilis in manu Cherubinorum locatus? An eſt gladius ferreus?Sed cur is in manu Angelorũ? an igitur per gladiũ illũ myſticè deſignatur progreſſus hominis:qui dum peccat,auertit ſe à Deo,

& voluitur ad creaturam:dũ autem reſipiſcit,& vera pœnitentia ducitur, auertens ſe à creatura ad Deum conuertitur? Vnde per primam auerſionẽ expellitur homo ab innocentia,participatione ſacrorum & veris delitiis: per alteram verò verſionem reuertitur homo ad illũ fœlicem ſtatũ à quo eiectus fuerat:quem ſtatũ Chriſtus vocat regnum cœlorũ. Et concinniſ- *Matth. 4.* ſimè,vt norunt experti in antiqua Theologia: hinc Præcurſor dixit: Pœnitentiam agite,& appropinquabit vobis regnum cœlorum. Secundam *Ibidem.3.* autem verſionem ritè Theologi conuerſionem vocant,quia quotieſcunque homo vertit ſe ad Deum, Deus vertit faciem ſuam ad ipſum. Et ideò *Theologi.* dicitur conuerſio,quia ad inuicem vertuntur, iuxta illud: Conuertimini *Zacha. 1.* ad me,& ego conuertar ad vos. Illo itaque gladio cuſtoditur hortus, ne intrent indigni,& digni introducantur.

65 Quid ſignificant Habel & Chain? An duplicem hominem ſignificãt animalem videlicet & ſpiritualem,ſicut Heſau & Iahacob? Vtrobiq; autẽ *1. Cor. 15.* primogenitus ſignificat hominem animalem. Iuxta illud Apoſtoli: Prius *Aug. de ciuita. Dei in primo.* quod animale,deinde quod ſpirituale. An duarũ ciuitatum fabricatores denotant,vt videtur ſentire Auguſtinus? nam maior ſemper introducitur perſequens minorem,ſed prædominari debet minor,& in maiorem præualere,licet aliquando minor occidatur à maiori: quãdo videlicet homo cedit carni & ſanguini,adeò vt inducat mortem in animam.

66 Cur reſpexit Deus ad Habel,& ad munera eius? An quia bonus erat, *Geneſ. 4.* & recta intentione obtulerat? an quia obtulit de animalibus non maledictis,& de pinguedine eorum? an quia ſortitus erat animam bonam,vt eſſet principium & pater diuinæ familiæ? an quia obtulit primogenita animalium,Deo ſemper gratiſſima? an (vt ad myſteria veniamus) quia Habel lugentem ſignificat, cuius opera ſunt Deo grata. Iuxta illud, Beati qui *Matth. 5.* lugent?

67 Cur Deus non reſpexit ad Chain,nec ad munera eius? An quia ob- *Geneſ. 4.* tulit de fructibus terræ iam maledictæ? an quia non recta intentione obtulit? an quia malus erat, & pater atque principium diabolicæ atq; à Deo alienæ familiæ? an quia liuore plenus erat? Nam videns acceptum fuiſſe Deo ſacrificium fratris,adeò ei inuidit,vt ipſum occiderit. Sed quomodo potuit Chain cognoſcere ſacrificium fratris fuiſſe Deo gratum? An (vt Hieronymus cum Theodotione ſentit) quia inflammauit Dominus ſa- *Hieronym. Theodotion* crificium Habel? Solebat enim ignis è cœlo venire & inflammare ſacri- *2. Paral. 7.* ficia. Quemadmodum factum fuit in dedicatione Templi ſub Salomone *3. Reg. 18.* facta: & in ſacrificio Eliæ in monte Charmelo. Sed hæc ratio videtur potius voluntariè adducta, quàm ex vi interpretandi, cùm nec ex verbis Hebraicis,nec ex Chaldaicis in Targum elici poſſit: an igitur quia apertè fauebat Deus non ſolùm Habel, ſed omnibus rebus eius?

68 Quid dixit Chain ad Habel? Nam in Hebræo non habetur quid dixerit. Vnde illud: Egrediamur in agrum, additum eſt ab interprete. An fortè dixit verba contumelioſa: vt Hebræi & Latini aliqui dixerunt? an potius (vt reor) loquutus eſt ei familiariter & blandè, vt tolleret ab

eo ſuſpicionem, quò faciliùs ipſum proderet? ſicut proditores facere conſueuerunt.

Geneſ. 4. 69 Quid dixit Deus Chain, videns ipſum iratū & turbatum habere vultum? Nonne primò increpauit eum, eò quòd haberet vultum ad terrā demiſſum? Comedebat enim (vt Zohar inquit, fructum manuū ſuarū. Nam rubor & ignominia eſt fructus peccati. Iuxta illud Apoſtoli: Quē fructū habetis in quibus nunc erubeſcitis? Dixítq; ei poſtea, Si bene feceris, שאת ſeet, i. eleuaberis vel exaltaberis: Iuxta illud Peripateticū, Honor eſt præmium virtutis. Si verò malè feceris, peccatum tuū iacebit ad portam: Tribunalis videlicet ſupremi (vt idem Zohar aſſerit) vbi peccata omnia diiudicantur? Nec excuſes te, quòd appetitus te impulerit ad vindictam indebitam, quia iam tibi ſubmiſi appetitum tuum. Hinc dixit Deus, Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.

Zohar. Roman. 6. Geneſ. 4. Ethicor. 4. Zohar.

Geneſ. 4. 70 Quomodo vox ſanguinis Habel clamabat ad Deum de terra? Nónne, quia anima animalis in ſanguine reſidens, (quam Hebræi nephes vocant. clamabat in vindictam? Nam hoc propriū hominis animalis eſt: ſpiritualis autem nequaquā. Quod diſcere poſſumus à Chriſto, homine cœleſti & ſpirituali, qui cùm tormentis maximis angeretur, nō pro vindicta, ſed pro venia clamauit, dicens: Pater dimitte illis. Hinc notāter dicit textus, clamat ad me de terra. Cùm terrenus ſit homo clamans pro vindicta. Habel enim erat (ſecundū carnem) filius illius: de quo Apoſtolus ait: Primus homo de terra terrenus.

Luca 23. 1 Corin 15.

Geneſ. 3. 4. 71 Quæ fuit maledictio Chain? Nónne cùm genitus fuerit ab eo patre, in cuius tranſgreſſione maledicta fuit terra, eādem pœnam meritò ſuſcepit? Hinc ei dictum eſt: Maledictus eris ſuper terram, quæ non dabit fructum conuenientem cùm operatus fueris in ea. Vagus & profugus, vel inſtabilis & mobilis eris ſuper terram. Quod proprium eſt peccantis & relinquentis ſtabilem Deum, adhęrentíſque mobili creaturę. Iuxta illud Ieremiæ: Peccatū peccauit Ieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt. Neceſſe eſt enim (inquit Gregor.) vt, qui rei mobili adhæret, cum ipſa labente labatur: an quia cùm factum fuerit cor noſtrum propter Deum, in creaturis quieſcere non poteſt? Hinc Auguſtinus ait: Feciſti Domine cor meum ad te, & inquietum eſt, donec quieſcat in te.

Thren. 1. Gregorius. Auguſtinus.

Geneſ. 4. 72 Cur Deus poſuit ſignum in Chain ne occideretur? An poſitum fuit huiuſmodi ſignum, ne homines eum occiderent? Sed cùm nullus homo tunc eſſet in terra, niſi pater eius, ad quid ſignum illud? an igitur poſitum fuit ſignum, ne beſtiæ vel mali ſpiritus ipſum occiderent? ſicuti poſitum fuit ſignum à filiis Iſrael ſupra poſtes eorum in Ægypto, ne occiderentur ab Angelo deuaſtante omne primogenitum Ægypti. Et hoc, ne deſtrueretur principium generationis eorū qui ſunt è latere ſiniſtro: quos Deus voluit ſtare contra eos qui ſunt è latere dextro Nam iuſſit ſtare immundam familiam contra mundam. Sicut Sapiens innuit, dicens: Statuit malum contra bonum: Sed ſi permiſit occidi Habel iuſtum, & è latere dextro: cur vetuit occidi Chain fœdum, & è latere ſiniſtro? an quia facilè po-

Exodi 12. Eccleſiaſt 33

terat(quod & fecit)ſuſcitare aliud ſemen bonum pro Habel?Sed non decebat vt pollutum poneret ipſe Deus:nec enim Chain à Deo, ſed ab Heua matre,& mater à Serpente fœditatem ſuſceperat.

73 Cur generatis Set & Enos ſtatim dictum eſt,hic eſt liber generationis Adam? Nónne magnum eſt hîc ſacramentum, & altius quàm præ ſe ferat litera? Nam tunc cœpit Moſes retexere genealogiam humanam, quando familia Dei pullulare cœpit in Set & Enos, propter quam familiam præcipuè fabricata fuit hæc mundi machina,quæ propter iuſtos & propter fœdus cum iuſtis initum creata eſt:vt in Ieremia(ſecundum veritatem hebraicam)habetur,vbi dicitur:niſi eſſet pactum meum(cum iuſtis videlicet)ſtatuta cœli & terræ non poſuiſſem. Mali verò admiſſi ſunt: vt per ipſos(teſte Auguſtino)boni exerceâtur.Sed cur dicit textus, In die qua creauit Deus hominem?an quia Adam tunc habuit filios iſtos in horto voluptatis,vt ridiculoſè dicũt aliqui,nulla ratione vel authoritate ſuffulti?an hîc recenſetur genealogia hominis à principio creati, quæ tunc diſpoſita fuit in cœlo,pro tempore in terra exhibenda? ſicut agnus (teſte Iohanne)fuit occiſus(in cœlo videlicet)ab origine mundi: mortis autem ipſius executio facta fuit in mundo tempore ſuo. Genito itaque Set,qui loco Habel poſitus fuit à Domino,& pullulãte in familiam retexitur genealogia hominum iuſtorum, propter quos (vt dictum eſt) & mundus creatus fuit.

Geneſ. 5. *Ierem. 33.* *Augu. ſuper Pſalm. 54.* *Apoc. 13.*

SECTIO II. DE NOEH ET DILVVIO.

QVI ſunt filij Dei,qui (vt in Geneſi dicitur) acceſſerunt ad filias hominum? An fuerunt filij Set: qui(vt nonnulli ſatis leuiter opinati ſunt)acceſſerunt ad filias Chain?an (vt alij magis ridiculoſè dixerunt)fuerunt religioſi & clerici, cùm huiuſmodi tunc nullus eſſet? an per filios Elohim intelliguntur dæmones, aut ſpiritus Satanici, id eſt, nobis aduerſantes,aut ſuadentes malum non tãtùm verbis,ſed etiam operibus: vt poſtea nos accuſent coram Deo, & ipſo iubente torqueant? Quorum genus noſtri incubos appellant:eos videlicet,qui mulierũ concubitu oblectantur:cuiuſmodi erant illi filij Elohim, inter quos (vt in Iob dicitur) aſtabat Satan. Et ſub nomine filiorum Elohim continentur non ſolùm incubi,ſed omnes qui ſunt è latere ſiniſtro,cui loco prædominatur Deus. 74

Geneſ. 6. *Iob 1.*

75 Quínam ab his progeniti fuerunt? Nónne habemus in textu, quòd geniti ab his fuerunt potentes à ſeculo,viri famoſi?Qua verò potentia vrgerent, paulo ante innuitur, dum dicitur: Gigantes autem erant in terra. Nec enim aliunde genitos fuiſſe Gigantes conſtat, quamuis nonnulli aliter ſentiant, dicentes quòd tempore Moſis erant Gigantes in Hebron, filij Henach, ab hominibus geniti: vt in libr. Numeror. legimus. Similiter in 1. volu. Reg. habemus de filiis Haraphah: quorũ vnum Goliat videlicet occidit Dauid: de aliis verò habetur in 2. Regum volumine. Verùm ibi probatur tunc fuiſſe Gigantes in terra: quòd autem fuerint ex humano

Geneſ. 6. *Num. 13.* *1. Reg. 17.* *2. Reg. 21.*

concubitu nati nuſquam habetur. Nec conſentaneum eſt, quòd tam ingentia monſtra via naturali & ordine debito progenita ſint.

76 Propter quod peccatum inundauit diluuium? An propter luxuriã,
Hiero. contra Iouini. vt omnes ferè dicunt? cui opinioni conſentire videtur Hieronymus dicẽs quòd opera carnis Deus diluuio condemnauit. Sed cur beſtiæ ſimul cum hominibus conſumptæ fuerunt? an quia (vt nonnulli dixerunt) earum a-
Sapientes. butebantur concubitu? an (vt bene animaduerterunt Sapientes) deletus fuit ille populus vniuerſaliter propter crimen læſæ maieſtatis: quod eſt i-
Geneſ. 6. dolatria, vel omnimoda auerſio à Deo? Hinc notanter dictum eſt: Et cuncta cogitatio hominis intenta erat ad malum omni tempore, nulla penitus temporis parte Deo relicta.

Ibidem. 77 Cur dixit Deus, Finis vniuerſæ carnis venit coram me? An quia venerat in mentem diuinam finire, conſumere, & diſperdere vniuerſam car-
Ibidem 7. nem? ſed cùm ex omni animantium genere fuerint bina, vel ſeptena (iuſſu Dei) ſeruata in arca, & ex humano genere octo animæ, quomodo de hoc
1. Pet. 3. fine intelligi poteſt? An igitur (vt ait Rabbi Simehon in Zohar) finis om-
R. Simeho. nis carnis eſt Serpens antiquus, prædominans carni & ſanguini, qui mediante carne & ſanguine ſemper in malum nos trahere nititur: vt inde (ſicut ſuprà dictum eſt) nos accuſet coram Deo? Hinc poſtquam omnem hominem (illa paruula familia Noch excepta) abduxerat à Deo in ſeruitutem carnis & ſanguinis, accuſauit ipſos coram Deo, vt inde videret hominum vindictam, qua ſemper gaudet.

Geneſ. 6. 78 Quomodo Deum omnipotentem & omnia præuidẽtem pœnituit? quod hominis non bene præuidentis eſt. An (vt aiunt) Deus habuit ſe per modum pœnitentis? Sed cur ſubinfertur: Et tactus dolore cordis intrinſecus? An ibi pœnitere non ſignificat pœnam tenere, ſicut apud Latinos videtur ſonare vocabulum? Nam in hebræo ſcribitur נחם nacham, quod pœnitere & conſolari ſignificat. Et hoc quia, dum Deus deſtruit opus, vt illud melius erigat, conſolatur in renouatione ipſius, dolens tamen de deſtructione, ſed præponderat opus inſtaurandũ operi deprauato. Quæ omnia in effectu, non in affectu (dum de Deo loquimur) intelligenda ſunt.

Ibid. & 2. 79 Cur dixit Deus, Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum? Nunquid ſpiritus Dei eſt in homine? Vtique. Nam ſcriptum eſt: Et inſufflauit Dominus in nares hominis ſpiraculum vitarum, nec enim aliũ-
Plot. in fi. de homine. de habemus, vt viuamus Deo & intelligamus diuina (ſicuti Plotinus docet) quàm à ſpiritu Dei. Hinc Paulus de mente Arati dixit, Deus eſt in quo viuimus, mouemur & ſumus. Eſt enim ſpiritus vitę in nobis, nos viuificãs,
Acto. 17. & Spiritus ſanctus bonos ſanctificans. Et hîc veluti gladius in vagina. Idcircò in veritate hebraica habetur. Non inuaginabitur. Vbi vulgata ædítio habet, Non permanebit. Sed cur dixit in æternum? An quia tunc homines in æternum viuebant? an (vt alibi diximus) עלם holam, non æternũ id eſt, durationem ſine tempore ſignificat: ſed curriculum vitæ, homini à
Geneſ. 5. principio ſtatutum, mille videlicet annorum? Ad quem terminum nullus vnquam peruenit: licet multi appropinquauerint, vt in Geneſi legimus.

Et hoc propter multa quę ſolent homines contra moderatè viuendi normam committere. Vnde poſſunt vitam abbreuiare, protrahere verò nequaquam. Abbreuiari autem iuſſit Deus vitam hominis, ne compleret totum illud vitæ curriculum in malitia, vt ſuprà quoque tactum eſt.

80 Cur iuſſit Deus, ad ſaluandum humanum genus fieri arcam ligneã? Nónne poterat Deus congregare animantia ſaluanda in aliquem montẽ: vel in hortum delitiarum, ſi eſt in terra, vt aiunt? An hoc fuit in figura veræ ſalutis à Chriſto per lignum crucis dandæ, cùm per lignũ venerit perditio? Nam omnia (teſte Apoſtolo) patribus in figuram contingebant. An per arcam hanc ligneã denotatur illa digniſſima virga & planta, egreſſa è radice Ieſſe in ſalutẽ gẽtium, vt totus progreſſus, & ruinæ & reparationis humanæ deſcriberetur ſub metaphora ligni? ligni, inquam, in quo omnia continẽtur, ſicut Deus dedit homini virtutẽ cõtinendi omnia, vt Sap. ait. *Geneſ. 6.* *1. Cor. 10.* *Sap. 10.*

81 Cur iuſſit Deus fieri arcam tripartitam ſiue tricameratã? Nónne cùm Deus voluerit per hanc arcam figurari illã veram arcam ſiue arborem humanam diuinitate plenam, iuſſit & in partitione & in menſura hanc figuratiuam fieri conformem illi veræ arcæ corporis humani quod tripartitũ eſt? Eius enim pars ſuperior eſt à vertice vſque ad collum, vbi reſidet virtus rationalis, & ſenſus ipſi ſeruiẽtes. Secunda pars eſt à collo vſq; ad diaphragma, vbi locatum eſt cor, pulmo, epar, & huiuſmodi quæ ſunt ſedes virium animalium. Tertia verò à diaphragmate vſque ad vaſa expurgatoria, in quam partem tranſmittuntur excrementa cibi & potus. Pari modo in ſuprema arcæ parte reſidebant homines rationis capaces: in ſecunda animalia: in tertia viliora quæque. *Geneſ. 6.*

82 Quæ fuit menſura arcæ? Nónne longitudo ipſius fuit trecentorum cubitorum, latitudo verò quinquaginta: altitudo autem triginta? Et hoc, vt proportio lõgitudinis ad latitudinem eſſet ſeſcupla, ad altitudinẽ verò decupla, latitudinis autẽ ad altitudinem ſuperbipartiens tertias: qualis eſt proportio præciſa corporis humani, vt optimè norũt in re huiuſmodi periti: cuius arcæ menſura atq; numeri cũ ipſo corpore humano cõueniũt, ſi bene perpendãtur ea quæ de hexẽpedis & minutiſſimis menſuris ipſius corporis tractant deſcriptores humanæ fabricæ, vt etiã Auguſt. ſentit. *Ibidem.* *Leo Bap.* *Aug. ſuper Geneſ.*

83 Cur feneſtra tam ingentis machinæ cõcluſa fuit cubito, & quomodo in ipſam animalia tam magna intrare potuerunt? An fuit hæc menſura (vt Origen. & Auguſt. conueniunt) ſecundũ cubitos geometricos, qui ſex cõmunes capiunt? communis enim cubitus ſex palmis concluditur, pede videlicet cũ dimidio. Geometricus autẽ nouem pedũ, vel triginta ſex palmorum: vnde ſatis ampla & patẽs erat feneſtra pro introitu cuiuſlibet animalis. Si verò perſiſtere libet in myſtico ſenſu & typo corporis humani, nónne ſatis cõueniens eſt illa menſura cubitalis pro ore vel gutture, aliiſque menſuris ipſius corporis vtique bene proportionatis correſpõdens. *Geneſ. 6.* *Origen. in Homelia* *Augu. ſuper Geneſ.*

84 Quo peſſulo clauſa fuit arca, & à quo? Nóne à Domino (vt in textu habetur) clauſũ fuit oſtiũ de foris? In veritate aũt literæ habetur. Et clauſit Dominus pro ipſo. ſ. Noeh: vnde innuitur, ꝙ nec ipſe Noeh, nec creatura *Geneſ. 7.*

aliqua potuiſſet tutari arcã à tanta clade, & tot & tam ſeueris diuinæ iuſtitiæ executoribus, niſi Dominus appoſuiſſet manũ. Iuxta illud Prophetæ, Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtrà vigilat, qui cuſtodit eam. Peſſulus autem fuit ſignum ſeu character quidam: quem Angeli nocitores reuerentur, vt patet de ſignatis in Ezechiele & Apocalypſi.

Pſalm. 126
Ezech. 9.
Apocal. 7.
Geneſ. 7.

85 Cur beſtiæ immundæ ſeruatæ fuerunt in arca tantummodò binæ & binæ? An quia numerus binarius materiæ attribuitur, à qua omnis malitia & immundities in rebus corporeis? an vt immundę ſeruarentur paruo numero, prout multiplicãdæ prolis neceſſitas duntaxat exigebat? an quia immundæ erant, ipſo numero binario qui infauſtus eſt (vt etiam Hieron. aſſerit) diſtributæ fuerunt? an vt indicaretur bifarius fons omniũ immunditiarum qui eſt iraſcibilis & concupiſcibilis, vt bene ſentit Orig. Ab hoc enim duplici fonte, quicquid immũditiæ in homine reperiri põt, emanat.

Hieronym.
Origenes.

86 Cur aues & animalia munda ſeptena & ſeptena in arcam introducta fuerunt? an in maiori numero munda ſeruata fuerunt, vt ex iis haberet Noeh, quæ de arca egrediens offerre poſſet in ſacrificium (vt in Geneſi legimus) & quæ propagandæ ſpeciei ſufficere poſſent, cóque facilius & citius multiplicarent, quò plura eſſent? Sed cur ſeptena præciſè? an quia licet animalia ſequantur numerum quaternarium, elementarem & fundamentalẽ, de ternario tamen ſuperiori & diuino participãt vt munda ſint? an quia mundities à ſeptenario prouenit? Hinc nõ ſine cauſa dixit Eliſæus Nahaman purificando. Vade & lauare ſepties in Iordane, nam omnis purificatio & remiſſio fit per ſeptenarium. De quo alibi.

Geneſ. 8.
4 Reg. 5.

87 Cur Deus pluere iuſſit quadraginta diebus & totidem noctibus? Nónne quia quadragenarius numerus habet (neſcio quid) latentis in ſe myſterij? hinc numerus iſte obſeruatus fuit in ieiunio à Moſe, Elia & Chriſto & nouiſſimè ab Eccleſia. Sed cur hoc? nónne, quia (vt in Zohar habetur) denarius correſpondens denario ſupramundano in punitione Ægyptiorum reperto, multiplicatus in quatuor mundi partes quadragenariũ conſtituit? Secundũ quem data fuit è cœlo pluuia vniuerſalis in punitionẽ totius generis humani. Sed cur ieiuniũ particulare celebratũ fuit hoc numero? ſecundum quem & plagæ dabantur in punitionẽ tranſgreſſorũ (iuxta Deuteronomicũ præceptum) quas ideò, quamuis vna minus (quia ciuis Romanus erat) ſuſcepit Apoſtolus. Nónne quia in ſubiecto particulari denarius multiplicatur per quaternarium elementorum, vnde potiſſimè error & culpa?

Geneſ 7.
Exodi 34.
3. Reg 19.
Matth. 4.
Zohar
Deuter. 25.
2. Cor. 11.

88 Qui ſunt fontes abyſſi magnę, de quibus in Geneſi fit mentio? Nónne abyſſus magna eſt lacus ſubterraneus, ex quo ſolent ebullire balnea aquarum calidarum? Nam per hiatus terræ apertæ ſcaturierunt aquæ bullientes (vt Zohar perhibet) in punitionem & conſumptionem malorum. In qua punitione non ſolùm aqua, ſed ignis quoque interfuit: ſicut & in punitione Gomorræorũ. Ab vtroque enim fit punitio, ſicut ad ipſam cõcurrit Filius, qui eſt aqua: & Spiritus ſanctus igneus. Hinc de punitis extrema ſententia ſcriptũ eſt. Ad nimiũ calorẽ tranſibunt ab aquis niuium.

Geneſ. 7.
Zohar
Geneſ 19.
Iob 24.

89 Quæ cataractæ ſiue feneſtræ cœlorum apertæ ſunt: vt in Geneſi dicitur? An ſunt nubes: vt aliqui per cœlos aërem intelligentes, interpretantur? Vnde ſecũdum eos ſenſum eſt, Et nubes aeris apertæ ſunt. Sed (ſi probaretur quòd à nubibus præcipuè procederẽt pluuiæ) poſſet aliquatenus eorum opinio fulciri. Verùm cùm videamus nunc nubes attractas, nunc expanſas, nunc penitus diſſolutas: videntur potius huiuſmodi nubes eſſe inſtrumenta ad demittendã pluuiã, q̃ potiſſima ipſius pluuiæ cauſa: igitur aliũde quęrẽda eſt pluuiæ cauſa. An itaq; à ſyderibus deducũtur nubes cũ pluuia inde emanante? Et id ſecundũ virtutẽ intelligẽtiarũ, & virtutes magni nominis ſyderibus & ſignis (vt alibi dictũ eſt) pręſidẽtis. Hinc in Deuter. dicitur: Aperiet Dominus theſaurũ ſuũ optimũ cœlum, vt tribuat pluuiam in tempore ſuo. Et iterũ, Sit cœlum quod ſuper te eſt, æneum: & terra quam calcas, ferrea. Cùm igitur ex diuinis ærariis veniant pluuię & vẽti, ipſorum feneſtræ apertæ fuêre ad demittendam pluuiam illam, præter naturæ ordinem. Quæ quidem feneſtræ ſunt Dei ſtatuta, nunc continentia, nunc demittentia pluuias, & huiuſmodi pro rerum exigentia. *Geneſ. 7.* *Deuter. 28.* *Ibidem.*

90 Cur Noeh dicitur ingreſſus arcam à facie diluuij? an vt ſupernataret aquis diluuij? an vt fugeret à facie Angeli percutientis? Ipſe enim (vt Zohar perhibet) habita puniendi malos licentia: quoſcunque reperit ſiue bonos ſiue malos percutit: ideò nil melius ipſa fuga. Hinc iuſſit Deus Noeh vt intraret in arcam, & ipſe clauſit & muniuit feneſtram, vt nuper dictum eſt. Pari modo volens Sodomæos punire, iuſſit vt Lot quem ſeruare decreuerat, aufugeret. Similiter cùm primogenita Ægyptiorũ percutere decreuiſſet, iuſſit Hebręos abſcondi in domibus, munitis poſtibus ſanguine ſacramentalis agni. Quo ſenſu (teſte Zohar) inquit Sapiens: Aſtutus vel prudens, videns malum abſcondit ſe, ſimplices autem & fatui ſiue paruuli tranſeuntes ſuſtinuerunt diſpendia. *Geneſ. 7.* *Zohar* *Geneſ. 19.* *Exodi 12.* *Zohar* *Prouerb. 27*

91 Cur Noeh emiſit primò coruum? Nónne (quia cognouerat tribunal iuſtitiæ diuinæ efferbuiſſe in ſceleſtos illos, qui in nocte peccatorum erãt immerſi) voluit emittere coruum: auem quippe rapacẽ ac furẽ, inde prouenientem vnde & diuina iuſtitia, & cum ipſa ſymbolũ habentem? Hinc ſcriptum eſt, quòd ipſe coruus egrediebatur, & reuertebatur (vt habet veritas Hebraica) exultans in eo feruore iuſtitiæ, cum qua habebat ſymbolum, & gaudens veſpere illo ſeueritatis, vt & nomen vtriuſque conueniẽs indicat. Iiſdem enim literis apud Hebræos ſcribitur coruus, quibus & veſper. Nam coruus ערב horeb dicitur: veſper autem ערב hereb, mutatis tantummodò punctaturis. Vnde cùm adhuc Noeh videret iuſtitiam Dei ſæuientem ſuper terram, exire nequaquam voluit. *Geneſ. 8.* *Ibidem*

92 Cur coruus ibat & reuertebatur, quouſq; exiccarentur aquæ? Nónne (præter ea quæ nuper dicta ſunt) quia & ſi ex latere ſiniſtro, & diuinæ iuſtitiæ erat: fidus tamen miniſter mittenti eſſe voluit, & non infidus: vt iret, & non reuerteretur (vt habet mendoſa æditio) quærens cibum à cadaueribus animantium, ſicuti Vulgares dicunt? Reuertebatur autem, quaſi referens rerum ſucceſſum. Vnde minimẽ ſpernendus eſt coruus: de quo

ſcriptum eſt: Qui præparat coruo eſcam. Et alibi: Qui dat eſcã pullis cor-
Iob 38. uorum inuocantibus eum. Qui &(iubente Deo) Eliam pauit: cui etiam in
Pſalmo 146. *3. Reg. 17.* Canticis aſſimilantur comæ dilecti: dum dicitur: Comæ eius ſicut elatæ
Cantic. 5. palmarum, nigræ quaſi coruus.

Geneſ. 8. 93 Cur emiſſa ſecundò columba reuerſa eſt cum ramo oliuæ? Nónne cognoſcens pater ille ſapientiſſimus ſæuientem adhuc iuſtitiæ diuinæ ſeueritatem per reuerſionem corui, emiſit columbam pacis & clementiæ nunciã, vt exploraret, an eſſet adhuc terris reſtituta pax? Sed quia pax nõdum erat reddita, ſed currebat tempus medium inter bellum & pacem: hinc dicitur, quòd non inueniebat locum vbi requieſceret planta pedis eius, & ideò reuerſa eſt in arcam. Proptereà Noeh arcanorum peritiſſimus expectatis adhuc ſeptẽ diebus, numero quidẽ remiſſionis & placationis, iterum emiſit ipſam colũbam. Quæ cognoſcens remiſſum & placatũ eſſe furorem diuinum, in ſignum redditæ pacis, tulit ramum oliuæ virentibus foliis. Quo facto, expectauit nihilominus pater ille prudẽtiſſimus adhuc ſeptem alios dies, vt alio ſubſequente ſeptenarij curriculo plenius ſubſequeretur & firmaretur pax.

94 Cur columba tanti habita eſt, vt aliquando Spiritum ſanctum deſignauerit? An quia pacem & remiſſionem, effectũ quippe Spiritus ſancti, nunciauit? an quia eſt animal ſimpliciſſimum, carẽs omni fraude & dolo?
Matth. 10. Iuxta illud Saluatoris: Eſtote ſimplices ſicut columbæ. Hinc & in Canti-
Cantic. 1. cis dicitur: Oculi tui columbarum. An quia rectè volat ſicut Spiritus ſanctus, qui ad nos demiſſus præbet, vt eodem tramite conuolemus ad ſupe-
Pſalmo 54. ros? Hinc Propheta canit: Quis mihi dabit pennas vt columbæ, & volabo? an quia hæc ſola inter aues habet pennatos pedes, in hoc ſignificans Spiritum ſanctum, qui tanquam interpres patris & filij volat ad nos affectu & amore, per pedes denotato? Sicut de Mercurio dicitur: quem interpretem dicunt eſſe deorum. Eſt enim Spiritus ſanctus veluti interpres do-
Sapient. 7. cens & illuminans, & Prophetas & amicos Dei conſtituens: vt Sapiens ait.

Gene. 9. 95 Cur datum fuit ſignum fœderis Noeh in arcu cœleſti? Nónne, quia ſicuti poſt diluuium data fuẽre noua præcepta, ſeptem videlicet: ita dari oportuit nouum fœdus, aut renouari antiquum, ſicut renouatum fuerat genus humanum? Vnde fœdus datũ Adæ in arbore, in medio paradiſi exiſtente, datum fuit Noeh in medio nubium, Abrahæ in medio cruriũ, Moſi in medio caſtrorum, nouiſſimè verò nobis à Chriſto Mediatore in medio mundi: nam vnum & idem fuit pactum, ſub quincuplici tamẽ formã. Pactũ enim hoc valde ſacramentale eſt, indicans ſub diuerſis formis Chriſtum à mortalibus omnibus fore adorandum. Sicut & Angelis mandatũ fuerat, vt Paulus meminit dicens: Et cùm introduceret primogenitum in orbem terræ, dixit, Et adorent eum omnes Angeli Dei. Nam Adæ iuſſum
Hebr. 1. fuit, ne deuoraret neque offenderet arborem ſciẽtiæ boni & mali: de qua ſuprà ſatis diximus, Noeh verò præceptum fuit, vt conſideret in arcu: cõpoſito ex colore ſubcroceo (qui partem dextrã & pietatem ſignificat) &

colore ſanguineo,partem ſiniſtram & ſeuerã iuſtitiam denotante:& me-
dio viridi,inde Chriſtum ſignificante,qui venit non ſolùm in aqua cæru- *1. Ioan. 5.*
lea,ſed etiam in ſanguine,vt Iohannes ait: Abrahæ autẽ nouo homini in- *Geneſ. 17.*
dictum eſt,vt præcideret ex membro genitali carnem & ſanguinem, ho-
mini cœleſti Chriſto penitus contrarium. Moſi quoque data fuit lex in
fœdus,Quæquidem lex(vt alibi diximus):in verbò humanando ſculpta e-
rat:nouiſſimè Chriſtus præcepit nobis vt lauaremur aqua, illa videlicet, *Ioannis 3.*
quæ Dei verbum & ſapientia eſt.

96 Quæ fuit familia Noeh ingreſſa & egreſſa arcã? Nónne fuit ipſe cũ
tribus filiis ſuis Sem,Cham & Iaphet,cum vxore ſua Tethy magna,& nu- *Beroſus in*
ribus ſuis,Noela,Noegla atque Pandora,vt Beroſus ait?Sed quínam fue- *deflo.Chal.*
runt Sem,Cham & Iaphet:nónne (ſi altius ſpeculari voluerimus) iſti tres *& Scy.*
filij fuerunt progenitores renouatæ familiæ diuinæ & mũdanæ:ſicut tres
filij Adæ fuerunt primi patres ipſius bifariæ familiæ à principio inſtitutæ.
Et ſicut Set cum Habel vnum cenſetur,(nam pro eo poſitus fuit) ita Sem
& Iaphet eiuſdem familiæ patres fuerunt.Hinc non ab re dixit Noeh.Di-
latet Deus Iaphet,& habitet in tabernaculis Sem. *Geneſ 9.*

97 Cur in Noeh octò animæ tantummodò, in Chriſto verò innumeræ *1. Pet. 3.*
ſaluantur?an quia figura ſemper valdè differt à figurato:ſicut pictura ho-
minis ab homine vero?an id cum myſterio factum eſt: vt videlicet ſaluati
per Noeh concluderentur octonario numero, qui iuſtitiæ numerus cen-
ſetur,eò quòd ſemper ęqualiter diuidatur vſque ad vnitatem:vt innuatur
quòd ſoli iuſti ſaluãtur?Hinc non ſine myſterio ſcriptum eſt, quòd Noeh *Geneſ.6.*
fuit vir iuſtus in generationibus ſuis.

98 Quod ſacrificium obtulit Noeh egrediens ex arca,& cur?An vt gra- *Geneſ.8.*
tias ageret Deo pro ſe,& pro omnibus animantibus ſaluatis? An propter
victoriam Dei fauore contra hoſtem humani generis habitam, Noeh ob-
tulit hoſtiam,quæ eſt propriè ſacrificium contra hoſtem oblatum?an ob-
tulit holocauſtum,quod Hebræi עלה holah vel holot עלת vocant? Quod *Hebræi.*
propriè aſcendens dicere poſſumus: & quia aſcendit,hinc dictum eſt. O- *Geneſ.8.*
doratus eſt Dominus odorem ſuauitatis.Aſcendebat autem ignitum cœ-
leſti igne corã Deo,vt non tantùm odoraretur ſacrificiũ,ſed in ſignũ pacis *Zohar*
oſcularetur offerentẽ, ſicut longo & myſterioſo ſermone Zohar diſſerit.

99 Quomodo aues & feræ in ingreſſu, mora & exitu ab arca ſtabant
quietæ ſub imperio Noeh?nóne,ordine quodã naturæ à Deo indito?ſicut
ſcriptũ eſt:Dominamini piſcibus maris, volucribus cœli, & beſtiis terræ. *Geneſ. 1.*
Et hoc propter pachad,vel terrorẽ à Deo in hominibus poſitum,quẽ be-
ſtiæ ſummoperè verẽtur ac timent: vt perhibuit etiam Apollonius, dum *Appollonius*
cum Damo ſocio eius indiuiduo tranſiret Caucaſum montem ſuper Ele-
phante à Pharaote Bactrianorum Rege conceſſo. Sicut Philoſtratus re- *Philoſtrat.*
fert, quod in textu innuitur, dum dicitur: Terror ac tremor veſter ſit ſu-
per cuncta animantia terræ, & ſuper omnes volucres cœli, cum vniuer- *Geneſ 9.*
ſis quæ mouentur in terra. Tantò magis autem quieſcebant ſub impe-
rio ipſius Noeh, quantò ipſe iuſtior erat, & pulchriorem Dei ferebat

imaginem. Hinc (vt vlterius progrediamur) denotatur, quemadmodum omnes paſſiones animales ſtant ſub imperio iuſti, ab agitatione vitiorum vacantis. Sicut nomen ipſius Noch indicat: vnde Poeta deſcripſit,
Virgilius. quòd omnes vires ventorum, id eſt, paſſiones animales ſtabant ſub imperio Æoli.

Geneſ. 9. 100 Quam vineam plantauit Noch? an de communi vinea eſt ſermo:
Zohar. ſicut videtur innuere litera? an de vinea intelligitur quæ producit vinum, id eſt ſapientiam rerum inferiorum? vt Rabbi Simehon in Zohar innuit, hac enim intendebat ſtabilire ſemen ſuum & filios. Hinc (quia humanius procurabat, quod diuinitus quęrere debebat) tanquam pręuaricator per-
Iſaiæ 30. peſſus eſt ignominiam & illuſionem à filio ſuo Cham. Vnde per Iſaiam inquit Dominus: Væ filij deſertores: qui facitis cõſilium, & non ex me: & ordimini telam, & non per ſpiritum meum.

Geneſ. 9. 101 Quomodo Noch inebriatus eſt? An ex vino vitis quam plantauerat, vt textus indicare videtur? Sed quomodo ex pura ebrietate vini tot mala ſecuta ſunt? an igitur ebrius fuit nimia ſuorum affectione? an ex ſapientia terrenarum rerum, pleriſque in locis per vinum deſignata? hanc enim proſequentes, adeò abeunt à Deo: vt diuina illis multoties in ſcanda-
Iſaiæ 19. lum cedant. Sicuti contigit Bilaham, Achitopheli, Salomoni, Ægyptiis, & Pharahoni. Hinc Iſaias ait: Stulti principes Thaneos, ſapientes conſiliarij Pharahonis dederunt conſilium inſipiens. Et iterum: Stulti facti ſunt principes Thaneos, emarcuerũt principes Mempheos, deceperunt Ægyptum.
Ibidem 44. Et de omnibus huiuſmodi ſapientibus alibi dicit: Conuertit Dominus ſa-
1 Corin. 1. pientes retrorſum, & ſcientiam eorum ſtultam facit. Cui adſtipulatur A-
Iſaiæ 51. poſtolus, dicens: Nónne ſtultam fecit Dominus ſapientiam huius mundi? Vnde ad Ieruſalem hæc proſequentem inquit idem Iſaias: Audi paupercula, & ebria, non à vino.

102 Qua irriſione Noch fuit irriſus à filio ſuo Cham? an fuit ſolummo-
Beroſus. dò riſus & cachinus? an (vt Beroſus aſſerit) ipſe Cham ligauit patrem arte magica, ne poſſet amplius generare? Magus enim erat, & diſcipulus A-
Aglaes. glaes in magia peritiſſimæ. Vnde nonnulli dicunt ipſum fuiſſe Zoroaſtrem, non illum Oromaſi filium Bactrianorum regem, ſed inuentorem
Zohar. artis magicæ. Et hoc fecit (vt Zohar innuit) vt præferret filium ſuum Cha-
Geneſ. 9. 10. nahan. Hinc eius peculiaris pater dictus eſt, quamuis tres alios filios haberet.

Ibid. 103 Cur Noch cognoſcens ſe irriſum fuiſſe à Cham, maledixit Chanahan & non Cham? Nónne (vt nuper dictum eſt) quia non tantùm hoc veneficio quo patrem ligauit, ſed & aliis facinoribus contra duos fratres intendebat præferre ipſum Chanahan omnibus? Hinc pater Noch maledixit Chanahan: cuius gratia Cham id fecerat, & conſtituit ipſum ſeruum fratrum ſuorum: quem ipſe Cham illis indebitè præferre voluerat.

Geneſ. 10. 104 Cur non obſtãte ebrietate Noch, tam diligenter eius progenies re-
Iſaiæ 55. cenſetur? An quia (vt Iſaias ait) Deus eſt facilis & multus ad ignoſcendum

errorem.Hinc de ſeipſo perhibet Apoſtolus:Miſericordiam conſequutus ſum,quia ignorans feci. An,quia pater fuit vtriuſque familiæ, mundanæ videlicet & diuinæ,vt ſuprà dictum eſt? Qua ratione deſcribitur quoque genealogia Adæ,qui in maiorem culpam ceciderat quàm Noeh. 1.Timo.1. Geneſ 5.

105 Quomodo à tribus filiis Noeh diſſeminatum eſt totũ genus huma nũ:vt in Geneſi dicitur?Nónnè diligenti ſerie in 10.cap.libri Geneſeos deſcributur ſeptuagintaduorum idiomatum origines:vt bene animaduertit Hiero.& pro maiori parte(quãtum adinuenire potuit) accuratè retexuit? Primò enim à filiis Iaphet incipiens,dicit quòd à Gomer eius primogenito deſcenderunt Calatæ.Secudò,à Magog Scythæ.Tertiò,à Madai Medi. Quartò,à Iauan Iones.Quintò,à Tubal Iberi,vel Hiſpani celtiberi.Sextò à Meſſech Cappadoces.Septimò,à Tiram Thraces.Octauò,ab Aſchenan Græci regini.Nonò,à Riphat Paphlagones. Decimò,à Togarmah Phryges.Vndecimò,ab Eliſah Aeolides. Duodecimò,à Tarſis Cilices. Tertiodecimò,à Dodanim Cyprij.Et hi omnes ex Iaphet deſcendetũt. A Cham autem quartusdecimus populus originem traxit:vnde à Chus Æthiopes. Quintodecimò,à Mizraim Ægyptij. Sextodecimò,à Phut Libyces.Decimoſeptimò,à Chanahan Chananæi. Decimooctauò, à Siba Sabæi. Decimononò,ab Hauila Getuli. Vigeſimò,à Sabatha Sabathani vel Aſtareni. Vigeſimoprimò,à Dedan Dedanites, qui incolunt Æthiopiæ partem,Vigeſimoſecundò,à Nimrod Chaldæi. Vigeſimotertiò ab Aſſur Aſſyrij.Vigeſimoquartò,à Sidon Sidonij.Vigeſimoquintò,à Iebuſi Iebuſæi.Vigeſimoſextò, ab Amori Amorrhæi. Vigeſimoſeptimò, à Gargaſi Gargaſæi. Sexdecim autem omiſſis(quorum ſignificata Latinis neſciuit referare: vt ipſemet fatetur)deuenit ad quadrageſimumquartum,ſcilicet Elam,à quo (vt reor)Elamitæ ſeu Perſæ venerunt.Quadrageſimoquintò,ab Aſſur Aſſyrij,inferiorem Aſſyriam habitantes,quam Ptolemæus concauam Syriæ vocat.Quadrageſimoſextò,à Lud Lydi.Quadrageſimoſeptimò,ab Aram Aramæi. Quadrageſimooctauò, ab Huz Traconitides. Quadrageſimononò ab Hul Armeni.Quinquageſimò,a Geter Hyrcani ſiue Carij.Quinquageſimoprimò,à Mas Mæones. Reliquos autem cùm Hieronymus fateatur non adinueniſſe,nec nos vlteriùs progrediemur. Ibid 9.10. Hieron. ſuper Gen. Ptolem.

106 Cur Nemrod & ſocij tentarunt erigere turrim illam excelſam? An vt in cœlum conſcenderent, vt textus innuere videtur?Hinc Poëtæ finxerunt Gigantes montes montibus impoſuiſſe, vt tandem per ipſos in cœlũ conſcenderent,quod valdè ridiculum eſt.Nam ſtultum fuiſſet ædificium illud Chaldæorum,niſi debito ſenſu intelligeretur,cùm impoſſibile ſit ædificare turrim quæ ad cœlum vſque pertingat. Nec(vt opinor)verificari poteſt litera,in qua habetur.Cœperunt hoc facere,nec deſiſtent à cogitationibus ſuis,donec eas opere compleant. An igitur (vt veri ſapientes aſſerunt)tentarunt erigere turrim vſque ad aerem inalterabilem: vt ſic moti ab alterante impedimento liberiùs & efficaciùs ſpeculationi vacarent? Vnde propter nimiam temeritatem, confuſionem linguarum paſſi ſunt: ne poſſent cooperari,nec conferre inuicem. Geneſ. 11. Poetæ. Geneſ. 11. Sapientes.

SECTIO III. DE PATRIARCHIS.

107 CVR Deus iuſſit Abrahæ vt exiret è terra & cognatione ſua?
Geneſ. 12. An quia propinqui omnes & conciues idolatræ erant? hinc
voluit Deus, vt ipſe quem in patrem fidei & renouandæ fa-
miliæ elegerat, inde exiret: & ab omni idolatria ſepararetur:
an vt poſteris documentum præberet, iis maximè qui bona-
Pſalmo 44. rum ſunt mētium? Quibus dicitur: audi filia, & obliuiſcere populum tuū,
& domum patris tui, & concupiſcet Rex decorem tuum. An vt exiret de
externo & mundano tumultu? Quod indicant verba veri textus, quibus
dicitur: Vade tibi, i. reduc te ad cor, vbi Deum & veritatem inuenies: hinc
de Petro & Iohanne nondum ad intelligendam ſcripturam quam igno-
Ioannis 20. rabant illuminatis, dicitur: Abierunt ergo diſcipuli ad ſemetipſos.
108 Cur iuſſit Deus Abrahæ vt iret in terram Chanahan, à Noch ma-
Geneſ. 12. ledicti? Nónne quia erat terra ſemini eius danda, terra (inquam) quæ flue-
re debebat lac & mel: ſapientiam videlicet Euangelicam, & viſionem Pro
pheticam: & vbi, tanquam in loco Deo peculiari, templum ædificandum
erat? Sed cur data fuit prius hæc terra in manu maledicti & impij Chana-
Zohar han? Nónne eadem (vt Zohar inquit) ratione, qua decretum fuit, vt ipſe A-
braham, Iſrael & populus omnis, ac Moſes deſcēderent in Ægyptum an-
tequam lex daretur? cui decreto Chriſtus quoque ſubiacuit: qui primos
Matth. 2. annos in Ægypto tranſegit. Et hoc ea lege de qua Paulus ait: Omnia con-
Roman. 11. cluſit Deus in incredulitate, aut ſub peccato, vt omnibus miſereatur.
Quod alibi (Deo fauente) clarius reſerabimus.
Geneſ. 12. 109 Cur poſt benedictionem Abrahæ datam, dixit Deus: Eríſque be-
nedictus? An vt confirmaretur benedictio iam data? Sed cùm veritas lite-
ræ habeat: Et eris benedictio: alia exquirenda eſt ratio. An igitur quia nō
Ibidem 12. tantùm dedit ei Deus benedictionem: ſed fontem (ſi dicere fas eſt) bene-
dictionis, à quo videlicet procederet benedictio aliis communicanda?
cùm in ipſo benedicendæ eſſent omnes gentes terræ. Quod in Chriſto (vt
Doct. chriſt. Doctores chriſtiani non ineptè dicunt) verificatum eſt. Vnde nec alieni
Hebræi. à veritate Hebræi aſſerunt datam fuiſſe Abrahæ piſcinam benedictionis.
Piſcina enim & benedictio apud Hebræos eodem vocabulo dicuntur. Et
quòd in eo fuerit aliqua benedictio aliis communicanda, non tantùm ha
bemus ab Hebræis qui ex multis Scripturæ locis id colligunt, ſed ex do-
Lucæ 19. ctrina Chriſti, qui ait: Salus domui huic facta eſt: eò quòd & ipſe ſit filius
Ibidem 16. Abrahę: hinc & pater fidei dictus eſt, & princeps ſinus & loci ſaluandorū.
110 Cur ſcriptum eſt, quòd Abraham proficiſcebatur ad meridiem? an
Geneſ. 12. 13 quia tendebat tentoria in valle Hebrō, ad meridiem ſita, reſpectu Ieruſa-
lem? Sed nónne dicit textus: Perrexítque Abraham vadens & vltrà profi-
ciſcens ad meridiem? an igitur myſterioſus eſt ſermo, innuens (vt commu-
ni ſententia ſapientes exponunt) quòd profectus Abrahæ fuit ad meridiē
Archetypi: locum videlicet pietatis, clementiæ & gratiæ? Præcipuū enim

Abrahæ ſtudium erat in hoſpitandis peregrinis, & in aliis piis operibus: vnde in eius memoria in valle prædicta erectum eſt hoſpitale quod vſque in hodiernum diem manet, dictum hoſpitale ſancti Abrahæ, vbi diſpenſantur quotidie duodecim vel tredecim millia panum, nec non carnes & alia fercula illi panis copiæ correſpondentia, ſicut nouimus, vidimus, & ex eis comedimus. Izahac autem (vt ſuo loco declarabimus) profectus eſt ad Aquilonem.

111 Propter quam famem Abraham conſcendit in Ægyptum. An propter famem corpoream? an (vt altius cum Zohar conſcendamus) quia nō erat ſtabilita virtus præſidens ſuper Abraham in terra Chanahan? hinc fames & penuria rerum diuinarum, quia influxus cœleſtis tunc ibi erat modicus. Sed cur deſcendit in Ægyptū, quæ ferè ſemper aliquid mali in ſcriptura innuit, & quæ populo Dei ſemper infeſta fuit? Nónne quia & ſi mala populóque Dei infeſta fuit, habebat tamē aliquid bonitatis cœleſtis in ſe: Iuxta illud, Sicut paradiſus Domini, & ſicut Ægyptus venientibus in Segor? Illuc enim intrat & deſcendit fluuius à parte dextra exiens, cui nomen erat Gion, nūc autem Nilus. Vt igitur Abraham ſuſciperet quicquid bonitatis in Ægypto reperiebatur, illuc progreſſus eſt. Quæ omnia ſuo debito ſenſu allegorico intelligenda ſunt. *Geneſ. 12.* *Zohar* *Gen. 13.*

112 Peccauítne Abraham concedens vxorem Pharahoni, vt bene eſſet ei in tēporalibus? Non, quippe peccauit dicens, quòd eſſet ſoror eius: cùm in rei veritate eſſet ex parte patris, vt infrà dicitur: Nec peccauit concedēs quod prohibere nequiuiſſet. An potius non peccauit, cùm certior factus fuiſſet à Deo quòd Sara non violaretur, vt bene ſentit Hieronymus. Nam (vt Zohar inquit) videbat in ipſa ſachinam, id eſt, effectum quendam Spiritus ſancti: vnde nullatenus poterat violari, ſicut de Agnete & Cæcilia legimus. An (vt altius cum Origene conſcendamus) hoc intelligitur de ſapientia ipſi Abrahæ deſponſata: quam aliquando tenebat vt vxorem, aliquando ſine peccato communicabat vt ſororem? Iuxta illud ſapiētis, Dic ſapientiæ, ſoror mea tu? hinc propter ſapiētiam communicatam Ægyptij benefecerunt ipſi Abrahæ. Verùm quia Pharao impurus, & peccatis ſubditus erat, ſapientiam illam ſuſtinere nequiens flagellatus fuit. Nam (teſte Sapiente) ſapientia non habitat in corpore ſubdito peccatis. *Ibidem 12.* *Ibidem 20.* *Hieronym.* *Zohar.* *Origen homil. 6. ſuper Geneſim.* *Prouerb. 7.* *Geneſ. 13.* *Sapient. 1.* *Geneſ 13.*

113 Cur Deus promiſit Abrahæ terram illam fœlicem, poſtquam ſeparatus eſt ab eo Lot? Nónne quia Lot indignus erat hæreditate illa diuina? nam ſicut erat alienus à Deo, ita elegit pro habitaculo regionem illam pentapolitanam, habitatores illos peſſimos non abhorrens, ſed adhærens tantummodò fertilitati rerum temporalium, diuinis & ſanctis omnino poſthabitis. Nec propter opera vel merita ſua per Angelum ereptus fuit ab incendio regionis illius, ſed propter Abraham: vt in textu clarè habetur vbi dicitur: Cùm ſubuerteret Dominus ciuitates regionis illius, recordatus eſt Abrahæ, & liberauit Lot de ſubuerſione. Et quòd talis fuerit Lot, indicatur ex contentione facta inter paſtores ipſius Lot & Abrahæ. Illi enim (vt Zohar aſſerit) cultū gentiū regionis illius ſequi volebant. *Ibid. 19.* *Ibidem 19.*

Hinc non ſine cauſa ſcriptum eſt: Chananæus tunc erat in terra illa.

Geneſ 14. Hebr. 7. Hebræi. Hierony in tract. 4. par tic. 114 Quiſnam fuit Melchizedech, & cur panem & vinum obtulit: vt in Geneſi habetur? An fuit abſque genealogia, vt Paulus innuit? an fuit verus homo? Nam (vt Hebræorum multi aſſerunt) fuit Sem filius Noch. Cui opinioni Hieronymus conſentire videtur. Et hic introducitur ſine patre & matre, vt Melchizedech, non autem vt Sem. Hîc verò (vt in textu dicitur) erat rex Salem, id eſt, Ieruſalem, quæ priùs Salem vocabatur. Sed poſt viſionem Abrahæ factam fuit additū illud verbum ירו ieru, id eſt, viſio. Hic quoque Melchizedech erat ſacerdos, non quippe idolorum, ſed Dei altiſſimi. Obtulit autem panem & vinum, cibum videlicet & potum, corpori & ſanguini accommodatiſsimum, in eorum videlicet ſanctificationem. Quod & Redemptor humani generis proſecutus eſt, an vt per panem cōciliaret partem dextram: per vinum verò ſiniſtram: & hinc placaret iram, inde autem gratiam compararet?

Geneſ 14. 115 Quis fuit maior, Melchizedéchne an Abraham? Nónne (cùm ad maiorem ſpectet benedicere) maior fuit Melchizedech, qui Abrahæ benedixit: & ab eo accepit decimas? Maior enim eſt ille cui decimæ dátur, quàm qui tribuit. Maior itaque non immeritò fuit Melchizedech, eò quòd illū figurabat, qui fuiſſe dicitur ſacerdos ſecundum ipſius ordinem, & qui fuit verus Rex iuſtus, vt nomen ipſius Melchizedech indicat, quod Rex meus iuſtus interpretatur. Verus enim Rex iuſtus fuit ille, de quo Ieremias inquit: In diebus illis ſuſcitabo Dauid germen iuſtum, & regnabit Rex, & ſapiens erit. Sed amoto figurato non minor fuit Abraham, qui dedit decimas de כל col (vt Hebræi dicunt) id eſt, de menſura illa decima, omnium bonorum pleniſſima, quam poſsidebat in hæreditatem (vt Zohar, & poſt eum author Portæ lucis teſtantur) & qui fuit pater multarum gentium, & pes primus diuini throni, vt ſecretiores Theologi dicūt. Reueritus autem fuit Melchizedéch ipſe Abraham, tanquam ſacerdotem in terra illa ſancta, vbi & Rex erat.

Pſalm. 109 Hebr. 6. Ierem. 23. Zohar Porta lucis. Secr. theol.

Geneſ 15. 116 Cur ſcriptum eſt, quòd eduxit Dominus Abraham foras? An vt oſtenderet ei ſtellas (ſicut textus innuit) quia fortè eas in domo videre non poterat? an (vt altiùs conſcendamus) eduxit ipſum foras, id eſt, extra carnē aut terminos naturalis ordinis, vt oſtenderet ei ſtellas illas, de quibus Apoſtolus ait: Sicut ſtella differt à ſtella in claritate: ſic ſanctus à ſancto in gloria. Nam ſicut ſtellæ præſunt & influunt corporibus inferioribus, ſic Angeli cuſtodes iis, quibus præſunt. Angeli autem ſtellæ ſunt, de quibus Propheta: Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat. Quos Angelos vt ipſe Abrahā videret, Deus eleuauit ipſum: vt videlicet inde cognoſceret innumerabilem multitudinem ab eis cuſtodiendam. Hinc dixit ei Deus: Numera ſtellas ſi potes, ſic enim erit ſemen tuum.

1. Cor. 15. Pſalm. 146

Geneſ. 15. 117 Quomodo fides Abrahæ reputata fuit ei ad iuſtitiam? Nam ſcriptū eſt: Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Nónne veritas literæ habet צדקה zedachah: quod non propriè iuſtitiam iudicialem

vel communem ſignificat:ſed iuſtitiam diſtributiuã,ſeu pietatem in Deũ: vt reor hîc accipi debere? & hoc eſt proprium credere & adhærere Deo. Vnde malè ſentiunt quidam hinc arguẽtes,quòd ſola fides ſufficiat ad ſalutem animarum.Nam ex illis verbis nõ elicitur, niſi quòd ille actus credendi reputatus fuit in debitum cultum pietatis:nõ autem in omnimodã & ſufficientẽ iuſtitiam penitus iuſtificantem:cùm alibi dicatur,quòd fuerit gratus Deo,eò quòd obſeruauerit totam legem, omnia mandata,omniáque ſtatuta.Hinc nedum ex fide,ſed ex operibus fuit Deo gratus. *Ibidem 26.*

118 Cur in populũ Iſraeliticum,nondum natũ,lata fuit ſententia,vt eſſet captiuus in Ægypto quadringentis annis?An id fuit(vt aliqui opinantur)in purgationẽ erroris Abrahæ,qui animas quadringentas Sodomorũ è captiuitate & tyrannide quatuor regũ Amraphel videlicet & ſociorum ereptas,dedit ipſi regi Sodomorũ? cùm eas è captiuitate liberatas tanquã ſuas diuino cultui(vt ſui moris erat)applicare potuiſſet.Dicunt enim Hebræi quòd Abraham conſueuerat animas quaſcunque poterat, ad diuinũ cultum deducere.Hinc ſcriptum eſt:tulítque animas quas fecerat in Haran:nõ enim ibi filios habuit,ſed fecerat animas,eas(vt dictum eſt)ad Dei cultum deducens. Et iſti ſunt trecenti & decem & octo vernaculi: quos expediuit pro liberatione Lot.An vt præuia oppreſſione æquanimiter tolerata expurgatus populus legem Dei ſuſcipere mereretur? *Geneſ.15.* *Ibidem 14.* *Hebræi.* *Geneſ.12.* *Ibidem 14.*

119 Cur Sara plena Spiritu ſancto ceſſit ancillã Ægyptiam Abrahæ?an vt ex ea haberet filium?cùm ex proprio vtero habere nõ poſſet, vt textus innuit.an(vt ad ſignificatum figuræ veniamus,in qua omnia patribus cõtingebant)quia Abrahã(qui pater multarũ gentiũ debebat eſſe, & vtriuſque familię,inferioris videlicet & ſuperioris,aut animalis & ſpiritualis:& cuius ſemini dãda erat lex,hominẽ animalẽ ſanctificans:& Euangeliũ,hominẽ ſuperiorẽ & ſpiritualẽ ſanctificans) habuit primò filiũ,hominẽ animalẽ ſignificantẽ,ex ancilla:poſtea ſpiritualẽ per filiũ liberæ deſcriptum? Hinc Paulus huiuſmodi myſterij non ignarus,inquit: Scriptũ eſt,ꝙ Abrahã duos filios habuit,vnum de ancilla,& vnũ de libera,ſed qui de ancilla, ſecundum carnem natus eſt: qui autem de libera, per repromiſſionem: quæ ſunt per allegoriam dicta.Poſtea proſequitur de lege ſeruitutis,data in monte Sina,coniuncto Ieruſalem ſupernæ:vnde venit Euangelium. *Geneſ.16.* *1.Corin. 10* *Galat.4.*

120 Cur ſcriptum eſt de Iſmahele: Manus eius contra omnes & manus omniũ cõtra ipſum?an de Hagarenis ibi præcipuè eſt ſermo,qui nũc Arabes dicũtur,habitãtes recta linea protracti poſt terrã, patribus & ſemini legitimo Abrahæ promiſſam?contra hos enim ſemper pugnauerũt,& hactenus pugnant habitatores regionis illius,& ipſi cõtra eos.Quæ familia Hagarenorũ adeò multiplicata,auctáq; eſt, vt extenſa ſit per totã Africã, vſq; ad extremam Mauritaniã & mare Atlanticũ:an(vt meliora ſenſa tangamus)quia Iſmahel,i. homo animalis ſemper pugnat cõtra ſpiritualem, & è conuerſo:Iuxta illud Apoſtoli, Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum: ſpiritus autem aduerſus carnem:hæc enim ſibi inuicem aduerſantur. *Geneſ 16.* *Galat 5.*

121 Cur Deus Abrahæ mutauit nomen, addens vnũ ה he, quod quinq;

ſignificat? An per nomen renouatum denotaretur renouatus homo?nam literæ huius nominis Abrahā de nouo impoſiti, tot reddunt in numero, quot reddunt literæ huius ſententiæ ברא אדם bara adam, i.creauit hominē,ducenta videlicet & quadraginta octo. an deduxit nomen Abrahæ ad hunc numerum,vt innueret:quod dediſſet ei virtutē obſeruandi ducenta & quadraginta octo præcepta affirmatiua? Hinc præmiſit: Ambula corā me,& eſto perfectus: quia videlicet dabo tibi omnimodā virtutem, qua omnia præcepta ſeruare poſſis. Quæ virtus denotatur per totidem oſſa, quæ ſunt in corpore humano,ducenta videlicet & quadraginta octo.

Ibidem. 122 Cur Deus Sarai mutauit nomē,vt inde appellaretur Sarah? An puerilia ſunt hæc?non quippe,ſed myſteriis plena. Detraxit enim, iod, quod decem importat, & tradidit ה he, quod numerum quinarium ſignat: innuens quod illud quinarium quod viro addiderat, à muliere abſtulerat. *Ibidem 2.* Et ſicut à primo parente aliquid acceperat ex quo mulierem formauerat, ita hìc à muliere aliquid accepit, quod viro renouato tradidit. Et hoc,vt pars animalis & fœminea diminueretur,& virilis& ſpiritualis augeretur: an vt ablata litera coronæ excelſæ à muliere daretur ei litera & character ſpiritus vitalis,vt viueret,nō cum corona,ſed ſub dominio?iuxta illud Petri:Sarah obediebat Abrahæ,dominum eum vocans. *1. Petr. 3.*

Geneſ.17. 123 Cur circunciſio data fuit Abrahæ,in nouum fœdus?Nónne conueniens fuit,vt nouus homo nouo pacto fulciretur? Sed quid importat hęc circunciſio?nónne diminutionem cōcupiſcentiæ ſignat?cùm iuſſum fuerit diminui carnem & ſanguinē à membro concupiſcentiæ. Quod voluit Deus fieri in ſignum veræ circunciſionis,quæ eſſe debet in corde:iuxta illud Deuter. Circuncidet Dominus Deus tuus cor tuū, & cor ſeminis tui, vt diligas Deum tuum ex toto corde tuo. De qua circunciſione loquitur Apoſtolus,dicens:Circunciſi eſtis circunciſione non manufacta,in expoliatione carnis,ſed in circunciſione Chriſti conſepulti ei in baptiſmo. *Deuter.30.* *Coloſſ.2.*

124 Quomodo mulieres circunciſionis expertes expurgabātur? An per ſacrificiu aliquod:vt aliqui opinantur, nulla prorſus authoritate ſuffulti? an expiato homine expiata quoq; cenſebatur mulier,quæ eſt eadem caro cum viro?an(cùm ad purgationem capitis expurgentur cætera membra) expurgato viro qui eſt caput mulieris,purgabatur & ipſa mulier?Nam caput pro reliquis mēbris medicinam ſumit. Hinc Chriſtus Eccleſiæ caput pro omnibus membris ſuis calicem bibit: an mulieri ſufficiebat vera circunciſio,quam nuper declarauimus in corde conſiſtere. *Geneſ.7.* *1.Cor.11.* *Epheſ.5.*

125 Cur expurgatio illa, & pactū quod erat in ſanguine, mutatum fuit in aquam?Nónne cùm omnis legalis expiatio fieret in ſanguine proprio, vel in ſanguine animaliū, Euangelica debuit fieri in aqua, quæ clementiā ſignificat,facta videlicet prius expiatione ſufficientiſſima in ſanguine Redēptoris?Nam nobis danda erat aqua clementiæ,quam tradidit Redemptor,& ſpontè obtulit volentibus ſuſcipere. Et hoc effuſo iam ſanguine: vt dictum eſt. Vbi ſeruatur illud Apoſtoli: Omnia penè mūdantur in ſanguine,& ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio. *Hebr.9.* *Ioan.7.* *Heb.9.*

126 Aqua baptiſmalis éſtne in ſignum, an tanquam cauſa operans? Nōne Auguſtinus ait: Detrahe verbum ab aqua, quid eſt aqua niſi aqua? Hinc elicitur, quòd magis defertur verbo quàm aquę. Nec enim anima conuenienter expurgatur aqua corporea & elementari, ſed aqua illa ſuprema, quæ verbum & ſapientia Dei eſt: aqua videlicet vera, cuius hęc elementaris eſt ſignum. Propterea dicitur ſacramentum, quod eſt ſacrę rei ſignum: ſacra autem res, eſt virtus illius, de quo inquit Apoſtolus: Purgationem peccatorum faciēs, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis. Ipſe enim virtute verbi & melioris aquæ purgat & ſanat. Hinc Propheta canit: Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos. Et Chriſtus ait: Vos mundi eſtis propter ſermonem, quem ego locutus ſum vobis.

1 q.1.c. Detrahe. *Hebr.1.* *Pſalmo 106* *Ioan.15.*

127 Si Chriſtus purgat, cur mutatū fuit ſignum? Nónne videmus Deū (nō ex parte ſui, qui eſt immutabilis, ſed propter nos, qui ſucceſſione quadam temporum viuimus) pro diuerſitate temporum diuerſa ſigna immutare? hinc Sap. ait. Immuta ſigna, innoua mirabilia. Et hoc ſemper in melius, vt moris eſt optimi artificis. Nam melius eſt ſacrificium quod cōmemoramus, quàm omnia ſacrificia omniū animalium. Vnde Paulus ait: Per amplius & perfectius quàm in ſanguine hircorum aut vitulorum. Et melior eſt baptiſmus circunciſione, & melius eſt Euangelium, quàm lex.

Eccleſia.36. *Hebr. 9.*

128 Quis verè tollit ſordes & maculas ab anima? Nónne Chriſtus, de quo Præcurſor ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi? Nam (teſte Iſaia) liuore eius ſanati ſumus. Hinc Iohannes inquit: Qui lauit nos in ſanguine ſuo. Et alibi: Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: & quia lauat & potat, hinc vocat ſeipſum aquam. Per quam aquam ſicut omnia producta ſunt: ita quoque omnia regenerātur: vt idem ſit generationis & regenerationis principium. Ipſe igitur Chriſtus tollit ſordes, virtute diuinitatis tanquam cauſæ agentis, virtute aquea, veluti proprietate quadam accommodata: humana verò natura mediāte, quæ oblata fuit in hoſtiam & ſacrificium propitiatorium in ara crucis, per ſanguinem tanquam per precium tribunali iuſticiæ ſatisfaciens: anima quoque vera, quam poſuit pro ouibus, vt per ipſam expiaret ſordes totius poſteritatis, in generatione ſpirituali acquiſitæ.

Ioan.1. *Iſaiæ 53.* *Apocal.1.* *1.Ioan 2.4.* *Ioan.4.*

129 Si Chriſtus ſanat, cur angelus quidam dicitur Raphael, i. medicina Dei? Nónne Chriſtus ſeipſum eſſe medicum innuit, dicēs: Nō eſt opus valentibus medicus, ſed malè habentibus. Et Lucas de ipſo loquēs, ait: Virtus de illo exibat, & ſanabat omnes. Si igitur Raphaeli attribuitur virtus ſanādi, id fit tanquā miniſtro & medio inter ſolē ſupramundanū, & ſolē hunc nobis viſibilem, qui & Phœbus dicitur: cuius filius Æſculapius medicinæ inuentor fingitur. Nā ſolis virtus eſt à Raphaele, qui medicina Dei dicitur. Et hoc ſecundū influxū loci & menſuræ, à qua Chriſtus venit: de quo ſcriptum eſt: Miſit me Dominus ſanare cōtritos corde. Et Petrus inquit: Pertranſiit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à Diabolo.

Matth.9. *Marc.2.* *Luce 5.6.* *Ibidem 4.* *Actor.10.*

130 Quæ eſt aqua munda, de qua in Ezechiele fit mentio? Nónne (præter ea quæ ſupra diximus) eſt vera aqua, prouenienſ ab illo fonte: de

Ezech.36.

Ierem. 2. quo in Ieremia dicitur: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ: Et Prophe-
Pſalm. 35. ta: Quoniam apud te eſt fons vitæ. Quod clarius referans Zacharias, ait:
Zachar. 13. Erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Ieruſalem in ablutionem
Ioan. 3. peccatoris & menſtruatæ. Qua quidem aqua iubet Chriſtus homines nõ ſolùm lauari, ſed renaſci, dicẽs: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, nõ intrabit in regnũ Dei: nec enim aqua elementaris cum Spiritu
Ibidem 4. ſancto eſt principiũ regenerationis: ſed aqua illa, de qua dicitur: Si quis bi berit ex aqua quam ego dabo, fiet in eo fons aquę ſalientis in vitam æter-
Ibidem 7. nam, i. ſentiet in ſe Spiritum ſanctum: vt Euangeliſta exponit.

131 Si aqua eſt tam ſalubris, cur per ipſam Deus mundum puniuit? An
Geneſ 7. quia aqua ſalubris eſt diuina: hæc autem ſuffocãs eſt elementaris? an quia eadem aqua benefacit: & nocet? ſicut de Chriſto Simehon prophetauit, dicens: Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum in
Luca 2. Iſrael. Quemadmodum etiam de ſeipſo ait Deus: Ego occidam, & ego vi-
Deuter. 32. uere faciam: percutiam, & ſanabo.

132 Quis apparuit Abrahæ ad oſtium tabernaculi in conualle Mamre?
Geneſ. 18. An fuit Deus, & tota Trinitas? Scriptũ eſt enim: Cúmq; eleuaſſet oculos:
Hebræi. apparuerunt ei tres viri ſtantes prope eum. An fuerunt (vt Hebræi dicũt) tres Angeli, Michael videlicet, Gabriel & Raphael: quorum vnuſquiſque perſonam aliquam ſanctiſsimæ Trinitatis repræſentabat, ſecundũ conuenientiam ſapientibus notam? Hinc, quia omnes tres illi vnum Deũ, quamuis in tres perſonas diſtinctum referebãt: Abrahã adorabat vnicũ Deum, quem ipſi repræſentabant. Et aliquando In plurali loquebatur: repræſentantibus videlicet, dicens: Confortetur cor veſtrum, & poſtea tranſibitis.

133 Si Deum cognouit mittẽtem, & angelos miſſos, cur præparauit pa-
Geneſ. 12. nes & carnem in cibum? An vt ſatisfaceret naturæ humanæ: in cuius forma ipſi apparuerant? an vt reipſa comederent? ſicut etiã comedit Chriſtus
Luca 24. poſt reſurrectionem, quando iam naturam ſpiritualem aſſumpſerat, & in angelum mutatus fuerat, iuxta illud: Et erunt ſicut angeli Dei. an (vt ad
Matth. 22. figuratũ veniamus) quia ſicut Deus oblectatur odore ſacrificiorum (prout ſcriptum eſt: Odoratúſque eſt Dominus odorem ſuauitatis) ſic pa-
Geneſ. 8. ſcitur etiam obſequio charitatis impenſo? iuxta illud Saluatoris: Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis: Præmiſerat enim, Eſuriui, & de-
Matth. 25. diſtis mihi manducare.

134 Cur venerunt tres angeli ad annunciandum partum Saræ: ad exci-
Geneſ. 18. 19 dium verò Sodomæ duo tantùm inuenti ſunt? An quia ad fœlix negociũ prænunciandũ requirebatur numerus ternarius, quo Deus gaudet: ad exterminium autem illud, binarius competebat: qui (vt Hieronym. ait) ſem-
Hieronym. per eſt infauſtus? an quia ad benignum effectũ concurrere voluit tota Trinitas, per tres angelos repræſentata: ad iudicium verò proſequendum ſicut pater miſericordiarum non concurrit: ita nec angelus qui ipſum referebat? Pater enim (vt Chriſtus perhibet) non iudicat quẽquam, ſed omne
Ioan. 5. iudicium dedit filio, & Spiritui ſancto videlicet? Hinc & iudicium diluuij vniuerſalis, & hoc particulare factum fuit in aqua, quæ filium repræſen-

tat,& in igne Spiritum ſanctum denotãte:vt alibi dictum eſt. Sicut enim fœturam mundi vtrique commiſit pater(vt in Pſalm.dicitur.Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum) ſic per vtrumque regenerationem & iudicium exequitur. *Pſalmo 32*

135 Cur Abraham loquens cum Deo,dixit:Ego ſum puluis & cinis?An id dixit ex mera humilitate?An cum myſterio locutus eſt? Nam hæc duo mixta viliora & inutiliora ſunt, quàm ſeparata. Cinis enim ſeorſum ſumpta valet pro ramno conficiendo. Puluis autem aqua madefacta frugifera redditur. Immixta verò hęc duo penitus inutilia ſunt. An puluerem ſe vocauit,alludens ad id quod ſcriptum eſt: Puluis es,& in puluerem reuerteris: cinerem verò, quia crematur corpus humanum per ignem illum, de quo Apoſtolus: Vniuſcuiuſque opus quale fuerit, ignis probabit? *Geneſ 18.* *Ibidem 3.* *1.Corin.3*

136 Cur Abraham deprecando pro Sodomæis incipit à quinquagenario numero,& deſinit in denariũ? An à quinquagenario incœpit,tanquã à numero remiſſionis, vt facilius veniam impetraret? an quia decem pro qualibet ciuitate præſuppoſuit:numerum quidem completum,& qui facit rempub.apud Hebræos:quæ facilius exauditur, quàm numerus diminutus?hinc Deus ſtatim conſenſit. Poſtea Abraham diminuit ſemper numerum in proportiones ciuitatibus æquales vſque ad denarium,numerũ quidem completũ, in quo continebãtur duo pro qualibet ciuitate, iuxta illud Saluatoris: Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terrã de omni re quãcunque petierint, fiet illis à patre meo. An quia non ſufficiebat numerus minor denario,quia tẽpore diluuij octo non ſaluarunt mundum?an quia placãdus erat ille denarius ſupramundanus in eorũ vindictã prouocatus? *Geneſ.18.* *Matth.18*

137 Ad quem locũ reuerſus eſt Abrahã, completo colloquio cum Deo habito?an ad domum ſuã in Hebron?nam in textu dicitur: Et reuerſus eſt Abrahã ad locum ſuũ: An(vt allegoriã conſcendamus:quò potiſſimè tendit tota deſcriptio libri Geneſeos)explorauerat pater Abraham multa loca eſſe in domo patris æterni?hinc nunc ad vnum,nunc ad alium locũ recurrebat:vt nomina quibus ipſe vtebatur,indicãt apud ſapientes. Et hoc, vt ab aliquo ipſorum locorum veniã(ſi fieri poſſet)impetraret. Sicut è cõuerſo Bilaham tentauit diuerſa loca,offerens in quolibet illorum ſacrificium,vt ab aliquo ipſorum impetraret,vnde Iſrael malediceret: nõ enim erat horum ſacramentorum ignarus. Videns igitur Abraham, quòd non inueniebat locum vnde veniam impetraret, reuerſus eſt ad locum ſuum meridionalem videlicet,vbi tentoria figere conſueuerat. *Geneſ.18.* *Numer. 23* *Geneſ.18.*

138 Quare Lot cum filiabus petiit ſaluari in צער Zohar?pro quo cõmunis æditio habet Segor. An quia paruula erat, paruúmq; populũ cõtinẽs? hinc facilius veniã,pro populo illo impetrare ſperabat. צער Zohar enim tunc vocabatur ciuitas illa,quod paruulã ſignificat,quæ prius vocabatur Balè,poſtea Saliſſa:vt Hieron.perhibet. An quia Lot vir vnus cũ duabus filiabus,quæ æquiualebant vni viro,poterat ſaluare ciuitatem vnã, prout impetrauerat Abraham, ſalutem videlicet quinque ciuitatũ in decẽ viris? *Geneſ.19.* *Hieronym.*

139 Quare vxor Lot retrò aſpiciens conuerſa eſt in ſtatuam ſalis? An,vt *Geneſ. 18.*

Geneſ.19. eſſet in aliorum condimentum, ne videlicet quis præſumeret Dei maledi-ctionem contemnere, atque vt vnuſquiſque diſceret quàm graue delictũ
Luca 9. ſit, arreptum Dei iter deſerere? iuxta illud Saluatoris: Nemo mittens manum ad aratrum, & aſpiciens retrò aptus eſt regno Dei. An id in figuram hominis animalis factũ eſt, qui facilè ſolet reuerti velut ſus ad volutabrũ
2. Petr.2. luti, vt Petrus ait: Quemadmodum fecerũt homines animales in deſerto,
Exodi 16. ad carnes & cibos Ægyptios ſuſpirantes. hinc Saluator dixit: Memores e-
Luca 17. ſtote vxoris Lot.

Geneſ.16. 140 Cur Hagar concepto Iſmahele, Saram deſpexit? An quia communi-
Gal.4. ter fieri ſolet vt intumeſcat quiſpiam, videns ſe in aliquo aliis præſtare? an (vt Apoſtolus ſentit) quia ſemper is qui eſt ſecũdum carnem, perſequitur eum qui eſt ſecundum Spiritum. Hinc Hagar mater hominis animalis deſpiciebat Saram, futuram matrem hominis melioris & ſpiritualis. Pari
Geneſ.21. ratione Iſmahel animalis homo, ludebat cũ Izahac ſpirituali, quęrens op-
Zohar primere ipſum, & ad malum cultum deducere (vt Zohar ait) Ægyptiorũ videlicet, & aduerſantium vitę ſpirituali, iuxta illud Saluatoris: Si me per-
Ioan.15. ſecuti ſunt, homines videlicet animales: & vos perſequentur, qui eſtis homines ſpirituales.

Geneſ.21. 141 Cur dictũ eſt Abrahæ: Eiice ancillã, & filium eius? An vt indulgeret
Galat.4. vxori? Sed quid hæc inter tot tantáq; ſacramenta libri huius: myſteriis (vt dictum eſt) vndique pleni? an igitur, ne filius ancillæ eſſet hæres cũ filio liberæ, vt ibidẽ habetur, & à Paulo cõfirmatur? an vt inde doceremur abiiciendũ eſſe hominem animalẽ & voluptatem? iuxta illud Saluatoris: Qui perdiderit & deſtruxerit vel abiecerit animã ſuam, voluptatẽ videlicet a-
Ioannis 12. nimalẽ, in hoc mundo, in vitam æternã cuſtodit eam. Quãdo videlicet reſurget animalis homo in hominem ſpiritualem, vt vterq; beatificetur.

142 Cur Abrahã concubuit cum ancilla Ægyptia, vt haberet Iſmahelẽ?
Geneſ.16 An vt ex influxu animali generaret hominẽ animalem, & pater eſſet vtriuſque familiæ, animalis videlicet & ſpiritualis? Hinc & pater multarũ gẽ-
Ibidem 12. tiũ (ſicut promiſerat ei Deus) effectus eſt. An vt inde ſuſciperet aurũ & influxum rerũ temporalium, quæ omnia extrinſecus parta filiis concubinarum relinqueret? Nam omnia quæ ipſi propria erant, Izahac vero ac legi-
Ibidem 25. timo hæredi reliquit, filiis autẽ cõcubinarũ dedit munera: vt habetur, vbi de ipſius teſtimonio agitur: ab Ægyptiaco enim influxu illa proueniunt.

143 Quid profuit oratio Abrahæ pro Iſmahele facta? nónne ſcriptũ eſt.
Geneſ.17. Etiam pro Iſmahele exaudiui te. Sed ad quid exaudiuit, cùm iam expulſus fuiſſet cum matre? Nónne ſubinfertur. Ecce benedicam ei, & augebo &
Ibidem 16. multiplicabo eum valde: duodecim duces generabit, & faciam illum creſcere in gentem magnã? Semper enim Deus duplici familia oblectatus eſt, ſuperiori videlicet & inferiori, ſpirituali & animali, libera & ſeruili: de qua
Galat.4. Paulus apertè cum Galatis tractat. Hinc nati ſunt duodecim principes in-
Hebræi. feriores, iuxta duodecim principes ſuperiores, & turba magna inferior contra turbam magnã ſuperiorem. Dolẽt autem Hebræi de oratione nimis efficaci facta ab Abraham pro Iſmahelitis vel Hagarenis, qui tempo-

tibus noſtris Turcæ & Arabes ſeu Mahumetici dicuntur. Nam adeò proſperantur, vt filiis liberæ quodammodo præualeant. Id tamen (vt reor) diuina diſpoſitione factum eſt, vt habeat Deus in domo ſua ſeruilem & liberam familiam copioſam, vt Paulus innuere videtur. *Galat. 4.*

144 Cur Abraham dixit Abimelech regi Gerarae, quòd Sara eſſet ſoror eius, timens pulchritudini eius cùm iam annoſa eſſet? Nónne (vt diximus) hæc per allegoriam ſcripta ſunt? Nam per Saram, ſapientia rerum diuinarum intelligitur, quam nec Pharaho, nec Abimelech merebantur accipere, cùm ambo eſſent addicti ſcientiis profanis & peregrinis, quas ritè Boetius ancillulas vocat. Quæ non conueniunt cum vera ſapientia, ſteriléſq; manent, i. ſine fructu, niſi ſanentur ab errore gentilitatis. Hinc ſcriptũ eſt, quòd orante Abraham, ſanauit Deus Abimelech, ancilláſq; eius, & pepererunt. Pulchra autem erat Sara, i. ſapientia rerum diuinarum, ea pulchritudine, de qua Plotinus inquit: Efficiatur quis diuinus, pulcher, atq; Deiformis, ſi modò diuinam pulchritudinem ſit inſpecturus. Nec mirũ, ſi Abraham cedebat hanc vxorem vel ſororẽ Pharahoni & Abimelech: quia ſcriptum eſt de ea: Quam ſine inuidia communico. *Geneſ. 20.* *Boetius.* *Geneſ. 20.* *Plotinus. c. 9 de pulchro.* *Sapien. 7.*

145 Quare Abraham iniit fœdus cũ Abimelech alienigena, & cur in teſtimoniũ fœderis ſeptẽ agnas cõſtituit? Nónne docuit nos ſummus Chriſtus conſentiendũ eſſe (dum ſumus in via) ne dum extraneo, ſed etiã aduerſario? Et hoc, dummodò ex huiuſmodi cõuentione non offendatur Deus, nec anima. Conuenerunt autẽ Abrahã & Abimelech ne alter alterum offenderet, maximè quoad puteum effoſſum ab Abrahã: puteum (inquã) ſacramentalem, de quo ſtatim dicemus. Septem verò agnas ſtatuit in teſtimoniũ iuramenti videlicet, qđ in ſeptenario fit, ſicut apertè docet author libri, qui Porta lucis inſcribitur. Hinc vocabulũ ſeptenarij & iuramẽti iiſdem literis ſcribitur apud Hebræos. Iurãtes enim adiuramus ſeptẽ fontes aut canales influentes in Berſabah, i. puteũ ſeptẽ. Vnde ſi verũ dicimus, influunt in nos bonũ: ſin autẽ obturantur. Hinc forſitã à ſapientibus antiquis ſancitũ fuit, vt pro teſtamento condendo ſeptẽ teſtes adhibeantur. *Geneſ. 21.* *Matth. 5.* *Porta lucis.*

146 Quis eſt puteus, quem fodiens Abrahã vocauit Berſebah, i, puteum ſeptem? Nónne eſt ille Archetypi, ad cuius ſimilitudinẽ cœli facti ſunt? inter quos cœlos eſt Luna, de qua dicitur: Sicut Luna perfecta in æternum. De qua etiã Iſaias ait: Erit lux Lunæ ſicut lux Solis. Et de hoc puteo ampliſſimè habetur in Zohar. Et ſicut Luna ſuſcipit influxũ omniũ planetarũ (vnde poteſt dici puteus ſeptẽ, annumerando propriũ influxum) ſic Luna ſupramundana ſuſcipit influxũ ſeptem canaliũ, aut numinũ, quibus reſpondent ſeptẽ ſpiritus, qui (teſte Iohanne) in conſpectu throni Dei ſunt, & per eos planetæ. Quẽ influxum Abrahã curauit deducere in puteũ illũ vt inde hauriret pro libito aquã in gaudio de fontibus Saluatoris, vt Iſaias ait: Et hunc ſerui Abimelech indebitè ſibi vendicare voluerunt. *Geneſ. 21.* *Pſalmo 88.* *Iſaia 30.* *Zohar* *Apocal. 1.* *Iſaia 12.*

147 Cur nomen ciuitatis apud illum puteũ fabricatę vocabatur Berſabah? Nónne quia hinc deducti fuerunt canales ſupramũdani ad puteũ, de quo nuper diximus? Et hoc primò per orationem Abrahæ: deinde reducti *Geneſ. 26.*

per Izahac,quia iam obturatus fuerat à Philiſtiim, i.cadentibus. Hi autẽ fuerunt mali angeli qui iam à cœlo ceciderant aduerſarij ſemper bonorũ, omnémque bonum influũ impedire quærentes.Quem locũ poſſedit Dauid:hinc non ſine cauſa dictum eſt,quòd regnauit Dauid à Dan vſq; Berſabah. Locus enim ille,qui alio nomine regnũ dicitur, fuit peculiaris ipſi Dauid,qui fuit primus & excellentiſſimus rex de tribu Iehuda ſuper vniuerſum Iſrael,vt in 2.Reg.vol.dicitur.Et ideò præparauit omnia pro Dei templo ædificando,Dei cultum erexit:ſacróſq; & celeberrimos hymnos, vbique gentium decantandos,compoſuit.

2.Reg.24. *Ibidem 8.* *1.Paral.28.*

Geneſ.21. 148 Cur dicitur quòd plantauit Abraham nemus? An de nemore materiali eſt ſermo?ſed ad quid hoc tam ſacris eloquiis interſeritur?an igitur plantauit illud nemus, de quo ſcriptum eſt: Et cedri Libani quas plantauit?Libanus enim & nemus in archetypo idem cenſentur. Et hîc eſt hortus voluptatis in terra viuentium plantatus.Sed nunquid Abraham plantauit hunc hortum in terra illa?Nónne Deus ipſum plãtauit? cùm ſcriptũ ſit:Plãtauerat autem Dominus Deus hortũ voluptatis à principio. Nónne idem eſt plantare arbores illas in mente, quod fodere puteum ſeptem, qui Berſabah dicitur?Plãtauit igitur Abraham arbores, & gradus illos in mente ſua:ſicut de verbo,quod eſt arbor vitæ, dictum eſt: Suſcipite inſitum verbum.

Pſalmo 103. *Geneſ 2.* *Iacobi 1.*

Geneſ.20 149 Quomodo mille argentei dati fuerũt Abrahæ ab Abimelech in velamen oculorum Saræ?An in recompenſationem iniuriæ ei illatæ,auferẽdo ab eo vxorẽ?Sed quomodo fuerunt in velamen oculorũ Saræ?an,quia reſtituit vxorem,& donauit in ſignũ, quòd malè acceperat, nec fuerat ea abuſus?nam iuſſu Dei reſtituit& donauit,vt indicat numerus ille millenarius diuinus:vt alibi dictum eſt.Dedit quoq; Abrahæ numerum diuinum, in ſignũ quòd Deus erat cum eo,ſicut ipſi Abimelech à Deo dictum fuerat.Redde vxorem viro ſuo, quia Propheta eſt, & orabit pro te,& viues.

Ibidem

150 Cur Sara primùm fuit ſterilis & poſtea fœcunda? Nónne Sara fuit ſterilis via naturali? Quod cognoſcens Abraham per ſuam (vt Zohar inquit)aſtrologiam, dixit: Domine Deus quid dabis mihi: quam videlicet mercedem vitæ,cùm ego ſim ſterilis,& quaſi maledictus?hinc ſcriptũ eſt: Eduxítque eum foràs,extra videlicet aſtrologiam cœlorum, & poſtea dixit illi:Sic erit ſemen tuum, i. ab influxu cœlis materialibus ſuperiori erit ſemen tuum,à cœlo videlicet ſupramũdano. Nam illud ſic,quod hebraicè כה coh dicitur,denotat(teſte eodem Zohar)locum quendam archetypi,vnde venit fœcunditas filiorum,& locum prçcipuè vnde venit Izahac. Et ideò vt innueret,quòd non à cœlo materiali, neq; à naturæ ordine,ſed à cœlo ſupramundano eſſe debebat Abrahæ fœcunditas:diſtulit Deus dare prolem Saræ, quouſque tranſiret tempus generandi, vt in Geneſi habetur.

Geneſ.15. *Zohar*

Geneſ.18. 151 Cur riſit Sara, dũ angelus ei partũ nunciaret, & cur ipſe angelus eã redarguit?An propter inexpectatum nuncium tanquã de re noua riſit?ſicut communiter euenire ſolet: an (vt altius cum Zohar conſcendamus)

Ibidem *Zohar*

riſit de coniunctione ignis cum aqua, maſculi & fœminæ, lateris dextri & ſiniſtri? Vnde naturalis riſus & lætitia. Iuxta illud. Læua eius ſub capite meo: & dextra illius amplexabitur me. An riſit, quia impoſſibile exi- *Cant. 2.* ſtimabat id, quod nihilominus appetebat? Sicut ſæpè contingit. Hinc ipſa dixit. Poſtquam conſenui, & Dominus meus vetulus eſt: voluptati operam dabo? an redarguit eam, quia irriſerat, veluti incredula? Quod negauit offendens: vt fugeret offenſam. Vnde non redarguit eam Angelus de riſu: ſed de irriſione ob incredulitatē facta. Nam riſum illū adeò gratū Deus habuit: vt iuſſerit imponi puero nomē ab illo riſu, Izahac videlicet.

152 Cur tentauit Deus Abraham, vt filium immolaret? an, vt, quem- *Gen 22.* admodum ipſe probatus fuerat, quo ad corpus: quando Chaldæi pro- *Ibi. 12.* iecerunt ipſum in fornacem, quia nolebat ab vnius Dei cultu recedere: probatúſque in rebus & patria: quando Deus iuſſit ei omnia relinquere: Sic probaretur in filio: quem Pater non minus diligit? quàm ſeipſum: vt quantò magis probatus & tentatus eſſet, tanto altius vexillum eius tolleretur? Tentare enim & eleuare eodem vocabulo apud Hebręos dicuntur: נסה neſach videlicet. Vt ibi. Eleuatum eſt ſuper nos lumen *Pſal. 4.* vultus tui domine. Pro quo communis æditio habet ſignatum. an, vt immolaret Izahac ideſt riſum in figuram illius, in quo pater æternus ridet, & benè ſibi complacet? an, vt quàm optimè colligaretur Abraham cum Izahac? Et hoc vt ex illis extremis generaretur Iahacob medius: in *Luc. 1.* cuius domo regnat Mediator.

153 Vbi iuſſus fuit immolari Izahac? Nonnè in monte, qui dicitur Mo- *Geneſ. 22* riath, aut Dominus videbit, intentionem videlicet Abrahæ? Sicut de *Ibidem 4* Habel ſcriptum eſt. Reſpexit Deus ad Habel & ad munera eius. Sed vbi eſt locus iſte? Nonnè in Ieruſalem, quæ iccircò dicta eſt viſio pacis: quæ prius Salem, ideſt pax dicebatur? Hæc autem pax fuit oſtenſa mortalibus poſt oblationem Izahac: figurantis illum, qui per ſanguinem *Col. 1.* ſuum pacificauit ea, quæ in cœlis & in terris ſunt: vt Apoſtolus ait. In *2. Par. 3.* hoc quoque monte ædificatum fuit templum, quod eſt pars Ieruſalem. Qui mons perpendiculariter exiſtit (vt ſapientes aſſerunt) ſub templo ſupramundano: de quo dicitur Dominus in templo ſancto ſuo: Domi- *Pſal. 10.* nus in cœlo ſedes eius.

154 Quomodò ad montē illum perrexit Abraham cum filio? Nonnè *Geneſ. 22.* tot ſunt ſacramenta, quot ſententiæ, huius hiſtoriæ? Primò enim ſcriptū eſt, ꝙ ſtrauit aſinum, corpus videlicet, & hominem animalem, tanquam indignum tam ſublimi myſterio. Secundò, iuit cum duobus iuuenibus, ideſt duobus populis, pro quibus Izahac in figuram offerebatur. Futurus enim erat pater Iahacob & Heſau, Iſraelitarum videlicet & Idumæorum: pro quorum quolibet impetrauit fauorem, oblatus in figuram Chriſti, pro ſalute Iſrael & Gentium, & pro ſalute hominis animalis & ſpiritualis immolati. Iuxta illud. Homines & iumenta ſaluabis Domine. Tertiò por- *Pſal. 35.* tabat ligna, figurantia ligna Crucis, in remedium peccati per lignum commiſſi electæ. Quartò habebat gladium & ignem: quem Ieſus venit mit- *Mat. 10.*

[illegible] teret in terram:vt ipſemet teſtatur, Quintò applicuerunt die tertio:quo
homo perfectè purificatur.Sextò pergebant pariter, in voluntate videli-
cet. Hinc pariter meruerunt offerens & oblatus.
Geneſ.22. 155 Cur Angelus Domini vocans Abraham de cœlo vocem gemina-
uit?Nonnè magnum eſt hic ſacramentum? Nam quando Deus vocat ali-
quem viua voce,quæ eſt ſuperior gradus prophetia,ſemper vocem gemi-
nat:vt denotet gradum, in quo ille erat: & gradum, ad quem aſſumitur.
Exodi 3. Sic enim vocauit Moſem in Sina: & ex paſtore fecit ipſum Regẽ ac ducẽ
1.Reg.3. populi ſui. Sic vocauit Samuelẽ: & ex miniſtro fecit eũ ſacerdotem ſum-
Acto.9 mum.Pari modo vocauit Saulum: & ex perſecutore fecit ipſum Apoſto-
lum.Ideò volens ad altiorem gradũ deducere Abrahã, vocem geminauit.
Gen.22. 156 Quid meruit Abraham offerens filium in holocauſtum? Nonnè di
xit ei Deus. Quia feciſti hanc rem, & non peperciſti vnigenito filio tuo
propter me:multiplicabo ſemen tuum, ſicut Stellas cœli (quò ad præci-
puos electos) & ſicut arenam maris: quò ad turbam, quam dinumerare
Ibidem 12. nemo poteſt? Secundò compleuit Deus benedictionem iam promiſſam,
quòd videlicet in eo,ideſt in ſemine eius benedicerentur vniuerſæ co-
Ibidem 22. gnationes terræ.Tertiò(& hoc fuit omnium maximum)ordinatus fuit in
patrem illius Redemptoris, in quo omnes verè benedicendi erant: ſicut
ſcriptum eſt. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ. Poſtremò
dicitur,quòd venerũt Berſabah ſimul,pater ſcilicet & filius Izahac: & ha-
bitauerunt ibi ſuſcipientes ab illo puteo ſeptenarij influxus quæcunque
neceſſaria, & quæcunque deſyderabilia. Nam puteus ille à Sapientibus
dicitur כל,col.i.totũ:quod videlicet inferius tribui & cõmunicari poteſt.
Hebræi 157 Quotennis erat Izahac,quando oblatus fuit? Nonnè cõmunis He-
Gen.22. bræorũ ſententia eſt(vt etiã ex textu colligi poteſt)ꝙ eſſet triginta ſeptem
annorũ? Sed cur dictũ eſt.Tolle filium tuũ?Quomodo poterat Abraham
ſenex & decrepitus portare filium tam grandẽ? an tulit ipſum demulcens
& alliciens verbis blandis: quibus aſſentiens, obediénſque Deo & patri
ibat voluntariè?Sicut ſcriptum eſt.Pergebãt ergo pariter,Et hoc, in per-
Ibidem. fectam figuram illius:de quo dictum eſt.Oblatus eſt,quia ipſe voluit. Et
Iſaiæ 53. iterum.Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.
Ioan.3.
Gen.22. 158 Quid ſignificat aries ille cornibus inter vepres hærens: & à quo
Zohar. præparatus fuit?an (vt Zochar aſſerit) præparatus ab angelo fuit: vt pro
Izahac immolaretur? an hoc fuit in complementum figuræ illius: cuius
ſuprema portio(diuinitas videlicet) per Izahac figurata: & pars inferior
(humanitas videlicet)conditionibus & paſſionibus humanis irretita, ob-
lata fuit:quàm optimè quidẽ per arietem figurata:qui pro peccato offer-
ri conſueuerat? ſicut & Chriſtus pro peccato oblatus eſt.
Gen.23. 159 Cur tam ſolicitè curauit Abraham habere ſpeluncam duplicem ab
Ephron filio Chet pro ſepulchro Saræ? an, vt honoraret ſanctã vxorem,
ſepeliens eam in ſpelunca duplici? Sic enim ſepeliri conſueuerant magni
viri. Sicut adhuc apparent in partibus illis multæ ſpeluncæ duplices pro
ſepulchris optimatũ:inter quas illa redemptoris cernitur. An, vt ad my-

ſteria veniamus) quia ſpelunca illa,in valle Hebron ſita, eſt propè campũ Damaſcenum: vbi primus homo dicitur veſtitus fuiſſe puluere terræ: & ibi in eum inſufflatum fuiſſe ſpiraculum vitarum:vt ſicut ſpiritus redibat ad deum ex illo loco,in quo datus fuerat:ſic ibidem corpus in puluerem reuerteretur:vbi de puluere primo ſumptum fuerat?

160 Quid myſterij continet in ſe ſpelunca iila duplex? Nonnè reſpődet corpori noſtro:quod(ſecundum Platonem) duplex habemus:cœleſte videlicet & terreum? Nam terreum figuratur per anteriorem partem ſpeluncæ:cœleſte verò per interiorem, in qua ſepeliebantur cadauera. Vnde innuitur,quòd hoc corpus terreum tandem mutabitur in cœleſte, immò in ſpirituale.Iuxta illud Apoſtoli.Seminatur,quod animale: ſurget, quod ſpirituale.Hinc(vt typicè loquendo inquit Zohar)ibi eſt porta ad paradiſum voluptatis:in quem intramus, corporibus noſtris in meliorem ſortem immutatis.Sicut de Henoch & Elia dicitur:qui cum corpore in hortum illum voluptatis intrarunt.Propterea patres Adam, Abrahã, Izahac, & Iacob ibidem cum vxoribus ſuis ſepeliri voluerunt. Vnde Hebron dicta fuit Chiriat arbah, ideſt ciuitas quatuor. *Plato.* *1.Cor.15.* *Zohar.* *Ioſue.14.* *Geneſ.49*

161 Cur ex omnibus mulieribus tam diligenter ſolius Saræ vita, & in tractatu particulari deſcribitur? Nonnè deſcribitur mors Delboræ, Rachel,Miriam ſororis Moſi,& Suach vxoris Iehudæ: vt in locis ſuis habetur? Et ſi mors iſtarum deſcribitur: non tamen vitæ dies enumerantur: vt notat R. Ioze in Zohar. an igitur cum myſterio enumerantur omnes dies vitæ Saræ:quia ſemper vixit Deo,cum ſancta eſſet? Sicut innuit textus,dum ait,ꝙ mortua eſt in Hebron:ciuitate videlicet ſanctorũ patrum. Dies autem,quibus homo ſeruit peccato,non annumerãtur inter dies vitæ.Cum eo tẽpore non viuat,ſed mortuus ſit.Hinc vitę aliarũ mulierum, quæ pro tẽpore ſeruierunt peccato,non deſcribuntur. An(vt altius conſcẽdamus) enumeratur in annis vitæ Saræ cẽtenarius numerus, denarius geminatus,& ſeptenarius(cum anima eius animalis per centenarium, ſpiritus per denarium, portio verò ſuperior per ſeptenarium, cum myſterio deſignentur)vt inde diſcamus,quòd vita Saræ perfecta fuit:vt illi numeri indicant?ſicut ſapientes optimè norunt. *Ibid.23.* *R.Ioze.*

162 Cur Abraham vocatus fuit de terra ſua ad meliorẽ terram & vitam ſine fratre vel hærede? an id caſu occurrit? ſed quomodò caſu, cum in rebus tam ſacramẽtalibus nil penitus occurrerit ſine diuino ordine vel myſterio? an igitur,quia,cùm Abraham typum miſericordiæ & pietatis gereret,non debebat habere cohæredẽ tantæ hereditatis:ne diuideretur? Nec enim tantam eius plenitudinem habebat: quam poſſet aliis cõmunicare. Sicuti Chriſtus habuit:de cuius plenitudine(inquit Iohãnes) omnes nos accœpimus. Ideò cohęredes habuit: Iuxta illud Apoſtoli. Cohęredes autẽ Chriſti. An,quia Abraham veniens ex dextera hominem ſpiritualem ſignificat:cui non eſt frater in terra ſecundum carnem? Hinc Chriſtus cœleſtis homo,& pater ſpiritualium venit in mundum ſine fratre carnali. *Geneſ.12* *Io.1.* *Rom.8.*

163 Izahac cur habuit fratrẽ,non quidem vterinum, ſed cõſanguineum

Geneſ. 16. tantùm? Nonne, quia Izahac totus procedens ex ſiniſtra parte, & à tribunali iuſtitiæ ſeueræ (vnde robur ad proficiendum: & vbi eſt vtraque mater) non debuit generari niſi ab illa, matre, per quam haberet hæredi-
Ibidem 25. tatem roboris & terroris: non autẽ ab illa: vnde generantur filij ſeueri iudicij, & hæredes Mammonę Ægypto preſidentis? Hinc non ſine myſterio Ægyptia fuit Iſmahelis mater. Vnde & ipſi Iſmaheli pater dedit munera (rerũ temporaliũ videlicet) reſeruata vera hæreditate Izahac? Qui quidẽ Izahac ideò ſic appellatur, cũ habeat aliquã mixtionem cũ dextera: vnde pater erat: & vnde patris hæreditatem ſortitus eſt. Ex quarum partium commixtione (vt norunt Sapientes) oritur verum gaudium & riſus.

Geneſ. 24. 164 Cur Abraham contemptis Chananæis voluit, ꝙ Izahac acciperet vxorem de Padam Aram? an, quia Chananææ erant filiæ Chanahan, ab auo maledicti? an voluit, quòd vxorem duceret Aramæam & conterraneam: quia optimus erat illius regionis influxus? Quamuis ex idolorum cultu deprauatus eſſet. An, quia facilius conueniebat cum domeſticis, quam cum extraneis? an, vt vtroque influxu conuenienti acquireretur maior fauor? Conuenientia autem influxuum depræhẽditur ex idiomate ſatis: pleniſſimè verò ex characteribus conuenientibus. Inde enim tota gens & lingua hebraica prodiit. Dicant alij, quicquid velint de Heber: cũ non ab Heber, abnepote Sem filij Noeh (vt nonnulli dixerunt) ſed ab עבר habar, ideſt à tranſitu Hebræi dicti ſint: vt alibi diximus.

165 Cur Iahacob habuit germanum fratrem, ex iiſdẽ ſcilicet parentibus progenitũ? an, quia ipſe exiſtens in medio, ex vtroque latere participare
Ier.1. debebat? Hinc, cum ſuſcœperit influxũ ex latere ſiniſtro & aquilonari (vnde omne malũ) ſatius fuit, vt malum inde veniens colligeretur in Heſau
Mal.1. (quem odit Dominus) quàm ſi ſuſcœpiſſet in ſe? an, quia Iahacob homo cõpletus debuit habere deteriorẽ hominem: quem naſcens ſupplantaret,
Geneſ.25. & 27. & à quo primogeniturã auferret, & pręriperet benedictionẽ? Vnde docemur caſtigandũ eſſe hominẽ animalem, & in ſeruitutẽ redigendum. Iuxta illud Apoſtoli. Caſtigo corpus meũ, & in ſeruitutẽ redigo. Et hoc, quouſ-
1.Cor.9. Geneſ 27. que veniat tempus excutiendi iugum ſeruitutis (vt in Geneſi dicitur) & cum ipſo homine ſpirituali, per Iahacob figurato, regnandi.

Ibidem 24. 166 Quod ſignum exegit Elihezer, ſeruus Abraham à Deo, quo cognoſceret vxorem, Izahac præparatam? Nonnè dixit. Puella, cui dixero: inclina hydriam tuam, vt bibam: & illa non ſolum mihi, ſed & camelis potum dederit, ipſa eſt? an igitur peccauit Elihezer: cùm hoc videatur ſuperſtitio
Leuit 19. vel indicium ſecundum Deum? Nam omina & auguria per legem dam-
Aug. nantur. Maxima eſt hic difficultas, quam Aug. ſoluere conatur, probans
Iſa.7. ꝙ etiam à Deo dantur ſigna. Sicut datum fuit Achaz & Ezechiæ. Alibi ta-
4.Reg.20 Matth.12. men dãnantur ſigna: cũ Chriſtus dicat. Generatio mala & adultera ſignũ quærit. Sciendũ eſt igitur, ꝙ ex intentione & modo dãnantur vel probantur ſigna. Si enim ad tentandũ ſigna petuntur, ea quidẽ damnantur. Iuxta
Deut,6. illud Deuter. Non tentabis Dominum Deum tuũ. Ex modo etiã damnatur ſignum, quando à beſtijs, vel ab iis, quę ad rem non pertinent, petitur.

Indicium

Indicium autem & ſignum valde licitum eſſe reor, quando quis oratione præmiſſa (ſicut fecit Elihezer) attendit, ſi negocium bene ſuccedat.

167 Cur Elihezer petiit ſignũ in aqua, danda in potum? Nónne quia aqua miſericordiam, pietatem & clementiam Dei ſignificat? Hinc Chriſtus *Geneſ. 24.* ipſam obtulit, dicẽs: Si quis ſitit, veniat ad me & bibat. *Ioan. 7.* Et cum Samaritana loquens, dixit: Si ſcires donum Dei, (i. pietatẽ quam veni impartiri vo- *Ibidem 4.* bis) & quis eſt qui loquitur tecũ (dator videlicet gratiæ & clementiæ) tu forſitan petiiſſes ab eo aquam viuã. Elihezer itaq; qui popoſcerat à Deo, vt faceret miſericordiam cum Abraham, ſignum petiit in aqua.

168 Cur ſcriptum eſt, quòd Izahac hora veſpertina ſeceſſerat ad meditandum, in agrum? Nónne quia Izahac qui à fonte Aquilonari emanauit, *Geneſ. 24.* veſpertinus fuit, vt antiqui Theologi docent? Hinc hora veſpertina egreſ- *Theol. anti.* ſus erat in agrum ad meditandum vel orandum. Nam שוח ſuach vtrumq; ſignificat. Orabat autem oratione veſpertina tanquam ipſi peculiari. Habitabat nihilominus in terra Auſtrali (ſicut dicit textus) quia hauriebat fauorem patris, qui totus meridionalis erat, vt alibi tactũ eſt. *Geneſ. 24.* De fauore autem ei à patre præſtito, multis in locis habetur: ibi autẽ potiſſimè, vbi de negocio eius teſtamentario agitur. *Ibidem 25.* Nam dicitur, quòd dedit Abraham, omnia quæ poſſederat Izahac filio ſuo.

169 Cur Izahac ſuſcepturus vxorẽ ſuam Rebeccam, orauit? Nónne id *Ibidem 24.* fieri debuit in negocio tam arduo, quàm eſt indiſſolubile vinculũ matrimonij? Primò enim orandum eſt, vt occurrat illa quam Deus è cœlo tradidit. Secundò, vt vir & vxor in illa æterna cohabitatione, pacificè viuãt. Tertiò, vt filij generentur grati Deo, in ædificationem familiæ, & in parẽtum conſolationem. An orando diſpoſuit ſe Izahac, vt ſuſciperet gratiam *Sap. Hebr.* Spiritus ſancti, quam videbat fulgere in Rebecca? ſicut ſapientes Hebræi *Zohar* docent, & Zohar præcipuè.

170 Cur Izahac introduxit Rebeccam in tabernaculum matris ſuæ? an quia id communiter fieri conſueuerat? an vt innueret vxorem illam ſuſce- *Geneſ. 24.* ptam loco matris, quam ex eadem familia, & eadem refertam ſanctitate ſuſceperat? an (vt ad altiora conſcendamus) per tentorium fons ſupramũ- *Zohar* danus, vnde venerat Sara & Rebecca, deſignatur? Hinc (vt Zohar inquit) quod fuit Sara Abrahæ, id fuit Rebecca Izahac: & Rachel Iahacob. Lea *Idem* verò aliò tendit: vt ipſemet Zohar perhibet.

171 Cur Abraham vir adeò cœleſtis, non contentus vna vxore, aliam *Geneſ. 25.* ſuper induxit, & denique tertiam? Nónne Paulus myſterium ſecundæ re- *Galat. 4.* ferans, ait: Scriptum eſt, quòd Abraham duos filios habuit, vnum ex ancilla, & vnum ex libera. Sed qui ex ancilla, ſecundũ carnem natus eſt, qui autem ex libera per repromiſſionẽ. Quæ ſunt per allegoriam dicta: quod *Geneſ. 17.* alibi latiùs diſſeruimus. Tertiã verò vxorem ſuſcepit: vt adimpleretur il- *Ibidem 25.* lud, quod dictum ei fuerat. Eríſque pater multarum gentium. Ex Chetura enim tertia vxore ſex filios habuit, qui fuerunt patres ſex familiarum: quę in alios etiam ramos diuiſæ ſunt. Inter quas familias fuerunt Madianitæ, ex quibus Moſes vxorẽ ſuſcepit. *Exodi 2.* Nec tamen deſunt qui dicunt hanc Che-

turam fuiſſe Hagar. Quæ ſi eadem fuit, in ipſa quóque eadem myſteria locum habent.

172 Cur Izahac vna tantum vxore contentus fuit? an, quia nedum ſaſerdos, ſed in ſacrificium oblatus vna tantum vxore cõtentus eſſe debuit?
Leuit.21. cum lege ſancitum ſit, quòd ſacerdos nec ſecundam, nec ab alio violatam vxorem ducat. An, quia totus igneus & ex ſiniſtra & aquilonari parte, non debebat per aliud coniugium aperire fontes illos igneos? Satis enim
Malac.1. immunditiæ contraxerat ex vno coniugio, quam diffudit in Heſau: qui iccircò nondum natus, à Deo odio habitus eſt: vt Malachias ait.

Gen.29.30 173 Cur Iahacob nec vna nec duabus contentus etiam cũ quarta muliere coniunctus eſt? nonnè cum duabus ſororibus commixus eſt: quia in prima decœptus fuerat: & cum ancillis, cedens æmulationi vxorum? Sed nunquid hæc quaſi ludicra, & ſuis abſque myſteriis, ſacratiſſimis eloquiis interſeruntur? non quippè. An igitur Iahacob perfectus, cum vtraque parte miſceri debuit: & vtranque vitam ducere, contemplatiuam videlicet & actiuam: & ex vtraque reportare fructum: nec tantum ex dominabus, ſed etiam ex ancillis: vt fructus cõtemplationis eſſet per vxorem ſcilicet Deum, & per ancillam ſcilicet creaturam: & fructum operis colligeret non tantum ex oblatis Deo: ſed etiam proximo: vt alibi dictum eſt? an, vt ex quatuor mulieribus produceret familiam completam, in quatuor mundi partes diuidendam? Vnaquæque enim earum ex ſua parte ſeu regione proceſſerat.

Gen.18. 25 174 Quomodo Abraham, qui generatione Izahac, ſené & quaſi ad generandũ impotentem ſeſe iudicabat, triginta & ſeptem annis interpoſitis poſt mortẽ Saræ, Cheturam duxit in vxorem: & ex ea ſex filios habuit? an fortè Abraham decipiebatur? ſed haud quippè hæc digna forent tantis
Pſal.105. monumentis. an igitur renouatus fuit? Iuxta illud Prophetæ. Renouabitur, vt aquila, iuuentus tua. Sicut enim Moſes diuino fauore conſeruatus fuit, vt centeſimum & viceſimum ætatis annum agens, nec oculos cali-
Deut. vlti. gantes, nec dentem diminutum ſenſerit (vt in Deuteronomio ſcribitur) ideſt quòd non hebetauerit eius ſenſus aut intellectus, nec robur virtutis defecerit: ſic Abraham quoque renouatus fuit.

Geneſ 25 27. 49. 175 Cur Abraham non benedixit filium ſuum Izahac: ſicut ipſe Izahac & Iahacob erga filios ſuos fecerunt? an, quia nondum erat expurgata familia? ſicut fuit tẽpore Iahacob, ſcoria & infecto ſemine prius in Iſmahelem, poſtea in Heſau dimiſſo. an, quia debebat propagari familia illa electa in duodecim ramos, numerum quidem primò creſcentem, antequàm benediceretur? ſed, cùm Abraham eſſet piſcina & benedictio, cur non benedixit? an igitur? quia piſcinam dedit in hereditatem Izahac? Ipſe verò accœpit & tradidit eam Iahacob: qui perfecit benedictionem. Hoc interim Deus benedixit Izahac.

Ibi.24.25. 176 Cùm Abraham noluerit nurum de Chanaan: cur voluit in terra illa ſepeliri? nonne, quia regio vel terra illa non erat maledicta: ſed gens tantummodò, quæ deſcenderat ex Chanaan maledicto, & ex Cham infa-

mì & obſcœno? ſicuti Beroſus tradit. Hinc ſi commixti eſſent Patres illi cum mulieribus & genere illo maledicto, facilè infecti fuiſſent. Non autem inficiebantur, ſi habitabant & ſepeliebantur in terra illa à Deo promiſſa:& inde benedicta:vbi & Chriſtus habitare & ſepeliri voluit. *Beroſus*

177 Cur Iahacob & Heſau decertabant in vtero materno? an, quia alter ipſorum veniebat à dextris, alter autem à ſiniſtris? Quæ loca magno conflictu ſibi inuicem repugnant, non in deſtructionem, ſed in harmoniam, per antiperiſtaſim quandam. an, quia alter carnis, alter verò ſpiritus typum gerebat, quorum alter in alterum concupiſcit, & vterque ſibi inuicem (vt Paulus ait) aduerſatur? an, quia (vt Zohar inquit) Heſau equitabat Serpentem (vnde & habitauit in Sehir, quod Diabolum ſignificat) Iahacob verò ſedebat in tentoriis ſuper ſede ſancta? an quia intelligentiæ ipſorum contrariæ Samael videlicet & Michael, faciebant eos colluctari? *Gen. 25.* *Gal. 5.* *Zohar.* *Ioſue. 24.* *Gen. 25.*

178 Cur pugna continua fuit inter Heſau & Iahacob? an, quia ambo fuerunt patres duarum gentium ſibi inuicem aduerſantium:vt oraculum perhibuit? an, quia (vt nuper dictũ eſt) Heſau hominẽ animalem, Iahacob vero ſpiritualem ſignificabat? hinc Heſau prius natus eſt. Iuxta illud Apoſtoli, Prius quod animale, deinde quod ſpirituale. Propterea perſequebatur eũ, qui erat ſecundũ ſpiritum. Sicut idẽ Apoſtolus alibi docet. Vnde & piloſus & hiſpidus inſtar hædi, reponẽdus erat in ſiniſtra: Iahacob verò lenis & ſuauis quia ſpiritu Dei replet⁹: de quo dicitur. O quàm bon⁹ & ſuauis eſt Domine ſpiritus tuus! aut in dextera, aut in medio collocãdus erat. *Ibidem* *1. Cor. 15.* *Gal. 4.* *Sap. 12.*

179 Cur Heſau nunquã intulit fratri mortẽ, quam ſæpius minatus fuerat? an, quia Iahacob à patre benedictus fuerat & cõſtitutus Dominus fratris ſui? Vnde colliſa fuit virtus Heſau: vt non prçualeret in fratrẽ. an, quia (teſte ſapiente) non eſt conſiliũ vel fortitudo contra Dominũ? an id fuit in documentũ noſtrũ: vt innuatur, ꝙ licet caro, & qui ei prædominatur, Diabolus ſçuiat, iraſcatur & rugiat, velut Leo, contra ſpiritũ: non tamẽ præualet, niſi nobis volẽtibus? Iuxta illud Hieronymi. Debilis eſt hoſtis: qui non vincit niſi volentẽ. An, quia Deus inter hos poſuit pugnã, non vt vincat caro, ſed vt vincatur à ſpiritu, & redigatur in ſeruitutẽ: vt excuſſo tandem à collo iugo regnet cum ſpiritu? ſicut alibi quoque diximus. *Gen. 27.* *Pro. 21.* *Hiero. ad Euſto.*

180 Cur Deus prohibuit Izahac, ne deſcenderet in Ægyptum? an fortè, quia paratæ ipſi erant ibidem inſidiæ? an (vt ad ſacramenta veniamus) ne nimis indureſceret intrans in regionem illam: quæ irrigabatur à fonte illo duro: vnde ipſe influxum ſuſceperat? Nec enim durum duro, nec molle molli, ſed molle duro continue vniuntur: Iuxta illud Prophetæ. Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi: iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Hinc Abraham, Iahacob, Moſes & nouiſſimè Chriſtus mites & lenes iuſſi fuerunt in Ægyptum deſcendere. *Gen. 26.* *Pſal. 84.*

181 Quę altercatio fuit inter paſtores Izahac & paſtores Gerarę pro effoſſo puteo? An de puteo illo (iuxta corticem literæ) inuidia & malitia impulſi Geraritæ contendebant? An (vt altius conſcendamus) Geraritæ, qui ſecantes interpretantur, malos ſpiritus ſignificant: qui ſecare & diuidere *Gen. 26.*

ſatagunt animas à fonte ſupremo,immò ab ipſo Deo? Hinc dicuntur obſtruere puteum(vnde gratiam Dei,& omnem diuinũ fauorem haurimus) immittentes terram,id eſt, terrena oblectamenta in illum puteum quem fodimus,ſuppeditatis & amotis omnibus terrenis & inferioribus voluptatibus.

Ibidem. 182 Cur Philiſtiim quoq; dicuntur obſtructores putei effoſſi ab Abraham?Nónne Philiſtiim,qui cadentes & ruentes interpretantur, illos ſignificant: de quorum Principe dicitur: Quomodo cecidiſti Lucifer, qui manè oriebaris?Vel(vt hebraica veritas habet) Quomodo cecidiſti hulula fili auroræ? Fuit enim filius lucis,ſed in hululam nocturnam conuerſus eſt.Hi autem continuè ſatagunt vt perdamus aquam putei Berſabah, deductam ab illo fonte,qui ait:Me dereliquerunt fontẽ aquæ viuæ. Et hoc per effoſſionem ciſternarum diſſipatarũ, quæ non valent cõtinere aquas, id eſt,per amorem rerum & voluptatum terrenarum, quæ veras & diuinas aquas continere nequeunt.

Iſaiæ 14.

Ierem. 2.

Geneſ.26. 183 Cur Moſes enarrat tres effoſos eſſe puteos ab Izahac? An quia maior moleſtia fuit ei illata ab antiquo Serpente, cùm maius ſymbolum haberet cum Izahac Aquilonari Serpens ille, qui ſedem ſuam voluit locare ad Aquilonem ſuperiorem, vnde ipſe Izahac erat? Hinc inde expulſus Aquilonis inferioris tormẽto premitur?an quia robuſtiores robuſtioribus moleſtiis premuntur? an id factum fuit in exemplum poſterorum, vt videlicet diſcant ſtrenui milites ſemper reſumere vires, & reparare ea quæ hoſtes deſtruere ſatagunt,& aperire canales bonorum influxuum, quos ipſi obſtruere conantur?

Iſaiæ 14.

Geneſ.26. 184 Cur tertio & nouiſſimo puteo effoſſo ceſſauit iurgiũ?an quiaDeus poſt tertiam victoriã præſtare ſolet perpetuam requiẽ & triumphum?Sic poſt tertiã pugnam & victoriã Imperator noſter Chriſtus quietus & triumphans,dixit:Venit enim princeps mũdi huius,& in me nõ habet quicquam.Sic debellatis hoſtibus inferni, tertia die ſurrexit in gloria & pace. ſic Paulus poſt triplicẽ victoriam per triplicem orationẽ impetrãtã,quieuit ſecurus dicens:Propter quod ter Dominũ rogaui,& dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. An quia Diabolus qui leo rugiens dicitur, Pardi naturam imitatur,qui ſi tertio ſaltu non capit,ab inuaſione ceſſat?

Ioan.14.

2.Cor.12.

1.Petr.5.

Geneſ.25. 185 Propter quod rubeum pulmentum,vel propter quam lenticulam, Heſau primogenituram vendidit Iahacob? An pulmentum erat legumen decoctum à Iahacob?Sed vnde tãta eſuries Heſau in ditiſſima domo Izahac?an Iahacob coquus effectus erat?an igitur(vt myſteria referemus)primogenitura erat ante legem authoritas ſacrificandi,aut ius benedictionis accipiendæ à patre,aut prælatura aliqua in fratres (quod innuitur in textu,vbi Iahacob benedictio datur) quam Heſau homo animalis ceſſit minori & ſpirituali,propter rubeum pulmentum, i. propter oblectamẽtum carnis & ſanguinis:nam caro & ſanguis(teſte Apoſtolo) regnũ & verum Dei cultum poſſidere nequeunt.

Ibidem 27.

1.Corin.15.

Geneſ.26. 186 Quomodo Izahac tãtum profecit,& adeò locupletatus eſt ex centupla

tupla hordei meſſe? Nónne miratur hîc Hieronymus quo pacto ex centupla hordei ſeminati collectione tam diues effectus fuerit Izahac? Sed mirentur ſanè qui literæ corticem ſequuntur. Nam aliò tendit negocium, quàm præ ſe ferat occidens litera. An igitur, quia (vt ſecretiores Theologi docent) hordeum Aquilonare eſt, & ad iuſtitiam durã pertinens: vnde venit ipſe Izahac? hinc ſicut Abraham proficiſcebatur ad Meridiem, & ibi (ſub metaphora) dicitur fixiſſe tentoria. Sic etiam Izahac (per aliam tamen metaphoram) dicitur profeciſſe ad Aquilonem, per hordeum videlicet aquilonare. Seminauit autem iuxta illud Apoſtoli: Qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Hordeum verò præcepta ſeueræ iuſtitiæ ſignificat. Centupla autem fuit meſſis, iuxta dictum Saluatoris: Centuplum accipiet. שערים Seharim verò cùm hordea & menſuras ſignificet: hinc nunc centum hordea, nunc centum menſuras interpretati ſumus. *Hierony.* *Sec. Theo.* *Geneſ. 12.* *1. cor. 9.* *Matth. 19.*

187 Quomodo caligabant oculi Izahac, quando voluit benedicere filium Heſau? An erat captus oculis corporeis ob ingraueſcentem ætatem? Sed nónne poſt datam Iahacob benedictionem vixit ſanus viginti annis, & iis amplius? nam Iahacob poſt moram in Padan Aram & Betel contractam ſepeliuit patrem cum Heſau. An igitur cæcus erat mente, ſicut omnibus Prophetis contingere ſolebat, vt de ſe dixit Eliſæus: Anima eius in amaritudine eſt, & Dominus celauit à me, & non indicauit mihi? Solus enim Chriſtus omnia ſciuit, cùm ſuper ipſo ſemper Spiritus ſanctus manſerit, vt alibi dicetur. An (vt aliqui dicunt) aſcenderat Izahac per meditationem ad illum gradum, quò ſi quis deuenit, viuit alteri & non ſibi? Qui quidem gradus per Rebeccam deſignatur: hinc ille cui viuebat, pro ipſo ſuppleuit. *Geneſ. 27.* *Ibidem 35.* *4. Reg. 4.* *Ioannis 1.*

188 Quomodo Rebecca ſciuit emendare errorem mariti? An quia per Rebeccam intelligitur gradus quo Spiritus ſanctus ſe creaturis communicat, vt Sapientes norũt? Hinc ab eo Izahac fuit directus in bonum, quãuis non aduerteret, iuxta illud Saluatoris: Spiritus vbi vult, ſpirat: & nemo ſcit vnde veniat, & quò vadat. An, quia (vt nuper dictum eſt) Rebecca tenebat gradum illum, cui Izahac ceſſit, illuc proueniens? Nec tamen mulier eſt ſuperior viro, licet aliquãdo teneat typum ſuperioris: ſicut de Maria fratrem Moſem liberante ſcriptum eſt. Tunc enim huiuſmodi mulier gerit typum illius, quæ dilecto ait: Veni in hortum meum, & dabo tibi vbera meã. Quæ vbera Prophetæ & Patriarchæ lactuerunt. *Ioannis 3.* *Exod. 2.* *Cant. 7.*

189 Cur Izahac magis diligebat Heſau, quàm Iahacob? Nónne, quia venabatur ore, vt habet veritas literæ? Pro quo mendoſa æditio habet, quia comedebat de eius venatione. Sed quid hoc in tam ſacramentali ſcriptura? An (vt myſteria tangamus) quia Pater ille ſanctus præuidebat, quòd ab Heſau deſcendere debebant Idumæi, quorum multi ore, id eſt, prædicatione venari debebant: vt de Nemrod dicitur, quòd erat robuſtus venator? Et hoc, quia Chriſtus in Idumæam extendit calciamentum ſuæ humanitatis, faciens Idumæos ſeminatores & venatores in Eccleſia: vt *Geneſ. 25.* *Ibidem 10.* *Pſa. 59. 107*

Mar.3. Marcus teſtatur,dicens:Et multa turba à Iudæa, Idumæa & trans Iordanem venerunt ad eum. An diligebat eum,quia ex eodem latere vnde & Izahac,aquilonari videlicet erat?

Geneſ.27 190 Cur Izahac petiit venationẽ ſyluestrem ab Heſau?Nónne quia ſylueſtria omnia Aquilonaria ſunt? ſicut & ipſe Izahac erat. Vnde ipſis nutriebatur,tanquam cibo cõuenienti.Hinc & vinum exegit,ac bibit,quod ex eodem fonte emanat.Abrahã verò ex loco oppoſito veniẽs (vnde fluit aqua ſupramundana)non vinum,ſed aquam hoſpitibus præparabat: quã & ipſe bibebat, vt Sapientes norunt.

Ibidem 191 Cur pro ſylueſtribus animalibus Rebecca præparauit hœdos, qui-*Matth.25.* bus Izahac libenter veſcebatur?Nónne,quia hœdi Aquilonares ſunt, & à ſiniſtra(teſte Chriſto,qui ait: Hœdos autem à ſiniſtris)& ex eodem fonte proueniunt,vnde & ſylueſtria:ſymbolúmque maximum habent cum ſylueſtribus indidem(vt dictum eſt)manantibus?Nam patres qui totam Dei ſedem perficere debebant, ſic diſpoſiti fuerunt: vt Abraham teneret Meridiem:Iahacob Orientem:Dauid Occidentem:Izahac autem Aquilonẽ. Vnde ſylueſtria,hœdi,& vinum(vt iam dicta repetam) prodeunt.Hinc ipſe Izahac dignoſcere neſciuit inter hœdorum carnem oblatam à Iahacob,& ſylueſtrem quam expectabat ab Heſau.

Geneſ.27. 192 Cur Izahac voluit benedicere Heſau? An, quia primogenitus erat? *Ibidem 25.* hinc adiiudicauit ipſi benedictionem competere. An quia diligebat eum (vt dicit textus ignarus horum ſacramentorum, quòd videlicet Iahacob melioris hominis typum gerens, præferendus eſſet Heſau, deteriorem figuranti?Nam & ſi Heſau benedicendus erat,non tamen adhuc tempus aderat,vt infrà dicemus.

Ibidem 27. 193 Cur Izahac,quamuis nollet benedicere Iahacob, benedictionẽ tamen ipſius confirmauit,dicens:Benedixíque ei,& erit benedictus? Nónne quia prius ignorabat ſacramenta(vt dictum eſt, ſed tandem illuſtratus à Deo, benedictionem datam confirmauit? Hinc non ab re ſcriptum eſt, *Ibidem.* quòd caligauerant oculi ipſius, quia ſecundum carnem adiudicabat dandam eſſe benedictionem Heſau,quæ Iahacob melioris hominis typum gerenti iure competebat.

Malach.1. *Roman.9.* *Theologi.* 194 Cur ſcriptum eſt,Iahacob dilexi,Heſau autem odio habui:cùm(teſte Paulo)nõdum nati eſſent,neque quicquam boni vel mali egiſſent? An (vt cõmunis eſt Theologorũ opinio) quia Iahacob ab æterno Deus prædeſtinauerat,& Heſau prǽſciuerat?An,quia odio habuit ad tempus,vt infrà dicemus?An,quia oderat odio habendum,hominem videlicet animalem,quem & nos odiſſe docuit Chriſtus, dicens: Qui odit animam ſuam *Ioan.12.* ſcilicet animalem in hoc mundo,in vitam æternam cuſtodit eam? Quod Heſau cõtigit,vt ſtatim referabimus.Nam corpus & animalis homo beatificabitur ſimul cum ſpirituali, ſi mundatus & in ſeruitutem ſpiritus redactus fuerit.

Geneſ.27. 195 Cur Heſau deſcribitur piloſus,Iahacob verò lenis?An id iuxta lite-*1. Cor.3.* ram intelligẽdum eſt?Sed nónne ait Apoſtolus: Non litera,ſed ſpiritu.Li-

tera enim occidit, ſpiritus autem viuificat? An igitur deſcribitur Heſau piloſus & hiſpidus, quia rigidam & aſperam habebat animam, ex fonte ſeueræ iuſtitiæ procedentē: Iahacob verò lenis, quia ex fonte gloriæ & pulchritudinis animam ſuſceperat benigniſſimam? An, vt innuatur quòd Heſau, i. homo animalis, diabolicus erat? Nam rebellis & aduerſans erat Iahacob, hominem ſpiritualem præfiguranti: שעיר Sahir enim Diabolum & piloſum ſignificat. An, vt denotetur ꝙ opera animalis hominis, quamuis videantur blanda & delectabilia, tamen poſtremò ſunt dura, aſpera, & mortifera? E conuerſo autem, opera ſpiritualis hominis ſunt lenia & ſuauiſſima, iuxta illud Chriſti: Iugum enim meũ ſuaue eſt, & onus meũ leue. *Matth. 11.*

196 Cur Heſau cum tota familia ſua pro habitatione montē Schir ſortitus eſt? An cùm שעיר & שעיר Schir & Sahir ſint idem vocabulum, & eandem habeant etymologiam (vt locus eſſet proportionatus locato) cōuenienter ſortitus eſt pro habitatione montem Schir? An, vt ibi reciperet influxum conuenientem? An id fuit in figuram, ad denotãdum quòd homines mali dæmoniaci ſunt, & totum commercium cum dæmonibus habent, immò filij Diaboli à Saluatore dicuntur. *Geneſ 36.* *Ioan. 8.*

197 Cur Heſau dictus eſt Edom, & pater Edom? An, quia ſicut ille ex inceſto natus dictus fuit Hamon, & pater Hamō: & ſicut Iahacob dictus fuit Iſrael, & pater populi Iſrael: ſic Heſau dictus fuit Edom, & pater Edō, i. populi Idumæi? An (vt meliora ſenſa referemus) quia Heſau ſignificat hominē animalē, qui Edom, i. rubeus vel ſanguineus dicitur: cuius filij cùm ſint ei ſimiles, eodem nomine quo & pater, appellantur? iuxta illud Apoſtoli: Primus homo de terra, terrenus, ſecundus homo de cœlo, cœleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes. *Geneſ. 36. 19. 32.* *1. Cor. 15.*

198 Cur Izahac vt eiulantem filium conſolaretur, partē benedictionis dedit ei, dicens: In rore cœli, & in pinguedine terræ deſuper erit benedictio tua? Quomodo eadem portio ambobus ſibi inuicem contrariãtibus competere potuit: & cur aliam quoq; benedictionis partē ei non tribuit? Non quippe congruum erat, neque poſſibile, quòd vterq; alteri dominaretur: neque frumento & oleo, quæ ex auſtrali parte proueniunt, ſtabiliri potuit ille, qui totus Aquilonaris erat. Pinguedo autē terræ (per quã inintelligitur panis vitæ) cum rore cœli, i. gratia Spiritus ſancti, vtrique, ſcilicet homini ſpirituali & animali tribui potuit, ſicut re ipſa ſit. Cùm panis ille vitæ, toti homini tribuatur ſumendus, vt inde vterq; homo proficiat, & ipſe panis ſit in ſalutem animæ & corporis, dummodò dignè ſumatur. *Geneſ. 27.*

196 Cur Izahac Heſau dixit: Viues in gladio tuo, quouſque excutias iugum fratris de ceruicibus tuis? Nónne in gladio, vel arcu ſuo viuit ille, qui ſecundum vires proprias operatur, vt Hieronymus ait: Hinc Iahacob moriens dixit Ioſeph: Do tibi partem quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo. Et alibi: In baculo meo tranſiui Iordanem. Senſus itaq; eſt. Tu homo animalis viues ſecundum proprietates animales, & ſeruies fratri tuo, i. ſpirituali homini, obediens ei, quouſque excutias iugum eius de collo tuo, i. libereris ab eius dominio. *Ibidem* *Hiero ſuper Geneſim homil. 49.* *Gen. 48. 32*

2. Par. 28. 200 Heſau quando liberatus fuit ab illo ſeruitutis iugo? An fortè, quā-
do Idumæi percuſſerunt multos ex Iehuda,& prędam magnam cœperūt,
vt in libro Paralipomenon legimus? An,vt verum ſenſum tangamus)tunc
excutitur iugum ſeruitutis ab homine animali,quando in ſe mortificatus
Gal. 2. viuit homini ſpirituali? iuxta illud Apoſtoli: Viuo autem, iam non ego:vi-
1. Cor. 15. uit in me Chriſtus. An liberabitur,quando(vt idem Apoſtolus docet)ani-
male ſurget ſpirituale? An(vt ad allegoriam veniamus) id fuit in aduentu
Marc. 3. Chriſti,qui (teſte Marco) vocauit tam Idumæos quàm Iſraelitas, ac reli-
quas mundi nationes,ſeruos omnes libertate donans, ac filios regni faci-
Gal. 4. ens? iuxta illud ipſius Apoſtoli: Qua libertate Chriſtus nos liberauit. Et a-
Coloſſ. 1. libi: Qui eripuit nos(pater videlicet)è poteſtate tenebrarum,& tranſtulit
in regnum filij dilectionis ſuæ.

201 Cur enarrantur multi duces & principes qui emanarūt ab Heſau?
Geneſ. 36. An,quia Deus ab initio ſtatuit malum contra bonum? ſicut in Eccleſiaſti-
Eccleſ. 33. co legimus. Vnde Triſmegiſtus & Plato dixerunt duos eſſe crateres, alte-
Triſmeg. Plato. rum ſuperiorum ac meliorum rerum, alterum verò inferiorum ac dete-
riorum rerum: quarum alteræ alteris correſpondent: hinc ſicut melioris
hominis,Iahacob videlicet, progenies in duodecim principes ac familias
diffuſa deſcribitur: ſic & deterioris hominis, ſ. Heſau familia in multos
principes creuiſſe enarratur. Verùm illa ordine quodam mirabili,hæc au-
tem confuſo quodam modo,vt rerum inferiorū moris eſt: De quibus Iob
Iob. 10. ibi nullus ordo,ſed ſempiternus horror inhabitat. An,id factum eſt,vt cō-
Geneſ. 12. pleretur quod Abrahæ dictum fuerat: Faciámque te in gentem magnam?
collectam videlicet ex omni familiarū genere,vt omnium quodammodo
pater eſſet.

202 Cur duces Heſau deſcribuntur nunc per ternarium,nunc per qua-
Ibidem 36. ternarium, nunc per ſeptenariū,nunc per octonariū numerum:tandémq;
terminantur in vndenariū,numerum ſatis infauſtum? Nónne(vt diximus)
quia inferiora & deteriora debito ordine carēt? Et quamuis hîc innuatur
bonum ſemen & ex alto proueniens per ternarium:denotatur tamen ele-
mentare per quaternariū,& per ſeptenariū ex vtroque mixtum: & per o-
ctonariū,bifarium elementarē. Concluditur autem per vndenariū infau-
ſtū, vt innuatur quòd familia illa ſit infauſta & infœlix,quouſq; iugo ſer-
uitutis ſubiacet,à quo quidem iugo liberanda eſt ex alto, ſicut in ſe habet
illud ſemen ex alto proueniens. Verùm ſeruituti obnoxia debet eſſe,quo-
uſque expurgetur illud ſemen terreum ac deterius,& cœleſtis efficiatur.

Apoc. 7. 203 Cur ſignati ex familia Iſrael per duodena millia deſcribūtur? Nón-
ne deſcribi debebat familia illa fertiliſſima per duodenarium, numerum
Pla. in 6. de lege. primò creſcentem? Quo quidem numero cœlum & cœleſtia multa(vt e-
tiam Plato aſſeuerat)deſcripta fuerunt. Complicatur autem per millena-
rium,numerum quippe diuinitatis(vt alibi dictum eſt) vt innuatur,popu-
lum illum eſſe diuinum,diuinóque fauore tantùm creuiſſe,quantum mil-
lenarius diuinus excedit duodenarium naturalem. Nec enim Deus dedi-
gnatur agere nobiſcum portione longè ampliori.

204 Quomodo tam citò creuit familia Iſraelitica ex duodecim filiis Iahacob? An ex virtute duodenarij numeri primò creſcentis: quo præcipuè ordine diuino,diſtributa erat familia illa diuina? An quia ſuſcipiebat totũ influxum duodecim ſignorum cœli? ſicut patet ex caſtrametatione, diuina ordinatione ad aſpectum ſignorum facta: vt ex libro Numerorum diſcere poſſumus,immò ſuſcipiebat influxum ab angelis ipſi præſidentibus, & à virtute nominis diuini in eadem ſigna,duodecim ſuis reuolutionibus (vt alibi dictum eſt)influẽtis. Hinc non ſine cauſa dixit Deus Izahac: Multiplicabo ſemen tuum,ſicut ſtellas cœli. *Geneſ.35.* *Nume. 2.* *Geneſ. 26*

205 Cur Iahacob fugiens à facie Heſau , iubente patre profectus eſt in Padan Aram? An quia recedens à natali ſolo,nullum tutiorem acceſſum, quàm ad regionem maternam,habere potuit? An,quia ſymbolum habebat regio illa Aramæa cum Hebræorum familia? Nam ex nullo loco poterant ducere vxores magis ipſis conformes. Hinc tres illi patres, Abrahã videlicet,Izahac & Iahacob inde ſuſceperunt vxores. Et id quouſque familia illa in vtroque ſexu aucta fuit: adeò vt ex ipſa vxores ſuſcipi poſſent. An Iahacob iuſſu patris illuc ſe contulit: vt nullo pacto coniugem Chananæam ſuſciperet,ſicut præceperat ei pater. *Ibid. 28.* *Ibidem*

206 Quænam fuit ſcala quam Iahacob vidit in Betel, & cur in ſomnis eam vidit? An fuit ſcala illa de qua Propheta canit. Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit? Quæ ſcala forſitan erat triginta duorũ graduum,quot reddit in numero nomen cordis apud Hebræos:quod dicitur לב leb: ſicut aliqui opinantur. An ſunt triginta duæ ſemitę,de quibus Abraham in libro de formatione? An ſunt triginta duo gradus virtutis, de quibus ſubinfert idem Vates,ibunt de virtute in virtutem? Nam totus ille Pſalmus incipiens. Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum (vt opinor)pertractat de myſteriis peractis in Betel, quæ domus aut tabernaculum Dei dicitur. Illuc enim aſcendũt angeli,vel pulchræ formæ (vt Ioſephus inquit) portantes opera & orationes noſtras corã Deo(vt de ſeipſo Raphael Tobiæ perhibuit) & inde deſcẽdunt,ad nos diuinos influxus deferentes: hãc autem ſcalam Iahacob vidit in ſomnio,quod eſt primus gradus viſionis, veluti non adhuc bene initiatus in reuelationibus diuinis. *Geneſ.28* *Pſalmo 83.* *Abraham* *Ioſephus.* *Tobiæ 12.*

207 Cur paciſci voluit Iahacob cum Deo , dicens : Si fuerit Dominus mecum,& quæ ſequuntur? An fortè,quia voluit inde ſe conſtituere mercenarium ſeruum Dei? Sed,non quippe commendabilis fuiſſet huiuſmodi ſeruitus. An igitur,quia non ignorabat regulam à Deo Moſi poſtea datam. Quòd videlicet ſi euenerit,quòd quiſpiam in nomine Domini locutus fuerit,Dominus ei loquutus eſt:& è cõuerſo? Hinc(cùm omnium viſionum incertiſſima ſit illa,quæ per ſomnium habetur)dixit Iahacob: Habebo te , quicunque es,qui mihi loquutus es) in Deum:ſi euenerint,quæ promiſiſti. Propterea reuertẽs,cùm iam omnia cõprobaſſet, obtulit Deo ſacrificium in Betel. *Geneſ 28* *Deut.18.* *Geneſ. 35.*

208 Cur Iahacob inuenit Rachelem ad fontem? An id fuit caſu,vt textus innuere videtur? An(vt altius conſcendamus) quia Iahacob inuenit e *Ibidem 29.*

debuit ad fontem aquarum viuentium Rachelem, quæ ouem ſignificat: & eſt mater omnium ouium, in dextera ſummi iudicis reponendarum? Nec enim alibi reperiri debuit mater, filiorum vitæ, quàm apud fontem vitæ. Quæ quidem mater aut ouis eſt, vel vita cõtemplatiua (vt aiunt) vel mater illa filiorum exultans: de qua ſecretiores Theologi diffuſè pertractant. Ob cuius connubium tam ardẽter ſeruiuit Iahacob, non voluptate carnis allectus, vt nonnulli malè opinantur. Hæc eſt enim illa ſponſa, de qua tot tantáque dicũtur in Canticis, vt ipſorum declaratio volumen immenſum exigeret.

Secret. theol.

209 Quẽ lapidẽ Iahacob amouit à puteo, & quomodo? nõne (vt ſacramenta expeditè referemus) lapis iſte eſt cor perſeuerãtis in malo? iuxta illud Iob: Indurabitur cor eius quaſi lapis. Vnde in Ezechiele dicitur: Auferam à vobis cor lapideum. Quod quidem cor ſic induratum impedit, ne hauriri poſſint aquæ vitæ. Quemadmodum erat ante hanc familiã, cuius gratia amotus fuit lapis, & data ei aqua ſapientiæ legalis, cultus diuini, & multiplicium gratiarum. Quam quidem aquam Chriſtus obtulit, dicens: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Et quòd huiuſmodi lapis amotus fuerit à Iahacob, ipſe Chriſtus apertè innuit, dicens: Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Nam Iahacob, Iſrael appellatus eſt. Amouit autem ipſe Iahacob hunc lapidem, liquefaciendo, iuxta illud Prophetæ: Mittit cryſtallum ſuam ſicut bucellas.

Geneſ. 29
Iob 41.
Ezech. 36.
Ioan. 7.
Matth. 15
Geneſ 32.
Pſalmo 147

210 Cur Rachel pulchra, Lea verò lippis oculis deſcribitur? An, quia pulchra erat mater illa, & ſponſa (de qua nuper diximus) vt in Canticis canitur: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te? Nam veniebat à pulchro, à quo omnia pulchra. De quo pulchro ſciſcitabatur Socrates ab Hippia. Lea autem Aquilonaris, quamuis fœcundior, tamen aliquantiſper deformis erat. An quia per Rachelem (vt ſuprà dictum eſt) intelligitur vita contemplatiua, cui ſeruiens pulcher & ſuauis eſt: per Leam verò vita actiua deſignatur, quæ licet fœcunda ſit, lippientes tamen oculos habet? cùm diuina clarè contemplari nequeat, ſicut contemplatiua anima, quæ volat ad ſuperna veluti columba.

Geneſ. 29
Cant. 4.
Plat. in hippia minori.

211 Cur Iahacob ſuppoſita fuit Lea pro Rachele? An, vt maior prius nuptui daretur, iuxta morẽ patriæ, vt in textu dicitur? An (vt myſteria tangamus) id fuit in morale documentum eorum qui Deo ſeruire cupiunt? Hi enim (iuxta priſcorum patrum ſanctionem) debent addici prius vitæ actiuæ, per Leam figuratæ: quàm cõtemplatiuæ per Rachelem deſignatæ. Ad contemplatiuam verò non debent accedere, niſi bene initiati: in vita actiua videlicet, quæ fœcundior & vtilior eſt, vt etiam Theologi conueniũt. Hinc enumerantur ſex filij Leæ, Rachelis autem duo tantummodò: quãuis contemplatiua ſit iucundior, & (teſte Chriſto) melior. Vnde & Iahacob Deo plenus ipſam appetiit, & pro ea ſeruiuit. Et ideò triſtabatur, quia ex illa iucunda ad laborioſam deiectus fuerat: hinc amore illius allectus ſeptem adhuc annis ſeruiuit.

Geneſ. 29
Tho. ſecunda ſecunda.
Lucæ 10

212 Cur Iahacob duarum ſororum connubio non contentus, etiam an-

Geneſ. 30.

cillis commiſcuit? An hæc carnis petulantia ſine myſterio deſcripta fuit? An id factum fuit, vt ex quatuor mulieribus ex quatuor aſpectibus cœli prouenientibus ſuſciperet patres & principes electæ Dei familiæ? Hinc ipſi caſtramerati ſunt ad quatuor cœli aſpectus, iuxta quadruplicẽ ſignorũ ternarium. *Numer. 2.* Aſpectus enim ipſorum duodecim ſignorum tres ſunt Orientales, tres Occidentales, tres Auſtrales, & totidem Aquilonares. An (iuxta ea quæ ſuperius diximus) quia vnaquæque vita habet ancillam ſuam, cũ qua oblectari licet? Habet enim contemplatiua, diuinarum rerum contẽplationem: quæ domina eſt, & cõtemplationem rerum creatarum, vt inde ad Deum conſcendat: & hęc eſt ancilla. Habet quoque actiua opus factum in Deum, quod vicem dominæ gerit, & opus factum in proximum propter ipſum Deum quod ancillæ nomen ſortitur.

213 Cur Iahacob primò coniungitur cum ancilla Rachęlis, poſtea cum domina? *Geneſ. 30.* è contrario autem, prius cum Lea, deinde cum ancilla? Nónne id magno ſacramento factum eſt? Nam contẽplatiuus nondũ initiatus radios ſupramundani ſolis ſufferre nequit: hinc vt aſſuefiat, neceſſe eſt prius contemplari creaturas, vt inde ad Deum cõſcendat, corroborato meliori oculo. In actiuis autem operibus primum obiectũ eſt ipſe Deus, propter quem primò, & circa quẽ vnuſquiſque operari debet: deinde verò in proximum propter ipſum Deum dirigenda eſt actio. Et quia actiuus aliquando verſatur circa ipſum Deum, aliquando autem circa creaturã agit: iccircò Iahacob nunc cum domina, nunc cum ancilla ipſius operatur. Prius autem cum domina, deinceps cum ancilla miſcetur.

214 Cur Rachel poſt omnem Leæ partum, peperit filium, & vocauit ipſum Ioſeph? *Ibidem* Nónne (vt expeditiùs ad ſacramẽta veniamus) quia (ſicut dictum eſt) perficere primò debet homo opus vitæ actiuæ, & poſtea contẽplatiuæ debet operam nauare? Vocauit autem ipſum Ioſeph, i. augmentũ ad vitam actiuam, ipſam præſupponens. Hinc melior eſt portio vitæ contemplatiuæ, quia iam opera & merita actiuæ præſupponit. Et hoc de eo intelligitur, qui primò actiuæ vitæ, deinde contemplatiuæ inſeruit. Nam ille qui in vtraq; ſimul verſatur, non vna tantũ parte, ſed tota ſimul gaudet. Et hæc eſt perfectior vita, quàm quælibet pars ſcorſum. Et hãc coluit Chriſtus & Apoſtoli, omnéſq; viri vitam Apoſtolicã verè proſequentes. *Geneſ. 30.*

215 Quas mãdragoras inuenit Reuben in cãpo, à Rachele adeò concupitas? Nonne mãdragora frigida cõceptui & partui inimicatur? Inepta eſt igitur cõmunis æditio, habens pro דודאים dudaim mãdragoras: cùm lilia exponere debuiſſent interpretes. Lilia enim calida ſunt, & cõceptui valdè *Cantic. 7.* propitia. Eiuſmodi quoque error habetur in Cãticis, vbi dicitur: Mandragoræ dederunt odorẽ, cùm non ſit propriũ mandragoræ odorẽ reddere. Lilia itaq; adinuenit Reuben, i. viſionis aut videns filius, in campo illo de quo ſcriptũ eſt: Saturabuntur ligna campi. *Pſalmo 103.* Pro quo veritas Hebraica habet, Adonai. Idẽ enim eſt campus, quod ſylua illa ſupramundana, in qua plantatæ ſunt cedri Dei. Quorũ quidem liliorum odorẽ ſentiens diuina illa Rachel (vt dictum eſt) illum ſibi congeneum odorẽ ac florẽ appetiit.

Geneſ.30. 216 Cur Rachel tam ſolicitè curauit ſibi dari lilia illa? An, q̃a propitia
Dioſc.c.64 conceptui?Et præcipuè oleum ex ipſis confectum, ſuáque arte compoſitum: vt Dioſcorides longo ſermone diſſerit, dicens quòd vuluæ duritiem mollit, contractionem laxat, & mulierũ vitiis occurrere ſolet. An(vt meliora ſenſa tangamus) illa quæ videns principium interpretatur, curauit
Cant.1. habere partem liliorum aut odoris, de quo dicitur. In odorem vnguento-
Geneſ.8. rum tuorum currimus? An odorem quem reddunt Deo ſacrificia & bona opera? ſicut ſcriptum eſt: Odoratúſque eſt Dominus odorem ſuauitatis.
1.Cor.2. De quo etiam Paulus ait: Chriſti bonus odor ſumus. Quem odorem Lea reddiderat Deo, producens primum fructum ventris. Ideò dicitur quòd Reuben primogenitus ipſius Leæ inuenit lilium, id eſt, odorem in agro cœleſti: quem & Rachel deſiderabat, per conceptum videlicet filiorum.

217 Cur Rachel propter lilia ceſſit virum ſorori? Nónne, quia ceſſit
Geneſ.30 carnali copulæ propter odorem cœleſtem, ſeu meliorum operum, Deo oblatorum? Quod minimè de mandragoris intelligi poteſt, quæ malæ ac venenoſæ ſunt, vt Dioſcorides longo ſermone proſequitur. Hinc & An-
Dioſcor.c. 688. et 689 draclon ipſa mandragora dicitur, quia frangit & occidit hominem, quã-uis alij velint dici Andricelon ab hominis effigie. Quod falſum experientia comprobamus, niſi fortè intelligatur de alio mandragoræ genere: quam circeam vocant, cuius radix amoribus deſeruit. Huius tamen fœminea radix (vt ipſe Dioſcorides proſequitur) paſtoribus eam mandentibus, grauedinem capitis affert, & ſtuporem inducit. Similiter & de alio mandragoræ genere, quod morion dicitur, ait, quòd illius dragma in potu, vel offa, aut obſonio ſumpta dementiam inducit. Non igitur pro tali peſte Rachel ceſſit ſorori maritum: ſed, vt interim melioribus rebus vacaret: vt dictum eſt.

Geneſ.32 218 Cur dixit Iahacob. In baculo meo tranſiui Iordanem? An, vt indicaret, quàm pauper in Meſopotamiam venerat? Sed mirum videtur, quod pater ditiſſimus, & mater, quæ ipſum tantopere diligebat, dimiſerint eum cũ ſolo baculo. Sed nónne ſatis ei donarunt, dantes baculum, i, virtutẽ, qua ſibi facilè omnia comparare poſſet? Nam (vt habetur in libro qui
Porta lucis. Porta lucis inſcribitur, & prius à Zohar reſeratum eſt) baculus iſte, eſt
Zohar. ſons vel puteus dictus Berſabah, effoſſus & acquiſitus ab Abraham, datúſque Izahac, & deinde Iahacob, quo facilè omnia ſibi cõparare poſſet: Hinc כל col, id eſt, totum vel omnia dictus eſt. De quo loquens Iahacob
Geneſ.33. cum Heſau, dixit: De toto, vel de omnibus dedit mihi Dominus. Vel(vt habet vulgata æditio) Deus dedit mihi omnia. Quod donum nunc vo-
Exodi 4. cat baculum, ſicut virtus faciendi miracula, Moſi collata, dicta fuit virga.

Geneſ.30. 219 Quomodo Iahacob arte virgarum diuerſicolorum ſibi tam grande peculium comparauit? An id arte magica effectum eſt? Sed abſit hoc à tanto viro. Nec enim potuiſſet Iahacob in hac arte cõtendere cum Labã
Zohar Aramæo, omnium Orientaliũ(vt Zohar perhibet) celeberrimo mago. An igitur diſpoſitione quadã naturalium rerũ conueniẽti attrahebat diuina?

Sicut enim cum ſacramento aquæ & verbi attrahitur virtus illa vel gratia baptiſmalis: quæ hominem meliorem lauat & purgat: & ſicut Moſes percutiēs puluerem terræ eduxit Cyniphes vel pediculos (vt habet veritas literæ) ſic Iahacob huiuſmodi obſeruationibus non perperam ſed ſapienter vſus diuinum influxum excitauit. Exo.8

220 Cur Iahacob vſus fuit virgis caſtaneis, amygdalinis, vel auellaneis & populeis ſemidecorticatis? An, quia huiuſmodi virgæ præſtigioſæ ſunt præcipuè auellaneæ? De quarum virtute non eſt dicendum in præſenti. Semidecorticatæ autem reddebantur variç: vt ex illa imaginatione in hora ſpermatici caſus, & feruēſcēte voluptatis æſtu, oues varios fœtus conciperent. Sicut etiam mulieribus euenire ſolet. Vnde Quintilianus ex Æthiopis imagine, in pariete tori pendente, ſumpſit: vnde defenderet matronam: quç Æthiopem pepererat. Pari modo & Hippocrates tutatus eſt aliam mulierem: quæ filiu ædiderat elegatiori & pulchriori forma, quàm imago parentum exigebat. An, quia hæc requirebantur (vt nuper dictum eſt) pro ordinaria ſuperni influxus attractione? Gen.30 Quintili. Hippocra.

221 Cur Laban toties Iahacob ſortem mutauit? An, quia malus, addictus erat mutationi: vt de Chain legitur? Hinc Ieremias ait. Peccatum peccauit Ieruſalem: propterea inſtabilis facta eſt. Et Sapiens. Stultus, vt Luna mutatur. An, quia omnem (vt aiunt) lapidem mouere voluit? an id diuina prouidentia factum eſt: vt intelligatur, quòd non eſt prudentia, neque conſilium ſiue aſtutia contra Dominum? Sicut idem Sapiens perhibet. An decies mutauit (ſicut ei dixit Iahacob) vt decem gradus incantationum, quibus ipſe pollebat, contra ipſum experiretur: vt etiam Zohar aſſerit. Geneſ.31 & 4 Thre.1 Eccle.27 Pro 11 Gen.31 Zohar

222 Cur ad omnia peracta in Chanaan, & fugam in Aram Rebecca mediatrix fuit? Nónne quia Rebecca diligebat ipſum Iahacob: vt in textu dicitur? Sed cur ipſum potius diligebat, quàm Heſau? an, quia Rebecca, quæ interpretatur, multum accœpit, plus luminis habuit à Deo tunc, quàm vir eius: vt præeligeret diligendum? An, quia ſpiritus (teſte Chriſto) ſpirat vbi, & quando vult: & multoties (vt Sapiens ait) cum ſimplicibus eſt ſermocinatio eius? An (vt Sapientes antiquos ſequamur) quia Rebecca ſignificat illud ſupremum & diuinum donum (quod copulatum cum Abraham dictum fuit Sarach: cum Izahac Rebecca: & cum Iahacob Rachel? Quod quidem diuinum dirigit nos in bonum, & ad optima ſemper deprecatur: nec vnquam errat. Gen.27 Ibid.25 Ioan 3 Pro.3 Ant. Sap.

223 Cur Rebecca ſuaſit Iahacob: vt ea calliditate ſurriperet paternam benedictionem? An, quia ambo neglexerunt peccatum mendacij: modò fierent voti compotes? Sed abſit hoc à muliere & viro tam ſanctis. An igitur non mentiebatur Iahacob: cùm iam primogenitus eſſet? Nam Heſau primogenituram ei vendiderat. Sed nónne dixit ſe eſſe Heſau? Non quippè interroganti patri, an eſſet filius eius Heſau: dixit ſe eſſe Heſau: ſed tantùm reſpondit. Ego ſum, ſcilicet ille: cui de iure competit benedictio: quam tu intendis dare primogenito. Gen.27 Ibid.25 Ibid.27

Ibidem 224 Peccauít ne Iahacob tegendo collum & manus: & adeundo pa-
Lucæ 8. trem loco fratris? Nónne Chriſtus etiam ſimulauit ſe longius ire? Nec e-
nim eſt propriè mendacium, neque damnabilis ſimulatio: niſi abducat à
Deo,& adhærere faciat Diabolo. Si bene nos Chriſtus docuit, dicẽs. Dia-
bolus mendax eſt: & pater mendacij. Hinc adhærens ei mendax efficitur.
Siquis autem aliquid ſimulat, vt opus Dei perficiat, mendacium non com-
Ioannis 8. mittit. Alioquin mendax fuiſſet ipſe Chriſtus: quando ſimulauit ſe hor-
Ibidem 20. tulanum & peregrinum, & manducauit veluti viator. Et ſi quid erroris
Lucæ vlti. aut peccati commiſit Iahacob: debitas pœnas luit: quando oblata fuit ei
Geneſ. 37. veſtis Ioſeph, hædi ſanguine intincta. Nam valde doluit figmento illo fi-
liorum.

225 Cur Rebecca ſponte ſe obtulit ſuſcepturam pro filio maledictionẽ:
Ibidem 27. ſi Izahac dediſſet? An, vt maternum affectum in filium oſtenderet? Nam
mater ſemper eſt parata multa incommoda ſubire pro filio. An, quia ab
eodem ſpiritu, qui hæc omnia ei ſuggeſſerat, certior facta fuerat, quod I-
zahac nullam Iahacob maledictionem inferret? Accedente ad hoc oracu-
Ibidem 25 lo, quo ei dictum fuerat. Duæ gentes ſunt in vtero tuo: & duo populi ex
vtero tuo diuidentur: & maior ſeruiet minori. Et quia hoc latebat ipſum
Ibidem 27 Izahac: ideò cæcus deſcribitur.

226 Cur Rachel, pro tempore ſterilis & infœcunda fuit? An, cum aliis
Ibidem 30 muneribus, pulchritudine videlicet & huiuſmodi, dotata eſſet, diſtulit
Deus fœcunditatem ei dare? An, in pœnam mariti, & aliorum exemplum:
ne quis in vxore ducenda pulchritudinem præferat? An, cùm gereret typũ
vitæ contemplatiuæ (vt dictum eſt) diſtulit Deus fœcunditatem ipſius: vt
actiuæ fructus præcederent?

227 Cur Rachel mortua eſt in partu Beniamin? Nónne (vt ad allego-
Ibidem 35 riam expeditius accedamus) quia, cum homo deuenit ad faſtigium con-
Gal. 2. templationis, moritur ſibiipſi: & viuit Deo. Iuxta illud Apoſtoli. Viuo au-
tem, iam non ego: viuit verò in me Chriſtus. Vocatur autem partus iſte, fi-
lius doloris: immò mortis hominis animalis: & filius dexteræ & gaudij
hominis ſpiritualis.

Geneſ. 31 228 Cur Rachel furata eſt idola patris Laban: & quæ? An, vt ditaretur
ex auro, & argento ipſorum idolorum? Sed quomodò tam ſancta mulier
id fecit? An, vt patrem ab idolatria dimoueret? Sed nónne alia idola erigere
Zohar facilè potuiſſet? An igitur (vt Zohar aſſerit) idola illa, Teraphim denomi-
nata, erant imagines quædam, quibus Laban, omnium orientalium Ma-
gorum celeberrimus, diuinabat, ligabat & offendebat hoſtes? Hinc ea fu-
rata eſt Rachel: ne citò cognoſceret, quò iuiſſent: & ne per illas imagines
aliquid mali inferret eis, qui tanquam hoſtes furtim receſſerant. Et quia in
Gen. 31 ipſis tota vis Laban poſita erat: Ideò dixit. Furatus es cor meum. Vbi vul-
gata æditio tantum habet: vt clam me abigeres filias meas.

229 Peccauít ne Rachel furando idola: & cur abſcondit ea in clitella
Ibidem Cameli? Nónne ſicut peccat, qui dat gladium in manu furioſi in alterius
detrimentum: Sic non peccat: immò bene & ſapienter agit, qui aufert in-

ſtrumentum maleficij è manu malefici? In clitella verò Cameli, animalis immundi, velut in loco conuenientiſſimo, idola immunda abſcondit. Nec mentita eſt dicens ſe pati muliebrem immunditiam: cum forſitan eius tẽpus adeſſet. Erat quoque immunda, quia contrectauerat idola immunda: & ſuper ipſis ſedebat.

230 Quod iuramentum fecerunt Iahacob & Laban in monte Gilahad? Nónne (vt in textu habetur) pactum fecerunt & iuramentum, ne alter ipſorum tranſiret montem illum in damnũ alterius? Et quia in robur ipſius iuramenti Iahacob erexit lapidem, id eſt fidem rectam: ideò ſequitur in titulum. Cum quo lapide etiam lapidum aliorum congeſſit aceruum, id eſt multos congeſſit teſtes: aut ſupramundanos, quos Abraham per ſeptem agnas (vt ſuprà dictum eſt) figurauerat: aut angelos illos quàmplurimos: qui ipſius familiæ præſidebant. Hinc vocauit montem illum גלעד Galehed: qui poſteà mutatis punctis dictus fuit & nũc dicitur גלעד Gilehad. Laban autem lingua Aramæa vocauit ipſum יגר שהדותא iegar Sahaduta. Quod idem ſignificat. *Ibidem 31.*

231 Quæ caſtra vidit Iahacob in via poſtquam à Laban receſſerat? Nónne (vt in textu dicitur) vidit angelos Dei? Sed qui angeli erant ij. An illi qui ipſum comitabãtur: quos videre nemo poteſt, niſi benè initiatus: & qui oculos benè expurgatos habet? Hinc videre nequibat Giezi caſtra illa angelorũ, quæ videbat Eliſæus: quouſq; expurgati & aperti fuerunt ipſius oculi: vt in quarto Regum volumine legimus. An erant angeli, miniſtrantes ei: qui cum ipſo Iahacob luctatus poſteà fuit? *Ibidem 32* *4. Reg. 7*

232 Quis luctatus fuit cum Iahacob? An fuit ipſe Deus vnicus? Sed nónne ridiculum videretur, quod Deus luctatus fuiſſet cum homine: & ab ipſo deuictus, veniam pro receſſu petiiſſet? Et in hunc errorem prolapſi fuerunt ij, qui non aduerterunt, quod nomen Elohim tam angelos quàm Deum ſignificat: vt hic interpretari neceſſe eſt. An igitur (vt Sapientes aſſerunt) angelus Heſau fuit, qui dolẽs de primogenitura & benedictione ab ipſo Heſau ſublata procurabat illas eripere à Iahacob: vt Heſau ſibi credito redderet? Et hoc fuit certamen ipſorum. Verum, cum huiuſmodi primogenitura & benedictio ad ipſum Iahacob iure deueniſſent, in certamine triumphauit: & hinc ab eo benedictionem petiit: ne videlicet illas iam ſibi æquo iure conceſſas amplius eripere ſatageret. *Geneſ. 32* *Sapientes.*

233 Cur dixit is, qui cum Iahacob luctabatur. Si contra Deũ fortis fuiſti: quantò magis cõtra homines præualebis? Nõne ridiculum eſt, ꝙ Iahacob fortis fuerit cõtra Deũ: contra quẽ (teſte Sapiẽte) non eſt cõſilium, neque fortitudo? Fortis itaque fuit cõtra angelũ Heſau: quo ſuperato proculdubio præualere debebat cõtra illũ, quẽ ipſe angelus tuebatur. Iuxta regulã ab antiquis Theo. ſummopere celebratã: quæ hinc inde ex ſcriptura elicitur: ꝙ nullus ſuperari poteſt, niſi deuicta & amota pri⁹ ipſius intelligentia. Hinc Moſes colliſit omninò, intelligẽtiã Ægypti, anteq̃ Ægyptios proſterneret. Et Dauid, anteq̃ deuinceret Goliat, amouit ab eo cuſtodẽ ipſius, virtute nominis diuini. Propterea dixit. Ego venio ad te in noĩe domini. Sic *Geneſ. 32* *Prouerb. 21* *Theo. anti.* *Moſes.*

Chriſtus. Chriſtus, volens ſubiugare mundum, prius foras principem eius eiecit.
Gen. 32. 234 Cur angelus ille dixit. Dimitte me, quia aurora eſt? An recedere volebat, vt pergeret ad perſoluendas laudes matutinas: vt nonnulli dicunt? Quod angeli facere conſueuerunt. Iuxta illud Iob. Cùm me laudarent aſtra matutina: & iubilarent omnes filij Dei. An hic cuſtos Heſau erat vnus ex principibus obſcuris: qui magis præualent in tenebris, quàm in luce:
Iob 38. immò illam timent? Iuxta illud eiuſdem Iob. Si apparuerit aurora, arbitrá-
Ibidem 24. tur vmbram mortis. Cui adſtipulatur Vates, canens. Ortus eſt ſol, & con-
Pſal 103. gregati ſunt: & in cubilibus ſuis collocabuntur. Hinc cognoſcens virtutem Iahacob totam Solarem, & ſuam tenebrarum dixit. Dimitte me, quia aurora eſt. Quaſi diceret. Si te in nocte non vici: multò minus vincam in aurora & luce.

Gen. 32. 235 Cur angelus ille dixit Iahacob. Vocabitur nomen tuum Iſrael: & quid hoc importat? An vocatus ſic fuit ab ipſo angelo? An is prænunciauit, quod futurum erat: quod videlicet à Deo vocari debebat Iſrael? Sicut habetur infrà, capite trigeſimoquinto. Sed quid ſignificat Iſrael? An vidé-
Ibidem 35. tem Deum? An (vt Hieronymus optimè ſentit) interpretatur princeps
Hierony. aut hæres Dei à ירש Iaras: quod eſt hæreditauit, & אל el Deus? Nec enim in verbo videns, quod eſt ראה Roe, & in verbo Deus, quod eſt. אל el, reperitur ש Sim. Huius igitur nominis ſenſum eſt, quòd ipſe fuit princeps & mili-
Mat. 15. tans pro Deo, & hæres Dei. Hinc dixit Chriſtus. Non veni, niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael, id eſt domus militantis pro Deo. Iuxta illud Apoſtoli. Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Aut domus eo-
2. Tim. 1. rum, qui conſtituti ſunt hæredes Dei. De quibus idem Apoſtolus. Hære-
Roman. 8. des quidem Dei: cohæredes autem Chriſti. Venit enim redemptor pro omnibus iis, qui Deo militant: & qui hæredes cœli conſtituti ſunt.

236 Qua arte, quóue dono Iahacob ſtuduit placare Heſau? Etſi Deus tutabatur Iahacob, multáque ei promiſerat: & patris ſententia à Spiritu ſancto dictata, ipſius Heſau dominus conſtitutus fuerat: naturalia tamen
Geneſ. 27. media ſpernere noluit. Munera enim præmiſit: quæ nedum homines, verũ etiam Deos placare ſolent. Iuxta illud, munera (crede mihi) placant homi-
Ouid. néſque, Deóſque. Et hæc munera miſit in numero placatiuo & amoris ſci-
Geneſ. 32. licet ducentenario & vicenario: vt notum eſt iis, qui vim numerorum norunt. Nam ſicut numerus ipſe bis reuolutus per reuolutionem, quam He-
Hebræi bræi Ghilgul appellant, reuertitur in ſeipſum: Sic amor egreſſus in amatum, quærit reuolutionem amati in amantem. An, quia ſicut in ducentis & viginti coniunguntur duo cẽtenarij, numeri videlicet corporei, & duo-
Porta lucis. denarij, pertinentes ad Spiritum ſanctum: (vt habetur in libro, qui Porta lucis inſcribitur) Sic in amantibus requiritur: vt appetitus animales & ſpirituales coniungantur.

Geneſ. 33. 237 Quo ominè Iahacob adorauit Heſau ſepties? An malo omine: vt ſomniant aliqui Hebræi, dicentes quod errauit Iahacob, & in perniciem populi ſui id fecit? Falſò enim autumant, quod per adorationem illam, denotare voluerit ſubiectionem, quam ſufferre debebat populus Iſ-

raeliticus apud Idumæos, id eſt Chriſtianos: vt ipſi interpretantur. An errauit (vt dixit Rabbi Elehazar) quia fecit contra præceptum illud. Non adorabis Deum extraneum? Nam idem erat adorare Heſau. An (vt Zohar aſſerit) non adorauit Heſau, neque latus ſiniſtrum, vnde ipſe venerat, ſed ſpiritum Dei præcedentem, quem ipſe Zohar ſachinam vocat? Et iccircò adorauit ſepties, quia ipſe eſt Berſabah, id eſt puteus ſeptem ſuperiorum influxuum & donorum: Quem puteum Chriſtus vocat regnum Dei, aſſerens ipſum eſſe intra bonos. *R. Elehaz. Exod. 20. Zohar. Luc. 17.*

238 Cur dicitur, quod Iahacob claudicabat, femore ab angelo tacto? An quia euenire ſolet in pugna: vt victor quis fiat, etiam vulnere ſuſcepto? An (vt ad myſteria conſcendamus) id factum eſt; vt victoriam, quam referre nequiuerat de Iahacob ſancto, haberet de filiis declinantibus? Per femur enim intelligitur fons; vnde egreſſi ſunt omnes filij Iſrael: qui ſæpius in lege claudicarunt. Quemadmodum & ſerpenti dictum eſt, quod caput eius cōterendū erat à ſemine mulieris, id eſt Chriſto: & nihilominus ipſe ſerpēs inſidiatus eſt calcaneo ipſi[us] Chriſti, id eſt Iudę: vt alibi diſſeruim[us]. *Geneſ. 32. Ibidem 3.*

239 Cur permiſſa fuit violari Dina? An, quia libero arbitrio donata ſeſe periculo ſpontè expoſuit? Vnde exardeſcere fecit concupiſcentiam illorū in ſe. Et hoc, vt vnaquęq; mulier diſcat (ſicut Hieronymus ſcribit) prudēter vitare periculum. Nam inquit Sapiens. Qui amat periculum, peribit in illo. An (vt altius conſcendamus) quia Dina ſignificat Din, i. iudicium Dei ſeueriſſimū, contra Sichimitas excitatum? Sicut excitatū aliquando fuit in populū Iſrael, adeò vt motus fuerit Dauid ad numerandum populū. Nam ex huiuſmodi numeratione ſecuta fuit maxima ſtrages in ipſum populum vt in ſecūdo Regū volumine, & in primo Paralipomenon legimus. Sicut igitur enumeratio populi, à Dauide facta, fuit occaſio ſeueræ punitionis populi ſic merentis: Sic egreſſio Dinæ fuit occaſio ſeueræ punitionis populi Sichimitæ. *Geneſ. 34. Hierony. Eccleſ. 3. 2. Reg. 24. 1. Par. 23.*

240 Qua iuſtitia fuit adeò ſeuerè punitus populus ille: cū Deus diu diſſimulet peccata hominum, & nunquam puniat immeritos? Nónne mala horum merita Zohar elicit à nomine principis ipſorum, qui Chamor dicebatur? Chamor enim Aſinum ſignificat, animal quippè ſtupidum & immūdum. Horum autem peccatū fuit, nedum multigenū ſcelus, quod cōmittere populus ſine lege & ſine fide (ſicuti ex textu colligi poteſt) ſed nimia temeritas. Nam ipſe populus immundus & aſininus pręſumpſit ſe cōiungere populo mundo: contra decretum cœli, in Deuteronomio deſcriptum. Non arabis in boue & aſino ſimul. Hinc ſicut Ioſeph, à Moſe taurus denominatus, præualuit & ſubiugauit Ægyptios (qui aſini dicuntur, vt in Ezechiele ſcriptum eſt. Carnes aſinorum, carnes eorum) Sic Simchō & Leui ſubegerunt & deuaſtarunt aſinos Sichimitas. Zohar enim Simehon taurum vocat. Nam maximè conuenit ſecundogenitus cum ſecundo ſigno cœleſti, Et quod fuit Simehon ordine naturali, fuit Ioſeph priuilegio. Hinc enim ſeries & ordo cœleſtium deſcribitur. *Geneſ. 34. Zohar. Geneſ. 34. Deut. 22. Ibidem 33. Ezech. 23. Zohar.*

241 Quibus dixit Iahacob, veniēs in Betel, Abiicite Deos alienos? An id

Gen. 35. dixit filiis & vxoribus ſuis? An ſeruis & ancillis, quos plurimos habebat? An aliquibus Sichimitis, quos ſubiugauerat? An (vt opinor) omnibus dixit: vt amouerent non tantum idola & ſculptilia, ſed omnem cultum & affe-*Ibidem 28.* ctum extraneum: & in ſolo Deo ſpem ponerent: qui ipſi eunti in Padan Aram in ſomnis locutus fuerat. Ipſum enim iam comprobauerat eſſe verum Deum: cum omnia expleuiſſet, quę in ſomnis promiſerat. Hinc ipſi altare erexit (ſicuti ſpoponderat) vt gratias ageret de beneficiis acceptis: ibique erexit titulum lapideum, id eſt firmam & ſtabilem fidem in Deum, ſu-*Ibidem 35.* perfundens libamina, id eſt cultum omnem conuenientem.

242 Cur ſcriptum eſt, quod terror Elohim inuaſit omnes ciuitates illas? An, quia Deus ſemper fauet iis, qui eum fideliter colunt? An, vt denotare-*Ibid. 31.* tur hęreditas, quam à patre ſuo Izahac ſuſceperat? De quo iam dixerat. Niſi terror patris mei Izahac affuiſſet mihi, forſitan nudum me dimiſiſſes. In cuius terroris poſſeſſionem intrauit, quando præualuit contra Heſau, & intelligentiam ipſius, cum eo luctantem: & quando per filios ſuos ſubiugauit aſinos Sichimitas: in quibus collectus erat inferior & immũdus influxus ipſius loci pauoris ac terroris. An, quia rectè ſe habebat Iahacob cũ Deo, & Spiritu ſancto plenus erat? Hinc erectum ſuper eo Dei vexillũ hoſtibus & extraneis terrorem incutiebat. Sicut de multis legimus.

Geneſ. 49. 243 Cur Reuben dicitur maculaſſe torum paternum? An, quia habuit *Ibidem 35.* rem cum Bala concubina patris ſui: vt in Geneſi dicitur? Sed (teſte Zohar) *Zohar.* non concubuit cum ea concubitu carnali. Nam textus non dicit, dormiuit, ſed iacuit. An igitur, quia impediuit cubiculum paternum arte & induſtria quadam, ne pater vlterius haberet filios ex concubinis, quos volebat eſſe pares cum filiis vxorum? Quod tamẽ fuit in iniuriam patris. Hinc pater diligebat Ioſeph ſuper omnes filios ſuos, non tãtum quia (vt in textu dicitur) ipſum in ſenectute genuerat, ſed quia pacificè conuerſabatur *Ibidem 37.* cum filiis Balæ & Zelphæ vxorum patris ſui. Et quia Ioſeph habebat eos tanquam legitimos fratres: Ideò Bala & Zelpha hic vocantur vxores. Verum, quia Reuben nolebat huic rei acquieſcere, habens eas tãquam concubinas: Iccirco, quæ in negocio Ioſeph vocatur vxor, in facto Reuben vocatur concubina. Peccauit itaque Reuben, præuertens ordinem cœli, quem pater Iahacob, Deo plenus, proſequebatur. Vnde punitus fuit breuitate vitæ, & prolis diminutione. Nam ei dictum fuit, Non creſcas, quia *Ibidem 49.* maculaſti torum patris tui. Et paulò ſuperius, Effuſus es ſicut aqua.

244 Cur poſt concubitum Reuben cum Bala, ſtatim ſubinfertur. Erant *Geneſ. 35.* autem filij Iahacob duodecim. Nónne hæc enumeratio deſcribitur, ne quis ſuſpicaretur, quod propter tale facinus familia illa duodenaria Iſraelis diminuenda eſſet? Nec enim ab hac familia, cuius pater non peccauit, detractus eſt numerus: ſed ex familia illius, qui culpam commiſit. Et quã optimè punitus fuit filius, qui peccauit in patrem, diminutione vitæ vel *Ibidem.* prolis, quia originem & fontem vitæ & prolis naturalis offendit.

245 Cur Iahacob erexit titulũ ſuper ſepulchro Rachelis? An, vt pateret ſepulchrũ eius in æternum? Nam textus dicit. Vſque in præſentem diẽ.

Quod verbum in ſcriptura ſacra denotat æternitatem. Hinc huiuſmodi ſepulchrum vſque hodie erectum manet (vt propriis oculis vidimus) in via Ephratæa: quæ videlicet ducit ab Ieruſalem in Betlehem. An erexit lapidem, id eſt fidem (vt ſuprà dictum eſt) in titulum, id eſt in memoriam vitæ contemplatiuæ: cui ſemper adhęſit, & cui ſeruiuit? Nam & ſi anima Rachelis abiit: non tamen receſſit numen illud, quod ipſa Rachel referebat præparatum filiis Iſrael: vt Zohar ſentit. Quod numē potiſſimè fulgebit: quando reliquiæ Iſrael ſaluæ fient: vt Iſaias cum Paulo teſtatur. Pro quibus illucuſque plorat Rachel, & conſolari non vult: vt Ieremias narrat. *Zohar.* *Iſaiæ 10* *Rom.9* *Ierem.31*

246 Cur ſcriptum eſt, quod Heſau & Iahacob ſepelierunt Izahac patrē ſuum? An, vt denotetur pietas debita filiorum in patrem? An, vt innuatur, quanta concordia fuerit inter ipſum Heſau & Iahacob, adeò prius diſſentientes? Sed vnde hoc? An, quia placatus fuit Heſau muneribus illis, myſterioſo numero oblatis? An, quia (cùm ipſe Iahacob debellaſſet intelligentiā Heſau) tranquillè fruebatur benedictione, iure ac diuina diſpoſitione ſibi comparata? *Geneſ.35.*

247 Cur poſt mortē Izahac ſtatim deſcribitur genealogia Heſau? Nónne (vt Zohar ſentit) quia non ſuccedebat in vera hæreditate patris: ſicut Iahacob? Cuius generatio ideò, viuente adhuc patre, recenſetur. Hinc ipſe Heſau reliquit omnia, quę patris erant: ipſam etiam ſpeluncam duplicem: quam auus Abraham tanta celebritate emerat, in ius & poſſeſſionem ſepulchri. Quot quidem negocium à Zohar ſummoperè obſeruatur. Ipſe verò Heſau receſſit in Sehir, locum vtique ſibi conuenientem: vt ſuprà dictum eſt. Ibique ſepultus eſt, relicta hæreditate & ſepulchro Iahacob vero ſucceſſori. *Ibidem 36.* *Zohar.* *Geneſ.23* *Zohar.* *Gen. 36.*

SECTIO IIII. DE IOSEPH ET DESCENSV ISRAELIS IN AEGYPTVM.

CVR, antequam deueniatur ad Ioſeph & Iehudam, præmittitur. Et habitauit Iahacob in Chanahan, vbi peregrinatus eſt pater eius? Nónne terra Chanahan dicitur terra fluēs lac & mel: & inde plena pietate ac dulcedine, & voluptate ſupramundana: repreſentans eā, quæ ſurſum eſt, Ieruſalē, quæ (teſte Apoſtolo) eſt mater noſtra? Hinc Izahac, totus durus & ſeuerus, ibi peregrinatus eſt. Iahacob autē lenis, habitauit ac poſſedit eam: ſed potiſſimè, quādo Ioſeph, qui Zadic, i. iuſtus dicitur, adoleuit. A mēſura enim iuſti, i. fontis iuſtitiæ ac vitæ, Ioſeph traxit ſuum influxum: & erat tanquam baculus Iahacob. Hinc Iahacob, benedicens ipſum Ioſeph, dixit. Inde egreſſus eſt paſtor, lapis Iſrael: lapis inquam, ſuſtentaculi & fundamenti. 248 *Ibidem.* *Gal.4.* *Geneſ 49.* *Ibidem 37*

249 Cur ſcriptura, deſcribens generationes Iahacob, cœpit à Ioſeph? An, quia ipſe fuit fundamentum, lapis, & paſtor illius familię? Paſtor, inquam, nedum alimonię in Ægypto præſtitæ, ſed præbens aquam viuam, & nutrimentū ſpiritus, cui⁹ ille cibus in Ægypto præſtitus figura fuit. Inde enim fuit Ioſeph, vbi eſt aqua vitā præbens. An, (vt Zohar docet) quia *Zohar.*

Ioſeph erat primogenitus? Ná erat primogenitus Rachelis, omnibus mulieribus prelatę: pro qua Iahacob ſeruiuit: & cui prius animum addixerat, quando concubuit cum Lea. Hinc, iuxta intentionem Iahacob, primogenitus Rachelis, erat primogenitus eius. An, quia (teſte eodem Zohar) Ioſeph fuit vinculum ſolis cum luna ſupramundana: vnde veniunt generationes inferiores? Propterea & effigies Ioſeph (vt ipſemet Zohar ait) Iahacob effigiem penitus referebat.

Gen. 29. *Zohar.* *Idem*

250 Cur Iahacob adeò diligebat Ioſeph? An (vt in textu dicitur) quia ipſum in ſenectute genuerat? An, quia propriam effigiem magis expreſſam in eo cernebat: vt nuper dictum eſt? An, quia mores habebat magis patri conſimiles, quam alij filij? An, quia ſicut pro ſe & familia Ioſeph traxit alimentum corporeum: ita trahebat alimentum ſpiritus & vitæ melioris: vt ſuprà dictum eſt? An, quia ipſe attrahebat influxum generationis & multiplicationis? Et ideò ipſe habuit duas tribus, quarũ altera. ſ. Ephraim creuit valde. Hinc nõ ſine cauſa mater vocauit eũ Ioſeph: quod eſt augmentum.

Gen. 37

251 Cur Iahacob fecit Ioſeph tunicam polymitam? An dedit ei tunicam polymitam, id eſt multicolorem, in teſtimonium multarũ virtutum, quibus Iahacob decorauerat ipſum prę aliis fratribus? Hinc & ei dedit partẽ, extra fratres ſuos, quam tulerat de manu Amorrhæi in gladio & arcu ſuo. An, quia ipſe hauriebat influxum ex variis fontibus: ſicut & pater? Hinc ipſe Iahacob, vt pecuarium influxum attraheret, virgas varias in canalibus poſuit? An, quia attrahebat varios influxus, pro ſe videlicet, ac fratribus, necnon & pro tota familia? Vnde ipſius familiæ, imò & patris proprij, paſtor præcipuus fuit.

Ibidem 30. *Ibidem 37.* *Ibidem 48.* *Ibidem 30.*

252 De quo ſcelere Ioſeph accuſauit fratres patri ſuo Iahacob? An de vitio contra naturam: vt aliqui inſulſè opinantur? An de concubitu cum beſtiis? Sed nónne vtrunque facinus indignum fuit patribus tam celebratæ familiæ? An igitur (vt alij ſentiunt) accuſauit ſolum Reuben: qui coierat cum Bala? Sed nónne hoc iam innotuerat ipſi Iahacob: vt in textu dicitur? An itaque (vt Zohar aſſerit) quia comedebant ſanguinem, iam Noeh prohibitum? An, quia familiares ſe exhibebant mulieribus Chananæis? Nam hoc patribus ſemper admodum diſplicuit. Nec enim de crimine peſſimo habetur in veritate literæ: ſed tantum, quod detulit malam famam eorum patri, quia videlicet oblectabantur in latere immundo, nondum benè initiati in rebus ſanctis.

Ibidem 37. *Ibidem 35.* *Zohar.* *Geneſ. 9.*

253 Quid eſt ſomniũ ſtellarum, ſolis ac lunæ, quod Ioſeph fratribus narrauit? Nõne iuſti ſtellæ nominãtur, dicente Daniele. Fulgebunt iuſti ſicut ſtellę? Cui adſtipulatur Paulus, dicẽs. Sicut ſtella differt à ſtella in claritate Sic ſanctus à ſancto in gloria. Tunc autẽ verificatum fuit illud, quod ſcriptum eſt. Sol (id eſt Iahacob, qui in ſole habet tabernaculum ſuum: vbi & Chriſtus) obſcuratus eſt (quia non nouit hoc) & ſtellæ, id eſt filij eius, non dederunt lumen: quia huiuſmodi ſomnium non intellexerunt.

Ibidem 37. *Dan. 12.* *1. Cor. 15.* *Ioelis 3.*

254 Quid ſibi vult ſomniũ manipulorum vndecim, manipulum Ioſeph adorantiũ? An, quia propter triticũ, quod manipulis colligitur, vndecim fratres

Geneſ. 37.

fratres adorarunt eum, vt haberent triticum manu & arte Ioſeph in tanta copia collectum, vt nedum familiæ ſuæ ſed toti Ægypto ſufficeret? An id factum eſt in figuram illius qui dedit verum triticum & panem, ab omnibus qui veram vitam appetunt, comedendum? Nam qui ipſum tradidit ait: Qui manducat hunc panem viuet in æternum. Illum verò qui panem hunc dedit, adoramus hìc, ſed longè præſtátius in vita illa (quam per ipſum panem acquiremus) adorabimus. *Ibid. 41. 42* *Ioannis 6.*

255 Cur Ioſeph ſomnium narrauit fratribus in odiũ ſuiipſius? An, quia puer non conſiderabat quid ageret? an potius id fecit, edoctus ab illo qui aliorum ſomnia interpretari docuit? Et hoc, vt prænunciaret patri ac toti familiæ quæcunque ipſis ſuperuentura erant, iuxta illud Hamos: Non faciet Dominus verbum, quod non prius reuelauerit amicis ſuis. In odium autem ſui id fecit, ſic diſponente Deo, vt poſtea venderetur in Ægypto, & perpetrarentur myſteria quàm plurima, de quibus in Pentateucho habetur. Sic quoque diſponente æterno patre venit Ieſus in odium Phariſæorum, vt inde ſequeretur mors eius, & humana redemptio. *Geneſ. 37.* *Hamos 3.*

256 A quo viro fuit inuẽtus Ioſeph in agro, dum quæreret fratres ſuos, vt in Geneſi legimus? An à viro aliquo communi? an (vt Sapientes aſſerũt) is fuit angelus Gabriel. qui in Daniele quoque dicitur vir? nec ſine myſterio. Eſt enim omnium ſeptem angelorum, tribunali diuino aſſiſtentiũ nobis propinquiſſimus, & viro magis domeſticus. Hinc ad Zachariam & ad Mariam, diuina ſecreta relaturus miſſus eſt. Ad Danielem quoque miſſus fuit vt reſeraret viſiones & ſomnia Nabuchdonoſor. Propterea ad Ioſeph miſſus fuit, vt ipſe qui robur Dei interpretatur, roboraret ipſum Ioſeph, tot & tanta perpeſſurum ac facturum, ſomniáque Pharahonis, & eorum qui carceri mancipati erant interpretari doceret, ſicuti opportunum viderat: interpretari enim ſomnia Gabrielis eſt proprium, qui pręeſt Lunæ, ſub cuius præſidentia mortales ſomniant. *Geneſ. 37.* *Dan. 8.* *Lucæ 1.* *Daniel. 9.*

257 Cur intincta fuit tunica Ioſeph hœdi ſanguine? An id mera fratrum malitia fecit? an cum myſterio, ſicut & cætera in Scriptura enarrantur, factum eſt? Quamuis enim Iahacob iuſtè præripuerit benedictionem à patre, tamen ipſum decepit in hœdi pelle, qua collum ac manus operuit, & veſtibus Heſau quas induit. Hinc deceptus fuit in ſanguine hœdi, & tunica filij: vt nihil remaneret in ſancto viro maculæ vel fœditatis, quæ non eſſet debita pœna expurgata. Sic namque Deus ergà ſuos dilectos facere conſueuit. *Geneſ. 37.* *Ibidem 27.*

258 Cur Iahacob non cognouit fraudem filiorum? Nónne id quoque fuit in pœnam deceptionis paternæ? ſicut apud Zohar dixit Rabbi Haia. Et quàm optimè pœna delicto reſpondet, ibi enim ſcriptum eſt: Eſne tu filius meus Heſau? hìc verò dicitur: Cognoſce an ſit tunica filij tui, an nõ. Et ſicut hœdus interfuit peccato: ſic etiam interuenit expiationi ipſius, vt ſuper dictum eſt. *Zohar* *Geneſ. 27.* *Ibidem 37*

259 Cur dixit Iahacob: Deſcendam ad filium meum lugens in infernũ? Dixítne hoc ſpiritu humano, an diuino? Nónne humano potius quàm di- *Ibidem*

uino ſpiritu loquebatur?Diuinus enim nó inferius, ſed ſuperius adducit. Humano itaque ſpiritu loquebatur, quia tunc ab eo diuinus receſſerat: qui non manſit continuè,niſi in ſolo Ieſu,vt alibi dicetur:Receſſit enim à
Num. 20 Moſe,quãdo petram percutieńs errauit.Receſſit ab Aharon,quando cõ-
Exod. 32 ſenſit conflationi vituli.Receſſit ab Eliſæo, qui dixit: Hoc celauit Domi-
4.*Reg.*4. nus à me,nec indicauit mihi. Receſſerat autem à Iahacob (vt nonnulli o-pinantur) quia nimio affectu Ioſeph proſequebatur, vt ab huiuſmodi affectu expurgatus, ipſum Spiritum ſanctum largius & copioſius ſuſciperet.

*Gen.*37.37 260 Quoties & cur Ioſeph fuit venditus? Nónne bis venditus legitur? Primò enim Iſmahelitis à fratribus. Secundò, ab Iſmahelitis Phutiphari Pharaonis eunucho. Et hoc, vt inde magis perficeretur: iuxta regulam à
Pſalmo 93. Dauide decantatam.Secundum multitudinem dolorum meorum,conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam: nec enim Deus diu relinquit amicos ſuos in nocte tribulationis. Nam de Spiritu ſancto, ſiue bonitate
Pro.vlt. Dei,quam Hebræi ſachinam vocant, ſcriptum eſt: De nocte ſurrexit,dedítque prædam domeſticis ſuis.Sic Ioſeph in nocte & tribulatione Ægyptia exiſtenti,Deus mirabiliter ſubuenit: eíque prædam è manibus Ægyptiorum captam,dedit.Nam ipſi Ioſeph Hebræo data fuit Ægypti præſidentia, contra mores & ſtatura humana è manibus Ægyptiorum erepta,
*Gen.*41.43. cùm nec comedere cum Hebræis Ægyptij conſueuiſſent. Duplici quoque venditioni Ioſeph reſpondet ipſius duplex præſidentia: alia ſuper Ægyptios quia venditus in Ægypto: alia ſuper fratres, quia venundatus à fratribus fuit.Sic Chriſtus Iudæis venditus,eorum rex dictus fuit.

261 Cur deſcendente Ioſeph in Ægyptum deſcribitur deſcenſus Iehu-
*Ibid.*37.38. dæ ad Hodollamitem? Tot quippe, tantáque ſunt hîc ſacramenta,vt vix explicari queant.Ioſeph enim iuſtus qui fundamentum mundi dicitur, in
*Pro.*10. Ægyptum ducitur, & Iehudas, qui habet nomen quadriliterum, cum quadrifario corpore,ex quatuor videlicet elementis confecto, deſcendit ad עודלמי hodolami,quod עולם יד iad holam,id eſt, manum,vel virtutem mundi importat. Vnde denotatur quòd eodem tempore quo Chriſtus contentus in Iehuda, à quo myſterioſè deſcendit, in mundum hunc venit, vt ipſum ſaluaret: deſcendit Ioſeph, id eſt, congregatio iuſtorum מצרימה Mizraimah, id eſt in Ægyptum, quæ anguſtias ſignificat, vt inde
*Ioan.*10 ſublimis valdè fieret,ſicut ſcriptum eſt:Vos in mundo preſſuram habebi-
Lucæ 6 tis.Et iterum:Vos verò contriſtabimini,ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Et alibi: Merces veſtra multa eſt in cœlis. Vnde ſicut ipſe Chriſtus veniens in mundum dictus fuit Rex, ſic iuſti ex anguſtiis & tribulationibus reportarunt lucrum gloriæ immenſum,& Ioſeph ex venditione præſidentiam Ægypti conſecutus eſt.Connexæ autem ſunt vtriuſque Ioſeph videlicet & Iehudæ hiſtoriæ, vt denotetur cõnexio & vnio membrorum cum capite Chriſto:nam Iehudas Chriſtum,Ioſeph verò corpus eius myſticum præfigurarunt.

*Geneſ*38.
*Ibid.*24.28. 262 Cur Iehudas accepit vxorem Chananæam, nomine Suah? Nónne

inuiſæ erant patribus mulieres Chananææ? Nam iccircò neque Izahac neque Iahacob acceperunt vxores Chananæas? Quomodo igitur vir tam ſanctus & regius, & cum tanto myſterio, vt inde naſceretur redemptor accepit mulierem illam? Nónne ex ipſius mulieris nomine huiuſmodi quæſtio deciditur? Suah namque ſalua vel ſaluata interpretatur: non enim Chananæam in malo perſeuerantem accepit, ſed ſaluandam. Sicut & Chriſtus Chananęam illam in gratiæ petitióne perſeuerantem exaudiuit. *Matth. 15.* Vnde indicatur, quod ex Moabitis per Rut, & ex Chananæis per Suah introduci debebant aliqui in gregem Domini, iuxta illud Præcurſoris: Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. *Ibidem 3.* Hinc huiuſmodi *Ibidem 1.* magno myſterio in genealogia redemptoris deſcribuntur, vt inde innueretur quidnam redemptor ipſe facturus eſſet.

263 Cur Iehudas curauit vt mortuo Her eius primogenito, alius filius *Geneſ. 38.* ingrederetur ad vxorem fratris? Nónne quia Iehudas vir Deo plenus prænouerat legem in Deuteronomio poſtea promulgatam, de ſuſcitando videlicet *Deuter. 25.* ſemine fratris: quod Hebræi libun appellant? Demandatum enim id fuerat multis rationibus ſuo loco exarandis, quarum hanc tantùm in præſentia recenſebimus. Diligentiſſima namque cura Deo fuit, vt genealogia redemptoris ordine debito texeretur, eiúſque geſta præfigurarentur. Hinc adueniente Chriſto, ceſſauit genealogiarũ deſcriptio. *Ad Tit. 3.* Sicut Paulus innuit, dicens: quòd ſtultæ ſunt & inutiles quæſtiones & ſcripturæ de genealogia. Et hoc ideò, quia nomina noſtra (teſte Chriſto) in cœlis ſcripta ſunt. *Luca 10.* Hîc quoque deſcribitur ſacramentum Chriſti, qui ex Synagoga iam vidua facta, ſuſcitare debebat filios Abrahæ patris fidei & Synagogę, *Matth. 3.* immò tanquam lapis angularis ex vtroque vnum facere, ſicut Præcurſor *Epheſ. 2.* cum Paulo teſtatur.

264 Cur tam ægrè tulit Deus quòd Onan funderet ſemen in terram? *Geneſ. 38.* An quia ordinem naturæ præuertebat? cùm Plato dicat: Non effundas ſemen in loco vbi non præſumis quòd naſcatur. *Plat. in 8. de Repub.* An quia deſtruebat familiã fratris quam ædificare debebat? An quia mali dæmones ex ſemine fuſo in terram, maleficia nefanda committunt? vt Sapientes norunt, & ipſimet *Sapientes.* dæmones confeſſi ſunt.

265 Peccauítne Tamar, ſe meretricem effingens, vt cum ſocero concumberet? *Geneſ. 38.* Non quippe peccauit. Nam (teſte Zohar) non ad explendam libidinem, *Zohar* ſed myſterioſè id egit, vt ex Iehuda & ipſa Meſſias generaretur. Nec enim ſine cauſa hæc Tamar & Rut eodem ordine, mortuis videlicet *Rut 4.* prioribus viris, & ex charitate ſemen ſuſcitantes, interſeruntur genealogiæ redemptoris, qui ſuſcitauit ſemen prioris Adam, cum poſteris omnibus iã præmortui. *Matth. 1.* Quod niſi feciſſet, vanus fuiſſet primus homo. Tamar *Geneſ. 38.* autem procurauit hanc genituram ex ſocero, cùm eius filij eſſent mali, vt Scriptura narrat.

266 Cur Tamar in pignus hœdi promiſſi petiit anaulum tephilim & *Ibidem* baculum? Nónne magna ſunt hæc ſacramenta, futurorúmq; euentuũ figuræ? Suſcitabatur enim ſemen fratris in figuram illius qui omne ſemen

primi & terreni Adam iam præmortuum per nouam genituram ſuſci tauit, de qua ſcriptum eſt: Niſi quis renatus ex aqua & Spirituſancto fuerit,
Ioan.3. non intrabit in regnum cœlorum. Et hoc per commixtionem ſummi verbi cum nuru, id eſt, carne, quæ locum tenet vxoris ſpiritus & melioris ho-
Ibidem 1. *Leuit. 4.* minis, qui factus eſt filius Dei, cùm antea mortuus eſſet peccato originali. Verbum enim vniuit ſe cum carne, vt ſcriptum eſt: Et verbũ caro factum eſt. Ipſi autem nurui promiſſus fuit hœdus, qui ſolebat offerri pro peccato, id eſt, homo animalis qui erat in Chriſto offerendus in ſacrificiũ peccatorum, ſicut Paulus apertè teſtatur dicens: Eum qui peccatum non no-
2.Cor.5. uerat, pro nobis peccatum fecit, pater videlicet æternus. In pignus verò huius oblationis faciendæ, nurus exegit baculum & annulum, quo deſponſata fuit natura humana Chriſto virga crucis. Exegit quoque tephilim, id eſt, ornamentum brachij quando orabatur. Pro quo communis æditio habet armillam. Illud enim nobis tradidit Chriſtus, qui docẽs nos orare, longè faciliorem impetrandi viam præbuit, quàm præberet ornamentum illud.

Geneſ.38. 267 Cur vno concubitu Tamar geminos concepit pueros? An fuit poſſibilis geminus fœtus ex vno concubitu: Nónne de hoc Naturales diſputant, quorum aliqui aſſeuerant id poſſe fieri? ſed an fuerit vnicus concubitus, nécne, ex veritate literæ elici nequit, cùm ipſa nec de vno, nec de duobus mentionem faciat. His igitur omiſſis ad myſteria veniemus. An i-
Ibidem 25. taque ſicut Izahac duos filios & geminos habuit: in quorum altero tota
Pſalmo 50. concubitus immunditia collecta eſt (de qua Propheta canit: Et in peccatis concepit me mater mea) alter autem ex quo generari debebat Meſſias: & qui pater electæ familiæ futurus erat, purior remanſit: ſic etiam Iehudæ contigit? Et præcipuè, cùm ille concubitus fuerit valdè immundus, quia cum nuru (quamuis ignoranter) fuit. Et quia ipſe Iehudas intẽdebat fornicari (cùm tamen fornicatio nondum eſſet prohibita) hinc ad expurgandum partum immundum, hœdum obtulit, qui (vt nuper diximus) pro peccato offerri conſueuerat. Immunditia autẽ illa in aram proiecta eſt, hinc de ipſo tanquam de abiecto ſilet Scriptura. De Phares autem genea-
Matth.1. logia fit ſermo, vt Matthæus narrat.

268 Cur Dei nutu Ioſeph in Ægyptum deductus eſt? An vt patrem &
Geneſ.39. fratres paſceret? ſicut Propheta canit: Miſit ante eos virum, in ſeruum ve-
Pſalm.104 nundatus eſt Ioſeph, hinc ipſe Ioſeph dixit fratribus ſuis. Pro ſalute enim
Geneſ.45. veſtra miſit me Deus ante vos. An (vt altius conſcendamus) id factum fuit
Ibidem 12. vt & ipſe hauriret influxum, quo proficeret? ſicuti contigit Abrahæ, totí-
Matth.2. que eius familiæ, Moſi & ipſi Chriſto: qui omnes in Ægyptum deſcenderunt. Hinc & anima hominis in ergaſtulum corporis & anguſtiam carnis demittitur, vt ibi purificetur, corroboretur, & agilior ad ſublimia fiat, nõ obſtantibus fœditatibus ibi contractis. Quemadmodum & aurum plũ-
Geneſ.39. bo, fece (vt ita dicam) metallorũ, igne & vaſe terreo purificatur. Propterea ſcriptum eſt quòd Dominus fuit cum Ioſeph, in carcere poſito, & miſertus eſt illius, eíque gratiam coram carceris principe dedit.

269 Cur Ioſeph tanta dignitate ſublimatus fuit: vt vniuerſæ Ægypto præfectus ſit? An quia ſic Deus diſpoſuit, iuxta illud Prophetæ: Et exaltaui electum de mea. An id fuit (ſi cauſa eſt in exaltato) quia pactum Domini ſeruauit, nolens erroribus fratrum conſentire? Nam & eos patri accuſauit, requiſitúſque ab vxore Phutipharis, adulterio nequaquam conſentire voluit. Hinc non ſine magno myſterio, iuſtus denominatus eſt. Ab eodem enim fonte pactum & iuſtus procedunt. Nam quicquid iuſtitiæ eſt, id in obſeruatione legalis fœderis, in vniuſcuiuſque corde (vt ait Apoſtolus) ſcripti reperitur. Ex cuius quidem legalis fœderis obſeruatione non tantùm conſequitur quis nomen iuſti, ſed pacem, vitam & ſublimationem perfectam, ſicut Propheta canit: Nimis honorati ſunt amici tui Deus, nimis confortatus eſt principatus eorum. *Ibid. 41. Pſalmo 88 Geneſ. 37. 49 2. Cor. 3. Pſalmo 138.*

270 Quo myſterio omnia illa enarrantur in ſublimatione Ioſeph? Nonne hæc omnia ſcripta ſunt ad oſtendendum imperium quod Ioſeph venditione & carcere æquanimiter toleratis: & conſtantia contra mulierem demulcentem oſtenſa, obtinuit ſuper Ægyptum quæ craterem inferiorem effigiat? Quæ quidem Ægyptus irrigatur tamen à flumine, ab horto voluptatis procedente. Vnde innuitur quòd ipſe Ioſeph de inferioribus omnibus triumphauit, ſuſcipiens quicquid boni crater ille ab alto ſuſcipiebat, quæ omnia per allegoriam dicta ſunt. Annulus enim ſigillum erat quo omnia edicta ſua munire poterat. Stola byſſina, regia veſtis erat. Torques aurea, inſigne præſidentiæ. Currus, tribunal imperij denotabat. Præco clamans, vt omnes ei genua flecterent, executionis dominij dati ſignum fuit. *Geneſ. 41.*

271 Quis fuit maior in Ægypto, Pharahóne an Ioſeph? Nónne videtur Pharaho fuiſſe maior? Nam ſibi reſeruauit ſolium & primum currum, vt in textu habetur: Ioſeph quoque imperium à Pharaone dependebat, qui illud tradidit. Sed nónne dixit pharao ipſi Ioſeph: Abſque tuo imperio nemo mouebit manum aut pedem in tota terra Ægypti. Non enim hoc dixit pharao decernens, ſed denuncians ea quæ Deus decreuerat. Nam à Deo principaliter ipſe Ioſeph habuit illud imperium: à pharahone verò executiue. Maior itaque fuit Ioſeph, quia pharao obediuit ipſi, quando illuſtratus à Gabriele futura reſerauit: non autem Ioſeph obediuit pharahoni. Nec enim ipſe pharaho potuiſſet etiam volens contra ipſum. *Ibidem Ibidem Ibidem.*

272 Quo nomine pharaho Ioſeph appellauit? Nónne Saluatorem mũdi, vt habet vulgata editio? Sed nónne veritas literæ habet צפנת פענח zaphnat pahaneah: quod reuelatorem occulti ſignificat? Antea verò à præconibus vocatus fuerat אברך Abrech: quod pater tener dicitur, vel pater regis: vt Rabbi Salomoni placet. pro quo communis æditió habet, præpoſitum. Sed nónne ipſe Ioſeph pharahoni quoque prælatus eſt, in eo, quòd reuelator ſecretorum (quod Dei proprium eſt) appellatus fuit? Et quia Gabriele docente (vt aliàs dictum eſt) id faciebat: nónne etiam ex dignitate tutoris arguitur dignitas cuſtoditi? Vnicuique enim datur ange- *Ibidem Rab. Salo.*

lus conueniens. Gabriel autem eſt vnus è ſeptem principibus, qui aſtant
Lucæ 1. coram Deo. Et quòd vox populi (quæ Dei vox dicitur) intonuit: nónne
quoque arguit ipſum fuiſſe maiorem Pharahone, cùm pater eius dictus
ſit? Habebant enim Ægyptij ipſum in patrem. Verùm quia iuuenis erat
triginta ſeptem annorum, dictus fuit pater tener. Pharahonis autem pa-
Exodi 7. ter fuit, ſicut de Moſe dictum fuit: Conſtitui te Deum Pharahonis.

Geneſ. 42. 273 Cur Iahacob mittens filios in Ægyptum pro alimonia, domi reti-
nuit Beniamin? An quia valdè diligebat eum, & ſolum exiſtimabat ſu-
perſtitem ex filiis Rachelis prædilectæ? An, quia timebat fratrum inui-
diam, quam partim expertus fuerat in Ioſeph? an (vt ad altiora conſcen-
damus) quia nolebat vir ſanctus remanere ſine aliquo fructu Rachelis, id
eſt contemplationis, vt ſuprà dictum eſt? Nolebat enim priuari filio dex-
Pſalmo 15. teræ, de qua ſcriptum eſt: Delectationes in dextera tua in æternum.

274 Cur Iahacob tandem compulſus, nulli ex filiis voluit credere Ben-
Geneſ. 43 iamin, niſi Iehudæ? An, quia inſtantius eum petiit? an quia maiora pi-
gnora promiſit? Sed nónne Reuben obtulit duos filios occidendos, niſi
Ibidem 42. eum reduxiſſet? an igitur, quia regium ſceptrum & regium verbum erat
Ibidem 49 in Iehuda, ſicut ſcriptum eſt: Non auferetur ſceptrum de Iehuda. Hinc bis
Pſalmo 59. & 107. cecinit Pſalmographus: Iehuda rex meus. Verum enim debet eſſe verbum
regis.

275 Cur commota fuêre viſcera Ioſeph ſuper Beniamin? An, quia ger-
Geneſ. 43 manus erat, vt in textu dicitur? an (vt Zohar ſentit) quia eo ſpiritu, quo
Zohar cætera peragebat ſanctus Ioſeph, præuidit euerſionem templi, in ſorte
Beniamin ædificandi? Quod præuidens mater Rachel plorauit, vt ſcri-
Ierem. 31 Matth. 2. ptum eſt: Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari. Nec obſtat,
quòd Matthæus dicat, ploratum illum fuiſſe propter occiſionem infan-
tium ab Herode factam in confinibus illis, quia vtrumque conuenire
poteſt.

Gen. 46 276 Cur Iahacob tandem deſcendit in Ægyptum? An (vt alibi diximus)
quia patres deſcenderunt in Ægyptũ, vt inde robuſtiores fierent: an, quia
Ibidem 15. ſic decretum fuerat in excelſis? ſicut Abrahæ reuelatum fuerat ab eo, qui
dixit: Scito prænoſcens quòd peregrinum futurum ſit ſemen tuum in ter-
ra non ſua. An vt, ſicut Ioſeph anguſtiis & tribulationibus ſuperius addu-
ctis expurgatus, tanta præfecturæ dignitate ornari meruit. Sic populus
Iſrael poſt tam graue diuturnumque ſeruitutis iugum & ipſe vexationi-
bus expurgatus excellentiſſimum donum legis punitis Ægyptiis ſuſcipe-
re mereretur? Hinc ſubinfert oraculum: Gentem autem, cui ſeruituri ſunt
Ibidem ego iudicabo, ipſi verò egredientur cum magna ſubſtantia, non tantùm
auri & argenti, ſed & veſtimentorum, quibus decorati filij Iſrael legem in
Horeb ſuſcipere meruerunt, vt infrà dicemus.

277 Cur ſcriptum eſt, quòd Iehudas appropinquauit Ioſeph? An id in
Ibidem 44. loco tam graui ſine myſterio deſcribitur, maximè, cùm apud Hebræos i-
bi tractatus celeber incipiat? An igitur (vt expeditius ad myſteria venia-
mus) appropinquatio Iehudæ ad Ioſeph denotat appropinquationem &

colligationem quam debet habere rex, per Iehudam ſignatus,cum iuſtitia vel iuſto,per Ioſeph denotato? Nam (vt Auguſtinus ait)quid ſunt regna ſine iuſtitia,niſi latrocinia? An duo reges(vt Zohar placet)alter actiuæ, alter verò contemplatiuæ vitæ conuenerunt, vt perfectum regnum efficerent?Quale fuit regnum Chriſti qui vtramque ſeruauit. Hinc Propheta canit: Quoniam ecce reges congregati ſunt, conuenerunt in vnum:ipſi videntes ſic commoti ſunt, præuidentes videlicet futuros eorũ euentus. *Aug. 4. de ciui. Dei ca. 4.* *Zohar* *Pſalmo 47*

278 Cur Iahacob & omnes filij eius dici voluerunt paſtores ouium?An quia oues ſunt animalia maximi lucri, vt triuiale eſt? An, quia animalia ſunt omnibus benefica, nulli verò nocentia? Quales eſſe debent nedum milites,ſed etiam veri duces. An,quia oues(teſte Chriſto)reponendæ ſunt in dextera, typum iuſtorum tenentes? An, quia innuunt (vt ſecretiores Theologi volunt) quendam influxum beneficum, à ſupramundanis locis venientem,quem ſuſcipientes oues pacificæ, & filij Dei dicuntur? iuxta illud Saluatoris:Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Hinc Habel,Patriarchæ omnes,Moſes & Dauid dicti ſunt paſtores ouium. Quos proſequens(non litera ſed ſpiritu)ſummus redemptor,dixit: Ego ſum paſtor ouium. *Geneſ.47.* *Matth. 25.* *Sec.Theo.* *Matth.5.* *Ioan. 10.*

279 Ad quem puteum iuramenti venit Iahacob, proficiſcens in Ægyptum?An ad illum puteum quem Abraham & poſtea Izahac fodit in terra?An ad illum puteum ſeptem,dictum Berſabah:quem ille puteus in terra foſſus referebat? Qui quidem puteus ideò iuramenti puteus dictus eſt: quia quando iuramentum datur, adiuratio fit per illos ſeptem canales, in puteum illum influentes: ne ſcilicet influant ſibi, niſi verum dicat is qui iurat:ſin autem vera proferat,influant in eius beneficium: vt alibi dictum eſt.Hinc & vocabulum iuramenti & ſeptenarij idem eſt apud Hebræos. Nec ipſe Iahacob illuc venit, vt iuraret: ſed vt inde vim patrum ſuſciperet: qui iccircò puteum illum foderant pro ſe, ac poſteris ſuis. Hinc dicitur, quòd audiuit Deum vocantem ſe, ac fauorem ſibi promittentem. *Geneſ. 46. & 26* *Ibidem*

280 Cur Iahacob obtuliſſe dicitur victimas Deo patris ſui Izahac? An quia erat Deus peculiaris Izahac?Sed nónne ſcriptum eſt:Dominus Deus tuus,Deus vnus eſt? An igitur obtulit Deo Izahac,quia Abraham pietatem, Izahac autem robur, ipſe Deus infuderat? Iahacob enim tunc non pietate, ſed robore indigebat: quo intraturus in terram alienam muniretur,nedum ipſe,ſed etiam eius familia, quæ tot tantáque illic perpeſſura erat.Hinc dixit ei Deus: Ego ſum fortiſſimus Deus patris tui, noli timere deſcendere in Ægyptum.Ego deſcendam tecum,& inde educam te. *Ibidem* *Deuter. 6.* *Geneſ.46.*

281 Quam partem dedit Iahacob Ioſeph filio ſuo extra fratres ſuos, è manu Amorrhæi in gladio & arcu ſuo ablatam? An fortè agellum aliquẽ (vt dicitur)quo ſolebat potiri Iahacob,dum ibi moraretur? Sed quid indiguit Ioſeph, tanto regno præfectus, huiuſmodi prædiolo? Cùm ipſe patri ac fratribus regionem & alimenta iam tradidiſſet. An igitur *Ibidem 48.*

Ibidem 47. Ioannis 4. prædium illud ſublime fuit: iuxta quod (non ſine myſterio) venit Ieſus loquuturus cum Samaritana? Quod quidem prædium Iahacob acquiſiuit arcu & gladio virtutis ſibi à Deo præſtitæ? Locus enim quidam ſupramundanus eſt apud Deum, quem homo poteſt acquirere, iuxta illud: *Math. 6.* Theſaurizate vobis theſauros in cœlo. Qui locus etiam hæredibus dari *Geneſ. 25.* poteſt, ſicuti Abraham dedit omnia quæ poſſederat, Izahac. Chriſtus au- *Ioan. 1.* tem acquiſiuit plenitudinem prædiorum, de qua (teſte Iohanne) omnes nos accepimus.

Geneſ. 49. Plato. 282 Quo ſpiritu propinquus morti Iahacob filiis quæ ipſis ſuperuentura erant, prænunciauit? An quia (vt Plato docet) anima morti proxima incipit diſſolui à ſenſibus quibus ligata & impedita erat? hinc tunc lympidior fit in cognoſcendis occultis. An illuſtratus Dei ſpiritu, quo inſpi- *2. Petr. 1.* rati loquuti ſunt Prophetæ (vt Petrus perhibet) prædixit non tantùm ea, quæ filiis, ſed quæ veræ familiæ, per filios & familiã ſuam figuratæ ſuperuentura erant?

Geneſ. 47 283 Cur iurante Iahacob de ſepeliendo corpore patris in Hebron, ſcriptum eſt, quòd Iſrael adorauit conuerſus ad lectuli caput? An adorauit Ioſeph gratias referens de promiſſione facta? Sed cur ad lectuli caput? an igitur illorſum adorauit, quia caput ſtrati ad terram ſanctam vergebat, quorſum patres adorare conſueuerant: vt dicitur? Sed quis nouit ſitum lecti illius? an itaque (ſicut in veritate literæ habetur) adorauit ad caput המטה hamitah, quod lectum, virgam, & crucem interpretari poſſumus? Et ſic erit ſenſum quòd adorauit crucem, per quam cognoſcebat ſe vnà cum patribus ex illa ſpelunca quam nunc vacuam videmus, reſurrecturũ cum illo, qui in ipſa cruce triumphauit. Cognouítque ſe ex illa ſpelunca migraturum ad paradiſum voluptatis, cuius ipſa ſpelunca ianua eſt, vt ſe- *Sec. theolo. Zohar* cretiores Theologi dicunt: & norunt ij, qui per analogiam hiſtoriæ, diuina metiri ſciunt: an adorauit (vt Zohar ait) diuinitatem, quam ad lecti caput fulgere conſpiciebat?

Geneſ. 49. 284 Cur Iahacob morti vicinus dixit filiis ſuis: congregamini? nõ quippe dixit. Cõgregamini, ſed האספו heaſphu, quod colligimini & augete interpretari poſſumus. Quorum vtrumque conueniebat. Colligendi enim erant ad ſemetipſos ij qui in varia negocia diſperſi erant: vt diſpoſiti eſſent ad ſuſcipienda myſteria, quibus pater præditus erat. Augere quoque dici poteſt, videlicet ea, quæ nunc, iure quaſi hæreditario, trado vobis: & ea quæ iam poſſidetis. Vnde ſenſum eſt. Hæc non tantùm prænuncio, ſed tribuo vobis efficaciter, ea tamen virtute, qua ſcio ipſa ventura me vobis prædicere.

Ibidem 285 Quídnam Iahacob tradidit primò Reuben? Nónne vocauit ipſum *Ibidem 48.* primogenitum? Sed cur antea benedixit Ioſeph ac filios eius, ipſúmq; peculiari munere donauit? Nónne quia (vt ſuprà dictum eſt) in mente habebat Ioſeph loco primogeniti? Quamuis quò ad naturalem genituram, Reuben eſſet primus. Nec enim Reuben prior in donis dicitur (vt habet mendoſa traductio) ſed reſiduum doni. Quaſi diceret. Reſiduum eius do-

ni, quod tibi debebatur, vt primogenito tribuo. Nam totum non dabo. Cum magnam ipſius partem amiſeris, maculans cubile patris tui. Ideò ſequitur. Effuſus es, ſicut aqua maculaſti ſtratum patris tui. Nec enim ſupereſt aliud tibi dandum. Sicut dediſſem, niſi ipſum totum maculaſſes.

286 Quid Simehon & Leui tribuit? Nónne ſolam deteſtationem temerarij auſus, primò in Sichimitas, poſtea in Ioſeph oſtenſi? ideò dixit. *Ibid.49* *Ibid.34*
Quia in eorum ira occiderunt viros, Sichimitas videlicet, & in furore ſuo eradicarunt taurum, ideſt ioſeph: qui à Moſe pulchritudo tauri dicitur. Euulſerunt enim ipſum, quando vendentes eum, ſeparatunt à patre. *Deut.32.* *Gen.37*
Quamuis autem שור Sor taurum & murum ſignificet: hic tamen taurum ſapientes adiudicarunt interpretandum. Sequitur. Diuidam eos in iahacob: & diſperdam eos in iſrael. Quod factum fuit. Nam Tribus Leui vbique diſperſa legitur: Simehon autem fuit ſub tutela iehudæ: vt inde comprimeretur furor eorum pertinax, & indignatio ipſorum dura: vt in textu dicitur. Vnde vterque priuatus fuit benedictione: cum, non augmento, ſed compreſſione virtus eorum dura indigeret. Recuperauit autem Leui benedictionem: quando zelauit contra adoratores vituli: vt in Exodo legimus. *Ibid.49* *Iudicum 1.* *Gen 49* *Exo.31*

287 Cur Iehudas Leoni, Ioſeph autem Tauro aſſimilatus eſt? an Iehudas Leo dicitur: cum ex ipſo generari deberet ille, de quo ſcriptum eſt. Vicit Leo de Tribu Iehuda: Ioſeph verò Taurus, quia Tauri vires habere debebat, vt præualeret in Ægyptios: quibus (vt alibi dictum eſt) Aries præerat? an, quia perpulchrè hi duo Reges, qui (vt ſuprà diſſeruimus) appropinquauerant, & conuenerant in vnum, complectebantur influxum omniũ animalium: quorũ aliquibus, feris videlicet, Leo præſidet: aliquibus autem, cicuribus vel armentis videlicet, taurus præeſt? Qui Reges etiam Principes erant bifariæ vitæ. Nam contemplatiuæ Ioſeph primogenitus Rachelis: actiuæ verò Iehudas Princeps fuit: nedum in filiis Leæ, ſed in omnibus turmis caſtrorum: vt in libro Numerorum legimus. *Gen.49* *Apoc.5*

288 Cur Iehudas aſcendiſſe dicitur ad prædam? an, quia Iehudas ſemper præcedebat in caſtris omnes inuadens, ad quos mittebat Dominus? Quos terrebat ſacro Dei nomine: quod ſemper in vexillo geſtabat. An de eo, qui in femore eius latebat, eſt ſermo, de quo Paulus ait. Expolians principatus & poteſtates, traduxit confidenter, palàm triumphans illos in ſeipſo? Et hanc prædam traduxit ſecum, dum cœlum conſcenderet: vt Propheta canit. Aſcendiſti in altum, captiuã duxiſti captiuitatem. Sicut & Apoſtolus Spiritu ſancto plenus interpretatur. Sed prius iacuit & accubuit in lectulo crucis: vbi prædam extraxit è manibus inimici, accumbens & moriens. *Gen 49* *Iudicum 1* *Col.2* *Pſalmo 67* *Ephe.4*

289 Quomodo intelligitur illud. Non auferetur ſceptrũ de Iehuda? an hic eſt ſermo de ablatione decem tribuum per Ieroboham à Salamone, auſpicio Ahiæ Silonitæ? iuxta veritatẽ literæ, qua habetur. Donec veniat Siloh, Ahias videlicet, qui de Siloh fuit. Sicut nonnulli proterui Hebręi *Gen.49* *3.Reg.11* *12 14* *Hebræi.*

Targum exponunt. Quam quidem quæſtionem apertè dirimit Targum, apud Hebræos celeberrimum: vbi dicitur, Donec veniat Meſſias. Sed nónne in Ba-
1. Hez. 1 bylonica captiuitate ſolutum fuit regnum? Interruptum quippe fuit, ſed
3. Hez. 1 non ablatum regnum. Nam fauente Cyro Perſarum Rege ædificata fuit ſecunda domus ſub Hezra & Zorobabele. an igitur de Chriſto intelligitur? nam poſt ipſius aduentum per Titum & Veſpaſianum combuſtum fuit templum, ablatum ſacerdotium: & Iudæi fugati ſunt à terra promiſſa, vſque in hodiernum diem: priuatíque penitus ſachina, & omni cœleſti influxu.

Geneſ. 49 290 Quid ſibi vult dictum illud. Ligans ad vineam pullum ſuum, &
Zohar ad vitem (o fili mi) aſinam ſuam? ex multis, quæ hic dici poſſent, vnum tãtùm adducam, quod ad verbum exarat author libri Zohar, omnium doctorum Hebræorum antiquiſſimus ac celeberrimus. Ait enim. Ligabit:
Pſal. 79. ſcilicet Iehudas pullũ ſuum, ſcilicet Meſſiam, ad vineam, de qua ſcriptum
Mat. 20 eſt. Vineam tranſtuliſti ex Ægypto. De qua etiam ipſe Meſsias ait. Ite & vos in vineam meam. Meſsias enim pullus & filius Iehudæ fuit: & ad
Pſal. 127 vitem (de qua Propheta canit. Vxor tua ſicut vitis abũdans) Aſinũ ſuum, ideſt corpus ligauit: tradẽs videlicet ipſum in cibum: vt cum vxore colligaretur & vniretur. Corpus autem aſinus dicitur, quia eſt de latere ſiniſtro: & verberibus trahendum eſt.

Geneſ. 49 291 Cur ſcriptum eſt. Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuę
Zohar pallium ſuum? Nónne (vt Zohar proſequitur) lauauit Meſsias veſtimen-
Iſa. 63 tum ſuum in ſanguine? Sicut ſcriptum eſt. Quare rubrum factum eſt indumentum tuum ſicut calcantiũ in torculari? Et iterum paulo ſuperius. Quis eſt iſte, qui venit de Edom, tinctis veſtibus de boſra, ideſt vindemia?
Col. 2 Quam vindemiam de virtutibus immũdis fecit: expolians (vt Paulus ait)
Apoc. 12 principatus & poteſtates, & proiiciens (vt Iohãnes teſtatur) accuſatorem fratrum noſtrorum. Et hoc per virtutẽ lateris ſiniſtri: vbi eſt martyrium, ſanguis & vinum. Poſtea verò per virtutem lateris dextri tribuit nobis aquam & gratiam. Hinc Iohannes ait, quòd Ieſus Chriſtus venit non in
1. Ioan. 5. aqua ſolùm, ſed in aqua & ſanguine.

Gen. 49 292 Cur oculi Iehudæ dicti ſunt pulchriores vino, & dentes lacte candidiores? an, vt denotaretur, quòd oculi ipſius apti erant contemplari non ſolùm inferiora, ſed ſuperiora ac cœleſtia: & quòd dentes eius poterant paſci non ſolùm pane & vino, ſed lacte? Et quia in ipſo lacte præualebant: Ideò candidiores lacte dicti ſunt. An ſermo eſt de Meſsia, in lumbis Iehudæ exiſtente? Ipſe enim ſpecioſus forma præ filiis hominum
Ioan. 6 præbuit nobis vinum, lac & mel, aquamque ſuauiſsimam: & panem fœliciorem ac præſtantiorem illo, qui datus fuit filiis Iſrael: Vt Saluator ipſe teſtatur.

Geneſ. 45. 293 Cur Zabulon ſortitur partem ſuam ad mare, extendens latus ſuum vſque ad Sidonem? an, quia in diſtributione promiſſæ terræ ſic contigit: vt ſortiretur ſortem ſuam ad mare inter Iſachar & Aſſer, continens Cæ-
Iaſ. 19 ſaream & Carmelum: & per tribum Aſſer, cui potens Zabulon ſe com-

municabat, attingens vſque ad Sidonem, nauibus videlicet & mercatu- *Gen. 49*
ris. Hinc dicit textus. Pertingens vſque ad Sidonem in ſtatione na- *Zohar.*
uium. An (vt altius cum Zohar conſcendamus) hinc innuitur partitio
terræ viuentium: vbi Zabulon accœpit ſortem ad mare ſupramunda-
num: vbi negociabatur, & vnde influxum ſuſcipiebat: vt habitaculum
fortitudinis fieret. Hinc (teſte eodem Zohar) ipſe Zabulon ſemper acriter *Idem*
pugnabat in caſtris..

294 Cur Izachar dictus aſinus fortis oblectatur requie, veluti bono *Gen. 49*
quodam: an (vt Hebræi dicunt) id dictum eſt propter tolerantiam oneris *Hebræi.*
ſtudiorum legis: quibus peculiariter hæc tribus addicta fuit? Quod onus *Plato.*
(vt inquit Plato) ſtudēs ferre nullatenus poſſet, niſi allectus & corrobo-
ratus oblectatione rerum de nouo agnitarum. Et quia ſtudio nemo va-
cat, niſi quieſcens (iuxta dogma Peripateticum. Sedendo & quieſcendo
homo fit ſapiens) ideò oblectabatur requie. Sed cur magis dictus fuit aſi- *Phyſ. 7*
nus, quàm equus aut mulus: cùm & huiuſmodi animalia ſufferant onera?
Nónne (vt Zohar ait) quia aſinus ſuffert onus, nec calcitrat in Dominum, *Zohar.*
nec eſt glorioſus, nec quærit honorem proprium ſed Domini ſui, neque
de ſtrato præparato curat? Cuiuſmodi eſt verus ſtudēs legis. Et hic à Deo
mercedem accipit: vt nomen Iſachar indicat. יששכר Iſaſchar enim idem *Gen. 15*
eſt, quod יש שכר ſachar ies, ideſt merces, ſcilicet ei: Deus videlicet, qui
Abrahæ quoque merces fuit.

295 Cur ſcriptum eſt. Dan iudicabit populum ſuum, ſicut & aliæ tri- *Ibid. 49*
bus. Sit coluber in via, & ceraſtes in ſemita? an dictum eſt, quòd iudicabit: *Zohar.*
quia totus erat (vt Zohar ſentit) à latere ſiniſtro: quod Hebræi Din vocāt:
vnde regnum & iudicium? an, quia cura illius fuit colligere caſtra & ſo-
licitare, ne quis poſt terga relictus diſperderetur? Nam filij Dan in caſtris *Nume. 2*
ſemper nouiſſimi proficiſcebātur. An propter Samſonem id dictum eſt:
qui de tribu Dan exiſtens, populum viginti annis iudicauit: vt in libro Iu- *Iud. 15*
dicum legimus? Serpens autem & ceraſtes in via dictus eſt propter ido-
lum, quod Ierobohā collocauit in Dan ſuper via, quæ ducit in Ieruſalem:
vt in tertio Regum volumine habetur. Quod quidem idolum velut Ser- *3. Reg. 12*
pens mordebat, & retrahebat populum à verò Dei cultu. Et id in tantam
populi perniciem fuit, vt Iahacob Spiritu Dei præmonitus, dixerit. Salu-
tare tuum expectabo Domine: quo videlicet populus meus ab hoc ma- *Geneſ. 49*
ximo ſcandalo liberetur.

296 Cur Gad præliari dicitur accinctus etiam retrorſum, vel vſque ad *Ibidem*
calcaneū? an, quia latrunculus & prædator fuit: vt aliqui nulla ratione ſuf
fulti aſſerunt? an id dictū eſt propter etymologiam nominis, quod ei Lea
impoſuit? ſicut & reliquis fratribus nomina cum myſterio à matribus im-
poſita fuerūt. Habito enim hoc filio à viro per ancillam, dixit Lea. Eufor- *Ibid. 30*
tunium. Pro quo communis æditio habet. Fœliciter. Hic ergo vocatus *Zohar.*
fuit Gad, ideſt bona fortuna. Et fortunatior fuiſſet (teſte Zohar) ſi ex vxo-
re & Domina natus fuiſſet. Fortunatus tamē extitit in omni prælio. Hinc
dicitur armatus vſque ad calcaneum, non vtique armis ferreis, ſed cœleſti

influxu. Propterea Moſes ipſum benedicens ait. Benedictus in latitudine Gad: in brachio videlicet & vertice: vt ipſe proſequitur? Iahacob verò dixit, Vſque ad calcaneum.

Gen. 40. 39 297 Cur Aſſer dicitur pinguis panis, præbens delitias Regibus? an, quia ſors eius fuit in terra fertili? an quia natus octauo loco fuit, numero quidem iuſtitiæ & fœlicitatis diſtributiuo? Hinc & ſigno Libræ reſpõdet: vt alibi diximus. Quo etiã numero conſonantia diapaſonica omniũ ſuauiſſima cõtinetur. *Zohar.* Hinc Regibus & inferioribus delitias & ſuauitates præbebat. An (vt Zohar aſſerit) Aſſer, qui beatitudinem ſignificat, denotat Mũdum futurũ: vbi habetur panis ille, de cœlo deſcendens: de quo ſcriptum eſt. *Ioan. 6* Hic eſt panis, qui de cœlo deſcendit? Qui quidem panis præbebit delitias regibus, ideſt iis, qui ſe benè rexerint.

Geneſ. 49 298 Nephtalim cur dicitur ceruus emiſſus, & dans eloquia pulchritudinis? Nónne ceruus eſt animal ſemper & totum mundum, ſempérque *Deut. 12* Deo gratum: vt ex Deuteronomio colligimus? Vnde Nephtalim dictus *Ioſ. 19* eſt ceruus: quia eius Tribus habuit ſortẽ in planitie Galilææ: vbi ſemper primi fructus colligebantur, offerendi tanquam primitiæ Deo gratiſſimæ. Quæ quidem primitiæ offerrentur cum laude: ideò ſequitur. Dans eloquia pulchritudinis, Deo videlicet.

Gene. 49 299 Cur Ioſeph dictus fuit filius accreſcens, & aſpectu decorus? An accreſcens dictus eſt: iuxta nominis rei conſequẽtis ſignificatum? Nam auctus eſt in duas tribus, Manaſſem videlicet & Ephraim: quarum vna pro tribu Leuitica, in ſacrorum adminiſtratione occupata, & inter omnes tribus (vt ſupra dictum eſt) diſperſa, ſupplebat. An, quia fuit augmentum familiæ Iſraeliticæ, in omnibus, in vita actiua acquiſitis? an, quia citò ac valdè creuit dignitate & honore in Ægypto? Decorus autem aſpectu fuit, *Zohar.* gerens præ aliis (vt Zohar ait) effigiem patris, ac matris ſuæ pulcherrimæ Rachelis. Tanta enim pulchritudine præditus fuit: vt ſiqua tranſiret, mu- *Deut. 22* *Geneſ. 49* lieres aſcenderent tecta domorum, muris (vt in Deuteronomio legimus) vallata: vt inde ipſum iuuenem pulcherrimum, tranſeuntem aſpicerent. Hinc Iahacob dixit. Filiæ diſcurrerunt ſuper murum. An (vt literæ veritas habet) bis dicitur בן פרת ben porat, ideſt filius pulcher, quia pulcher erat corpore, ſed pulchrior mente? an porat, ideſt creſcens vtroque augmẽto, temporali videlicet ac ſpirituali?

Ibidem 300 Cur de Ioſeph ſcriptum eſt. Sedit in forti arcus eius? Nónne fortis fuit, zelans cõtrà errorem fratrum, ipſorúmque inſidias & perſecutiones *Ibid. 39* ſuſtinens? Nónne quoque fortis & conſtans fuit contrà illecebras, promiſſa, minas & infeſtationes vxoris Domini ſui? Nónne etiam fortis fuit, quia dum toti Ægypto præeſſet, nunquam cæremoniis vel idolis Ægyptiorum pollutus fuit? Et hoc, quia (vt in textu ſequitur) Deus patris eius, adiutor ipſius erat: qui eum multipliciter benedixit.

Ibidem. 49. 301 Quibus benedictionibus donatus fuit Ioſeph? Nónne multæ enar- *Ibidem 27.* rantur in Geneſi? Prima enim eſt cœli deſuper: qua benedictus fuit & *Ibid. 27* Iahacob in rore cœli. Secunda, abyſſi, terræ videlicet, vel rerum inferio-

rum : vt nihil contra ipſum præualeret. Tertia, vberum & vuluæ, geniture videlicet carnalis. An vberum, de quibus canitur, Dabo tibi vbera mea? Quæ quidem vbera (vt alibi dictum eſt) lac Prophetis præbuerunt. Et רחם Rechem, ideſt pietatis, & non vuluæ. Vtrunque enim Rechem ſignificat. Nec enim eſt maior pietas & amor, quàm cordis materni erga ea, quæ ex vulua ſua prodeunt. Hinc per hanc adiurauit Zacharias, dicens. Per viſcera miſericordiæ, ideſt pietatis vel amoris Dei noſtri: quibus viſitauit nos. Quarta benedictio fuit illa, quam Iahacob habuit ab Izahac. Quinta fuit, quia benedictus fuit benedictionibus patrum eius ſcilicet Izahac & Abrahæ: qui (vt ſuprà dictum eſt) factus fuit benedictio ipſa. Hinc dixit Iahacob. Benedictiones patris tui confortatę ſunt, benedictionibus patrum eius. Et (vt cum Zohar concludamus) per illud את et, antè שדי Sadai, nulla conſtructionis neceſſitate poſitum, totus influxus rerum ſupernarũ innuitur, exoratus à Iahacob ſuper Ioſeph. Nam ibi eſt prima & vltima litera alphabeti. *Cant.7.* *Luce 1.* *Geneſ.49* *Zohar*

302 Cur Iahacob, benedicens Ioſeph, dixit. Donec veniat deſyderium collium excelſorum? Nónne montes excelſi ſunt illi, de quibus Propheta canit. Montes excelſi Ceruis? Qui montes in aduentu Meſſiæ (Ioele teſte) ſtillarunt dulcedinem, & lac & mel fluxerunt: & (iuxta Abachuc oraculum) incuruati ſunt: quando videlicet (vt Iohannes ait) verbum caro factum eſt. Qua quidem incuruatione (vt Dauid canit) ipſi colles exultatione accincti ſunt. Deſyderium verò huiuſmodi collium eſt perficere hominem, vniendo ipſum cum Deo. Quod erit in patria. Ideò dixit Iahacob. His benedictionibus replearis, donec veniat deſyderium collium, ideſt virtutum, aut locorum illius, de quo inquit Apoſtolus. Deus vult omnes homines ſaluos fieri. Propter hoc enim ipſe Deus hominem creauit. *Geneſ.49* *Pſal.103* *Ioelis 3.* *Abac.3.* *Ioan.1.* *Pſal.64.* *1.Tim.2*

303 Cur Iahacob dixit. Fiant in capite Ioſeph, & in vertice Nazaræi, fratres eius? Nónne ſcriptũ eſt, ꝙ ſtellæ vndecim debebant adorare Ioſeph? Et hoc nedum propter Ægypti præſidẽtiam (cum ſcriptura ſemper altiora petat, quàm præ ſe ferat occidens litera) Sed quia Cheneſet, ideſt ſynagoga Iſrael cum altiſſimo myſterio collecta fuit ex duodecim Tribubus, dempto Leui iam ſacerdotio addicto, & inter fratres (vt dictum eſt) diſperſo: dempto quoque Ioſeph, alio profundiſſimo ſacramento. Et in horum locũ Manaſſes & Ephraim ſuffecti ſunt. Hinc cũ tota illa familia haberet ſedem & radicem in loco, quem Hebræi regnum vocant, Chriſtus verò regnum cœlorũ appellat: qui etiam alio nomine dicitur mare, vel piſcina, vbi congregantur aquæ ſupramundan: Ioſephæ, habuit radicem in loco ſuperiori, vbi eſt fons viuus: à quo emanant huiuſmodi aquæ. De quo fonte Propheta canit. Quoniam apud te eſt fons vitæ. Sicut igitur diuerſorum riuulorum aquæ in fonte, velut in capite, vniuntur: Sic Iahacob iubet vniri fratres in Ioſeph fonte & capite. *Gen.49* *Ibidem 37.* *Lucæ 17.* *Pſal.35.*

304 Cur Beniamin dictus fuit Lupus rapax mane comedens prædam, & veſpere diuidens ſpolia? an id dictum eſt (vt communi ſentẽtia Docto- *Geneſ.49.* *Doct. Lati.*

ctores Latini conueniunt)propter Paulum, qui in mane iuuentutis fuit acerrimus Chriſti perſecutor, veluti Lupus rapax:in veſpere verò ætatis, ad fidem Chriſti conuerſus, omnibus omnia factus eſt, vt plures Chriſto lucrifaceret? Sicut ipſemet fatetur. An Beniamin, ideſt Templum in ſorte ipſius Beniamin poſitum,fuit(vt Zohar placet)veluti Lupus rapax,deuorans omnia animalia oblata in ſacrificium matutinum, quod offerebatur Deo qui ignis comedens & vniens dicitur:in veſpere autem, ideſt in ſacrificio veſpertino, quod fiebat ad placandas virtutes aduerſantes & accuſantes homines,fiebat diuiſio illius eſcæ oblatæ:vt vnicuique illarum daretur pars:vt periti in negocio ſacrificiorum norunt.

Acto.9. *1.Cor.9* *Zohar.* *Deut.4*

Gen.49. 305 Cur completis benedictionibus Iahacob,ſcriptum eſt.Omnes Tribus Iſrael ſunt duodecim? Nónne familia Ioſeph in duas diuiſa numerũ, vſque ad tredecim auxit? Non quippè, cum altera illarum ſuffecta fuerit (vt nuper dictum eſt) pro Tribu Leuitica hinc inde diſperſa. Et quamuis ipſa tribus Leui vna ex duodecim tribubus fuerit, non tamen numerum auxit.Sicuti in familia figurata effectum eſt:in qua quamuis vltra duodenarium Apoſtolorum affuerit Paulus, plæriſque in locis per antonomaſiam Apoſtolus denominatus: nõ tamen auxit numerum duodenarium. Cum ipſe fuerit Apoſtolus vniuerſalis:omniũ vicẽs gerens. Sicut ipſemet teſtatur,dicens.Inſtãtia mea quotidiana, & ſolicitudo omniũ Eccleſiarũ.

2.Cor.11. 306 Cur figuratiua & figurata familia numero duodenario diſtributa fuit: an quia vtraque augeri debebat in immenſum? Hinc numero,primo creſcente diſtribui debuit.An, vt cœleſtis familia conueniret cum cœleſti numero duodenario:de quo Plato ampliſſimè ſcribit?Et vt præcipuè cõueniret cum duodecim ſignis cœleſtibus: ad quorum aſpectum caſtrametari filij Iſrael conſueuerant:non,vt à ſyderibus corporeis, ſed à virtute magni Dei nominis,ipſis ſignis preſidentis influxum ſuſciperent.Duodecim enim reuolutiones habet illud ſanctum nomen: ſecũdum quarum quamlibet vni ſigno præſidet:vt antiqui Theologi docent. An,vt conueniret vtraque familia cum duodecim fundamẽtis ſupernæ Ciuitatis,duodecim lapidibus,duodecim portis,& duodecim Angelis ipſis portis præſidentibus?Sicut apertè Iohannes ſcribit.

Plato 6. de leg. *Nume.2* *Ant. Th.*

Apo.21 307 Cur ſcriptum eſt, quòd Iahacob moriens collegit pedes ſuos ad lectulum? an, quia totus non erat in lectulo? An collegit pedes ad lectulum illum, de quo canitur. En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt? Et iterum. Lectulus noſter floridus.Illuc enim collegit pedes, ideſt affectus. Cùm tot' inhiaret illuc peruenire. Sicuti & Paul' de ſeipſo ait. Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Lectulus itaque locus eſt ac ſedes ipſi Iahacob præparata. Immò ipſe (vt Sapientes aſſerunt)eſt pes Orientalis diuinæ ſedis:Abraham Meridionalis: Izahac Aquilonaris:Dauid autem Occidentalis:vt etiam ſupra diximus. Et hic eſt populus, ad quem ipſe Iahacob collectus dicitur.

Ge..9 *Cant.3.1* *Phil.1.* *Sapientes.*

Gen.49 308 Cur Ioſeph iuſſit balſamo liniri corpus Iahacob? an,quia(vt Zohar aſſerit,in terra Chanaan,vbi ſepeliri petierat,cadauera citò reſoluebãtur?

Ibid 50

Ideò, vt diutius conſeruaretur cadauer eius, id fieri iuſſum eſt. an (vt altiora referemus) quia vtraque vita Iahacob, ſpiritualis videlicet ac corporea, magna ex parte (vt Zohar docet) à Ioſeph dependebat? ideò non ab re dicitur, quòd ipſius iuſſu corpus Patris præſeruatum fuit. Hinc ſcriptum eſt, quòd Iahacob ſeparatus à Ioſeph, dixit. Deſcendam ad filium meum lugens in infernum. Audito autem, quòd viueret, reuixit ſpiritus eius. Videns verò ipſum, dixit. Iam lætus moriar: quia vidi faciem tuam. A fonte enim vitæ (vt diximus) Ioſeph pro ſe & aliis originem & influxum traxit. *Zohar. Gen.49 Zohar. Gen.37 Ibid. 45. 46*

309 Cur Ioſeph moriens, bis dixit. Deus viſitabit vos? Nónne ſemel tãtùm Deus viſitauit filios Iſrael in Ægypto per Moſem & Aharon: qui & inde eos abduxerunt? an igitur ipſe ſpiritu Dei præmonitus prophetauit (ſicut & patres eius) meliora prædicens; de aduentu videlicet Meſſiæ duplici: vt omnes Hebræi Sapientes conueniunt? Primus enim ipſius aduẽtus fuit, quando de virgine naſci, ac pro nobis mori dignatus eſt. Secũdus autem erit, quando veniet (vt ipſemet ait) filius hominis cum angelis ſuis in maieſtate ſua: videlicet vnicuique operi tam fabricæ quàm humanorũ negociorum, necnon & redemptionis humanæ finem imponat. *Ibid.50 Exod.12 Sap. Heb. Mat. 25*

310 Cur Ioſeph ſepultus fuit in prædio, quod tradidit ei Pater in Sichem? an ſicut patres eius elegerant ſibi in ſepulchrum ſpeluncam illam quæ erat in Hebron, rationibus & myſteriis alibi aſſignatis: Sic & Ioſeph elegit pro ſepulchro prædium illud ſitum in terra Sichem? Vbi primo Gẽtibus datum fuit pactum circuncisionis: vt in Geneſi legimus. Obſeruatio enim ipſius pacti ad eum potiſſimè pertinebat: cuius origo (vt ſecretiores Theologi docent) inde eſt, vnde venit & fœdus ipſum. Hinc non ſine myſterio pater Spiritu ſancto plenus tradidit locum illum Ioſeph cũ tanta celebritate in peculiare donum, quando vnicuique filiorũ eius propriam cœleſtis influxus portionem aſsignauit: vt aliàs tetigimus. An, ſicut patres illi elegerant ſpeluncam illam, tanquam locum ſubiectum illi fonti, ad quem conſcendere intendebant (qua ratione, & Dauid elegit arcem Sion, tanquam locum ſibi congruum & aptum) Sic & Ioſeph elegit prædium illud? Conuenientia enim loci, ſacrificij, orationis & verborum (vt alibi dictum eſt) in ſacris peragendis ſummoperè confert. *Ioſ.24 Gen.34. Se. Theo. Gen.48*

SECTIO V. DE MOSE ET EXITV ISRAELIS EX AEGYPTO.

VNDE venit Moſes? Nónne nomen eius hoc indicat? Nam, ſumptum ex aquis ſignificat: vt in Exodo patet. An igitur ſumptus fuit ex aquis Nili, quem Gion eſſe tenemus ab horto voluptatis egredientẽ; vt inde & ab aquis fontis illius ſuſceptũ Moſem intelligamus? Vndè quãuis omnis anima ab illis aquis proueniat (dicẽte ſcriptura, antequàm quicquã oriret in terra, *Exod.2.*

Geneſ. 1. Producant aquæ ſerpituram animæ viuentis) Moſes tamen per quãdam analogiam, aut antonomaſiam, ſiue immediatè inde ſumptus fuit. Sic & beata virgo immediatè apud Deum gratiam inuenit. Sicut Angelus ei te- *Luce 1.* ſtatus eſt. Nec enim ab re dictum eſt, quòd Moſes ſumptus fuerit ex aquis prouenientibus ab illo fonte, qui diuiditur in quatuor capita, ideſt à nomine magno Dei: vt nomen eius indicat. Nam משה Moſch reuolutum, *Exod. 3* more Hebræorum, dicit השם Haſem, ideſt ipſum nomen, aut virtus eius, quæ peculiariter ei data eſt. Hinc & ipſi peculiariter ipſum nomen reuelatum eſt.

Ibidem 2. 312 Quo myſterio Moſes percuſſit Ægyptum, & eum ſub ſabulo ſepe- *Lati. Theo.* liuit? an (vt ſenſum moralem proſequamur, quem Latini Theologi hic ſequuntur) hinc docemur occidendum eſſe ac ſepeliendum animalem hominem, antequam rerum diuinarum negocia pertractentur? An (vt altius conſcendamus) quia Deus data illa virtute (vt dictum eſt) iuſſit vt periculum faceret de virtute Ægyptiaca, Magica prorſus ac dæmoniaca: vt per hunc occiſum ac ſepultum in ſabulo indicaretur, quòd ſuperare & collidere debebat omne robur Ægyptiorum, & tradere ipſum ſepulturæ in arena maris, loco quippe huiuſmodi poteſtatibus conuenienti? Hinc & peritis ſolent expulſi dæmones ad deſerta & arida loca relegari. Cuius ope- *Exod. 7* ris faciendi aliud indicium fuit: quando virga Aharon virgas Magorum Ægyptiorum deuorauit.

Ibidem 2. 313 Quo Moſes fugit, & quo myſterio? Nónne ad Madianitas fugit, *Geneſ. 25.* progeniem quippè Abrahæ ex Chetura? Et hoc, vt inde ſumeret vxorem ſibi conuenientem, & ex progenie ſua: &, vt inde influxum ac robur re- *Act. 7.* gionis illius ſuſciperet: & qui omni ſapientia Ægyptiorum (vt Lucas nar- *Mercurius Ietro* rat) præditus erat, inſtrueretur quoque doctrina Mercurij Triſmegiſti: qui (vt nonnulli viri inſignes affirmant) Ietro fuit, & ſeptinomius. Ho- *Artaban.* rum enim doctrina adeò conſimilis fuit: vt Artabannus eandem vtriuſque doctrinam fuiſſe exiſtimauerit: tanquam conuenientem cum diuina, quam ipſe Moſes poſteà ſuſcepit.

Exod. 3 314 Vbi nã Moſes paſcebat oues ſoceri ſui, quando Deus vocauit eum? an in interioribus deſerti: vt habet cõmunis æditio? Sed quomodo Deus habitat in deſerto, loco vtique Diabolo (vt nuper dictum eſt) conuenienti? an igitur vltra deſertum ſe contulerat (ſicuti veritas literæ ſonat) vt ibi haberet paſcua pro ouibus: & Deum, cum tanta celebritate ei loquẽtem reperiret? Fuerat enim in deſerto, quãdo, ſecundum doctrinam Ægyptiorum, rebus inferioribus & immundis vacabat. Locuturus autem cũ Deo deſertum tranſcendens ad montem Dei Horeb venit. Vbi legem & tot bona diuina poſtea ſuſcepit: quæ in deſerto non influuntur.

Ibidem *Deut. 4.* 315 Quod eſt myſterium rubi incombuſti: quẽ Moſes vidit? Nónne inde depræhẽdere potuit Deũ eſſe ignem (vt ipſemet Moſes in Deut. iuxta veritatem literæ perhibet) comedentem & non conſumentem? Nam rubus fomes ignis accommodatiſſimus, ardebat & non conſumebatur. Sic fuit ignis Spiritus ſancti in Apoſtolis, ardens perficienſque, & non conſumẽs.

Cur

316 Cur Deus iuſſit Moſi, vt calciamentum pedum ſolueret? Nónne, quia (vt ipſe ſtatim ſubintulit) locus in quo ſtabat terra ſancta erat? An igitur terram ſanctam nemo poteſt calciatis pedibus calcare? Sed nónne nos ad altare ſanctum calciatis pedibus aſcendimus? Et populus Iſraeliticus nónne in terram ſanctam calciatus intrauit? An igitur latet hîc myſterium? vtique. Nam Moſes qui deſerta & immunda calcare cõſueuerat ad ſuperiorem & mundum gradũ deueniens (vt ipſum calcaret) exui debebat vetus & fœdatum calciamentum, quo induti erant pedes affectus ſui dum illa contrectaret, vt mundus ac liber Deo ac diuinis vacaret. *Exodi 3.*

317 Cur Deus vniuerſalis, trium præcipuè patrum Deum ſe nominat, dicens: Ego ſum Deus Abraham, Deus Izahac, & Deus Iahacob? an quia aliorum qui ipſum non colebant, Deum non ſe recognoſcebat? Sed nónne ipſemet Deus per Moſem decantat: Videte, quòd ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus pręter me? Et Pſalmographus: Tui ſunt cœli & tua eſt terra, orbem terræ & plenitudinem eius tu fundaſti. An ergo dicitur Deus patrum illorũm, quia ipſis ſolis tradidit verum cultum? An, quia per tres illos patres adiuncto Dauide, quarto videlicet pede throni Dei, completur ſedes eius, quæ omnia complectitur? Nam cœlũ (vt ipſemet Deus in Iſaia teſtatur) ſedes ipſius eſt. Vnde vnumquodque ſub aliquo iſtorum contineri neceſſe eſt: & ab iſtis (vt notũ eſt diuinos influxus metiri ſcientibus) omnia concluduntur. Hi enim (vt ſuprà quoque diximus) quatuor cœli plagas complectuntur: Iahacob videlicet Orientem, Abraham Meridiẽ, Izahac Aquilonem, Dauid autem Occidentem. *Ibidem* *Deuter. 32.* *Pſalmo 88.* *Iſaie 66.*

318 Cur Deus Moſi dixit: Ego ſum, qui ſum? An id cum maieſtate quadam dixit, nolens exprimere quis eſſet? An (iuxta veritatem literæ) dixit, Ero qui ero: erga vos videlicet, quando puniam Ægyptios & vos Hebræos liberabo? An (vt ſecretiores Theologi volunt) hic exprimitur ſummum nomen Dei אהיה Eheieh. Quod nomen adeò ipſi çelebrãt, vt cenſeãt illud eſſe primum & principium omnium nominum, exprimens Patrem, Filiũ & Spiritum ſanctum. Per primum igitur אהיה Eheieh Filium, per ſecundũ Spiritum ſanctum, & per אשר Aſſer medium Patrem, vtriuſque videlicet (vt aiunt) coronam ſupremam exprimi aſſerunt, quod fruſtrà explicaretur, niſi in huiuſcemodi facultate expertis. *Exodi 3.* *Sec. theolo.*

319 Cur patribus terra viſionis promiſſa fuit? Nónne patribus quibus demonſtranda erant diuina ſecreta, conuenienter data fuit terra, quæ viſionis dicitur: Ieruſalem enim viſio pacis (vt ſuprà dictum eſt) interpretatur. Arabes autem ipſam חזו Choz, quod viſionem ſignificat, appellant. Tota enim Theologia ab Hebræis proceſſit, quoad vtrumque teſtamentum. Quę quidem Theologia cùm (Platone teſte) per oracula tantummodò ſuſcipienda ſit: quæ ſunt per viſionem intrinſecã vel imaginariã: Hinc de Patriarchis primò ſcriptũ eſt: Et apparuit Dominus Abrahæ, Iahacob, Moſi & aliis. Poſtea de Prophetis ſcriptum reperitur, Viſio Iſaiæ, Ezechielis, Hamos & huiuſmodi. Et cùm patres & Prophetæ viſiones has haberent ex influxu præcipuo in terra illa: ideò ipſa dicta fuit terra viſionis, & *Plato.*

ipſis patribus, tanquam his viſionibus dignioribus promiſſa, & tandem data.

320 Cur terra patribus promiſſa, peculiari dono dicitur fluere lac & mel? An de lacte caprarum, aut ouium & melle apum eſt ſermo? Sed nónne multæ aliæ regiones in huiuſmodi fertiliores ſunt? An igitur (vt communiter Sapientes aſſerunt) per lac intelligitur ſapientia rerũ diuinarum, per mel verò guſtus ipſarum? Et cùm huiuſmodi lacte & melle præcipuè cibatus fuerit Chriſtus. Hinc de ipſo ſcriptum eſt: Butyrum & mel comedet, vt ſciat reprobare malum & eligere bonum. Nec enim per butyrum pecudum, vel mel apum quis vnquam diſcet bonum à malo ſecernere. Lacti autem comparatur, & ab eo denominatur hæc ſapientia, quia paſcit illos, de quibus dicitur: Niſi efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quo lacte abundauit terra illa, quia inde venit Euangelium, Prophetia & lex, quamuis in Sina data fuerit, cùm Sina (teſte Apoſtolo) iungatur Ieruſalem, coniunctione videlicet ſuperna, vt infrà (Deo duce) declarabimus.

Exodi 3. *Sapientes* *Iſaie 7.* *Matth. 18.* *Galat. 4.*

321 Cur terra viſionis poſſeſſa primò fuit à Chananæis maledictis? nónne anima imagine Dei fulgens à corpore & carne poſſidetur, antequàm ipſa caro ſiue corpus in ſeruitutẽ ſpiritus redigatur? Sic fuit populus Dei ſub ſeruitute Ægyptiaca antequàm legem ſuſciperet. Pari modo Chriſtus fuit poteſtati perfidorum Phariſæorum ac gentilium obnoxius, & à Diabolo (teſte Matthæo) aſſumptus, antequàm regnum vniuerſorum adipiſceretur. Sic quoque fuit totum genus humanum prius ſub peccato, deinde ſub gratia. Hac enim ſerie ſpiritualia cum terrenis in hoc permixto mundo currunt, iuxta illud Apoſtoli: prius quod animale, deinde quod ſpirituale.

Matth. 4. *1. Cor. 15.*

322 Cur Deus noluit, quòd populus Iſraeliticus ex Ægypto vacuus egrederetur, ſed cum argento & auro? An in præmium laboris, quem multum fruſtrà filij Iſrael Ægyptiis impenderant? an quia Ægyptij ob proteruiam & rebellionem ipſorum in Deum, meruerunt bonis mobilibus ſpoliari? an, vt amota ſede Mammonæ, ſeu Iouis Ammonij, Ægypto præſidẽtis, facilius ipſe collideretur? An, vt ipſi theſauri in arcæ fabricam poſteà commutati, eſſent nobis exemplo, vt inde diſceremus facere nobis amicos in cœlo (ſicut Chriſtus iubet) de mammona iniquitatis.

Exodi 3. & 12. *Luca 16.*

323 Cur Magi Memphitici ceſſerunt Moſi in tertio ſigno, pediculorum videlicet? An quia exinanita fuerat eorum virtus in duobus ſignis, ad æmulationem ipſius Moſi iam factis? An quia productio ranarum, & tinctura ſanguinea aquæ, poterant naturaliter fieri: nec deerat niſi acceleratio quam Magi illi, fauore virtutum immundarum fecerunt: in pediculis autem (pro quibus communis æditio habet Cyniphes) qui generantur ex ſudore humano, deerat tantæ copiæ materia, cuius productio ſolius Dei eſt? Hinc, cùm ad producendam ipſorum materiam diuina tantummodò virtus exquireretur, apertè ipſi Magi confeſſi ſunt digitum Dei ibi interfuiſſe.

Exodi 8. *Ibidem*

324 Cur & qua iuſtitia Deus indurauit cor Pharahonis? An(vt Theologi noſtri dicunt)quia noluit emollire,quod indurare eſt?Hinc Apoſtolus ait:Cui vult,miſeretur:& quem vult,indurat. An,vt oſtenderet gloriā ſuam,& virtutem nominis ſui in vniuerſa terra, vt ipſemet Deus in Exodo teſtatur?An Pharaho meruit indurari ob impietatem,quam multiplicem in Hebræos exercuerat,præcipuè effundendo ſanguinem innoxium? Quod annumeratur à Salomone inter maxima flagitia, quæ præ cæteris odit Dominus. Nos enim ſæpiſſimè in nobiſmetipſis duritiem & pœnam inde ſequentem acquirimus,iuxta illud Apoſtoli:Tu autem ſecūdum duritiem tuam,& impœnitens cor,theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei. *Ibidem 7. Theologi. Roman. 9. Exodi 9. Ibid. 1. 5. Prouerb. 6 Roman. 2.*

325 Cur in ſignum ſacrarum rerum faciendarum data fuit Moſi conuerſio virgæ in Serpentem, & è conuerſo? An, vt indicaretur quòd prouincia quæ difficilis videbatur,facilis foret:vbi diuina virtus aſſiſteret? An vt via quæ videbatur horrida, & propter Pharahonis duritiem fugienda, tandem demonſtraretur ſuauis? An,vt inde denotaretur quòd genus humanum,arbor & virga in horto deliciarum plantata, cedens Diabolo & Serpenti diabolica & mortifera effecta fuit: ſed per verum liberatorem Chriſtum à conditionibus ſerpentinis erui debebat, ac reduci in priſtinā virgæ formam?cuius myſterij Moſes in familia illa particulari typum geſſit. An,vt generaliter doceremur, quòd omne opus diuinū in terram proiectum,i,viribus terrenis derelictum,horridum apparet:ſed iuſſu ac fauore diuino reſumptum ſuaue redditur? *Exodi 4.*

326 Cur Moſes dixit Deo, Mitte, quem miſſurus es? An, quia dubitabat de Deo?Hinc lingua eius blæſa effecta eſt. An alluſit ad verum & vniuerſalem omnium redemptorem, ignorans quòd ipſum præcedere deberet typicus & figuratiuus redemptor?Nam ipſum vniuerſalem redemptorem Moſes,diuino lumine illuſtratus, venturum prænouerat: nec tamen ſe in ipſius figuram præceſſurum ſciebat. An id dixit,indignum ſe tanto negocio exiſtimans? Quod facere ſolent prudentiores viri, minus quàm poſſint,de ſe præſumentes. Cuius contrarium temerarij & arrogantes efficiunt. *Ibidem*

327 Cur Moſes vadens in Ægyptum,vt Dei mādatum perficeret,ipſum Deum aduerſantem ac minantem ſibi mortem inuenit? Nónne quia trāſgreſſor mandati puerum non circunciderat? Sed nónne immunes erant Hebræi ab huiuſmodi mandato exiſtentes in itinere? Hinc in tota peregrinatione deſerti nullus vnquā circumciſus fuit, ſed ſolùm poſtquā promiſſa habitacula populus ingreſſus eſt:vt in libro Ioſueh legimus. An igitur in hoſpitium iam receptum Moſem Deus occidere voluit,præmittens ſigna,palliditatem videlicet,depreſſionem vultus,tremorem membrorū, & huiuſmodi? Quę quidem ſigna aduertens vxor eius Zipora,circumcidit puerum,& virum à morte ſeruauit:quā ei Dominus inferre volebat,quia puerum(vt dictum eſt) in diuerſorium iam ingreſſus non circunciderat. *Ibidem Ioſueh 5.*

328 Cur Zipora ſanguine ad pedes viri fuſo, dixit: Sponſus ſanguinis *Exodi 4.*

tu mihi nunc es? An (vt aliqui dicunt) id dixit, tãquam mulier gentilis, quæ ad nouum ritum venerat? Sed quomodo Madianitæ gentiles erant, cùm de ſtirpe Abrahæ (vt ſupra dictum eſt) eſſent. An igitur, quia occidendus erat Moſes ob tranſgreſſionem præcepti, & ab ipſa morte ipſa Zipora liberauerat eum circuncidens puerum? Hinc quaſi denuò deſponſata fuiſſet in ſanguine, qui ipſum Moſem à morte præſeruauerat, dixit: Sponſus ſanguinis nunc mihi es. Et ideò pedes ipſius viri ſanguine tetigit: quia (teſte Apoſtolo) omnia penè mundantur in ſanguine. *Hebr 9.*

329 Cur ſcriptum eſt, quòd audiuit Dominus gemitum filiorum Iſrael & fœderis ſui recordatus eſt? Nónne (vt ſecretiores Theologi docẽt) quia tanta eſt coniunctio & vnio orationis cum fœdere, vt facta oratione & effuſo gemitu coram Deo, ipſe recordetur fœderis quod habet cum creaturis: parcendi videlicet, redimendi, ſaluandi & remunerandi? Nam licet homo fœdus per peccatum fregerit, tamen ſi pœnitẽtia ductus ad Deum reuertatur, omnium peccatorum oblitus ipſe Deus, fœderíſque ſui recordatus, dolentem & orantem ſaluat, ſicut ipſemet Deus in Ezechiele apertè teſtatur. *Exodi 2.* *Secr. theo.* *Ezech. 18.*

330 Cur Moſes Deus Pharahonis, & Aharon ipſius Moſi interpres, cõſtituti ſunt? Nónne, quia Moſes adeò Deo plenus fuit, vt contra Phatahonem & omne robur immundorum ſpirituum qui Pharahoni & Ægyptiis fauebant, præualuerit? Hinc ipſius Pharahonis Magi coacti fuerunt palàm confiteri, quòd digitus, id eſt virtus Dei eſſet in Moſe. Qui quidẽ Moſes ideò dictus fuit plenus Deo, quia tot prodigia in Ægyptios exercuit, quæ fieri non potuiſſent, niſi à Deo. Aharon autem interpres eius fuit, quia ipſe Moſes blæſus & elinguis effectus fuerat: an, vt ambo ſimul eſſent diuinæ locutionis teſtes? Nam (teſte Chriſto) duorum ſaltem teſtimonium plenum eſt. An, ne confunderetur in vno ſolo duplex dignitas, regia videlicet ac ſacerdotalis, quam Deus eis tribuere ſtatuerat? Regis enim erat, & vicem Dei tenentis, vel Dei in humano corpore latitantis, dare legem: Sacerdotis autem ipſam interpretari, iuxta illud Aggæi: Interroga ſacerdotem legem, & reſpondebit tibi. Et ſic tradita fuit bifaria lex (vt antiqui Theologi dicunt) ſcripta videlicet per Moſem & Legiſlatorem, & ore tenus ſiue coram, per Sacerdotem, vel alium interpretem declarata. *Exodi 7.* *Ibidem 8.* *Ibidem 4.* *Matth. 18.* *Agg. 2.* *Ant. theol.*

331 Cur ad tot prodigia non fuerunt territi, neque moti Ægyptij? An, quia dati erant in reprobum ſenſum, ob multa iniuſtè in Hebræos perpetrata? An, quia adeò ſcelus & nequitia ipſorum inualuerat, vt (veluti corpus ab ægritudine valdè oppreſſum) ſuſciperent detrimentum ab omnibus quæ aliis auxilium & fauorem præſtare ſolent? Hinc de Chriſto prædixit Simeon, quòd poſitus erat in ruinam multorum malè videlicet diſpoſitorum. Quamuis ipſe venerit vt omnibus diſpoſitis ſalutem & medelam tribuat, ſicut ipſemet Chriſtus (iuxta Iſaiæ oraculum) apertè teſtatus eſt. *Exodi 11.* *Luca 2.* *Ibidem 4.* *Iſaia 61.*

332 Cur Moſes poſtquam Deus ei locutus eſt, elinguis fuit? An (vt ſuprà

dictū eſt) quia dubitabat de Deo? An quia perterrito Moſi euenit: quod ab huiuſmodi inſolitis viſionibus aut ſermonibus pauefactis accidere ſolet, licet apparentes aut loquentes non ſint obſcuritatis principes? Hinc filij Iſrael vocem Dei inſolitā non ſufferentes, adeò perterriti ſunt, vt mortem timerent, dicentes Moſi. Non loquatur nobis Dominus, ſed loquere tu, ne fortè moriamur. Sic quoque Petrus, Iacobus, & Iohannes audiētes vocem Dei tremebundi ceciderunt in terram. An blæſus dicebatur ad exprimenda arcana illa quæ viderat & à Deo audierat? Quæ quidem arcana talia ſunt, vt de ipſis (teſte Paulo) loqui homini non liceat. *Exodi 4.* *Ibidem 20.* *Matth. 17.* *2. Cor. 12.*

333 Quod nomen Deus Moſi declarauit, patribus non indicatū? Nónne hoc nomen fuit illud tetragrammum vel quadriliterum: quod ſecretiores Theologi truncum & radicem omnium nominum diuinorum exiſtimant? Ab ipſo enim (vt habetur in libro, qui Porta lucis inſcribitur) omnia verba legis deducta fuerunt. Sed cur huiuſmodi nomen ipſi Moſi reuelatum eſt? An cùm tota lex ab ipſo emanans publicanda eſſet per Moſem, nomen & origo illius ipſi Moſi meritò pandenda erant? An, cùm Iouis Ammonij Ægyptiis præſidentis, virtus per Moſem (vt alibi dictū eſt) collidenda foret, dãda erat ipſi Moſi virtus, qua illam comprimere poſſet? Quæ virtus repoſita tantùm erat in hoc nomine quadrilitero ipſi Moſi reuelato: vt harum rerum gnari affirmant. Hinc Moſes ipſum nomen explicauit, quando amoto Ægypti tutòre, totū robur Ægyptiorum in mari colliſit. *Exodi 3.6.* *Secr. theolo.* *Porta lucis.*

334 Quod potiſſimum prodigiorum fecit Moſes? An fuit illud pediculorum, cui Magi ceſſerunt? nec enim vltrà auſi fuerunt contendere cum Moſe. An maximum prodigiorum & miraculorum fuit, quando explicauit nomen illud (vt nuper dictū eſt) in ter ſeptuaginta duas literas, ex quibus colliguntur ſeptuaginta duo nomina trilitera, tanquam rami ex vna radice prodeuntes? Quibus quidem nominibus non modò currus & robur Ægytiorum, ſed omnium ſeptuaginta duorum principum populorū, vel idiomatum cæteris inferioris virtutē ipſe Moſes proſtrauit. Hinc cōtra quoſcunque populos etiam pauci ex Iſrael poſtea pugnarunt intrepidi, ſicut ipſemet Moſes decantauit. *Exodi 8.* *Ibidem 14* *Deuter. 32.*

335 Cur Deus omne primogenitum Ægypti percuſſit? Nónne, vt virtus Ægyptiaca collideretur, quæ ab ariete primo ſignorum potiſſimè dependebat? Vnde & virtus Mammonæ, ſiue Iouis Ammonij, qui arietinus eſt. Hinc Romani in veſtibulo templi ipſi Mammonæ in Exquilino monte conſtructi poſuerant, Ioui Ammonio arietino. Quod ſignum (vt Ptolemæo placet) Aquilonare eſt. Sicut & ille Mammona, qui dixit: Ponam ſedem meam ad Aquilonem. Qui quidem Mammona (teſte Chriſto) pecuniæ & auri Dominus eſt. Hinc in Iob ſcriptum eſt: Ab Aquilone aurum venit. *Exodi 12.* *Romani* *Ptolemæus.* *Iſaia 14.* *Lucæ 16.* *Iob 37.*

336 Cur Deus iuſſit populum intra domos recludi, poſtibus ſanguine agni munitis? Nonne (vt ſuprà quoque de mente Zohar diximus) quia, quando angelo percutienti demandatur, vt aperto Din, id eſt, ſeuera iu- *Exodi 12.* *Zohar.*

Gene. 17. Ibidem 19. ſtitia ſæuiat, quotquot reperit, ille punit? Vnde tunc nil ſalubrius, quàm abſcondi. Ideò imminente diluuio iuſſit Deus Noch vt abſconderetur in arca. Pari modo ſæuiente iuſtitia in Sodomæos, iuſſum fuit Lot vt aufugeret: ſic quoque Epidimiæ tempore fieri debet. Hac igitur de cauſa Hebræi iuſſi ſunt intra domos recludi, ac munire poſtes ſanguine agni, verũ liberatorem & agnum figurantis.

337 Cur in liberatione populi Iſraelitici percuſſa fuit Ægyptus? An quia (vt ſuprà diximus) ſic Ægyptij merebantur? An, vt diuini progreſſus ordo ſeruaretur? Nam ſi Deus per dextram & pietatẽ procedit, ſemper eſt beneficus ſine alicuius damno, ſicuti ſe habuit erga Abraham. Si verò per viam iuſtitiæ & ſiniſtram, ſiue per viam ex vtraq; iuſtitia videlicet ac pietate mixtam procedit: tunc ſemper, ſi vnum liberat, alterum punit. Hinc percuſſit Ægyptios, & Hebræos liberauit. Sic Chriſtus, in quo (teſte Propheta) iuſtitia & pax oſculatæ ſunt, in reſurrectionem & ruinam multorum poſitus fuit, ſicut Simeon prædixerat. Sic ipſe quoque in die iudicij aliis præmium, aliis pœnam tribuet, vnicuique ſecundum opera ſua, ſicut ipſemet teſtatus eſt.

Pſalmo 84.

Lucæ 2.

Matth. 25.

338 Cur Ægyptus decem plagis plagata fuit? An, quia manus Dei extentæ & apertæ fuêre in decem digitos ſuper Ægyptios? Vnde ſecundum vnumquemque digitum Ægyptus plagata fuit. Propterea dictum eſt: Digitus Dei eſt hic. An, quia populus Ægyptius fecerat contra decem præcepta, decémque cœlos ſuperiores & inferiores, à quibus & præcepta & flagella in tranſgredientes emanant? Sicut enim denario diurno (teſte Chriſto) bene operantes remunerandi ſunt, ſic decem obſcuris plagis malè agentes punientur. An, vt denotetur conſummata Ægyptiorum plaga per denarium, numerum conſummatum ac completum?

Exodi 8.

Matth. 20.

Exodi 12. 339 Cur iuſſit Deus celebrari Paſcha in exitu Iſraelis ex Ægypto? An in tanti beneficij celebritatem? An, in memoriam rerum factarum & faciendarum, in memoriam videlicet egreſſus & tranſitus creaturarum à Deo, qui fuit eo tempore? Hinc iubetur, quòd menſis ille, Martius videlicet, ſit primus in menſibus anni, quamuis alia ratione & myſterio alibi declarãdo, dicatur mundum eſſe factum in menſe Septembris, tempore videlicet collectionis fructuum, vt homo haberet vnde aleretur. In figuram verò rerum faciendarum fuit, quia eo tempore Chriſtus nos è poteſtate tenebrarum eripuit: & eo tempore (vt nonnulli ſentiunt) liberabimur ab omnigena ſeruitute, corporis videlicet, mundi, peccati & Diaboli per veram reſurrectionem.

340 Cur iuſsit Deus azima comedi? Nónne in memoriam & repræſentationem creationis rerum, quæ facta fuit ſine aliqua præuia corruptione, præter omnem naturæ ordinem? De cuius naturæ operatione dicitur, quòd generatio vnius eſt corruptio alterius. In illius igitur operationis memoriam iuſsit Deus comedi panes abſque fermento: quod (teſte Paulo) vel modicum totam maſſam corrumpit. Quod etiam in memoriam

Ibidem

1. de generat. & corr. tex. 17

1. Cor. 5.

futuræ reſurrectionis factum eſt. Ibi enim dabitur nouum eſſe, nouáque vita abſque aliqua corruptione præuia.

341 Cur incircunciſus prohibebatur comedere Paſcha? An, quia indignus erat lege, quæ tunc dari incipiebat? An, quia niſi quis fieret nouus homo per circunciſionem, in nouum ſtatum intrare nequibat: libertatis videlicet non tantùm ab Ægyptiaca ſeruitute, ſed vere libertatis per illam præfiguratæ? Hinc intrantibus in ſanctã ac promiſſam terrã iubet Deus, vt circuncidant præputium cordis. Quo ſenſu dixit Apoſtolus de adhærentibus Christo, in quo circunciſi eſtis, circunciſione non manufacta, præputij videlicet: ſed in circunciſione Chriſti, qui viuificauit nos, donans omnia delicta. *Exodi 12.* *Deuter. 10.* *Coloſ. 2.*

342 Quos ſexcentos currus accepit Pharaho, antequàm currus Ægyptiorum expediret? An ab aliquo rege confœderato accepit? An (vt Zohar ſentit) virtutem ſpirituum immundorum quibus Ægyptij familiares erãt, accerſiuit? Hinc Moſe incipiente prodigia facere, ipſi Ægyptij confugerunt ad illas virtutes immundas per Iannem & Mambrem Magorum omnium tunc celeberrimos. Harum igitur virtutum immundarum primò ſubſidium ipſe Pharaho inuocauit (ſicut ſanctarum virtutum tutelam implorauit Eliſæus ab Aſſyriis obſeſſus: quas & puero Giezi demonſtrauit, dicens: Aperi Domine oculos pueri huius, vt in quarto Regum volumine legimus) poſtea expediuit omnes bellatores, quos in Ægypto reperit. *Exodi 14.* *Zohar.* *4. Reg. 6.*

343 Quam virtutem, & quem ducem Deus Moſi dedit contra tot multigenos hoſtes? Nónne dedit ei inter angelicos duces Michaelem, vt pugnaret contra illos hoſtes: & Mitatron, facierum principem, qui eum ad faciem Dei, cùm opus eſſet, introduceret? Ideò ſcriptum eſt, quòd Deus cum Moſe facie ad faciem loquebatur. In quo quidem angelo fuit nomen Dei, id eſt, virtus diuini nominis: vt in Exodo legimus. Cuius nominis virtute (vt dictum eſt) ipſe Moſes omnes hoſtes colliſit. Ipſum verò Moſem tanta diuinitate repleuit nomen illud: vt Deo plenus & Deus Pharahonis dictus ſit. Nam virtutem diuinitatis in ipſum Pharahonem exercere debebat. Hinc fuit verus Rex, vnctus diuinitate. De qua vnctione Iohannes loquitur, dicens: Vnctionem habetis à Sancto: & noſtis omnia. *Numer. 12* *1. Ioan. 2.* *Exodi 23.*

344 Cur ſcriptum eſt, quòd in exitu Iſraelis ex Ægypto non latrauit canis? An (vt Auguſtino placet) vt denotetur quàm quietè filij Iſraelis egreſſi ſint? An de Cane tricerbero eſt ſermo, qui alibi dicitur Ammomino ſiue Mammona Ægypto præſidens? Nam huius latratus in exitu eorum obmutuit, & vires depreſſæ fuerunt. An per כלב Cheleb, quod communiter Canis interpretatur, intelligitur omne cor? Nam id quoque Cheleb ſignificat. Vnde ſenſum eſt: Nullum cor mutiit, aut cogitauit malum contra exeuntes. Hinc in textu ſubinfertur: Ab homine vſque ad pecus. Omnes enim fuerunt fauentes eorũ egreſſui, quouſq; inſurrexit Pharaho *Exodi 11.* *Auguſt.* *Ieremiæ 46.*

contra eos in omnimodam ſuiipſius perniciem, vt penitus à mari abſorberetur.

Exodi 13 345 Cur ſcriptum eſt, quòd armati aſcenderunt filij Iſraelis ex Ægypto? An forſitan ab Ægyptiis (vt aliqui dicunt) armati fuerunt? Sed non quippe credendum eſt, quòd licet Ægyptij dederint eis vaſa & veſtes, dederint
Nic. de lyra. etiam arma. Nec Scriptura id meminit. An igitur aſcenderunt armati virtutibus, vt etiam in Commentario habetur? Sed quibus virtutibus? nónne textus indicat, dicens: Aſcenderunt חמשים chamuſſim, quod quinquagenarios propriè ſignificat? pro quo communis æditio habet, armati. Armati enim erant quinquagenaria illa virtute Iobilei: vbi eſt virtus remiſſionis, redemptionis, abſolutionis, illuſtrationis legalis & huiuſmodi, quæ ſunt virtutes Spiritus ſancti. Hinc & Chriſtus volens munire Apoſtolos poteſtate & virtute abſoluendi ac liberandi animas à ſeruitute peccati & Diaboli, pręmiſit inſufflationem, dixítque: Accipite Spiritum ſan-
Ioan. 20. ctum, quorum remiſeritis peccata, remiſſa erunt.

SECTIO VI. DE PROGRESSV ET PEREGRINATIONE ISRAELIS IN DESERTO DEMptis legalibus.

346 CVR ſcriptum eſt, quòd Iſraelitæ tranſacto mari inuenerũt
Exodi 15. duodecim fontes? An quia venerunt in Elim, vbi erant illi duodecim fontes? Sed quid hoc ad myſteria, in quibus omnia illis contingebant? An igitur id factum eſt, vt indicare-
1. Cor. 10. tur quòd baptizati illi in mari (vt Apoſtolus ait) liberatíque ab omni ſeruitute & inquinamentis Ægypti, ſuſceperunt influxum duodecim fontium ſupernorũ per duodecim ſigna cœleſtia, quibus illa duodenaria turba reſpondebat? Qui fontes vnam eandémque habent origi-
Geneſ. 2. nem, ab illo videlicet ſupremo omnium fonte: qui (vt in Geneſi legimus) diuiditur in quatuor capita, Orientale videlicet, Occidentale, Meridionale, & Aquilonare. Quorum quodlibet influit in tria ſigna, orientalia, occidẽtalia, meridionalia vel aquilonaria, ſicut alibi dictum eſt. Sic enim
1. Cor. 10 Paulus, interpretatur originẽ aquæ, qua filij Iſrael in deſerto potati ſunt, dicens: Bibebant autem de ſpiritali conſequenti eos petra: petra autem erat Chriſtus.

Exodi 15 347 Quid ſignificant ſeptuaginta palmæ, propè duodecim fontes col-
Apoc. 22 locatæ? Nonne Iohannes deſcribens ſupernæ ciuitatis influxum, dicit ſe vidiſſe arborem irrigatã fluuio aquæ viuæ, procedente à ſede Dei & agni, duodecim fructus iuxta duodenariũ iam prædictũ producentẽ? quiquidẽ
Ptolemaeus. duodenarius ſi per ſenarium primò perfectũ compliceretur (ſicut & Ptolemæus virtutem ſignorũ multiplicat) ad ſeptuaginta duo reducitur. Iuxta
Numer. 11 quẽ numerũ diſtincta fuerũt idiomata: & Moſes (Deo iubẽte) elegit ſenio-

res & iudices. Cui conformis Chriſtus deſtinauit ſeptuaginta duos electos. Nec mirum ſi binarius hic deficiat. Cum nec ſine myſterio id factũ ſit: vt dicetur, vbi de ſeptuaginta duobus ſenioribus agetur. *Lucæ 10*

348 Quid ſibi vult manna, populo in deſerto traditũ? Nónne hoc fuit, vt populus paſceretur, & famem à ſe propelleret? ſed cur cibus ille dictus fuit לחם אבירים lechem abirim; ideſt panis fortium vel angelorum: adeóque admirabilis fuit, vt dictus ſit Mahu: quod propriè interpretatur, quid eſt hoc? an igitur fuit admirabilis cibus, quia à cœlo datus, quia omne delectamentum & saporem continebat, quia plus, minúſue collectus tantundem ſufficiebat? an quia panis angelorum erat? Fuerunt igitur Iſraelitæ commenſales angelorum quò corroborati poſſent ſuſtinere Dei vocem, & ſacramentalem legem percipere. *Exod.16* *Pſal.77* *Exod.16*

349 Cur Iſraelitæ, cibum tam celebrem faſtidientes, ad carnes & pepones Ægyptios ſuſpirabant? an, quia nondum benè ſpiritualibus initiati, craſſioribus oblectari cupiebant? an, quia pars inferior, cœleſtium minimè capax, priſtinorúmque memor oblectamentorum, ad ipſa ſuſpirabat: in propriam tamen perniciem? Sicut & multis diuinis rebus addictis contingit: qui memores carnalium & temporalium rerum, retrogrediuntur. Quod monemur in præcepto, dato Lot egredienti è Sodoma: ne videlicet retrò aſpiceret. Quod quidem præceptum vxor eius tranſgrediens, in ſalis ſtatuam conuerſa fuit. Monemur quoque à Chriſto, dicente. Nemo mittens manum ad aratrum, & aſpiciens retro, aptus eſt regno Dei. *Num.11* *Gen.19* *Ibidem* *Lucæ 9*

350 Cur tam celebri cibo ſaturati Iſraelitę (vt Chriſtus ait) mortui ſunt? an de morte corporali Chriſtus loquitur? Sed ſi ſic: quid nobis plus confert panis ille, de quo dicitur. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum? cum & omnes, hunc panem comedentes, corpore moriantur. An igitur de morte illa eſt ſermo: de qua ſcriptum eſt. Inuidia Diaboli, mors introiuit in orbem terrarum? Sed cur dicuntur hac morte mortui, qui manna comederunt? nónne, quia, & ſi hoc cibo confortati, diſpoſiti erãt ad diuina ſuſcipienda, non tamen liberati erant ab illa morte: de qua Paulus ait, ꝙ Chriſtus eam deſtruxit? Et iterum. Vt per mortem deſtrueret eũ, qui habebat mortis imperium. Et Petrus. Chriſtus eſt in dextera Dei, degluttiens mortem: vt vitæ æternæ hæredes efficeremur. *Ioan.6* *Ibidem* *Sap.2* *2.Tim.1* *Heb.2* *1.Petr.3*

351 Qua menſura colligebatur manna? Nónne menſura eius erat Homer? Pro quo communis æditio habet Gomer. Sed quæ mẽſura erat iſta? an manipulus, vel pugillus erat: vt nõnulli exiſtimant? Quomodò igitur ſufficiebat eadem menſura omnibus? Cum varij ſint appetitus, variæque virtutes digeſtiuæ. An itaque manus vel pugillus, in quo eſt virtus operandi, erat menſura: vt vnuſquiſque ſuſciperet, quãtum comedere poſſet: vt in textu dicitur? an, & ſi æqualis erat menſura colligendi, non tamen virtus collecti: quæ menſuram & quantitatem corpoream non exquirit? Sicut de noſtro ſpirituali cibo dicitur. Sumit vnus, ſumunt mille: tantum iſti, quantum ille: nec ſumptus conſumitur. *Exod.16*

352 Quo ordine datus fuit cibus ille patribus? nónne, per prouiſiones

conuenientes, veluti infans, deductus fuit hic primogenitus Dei Iſrael,
Gen.17 vſque ad virum perfectum. Primo enim ablutus fuit ſanguine circunci-
Exod.1 ſionis. Poſteà faſciis oppreſſionum Ægyptiarum inuolutus. Nam Ægy-
Ibid.17 ptus מצרים mizraim, ideſt anguſtia vel preſſura dicitur. Ipſi deinde abla-
Num.20 ctato traditus fuit cibus fortium: & potus aquæ è petra eductæ. Subſe-
Exod.20 cuta deinceps fuit ferula legis, ideſt pædagogi. Sic enim & Paulus legem
Gal.3 ipſam nominat. Poſtea in figuratiuam, & denique in veram hæredita-
tem introductus fuit: vbi ſapidiſſimis, & longè fœlicioribus his, dapi-
bus frui licet.

Exod.17 353 Quis fuit Hamalech pugnans contra Iſrael? Nónne Hamalech fuit
Gen.36 nepos Heſau, quem Deus oderat, natus ab Eliphaz filio ipſius, nefaria
Malac.1 commixtione cum Tamna concubina? In quem tota pollutio & im-
mundities Heſau collecta fuit. Vnde dæmoniacus totus erat. Immo Dia-
Ioan.6 bolus, nedum figuratiue, ſed per proprietatem. Sicut de Proditore di-
xit ſumma veritas. Vnus ex vobis Diabolus eſt. Hinc ipſe Hamalech
ſummo Deo, eiúſque primogenito Iſraeli, ac omni cœlorum hæredi ſem-
per inimicus fuit.

Exod.17 354 Quæ nam manus eſt ſuper ſede יה Iach, ideſt Dei, pugnans contra
Hamalech à generatione in generationem: vt in Exodo dicitur? Nónne,
vt ſuauior eſſet concentus operum Dei, ipſe ſummus Moderator ſtatuere
voluit malum contra bonum penè in omnibus: vt alibi dictum eſt? Eo
Apoc.13 igitur ordine ſtatuit principē lucis Chriſtū contrà principem tenebrarū
Pſal.109 Diabolum. Contra quem ipſe Chriſtus ab origine mūdi pugnauit. Sicuti
ab origine mundi (teſte Iohanne) occiſus eſt & ipſa eſt manus aut virtus,
cui dictum eſt. Sede à dextris meis. Quę manus adeò pugnauit ac pugnat
contra Diabolum: vt, quiſquis vicerit, & vincat, eius fauore vicerit & vin-
1.Cor.15. cat. Iuxta illud Apoſtoli. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam
Col.2 per Ieſum Chriſtum. Ipſe enim expolians principatus & poteſtates (vt
idem Apoſtolus perhibet) palàm triumphauit in ſemetipſo. Manus igitur
fuit primò in ſe, poſtea in Dauide: qui per numeros more & ordine He-
bræorum (quem ipſi Ghemateria dicunt) quatuordecim reddit: quot &
יד Iad, ideſt manus. Hinc non ſine myſterio dicitur, ꝙ Dauid debellauit
Hamalech. Quem & omnes veri Chriſticolæ debellare debent, edocti à
principe Chriſto, qui ait, Nunc princeps huius mundi eiicietur foras.

Ioan.12 355 Quibus manibus & quomodo erectis Moſe orante vincebatur
Exod.17 Hamalech? Nónne manus virtutem ſignificant, quæ extendi, nec remitti
debet? Sicut de virga dicitur. Extende virgam tuam. Extendebat autem
Ibid.8 Moſes manus ad vtrunque latus: vt ſuſtentaretur ab Aharon & Hur. Iux-
Mat.18 ta illud. Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo: ibi ſum in
medio eorum. Et paulò ſuperius. Si duo ex vobis conſenſerint ſuper ter-
Ibid. ram: de omni re, quamcunque petierint, fiet illis à patre meo. Congrega-
ti enim in nomine ipſius erant: quia dicitur, quòd Moſes ſedebat ſuper
1.Cor.10. lapide, qui Chriſtus eſt. Iuxta illud Apoſtoli. Petra autem erat Chriſtus.
Si verò remittebantur Moſi manus, virtus videlicet & intentio: vincebat

Hamalech. Vnde docemur vim orationis in extenſione virtutis & intentionis conſiſtere.

356 Quis fuit Ietro:& cur cum Moſe ſacrificium obtulit? Nónne Madianites fuit,& ex ſtirpe Abrahæ:vt ex ſcriptura clariſſimè habetur?Sacrificium autem obtulit cum Moſe, quod ipſe communis pater offerre conſueuerat: poſteróſque offerendum docuit. Ipſum verò nonnulli Hebræi Sapientes(vt etiam aliàs dictum eſt)Mercurium fuiſſe affirmant: qui triſmegiſtus, ideſt ter maximus dictus eſt. Fuit enim maximus Philoſophus, maximus Madianitarum Sacerdos,maximúſque eorum Rex.Qui & Hermes, ideſt rerum ſecretarum interpres dictus eſt. Et hic Ietro, ideſt præ aliis honorabilis dictus fuit. *Exod.18 Ibid.3 Gen.25 Heb. Sap.*

357 Cur Ietro auſus fuit inſtruere Moſem Deo plenum:& cur id celebri memoriæ traditum fuit? an,quia lege Dei & naturæ ſancitum eſt:vt vnūquodque membrum myſtici corporis & humani,alterius ope egeat?Iuxta illud Apoſtoli.Non poteſt oculus dicere manui. Opera tua non indigeo,Neque caput pedibus.Non eſtis mihi neceſſarij.An, quia & ſi Moſes fuit plenus Deo:nō tamen omnigena diuinitatis copia, ſed pro ipſius capacitate ac rei decentia refertus fuit? illi enim ſoli data ſunt omnia:qui de ſeipſo dixit.Omnia mihi tradita ſunt à patre meo.Hinc de eius plenitudine (teſte Iohanne)omnia alia mēbra ſuſceperunt. An,quia Moſes Deo vacans circa particularia deficiebat? Hinc ipſe Ietro dixit Moſi. Eſto tu Populo in iis,quæ ad Deum pertinent: oſtendéque ei cæremonias & ritum colendi Deum. Prouide autem viros ſapientes:qui particularia & minora diiudicent. *Exo.18 1.Cor.12 Mat.11 Ioan.1. Exod.18*

358 Cur Ietro iuſſit aut conſuluit præferri populo Decanos,Quinquagenarios, Centuriones, & Tribunos?Nónne ſapiens erat? Hinc ſapiens dedit conſilium, præponi conſulens Præfectos in numeris, myſterio plenis. Deecanos enim elegit à denario,numero completo & conſummato. Quinquagenarios à numero remiſſionis, intelligentiæ, & Spiritus ſancti. Centuriones autem à quadrato denarij, & numero remunerationis. Sic & Romani, in bello peritiſſimi, Centuriones ordinarunt, Millenarios quoque (pro quibus vulgata æditio habet, tribunos) ordinauit à numero, cubo denarij, & numero diuino. Millenarius enim (vt alibi diximus) Deo peculiaris eſt. Et hos omnes eligendos docuit ſapientes, timentes Deum, veridicos, & auaritiam abhorrentes. Hinc omnia hæc, in veritate & ſapientia radicata,admiſit & obſeruauit Moſes. *Ibidem. Ibidem*

359 Cur iuſſit Deus præferri populo ſeptuagintaduos? Nónne,vt oſtenderet partitiones præſidentiū diſtribuendas non tantū numero inferiori, ſed cœleſti: iuxta videlicet ſeptuagintaduos Principes ſeptuagintaduorū populorum?Hinc & ſummus ſacerdos, Templum ingreſſurus, portabat in ora pallij ſeptuagintaduo malogranata & totidem tintinnabula: vt Præſides illos ſeptuagintaduos excitaret (ſicut Sapientes docent) vt Deū Iſraelis reuererentur:ſiue vt inſiſterent ad ea ſuſcipienda, quæ ſupererant *Num.11 Exod.39 Sapientes.*

plenitudini, Iſraeli traditæ: vt nonnulli aſſerunt: & præ cæteris Author li-
Porta lucis. bri, cuius titulus eſt Porta lucis. Quod collegium ſeptuagintaduorum,
concilium Sinedrim vocabatur. Hi verò pleni erant omnigena ſapientia,
omnibúſque linguarum generibus pollebant, vt ſcite & docte indica-
rent. Quod vt conſequerentur impartiuit eis Dominus ſpiritum Moſi:
Num.11 Imò ſpiritum ipſius Dei, quo ipſe Moſes plenus erat: vt in libro Nume-
rorum legimus. Et quamuis ibi primò ſeptuaginta tantùm enumeren-
tur: duo tamen, non ſine myſterio, in caſtris relicti enarrentur: qui & ipſi
prophetauerunt.

Exod 19 360 Quomodò Deus portauit populum Iſraeliticum ſuper alas A-
Deut.32. quilarum? an id tractum eſt ab Aquila, quæ (vt fertur) portat pullos ſuos?
Hinc & in Deuteronomio dicitur. Sicut Aquila expendit alas ſuas: &
aſſumpſit eum, atque portauit in humeris ſuis. An per Aquilam intelligi-
Hebræi tur virtus Spiritus ſancti, quam Hebræi ſachinam vocant: vt apertè do-
Porta lucis. cemur in libro, qui Porta lucis inſcribitur? Ex qua Aquila grandi pro-
Dan.7 deunt multæ Aquilæ minores, quibus portamur: intelligentiæ videlicet
ſpiritui Dei ſeruientes. Sicut in Daniele ſcriptum eſt. Millia millium mi-
niſtrabant ei.

Exo.19 361 Quæ veſtimenta, & cur lauari iuſſit Deus? an de veſtibus, quas ex
Ægypto filij Iſrael portauerũt, eſt ſermo? An de veſtibus illis intelligitur,
Mat.22 de quibus dictum fuit. Amice, quomodo huc intraſti, non habens veſtem
Gen.3 nuptialem? Quas quidem veſtes dedit Deus primis parentibus ad tegen-
Ezec.16 dam nuditatem & ignominiã ipſorum. Et has tribuit omni Iſraeli: vt in
Ezechiele longo ſermone ipſe Deus diſſerit, dicens. Expandi amictum
meum ſuper te, & operui ignominiam tuam. Veſtiui te diſcoloribus: cal
ciaui te hyacintho: cinxi te byſſo: indui te ſubtilibus: ornaui te ornamẽto:
dedi armillas in manibus tuis: & cætera, quæ ibi enarrantur, myſteriis ple
na. Et hæc omnia, vt candida & pura ſint coram Deo, lauari iubentur.

Exod.32 *& 33* 362 Cur Iſraelitæ, tot ſignis viſis, à conflatione vituli non deſtiterunt?
Deut.18 an, quia populus ille duræ ceruicis erat: vt Deus pleriſque in locis perhi-
Exod.32 bet? an, quia nondum re ipſa comprobauerant Moſi promiſſa? iuxta ea,
quæ in Deuteronomio docentur. An, quia nondum plene alienati erant
à ſerpente, eis venenum continuè propinante? an, quia (vt textus etiam
innuere videtur) Moſe abſente & Deo in monte vacante timebant eſſe in
deſerto, humana ope vacuo, tot acerrimis hoſtibus ſine adiutore vndique
vallari? Hinc fauorem aliquem procurarũt, non quidem ab idolo aureo,
neque à Boue terram araute, ſed à Tauro cœleſti, ſeu ſupramundano: cui
idolum erexerant: vt contra virtutem arietinam Ægyptiis (vt dictum eſt)
prædominantem præualerent.

Ibidem 363 Quomodò conflatus fuit vitulus ille? an caſu, vt elicitur ex verbis
Zohar Aharon ſe cũ Moſe excuſantis? an (vt alij aſſerunt, & præ cæteris Zohar)
Salu dux de tribu Simehon, quem Phinees interfecit, in metallum fuſum
proiecit cedulam hæc continentem. קומי שור Chumi Sor, id eſt ſurge Tau-
re? Quam cedulã Moſes fecerat, vt extraheret oſſa Ioſeph aqua immerſa:

volens iuxta teſtamentum ipſius, ipſa oſſa aſportare in Sichem ſepelien- *Gen* 50
da. An alia ſimili ratione id factum eſt, quam ignorans Aharon dixit id *Ioſ*.14
caſu eueniſſe?

364 Qui nam fuerunt præcipui tanti ſceleris authores? an Diabolus, *Exod*.32
qui ferre nequibat expurgationẽ ipſius populi, in datione legis, & in my-
ſterioſa veſtimentorum ablutione factam, iterũ ipſum populum per ido-
latriam fœdare curauit? An fuit mera quorundam malitia (ſicut nuper de
Salu dictum eſt) exiſtimantium ſi negocium ſucceſſiſſet) præfici in duces
populi? Sicut Moſi contigiſſe cenſebant. An fuit Dei prouidentia, id fie-
ri permittentis, vt pateſceret Populum non eſſe adeò perfectè emunda- *2.Cor*.3.
tum per legem: quin alio Mediatore indigeret ad extirpandam penitus
idolatriam?

365 Cur Moſes, auditis ac viſis tripudiis, legis tabulas cõfregit? an, quia *Exod*.34
indignum cenſebat Populum rebellem, tanto munere? an, quia timebat
ne populus fœdatus, lippientéſque ac infectos habens oculos, ſuſtinere
poſſet ſplendorem legis ac tabularum: quæ ex ſapphiro erant, colore cœ-
leſti, non minus ſplendentes, quàm facies Moſi ipſas deferentis: in quam
(teſte Apoſtolo) nequibant intendere filij Iſrael ob ſplendorem ipſius: an,
vt denotaret filios Iſrael totam ſeriem legis ac præceptorum, à verò Dei
cultu dependentium, per idolatriam fregiſſe.

366 Fuerunt ne ſcripta eadem mandata in ſecundis tabulis, quæ in prio *Ibid*.32
ribus Moſes habuerat? Nónne id clare habetur ex verbis Domini, dicen-
tis Moſi. Præcide tibi duas tabulas inſtar priorum: & ſcribam ſuper eis
verba, quæ habuerunt tabulæ, quas fregiſti? Sed cur hæc repetitio? an, vt
oſtenderetur, ꝙ malitia & fœditas ſuſcipientis legem, ipſi legi non dero-
gat? an, vt Deus oſtenderet clementiam ſuam, & quàm promptus ſit ſub-
uenire peccantibus? an, vt demonſtraret quanta ſit gratia boni Principis,
qui beneficia impetrat, etiam populo non merenti? an, vt præfiguraret re
petitionem totius legis, quam Deus facturus erat in redemptore Chriſto
felicius ac perfectius, quàm poſt tranſgreſſionem populi Iſraelitici?

367 Cur Moſes potius elegit deleri de libro vitæ, quàm permittere, vt *Luca* 10
deſtrueretur populus? an peccauit eligens ſeparari à Deo? Non quippè.
Immo ſummum indicauit ſignum fidelitatis in Deum. Cùm prętulerit
gloriam Dei ſuo cuiuis commodo: illi potiſsimè, quod omnibus charius
eſſe debet. Iuxta dictum Saluatoris. Nolite gaudere, quia ſpiritus vobis
ſubiiciuntur: ſed quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis, vel in libro vi- *Exod*.32
tæ. Id verò neglexit ob gloriam Domini, dicens. Ne forte dicant Ægyptij,
Callidè eduxit eos, vt interficeret in montibus. Et iterum. Recordare A-
braham, Izahac & Iſrael ſeruorum tuorum: quibus iuraſti &c. Quaſi di-
ceret. Ne dicant impij te fuiſſe tranſgreſſorem fœderis & promiſſi patri-
bus facti de terra poſteris tradenda. Nec enim me mouet, quòd his per-
emptis maiori (vt promittis) populo præficiar. Nam tuam, non meã glo-
riam quæro, quam etiam ſaluti propriæ præfero.

368 Quomodo Moſes diuino oraculo fideliſſimus in tota domo Dei *Num*.12

dictus eſt? Nónne fideliſſimus fuit in tota Dei domo: cùm pro ſalute omnium tam inſtanter deprecatus ſit: vt etiá pro ea impetranda, proprij commodi (vt nuper dictum eſt) oblitus fuerit? Fidelis quippe fuit Noeh in generatione ac familia ſua: cum pro eius ſalute arcam fabricauerit. Verùm Moſes nunquam Deo acquieſcere voluit: niſi prius obtenta pro tota Dei familia ſalute. Nónne etiã Moſes fideliſſimus fuit in tota Dei domo: cùm primo honorem Dei procurauerit? Nónne quoque fideliſsimus extitit in tota Dei domo: cum nedum figuratiuæ domus & familiæ, ſed etiam figuratæ (quæ ex figuratiua procedere debebat) ſalutem procurauerit, dicens.

Exo.4 Mitte, quem miſſurus es?

Ibid.33 369 Quid nam cupiebat videre Moſes, quãdo dixit. Oſtende mihi gloriam tuam? an gloriam Dei, quam omnes filij Regni expectant in futuro ſæculo? An quærebat videre gloriam Dei, ideſt diuini regiminis prouidentiam? cùm tot ſceleſtis omnia fere pro voto ſuccedant: bonis autem aduerſentur. Nam inde non gloria, ſed dedecus regentis, reſultare videtur. Hinc plærique celebres & ſancti viri plus æquo obſtupeſcere viſi ſunt. Canit enim Dauid. Mei autem pene moti ſunt pedes, pene effuſi ſunt greſ-

Pſalmo 79 ſus mei. Quia zelaui ſuper iniquos, pacẽ peccatorũ vidẽs. Et Abachuch.

Abac.1 Quare taces, conculcante impio, iuſtiorem ſe? Et Ieremias. Quare via im-

Ierem.12 piorum proſperatur? Iob quoque ait, Quare ergo impij viuunt: ſubleuati

Iob.21 ſunt, confortatíque diuitiis? Moſes igitur hac de cauſa flagitabat videre, qua prouidentia Deus mundum regat: vt obtrectatoribus diuinæ ſapientiæ gloriam obiicere poſſet.

Exod.33 370 Quid oſtendit Moſi Deus? Nónne ſcriptum eſt. Oſtendá tibi omne bonum, ideſt omnia, quæ facio, eſſe bona: & miſerebor, cui voluero: & clemens ero, in quem mihi placuerit? Hinc, cum Deus oſtenderet ipſi Moſi, ꝙ cum ratione omnia faceret: exclamauit Moſes, decantans illas tredecim menſuras diuinæ pietatis, quibus Deus omnia regit. Quorum ſenſa profundiſsima apud peritos habentur: verba autem ſunt huiuſmodi. Adonai, Adonai, El, pius & gratioſus, longæ iræ, multæ miſericordiæ, & veritatis: cuſtodiens miſericordiam in millibus tollens iniquitatem, tranſgreſſiones & peccata: innocentem non habens pro innocente: viſitans iniquitatem patrum ſuper filios, & ſuper filios filiorum, ſuper tertios &

Ibid 34 ſuper quartos. Quorum verborum expoſitio cũ tractatu indigeat: ne problematis regulas excedamus: ideò ad alium locũ ipſam differemus. Id vnũ tantummodo dicam, quòd ſiquis ipſas mẽſuras perfectè intelligeret, omnia à Deo ſumma cum ratione ac prouidentia fieri depræhenderet.

Ibid.33 371 Cur dixit Deus Moſi. Non videbis faciem meã, ſed poſteriora mea?

Nume.12 Nónne ſcriptum eſt, quòd Deus ore ad os Moſi loquebatur? an igitur multiplex eſt faciẽs Dei: totidémque poſteriora? Eſt enim facies eſſentiæ: quam nudam (vt antiqui Theologi aſſerunt) nemo videre poteſt (iuxtà il-

Ioan 1 lud Iohannis. Deum nemo vidit vnquam) etiam in patria: Cùm ipſa ſit ſua ratione infinita: ad quam finita virtus non poteſt attingere. Poſteriora autem ipſius, ſunt veſtes, de quibus aliàs. Et has videre poſſunt & vidẽt

creaturæ. Eſt quoque facies eius, ratio cauſæ vel voluntatis ſuæ iubentis: cuius ratio cum ſit occulta, nullus eam videre poteſt. Poſteriora verò eius ſunt effectus, mortalibus quoque noti. Eſt denique alia facies præſentiæ: ad quam immediatè aſſumptus Moſes loquebatur cum Deo facie ad faciem. Sicut in libro Numerorum expreſſè legimus. Interueniente tamen faciem principe: qui Mitatron dicitur. *Num.18*

372 Cur Deus dixit. Non videbit me homo & viuet? Nónne de Moſe ſcriptum eſt. Palam, & non per ænigmata, neque figuras Deum videt? an itaque intelligitur de homine, animali vita viuente: & operante per ſenſus, qui Deum intellectualem attingere nequeunt? Nam, qui Deum videre cupit, vt moriatur ſenſibus neceſſe eſt: ea videlicet morte, de qua Saluator ait. Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit: ipſum ſolum manet. Sin autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Quam mortem Propheta vocat ſanctorum mortem, & precioſam in conſpectu Domini. Hebræi verò vocant ipſam, oſculi mortem. Et hæc mors eſt exceſſus aut raptus quidam mentis, per ſeparationem animæ à corpore, non autem corporis ab anima. In quo exceſſu exiſtẽs Paulus vidit arcana Dei. Hinc dixit. Siue in corpore, ſiue extra corpus neſcio. Nam in hoc ſtatu exiſtens videt per animam, à corpore ſeparatam: cum tamen corpus ipſa anima viuat. Sicut apertè ipſe Paulus teſtatur dicens. Viuo autem, iã non ego: viuit verò in me Chriſtus. Et alibi. Mortui enim eſtis: & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. *Exod.33. Num 12. Ioan.12. Pſal.115 Hebræi. 2.Cor 12. Gal 2 Col.3*

373 Cur Moſes iuſſus fuit ſtare in petra: vbi multa arcana vidit? an ſtetit in petra, quæ ei ceſſit (ſicut adhuc apparet veſtigium) vt ſolidior ſtaret, & ne ab inſolita viſione terrefactus caderet? Sicut Apoſtolis contigiſſe legimus. An myſterioſè dictum eſt, vt ſtaret in petra, quæ (teſte Apoſtolo) Chriſtus eſt? Iuxta illud eiuſdẽ Apoſtoli nuper adductum. Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. An iuſſus fuit ſtare in petra: vt corpus videlicet remaneret ſicut petra, ſine ſenſu & operatione? Sicut contigiſſe vidimus iis, qui huiuſmodi raptus paſſi ſunt. *Exod.33 Mat.17 1 Cor.10 Col.3*

374 Quomodò Moſes habebat cornutam faciem: vt in textu dicitur? Nónne hæc difficultas ex mendoſa traductione oritur? Non enim cornutam ſed ſplendentem habemus in veritate literæ. Hic autẽ error (vt reor) euenit, quia קרן charan, cum camez & patah punctatum ſplendentem ſignificat: punctatum verò cum duplici ſegol cornutum denotat. Quòd autem קרן charan in hoc loco ſplendentem ſignificet, Paulus apertè inſinuat, dicens. Vt non poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moſi, propter ſplendorem vultus eius. Hinc ad ipſum ſplendorem comprimendum, velamen ponebat ipſe Moſes ſuper faciem ſuam: vt videlicet intendere poſſent filij Iſrael in faciem eius, abſque oculorum læſione. Quod de cornibus minimè intelligi poteſt. *Exo.34 2. Cor.3 Exod.34*

375 Cur Moſes habebat faciem glorioſam ſeu ſplendentem? An id erat ex conſortio, quod habebat cum Deo? Nam inſpecturus pulchritudinem diuinitatis, effectus erat (vt Plotinus docet) pulcher, diuinus atque *Plot. 9. de pulchro.*

Mat.17 Deiformis viuénſque(vt nuper dictum eſt)magis Deo, quàm ſibi. Sicut contigit Chriſto,patris conſortio in monte Tabor fruenti: vt Matthæus narrat. An myſterioſè id factum eſt:vt innueretur fœtus legis ſplendidiſſimus,Euangelium videlicet,quo ipſa lex grauida erat? In quod Euangelium non poterant,nec poſſunt intendere filij Iſrael: vt videtur innuere *2.Cor.3* Paulus dicens. Vſque in hodiernum diem idipſum velamen in lectione veteris teſtamenti manet non reuelatum:quod in Chriſto euacuatur,

376 Cur tam diligenter numerati fuere filij Iſrael: vt plæriſque in locis *1.Reg.14* libri Numerorum legimus? an fortè, vt ſupputato numero ſciret Deus an poſſent aduerſariis reſiſtere, nec ne?Sed nónne ſcriptum eſt. Non eſt difficile Domino ſaluare vel in multis vel in paucis? an igitur,vt intelligeretur coaptatio populi Iſraelitici & electi cum numero cæterorum filio- *Deut.32.* rum hominum?Sicut ſcriptum eſt. Quando diuidebat altiſſimus gentes: quando ſeparabat filios Adam:conſtituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Iſrael. Nec ſine myſterio Iſraelitarum numerus & nomi- *Luca 16* na exarantur: quia eadem in libro vitæ reperiuntur: aliorum autem nec numerus nec nomina exprimuntur. Hinc Chriſtus mendici nomen expreſſit:Diuitis verò reprobi ſubticuit. An,vt coæquaretur numerus filiorum Iſrael cum angelis?Sed, cum filij Iſrael fuerint ad ſummam ſexcenta *Num.1* tria hominum millia,quingenti quinquaginta(vt habetur in principio li- *Dan.7* bri Numerorum) de angelis autem refert Daniel, quòd millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei:quomodò conueniunt?Nónne prædictus numerus fuit eorũ tantummodò, qui bello apti erant:vt clarè patet in textu?Vnde computatis ſenibus, paruulis ac mulieribus(vt ſapientes aſſerunt) duo millia millium erant. Et ſic numerus vtrorumque coæquatur.

Geneſ.15 & 26 377 Quomodò determinatus eſt filiorum Iſrael numerus: cum pluries dictum ſit,quòd ſicut ſtellæ cœli numerari nequeunt, ita nec filij, qui ex Abraham,Izahac & Iahacob proceſſuri erant? an,ſi ab homine numerari *Pſalm.146* nequeunt ſtellæ, angeli aut homines:numerantur tamen ab illo, de quo Propheta canit. Qui numerat multitudinem ſtellarum: & omnibus eis nomina vocat? per quas ſtellas electos & veros Iſraelitas vt aliàs dictum *1.Cor.15.* eſt)intelligere debemus(vt Paulus & Daniel nos docent quibus in nume- *Dan.12* ro æquantur angeli:magno myſterio alibi declarando. An,quia, cum deuenerimus ad millia millium, quadratum millenarij, vltra progredi non *Exod.33* valemus:cubo millenarij ſoli Deo reſeruato, in ſupramundana regione ſupputando? cum huiuſmodi numerus terminetur in Deum:quem viuẽs hic homo nullatenus videre poteſt. Deducto itaque ad ſuam vltimã perfectionem Populi numero, vlteriori numeratione non opus eſt. Duo autem millia millium memorantur propter duplicem eſſe creaturarum, in ſuperno videlicet & in inferiori Mundo.

Num.12 378 Cur Aharon & Maria contra Moſem murmurarunt? An, quia duxerat vxorem Aethiopiſſam: vt textus innuit? Sed nuſquã legitur Moſem accepiſſe aliam vxorem quàm Ziporam Madianæam. Vnde cum Madianæa

næa regio propinqua ſit Æthiopiæ, ipſa quoque Æthiopiſſa dici potuit.
præcipuè cùm Madianæi in libro Paralipomenon Æthiopes ſecũdum a- *2. Par.14.*
liquos dicantur. An igitur murmurarũt, non quia accepiſſet, ſed quia de-
reliquiſſet Moſes vxorem ſuam? Cui conſonat ſermo ſubſequens, quo di-
citur: Num per ſolum Moſem loquitur Deus? nónne & nobis ſimiliter lo
quutus eſt? qui videlicet coniugati viuimus. Vnde redarguens eos Deus,
dixit: Aliis Prophetis per ſomnium vel viſionem loquor, Moſi verò ore
ad os. Hinc videlicet maiori ſanctificatione, & ab operibus carnis aliena-
tione indiget.

379 Quomodo Maria punita fuit, & quomodo ſanata? Nónne primò *Numer.12*
lepra percuſſa fuit in carne, veluti indigna diuino conſpectu & ſermone:
deinde ſeparata fuit à caſtris, vbi Deus habitabat? nec ad ipſa caſtra reuo-
cata fuit, niſi interuentu orationis Moſi veri amici Dei, & fidelis in tota
domo ipſius. Oratio autem ipſius Moſi breuis, ſed accõmodatiſſima fuit.
Nam Dei pietatem implorauit, vt indicat nomen אל El (pro quo commu-
nis æditio habet Deus) cum geminatione illius dictionis נא na, quæ eſt di-
ctio blandientis: pro qua vulgata traductio habet, Obſecro. Ad verbum
enim dixit אל נא רפא נא לה El na repha na lah. Quam vocem emiſit clamãs
vt oſtenderet affectum intenſum, qui potiſſimè in oratione efficaci re-
quiritur.

380 Cur exploratores miſſi fuere ad promiſſam terram? An id ſecundũ *Ibidem 13.*
literam intelligendum eſt? An per allegoriam dicta ſunt hæc, de terra vi- *Matth.17.*
delicet figurata, ad quam explorãdam plures ab Imperatore noſtro Chri-
ſto miſſi fuerunt? Exploratores enim fuerunt Petrus, Iacobus & Iohãnes, *Ioannis 1.*
qui in monte Tabor viderunt ea de quibus Iohannes dixit: Vidimus glo-
riam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre. Nónne etiam Paulus explora- *2.Cor.12.*
tor fuit, qui vidit arcana Dei raptus ad tertium cœlum? Explorator quoq; *Actor.7.*
fuit & Stephanus, qui dixit: Ecce video cœlos apertos, & Ieſum ſtantem à
dextris virtutis Dei. Quæ gloria figurata fuit in vua viris illius, de qua ſcri *Ioannis 15.*
ptum eſt: Ego ſum vitis. Et in malogranato ſtipatiſſimæ charitatis, & or-
dinis ſapientiſſimi, & in dulcedine ficus ſuauiſſima.

381 Cur detrahentes terræ promiſſæ, & conſentientes eis, ingreſſu in *Numer.14.*
eam priuati fuêre? Nónne crimen eſt læſæ maieſtatis, ſi qui à ſecretis regũ
ſunt, infideles reperiantur? Pari modo & eis conſentientes. Hinc Paulus, *Hebr. 6.*
verbum quidem ſummoperè ponderandum, ſcriptum reliquit. Impoſſi-
bile enim eſt eos qui ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt etiam donũ cœle-
ſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti, guſtauerúntque bonũ Dei ver-
bum, virtutes quoq; ſeculi vẽturi & prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pœ- *Actor.1.*
nitentiam. Huiuſmodi autem fuit Iudas, cuius locum tanquam indigni (vt
Petrus longo ſermone diſſerit) ſortitus eſt alter, Mathias videlicet.

382 Cur Corah, Datan & Abiram tam audacter inſurrexerunt contra *Numer.16.*
Moſem? An, quia (vt plerunque mortales conſueuerũt) gradum illum af-
fectabant? An, quia non credebant Moſem ſpiritu Dei duci, ſed arte & in-
genio eum ſibi gradum comparaſſe? Hinc huiuſmodi gradu ſimili modo

ſibi comparare propoſuerant. An, quia regebantur genio & influxu Moſi contrario, vt ſæpè contingit aliquos à natura inuicem inimicari? cuiuſmodi fuerunt Heſau & Iahacob. Pari modo & inter irrationalia animalia Lupum & Agnum, Catum & Murem, ſibi inuicem contrariari videmus.

383 Cur Moſes iuſſit, vt terra Chorah, Datan & Abiram deglutiret? An
Numer. 16. id in vindictam iniuriç ſibi ab eis illatç effecit? Sed quomodo tam ſanctus vir, qui ſuper omnes habitatores terræ mitiſſimus fuit (vt in libro Nume-
Ibidem 12. rorum legimus) ad vltionem iniuriæ cómoueri potuit? An igitur, quia ex malè geſtis commeruerant à terra deglutiri, qui alios deglutire volebant? An Moſes promulgator fuit ſententiæ, à ſummo iudice Deo contra eos latæ ob eorum ſcelera ipſi Deo manifeſta, vulgo vèrò occulta? Hinc ipſe
Ibidem 16. Moſes audacter dixit: Si conſueta hominum morte interierint, non miſit me Dominus.

Deut. 32. 384 Cur Moſes prohibitus fuit, ne populum in promiſſam terrã intro-
Nume. 20. duceret? An, quia miraculum quod Deo tribuere debebat, ſibiipſi vendicauit, dicens: Num de petra hac vobis aquam poterimus eiicere? An, quia Deus iuſſerat vt petram alloqueretur, ipſe verò percuſſit, nam magnum diſcrimen eſt inter loqui & percutere. Loqui enim iuſſi fuerunt, vt manſuetè & piè, i, per gratiam impetrarẽt aquam, quæ à tribunali gratiæ procedit. Ipſe verò Moſes percuſſit petram, quaſi vi aquam extrahens, & per vim iudicij, per quod (vt ſuprà quoque diximus) nunquã operatur Deus abſque punitione alicuius. Hinc ſententia non fuit lata in populum aquã petentem, ſed in Moſem errantem in opere. Errantes enim in opere irremiſſibile, i. inabſolubile à pœna, peccatum committunt. Hinc Moſes, qui omnia à Deo pro populo impetrare ſolebat, hoc impetrare nõ potuit, vt
Exodi 3. videlicet populum (ſicut Deus ei commiſerat) in promiſſam terram intro-
1. Cor. 10. duceret. An Moſes errauit, quia percuſſit petram, quæ (vt inquit Apoſto-
Ioannis 7. lus) erat Chriſtus? nam ipſe ſpontè & ſine percuſsione aquam offert.

Numer. 21 385 Cur iuſsit Deus erigi Serpẽtem æneum coram populo? Nónne pro-
Leuit 26. hibitum erat quodcũque idolum ſiue ſculptile? Cur igitur prius, Cheru-
Exodi 25. binorum ſimulachra ſuper propitiatorio arcæ: poſtea hîc Serpentis imaginem erigi iuſsit, cõtra præceptum Deuteronomicum? Nónne, quia am-
Deut. 4. bo hæc præfigurabant Chriſtum in forma humana viſibilẽ, cæteris imaginibus prohibitis? Figurarũt enim Cherubini propitiatorio arcæ ſuperpoſiti, duplicem naturam illius qui factus eſt propitiatio pro peccatis no-
1. Ioan. 2. ſtris. Quòd autem Serpens hic æneus Chriſtum repræſentauerit, ipſemet Chriſtus apertè teſtatur, dicens: Sicut Moſes exaltauit Serpentem in de-
Ioannis 3. ſerto, ita exaltari oportet filium hominis.

386 Vnde virtus ſanandi in imagine Serpentis erecti? An (vt Rabbi Sa-
Numer. 21 lomon ait) quia inde filij Iſrael memores errorũ, ex quibus Serpẽtes miſsi
Rab. Sal. fuerant, compuncti ſanari merebantur? An (vt Latini Doctores aſſerunt)
Lat. Doct. quia ille Serpens figurabat Chriſtum verũ medicum, de quo canitur? Miſit verbum ſuum & ſanauit eos? An quia ſicut in Serpente eſt venenum, i-
Pſalm. 106. ta in carne eius eſt antidotum veneni? ſicut in vipera vel Tyro clariſsimè

comprobatur.Hinc iuſsit Deus erigi Serpentem,quò ad antidotum contra venenoſos Sepentum morſus,qui Serpens ſalubris (vt dictum eſt) fuit Chriſtus,Serpenti venenoſo ſemper contrarius.

387 Cur Balach accerſiuit ad ſe Bilaham? Nónne,vt infringeret ac debi- *Numer. 22*
litaret vires robuſtiſsimi populi Iſrael,ſuóſque Hámonitas roboraret:ſed qua virtute ipſius Bilaham ſperabat id cōſequi? An, quia Bilahā nouerat vim verborū debilitantium & roborantiū? An,quia nouerat citare virtutes immūdas nominibus diuinis quibus inſtructiſsimus erat? quáuis carnis petulantiæ ac vitiis cedens,illa diuina aut abieciſſet,aut in abuſum cōuertiſſet: hinc contra Moſem ſuperioribus innixum præualere nequiuit.

388 Quæ Aſina loquuta fuit Bilaham, & quis ei non aduertenti terro- *Ibidem*
rem incuſsit? An fuit animal mutum & ſubiugale (vt Petrus inquit) quod *2. Petr. 2.*
hominis voce loquens cohibuit Prophetæ inſipientiam? An (vt ad myſticum ſenſum veniamus) fuit pars ſenſitiua & animalis,quæ aliquando magis præſentit iudicium Dei perterrens, quàm intellectiua virtus, propria
malitia obcæcata,ſcelerúmq; catenis deuincta? iuxta illud Prophetæ: In- *Pſalm. 15.*
ſuper & vſque ad noctem increpuerunt me renes mei. Sicut enim ſerpens obiicit parti ſenſitiuæ oblectamenta quibus decipiat: ſic Angelus bonus obiicit pœnam & iudicium quibus deterreat.

Numer. 22
389 Quomodo Aſina Bilaham loquebatur? An datus fuit ſermo mira- *2. Petr. 2.*
culoſus in ore ipſius (vt textus & Petrus innuere videntur) ſicut nuper diximus? An aliquis ſpiritus filiorum Elohim & iudicij ſubintrauerat ipſam, vt comminaretur iudicium quod Bilaham merebatur? Et hoc,nedū,quia contra Deum accedebat ad maledicendum populo, ſed propter peccatū, quod ipſe Bilaham committebat abutens ipſa aſina: vt quantò fœdius,tātò facilius virtutibus immundis (vt nonnulli dicunt) vacaret: nā inde prouenire debebat ſentētia vel terror iudicij,vbi erat culpa. Solet enim Deus
diuerſis per diuerſa media accōmodata,ſecreta ſua reſerare. Naſcente nā- *Matth. 2.*
que Chriſto loquutus fuit Magis per ſtellam,Iudæis per oraculum,bonis *Lucæ 2.*
paſtoribus per Angelum,& nunc huic nequam per aſinam.

390 Cur Bilaham dixit ſe habere oculum obturatum? An, quia re ipſa
oculo carebat? An, quia amiſerat oculum quo diuina videre ſolebat? An, *Numer. 24.* *Dauid Chi.*
(vt Dauid Chimchi placet) dixit: Vir,cuius apertus eſt oculus? Vnde ſenſum eſt: Ille qui oculum quo diuina videre ſolebat clauſerat vel amiſerat, & nunc diſponente Deo, apertum habet. Hinc ſequitur in textu: Qui viſionem Omnipotentis intuitus eſt: vt ſcilicet non maledicat, ſicut accer-
ſitus fuerat,ſed benedicat. Vnde ſuperius quoque dictum fuit: Protinus *Numer. 22*
aperuit Dominus oculos Bilaham: & vidit Angelum, ſtantem in via euaginato gladio.

391 Quomodo intelligitur dictum Bilaham, Qui cadit, & aperiuntur *Ibid. 24.*
oculi eius? Nónne cadens Paulus amiſit lumen oculorum? An cecidit Bi- *Actor. 9.*
laham amiſsis viribus corporeis, vt ſpiritu videret ea quæ Dei iuſſu de populo Dei prædiceret? An cōfitendo errorē ſuū ille,qui à via Dei in obſcœna & obſcura opera Diaboli ceciderat,vidit viſionem Dei? Et hoc non ex

proprio ſuiipſius merito, ſed quia vt Propheta accerſitus fuerat, in gloriã Dei, & laudem populi Iſraelitici vera proſpexit ac prænunciauit. Quemadmodum de Caipha ſcriptum eſt: Et prophetauit, cùm eſſet pontifex anni illius.

Ioannis 11.

392 Cur Bilaham mactauit ſeptem boues, & totidem arietes ſuper ſeptem aris? An, vt hauriret fauorem à ſeptenario ſuperiori, de quo alibi dictum eſt? ſicut fecit Abraham quando fodit puteum ſeptem, hinc dictum Berſabah. Nam ipſe Bilaham virtutem illius ſeptenarij aliquãdo expertus fuerat. An, vt aſciſceret ſeptenarium inferiorem, ſeptenario ſuperiori oppoſitum? Secundum quẽ ſeptenarium dixit Chriſtus: Tunc vadit, & aſſumit ſeptẽ alios ſpiritus nequiores ſe. Et Iohannes inquit, quòd Draco magnus habebat capita ſeptem. Hũc igitur ſeptenarium Bilaham ex quacũque cœli plaga tẽtauit aduocare, quærens ex aliquo ſaltem loco in populum Dei turpitudinem proiicere. Quod Magi dicunt tegulam amouere, & ollam detegere, vt videlicet proiiciatur immunditia.

Numer. 23. *Luce 11.* *Apoc. 12.*

393 Cur dixit Bilaham, Heu quis viuet, quando Deus faciet hæc? An ibi eſt ſermo de Romanis, Aſſyrios & Hebræos deuaſtantibus? Quorum primus fuit Pompeius, poſtea Titus ac Veſpaſianus, vt nonnulli dicunt, An, (vt alij Sapientes aſſerunt) de Antichriſto loquitur, qui ex Italia ibit ad Aſſyrios & Hebræos eos deuaſtaturus? Quod ſatis colligitur ex textu Hebræo, vbi dicitur משמו אל miſumo el, i. ab illo, qui ponet ſe Deum. Et hic erit Antichriſtus, qui (teſte Apoſtolo) extolletur ſupra omne quod dicitur Deus: ita vt in templo ſedeat, oſtendens ſe tanquam ſit Deus. Quis igitur à facie huius viuet aut ſtabit? nam Chriſtus dixit: Niſi abbreuiati fuiſſent dies illi, nõ fieret ſalua omnis caro. Et hoc, quia (vt ipſe Chriſtus ſubintulit) ſi fieri poſſet, i. niſi Deus eos defenderet, induceret in errorem etiam electos: ſed non poterit, quia (vt idem Apoſtolus perhibet) Dominus Ieſus ſpiritu oris ſui ipſum interficiet.

Numer. 24 *2. Theſ. 1.* *Matth. 24* *2. Theſ. 2.*

394 Cur Bilaham dicitur interfectus fuiſſe cum regibus, qui ſuper interfectos ſuos occubuerunt, vt in veritate literæ habetur? Nónne hinc innuitur mors condigna, quam Bilaham tulit iuxta peccata ipſius? Nam qui à regibus accerſitus fuerat ad maledicẽdum, cum regibus interfectus eſt: & ſuper cadauera mortuorum cecidit ille qui à mortuis ſciſcitabatur, & per oſſa mortuorum & huiuſmodi immunda Necromantiam exercebat. An ſuper mortuos cecidit ille qui mortuis ſeruiebat, & angelo mortis addictus erat?

Numer. 31.

395 Quis zelus fuit in Pincas, quem noſtri Phinees dicunt? An habuit zelum Eliæ, qui dixit: Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituũ? hinc ſicut ille zelauit in ſacerdotes Baal, populum ad fornicantem idolatriam deducentes: ſic iſte zelauit nedum contra Zambri concumbentem cum Cozbi Madianite, ſed contra fornicantes in idolatria Behelpheghor, comedentes de ſacrificiis eorum, & adorantes ipſum idolũ, vt in textu præmittitur. Sicut igitur maximum ſcelus eſt idolatria, quia crimen eſt læſæ maieſtatis: quo pręcipuè ira Dei in populos ac regna efferbuit: pari modo

3. Reg. 19. & 18. *Numer. 25*

zelus contra ipſam eſt opus piiſſimum,Deóq; gratiſſimum & diuinæ maieſtatis iram placãs. Hinc Propheta canit:Et ſtetit Phinees,& placauit:& ceſſauit quaſſatio.Et de Leuitis contra adoratores vituli zelantibus, ſcriptum eſt:Conſecraſtis manus veſtras Domino,vt detur vobis benedictio quam videlicet denegauerat eis Iahacob. *Pſalmo 105. Exodi 32. Geneſ. 49.*

396 Quo præmio ob hunc zelum remuneratus eſt Phinees?Nónne dixit Deus. Ecce do ei pacem fœderis mei, erítque tam ipſi quàm ſemini eius pactum ſacerdotij ſempiternũ? Sed cur datum fuit ei fœdus ſacerdotij?An,quia veluti Ioſeph & Elias è loco fœderis venerat? An, quia tenebat vicem & ſpiritum illius, cum quo Deus primò iniit fœdus, Abraham videlicet, qui primò zelauit contra congeneos ſuos Chaldæos idolatras? propter quod & inde iuſſu Dei egreſſus eſt. Sed quomodo datum fuit ei ſacerdotium ſempiternum propter ſanguinem effuſum? cùm effundentibus ſanguinem ſacrorum adminiſtratio denegari videatur, vt elicitur ex verbis à Deo Dauidi dictis.Nónne ex zelo datum fuit ei ſacerdotij pactũ? Nec enim ſacrorum adminiſtratio ex Scriptura ſacra denegari videtur,niſi fundenti ſanguinem innoxium vel multum,vbi aliquando innocens effunditur:ſicut Dauidi contigit,qui tam Vriæ,quàm eorũ qui eadem cauſa perierunt,innoxium ſanguinem fudit. Quod ſi ex lege diuina huiuſmodi participatione ſacrorum indigni iudicantur,quomodo poſſint Mammona polluente purificari,non video. *Numer. 25. Geneſ. 12. 1. Para 22. & 28. 2. Reg. 11.*

397 Cur Moſi & populo Iſraelitico ad promiſſam terram pergentibus tot obſtacula occurrerunt? An,vt magis illa familia concuſſa firmaretur, ſicuti arbor vento agitata? An id in figuram noſtrã factum eſt, de quibus loquitur Apoſtolus dicens:Oportet nos per multas tribulationes introire in regnum Dei? An,quia ſicut nobis regnum Dei quærentibus, contra hoſtes ipſius decertandum eſt,ſic populo illi contra Hamalech Diabolũ, contra Hammon,populum iniquum interpretatum,id eſt,hominem animalem:& contra Madian,i.mundum contradicentem? Sic enim Madian interpretatur. *Actor. 14*

398 Cur ſcriptum eſt, quòd Deus oſtendit Moſi promiſſam terram in monte Nebo? An id ſecundum literàm intelligendum eſt? Sed quomodo Moſes ex vertice montis potuit videre tam ingẽtem regionem? quod naturalis viſionis virtus non patitur. An igitur ex vertice Nebo,i.prophetiæ ſpiritu oſtendit ei Deus promiſſam terram? נבא Nebo enim & נבואה Nebuah prophetia interpretatur. Ipſam igitur terram ſpiritu vidit,in quam corporaliter intrare nequibat:ſtãte irrenocabili ſententia contra eum lata ex errore commiſſo in percuſſione petræ. Qui error fuit peccatum irmiſſibile,& in Spiritum ſanctum,ſi Pauli doctrinam ſequi voluerimus:vt ſuprà quoque diximus:& latius alibi(Deo duce)declarabimus.Nec ob id tamẽ ipſe Moſes reprobatus fuit,quamuis error ipſius nulla fuerit expurgatione mulctandus:hinc veniã in hoc impetrare nequiuit,qui pro ſcelere idolatriæ totius populi Deum placauerat. *Deut. vlt. Numer. 20. Deuter 32. Hebr. 6. Exodi 32. Deuter. 32.*

399 Cur Moſes populum in promiſſam terram introducere nequiuit? *Numer. 20.*

An (præter ea quæ dicta ſunt) quia familiaris Deo & à ſecretis eius, adeò vt omnia penè arcana ſibi reuelata fuerint: particepsque diuini verbi & virtutum ſeculi venturi errauit in percuſſione petræ? Cùm de huiuſmodi dicat Apoſtolus, quòd ſemel prolapſi impoſſibiliter per pœnitentiam releuantur, ſine videlicet condigna pœna errorem illum expiante. An (vt altius conſcendamus) Moſes dux figuratiuus non introduxit verè populũ in promiſſum regnum, ſed Iehoſuah, qui Saluator dicitur, vicémque veri Saluatoris tenebat? Nec enim Chriſtus mortalis, ſed per reſurrectionem ex mortali immortalis factus inducit populum in regnum. Ipſe namque moriens condonauit delicta: reſurgens autem iuſtificat nos, & inducit in regnum. Pari modo Moſes non viuens in corpore mortali, ſed ſurgẽs poſt mortem per ſpiritum in Iehoſuah populũ introducit. Nam ipſi Iehoſuah de ſpiritu ipſius Moſi abundantius, quàm ſeptuaginta ſenioribus datum fuit, vt in Deuteronomio legimus.

Hebr. 6. *Numer. 11.* *Deute. vlt.*

400 Vbinam mortuus ac ſepultus fuit Moſes? Nónne mortuus fuit in vertice montis Nebo? vnde intelligitur mortuus corpore & non ſpiritu, quia prophetia etiam poſt mortem viguit. Sepultus autẽ fuit non in valle (vt habet communis æditio) ſed in גי Gai. Cuius verbi ſunt duæ literæ, quarum altera decẽ, altera verò tria reddit in numero. Vnde innuitur ſepultum fuiſſe corpus eius in terdenario menſurarum pietatis ac clementiæ Dei, quas deprompſit ipſe Moſes quando exiſtẽti in petra (vt ſuprà dictum eſt) Deus oſtendit ei gloriam ſuam & omne bonum, quomodo videlicet omnia bene & cum magna miſericordia faciat, quamuis iudicio humano ſæpiſſimè contrarium videatur. Sepultum autem fuit corpus ipſius in illis menſuris pietatis, quibus tranſmutatum fuit in ſortem ſpiritualem, quam videlicet in reſurrectione ſuſcipere debemus. Hinc ſcriptũ eſt, quòd homo non cognouit ſepulchrum eius, vſque in hodiernum diem.

Ibidem. *Exodi 34.* *Deut. vlti.*

Thadæus in epiſtola Galat. 5.

401 Quam altercationem (vt Thadæus refert) fecit Michael cum Diabolo de corpore Moſi? Nónne ſicut Michael conſtitutus eſt princeps ſuper animas ſuſcipiẽdas, ſic & Diabolus, qui in hoc Hazazel dicitur, ſuper carnem & cadauera? Hinc ſicut inter ſpiritum & carnem indictũ eſt bellum perpetuum, ſic quoque inter Michaelem & Diabolum. In morte hominis igitur communi lege, Michael ſibi vendicat animam, Diabolus verò corpus? hinc ſeparata anima à corpore, vallans illud, velut inimicus terrorem & horrorem aſtantibus incutit. Cùm itaque corpus Moſi eſſet adeò purificatum, vt gloria Dei reluceret in vultu & carne eius, & in ſortem ſpiritualem (vt nuper dictum eſt) tranſmutatum fuiſſet: Michael ſimul cum anima ipſum corpus ſibi vendicans, noluit illud Diabolo cedere: vnde orta fuit altercatio, ſed victoria penes ipſum Michaelem fuit.

SECTIO VII. DE INTRODVCTIONE POPVLI IN TERRAM PROMISSAM.

CVR antequàm populus in promiſſam terram introduceretur, quadraginta annis in deſerto fuit? An, quia nõdum cõpleta erat nequitia populorum expellendorum, vt in Geneſi dicitur? An quia hoc numero expiatiuo & diſpoſitiuo pręparandus erat populus ad intrandum illuc? nam corpus per quadraginta dies ad animã ſuſcipiendam in ventre diſponitur. Sic Moſes quadragenario ieiunio præparatus fuit ad ſuſcipiendam legem digito Dei viui ſcriptam. Elias quoque quadraginta dierum ieiunio purificatur, vt vocem Dei audiat. Pari modo Chriſtus, hoſtem antiquum debellaturus, quadragenario ieiunio roboratur: & poſt reſurrectionem antequàm cœlum conſcendat quadraginta diebus præparatur: ſic quoque quadraginta ictibus ſiue plagis expiatio fiebat in lege. 402 Deut. 12. Geneſ. 5. Exodi 34. 3. Reg. 19. Matth. 4. Actor. 1. Deutero. 25.

403 Cur veſtimenta populi in deſerto peragrãtis non fuerunt conſumpta, nec in tribubus eorum fuit infirmus? An, quia Deus qui pauit eos mãna, & protexit nube per diem, & columna ignea illuſtrauit in nocte: eos ab infirmitate corporali ſingulari dono præſeruauit: nec non & eorũ veſtimenta, ne ſeneſcerent aut conſumerentur? An id fecit Deus, vt oſtenderet quanto fauore primos ipſius cultores proſequutus ſit? An per veſtes indicantur veſtimenta quæ Deus eis tribuit, vt lege digni eſſent (ſicut ſuprà quoque dictum eſt) quæ nunquam cõſumpta fuerunt, nec conſumẽtur? Nec infirmari eos permiſit quos verbo ſuo ſanauit, vt ad literã Pſalmographus canit: Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos. Ibidem 29 Pſal. 104. Ibidem. 106.

404 Cur turba tam magna, & viri adeò celebres demptis duobus diſperſi ſunt in deſerto? Nónne, vt oraculum adimpleretur, quo dicitur: Omnes, qui murmuraſtis cõtra me, non intrabitis in terram, pro qua vobis danda leuaui manum meam, præter Caleb filium Iephone, & Ioſueh filiũ Nun? De ducibus autem pręcipuis muneribus donatis paulò ſuperiùs ait: Omnes qui viderũt gloriam meam, & ſigna quæ feci in Ægypto & in ſolitudine, & tentauerunt me iam decies, nec obedierunt voci meæ: non videbunt terram pro qua iuraui patribus eorum. Nam tantò maius cenſetur crimen alicuius, quanto maior eſt ille qui peccat: vt non tantùm à Satyrico, ſed à Paulo diſcere poſſumus. Ait enim quòd prolapſi à ſummo gradu releuari nequeunt. Numer. 14. Deuter. 1. Iuuenalis. Hebr. 6.

405 Cur Ioſueh tantummodò & Caleb ſingulari priuilegio in promiſſam terram intrarunt? An, quia ambo Deo confiſi fideliter retulerunt quæ in terra illa explorauerant, vt apertè de Caleb loquitur textus? An (vt ad ſublimius ſenſum conſcendamus) intrat in terram illam Caleb, qui totus cor interpretatur: ille videlicet, qui toto corde Deo inhæret, aut qui habet totum cor mundum? Quod Deus potiſsimè requirit, ſicut ipſum cor magno artificio fabricauit. Cor enim Hebraicè לב Leb dicitur: quod triginta duo in numero importat. Iuxta triginta duas ſemitas Nume. 14. Ioſueh 14.

ſapientiæ quibus(vt Abraham ait) Deus mundum creauit. Ad quas ſemi-
Abraham in lib. de forma. tas poteſt cor noſtrum aſcẽdere, ſicut Propheta canit: Aſcenſiones in cor-
de ſuo diſpoſuit. Eſt quoque binarius cum tricenario numerus iuſtitiæ, in
Pſalmo 83. partes æquales ſemper vſque ad vnitatem diuiſibilis: quã iuſtitiam ſequi
debet illuc intraturus. Intrat quoque Iehoſuah, qui ſalus vel ſaluatus interpretatur, id eſt, ille cui Deus dat ſalutem, vel qui ſe diſponit ad ipſam conſequendam.

Deut. 18. 406 Cur Ioſueh introduxit populum in promiſſam terram? An, vt adimpleretur oraculum quo habetur: Prophetam ſuſcitabit Dominus de medio veſtri, quem audietis vt meipſum: vt ſcilicet ſicut ego eduxi vos ex Ægypto, ſic ipſe introducat in promiſſam terram? An, quia ipſe veri Redemptoris typum geſſit, de quo nõnulli ipſum oraculum interpretãtur? An, quia prohibito Moſe ne introduceret, nullus aptior reperiri potuit: quàm hic fidus Moſi miniſter, & ſpiritus illius particeps? An, vt ipſe expleret quæ Moſes non perfecerat, cum eo myſterio de quo ſuprà dictum eſt?

Ioſue 18. 407 Cur duabus tribubus & dimidiæ contigit ſors vltra Iordanem? An quia Reuben, Gad & Manaſſes animalibus abundabant? ideò aſsignata fuit ei ſors vltra Iordanem in regione paſcuis vberrima: vt in textu di-
Numer. 32 citur. An(vt ad allegoriam veniamus) quia abundantes animalibus minus capaces erant ſpiritualis influxus terræ illius per lac & mel denotati? iux-
1. Cor. 2 ta illud Apoſtoli: Animalis homo non percipit quæ Dei ſunt. Locatíque fuerunt vltra Iordanem, id eſt fluuium iudicij, quo adiudicati ſunt minus
Numer. 32. digni loco ſancto. Pro quo tamen expugnando accerſiti ſunt, animalibus vltra Iordanem derelictis: nam in bello Dei non animales ſed ſpirituales vires exquiruntur.

Ibidem 31. Roman. 12. 1. Cor. 12. 408 Cur æquam portionem ſortitur pugnans, & remanens ad ſarcinas cuſtodiendas? Nónne id exigit charitas illa cuius leges nos docet Apoſtolus exemplo corporis humani, in quo ſingula membra participant beneficium cuiuſlibet membri? Solum enim os ſuſcipit cibum, quem decoctũ à ſtomacho natura ipſa omnibus membris æqua lãce partitur. Vident ſoli oculi, viam præbentes omnibus membris, ne lædantur. Operantur ſolæ manus in beneficium cuiuſcunque membri: ambulantibus pedibus omnia membra euehuntur. Iuſtè igitur data fuit æqua portio pugnãtibus, & remanentibus ad ſarcinas. Et hoc nedũ à Moſe & Ioſue obſeruatum fuit: ſed publico edicto ſancitum à Dauide, quãdo congreſſus eſt cum Hama-
1. Reg. 30. lech, vt in primo Regum volumine legimus. Pari modo Chriſtus pro omnibus membris medicinam ſumpſit.

Ioſue 4. 409 Cur vnaquæque tribus tranſiens Iordanem lapidem in alueo fluminis locauit? An in ſignum ſui tranſitus? Sed nónne rediens aqua & fluẽs lapides illos operuit? An igitur veluti fundamenta veri ædificij fabricandi
Epheſ. 2. poſiti fuerunt huiuſmodi lapides? de quibus lapidibus ait Apoſtolus: Superædificati ſuprà fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, id eſt, Patrum antiquorũ. Superni enim ædificij præcipuũ & vnicum fundamẽ-

tum eſt Chriſtus Ieſus: deinde ſunt Apoſtolica fundamenta: poſteà Prophetica vel Patriarchalia: vt Paulus & Iohannes nos apertè docent. Aptiſſimè verò collocantur hæc fundamenta in fundo fluuij iudicij: quo lotus Chriſtus docuit nos eodem lauandos eſſe. Iuxta illud Apoſtoli. Si noſmetipſos iudicaremus: non vtique diiudicaremur. Hinc in Iſaia ſpiritu iudicij lauamur. *1. Cor. 3. Epheſ 4. Apoc. 21. Matth. 3. 1. Cor. 11. Iſaiæ 4.*

410 Cur Iericho tanta celebritate ſeptenarij circuitus, clangoris tubarum, & vociferationis expugnatur? Nónne, quia Iericho, quæ luna interpretatur, influxum acerrimum habebat à luna ſupramundana? Quæ luna aliter dicitur regnum: vnde omne regnum. Dicitur quoque Berſabah, id eſt puteus ſeptem fontium videlicet ſuperiorum in eam influētium. Hinc ad ipſum influxum collidendum exquirebatur ſeptenarius circuitus. Et quia Regius locus erat, exquirebatur clangor tubarum: ſed Iobilei, quia diuinus erat influxus. Hominum quoque vociferatio opus fuit ad collidendas vires humanas. Quem acerrimum influxum non ignorans Dauid, iuſſit ſeruos ſuos morari in Iericho: quouſque creſceret eorum barba, id eſt virtus quam raſerat: id eſt debilitauerat Chanun filius Nachas, id eſt ſerpentis: vt in ſecundo Regum volumine legimus. *Ioſueh 6. 2. Reg. 10.*

411 Cur Rahab ſeruata fuit filo rubeo vel coccineo? An, quia appendēs huiuſmodi filum ad feneſtram, cōfitebatur publicè errorem & peccatum ſuum, coccino comparatum? Iuxta illud Iſaiæ. Si fuerint peccata veſtra, vt coccinum: quaſi nix alba erūt. An per coccinum innuitur ſanguineum ſacrificium pro peccato, quod expiabatur ſanguine? nam Apoſtolus ait: Omnia penè mundantur in ſanguine, illo potiſsimùm ſanguine de quo ſcriptū eſt: Lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Sicut enim ſigno ſanguinis ſeruati fuêre filij Iſrael in Ægypto ab Angelo primogenita percutiente: ita Rahab ſeruata fuit ſigno ſanguineo à militibus Iſraeliticis ciuitatem Iericho deuaſtantibus. An coccus (vt Origeni placet) denotat verbum Dei, in ſalutem credentibus datum? *Ioſ. 2. 6. Iſaiæ 1. Hebr. 9. Apocal. 1. Exod. 12. Origenes.*

412 Cur ex furto Hachan ira Dei in totum populum efferbuit? An, quia (vt vulgò fertur) ſola ouis morbida gregem totum inficit? An, quia ſicut Deus habitans in caſtris nihil immundi patiebatur, ſed ex immunditia aliqua recedebat: ſic fauens particulari influxu populo bellāti, propter noxam vnius ſe contrahebat? hinc ſcriptum eſt: A facie iniquitatis colligitur iuſtus, i. fons iuſtitiæ, ne influat, vt Sapiētes exponunt. An (vt ad allegoriā conſcendamus) hinc docemur quòd in bello ſpirituali nec victoriam cōſequi, nec fructum aliquem facere poſſumus, niſi amoto prius omni peccato? Offendens enim in vno (teſte Iacobo) factus eſt omnium reus. Hinc Paulus ait: Modicum fermenti totam maſſam corrumpit. *Ioſueh 7. Deuter. 23. Iſaiæ 57 Sapientes. Iacob. 2. Galat 5.*

413 Qua virtute Ioſueh firmauit ſolem? An præcepit intelligētiæ ipſum ſolem mouenti? Sed quomodo ad præceptum hominis declinauit intelligentia à reuolutione perpetua & vniformi, decreto Dei ſibi iniuncta? An igitur hoc impetrauit à Domino? Sentiebat enim ſupremum ſolem largo influxu ſibi fauere: hinc ſoli inferiori ab illo ſupremo recto ac moto ma- *Ioſueh 10.*

gna fiducia præcepit, vt & ipſe ſuo Præſidi conformis faueret aliqua mora, longiorem diem præbendo: ſicut & eius præſes ipſi ampliori influxu fauebat. De quo ſupramundano Sole Malachias ait: Et orietur vobis timentibus nomen Domini, Sol iuſtitiæ.

Malach.4.

Ioſue.12. 414 Qui ſunt illi trigintavnus reges, qui à Iehoſuah ſingillatim occiſi enumerantur? An fuerunt reges illius regionis? Sed quomodo in tam paruo Iudææ loco tot reges regnarunt? Et ſi Reguli erant, ad quid tam celebris eorum commemoratio? An igitur ſunt triginta duo principes & hoſtes noſtri, contra quos dati nobis fuerunt triginta duo gradus roboris, per triginta duos dẽtes ſignificati? Qui gradus locati ſunt in corde, cuius vocabulũ apud Hebræos eſt לב leb, quod (vt ſuprà quoque diximus) triginta duo reddit in numero. Quos hoſtes vtinam omnes occidiſſet Iehoſuah: ipſe verò fecit, quod datum ſibi fuerat, relicto vno, contra quẽ Samſon & alij viri robuſti pugnarent.

Ibidem 16. 415 Cur Chananæus non fuit omnino fugatus à terra patribus promiſſa? An, quia Iſraelitæ non potuerunt ipſum expellere? An, quia id decretũ fuerat in cœlis ea ratione quæ in Exodo aſſignatur? Vbi dicitur: Non eiiciam eos à facie tua anno vno, ne terra in ſolitudinem redigatur, ocio videlicet ac torpore. Nam nihil eſt magis contrarium carni & corpori terreo nobis domando, quàm ociũ: hinc ſemper Deus reliquit nobis hoſtes. Vnde & Chriſtus quamuis antiquum hoſtem è mundi regno eiecerit, tamen reliquit ipſum, vt nos exerceat, quouſque in viros perfectos euadamus. Quod erit, quando (vt Iſaias ait) ſedebimus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta, debellatis videlicet hoſtibus, & auctis virtutibus. Hinc ſequitur in Exodo: Donec augearis, & poſſideas terram: redacto videlicet corpore terreo in ſeruitutem ſpiritus.

Exodi 23. *Iſaia 32.* *Exodi 23.*

416 Qua virtute Ioſueh Reges illos ſuperauit? An virtute bellica? Sed nónne hoſtes illi arma floccifaciunt? An igitur virtute ex alto ſibi præſtita? cùm typum illius gereret, qui omnes triginta duos hoſtes debellans, nobis aditum ad ſupernum regnum patefecit. De quo Apoſtolus ait: Exſpolians principatus & poteſtates omnia traduxit in ſeipſum. An (vt ſecretiores Theologi dicunt) id fecit virtute nominis magni quadriliteri? Virtute cuius Moſes (vt ſuprà dictum eſt) Ægyptios proſtrauit. Quod munus & quam virtutem Moſes ipſi Ioſueh tanquam legitimo hęredi reliquit.

Coloſſ.2. *Secr. theo.*

417 Cur Ioſueh diuiſit terram promiſſionis? An, vt vnaquæque tribus, & cuiuſcunque tribus familia haberet portionem qua aleretur? Sed cur Ezechiel ſpiritu prophetico tam celebriter ipſam mẽſurat: vt non de terra inferiori, ſed de ſuperiori videatur ſermo? de qua & Ezechieli conformis Iohannes pertractat. An igitur de ſuperiori regione eſt ſermo, à qua vnaquæque tribus, magno myſterio in caſtris ad cœlorum aſpectum ordinata, influxum hauriebat? Eo quidem ordine, vt à tota regione ſupramundana, per illam inferiorem terrãm figurata, populus ille influxum hauri-

Ezechi. 41. & 42. *Apocal.21.* *Numer.2.*

riret. De quo grandis eſſet ſermo, & altior quàm vires noſtræ ſufferre valeant & prolixior quàm breuis ſolutio problematica exigat.

SECTIO VIII. DE SAMSONE ET ALIIS DVCIBVS.

QVOD irriguum ſuperius & inferius petiit Otoniel à Caleb? An fuit irriguum illud bifarium quod Izahac tradidit vtrique filio ſuo, dicens: In rore cœli, & in pinguedine terræ erit benedictio tua? Quod irriguum habere debet vnaquæque mulier, i. pars animalis deſponſata Otoniel, qui ſignum Dei interpretatur, i. viro, de quo ſcriptum eſt: Signatum vel eleuatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, i. qui habet ſignum ſalutis, & gratiã Domini, operandi videlicet in vinea ipſius, irrigata rore, i. fauore cœleſti ac temporali. 418 *Iudicum* 1. *Geneſ.* 27. *Pſalm.* 4.

419 Cur Gedehõ petiit roris ſignũ in vellere? An id verificatur de beata Virgine, vt Latini Doctores interpretantur? An per vellus aut vas ſiue receptaculum illud (quodcũq; fuerit) populus Iſraeliticus denotatur: in quẽ ſolum deſcendit ros legis fauens populo illi, non ſolùm ad obtinendã in pugna victoriam (ſicut pleriſque in locis legimus) ſed etiam ad quodcunque bonum peragẽdum? Signum autem hoc petiit Gedehon, vt comprobaret an fauor ille cœleſtis, & virtus illa diuina adhuc in populo vigeret. *Iudicum* 6.

420 Cur in ſecundo ſigno petiit Gedehon vt ros nullatenus eſſet in vaſe, ſed in toto circuitu? Nónne hoc fuit in ſignũ legis Euangelio grauidæ? quæ quidem lex adueniente Chriſto, irrorauit per Euangeliũ omnes gentes quæ erant in circuitu populi Iudaici: ipſis Iudæis aridis remanẽtibus, ceſſante omni irroratione Euangelica & legali: cùm non amplius perfundantur aliquo rore Spiritus ſancti, quẽ ipſi ſachinã vocant. Nam ſublatũ eſt ab eis templũ, ſacrificium, ſacerdotiũ, prophetia, regnum tẽporale, intelligẽtia Scripturarum, cum omnimodo ſigno inhabitationis Dei in eis. Hinc Spiritu ſancto edoctus Izahac, primò Iahacob, dehinc Heſau, i. Idumæis & Gentibus rorem cœli & pinguedinem terræ tribuit. *Ibidem.* *Geneſ.* 27

421 Cur Samſonis natalis tam celebris fuit? Denunciatus enim fuit cõceptus eius ab angelo, natúſq; ex vxore ſterili, veluti Izahac, Samuel & Io hannes. Præcepto Domini vinũ & ſicerã non bibit, ſicut nec Iohãnes: nouaculã non admiſit, ſicut nec ſacerdos Nazaræus, & Deo cõſecratus. Sed cur tantis priuilegiis donatus eſt? An, quia populũ è Philiſtæorũ manu liberare debebat, vt in textu dicitur: Deus enim huiuſmodi ſolet priuilegiis munire, ſicut de Moſe, Dauide, Samuele, Paulo & huiuſmodi legimus. An quia ipſe in multis vicem veri Solis & veri liberatoris geſſit, vt infrà patebit? Et hoc tam in nomine, quàm in operibus, necnon etiam in morte. *Iudic.* 13. *Luca* 1. *Numer.* 6. *Iudic.* 13.

422 Cur nomen eius dictum fuit Samſon: quod eſt Sol fortis, aut Sol eorum? Nónne in hoc figurauit verum iuſtitiæ Solem, pro nobis contra omnes hoſtes & principes tenebrarum fortiſſimum, qui clamabat, dicẽs: Ego ſum lux mundi, omnes videlicet illuminans, vt Iohannes ait? Hinc *Iudic* 13. *Ioannis* 8.

dictus eſt Sol eorum: cuius habitatio ſemper fuit in Sole. Iuxta illud Pro-
Pſalmo 18. phetæ: In ſole poſuit tabernaculum ſuum. Quod idem eſt cum eo, quod
Lucæ 1. Gabriel Mariæ dixit: Et regnabit in domo Iahacob in æternum. Domus enim Iahacob aut Iſraël eſt ſol ſupramundanus. De quo iterum Propheta canit: Thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo. Et hic præeſt diei & ciuitati lucis: non mutabilis, vt Luna Synagogæ, ſed in æternum manens.

Pſalmo 88.

Iudicũ 14. 423 Cur Samſon vxorẽ Philiſtæam accepit? Nónne in hoc verum Samſonem & ſolem effigiauit: qui Philiſtæam, id eſt, cadentem vxorem accẽpit, naturam videlicet humanam, quæ tota in primo progenitore ceciderat? Philiſtæus enim cadens interpretatur. Hanc igitur accepit & deſponſauit ſibi, mundans eam ac purificans, vt in Ezechiele dicitur: Et facta es mihi, & laui te aqua, & emũdaui ſanguinem tuum ex te. Adeóque captus eſt huius mulieris, i. naturæ humanæ amore, vt permiſerit ſe non tantùm obcæcari, ſed ligno appendi & occidi, præmiſſo priùs celeberrimo cõuiuio quo ſeipſum dedit in cibum: ſicut & Samſon conuiuium fecit Philiſtæis, vbi celeberrimum illud problema propoſuit.

Ezech. 16.

Iudi. 14.

Ibidem 424 Quod problema ab vtroque Samſone propoſitum fuit? Nónne Samſon priuſquàm conuiuium faceret, adinuenit cadauer Leonis quem occiderat: & in ore eius examen apum cum fauo mellis? Vnde anſam problematis proponendi aſſumpſit, inito priùs pacto, quòd ſi Philiſtæi illud ſoluerent, daret eis duplicia veſtimenta: ſi verò non ſoluerent, ipſe ab ipſis totidem acciperet. Problema autem id fuit: De comedẽte exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo. In hoc autem elegantiſſimũ typum veri Samſonis ac ſolis geſſit. Ipſe enim ſuum celebrans conuiuium, pactóque inito de duplici veſtimento vtrinq; donando, problema propoſuit, dicens: Niſi mãducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habitis vitam in vobis.

Ioannis 6.

Matth. 22. 425 Quæ ſunt veſtimenta à vero Samſone promiſſa & à nobis exquiſita. Nónne verus ſol de vero regno & veris nuptiis loquens, declarauit neminem dignè intrare poſſe, niſi veſtitũ veſte nuptiali? Et hanc veſtem bis geminatam vnuſquiſque noſtrûm habere debet, antequàm videlicet ingrediamur, & poſtquam ingreſſi fuerimus. Bifaria autem veſtis prima, altera eſt baptiſmatis, altera verò pœnitentię, quarum vtraque tegimus nuditatem & peccata noſtra. Iuxta illud Prophetæ: Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Altera autem bifaria veſtis eſt duplex viſio, matutina videlicet ac veſpertina (vt aiunt) matutina quidem in verbo, veſpertina verò in genere proprio. An duplex veſtimẽtum erit bifariũ corpus (vt platonicis placet) cœleſte videlicet ac elementare? Vtrumque tamen in ſortem ſpiritualem mutatum, vt capax ſit loci & operis quod ibi exercetur.

Pſalm. 31.

Plato.

Iudic. 14. 426 Vnde detracta fuerunt hęc veſtimẽta? Nónne legimus, quòd Samſon percuſſis triginta viris philiſtæis Aſcalonitis, accepit triginta veſtimenta duplicia: quæ conuiuantibus & ſoluentibus problema tradidit?

Pari modo legimus, quod verus ſol Chriſtus expoliauit non ſolum triginta, ſed multò plures Philiſtæos, id eſt ruentes vel cadentes ſpiritus: vt apertè perhibet Apoſtolus, dicens. Expolians principatus & poteſtates. *Col. 2.* Quorum ſpolia, vel ſedes (vt aiunt) aut gradus gloriæ eis præparatos tradet ſuperantibus ipſos. Et quòd huiuſmodi transferātur, ipſe Dux & Imperator apertè teſtatur, dicens. Tene, quod habes: ne alius accipiat coronam tuam. *Apoc 3* Et in Iob dicitur. Dominus conteret multos: & ſtare faciet alios pro eis. *Iob. 34* Expoliati autem fuerūt Aſchalonitæ, id eſt infames, & in malo famoſiſſimi: & veſtiti ſunt domeſtici Samſonis.

427 Quomodò malæ virtutes expoliatæ, potiebantur veſtimentis illis? Nónne Deus, de intelligentia Tyri loquens, ait. Omnis lapis precioſus operimentum tuum: aurum opus decoris tui? *Ezechie. 28* Nec enim angelus vel homo diuina percipere poteſt, niſi debitis veſtimentis ornatus: vt non tantum ex Euangelio, ſed ex aliis plæriſque locis diſcere poſſumus. *Matth. 22.* Hinc populus Iſraeliticus nequaquam ſuſcipere potuit legem à Deo manantem: niſi ornatus mundis & debitis indumentis: Sicut in Exodo legimus. Quæ veſtimenta, tanquam perdita depoſuerunt: *Exod. 19* & ipſis tanquam indigni, ſpoliati ſunt: quando relicto Deo, vitulum adorarunt. Et hoc iubente Deo & dicente. Iam nunc depone ornatum tuum. Vnde ſequitur. Depoſuerunt ergo filij Iſrael ornatum montis Horeb. *Ibidem 33* Quo ſcilicet ornati fuerunt, quando legem in monte Horeb ſuſceperunt. Veſtimenta igitur harum poteſtatum erant virtutes, quibus tegebant nuditatem ſuam, ornabantur, & Deo digni miniſtri habebantur. Et hoc, quouſque ſibi credita miniſteria fideliter exequebantur. Nam deficientes, velut indignæ, expoliatæ fuere. Quēadmodum de principe Tyri apertè in Ezechiele ſcriptum eſt. *Ezech. 28*

428 Quis vtrunque problema ſoluit? Nónne ſoluerunt Philiſtæi problema Samſonis: prout didicerant ab vxore ipſius: quæ blanditiis & precibus à ſponſo ſolutionē habuerat? *Iud. 14* Hinc Samſon dixit. Niſi in vitula mea araſſetis, problema meum non ſoluiſſetis. Sed nónne & Chriſtiani, Philiſtæi dicti, quia cadunt aliquando, ſoluūt problema à vero Samſone Chriſto, propoſitum? Et hoc faciunt, edocti à Sponſa ipſius, cœtu videlicet Apoſtolorum: qui è latere Chriſti, veluti Heua, eductus eſt, tanquam filia, poſteà in vxorem formatus generauit Chriſto filios: *Mar. vlti.* grauidata virtute ſponſi dicentis. Prędicate Euangelium omni creaturæ, baptizantes eos, id eſt regenerātes in nomine Patris & filij ac Spiritus ſancti. Hæc igitur ſpōſa, à qua omnes diſcimus, ſolutionem illam problematis habuit à Chriſto ſponſo: *Ioan. 6* quando ſine voce exteriori murmurantes ſciſcitabantur Apoſtoli: quomodò poſſet dare carnem ſuam ad manducandum.

429 Quæ nam fuit problematis ſolutio? Nónne quò ad literam clara fuit, quod videlicet de Leone omnium animalium fortiſſimo exiuit dulcedo mellis: *Iud. 14.* & de eo, qui prædari & comedere ſolebat in via, egreſſus eſt cibus: & hic ſuauiſſimus? Sed (vt allegoriam conſcendamus) nónne Chriſtus verus Sol. Leo quoque aliquando dicitur: Iuxta illud Iahacob. Catulus Leonis Iehuda, ad prædam aſcendiſti. *Geneſ. 49.* Et Iohannes. Vicit Leo de Tribu

Apoc. 5 Iehuda. Nec mirum ſi Samſon Chriſtus occiderit leonem Chriſtum. Nā ipſemet obtulit ſe morti, velut Samſon. Oblatus eſt (inquit Iſaias) quia ip-
Iſaiæ 53. ſe voluit: præbuítque ſeſe lacerandum. Et loquens pater de eius corpore,
Ibidem. ait. Propter peccata populi mei percuſſi eum. Ex quo corpore dilacerato, percuſſo ac morti tradito exiuit cibus & panis vitæ. Cibus quidem ſuauiſſimus palato benè diſpoſito: malè verò diſpoſitis pernicioſiſſimus. Iux-
1.Cor. 11 ta illud Apoſtoli. Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit. Itaque malè diſpoſito fit cibus mortis, vitæ verò cibus eſt benè ſentientibus. Ex re verò propoſita, Sapientibus mūdi forti ac dura, ve-
Matth. 11 nit dulcedo paruulis ac humilibus: quibus ſe verus Samſon Chriſtus reuelat.

Ioannis 6 430 Quomodò applicatur Chriſti ſolutio? Nónne diſcipulis ſubmurmurantibus, dixit. Spiritus eſt, qui viuificat: caro autem non prodeſt quicquam. Verba, quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt? Non itaque Chriſtus ſecundum carnem leo dictus eſt, nec fortis (cum infirmus & afflictus necnon & humiliatus in ea fuerit) ſed ſecundum ſpiritum. Ipſe e-
Col. 2. nim pugnauit contra hoſtem antiquum robuſtiſſimum: & de ipſo (teſte Apoſtolo in ſemetipſo triumphauit: nullo videlicet externo ſuffultus auxilio. Vnde & in ſpiritus naturam, ipſam carnem tranſmutauit: vt ſibi & nobis conſuleret. Hinc eius corpus nobis datur, ab omnibus corporeis legibus abſolutum: adeò vt non viribus ac legibus naturæ huiuſmodi negocium conſiderandum ſit: ſed humiliter ſuſcipienda ſint verba eius, ſpōſæ ſuæ propoſita. Omnia enim, quæ ibi tractantur, ſpiritualia ſunt, & ſub ſpiritualibus legibus militantia.

431 Quomodò maxillas aſini Samſon mille viros interfecit? An, quia
Iudicum 15. percuſſit maxilla, id eſt robore illius, qui dicitur animal forte? Iſacar enim
Geneſ. 49 à Iahacob dicitur aſinus fortis. Vnde, & ſi vnumquodq; os animalis, partem aliquam roboris illius ſignificat: maxilla tamē potiſſimum robur de-
Pſalm. 3. notat. Iuxta illud Prophetæ. Quoniam tu percuſſiſti omnes tribulatores meos maxilla. Pro quo mendoſa æditio habet. Sine cauſa. Quod autem maxilla interpretari debeat, patet: quia ſequitur, dentes, id eſt robur peccatorum contriuiſti: robore videlicet tuo maxillari. An per maxillam aſini robur intelligitur, pietati annexum? Nam aſinus, qui (vt alibi diximus) חמר chamor apud Hebræos, dicitur, inuerſis literis רחם rechem, id eſt pietatē ſignificat. Qua pietate etiam erga hoſtes, hic vſus eſt: vt alibi dicitur, &
Iudicum 15. nunc ſubinfertur.

432 Cur ex maxilla aſini fons aquarum ſcaturiiſſe dicitur? Nónne aquæ à fonte & tribunali pietatis prodeunt: ſicut ignis à tribunali iuſtitiæ ſeueræ? Hinc non modò aqua, ſed etiam mādibula illa, à qua egreſſa fuit aqua
Matth. 21. pietatem ſignificans, inde prouenit. Vnde redemptor, pietatis beneficia redemptionem videlicet, nobis impenſurus aſinam & filium ſubiugalem, conſcendiſſe dicitur: vt demonſtraret ſe omnia cum pietate facturū. Hinc huius rei typum gerens Samſon, aſino, non vt ſedili, ſed ceu inſtrumento bellico vſus eſt.

432 Quomodò aſinus ſiniſter & immundus pietatem (vt nuper dictũ eſt)ſignificat? Nónne id intelligitur ſecundum allegoriam & ſignificatum eius:quod eſt animalis homo? Nam & ſi animalis homo, immundus & in peccatis conceptus eſt:ſi tamen mortuus fuerit, & ſpirituali, mundo ac dextro ſubiiciatur: non amplius immundus eſt: nec immundo Hazazeli ſubiectus. Tũc enim tranſiens ex ſiniſtra in dextra, in mundus efficitur, in eis, qui ipſum perfectè in ſeruitutẽ ſpiritus(vt Paul⁹ docet)redigũt. Quẽadmodũ fecit Chriſtus, Moſes, Elias & huiuſmodi. In cæteris autẽ trãſibit ad dexterã pietatis, eo ſaltẽ tẽpore: de quo Apoſtolus ait. Mortale hoc induet immortalitatẽ: & corruptibile hoc incorruptionẽ. Seminatur enim (vt ipſe paulò ſuperiùs dixit) corp⁹ animale: & ſurget corpus ſpirituale. *Pſal. 50.* *1. Cor. 9.* *Ibidem 15*

434 Quomodò Samſonis robur in capillis ipſius fuit: vt ipſemet reuelauit? An de capillis eſt ſermo: qui peſſundandi, velut inutiles, abiici ſolent? Sed nónne confutat hoc Origenes, tanquam ridiculum quid? An igitur de melioribus capillis intelligitur? De illis videlicet, de quibus in Canticis, Comæ capitis tui ſicut purpura regis iuncta canalibus: ſupremis videlicet à quibus homo ſemper vim haurit. Qui capilli (teſte Chriſto) numerantur à Deo: & cuſtodiuntur, ne pereant. Et hi capilli ſunt vires non incidendæ in Nazaræis, Sacerdotibus, & cæteris Deo ſeruientibus. *Iud. 16.* *Origen.* *Cant. 7.* *Matth. 10*

435 Quomodò colliſum fuit Samſonis robur? Nónne ex capillis inciſis, & viribus in mulieris amplexibus eneruatis? Vnde innuitur omne robur ſpirituale voluptate tolli. Iuxta illud Poeticum. *Iud. 16.* *Ouid.*

Eneruant animos citharæ, cantúſque, lyræque,
Et vox, & numeris brachia mota ſuis.

Fortius autem eneruat Venus ipſa: quę (vt Ariſtoteles ait) mentem furatur. Si verò allegoricum ſenſum ſequi voluerimus: nónne verus Samſon & ſol eo ſancto amore naturæ humanæ tantoperè languit: vt permiſerit ſe capi, ligari, flagellari, & cruci affixum occidi? *Ethic. 7*

436 Quomodò Samſon permiſit ſibi oculos erui? Nónne Hieronymus ait, quod luxuria oculos vtriuſq; hominis obcæcat? Sed cur id permiſſum fuit? Nónne, vt nullus de aliquo dono gratuito confideret? Vt idem Hieronymus ſentit, dicens. Nullus ſanctior Dauide: tamen Berſabee nuditate capitur. Nec quis ſapiẽtior Salomone, qui mulierum amore delirat. Nec quis fortior Samſone, qui in Dalilæ molleſcit amplexibus, & obcæcatur. Si verò ad verum ſolem (cuius typum gerebat) oculos ac mentem dirigamus: nónne viſum & decorem omnem amiſit, adeò vt Iſaias dicat. Nõ eſt ſpecies ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aſpectus? Et hoc, vt infirmitates noſtras ipſe ſanaret. Hinc ipſe Iſaias ſubinfert. Verè languores noſtros ipſe tulit: & dolores noſtros ipſe portauit. Quod autem in figura vitium fuit: in figurato ſumma perfectio fuit. Ipſe enim hæc fragilia tulit: vt humanam fragilitatem (vt dictum eſt) expurgaret. *Iud. 16.* *Hierony. in tranſitu.* *Iſa. 53.*

437 Cur ſcriptum eſt, quod Samſon in vindictam Philiſtæorum, combuſſit eorum ſegetes, igne caudis vulpium appẽſo? Serióne, an iocò id enarratur? Non quippè iocoſa tam graui ſcripturę loco ſunt interſerenda. *Iud. 15.*

An igitur Samſon myſterioſe vindictam de Philiſtæis ſumpſit: quia ſocer eius Tamnathæus cum conſenſu ſuorum Philiſtinorum vxorem eius alteri tradiderat? Et hoc in figuram veri Solis: cuius ſponſa Synagoga ab Hebræis tradita erat Satanæ, ob auaritiam & perfidiam ipſorum. Vindicta verò facta fuit per ignem vrentem & expurgantem. Iuxta illud Apoſtoli.

1. Cor. 1 Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur: ipſe tamen ſaluus erit per ignem. Qui ignis, ne eſſet nimis intenſus ac moleſtus, dicitur appenſus in

Cant. 2. ſtuppa, eſca ignis debiliſſima: & in caudis, id eſt extremitatibus vulpium. Nam & ſi vulpes (teſte Salomone) demoliuntur vineas: non tamen leni ſua cauda.

Iudicū 16. 438 Quo zelo motus Samſon ſeipſum cum Philiſtæis interfecit? Bono

Heb. 11 nĕ, an malo zelo id fecit? Non quidem malo zelo: quia Paulus nequaquã ipſum ſanctorũ cathalogo aſcripſiſſet. Eo igitur bono zelo inductus fuit, quo & Chriſtus: qui ſpõtè morti ſe obtulit. Iuxta illud. Oblatus eſt, quia

Iſa. 53. ipſe voluit. In qua morte triumphauit, inferens ſtragem & mortem angelis mortis: qui è cœlo ceciderant. Sicuti Samſon moriens intulit mortem Philiſtæis, id eſt cadentibus. Nec fuit ſubiectus legi, qua homicidium pro

Gal. 5. hibetur. Cùm Dei ſpiritu ageretur. Sicut Paulus docet.

439 Cur Philiſtæi adeò infenſi fuerunt Iſraelitico populo? An ex quadam regni æmulatione? An, quia regebantur ab intelligentiis, ipſi populo Iſraelitico infeſtis? An, quia ipſi præfigurarunt illos, qui ab alto ceciderũt? Inter ipſos enim ac mortales poſitæ fuerunt inimicitiæ. Sicut ſcriptum eſt.

Gen. 3. Inimicitias ponam inter te & mulierem: & ſemen tuum & ſemen illius.

Rut. 4. 440 Cur hiſtoria Rut, prima fronte vilis, diuinis & celeberrimis rebus

Matth. 1. inſeritur? Nónne, vt texeretur genealogia Dauid regis, & conſequenter Chriſti, qui filius Dauid dicitur? Et hoc per ſuſcitationem ſeminis pro fratre: vt ſuprà quoque de Iehuda dictum eſt. Nec vacat myſterio, quod hæc mulier Moabitis fuerit: ex genere vtique reprobato: & ab Eccleſia & Templo domini (vt in Deuteronomio iubetur) reiecto. Nam præceptum fue-

Deut. 23. rat de viris: hic autem admittitur mulier. Et per mulierem bonam (inquit

1. Cor. 7. Apoſtolus) ſanctificatur vir. Hoc igitur factum eſt, vt, ſicut per mulierem introiuit culpa, ſic quoque per mulierem fieret diſpoſitio ad ſalutem. Hinc Rahab Chananæa, & Rut Moabitis in diuinis negociis recenſetur. Quæ רות Rut inuerſis, more Theologorum antiquorum, literis facit תר Tur: quod turturem ſignificat. De qua turture canitur. Vox turturis audita eſt in terra noſtra. Quod myſterium altius conſcendit, quàm à multis exiſtimetur.

441 Cur Hanna, mater Samuelis, enarratur ſterilis? Nónne, vt innuatur fœtum proueniſſe non à natura, quę ipſum denegabat: ſed à ſupremis fon-

Cant. 2. tibus? Qualis fuit ézahac, Samſon, & Iohannes, omnibus, Chriſti teſtimo-

1. Reg. 1. niõ, maior. Per quos omnes Deus peculiares effectus produxit. Sicut & ipſi dono quodam præcipuo, vltraquam natura pateretur, progeniti fuerunt.

Luc. 7. 442 Cur Hanna vocauit filium ſuum Samuelem: & quam tunicam ei fecit?

fecit? Nónne quamuis Samuel exauditio Dei interpretari ſoleat, tamẽ poſitus à Deo verius exp[illegible]ni debet? Nam in verbo שמע ſamah, quod audire vel exaudire ſignificat, ע hain ponitur: litera quidem (vt Hebręorum Grãmatici docent) à ſuo verbo nullatenus amouenda. Cùm igitur in nomine Samuelis ab ipſis Hebræis huiuſmodi litera non ponatur, ab illo verbo ipſum nomen deriuari minimè credendum eſt, ſed à שם ſam, quod ponere ſignificat. Quemadmodum de Set quoque dicitur: Poſuit mihi Dominus ſemẽ pro Habel. Tunica verò quam fecit ei mater, eſt ſimilis coronæ, de qua ſcriptum eſt: Videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater ſua. Mater vtique illa filiorum lætans, vt Propheta canit: cui cura eſt de nobis pro veſtitu ac victu. Quemadmodum elegantiſſimè ſub typo mulieris fortis Salomon deſcribit. *Geneſ. 4.* *Cantic 3.* *Pſalm. 112.* *Prouer. vlt.*

443 Cur Heli cæcus deſcribitur? An de cęcitate corporea eſt ſermo? ſed ad quid huiuſmodi cæcitas ſacris eloquiis interſeritur? An igitur captus erat oculis mentis, quia filios peccantes non corripuerat, nec benè ſacerdotis officium geſſerat? Hinc myſterioſè dicitur cecidiſſe de ſella, in qua rectè iudicare debebat: & hoc propter immoderatum filiorum amorem, iuxta illud Senecæ: Tunc perit omne iudicium, cùm res tranſit in affectũ. Vnde non abs re dicit textus: Caligauerant oculi eius, affectu videlicet, vt videre non poſſet, quid iuſtum videlicet, & quid iniuſtum. Et lucerna Dei ſcilicet Samuel ſuffectus eſt pro Heli, antequàm ipſe totaliter extingueretur. Nec enim ęquum erat, quòd populus Dei in illo ſuo augmento ſtaret ſine lucerna ſacerdotali: & hic eſt verus literæ ſenſus: dicant alij quicquid velint. *1. Reg. 3. 4.* *Seneca.*

444 Quomodo ſuffectus fuit Samuel pro Heli & cur? Nónne (vt nuper dictum eſt) ne Iſrael eſſet abſque lucerna & vidente? nam caligãtibus oculis, Heli diuina videre nequibat. Hinc notanter dicitur in textu: In diebus illis non erat viſio manifeſta. Suffectus autem fuit triplici, tertiáque geminata vocatione: quod factum fuit eo myſterio, de quo alibi dictum eſt, quia videlicet de miniſterio vocatus fuit ad ſacerdotium magnum. *1. Reg. 3.* *Ibidem*

445 Cur Deus permiſit arcam capi, & in manus Philiſtinorum deduci? Nónne id propter peccata cuſtodientium eam, necnon & totius populi permiſſum fuit? hinc huiuſmodi profanis loquens Chriſtus, ait: Auferetur à vobis regnum Dei: ipſa enim arca vicem regni Dei in terris tenebat, cùm in ea eſſet diuinitas mortalibus communicanda, quam Hebræi & Chriſtus regnum Dei vocant. Sed cur in poteſtatem malorum Philiſtinorum deducta fuit? non quidem fuit in poteſtatem, ſed in terrorem ipſorum: nam ad præſentiam ipſius idolum eorum corruit, truncato capite & manibus, Philiſtæi infirmantur: & terra loco frugum mures producit: vnde coacti fuerunt ipſam cum honore dimittere. Non enim diuina & ſacra ab impiis polluuntur, ſed ipſi ab eis conſumuntur, iuxta illud Apoſtoli: Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit. Hoc itaque ceſſit in honorem arcæ, & Dei eam inhabitantis. *Ibidem 4.* *Matth. 21.* *Hebræi.* *1. Reg. 5. 6.* *Ibidem* *1. Cor. 11.*

1. Reg. 5. 446 Cur Dagon cecidit truncato capite & manibus? Nónne vt oſtenderetur, quòd Deus verus ignis conſumit & deuorat omnia, partem in ſe conuertens, & partem in cineres inutiles redigens? nec tamen ipſe vnquã læditur. Pars autem quã diuinus ignis in ſe traducit, ſunt illi qui ſunt diſpoſiti vt cibus illius ſint, indiſpoſitorum verò turbam diuinitate indignã in cinerem diſperdit. Caput autem & manus Dagon abſcinduntur, vt innuatur intellectualis & operatiua virtus illius idoli à facie Dei eſſe penitus colliſa & ablata.

Ibidem 6. 447 Cur dimiſſa fuit arca cum plauſtro nouo & vaccis? Nónne plauſtrum nouum Philiſtæi fecerunt in honorem arcæ: à cuius conſpectu percuſſi & perterriti fuerãt? Vaccis autem ipſam cõmiſerunt, neſcientes quò eam dirigerent, vt animalia illa abſque aliquo obice ab hoſpite ipſius arcæ, ſiue ab ipſius hoſpitis miniſtris deducerentur. An confidentes quòd animalia, licet ratione careant, tamen ad nutum principis reguntur, ex ſerie & ordine rebus ab ipſo indito? An id fecerunt exiſtimantes quòd animalia illa haberent aliquid conuenientiæ cum ſacris pacificandis? vaccæ enim ſiue boues in ſacrificium pacificorum ab Hebræis offerebantur.

Ibidem 448 Cur vnà cum arca Philiſtæi dimiſerũt quinque anos ſeu nates iuxta numerum ciuitatum ſuarum? Nónne id fecerũt ſuaſi conſilio ſacerdotum, ad placandum Deum qui eos in poſterioribus percuſſerat, quia dehonorarunt arcam? Sed cur percuſſi fuerunt in natibus? Nónne (vt nonnulli Sapientes aſſerũt) quia ſolebant intrare templum Dagon idoli ſpurciſſimi, poſterioribus præmiſſis? Quod nõ ſufferens numen illud diuiniſſimum exiſtens in arca, percuſſit eos potiſſimè in parte qua peccauerant.
Sapien. 11. Nã (teſte Sapiente) per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. Cuius quidem numinis irati placationẽ ipſi ſacerdotes didicerant ab immundis virtutibus quas colebant: hæ enim aliquãdo coactè, aliquando ex induſtria, vt decipiant, veritatem dicunt.

1. Reg. 5. 6. 449 Cur Philiſtæi etiam quinq; mures aureos arcæ addiderunt? Nónne ab eiſdem virtutibus edocti Allophyli ſacerdotes conſuluerunt imaginibus illis placandam eſſe irã numinis accenſam, quæ villas & agros ebullire fecerat huiuſmodi mures? vnde fuit cõfuſio mortis magnæ. Sed quomodo placarunt Deum imaginibus tam diligẽter lege prohibitis? Nónne
Deute. 4. iuſſu Dei Iſraelitæ ſerpentis imaginem erexerunt, vt inde à ſerpentũ mor-
Numer. 21. ſibus ſanarentur? Quod forſitan non latebat ſacerdotes Allophylos. An igitur lege ipſa? An à virtutibus ſuis immundis edocti id fecerunt?

1. Reg. 6. 450 Cur vaccæ arcam fœderis deferentes applicuerunt Betſames? Potuítne in locum aptiorem deferri arca veri ſolis, quàm in domũ ſolis? ſic enim Betſames interpretatur. Qui ſol ſupramundanus ſicut tenet locum inter tribunal gratiæ & iuſtitiæ, ſic arcam concomitabãtur ſeueritatis lex quæ in ipſa continebatur, & Cherubini exiſtentes ſuper propitiatorio. Vnde Dei gratia & pietate populus Iſraeliticus remiſſionem cõſequebatur. Steterunt autem ibi vaccæ mugientes, quia forſitan ſentiebant nutũ
Numer. 22 Dei, ſicut præſenſit aſina Balaham angelum, euaginato gladio aſtantem,

ipſo ſeſſore non aduertente. Et id vt Philiſtæi comprobarent ſe fuiſſe percuſſos à Domino, quemadmodum ipſi proteſtati fuerant. *1. Reg. 6.*

451 Cur tot hominum millia perierunt, quia arcam Dei viderunt? Nónne quia eam videre non merebantur? Sed nónne dura nimis & ſeuera pœna fuit, aliàs nunquam inflicta, & ſi multi arcam aſpexerunt? Non quippe ſolebat populus arcam aſpicere, cùm locus ipſius eſſet in ſanctis ſanctorũ quò ſummus ſacerdos ſemel in anno cum ſumma reuerentia introibat. Betſamites autem auſi ſunt abſque reuerentia ipſam arcam aſpicere: hinc dicitur in textu, Percuſſit Dominus de viris Betſamitibus, eò quòd reſpexiſſent in arcam Domini, eo videlicet modo quo non debebant, nudam videlicet. Nam operta pallio hyacinthino deduci iubetur, vt in libro Numerorum legimus: vnde & Hoza percuſſus fuit à Domino, eò quod arcã è plauſtro decidentem tetigiſſet. Et id, vt inde doceremur quàm reuerẽter aſpicere & tangere ſacra atque diuina debeamus. *Ibidem* *Numer. 4.* *2. Reg. 6.*

452 Cur ſcriptum eſt, quòd Philiſtæi cæſi ac diſperſi ſunt ſacrificãte & orante Samuele? Nónne, vt intelligatur quanta ſit virtus ſacrificij & orationis oblatæ à viro Deo grato? Sic quoque orantę Moſe, Hamalech ſuperabatur. Orante etiam Eliſæo concluſi ſunt Aſſyrij in medio Samariæ obcæcati. Denique orante Chriſto non deficit, ſed augetur fides Petri, & datur nobis omnibus victoria. Iuxta illud Apoſtoli: Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. *1. Reg 7.* *Exodi 17.* *4. Reg. 6.* *Lucæ 22.* *1. Cor. 15.*

453 Cur prę omnibus electus fuit Saul, tandem reprobandus? An fortè quia bonus & electus, meliórque omnibus filiis Iſrael, vt habetur in textu? quamuis poſtea tumore vel auaritia deprauatus fuerit. An bonus erat duntaxat extrinſecus? quæ bonitas correſpondebat petitioni populi, qui non ſecundum Deum, ſed ſecundum carnem regem petierat. Hinc ſubinfertur immediatè de cõditione corporea ipſius Saulis: ab humero & ſurſum eminebat ſuper omnẽ populum. Et licet illa bonitas, de qua præmittitur, ad vtrunque referri poſſit, ad hominem videlicet animalem & ſpiritualem: tamen (ni fallor) ad animalẽ tantùm refertur: cuius rei ſunt quàm plurima ſigna. Primò enim eſt nomen ipſius, שאול Saul videlicet, quod eſt nomen cuiuſdam loci inferni. Secundò, quia poſtquàm apparuit Dauid, typum Chriſti gerens, ſtatim inſequutus eſt eum. Tertiò, quia reprobatus & eiectus à Deo fuit. Poſtremò, quia ſeipſum interemit. Nec ipſe fuit propriè rex, nec de ſtirpe Iehuda regia, ſed ob importunitatem petentium regem, velut aduentitius rex conceſſus fuit, typum hominis animalis gerẽs, qui præcedit ſpiritualem, & ipſum perſequitur, ſicut à Paulo docemur: hinc tandem velut animalis homo eiiciendus fuit. *1. Reg 9.* *Ibidem 8* *Ibidem 18* *Ibidem vlt.* *1. Cor. 15.* *Galat. 4.*

454 Qua de cauſa Saul reprobatus fuit? An quia noluit obedire Deo, vt in textu dicitur? Scelus enim idolatriæ vt ibidem dicitur) eſt nolle acquieſcere. Hinc à Samuele meruit audire: Quia abiecisti ſermonem Domini, abiecit te Dominus ne ſis rex. An, quia mactauerat animalia impiiſſimi Hamalech, quem Deus oderat, & contra quem indictum fuerat bellum perpetuum, omnibus pacis induciis ſecluſis: vt in Exodo, *1. Reg. 15.* *Exodi 17.*

Deuter.25. & Deuteronomio patet? Hamalech enim (vt aliâs diximus) Diaboli typũ gerebat: vnde omnia quæ ipſius erant, non ad placandum, ſed ad irritandum Deum offerebantur.

455 Cur Saul non expleuit iuſſa Dei? An auaritia ductus? An, quia intumeſcens victoria, non fuit reueritus Deum (vt decebat) crimen læſæ maieſtatis incurrens? An, quia Deum muneribus placare ſpetabat? quod minimè fecit. Vnde docemur non eſſe placandum Deum furtis, aut rebus immundis, aut turpibus lucris, aut rebus, quomodocunque malè acquiſitis ſiue detentis. *Ibidem 23.* Hinc apertè iubet lex non eſſe offerendam mercedem proſtibuli. *Iſaiæ 1.* Et de huiuſmodi in genere dicitur in Iſaia: Incenſum abominatio eſt mihi. *Malach.1.* Et per Malachiam longo ſermone diſſerit Deus. An id fecit Saul ex nimia contrectatione rerum Hamalechitarũ à malis dæmonibus pollutarum? vnde pollutus neſciebat quid ageret, amiſſo lumine diuino.

1. Reg.14. 456 Cur Saul bellans contra Philiſtæos indixit ieiunium? An, vt voto illo ſibi Deũ conciliaret? An, vt innueret ſe non humanitus, ſed diuinitus victoriam ſperare? ideò vires corporeas nolebat confortari. An ſimulatè id egit, ſperans fauorem populi hac religione ſimulata comparare? Hinc voluit Deus præſtare victoriam per Ionatam, qui contra patris imperium mel deguſtauerat.

Ibidem 457 Peccauítne Ionatas, patris imperium nõ obſeruans? Nónne victoria tam miraculoſè obtenta (cùm ipſe ſolus cum armigero caſtra Philiſtinorum debellauerit, indicat ipſum non peccaſſe, immò gratiam diuinitus comparaſſe? Nam Deo penitus confiſus dixit armigero: Non eſt difficile Domino ſaluare vel in multis vel in paucis: nec in patris iniuriam id fecit, cùm edictum eius ignoraret, vt in textu dicitur. Congreſſus igitur eius, & eſus mellis non fuerunt odioſi, ſed grati Deo, cùm dicatur, quòd ſuſtentatus fuerit, & oculis illuſtratus fauo mellis. Mel enim diuinum eſt, & guſtum rerum diuinarum communiter ſignificare ſolet.

Ibidem 18. 458 Cur Saul ſemper inſequutus eſt Dauidem, à quo beneficia ſuſceperat? Nónne (vt ſuprà tetigimus) quia Saul tenebat locum regis & hominis *Galat. 4.* animalis: qui ſemper (vt Apoſtolus docet) perſequitur eum, qui eſt ſecũdum ſpiritum? Hinc Chain perſequutus eſt Habel: Iſmahel Izahac: & He- *1. Cor.15.* ſau Iahacob. Vnde Saul in regno præceſſit, iuxta illud Apoſtoli: Prius, quod animale, deinde quod ſpirituale. Et quia huiuſmodi nullis blandi- *1. Reg. 17. & 18.* tiis, nullíſve beneficiis placantur: hinc nec Dauid interficiendo Gigantem inſequentem Iſraelem, nec Saulem à malo ſpiritu pſalterio liberando, ipſum vnquam placare potuit. Vnde innuitur, quòd cum homine animali & carne non blanditiis aut beneficiis, ſed alio vnicóque remedio vtendũ eſt: nam in ſeruitutem & ditionem ſpiritus redigenda eſt, omne dominiũ ab ea penitus auferendo.

Ibid. 28. 459 Qua virtute potuit mulier Phytoniſſa, vt Sauli morem gereret, Sa- *Leuit.20.* muelis ſpiritum ſuſcitare? Nónne Deus in Leuitico iuſſit Phytones exterminari, & lapidibus obrui? Quomodo igitur Phytoniſſa potuit ſuſcitare ſpiritum viri tam ſancti? An ipſa nõ ſuſcitauit, ſed tantummodò vidit ſpi-

ritũ Samuelis, vt ex textu elicitur? Et hoc indicauit regi. An excitauit ſpiritum vel vmbram Samuelis non adhuc quieſcentem? quod ab huiuſmodi fieri poteſt, vt norunt Sapientes. An diſpoſitione diuina factum eſt, vt excitaretur Samuel durus nuncius ipſi Sauli, qui ad Phytoniſſam recurrerat? cùm ipſe paulò ante huiuſmodi & magos & hariolos (vt ibidem dicitur) eraſiſſet de terra. An (vt aliis placet) id fuit in documentum eorum, 1. *Reg.* 28.
qui diuina & prophetica per humanas aut diabolicas doctrinas excitare præſumunt? vnde ſentiunt oracula excitata dura ſibi nunciare, ſicuti Sauli contigit.

460 Cur excitato Samuele coacta fuit mulier exclamare: Vidi Elohim *Geneſ.* 6.
aſcendentes de terra? An vidit immundos ſpiritus, qui in Geneſi & Iob a- *Iob* 1.
liiſque pleriſque in locis dicuntur Bene Elohim? pro quo communis æditio habet, filij Dei. An vidit angelos, vmbram Samuelis concomitantes? An vidit miniſtros diuinæ iuſtitiæ, qui iuſſu Dei venerant duri nuncij ad Saulem? ſicut opera ipſius mala exigebãt. Quod cognoſcens fatidica mulier, & vmbris huiuſmodi aſſueta, coacta exclamauit: Tu es Saul, cui videlicet hi ſunt duri nuncij.

SECTIO IX. DE DAVIDE ET ALIIS VERIS REGIBVS.

CVR Hebræi perſtiterũt ſine regno generationes quatuordecim? An id communi rerum curſu effectum eſt? An hoc 461
diſpoſitũ fuit eo ſacramento, quo & cætera ſacris eloquiis inſerta? Regnum enim figuratiuæ familiæ lunare fuit, Chriſti verò ſolare. Hinc illud cum Luna creſcere debebat vſq; ad quartum decimum diem ſiue generationem. Propterea familia illa deueniens ad plenilunium dotata fuit regno in Dauide, quartodecimo ab Abraham. Quæ Luna pleniſſima fuit in Salomone quintodecimo, & poſtea deficere cœpit vſque ad omnimodam luminis abſconſionem, in captiuitate Babylonica ſub Iechonia factam.

462 Cur poſt quartamdecimam generationem regnum Hebræorum à plenilunio ceſſauit, ſeu in alterum dominium commutatum eſt? Nónne tanquam alterius menſis & ſigni renouatus atque mutatus eſt lunaris hic curſus? Sceptrum enim ex regio in ducale mutatum eſt poſt obſcurationem vnius diei, i. vnius generationis: ſeptuaginta videlicet annorum quibus Iſraeliticus populus in captiuitate fuit. Cùm igitur omnia noua ſucceſſerint, hinc noui duces, nouáque domus: quam nouam & ſecundã domum vocant illam à Zorobabele poſt captiuitatem Babylonicam reparatam. Creuit autem hoc nouum imperium vſque ad plenilunium, vſque videlicet ad Chriſti mortem. Tunc enim non obſtante plenilunij tempore, Luna fuit vnita cũ ſole, adeò vt fieret illa ecclipſis celeberrima, in qua nedum luna cum ſole vnita fuit, ſed in ipſum tranſmutata. Nam domus Dei non eſt amplius lunaris, ſed in ſolem trãſmutata ſub imperio veri ſo-

lis Chriſti. De quo Propheta: Thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo, & ſicut Luna perfecta in æternum, non vltra videlicet mutanda, ſed in ſolē
Pſalmo 88 (vt dictum eſt) tranſmutata.

463 Quis fuit Dauid, & cur tanta celebritate electus? Nónne dictus eſt de virga Ieſſe, i. de virga vel ſtirpe illius, qui eſt? Genus enim Dei fuit ille electus ſecundum cor Domini, ſicut è conuerſo mali ſunt ex diabolico ge-
Ioannis 8. nere: iuxta illud Chriſti, Vos ex patre diabolo eſtis. Dauid namque manus Dei à Sapientibus dictus eſt, bellans contra Hamalech, ſicut literæ nominis ipſius per numeros manum important. An fuit (vt alij dicunt) veluti
1. Reg. 16. alter Adam? Hinc ſcriptura dicit ipſum fuiſſe rubeum, in vocabulo אדמוני admoni: tracto videlicet ab Adā: ſed additur quod pulcher erat, pulchritudinem enim quam homo in Adam amiſerat, ipſe partim recuperauit.
Pſalmo 44 Totam autem recuperauit ille, de quo ipſemet canit: Speciosus forma prę filiis hominum.

1. Reg. 16. 464 Qua vnctione vnctus fuit Dauid in regem? An oleo oliuarum, nucum vel amygdalorum? Non vtique: nam huiuſmodi vnctio non facit hominem regem, ſacerdotem aut Prophetā. An igitur vnctione illa, de qua
Iſaiæ 60. in Iſaia habetur, Spiritus Domini ſuper me, eò quòd vnxerit me, vt mederer contritis corde, & prędicarem captiuis indulgentiam? De qua vnctio-
1. Ioan. 1. ne Iohannes quoque ait: Vnctionem habetis à ſancto, & noſtis omnia. Hinc huiuſmodi vnctione vnctus Dauid euaſit in ſapientem, Prophetámque celeberrimum?
1. Reg. 16.

465 Cur Dauid fuit paſtor ouium? Nónne, vt imitaretur Habel, Abraham, Iahacob, patres duodecim, atque Moſem? Nam hi omnes dicti ſunt
Cantic. 1. & fuerunt paſtores ouium, non tantùm animalium irrationabilium, ſed ſuimetipſorum. Sicut vnuſquiſque monetur in Canticis, vbi dicitur: Paſce hœdos tuos, i. laſciuientes affectus, iuxta tabernacula paſtorum, i. eorum qui ſuos affectus adeò bene regunt, vt oues dicantur reponendæ in dextera. Aut paſtores ouium rationabilium: & ſecundum vtrunq; modū
Ioannis 1. dixit redemptor. Ego ſum paſtor bonus. Et huiuſmodi in reges & antiſtites aſſumi merentur.

1. Reg. 17. 466 Qua virtute Dauid Philiſtæum proſtrauit? An virtute vnctionis à Samuele factæ? Hac enim non tantùm eruditione & ſanctimonia, ſed etiā robore munitus fuit. An virtute nominis Dei, quod per vnctionem illam intellexit? Hinc cōgreſſurus cum Gigante, dixit. Tu venis ad me cum gladio, haſta & clypeo, ego autem venio ad te in nomine Domini. Hac quo-
Lucæ 10. que virtute Chriſtus muniuit Apoſtolos, quādo dixit: Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutē
Marc. vlti. inimici. Et quod id fuerit in virtute nominis, patet ex dictis ipſius Chriſti, quæ apud Marcum huiuſcemodi habentur. In nomine meo dæmonia eiicient: & quæ ibi ſequuntur.

1. Reg. 17. 467 Cur & quibus lapidibus torrentis Dauid Gigantem proſtrauit? An ignarus armorum voluit pugnare funda, qua puer & paſtor vti cōſueuerat? An pugnauit illa petra, de qua ipſe canit: Et ſtatuit ſupra petrā pedes

meos?Et iterum:In petra exaltaſti me.Quæ petra(nulli dubium)Chriſtus eſt: qui ait, Sine me nihil poteſtis facere. Sed quomodo Dauid pugnauit hac pètra, quæ nondum poſita fuerat in fundamentum præcipuum omnium operationũm?ſicut poſtea (teſte Apoſtolo)poſita fuit.Nónne idem Apoſtolus hanc quæſtionem dirimit,dicens:Bibebant autem, ſcilicet patres illi ante Dauidem, de ſpiritali conſequenti eos petra. Petra autem erat Chriſtus? Qui quidem Chriſtus(vt ipſe Dauid canit)ſcriptus eſt in capite libri: & in ipſo condita ſunt vniuerſa in cœlis & in terris viſibilia & inuiſibilia. *Pſalmo 39. & 60.* *Ioannis 15.* *1.Cor. 3.* *Ibidem 10.* *Pſalmo 39* *coloſſ.1.*

468 Qua virtute Dauid citharam pulſans à Saule malum ſpiritum abigebat? An harmonica conſonantia,diſſonanti Diabolo ſemper infeſta,fugabat ipſum? An ea virtute, qua refertus Pſalmos virtute pleniſſimos decantauit,contra omnẽ virtutem inimicã,& pro omnibus bonis cõparandis? An id factum fuit in figurã illius, qui principem mundi Diabolum è mundo eiecit? Ipſe enim diſcipulis(vt dictum eſt) poteſtatem dedit ipſum Diabolum fugandi,dicens.In nomine meo dæmonia eiicient. In nomine videlicet pleno virtute ipſius nominis: immò continente ipſum nomen: quod(vt diximus) ipſi Dauidi ſacra illa vnctione reuelatum fuit. *1.Reg.16.* *Marc.vit.*

469 Quo ſpiritu, quáue virtute Dauid præ cæteris Prophetis diuinos ac celeberrimos hymnos compoſuit? Nónne ſpiritu diuino? cùm alioquin ea ſacramenta quæ in eis continentur, minimè deſcribere potuiſſet: ſicut enim Iohãnes præiuit Meſſiam in ſpiritu & virtute Eliæ, ſic Dauid prçuenit ipſum in ſpiritu ipſius vniuerſalis redemptoris ad componendas diuinas laudes & cantica ab omnibus nationibus, quæ ſub cœlo ſunt,admittenda & decantanda. Ipſos enim Dauidicos hymnos cantant non modò Chriſtiani & Hebræi, ſed Mahumetici ſiue Iſmahelitæ, Indi, Perſæ, Arabes,Ægyptij,Getuli,Parthi, Medi & omnes denique qui totas tres mundi partes colunt. *Lucæ 1.*

470 Quam efficaciam ſiue virtutem hymni Dauidici habent,vt omnes ipſis oblectari videantur? An,quia ea ſumma arte cõpoſiti fuerunt: vt nullus,quantumuis ſapiẽs,id dicendi genus vnquam attingere potuerit? quãuis multi etiã tẽporibus noſtris id attentauerint. An quia dicati Deo fœlicius & efficacius q̃ mali & venefici libri dæmonibus? An quia veluti fiſtulę & canales deducunt ad pſallentes aquas ſupernorũ fontiũ: à quibus omnia nobis opportuna haurimus? An,quia ſpiritus vitæ corda lætificãs replet decãtantes? cùm eo ſpiritu pleniſſimi ſint. Vnde ipſi Pſalmi miram afferunt dicentibus vtilitatem, quia inſpirati fuerunt ab eo, qui nouit omnes fiſtulas, omnéſque meatus per quos aliquid vtilitatis ſuſcipere poſſimus. An omnes delectant eo mirabili concentu, quem continent,nedũ verborum ſuis menſuris compoſitorum,ſed ſuperiorum rerum cum inferioribus,& ſuperiorum adinuicem? Omnia enim Dei & naturæ ſacramẽta in ipſis decantantur.

471 Vnde tantus amor inter Dauidem & Ionatam? An id caſu euenit: conuenientibus(vt Phyſici dicunt)complexionibus: aut concurrentibus *1. Reg.18.*

in concentum aſpectibus vtriuſque, vt arbitrantur Aſtronomi? An (vt altius cōſcendamus) id factū eſt, vt innueretur connexio quam habebat Da-
Ioannis 1. uid cum Spiritu ſancto? nam Spiritus ſanctus adeò cum columba conuenit, vt etiam in ſpecie colūbæ in Chriſti baptiſmate apparere dignatus ſit. Et id magna diuinæ prouidentiæ ſerie præparatū fuit, vt videlicet tēpore quo Saul ipſū Dauidē pſequebatur, ad regnū ſibi præparatū reſeruaretur.

3. Reg. 2. 472 Cur Dauid tenuit ſedē in Hebron ſeptem annis? An id caſu euenit, vt qui non potuerit à principio totum regnum adipiſci, eam partem quā potuit ſibi vendicauerit, quonſque totum aſſequeretur? An cum myſterio id factum eſt, ſicut & cætera quæ in ſacris eloquiis enarrantur? Nam in ciuitate patrum à principio regni moratus eſt, futurus (ſecūdum ſecre-
Secr. theo. tiores Theologos) quartus pes diuinæ ſedis: vt & ipſe ſuſciperet illum diuinum influxum tanto gradui conuenientem, quem ſuſceperant ij qui nedum ibi moram ſed ſepulchrum elegerunt, cognoſcentes ibidem (ſicut de
Geneſ. 28. Betel dixit Iahacob) eſſe domum Dei & portam cœli.

473 Cur Dauid ſaluari dicitur in deſerto ad petram Mahō? Nónne Da-
1. Reg. 23. uid qui pleriſque in locis typum Eccleſiæ tenuit, conuenientiſſimè ſaluatur in petra quę Chriſtus eſt, vnicum fundamentum & refugium omniū? In cuius nomine (vt Petrus ait) ſolùm datur ſalus. In deſerto autem tunc
Actor. 4. morabatur, derelictus videlicet ab omni humano fauore: nec aliud habebat habitaculum, niſi petram (de qua diximus) quæ vocabatur Mahon, id eſt habitaculum.

2. Reg. 11. 474 Cur Dauid adeò ſanctus rapuit Berſabah? An id fecit mera concu-
Ant. theo. piſcentia ductus? Sed quomodo hoc fuit dignum tanto viro? An igitur (vt antiqui Theologi dicunt) quia cognoſcebat eam eſſe ſuam, ſibíque à principio præparatam, ſed ab Vria occupatam? Berſabah enim (vt ad altiorem theologiam conſcendamus) eſt puteus ſeptem, ſignificans locum archetypi proprium Dauid, vt omnes antiqui ſapientes conueniunt. Qui locus alio nomine dicitur מלכות malchut, i. regnum Dauidi appropriatiſſimū. Hinc concludunt ipſi ſapientes peccatum ipſius Dauidis fuiſſe, quia comedit ficum immaturū, i. quia voluit accipere vxorem occupatā ab Vria, non expectans eius mortem, ſed ante tempus & indebitè ei mortem infligens, cùm tamen ipſe Vrias bona fide eam teneret.

3. Reg. 1. 475 Cur Dauid morti vicinus tam conſtanter Salomoni filio iuniori & puero regnū tradidit? Nónne id fecit non tantùm amore Berſabeæ deuictus (& ſi ſummoperè eam diligebat) ſed cognoſcens ſpiritu prophetico, immò edoctus à Deo per Natan Prophetam, quòd ipſe erat natus ex ſua & legitima ac propria vxore? Quæ quidem vera ac legitima vxor tantùm vnica eſt, quamuis reges larga licentia multas haberent. Iuxta illud quod Salomon rerum ſacrarum nō ignarus, canit: Sexaginta ſunt reginæ, octo-
Cantic. 6. ginta concubinæ, vnica autem eſt columba mea, i. vera & legitima vxor, vt veri Sapientes exponunt. Vnde etiam à Deo docemur, quòd Berſabee fuerit propria ipſius Dauidis vxor, cùm iuſſerit filiū eius regnare, quamuis aliis iunior eſſet.

476 Cur Dauid quaſi Dei oblitus Vriæ mortem intulit? An ſola cõcu- *2. Reg. 11.*
piſcentia allectus tantùm ſceleris perpetrauit? An ex concupiſcentia erro-
ri commixta, volẽs vxorem ſibi propriam? vnde nec ſibi videbatur alicui
inferre iniuriam, licet eam vi, & cum mariti interemptione raperet. Error
autem ipſius fuit, quia (vt ſuprà dictũ eſt) Vrias erat bonæ fidei poſſeſſor.
An id fuit (vt nonnullis placet) in figuram Chriſti, qui ſynagogam ſpõſam
propriam eripuit è manu Diaboli eam indebitè detinentis, cum expulſio-
ne ipſius è regno mundi? quæ expulſio fuit quædam mors ciuilis. In ipſo
autem Chriſto nullus error fuit, licet in figurato fuerit.

477 Cur filij Dauid ſibi inuicem & patri bellum intulerunt? An quia *Ibidem 12.*
dictum ei fuerat à Natan poſt mortẽ Vriæ: Propter hoc non recedet gla-
dius de domo tua vſque in ſeculũ, vitæ videlicet eorum qui tunc aderant?
Pro vita enim ſeculum multoties in ſcriptura accipitur. An, quia ſic me-
rebantur delicta occiſorum? An & hoc diuinæ prouidentiæ ſerie ſancitũ
fuit. Abſalom enim interfecit Amnonem. Abſalom verò interfectus fuit à *Ibidem 13.*
Ioab. Salomon autem Adoniam interemit. Abſalom quoque inſurrexit in *Ibidem 18.*
patrem, vt nihil impunitum relinqueretur in domo Dauidis Dei dilectiſ- *3. Reg. 2.*
ſimi. Quod non tam diligenter in domo extraneorum Deus facit, relin-
quens eos ſeueriſſimo iudicio, quod in extremo fit in rebelles.

478 Cur Dauid deſtinauit nuncios ad Chanun regem Hammon in de- *2. Reg 10.*
decus nunciorum & ſuum? An id fecit ſopito Spiritu ſancto, vt etiam ex-
traneorum compararet gratiam, errans potius ciuiliter, quàm in Deum?
Hinc ciuilem pœnam recepit, ſui videlicet & nũciorum ignominiam. An
fortè pluſquàm ciuiliter peccauit, quærens beneuolentiam illorum qui
excluſi ſunt à diuino cœtu etiam vltra decimam generationem, vt in Deu *Deuter. 23.*
teronomio legimus?

479 Cur Chanun rex Hammon nunciis à Dauide deſtinatis dimidium *2. Reg. 10.*
barbæ & veſtium præcidit? An in meram deriſionem? ſed hęc non fuiſſent
digna tanto loco. An igitur ille qui gratis iniquus interpretatur, pro vr-
banitatis ſigno reddere conatus fuit Dauidi omnem ſibi poſſibilem iniu-
riam: quærens debilitare nuncios & ipſum Dauidẽ (quoad poſſet) in ro-
bore & virtute naturali per barbã denotata, & in donis gratuitis per ve-
ſtimenta deſignatis? Et cùm vtrumq; omnino auferre nequiuerit, abſtulit
quod potuit dimidiũ videlicet. Et hoc eſt propriũ Diaboli, vt ſemper no-
ceat, iis etiam qui adhærẽt ei. Cuius typũ gerebat ille gratis iniquus filius
Nachas, i. ſerpentis, illius videlicet antiqui, ſemper homini inimicãtis, po-
ſitis ex Dei ſententia inimicitiis inter eos. Cur autem Dauid iuſſerit nun- *Geneſ. 3.*
cios morari in Ielicho vſque ad augmẽtum barbæ, ſuprà declaratum eſt.

480 Peccauítne Dauid iubens numerari populum, in tantam ipſius po- *2. Reg. vlt.*
puli ſtragem, & cur id fecit? An ambitione ductus id fecit? ſed cur nõ ipſe,
ſed populus punitus fuit? An igitur tunc derelictus à ſpiritu Dei quid hu-
mani perpeſſus eſt: deficiens in punitionem populi? Hinc ſcriptum eſt: Et *Ibidem,*
adiecit furor Domini iraſci contra Iſrael, commouítque Dauid, vt nume-
raret populum Iſrael & Iehuda. Non igitur id aſcribi debet ipſi Dauidi in

peccatum. Cum alibi dicatur, quòd Dauid non declinauit ad dexteram neque ad ſiniſtram: excœpto ſermone Vriæ Ethæi.

3. Reg. 15. 481 Quod fuit peccatum populi: & quod remedium peccato illi adhibitum fuit? Nónne peccatum populi multiplex fuit? Sicut ocioſis euenire ſolet. Tunc enim Iſraelitæ ocio pacis marceſcebant. Remedium verò adhibitum fuit per ſacrificium oblatum à Dauide. Sed cur litante Dauide expurgatum fuit populi ſcelus? Scriptum eſt enim. Obtulit Dauid holocauſta & pacifica: & propitiatus eſt Dominus terræ: & cohibita eſt plaga ab Iſrael. Nónne, cùm Dauid eſſet caput totius populi, aſſumpſit medicinam pro toto corpore? Hinc & Chriſtus calicem paſſionis pro omnibus membris bibit. Quod efficere debent omnes veri præſides & paſtores. Sicut verbo & exemplo nos hortatus eſt ipſe ſummus omnium paſtor Chriſtus dicens. Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor animam ſuã dat pro ouibus ſuis. Et ego animam meam pono pro ouibus meis. Quod obſeruans Dauid dixit. Vertatur, obſecro, manus tua contra me.

2. Reg. vlti.

Ioan. 10

2. Reg 12
Sec. Theo.

482 Salomon quis fuit, & quam ſapientiam habuit? Nónne clara eſt hiſtoria, quòd fuit filius Dauidis & Berſabee? Horum autem vterque fuit (vt ſecretiores Theologi dicunt) à menſura vltima Archetypi: vnde influitur ſapientia inferior: quæ ab Elchana dicitur filia: ſuperior autem, quæ Dei verbum eſt, in quo fabricatus eſt mundus, dicitur filius. Hinc Salomoni competebat tantummodò ſapientia inferior: qua repletus fuit ſuper omnes, qui ipſum præceſſerunt, & ſubſecuti ſunt. Et ſic intelligendus eſt textus, qui ait. Et dedi tibi cor ſapiens & intelligens, adeò vt nullus ante te ſimilis tui fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit.

Elchana.

3. Reg. 3

483 Quis decoratus fuit maiori ſapientia, Salomón ne, an pater eius Dauid? Nónne Salomon: vt nonnulli ex verbis illis nuper adductis potiſſimè ſentiunt? Sed nónne maior latet ſapientia in Pſalmis Dauidicis, quàm in operibus Salomonis? An igitur (vt nuper diximus) ſapientia inferiori, quæ filia & vinum dicitur, Salomon omnes præſtitit: in ſuperiori verò ſapientia, quæ filius & lac dicitur, Dauid præualuit? Hinc ipſe Dauid inducit Deum de ſeipſo loquentem in hæc verba. Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum, Oleo videlicet & vnctione illa, de qua Iohannes. Vnctionem habetis à Sancto: & noſtis omnia. De qua vnctione ſatis in ſuperioribus dictum eſt.

Pſal. 88
1. Ioan. 2

484 Qua arte Salomon templum fabricauit? An arte architectonica: qua pollebat ipſe, & ſapientes ipſius architecti? Sed, cùm diuinum eſſet templum, nónne ars quoque diuina exquirebatur? Vnde & Moſes ſapientiſſimus, non humana ſapientia, qua plurimùm pollebat, ſed edoctus à Deo (qui dixit ei. Inſpice, & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt) fabricauit tabernaculum. Et ad ipſius metam erectum eſt templum. Nec artifices admiſit Deus ad opus tabernaculi: niſi quos ipſe ſpiritu ſuo, ſapientia & intelligentia repleuerat Bezaleel videlicet filium Vri, & Aholiab filium Achiſamach: vt in Exodo legimus. Sicut igitur (vt in libro, cuius titulus eſt porta lucis, dicitur) Dauid omnes impenſas tem-

Exod. 25

Ibidem 31.
Porta lucis
1. Par. 22.

pli præparauit: Ita Salomonem edocuit omnem artem & magiſterium ædificando templo neceſſarium. Et hinc quoque concluditur Dauidem in huiuſmodi ſapientiorem fuiſſe Salomone.

485 Salomon fuit ne reprobatus, & cruciatibus æternis (vt fertur) addi- *3 Reg.11.*
ctus? Nónne copulatus fuit cũ Madianitis, Moabitis & Ægyptiis: de qui- *Exodi 34.*
bus dixerat Dominus. Ne commiſceamini cum eis: quia auertent corda veſtra: vt ſequamini Deos earum? Hinc coluit Haſtartem Deam Sidoniorum: Chamos Deum Moabitarum: & Moloch idolum filiorũ Hammon.
Nec habetur (vt nonnulli dicunt) de ipſius pœnitentia verbum. Sed nón- *2.Reg.7*
ne Deus Dauid de ipſo Salomone dixit. Ipſe ædificabit mihi domum: & ego ero illi in patrem. Et ſi quippiam iniquè geſſerit: arguam eum in virga virorum: & in plagis filiorum hominum? Inſuper promittit ſe non ablaturum miſericordiam ſuam ab eo: ſicut abſtulit à Saule.

486 Quomodò Salomon correptus fuit in virga virorum, & in plagis filiorum hominum? An, quia ſuſtinuit hoſtes & inimicos: vt aliqui dicũt? ſed nullus hoſtis infeſtauit eum, neque domum ipſius, dum viueret. Et licet Razon, Adadehezer & Ieroboham inimicati fuerint ei, nil tamen ei
nocuerunt: vt habetur in tertio Regum volumine. An igitur corripere in *3.Reg.11*
virga virorum & in plagis filiorum hominum (vt Zohar aſſerit) eſt trade- *Zohar.*
re aliquem in interitum ſatanæ ſecundum carnem: vt ſpiritus ſaluus fiat?
ſicuti Paulus Corinthium illum tradi iuſſit. Et ſic (vt ipſe Zohar ait) tradi- *1.Cor.5.*
tus fuit Salomon in ditionem Aſmodai: qui ipſum regno eiectum per ali-
quot annos in deſerto detinuit. Vbi componens Eccleſiaſtem, dixit. Fui *Eccleſ.1*
Rex in Ieruſalem: ac ſi tunc non eſſet. Sic & Nabucdonoſor regno expul-
ſus fuit: vt Daniel refert. Tunc autem Aſmodai effigiem & indumenta Re *Dan.4*
gia indutus pro Rege iura reddebat.

487 Quomodò præualuit Aſmodai in Salomonem adeò ſapientem? *Sec.Theo.*
Nónne parabolicè loquentes ſecretiores Theologi dicunt Salomonem voluiſſe capere ipſum Aſmodai in fouea lactis & vini: ſed in ea ipſe ab Aſmodai captus eſt? Voluit enim Salomon miſcere ſapientiam inferiorem,
per vinum deſignatam, cum ſapientia ſuperiori, in lacte figurata. Sicut ip- *Can.5*
ſemet perhibet, dicens. Bibi vinum meum cum lacte meo. Et his addita diuinorum nominum virtute tentauit ſibi ſubiicere Principem malorum ſpirituum: nunc Aſmodai, nunc Mammonam ſiue Amomminò, nũc
Hazazelem in ſcriptura nominatum. Sed errans in opere, huius mixturæ *Ant.Sap.*
videlicet, captus fuit & deuoratus (vt eſt regula antiquorum Sapientum) ab Hazazele per proprietatem iudicij. Hinc huiuſmodi malæ virtutes operantibus dicere ſolent. Caue, ne erres: quia, ſi tu erraueris, nos minimè errabimus. Vnde iuſta Dei ſententia per ea, per quæ & peccauerat, Salomon punitus eſt.

488 Cuias erat Regina: quæ venit ad Regem Salomonem? An fortè Sa- *Sap.11*
bæa erat: vt nonnulli putant? Sed nónne ea regio, quam nos Sabæam vo- *3.Reg.10.*
camus, apud Hebræos ſcribitur cum ס Samach: סבא Saba videlicet: hæc autem, vnde ipſa Regina venit, ſcribitur cum ש Sim, שבא Saba videlicet:

quæ Arabiã ſignificat? An igitur hæc mulier venit ab Arabia fœlice, quæ Saba dicitur, vt modò dictum eſt? nam regina illa Nicolea vocabatur, ſed Saba denominata fuit à regione cui dominabâtur: cuius quidem regionis terminus eſt mare Oceanum ab Auſtrali parte. Hinc Saluator dixit: Regina Auſtri (quia eſt à parte Auſtri Ieroſolymæ) venit à finibus terræ, quia vltra Arabiam illam nihil eſt niſi illud mare Oceanum. Coniuncta tamen eſt huiuſmodi regio Arabiæ deſertæ in qua eſt mõs Sina, vbi data fuit lex, quæ Euangelio coniuncta eſt: ſicuti (teſte Paulo) mons Sina coniunctus eſt Ieruſalem, vbi datum fuit Euangelium. Nec enim eſt ſermo de Sina & Ieroſolyma materiali (quæ inuicem per quindecim dietas diſtant) ſed de ſupernis locis, quibus hæc inferiora reſpondent: hinc ipſe Paulus ſubinfert, Quæ ſurſum eſt Ieruſalem. Quo ſenſu Iſaias ait: De Sion exibit lex & verbum Domini de Ieruſalem. Quod infrà (Deo duce) latius declarabitur. Quo autem myſterio ipſa regina venerit ad Salomonem, alibi (Deo fauẽte) diſſeremus.

Matth. 12. *Galat. 4.* *Iſaiæ 2.*

3. Reg. 10. 489 Cur videns regina illa ſapientiam & munificentiam Salomonis nõ habebat vltra ſpiritum? Nónne meritò defecit reginæ ſpiritus, audiẽtis ſapientiam illius: de quo (teſte Paulo) ſcriptum eſt, perdam ſapientiam ſapientum, & prudentiam prudentum reprobabo? nam in ipſo (eodem teſte) ſunt omnes theſauri ſapientię abſconditi: in quos theſauros nullus introire poteſt, niſi prius ſibiipſi moriatur, & viuat nõ ſpiritu proprio, ſed Chriſti: ſicut ipſe Paulus innuit, & nos alibi (Deo duce) latius reſerabimus.

1. Corin. 1. *Coloſſ. 2.* *Galat. 2.* *2. Corin. 12.*

4. Reg. 20. 490 Ægrotans Ezechias cur ad parietem verſus orauit, vt inde exaudiretur? An vertit ſe ad parietem (vt nonnulli aſſerunt) vt ſecretius & attentius oraret, ab aſtantium aſpectibus auerſus? An vertit ſe ad parietem illũ, de quo in Canticis: En ipſe, dilectus videlicet, ſtat poſt parietem: diuidentem videlicet mortales à Deo? per quem parietem ipſe Deus in nos vocatus reſpicit. Hinc Sapiens proſequitur: Reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos. Per illum quoque à nobis proſpici permittit, dátq; vocem ſuam, & ſuſcipit noſtras.

Cantic. 2.

4. Reg. 20. 491 Quomodo & cur prolongata fuit Ezechiæ vita? Nónne Iob de duratione ſucceſſiua hominis (vt aiunt) dixit. Numerus menſium eius apud te eſt: conſtituiſti terminos eius, qui præteriri non poterunt? Abbreuiari enim, non autem protrahi poteſt hominis vitæ curriculum, vt Aſtronomi cum ſcriptura ſacra conueniunt. An igitur (vt opinor) orauit Ezechias, ne abbreuiaretur tempus ſibi præfinitũ, non autem vt aliquid adderetur? ſicut clarè colligi poteſt ex verbis ipſius, quæ dolens dixit: In dimidio dierum meorum vadã ad portas inferi: Et iterùm, præciſa eſt velut à texente vita mea, dũ adhuc ordirer, ſuccidit me. Exauditus autẽ fuit cum fletu & ex animo orãs, quia piè expoſcebat, vt videlicet haberet hæredem ex quo Meſſias naſceretur: ſicut promiſſum fuerat Dauidi patri eius. Nam triennio poſt orationem factam habuit filium Manaſſem, qui regnauit pro eo. Duodecim enim annorum erat ipſe Manaſſes cùm regnare cœpiſſet.

Iob 14. *Aſtronomi.* *Iſaiæ 38.* *4. Reg. 20. & 21.*

Ibidem. 492 Cur Iſaias ſanauit Ezechiã malagmate fici, cùm ficum Deus in Adã

reprobauerit? Nónne magnum eſt fici myſteriũ, humani generis progreſſum denotans? ipſius enim principium amarũ atque letale fuit: cuiuſmodi eſt lac ſeu germen fici, quo nihil amarius aut exitialius in fructibus. Maturus autem eſt omnium dulciſſimus, ſicut finis & fructus generis humani maturus in Chriſto eſt omnium ſuauiſſimus: hinc ſicut repudiatũ fuit *Geneſ. 3.* folium fici quo tegebat ſe Protoplaſtus, & ſanatus Ezechias fructu maturo: ſic repudiatum fuit opus rebellionis primi hominis tanquam letale, & commendatum opus Chriſti maturum & medicinale.

493 Ad quid datum fuit ſignum reuerſionis ſolis per horologiũ Achaz decem gradibus? nónne id in veritate factum eſt? vnde orta fuit illa fictio *4. Reg. 20.* poetica, quòd Phaeton dum deduceret currũ ſolis, deueniens ad Cancrũ, *Phaetõtis fabula vnde.* adeò perterritus eſt, vt dimiſſis habenis equi retroduxerint currum. An igitur id cum maximo myſterio factum eſt, vt innueretur quòd verbum æternum deſcẽdens per nouem choros angelicos venit vſque ad decimũ, ſ. naturam humanam, vt nonnulli dicunt? Sed cùm natura humana non ſit inferior angelis (vt in Harmonia declarauimus) nónne illa deductio nul- *Cantic. 3.* la? An itaque deſignatus fuit ipſius verbi deſcenſus per decem illas men- *Tom. 3. ca. 2.* ſuras archetypi, à quibus omnibus hauſit plenitudinẽ illam quam in nos omnes ſecundum propriam vniuſcuiuſque virtutem diffudit? iuxta illud *Ioannis 1.* Iohannis: De plenitudine eius omnes nos accepimus.

494 Ad quem aquæ ductũ piſcinæ ſuperioris venit Iſaias loquuturus Achaz? An fortè duæ erant piſcinæ in Ieruſalem, altera videlicet ſuperior, *Iſaiæ 7.* altera verò inferior, vt dicunt aliqui nulla authoritate, nulláque ratione ſuffulti? Cùm duæ piſcinæ non ſint in Ieruſalem, nec locus aliquis appareat, vbi fuerint: nec enim ibi eſt niſi illa boaria piſcina magna, quæ eſt in templo. Et illa probatica, i. ouiaria, admodum parua extra templũ, de qua Iohannes meminit: verùm neutra illarum in alteram aquam demittit, vt *Ioannis 5.* hi concludunt. An igitur de piſcina illa eſt ſermo, de qua ſcriptum eſt: Oculi tui ſicut piſcinæ Cheſbon, i. cogitationis, ſapientiæ, vel verbi diuini? *Cantic. 7.* Nam illud: In principio erat verbum: in Hebræo habetur בראשית היה חשבון *Ioannis 1.* Bereſith haia Cheſbon. Quæ ſapientia aut verbũ dicitur aqua: vnde productæ ſunt & emanarunt omnes animæ viuentes. Iuxta illud: Producant aquæ ſerpituram animæ viuentis: & inde omnis ſapientia emanat. Ad hãc *Geneſ. 1.* itaque deſtinatus fuit Vates prædicturus ea, quæ ad ipſum verbum incarnandum, & ad partum Virginis pertinebant: tunc enim dixit, Ecce Alma concipiet.

495 Cur Achaz data fuit optio ſigni in profundo inferni ſiue in excelſo ſuprà? An de profundo foueæ (vt habet veritas literę) i. reſurrectionem ali- *Iſaiæ 7.* cuius mortui promittebat Vates (vt aliqui exponunt) & de excelſo ſuprà: ſicut fuit ſtatio ſolis tẽpore Ioſueh? An cùm ſuperiora & inferiora commoueri deberent à fœtu Almæ, ab vtroque loco promiſſum fuit ſignum? *Ioſue 10.* Ait enim Apoſtolus: Pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terris ſunt. Et profundum exſpoliauit, captiuos redimens. *Coloſſ. 1.* Et quamuis Achaz ſignum non petierit, Vates tamen dedit, dicens: Ecce

Alma concipiet filium, qui vocabitur Himanuel: butyrum & mel comedet, vt ſciat reprobare malos & inferiores: & eligere bonos, ſcilicet ſuperiores, factus omnium iudex.

496 Cur inter quatuordecim legitimos reges Ieruſalē, tres ſolummodò laudātur, Dauid videlicet, Ezechias & Ioſias? An eſt tam breuis aut dura manus Domini, vt plura & maiora mala quàm bona permittat, aut in-
Geneſ.1. fluat in mundo? Sed nonne ſcriptum eſt de fabrica, quòd omnia quæ fecerat Deus erāt valdè bona, & de regimine. Diligis omnia quę ſunt, & nihil odiſti eorū quæ feciſti: & paulò poſt, O quàm ſuauis eſt Domine ſpiri-
Sap.11.& 12. tus tuus in omnibus? An igitur Deus permittit in hac mundana regione, media inter eam in qua ſunt omnia bona: & eam in qua ſunt omnia mala euenire mala: vt tandem ea perficiens, innoteſcere faciat om-
Roman.11. nibus ſuam ſapientiam, bonitatem; & clementiam? Iuxta illud Apoſtoli, Omnia concluſit Deus ſub incredulitate, vt omnibus miſereatur. Vnde & ij reges qui laudantur aliquatenus errarunt, & miſericordia Dei indiguerunt.

4.Reg.24. 497 Cur Deus permiſit populum ſuum duci in captiuitatem Babylo-
1.Paral.9. nicam? Nónne propter peccatum ſuum, vt in libro Paralipomenon apertè dicitur? Sed propter quod peccatum? Nónne propter idolatriam? nam nuſquam legimus punitum fuiſſe vniuerſaliter populum aliquem, & priuatum regno, niſi propter idolatriā, ſeu omnimodā auerſionē à Deo, quæ
Geneſ 6 eſt propriè idolatria. Quemadmodū fuit tempore diluuij, quo omnis co-
Ibid. 18,19 gitatio hominis intenta erat ad malum. Idem quoque de Sodomæis factū fuiſſe legimus, qui erant à Deo penitus auerſi. Sed cur tempore Ioachim & non antea tranſlatus fuit populus in Babyloniam? cùm pluries antea præuaricatus fuerit, vt pleriſque in locis patet. An, cùm regnū lunare Hebræorum (vt ſuprà dictum eſt) compleuerit curriculum ſuum, debuit, vt Luna per diem vnum, i. ætatem vnam, ſeptnaginta videlicet annorū (quot
2.Par.vlt. annis durauit captiuitas illa) occultari in huiuſmodi captiuitate, vt inde nouiluniū, nouúmque regimen inciperet? An myſterioſè id factum eſt, vt reuerteretur populus ille ad ſuam Chaldaicam gentem, vnde patres traxerant originem? Vt completo videlicet curriculo ſupernali legis & Prophetarum redirent ad ea quæ natura & naturalis eorum influxus præſtabat. A captiuitate enim Babylonica citra ceſſarūt oracula, & facta eſt noua domus, quam Hebræi ſecundam domum appellant.

498 Fuítne in captiuitate illa, Sachina, quam nos Spiritū ſanctum, ſeu
2.Cor.3. dona Spiritus ſancti vocamus? Quomodo fuit Spiritus ſanctus cum ipſis
Pſalmo 99. captiuis, cùm ipſe nō quieſcat ſuper huiuſmodi? Iuxta illud Apoſtoli: Vbi Spiritus, ibi libertas. Nec cum afflictis manet: Hinc Propheta canit, Seruite Domino in lætitia. Vnde cùm Spiritus ſanctus ab ipſo receſſiſſet, cla-
Ibidem 50. mabat ad Deum, dicens: Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu præcipuo aut voluntario cōfirma me, ne videlicet amplius à me recedat. Sed nonne Ezechiel, Daniel & multi alij prophetarunt, cùm adhuc eſſent in
Daniel.1. captiuitate? Non quippe ipſi erant afflicti, nec ſeruituti obnoxij. Nam de

Daniele expreſſè habetur, quòd erat liber, & in palatio regis nutriebatur. Nec ij ſentiebant afflictionem peccati ſeu pœnæ, niſi quatenus honor & zelus Dei exigebat.

499 Habéntne Hebræi nunc in iſta captiuitate Sachinam, ſiue Spiritũ ſanctum? Nonne author libri, cui titulus eſt Porta lucis, apertè aſſerit Sachinam ſemper fuiſſe ſecum in omni captiuitate, Ægyptia videlicet, Babylonica, vel Aſſyria & Elamitarum, i. Perſarum, & nunc in hac captiuitate, quam ſub Edom falſò ipſi Hebræi appellant? Sed, ſalua tanti viri pace, id conſtanter explodendum eſt. Cùm nullum in eis ipſius Sachinæ veſtigium appareat. Nam amiſerunt Reges, Sacerdotes & Prophetas: qui omnes chriſmate diuinitatis vngebantur. Ablatum quoq; eſt ab eis templũ, ſacrificium, thymiama, doctrina, ſanctimonia, & omnia denique per quæ ſanctum Dei ſpiritum ſuſcipere conſueuerant. Inſuper paſſim contra iura fœnerantur, Meſſiæ inimicantur, & ad tantam calamitatem deuenerunt, vt iuſto Dei iudicio facti ſint hoſtes eorum in capite, & inimici eorum locupletati ſint, ſicut antea Ieremias deplorauerat. Quæ ratio tanti ponderis tantæque efficaciæ fuit temporibus noſtris apud quendam celeberrimum Rabi Hebræorum, vt relicto Iudaiſmo fidei Chriſtianæ per manus noſtras initiatus ſit. *Porta lucis.* *Thren. 1.*

500 Ad quos patres colligebantur antiqui morientes? cùm ſæpè dicatur. Et collectus eſt ad patres ſuos. An colligebantur ad patres præmortuos, Adam videlicet, Noeh, Abraham & huiuſmodi, in locum qui ſinus Abrahæ dicitur, vt in Luca habetur? An colligebantur ad parentes meliores, illum potiſſimè, de quo ſummus Doctor ait: Vnus eſt enim pater veſter qui in cœlis eſt: Et ad matrem illam filiorum lætantem, de qua Apoſtolus: Quæ ſurſum eſt Ieruſalem, quæ eſt mater noſtra? Hinc Triſmegiſtus (vt Chalcidius refert) moriens, dixit: Nunc reuertar ad patriã, vbi ſunt fœliciores parentes. Ibi enim (vt nuper diximus eſt) præcipuè pater omnium Deus, quem inuocare nos docuit filius, dicens: Cùm oraueritis dicite, Pater noſter. An per patres intelligitur fons vitę, à quo omnis anima & vita? Ad quem fontem reuertitur ſpiritus bene diſpoſitus. Iuxta illud Sapientis: Et ſpiritus reuertitur ad Deum qui dedit illum. *1. Par. 34. & alibi.* *Luca 16.* *Matth. 23.* *Galat. 4.* *Triſmegiſt.* *Chalcidius.* *Matth. 6.* *Eccleſiaſtes 12.*

SECTIO I. DE QVIBVSDAM PRÆCEDENTIBVS LEGEM.

Primum VNDE dicitur Lex? An dicitur lex à ligando, vt multi aſſerere ſolent? Sed quamuis hoc conueniat cum lege in Latino ſermone, non tamen conuenit in Hebræo. Nam apud Hebræos lex vocatur תורת torat vel תורה torah: quod potius ſignificat doctrinam quàm vinculum. Et bene, quia multa mirabilia in lege docentur, omnia videlicet quæ ad verum Dei cultũ pertinent. Cuiuſmodi ſunt ſacrificia, ſtatuta, mandata faciendi, & non faciẽdi, oblationes, expiationes, præmia & punitiones. Docétque præterea lex quomodo per eam Deo aſſimilari poſſimus: diſpoſitionéſque vtriuſque mundi in ea per quaſdam metaphoras deſcribuntur. Hinc non ſine cauſa exclamauit Propheta, dicens: Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. Ideò eloquia illa deſiderabilia ſuper aurum & lapidem precioſum, & dulciora ſuper mel & fauum, vt ipſe alibi canit.

Pſalm.118. *Ibidem 18.*

2 Cur lex eſt hiſtoriis adeò mixta, vt ex quinque legis libris totus primus hiſtoricus videatur, & bona pars aliorũ? An, quia ibi legitur de præcepto legis primo parenti dato, & de ſeptem præceptis Noch datis, & de mãdatis ab Abraham obſeruatis, & de multigenis ſacrificiis patribus traditis? An (vt altiora ſacramenta tangamus) quia oportuit primò deſcribi fabricam hoſpitij, & ipſius hoſpitis hominis, cui danda erat lex: & quem conuentum habeat à natura cum Deo, vt per legem etiam moribus conueniat? quæ omnia ſub hiſtoriarum inuolucris tradũtur. Quo ſenſu Paulus ait: Omnia in figura contingebant illis, ſ. patribus.

Geneſ. 3. *Ibidem 9.* *Ibidem 26.* *1.Cor. 10.*

3 Quam ſortem per legem populus Iſraeliticus ſortitus eſt? Nónne filiorum Dei? cùm poſt legem traditam, obtinuerit hæreditatem terræ patribus promiſſæ. Hinc Deus daturus ipſi legem, dixit: Filius meus primogenitus Iſrael. Cui etiam (vt Hebræi dicunt) tradidit in tutelam principẽ militiæ ſuæ Michaelem magnum cœli ſacerdotem, vt etiam faueret ſacrificiis ab eo ſecundum legem datam faciendis.

Exodi 4. *Hebræi.*

4 Cur filij Iſrael denominãtur filij Dei, iuſti & ſaluandi? Nónne id fuit propter legem ipſis datam, vt nuper diximus? Sed cur magis ipſis quàm aliis datum fuit hoc priuilegium? An id fuit à Deo eligente, à quo omnia bona? An à patribus ſic promerentibus ob fidem & pietatem quam ſemper erga Deum habuerunt? Vnde ex lumbis illorum (Deo diſponente) exierunt corpora animas ſaluandas ſuſceptura. Vt Christus innuere videtur dum de Zachęi domo dixit: Salus domui huic facta eſt, eò quòd & ipſe ſit filius Abrahæ.

Lucæ 19.

5 Quam vtilitatem reportarunt Iſraelitæ, & nos ex lege reportamus? cùm ab Apoſtolo dictum ſit: Nemo iuſtificatur per legem? Nónne videtur quòd potius damnum quàm vtilitatem reportemus: dicente eodem

Roman. 3.

Apoſtolo: Lex ſubintrauit,vt abundaret delictum? ſed nónne ipſe ſubinfert. Vbi autem abundauit delictum,ſuperabundauit & gratia? Abundauit quidem gratia non per legem,ſed per redemptorem: & niſi lex fuiſſet, redemptor non fuiſſet. Per legem igitur habuimus redemptorem, qui nos à trãſgreſſione legis expiauit, ac redemit. Sed nónne Propheta canit: Lex Domini immaculata,conuertens animas? Et iterum, Præceptum Domini lucidũ,illuminans oculos. Pro cuius ſolutione, in lege quatuor cõſideranda occurrunt. primum eſt præceptum iubens, cuius trãſgreſſio eſt peccatum. Et ſic ex lege ſubintrauit peccatum,& non iuſtitia. Secundum eſt,doctrina illuminans. Et hinc beneficium ſuſcipimus. Tertium eſt expiatio,quamuis figuratiua. Et ſic patres illi ex figurantibus,nos autem ex figuratis vtilitatem reportamus: & illa figuratiua in virtute figurati vim obtinebant. Quartum & vltimum conſiderandum eſt legis colligatio cũ Euãgelio: cuius colligationis virtute,remiſſiones & veræ expiationes dabantur, & vera vtriuſque mundi intelligentia. *Ibidem 5.* *Pſalmo 18* *Ibidem*

6 Cùm lex data ſit in monte Sinai, cur Iſaias ait: De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ieruſalem? An de Sion inquit, quia ibi Spiritu ſancto repleti Apoſtoli, prædicarunt legem & Euãgelium quo lex grauida erat? Et verbum Domini de Ieruſalem,quia verbum Dei incarnatum præcipuè ibi prædicauit? An (vt ad altiora conſcendamus) quia locus eſt in ſublimi archetypo,qui à ſecretioribus Theologis vocatur Sion, vnde lex emanauit? ſicut etiam eſt Ieruſalem ſuperna,de qua Apoſtolus inquit: Quæ ſurſum eſt Ieruſalem,quæ eſt mater noſtra. Et hinc venit verbum Dei,i. prædicatio & vox exprimens & declarans legem. Nec enim legem ſcriptam quiſpiam intelligere poſſe.(cùm ſacramẽtis pleniſſima ſit) niſi per reuelationem Spiritus ſancti factam per os Moſi, prophetarum, aut Apoſtolorum,qui ſunt primaria diuinæ familiæ fundamẽta. Quam doctrinam,nos reuelationem vocamus, Hebræi verò chabalam, i. receptionem à Spiritu ſancto appellant. *Leuit. 7.* *Iſaiæ 2.* *Secre. theo.* *Galat. 4.* *Epheſ. 2.* *Hebræi.*

7 Cur Deus electam familiam ſuam,tam graui iugo legis ſubdidit? An, quia grauem peccatorum phreneſim patiebatur, & malis furiis immundi dæmonis agitabatur? Hinc duris erat vinculis alliganda,multigenis ſacrificiis expiãda & abſoluenda à virtutibus,eam ſemper accuſantibus, quouſque veniret ille,qui (vt Iohannes inquit) proiecit accuſatorem fratrum noſtrorum. An,quia mundus erat adhuc in tenera ætate ſub pædagogo, & ſub ferula educandus? Nam (vt ait Apoſtolus) Lex pædagogus noſter fuit. Et hoc quouſque veniret ille qui & à pædagogo,& ab omni ſeruitute liberaret,& nos in libertatem filiorum Dei proueheret. *Apoc. 12.* *Galat. 3.* *Ibidem 4.*

8 Cur Deus in lege tradidit ducenta quadraginta octo præcepta affirmatiua: Nónne,quia in corpore humano totidem ſunt oſſa repræſentantia vires melioris hominis per illa præcepta perficiendas? Vnaquæque enim virtus per præceptum ſibi correſpondens perficitur, vt in ſecretiori Theologia docetur. Quibus etiam corporis viribus illa præcepta ſeruãtur. Hinc Abrahæ (poſtquam datum ei fuit à Deo nomen continens per *Secret. theo.* *Gen ſ. 17.*

numeros ducenta quadraginta octo) dictum fuit. Ambula coram me, & eſto perfectus: quia ſcilicet dedi tibi vires quibus omnia pręcepta affirmatiua adimplere poteris. Quemadmodum & fecit. Vnde dixit Deus: Cuſtodiuit Abraham præcepta & mandata mea, & ſtatuta mea, totámque legem ſeruauit.

Ibidem 26.

9 Cur tradidit quoque Deus trecenta ſexaginta quinque præcepta negatiua: Nónne, quia tot ſunt nerui & ligaturæ in corpore humano? ſicut à peritioribus Anatomicis comprobatum eſt. Et hoc, vt quot ligaturis ligata ſunt oſſa corporis humani, totidem ligaturis vires melioris hominis colligarentur, ne loca ſua exirent, & turbaretur totus homo, & impediretur ſpiritus Dei, qui nō intrat niſi in corpus in quo acceſſerint oſſa ad oſſa vnumquodque ad iuncturā ſuam, ſicut ab Ezechielis oraculo edocemur. Vt ergo perficeret Deus totū hominem, tam in viribus quàm in ligaturis, dedit præcepta illis coęquatis numeris. Quod proſequens redemptor ait: Totum hominem ſanum feci. Nihil enim præceptum fuit in lege, aut in Euangelio, niſi in beneficium noſtrum.

Ezech. 37. *Ioannis 7.*

10 Cur ex tot præceptis, decem tantummodò fuerunt in tabulis ſcripta? Nónne quia illa decē ſunt radicalia præcepta, ad quæ omnia alia rediguntur? ſicuti ad principaliorem duplicem radicem Chriſtus totam legem & Prophetas, reduxit, vt Matthęus refert. Quod & magno ſacramēto factum eſt, nam totidem ſunt literæ præceptorum quæ in tabulis ſcripta erant, quot ſunt omnia præcepta tam affirmatiua quàm negatiua, vt patet bene ſupputanti. Sunt enim ſexcentæ tredecim literæ, adeò vt vnaquæque litera vnum præceptū importet: & ſic aliquo modo, omnia præcepta in tabulis ſcripta fuerunt.

Matth. 22.

11 Cur præcepta ſcripta fuerunt in tabulis ſapphirinis? An, quia lex cœleſtis erat? Ideò ad ipſam ſcribendam exquirebantur tabulæ ſapphirinæ, coloris vtique cœleſtis. An, quia ſapphirinus, vel hyacinthinus color, eſt primus trium colorum, vel trium graduum ſupramundanorum locorū? Ad quorum tertium peruenit Paulus & Prophetæ omnes. Horum enim primus gradus eſt hyacinthinus, ſecundus clarus, ſed non lucens, velut electrū aut cheſmol, quod eſt intelligentiarū genus, clarum, ſed non ſplēdens, vt Hebræi dicunt. Tertius verò gradus eſt clarus & ſplendens, tanquam ignis cādens. Quæ omnia diſcere poſſumus ab Ezechiele, vbi principium & introitum in ſuam celeberrimam viſionem ad noſtrum documentum exarat. Vnde doceri quoque poſſumus legem continere tres aſpectus. Primus enim eſt hyacinthinus, quo humiles paſcit & nutrit. Secundus eſt clarus, quo attētos profunditate terret. Tertius verò aſpectus eſt ſplendēs, quo claros & ſuperbos irridet. Et vt etiam initiādis ſeſe perceptibilem præberet lex, in hyacinthino colore deſcripta fuit.

2. Cor. 12. *Hebræi.* *Ezech. 1.*

12 Cur lex ignea dicitur? Nónne quia (vt diximus) in tertio & ſublimiori aſpectu eſt velut ignis ardens & ſplendēs? Iuxta illud Prophetæ: Declaratio ſermonum tuorum illuminat. Et iterum: Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis. Quo ſenſu dixit Moſes: Et in dextera

Deuter. 33. *Pſalm. 118.* *Deuter. 33.*

eius ignea lex. Quod intelligere perfectorũ eſt,& negocium ad perfectos ſpectans, quomodo videlicet lex in ſublimiori gradu ignea ſit,& à ſiniſtra diuinitatis ignea procedens, & quomodo ad dexteram per Euãgelium aqueum, pietatis videlicet gratiæ & remiſſionis deducatur. Quod forſitan inferius(Deo fauente)declarabimus.

13 Cur lex data fuit vt ſubintraret delictum, ſicut ait Apoſtolus? An fortè quia Deus oblectatur delicto? Non quippe delicto, ſed delicti remedio Deus oblectatur. Nam niſi peccatum fuiſſet, quomodo fuiſſet redẽptor, qui ab ipſo peccato nos exemit? Sed nónne de Chriſto Propheta canit: In capite libri ſcriptum eſt de me? In capite libri, prædeſtinationis videlicet. Ipſe enim fuit ibi primus omnium prædeſtinatorum aſcriptus, etiam antequàm præuideretur homo, vel aliquis caſus eius. Prius inquam, in ordine naturæ vel originis. Fuit quidem ante caſum prædeſtinatus, ſed non vt redemptor. Subintrauit itaque delictum, vt ſuperabundaret gratia in redemptore,& conſequenter in omnibus nobis. *Roman.5.* *Pſalmo 39.*

14 Cur Deus non in terra lacte & melle affluente, ſed in Sina Arabiæ monte legem tradidit. Nónne(vt clarè docet Apoſtolus) vt doceamur ipſam legem datam fuiſſe in ſanctificationem hominis animalis? Teſtamẽtum(inquit) primum fuit in monte Sina in ſeruitutem generans, vbi videlicet filius Hagar, hominem animalem ſignificans, ſecundum carnem natus eſt. Nec enim Iſmahelitis data fuit lex, ſed Iſraelitis, in ſanctificationẽ tamen hominis deterioris, per Iſmahelem figurati. Et cùm lex nunquam fuerit abſque Euangelio, immò ipſi coniuncta ſemper fuit: Hinc Apoſtolus ſubinfert: Sina mons eſt in Arabia, coniunctus ei quæ nunc eſt Ieruſalem. Et ne quis crederet Apoſtolum fuiſſe deceptum, cùm diſtet Sina à Ieruſalem, per quindecim dietas, ſtatim ſubintulit: Quæ ſurſum eſt Ieruſalem quæ eſt mater noſtra. Vt intelligeretur ſermo eſſe de coniunctione fontium ſupernorum, à quorum altero lex, ab altero verò Euangelium emanauit. *Exodi 19.* *Galat.4.*

15 Cur in igne tonitruo & terrore data fuit lex? An, vt Deus terrorem populo incuteret ad obſeruandam legem? An, vt indicaretur, quòd à tribunali iuſtitiæ & Aquilonari, terrore pleno, lex emanaret premens populum ſub iugo duro,& puniẽs tranſgreſſores? An, vt denotaretur, quòd lex erat occaſio peccati,& pœnæ ipſi peccato correſpõdentis? Quo ſenſu Ieremias ait: Ab Aquilone pandetur omne malum, culpæ videlicet & pœnæ. De malo enim culpæ Paulus apertè teſtatur, dicens: Lex ſubintrauit, vt abundaret delictum. *Exodi 19.* *Ierem.1.* *Roman.5.*

16 Cur Deus ex illo loco terrore pleno, legẽ tradidit? An, quia ſicut per nomen illi loco præcipuè præſidens mundum vtrunque fabricauit, maiorem videlicet,& minorem: ſic per illum locum & virtutem decreuit omnia prędicta dirigere? Quo ſenſu opinor à ſecretioribus Theologis fuiſſe dictum, quòd mundus ſuſtentatur per דין din, id eſt iudicium durum,& tribunal iuſtitiæ ſeueræ, An, quia homo primò erat educandus(veluti ſeruus) terroribus, minis, & rebus duris, quouſque ſuſciperet adoptionem *Secret. theol.*

filiorum Dei per Euangelium? Et tunc gratia & blanditiis, veluti filius, educari debuit. Et ad indicandũ, quòd Deus acturus erat cum homine pietate & miſericordia, dicit ſcriptura, quòd Adonai Elohim hominem de terra formauit. Elohim enim eſt nomen ſeueritatis: Adonai verò, pietatis. Quod in aliarum rerum productione, non introducitur, ſed duntaxat dũ hominem de terra formaret, cui tandem compatiendum erat.

Geneſ.2.

17 Quando fuit lex data, & quando Euangelium? Nónne promulgata fuit lex à Moſe in fine ſecundi millenarij creationis mundi, & Euangeliũ circa finem quarti millenarij, præueniens circiter annos trecentos, tẽpus iam decretum? Hinc mali dæmones conquerebantur, dicentes: Cur veniſti ante tempus torquere nos fili Dei? Tempus enim decretũ erat vt Meſſias veniret in fine quarti millenarij. Iuxta oraculum Eliæ, dicentis: Duo mille anni inanes, i. ſine lege: duo mille ſub lege: duo mille ſub Meſſia. Sed quomodo Chriſtus præuenit, cùm Paulus dicat: At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum? Fuit quippe plenitudo attenta miſericordi, quæ fecit illum præuenire aliquãtulum tempus præordinatum: ſicut & orationibus patrum abbreuiatum fuit tempus Ægyptiacæ captiuitatis, vt ſuo loco dictum eſt.

Matth 8
Eliæ oraculum.
Galat.4.

12 Cùm lex (vt dictum eſt) Euangelio coniuncta ſit, quomodo potuit Euangelium, i. remiſſio peccatorum reperiri antequàm veniret Propitiator? Nónne Iohannes id declarat, dum dicit, quòd agnus occiſus fuit ab origine mundi, in mundo ſuperiori videlicet, vbi cũcta perfectiſſimè mẽſurantur? Vnde virtute illius antiquæ oblationis dabatur remiſſio: quamuis executio oblationis illius, tẽpore prædicto facta ſit. Noſtri verò Theologi dicunt, quòd ſalus dabatur patribus per meritũ Chriſti venturi, venturi quippe ad exequendum inferius, quod iam ſuperius perfecerat, vt dictum eſt.

Apoc.13.

19 Cur Deus volens dare legem prius dixit: Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, & de domo ſeruitutis? An, quia (vt Origenes ſentit) voluit oſtendere, quòd eos legi iure ſubiicere poterat? cùm tenerentur ei qui ipſos à dura ſeruitute eripuerat? Liberatus enim liberatori tenetur: vt leges dicunt. An commemorauit redemptionis beneficiũ, vt tanquam calcari quodam eos ad legis obſeruationem, impelleret? An, vt indicaret, quòd aliqualiter eos ab illa miſerabili ſeruitute liberauerat, de qua Chriſtus ait: Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati? A qua quidem ſeruitute peccati & Diaboli, cùm Chriſtus nos perfectè liberauerit: hinc dixit Zacharias: Vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati ſeruiamus illi omnibus diebus vitæ noſtræ.

Exodi 20
Origenes.
Ioannis 8.
Lucæ 1.

20 Tenentúrne Gentiles legi? Tenentur vtique: & ſi non vt liberati à ſeruitute Ægypti, ſaltem vt liberati à ſeruitute peccati & Diaboli. Hinc Paulus ait: Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. Et iterum: Et eripuit nos, omnes videlicet, de poteſtate tenebrarum. An tenentur omnes legi, cuius radicem & truncum, quilibet in corde ſuo ſcriptum habet: vt Apoſtolus docet? Lex enim naturalis eſt, & ex principiis naturalibus partim deduci-

Roman.3.
Coloſſ 1.
Roman.2.

tur,& reliquum deduci poſſet,ſi quis omnium præceptorum,vndiq; hominem moderantium conuenientiam ſciret, vt ſuprà tactum eſt.

21 Quomodo decem præcepta decem cœlis coæquantur, vt ſecretiores Theologi docent? Variæ ſunt hîc ſententię. Sed Abraham aben Hazra imitantes,dicemus,quòd primum pręceptum occultum eſt in tabulis,expreſſum verò in Deuteronomio(vbi præmiſſa illa celebri ſententia. Audi Iſrael Dominus Deus tuus,Deus vnus eſt,ſtatim ſubnectitur.Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,cum cæteris,quæ ſequuntur)conueniens cum cœlo empyreo,nobis occulto,& proueniens à corde omnibus creatis occulto,notóque ſolo Deo. Secundum præceptum: Non adorabis Deum alienum, ſed Dominum Deum tuum, comparatur primo mobili,ſecum omnia trahenti: ſicut hoc præceptum cætera alia trahit ſecum,vt patet bene cognoſcenti vim ipſius. Tertium videlicet,Non aſſumes nomẽ Domini Dei tui in vanum,æquiparatur ſtellifero cœlo,in quo reſidet virtus illius nominis duodenaria, iuxta duodecim ſigna, non fruſtra,ſed magno myſterio & virtute:ſicuti & Naturales fatentur,dicentes: Deus & natura (in qua ſcilicet ipſe Deus operatur) nihil agunt fruſtrà. Quartum,quod eſt cuſtodia Sabbati aut ſeptimi diei, conuenit cum Saturno ſeptimo planeta in aſcendendo. Quintum,quod eſt de honore parentibus exhibendo,æquiparatur Ioui honorabili patri generationis, qui honorem & vitam prębet iis quibus fauet:& qui quod influit,proſequitur. Sextum, Non occides,cum Marte conuenit: vnde homicidia, bella, arma & ſanguis.Septimum,Non mœchaberis,cum Venere conuenit,vnde omnis voluptas. Octauum,Non furtum facies,cum Sole cõuenit, qui aſtans ſyderibus,lumen furatur ab omnibus. An,quia ipſe,tanquam oculus Dei,detegit omnia furta quæ in occulto fieri ſolent? An,quia ſemper beneficus inimicatur furto & rapinæ? Nonum, Non peierabis,cum Mercurio præſidente linguæ cõuenit,à qua omnis ſermo verus vel falſus.Decimum, Non cõcupiſces, cum Luna matrice ſyderum:cuius matricis potiſſimum eſt concupiſcere.

Secret. theo. *Deuter. 6.* *Exodi 20.* *1. de cœlo & mundo.*

22 Quo ordine & menſura hæc pręcepta coaptantur denario Archetypo? Nõnne,ſi decem præcepta reſpõdent decem cœlis, & ij denario ſupramundano:qui dicitur cœli cœlorum,facilè inueniemus conuenientiã mandatorum cum eis? Reſpondet enim primum præceptum coronæ ſuperiori,quam Patrem vocamus:cui nos docet Filius orationem, quã facimus dirigendam. Secundum,ſapientiæ & Filio, qui omnem idolatriam à mundo abſtulit. Tertium,Spiritui intelligentiæ omnium virtutum donatori, qui non fruſtrà inuocandus eſt, ſed quando ipſe ſpirat & docet. Quartum conuenit אל חי el chai, i. Deo viuo, in quo eſt fundamentum, fœdus,Sabbatum & ſtatutum mundi. Quintum,pietati quam in Deum præcipuè,& parentes habere debemus. Sextum,robori & tribunali iuſtitiæ,ſine cuius impulſu nullus debet inferre mortem. Septimum נצח Nizach & Veneri ſupremæ, qua omnem voluptatem moderamur. Octauum reſpondet Soli ſupramundano, cuius lumine docemur aliena non

Matth. 6.

rapere,ſed benefacere omnibus. Nonum, הוד hod cõuenit,i.decori ſuperiori & vero Mercurio,à quo diſcimus moderari linguam. Decimũ correſpondet regno,mari,& fonti ſupremo,qui nihil concupiſcit,ſed omnibus diſtribuit & impartitur.

23 Cur mundus ſtetit ſine lege vſq; ad Moſem? Nónne id decreto cœlorum factum eſt? Vnde Elias protulit oraculum illud celeberrimũ, à Sapientibus Hebræis valdè celebratũ,& à nobis ſuprà reſeratum, quòd eſſe debebãt anni duo mille inanes,i.ſine lege. Sed cur hoc? Nónne,quia Deus deduxit & aluit totum genus & corpus humanum pro exigẽtia ætatum? ſicut prouehitur particularis homo, cuius prima pars ætatis libera relinquitur, vt augmento naturali & corporeo vacet. Secũda pars regitur fræno doctrinarum & legis,quo ſeipſum iam virum factũ, moderari poſſit. Poſtremò vacat cœleſtibus, ad quæ in fine ſui curſus iam tendit. Quæ cœleſtia potiſſimè Meſſias docuit in fine mundanæ ætatis, iuxta illud Apo- *1.cor.10.* ſtoli: In quos fines ſeculorum deuenerunt.

24 Tenebantúrne omnes pacto circuncíſionis? Nónne clarũ eſt,quòd mulier non circuncidebatur? Sed vnde hoc,cùm mulier habeat membrũ *Ibidem 11* concupiſcentiæ ſibi magis moleſtum quàm vir? Nónne mulieri ſufficiebat circunciſio viri? cùm vir ſit caput mulieris, vt inquit Apoſtolus. Vnde in ſignum & ſacramentum, quòd Chriſtus caput omnium fundens ſanguinem,ſanauit omnia membra, non amplius neceſſe habemus nos (qui *Geneſ.2.* collecti ſimul,ſumus membra & ſponſæ ipſius) vltra ſanguinem fundere. Nónne inſuper vir & mulier ſunt duo in carne vna? hinc circunciſa carne viri, intelligitur circunciſa caro mulieris. Quod & in Chriſto obſeruatũ fuit (vt diximus) cum fidelibus, & ſponſa ſua Eccleſia, cuius matrimoniũ *Epheſ. 5.* eſt ſacramentum, vt docet Apoſtolus: Sed dices, non omnes erant coniuncti matrimonio. Nónne ſcriptum eſt, quòd Deus à principio creauit *Geneſ. 1.* hominem maſculum & fœminam, vinculo quoque iugali coniugatos,& ſi non in terris, & in conſpectu mortalium, ſaltem in cœlis & in conſpe- *Secre. theo.* ctu Dei? vt docent ſecretiores Theologi. Quod innuit Chriſtus,dum de- *Matth. 19.* clarauit coniuges eſſe coniunctos in cœlo, vt Matthæus ſcribit.

25 Cùm mulier in lege non circuncideretur, quare nunc baptizatur? An,quia communis & facilis eſt hęc medicina: hinc ab omnibus ſuſcipiẽda. An, vt & ipſa haberet ſignum fœderis ſancti, & expurgationis quam pro omnibus Chriſtus fecit? An,quia præteriit figura huius mundi quòd videlicet Chriſtus pro ſpõſa deberet expurgari? An,quia in Euangelio nõ exquiritur illa coniunctio vniuerſalis maris & fœminæ, quæ exquirebatur in lege? An forſitan baptizato viro, baptizata quoque intelligeretur mulier non contradicens, baptiſmo ſaltem fluminis, qui ab omnibus approbatur? Qui baptiſmus apud Deum valet,etiam quòd non ſit ſignum exterius, ſatisfaciens iudicantibus ſecundum ſenſum, de quo alibi dicitur.

26 Cur Deus voluit pacto multiplici ſtabiliri mundum? Multiplex dico,quia quincuplex inuenitur pactum: Arboris videlicet in paradiſo vo-

luptatis datum Adæ: Arcus datum Noeh: Circuncisionis ordinatũ Abrahæ: Legis per Moſem diuulgatæ. Vltimum verò & æternũ pactum eſt baptiſmi ordinati per Chriſtum. Et quamuis mutata ſit res pacti, ipſum tamen pactum immutabile permanet, propter quod & in quo Deus creauit & ſtabiliuit mundum, vt ipſe per Ieremiam proteſtatur: vbi iuxta veritatem literæ habetur. Niſi eſſet pactum meum, ſtatuta cœli & terræ nõ poſuiſſem. Omne enim pactum in hoc conſiſtit, vt obſeruemus quę Deus præcepit, & reddamus ipſi Deo obſequium quoddam ſeruitutis noſtræ. Vnde ipſe ex aduerſo in præmium promiſit patribus regnum figuratiuũ æterni: quod tandem per filium ſuum nobis apertè propoſuit. Cui ſentẽtiæ conſentit authoritas Auguſtini à Theologis celebrata, & ferè omnibus manifeſta. Fecit Deus rationalem creaturam, vt ſummum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando poſſideret, poſſidendo frueretur. Vnde propter hominem cuncta creauit. *Ierem. 33.* *Auguſtin.*

27 Cur mutatum fuit pactum ex vna forma in aliam? An, quia ſic exigebat rerum ſucceſſus? Quia ſucceſsione Deus voluit mundum diſponi. An, quia voluit variis ſignis diuerſa ſignificantibus præfigurare pactum verũ ordinatum à Chriſto: per cuius obſeruationem acquireremus regnũ cœlorum & finem beatificum? In quo pacto omnia concluduntur, ſicut & in ordinante ipſum. Nam (teſte Apoſtolo) complacuit Deo omnem plenitudinem inhabitare facere in eo, & per eum reconciliari omnia. *Coloſſ. 1.*

28 Quid pactum arboris cum baptiſmo? Nónne ipſa arbor ſciẽtiæ boni & mali, prohibita ne comederetur, eſt Chriſtus (vt alibi diximus) in quo ſunt regulæ boni & mali? Hanc igitur arborem non deuorare ſed reuereri debebat Protoplaſtes, vt ipſi deferens mereretur accedere ad arborem vitę, vt viuens in æternũ, poſsideret regnum vitæ, & paradiſum illum voluptatis. Vnde quia Adam defecit in pacto iſto, ſubordinatum fuit pactũ ablutionis quo mundaretur ipſe & tota poſteritas propter tranſgreſsionem primi pacti infecta. *Geneſ. 2.*

29 Quid pactum arcus cum Chriſto? Nónne arcus ex tribus coloribus ſubcroceo, rubeo, atque viridi (vt in primo tomo diximus) Chriſtum ſignificat, qui ex omni parte archetypi omnia collegit, plenus tanta copia, immò omnigeno influxu, vt omnibus impartiri poſſet, omnéſque ſaluare? Hic enim erectus in conſpectu Dei, & ab origine mundi occiſus, ſanguineus effectus eſt, & dilectus filius ſubcroceus, arbórque vitæ effectus, virens apparet, immò omnia viuificans continuè ſtat coram patre, vt appareat vultui ipſius Dei pro nobis (vt Paulus referat) firmet & ſiſtat iram Dei, ne ferueſcat in nos, ſicut tempore diluuij efferbuit. Quo ſenſu dicebat Dauid, & dicere nos docuit: Reſpice in faciem Chriſti tui *Apoc. 13.* *Hebr. 9.* *Pſalmo 83.*

30 Quid pactum circunciſionis cum Chriſto? Nónne ſanguis ille qui effundebatur in circunciſione, effigiabat ſanguinem Chriſti effundendũ pro omnibus in precium & pignus ſalutis? In cuius virtute ſanguis ille expiabat à peccato originis. Nam vnicus tantummodò eſt omnium Redemptor, & omnes empti ſumus illo magno precio ſanguinis Chriſti:

vt docet Apoſtolus. An (vt ſecretiora tangamus) cùm membrum genitu-
1. Cor. 6. ræ ſit in medio hominis, qui eſt archetypi figura & imago: non cum iniu-
ria Chriſti, ſed magno ſacramento: non vt quid pudẽdum, ſed vt habens
vim generandi, illum repræſentat, per quem regenerati ſumus in ſpem vi-
1. Petr. 1. uam, vt ait Petrus? Qui ſemper ſtat in medio velut Sol in medio planeta-
rum omnibus pro ſua conditione & virtute vitam præſtans.

31 Quid pactum legis cũ Chriſto? Nónne (vt nuper diximus) ipſe Chri-
ſtus eſt arbor ſcientiæ boni & mali? Continet enim omnes regulas faciẽ-
Ioannis 5. di & non faciendi: habétque omne iudicium remunerandi & puniendi.
Origen. ſuper cant. 1. Et exiſtens Chriſtus plenus omnigenis vnguẽtis (vt bene ſentit Origenes)
Iſaiæ 53. ſanat omnes lãguores & vulnera, per tranſgreſſionẽ legis contracta. Iux-
ta illud Iſaiæ: Languores noſtros ipſe tulit, & liuore eius ſanati ſumus.

32 Cur tertium pactũ cum mortalibus initum fuit de abſcindenda pel-
Geneſ 17. licula præputij? Nonne, vt inde ſanguis exiret, quo mundarentur, dicente
Hebr. 9. Paulo: Omnia penè mũdantur in ſanguine? Sed cur magis iuſſit Deus prę-
cidi carnem & ſanguinem ex illo membro quàm ex alio? cùm peccatũ pa-
rentum expurgãdum non videatur fuiſſe propter carnem & ſanguinem,
Roman 5. ſed propter inobediẽtiam (vt inquit Apoſtolus) aut gulam (vt innuit Hie-
Hieron. libro 1 cõtra Iouinia. ronymus) aut ſuperbiam, quia voluit facere ſeipſum Chriſtũ: vt aliqui ex
antiquis Theologis autumant. Quos Sapientes non contemno, ſed reue-
Theol. anti. reor: verũtamen inobedientia, gula, ſuperbia, & quicquid aliud peccati
Triſmeg. in Pym. fuit, inde venit: quia nimis ceſſit & indulſit mulieri & parti ſenſitiuæ per-
ſuadenti. Quod cognoſcẽs Triſmegiſtus ait: Homo à contemplatione pa
Plat. in conuiuio. tris, in ſphærã generationis collapſus eſt, conuerſus videlicet ad dimidiũ
ſui, quod eſt mulier, ſicut Plato docet.

33 Cur Deus iuſſit (vt in Leuitico habetur) circuncidi arbores? Nónne
Leuit. 19. hæc difficultas orta ex mala traditione, ſoluitur per veritatẽ literæ, in qua
habetur. Quando ingreſſi fueritis terram, & plantaueritis in ea ligna po-
mifera, claudetis clauſuram ſuam? Vbi communis traductio habet, aufe-
retis præputia. Clauſæ enim dicũtur arbores, quando non producũt fru-
ctus bonos, aut tempore ſuo. Nam intempeſtiuũ, ſuperfluũ, & indigeſtũ,
veluti malum prohibetur. Series enim & ordo rerum ſic exigit, vt anno
quarto adminiſtretur primarius fructus bonus, qui tãquam primitiæ de-
bet dari Deo: reliquis ſequentibus in humanos vſus dimiſſis. ערל Haral
enim clauſuram & præputium ſignificat, quod membrum claudit.

34 Cur nobis conceduntur fructus anni quinti? An, quia facta oblatio-
Ibidem. ne (vt dictum eſt) fructuum anni quarti debito ordine conceduntur no-
bis fructus anni quinti? At (vt ad penetralia introgrediamur) quaterna-
rius per ד dalet deſignatur, in cuius medio ſi apponitur י iod quinarium
ſignificat, ה he videlicet? Quod magno myſterio innuit, quòd reddita ſua
portione Deo, per י iod denotato, ipſe intrat in quaternarium, i. compoſi-
tum ex quatuor elementis, & præbet vim vitæ, non tantùm communis,
ſed melioris, adeò vt comedentes ex illis fructibus ſuſcipiant incrementũ
vtriuſque vitæ.

35 Sumús ne abſoluti à pacto circuncíſionis? Nónne Paulus apertè dicit. Si circūcidamini: Chriſtus nihil vobis proderit? Et hoc, quia (vt ſuprà dictum eſt) iam per ſanguinem Chriſti purgati ſumus, & lauati: proiectúſque eſt accuſator, qui ſanguinem exquirebat. Vnde non vltra ſtamus ante tribunal iuſtitiæ ſeueræ placandum per ſanguinem: ſed ſtamus ante tribunal gratiæ, aquæum. Quæ quidem aqua, clementiam & pietatem denotat. Nam gratia per Ieſum Chriſtum facta eſt: vt Iohannes perhibet. *Gal.5* *Apoc.12* *Ioan.1*

36 Cur lex data fuit in monte Sina? An, quia mons ille ſanctus eſt? Hinc Propheta canit: Et induxit eos ad montem aut ad terminum (vt habet veritas literæ) ſanctificationis ſuæ. Et declarans terminum, qui ſit, ſubinfert. Montem, quem acquiſiuit dextera eius. Cuius montis nomen alibi exprimit, dicens. Etenim cœli diſtillauerunt à facie Dei Sinai. An, quia ibi voluit dare legem, vbi Moſi apparuit in flamma ignis? An (vt ad altiora ſecreta conſcendamus) quia per montem Sina aliquid in Archetypo coniunctum ſupernæ Ieroſolimæ denotatur? Sicut apertè teſtatur Apoſtolus, dicens. Sina mons eſt in Arabia, coniunctus ei quæ nunc eſt Ieruſalem: non huic infernæ & materiali, ſed illi, quæ ſurſum eſt, quæ eſt mater noſtra. Data eſt itaque lex in Sina monte Arabiæ, quæ eſt regio Iſmahelis, ex ancilla nati, & ſerui: inde ſignificantis hominem animalem ſub ſeruitute exiſtentem, quem tantummodò lex ſanctificat, vt ex Paulo diſcere poſſumus. Vnde Regina Sabæ ideſt Arabiæ veniens in Ieruſalem ad Salomonem denotabat, quòd lex debebat deuenire ad Ieruſalem viſionem pacis: & ad Chriſtum principem pacis, figuratum per Salomonem, qui debebat ſoluere eos, qui erant ſub lege, à ſeruitute ipſius. Iuxta illud ipſius Apoſtoli. Qua libertate Chriſtus nos liberauit. *Pſal.77* *Ibid.67* *Exod.3* *Gal 4* *Ibidem* *3.Reg.10* *Gal.4*

37 Quæ aſcendit de deſerto, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris: vt in Canticis dicitur? An fuit beata virgo (vt aiunt) quæ aſcendit de deſerto huius mundi, omnium virtutum & gratiarum odóre conſperſa? An fuit lex (vt placet ſapientibus Hebræis) quæ proceſſit de ore Dei in deſerto illo, non tunc deſerto: ſicut virgula fumi ex omnigeno puluere pigmentario? Hinc toties repetitum eſt in lege. Odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis: tam ſacrificiorum quàm thymiamatis. *Cant.3* *Hebræi.*

38 Cur Deus dans legem iuſſit populum ſeiungi à monte? An, id iuſſum fuit ad maieſtatem illam excelſam obſeruandam? An, quia indignus erat populus attingere montem illum ſanctum: & tunc potiſſimè ſanctificatum à diuina maieſtate, atque diuina curia illic aſſiſtente, aut exequente, quod Deus iuſſerat? Ideò veluti indignis, comminatus eſt mortem appropinquantibus, vt in Exodo ſcribitur. Vnde iuſſit populum ſanctificari, & lauari ipſorum veſtimenta, ne à longe aſpicerent indigni, & dignam mortem incurrerent. An id iuſſum eſt ne opprimerentur à gloria maieſtatis eius? Quam maieſtatem ſentientes Iſraelitæ dixerunt Moſi. Loquere tu nobis & non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur. *Exod.19* *Ibidem* *Ibid.20*

R.Salo. 39 Cur multa præcepta data fuerunt in Marat? Datum enim ibi fuit (vt Rabi Salomon placet) præceptum ſanctificationis Sabbati, & indictus modus indicandi. Sed cur hæc ibi data ſunt ante legem? An (vt inquit idem Rabi Salomon) vt haberent cauſam exercitij? Sed nónne friuola eſt hæc *Exod.15* ratio & ſacramentis vacua? An igitur (vt ad myſteria ſubleuemur) datus fuit modus iudicandi illic, vbi erant aquæ dulcoratæ per lignum? Nam ſi iudicium fieret per rigorem legis, poſſemus omnes cum Propheta excla- *Pſal.142* mare. Non intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Vnde iudicandum eſt ſuper aquis ligno dulcoratis.

Exod.15 40 Quo ligno aqua illa ad dulcedinem redacta fuit? An fuit aliquod lignum caſu inuētum? Sed nónne in textu habetur, quòd Dominus lignum Moſi oſtendit? Res quippe non indigna Dei Maieſtate: cùm non oſtenderit aliquod commune lignum: ſed lignum Crucis: in qua adeò remiſſus fuit rigor legis, & dulcorata amaritudo: vt iugum illud grauiſſimum, ſua- *Mat.11* ue effectum ſit. Hinc nos, quibus à Crucifixo data eſt authoritas iudican- *Ioan.8* di, non ſecundū rigorem legis iudicamus, ſed cum grandi manſuetudine: edocti ab illo, qui dicere ſolebat. Vade in pace, & amplius noli peccare.

41 Cur lex non fuit data in Ieruſalem, & in terra lacte & melle affluente: ſicut Euangelium? Nónne perfectus Opifex ſemper procedit de bono in melius? Deus enim primò conduxit mortales paucis præceptis parentibus datis, & poſtea Noch: deinde propalauit legē ſapientiæ, denotatæ per *1.Cor.10* aquam: è petra tamen, quæ Chriſtus erat, eductam. Poſtmodum dedit ſapientiam Euangelij ſignatam per mel: quod dignius eſt quàm aqua. Cum hæc è petra, mel verò ex animali egrediatur. Et quamuis eadem ſit ſapien- *Col.2.* tia, & ab eodem fonte emanans, in quo ſunt abſconditi (vt docet Paulus) omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ: tamen perfectior gradus denotatur per mel quàm per aquam. Vnde & in perfectiori loco data fuit ſapientia Euangelij quàm legis.

42 Cur lex fuit ſcripta in tabulis ſapphirinis? Nónne (vltrà ea, quæ dicta ſunt) quia iis, qui contemplari diuina cupiunt, non adhuc initiatis in huiuſmodi proponitur ſapphirinus color, poſteà clarior, electri videlicet, denique ignis vibrans, & coruſcans? Sicut edocemur in viſione Ezechielis. *Ezec.1* Res quippe ab iis, qui norunt hæc ſacramenta, obſeruanda. Sic & populo nōdum benè initiato in diuinis, datur lex in tabulis ſapphirinis: quia non poterant filij Iſrael intendere in faciem Moſi, ex conſortio diuino ſplen- *2.Cor.3* dentem niſi interiecto velamine. Quo ablato à Chriſto (vt docet Apoſtolus) non in ſapphirinis tabulis, nec cum velamine, ſed reuelata facie gloriam Domini ſpeculamur.

Exod.3 43 Cur legiſlator Moſes vocatus fuit de grege? An id caſu euenit? An potius cum myſterio id factum fuit? Sicut de Abraham, Iahacob, & Dauid *Ioan.10* dictum eſt. Vnde Chriſtus voluit ſe paſtorē gregis vocare, maximè ouium quæ reponendæ ſunt in dextera Iudicis. Et ſi hædi ſunt à nobis paſcendi, *Cant.1* edocemur in Canticis, vt paſcamus illos iuxta tabernacula paſtorum,

ouium videlicet:vt exponunt veri Sapientes. Officium enim veri Domini & Iudicis eſt regere, paſcere, ſanare, & ducere gregem. Hinc huiuſmodi Patres aſſumebantur de grege ouium. Nam,qui neſcit paſcere animal ſuum denotatum per oues, multò minus ſciet paſcere ſpiritualem hominem.

44 Cur Moſes accœpit vxorem Madianitem: quæ non erat de populo Iſrael? Nónne (vt ſupra quoque reſerauimus) Madian fuit filius Abrahæ ex Chetura vxore poſtrema: vt in geneſi legitur? Nec nomen illud מדין Madian vacat à myſterio. De iudicio enim illud nomen ſignificat, aut diiudicans. Vnde indicatur, quòd Moſes futurus erat Iudex non tantùm Iſraelitici populi, ſed Pharahonis. Sicut ei dixit Dominus. Conſtitui te Deum Pharaonis. *Exod. 2* *Gen. 25*

45 Cur lex vocatur teſtimonium fidele? An, quia teſtatur fideliter, quòd ſeruire debeamus Deo: qui dignatus eſt nobis ipſam legem tradere? An,quia lex ex ſe manifeſtat & teſtatur,quòd non ſit ab humanis ingeniis excogitata? Cum adeò ſit profunda, & immenſa, vt ſapientiam & ſplendorem ipſius, atque artificium, nullum humanum ingenium excogitare potuerit. Hinc ipſamet teſtimonium perhibet, quòd ſit data à Deo: vt patet bene inſpicientibus mirabilia ipſius. De quibus mirabilibus Propheta canit. Reuela oculos meos, & conſyderabo mirabilia de lege tua. An eſt teſtimonium fidele de præmio bene merentibus reddendo,& pœna male operantibus infligenda? Hinc videmus multos ſecundùm legem punitos: in teſtimonium videlicet, quòd tandem vnuſquiſque reportabit mercedem in lege promiſſam. *Exod. 7* *Pſal. 18* *Ibid. 118*

46 Eſt ne lex cauſa ſalutis: an peccati occaſio? Nónne Paulus aperte ait. Lex ſubintrauit, vt abundaret delictum? Et paulò ſuperius. Cùm lex non eſſet, peccatum non imputabatur. Et alibi dicit. Virtus verò peccati lex. Sed nónne idem Paulus inquit. Lex quidem ſancta,& mandatum ſanctū? Et Propheta. Lex Domini immaculata, conuertens animas. An igitur eſt lex veluti Sol: qui illuſtrat, lætificat, & vitam præbet: oculos autem lippientes offendit? Sicuti & vinum, quod lætificat cor hominis bene diſpoſiti: præbet autem mortem pleureticis,& febricitātibus. Pari modo Chriſtus, in quo deſcripta eſt lex, fuit in ruinam & in reſurrectionem multorum in Iſrael: vt Simehon prædixit. Sic & corpus ipſius: vt canit Eccleſia. Mors eſt malis, vita bonis. *Rom. 5* *1. Cor. 15* *Rom. 7* *Pſal. 8* *Ibid 103* *Lucæ 2*

47 Cur data eſt lex in flamma ignis, & ardente monte? An, vt lex indicaretur veniſſe à fonte ſpiritus Dei, qui ignis eſt: & qui in forma ignis, ſiue linguis igneis venit ad Chriſti diſcipulos, ſuggeſturus, & perfectè impreſſurus ea, quæ ipſe Chriſtus docuerat ipſos diſcipulos nondum adeò initiatos, vt poſſent illa diuiniſſima capere? An, vt indicaretur lex veniſſe à patre ſiniſtra ignea & Aquilonari: vnde venit malum culpæ, & malum pœnæ? Iuxta illud Ieremiæ. Ab Aquilone pandetur omne malum. Sed cur decantat Moſes. Et in dextra eius ignea lex? Venit quippe lex de Bina loco Spiritus ſancti, & à ſiniſtra: ſed deducta fuit in dexteram, *Exo. 19* *Acto. 2* *Iere. 1* *Deut. 33*

Marc.16 idest in pietatem & clementiam per Euangelium Chriſti, qui ſedet à dex-
Pſal.15 tris Dei: vt Marcus narrat.

48 Statuta & præcepta Dei cur data ſunt? An, vt per ipſam legem cognoſcamus Deum & Dominum noſtrum? Sed nónne ſcriptum eſt, quòd
Polit.7 Deus bonorum noſtrorũ non indiget? Cui adſtipulatur Peripateticorum Dux, qui ait. Teſte Deo, non eſt fœlicitas in rebus exterioribus. Cum ipſe ſit fœlix abſque aliquo bono exteriori. An igitur in vtilitatem noſtram data ſunt præcepta, vt videlicet ordinarentur oſſa, & nerui omnes, quos habemus, & per obſeruationem ipſorum mereremur promiſſa præmia? An, vt homo haberet, vnde exerceret intellectum & portionem illam ſuperiorem: & patefieret ſibi via per quam ad diuina conſcenderet?

Baruch 3 49 An homo ex ſe poſſit in Deũ conſcendere ſine lumine ſcripturarum? Nónne hoc apertè depromit Baruch, dum ait. Nõ eſt qui poſſit ſcire viam eius, nec qui excogitet ſemitas eius: Sed qui ſcit vniuerſa nouit eã, & tradidit eam Iahacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo in lege videlicet? Poſt hæc (vt ipſe Baruch ſubinfert) in terris viſus eſt, tradens videlicet lumen Euangelicum: quia ſicut Sol non videtur niſi in lumine ab ipſo emanante, Sic Deus non poteſt depræhendi niſi in lumine diuino. Iuxta illud Prophetæ. In lumine tuo videbimus lumen.

Pſal.35
Heb 5 50 Quomodo Moſes factus fuit doctor, & protector populi? Nónne ad id fuit electus à Domino? Sine cuius electione (vt Paulus apertè perhibet) nullus eſt idoneus miniſter Dei. Sed vnde & quomodo vocatus ſit, eius nomen indicat, Moſes videlicet, quod (vt ſuprà quoque diſſeruimus) ſum-
Exo 2 ptus ex aquis interpretatur (vt in Exodo habetur) ex aquis videlicet illis
Eccl.15 ſupremæ ſapientiæ: vt in Eccleſiaſtico habetur. Et aqua Sapientiæ ſaluta-
Ibid.45 ris potauit illum. Vnde præcipuè de ipſo Moſe ſcriptum eſt. Oſtendit illi gloriam ſuam: & elegit eum ex omni carne: & dedit illi cor ad præcepta, & legem vitæ & diſciplinæ. Inſuper nomen eius (vt docent ſecretiores
Sec. Theo. Theologi) indicat habuiſſe virtutem nominis ſancti, per quod populum duceret cum tot prodigiis & portentis. Angelum quoque in tutelam ha-
Exo.23 buit, continentem ipſum nomen: vt in Exodo dicitur. Ecce ego mitto Angelum meum, qui præcedet te, & cuſtodiet in via: obſerua eum & audi vocem eius: quia eſt nomen meum in illo.

SECTIO II. DE EXCLVSIS ET REPVDIATIS A LEGE.

51 CVr prohibentur Moabitæ & Hammonitę ab Eccleſia Do-
Deut.23 mini vſque in ſempiternum? An, quia è turpi copula nati, patris videlicet cum filiabus: vt in Geneſi habetur? An, quia
Gen.19 nimis duri fuerunt contra populum Dei electum, denegantes ei panem & aquam, atque tranſitum vt deſcribitur in textu? An, quia vocauerunt Bilaham ad maledicendum populo, cui benedixerat Dominus: ſicut ibidẽ ſcribitur? Hęc enim fuit arrogãtia magna,

quam Pſalmographus deteſtatus eſt, cùm dixit, Quoniam, quem perfeciſti deſtruxerunt, id eſt, deſtruere conati ſunt: Iuſtus autem quid fecit? Vt videlicet ſit. Nam ipſe Deus, fecit nos, & non ipſi nos. Hinc diſcere poſſumus, quantum diſpliceat Deo impia genitura, & maleuola impietas, in eos potiſſimè, quibus Deus fauet. *Pſal.10* *Ibidem 99*

52 Cur Deo inuiſi fuere, Edom vel Heſau, & Iſmahel: quamuis ex progenie Abrahæ dilecti fuerint? an, quia Abraham nuper de Idolatra Chaldæa extractus, aliquid ſcoriæ retinebat, quam excuſſit in Iſmahelem è matre Ægyptia progenitum, à qua etiã infectus fuit? Et ſi quid ſcoriæ in Izahac deuenerat, in Heſau delapſa eſt: vt forma, & piloſa cutis indicabat, conueniente loco ſibi tradito, Sehir videlicet: quod locum illum ſignificat piloſum & dæmoniacum. In qua immunditie ſteterunt, quouſque venit ille vniuerſalis purificator: qui Iſmahelitas, Idumæos, & quoſcunque alios infectos, per nouam generationem purgare debebat. *Malac.1*

53 Cur Idumæi & Ægyptij repudiantur ab Eccleſia Dei vſque ad tertiam genituram tantum? An, reiiciuntur Idumæi, eo quòd denegarunt cibum & acceſſum populo Iſraelitico ad promiſſam terram pergenti? Sed hoc nuſquàm habetur. An igitur cũ immunes fuerint ab impietate Moabitarum, qui obſtare voluerunt diuinæ virtuti, arte, & ſpiritibus immundis, nec è tam turpi copula nati fuerint, remittitur iſta abiectio ſempiterna, & reducitur vſque ad tertiam genituram, cum miſericordia, eo quòd (vt in Deuteronomio dicitur) Idumæus frater Iſrael erat, & Ægyptius hoſpes ipſius multo tempore, apud quem Iſrael aduena fuit? Hinc diſcere poſſumus quanti pendat Deus opera pietatis, vt miſereatur & benefaciat: & opera impietatis, vt puniat & vindicet. *Deute.23* *Ibidem*

54 Cur Deus exterminari iuſſit ſeptem gentes peculiares, Chananæos videlicet Amorrhæos, Ethæos, Pherezæos, Euæos, Iebuſæos, & Hamalechitas? An, quia deſcenderant à Cham malefico, & illuſore patris, cuius ſemen fuit maledictum? Hinc proteruis ſenibus & inſanis dixit Daniel. Semen Chanahan & nõ Iuda. Chanahan, enim fuit præcipuus filius Cham. Vnde non ſine cauſa dum de Cham fit mentio in ſcriptura, dicitur. Ipſe eſt pater Chanahan. Et de Hamalech alibi dictum eſt. An (vt habetur in textu) ne fortè docerent eos facere cunctas abominationes, quas ipſi operati ſunt? An (vt ad moralem ſenſum deueniamus) per has ſeptem gentes innuitur ſeptenarius exercitus hoſtis humani generis? De quo Saluator innuit dicens, quòd ſpiritus immundus expulſus, aſſumpſit alios ſeptem ſpiritus nequiores ſe? Hi enim ſeptem immundi ſpiritus in cratere inferiori ſtant ex aduerſo ſeptem ſpirituum: qui ſunt in conſpectu Dei: vt in Apocalypſi & Tobia perhibetur. *Ibid.20* *Gen.9 10* *Dan.13* *Gen.9* *Luca 11* *Apo. 1* *Tob.12*

55 Cur reiiciuntur ab Eccleſia eunuchi & ſpadones? An, quia non habēt teſtes ſuæ virilitatis, aut inſtrumentum genituræ? Vtrunque, enim requiritur in contrectatione rerum ſuperiorum: virilitas videlicet comprobata, & fœcunditas: qua generare debemus ſaltem puriſſimos vernaculos Domino Deo Zebaot. An, quia Deus perfectiſſimus requirit non tantùm *Deut.23*

miniſtros,ſed res oblatas perfectas & abſque macula, vt reſpondeant ſibi & rebus ſuperioribus perfectis & ſine defectu? Alioquin incócinna ſunt, & ſine efficacia: quæ reperitur potiſſimè in proportionatis. Quod patet de neruis bene chordatis in citharis, ad quarum vnius tactum, mouetur & alia. Quod non contingit in neruis non conchordatis. Hinc Deus repetit pluries. Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum. Et itidem Chriſtus. Eſtote perfecti, ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt.

Leuit. 19 & 20
Mat. 5

Leuit. 21 56 Cur etiam reiicitur herniofus? Nónne, quia ſicut homo cadit à debita integritate corporea ex defectu alicuius membri: Ita cadit à perfectione ciuili & morali? Vnde iubet Ariſtoteles cauendum à ſignatis: quia ſicut natura fuit eis contraria in ortu: ita quoque erit in moribus. Signati nanque monſtruoſi ſunt: & monſtra omnia ſunt præter ordinem naturæ, & quædam inquinamenta indicant, impedientia ingreſſum in patriam perfectiſſimã. Iuxta illud Iohannis. Nihil coinquinatum introibit in regnum Dei. Sed quæ culpa eſt inquinati à natura? Non itaque erit culpa, niſi & moribus deficiat, ſicut in natura deficit. Poteſt enim nõ deficere, quamuis natura ei contrarietur (vt dictum eſt) & habeat ſignum defectus. Secundùm quæ ſigna manifeſta iudicant mortales: qui ſenſibus ſubiiciuntur. Hinc lege ſenſibili & animali, huiuſmodi reiiciuntur.

Apoc. 21

Leuit. 21 57 Cur reiicitur quoque omnis habens aliquam partem corporis maculatam, licet ſit de ſemine Aharon? Nónne (vt dictum eſt) quia Deus ſanctus & perfectus requirit omnia oblata, & etiam offerentes perfectos? Præcipuè autem reiiciuntur cæci, qui ſcilicet priuati ſunt illo lumine, quo mediante poſſumus ire ad Deum. Hinc Redemptor ait. Dum lucem habetis, credite in lucẽ. Pari modo, & qui claudicant in præceptis. Hinc Dauid, qui typum Chriſti geſſit elegantiſſimũ, non potuit intrare in regnum Ieroſolimitanum, niſi ablatis cæcis & claudis, vt in ſecundo Regum volumine legimus. Vnde non vacat à myſterio id, quod dixit verus Dauid Chriſtus diſponens regnum nobis, & ordinans intraturos in illud. Cæci vident, claudi ambulant.

Ioan. 12
2. Reg. 5
Mat. 11

Leuit. 21 58 Cur reiicitur quoque lippus & infectus albugine, aut habens iuncta ſupercilia? Nónne, non tantùm cæci reiiciuntur ab eccleſia Dei, ſed etiam habens aliquam maculam in oculo, qui ſimpliciſſimus requiritur, cùm denotet intentionem, à qua omnis operatio noſtra, non ſolùm denominatur, ſed bona vel mala cenſetur? Quo ſenſu dictum eſt à ſummo Doctore veritatis. Si oculus tuus ideſt intentio ſimplex fuerit, totum corpus tuum, ideſt opus, quod facis, lucidum erit, non habẽs aliquam partem tenebrarum. Si autem tenebroſus fuerit, oculus videlicet intẽtionis, totum corpus, ideſt opus, tenebroſum erit. Iunctum autem ſupercilium denotat eum, qui iungit oculum ſiniſtrum, ideſt intentionem mundanam, cum oculo dextro, ideſt intentione diuina. Quod damnatur: non minus quàm ſi manus ſiniſtra ſciat, aut ſe ingerat in ea, quæ ad dexteram ſpectant.

Mat. 6

Leuit. 21 59 Cur reiicitur quoque habens fracturam manuum, ſiue pedum? Nónne, quia per manus deſignãtur opera, & per pedes affectus, qui nullo mo-

do debent eſſe diminuti: ſicut neque opera per manus perpetrata? Hinc Deus iubet expreſſè in Deuteronomio, quòd debeamus diligere ipſum ex toto corde, ex tota anima, & omnibus viribus noſtris. Quod cùm obſeruaſſet Ezechias, magna fiducia orauit Deum dicens. Recordare, quòd ambulauerim coram te in veritate & corde perfecto. Vnde perfectè diligẽs Deum, debet eſſe integer in omnibus membris, oſſibus & neruis, per pręcepta affirmatiua & negatiua, directis: vt alibi dictum eſt. *Deut. 6* *4. Reg. 20* *Iſa. 38*

60 Cur reiicitur quoque manſer vel ſpurius vſque ad decimam generationem? An per ſpuriũ intelligitur omnis natus ex concubina? Sed nónne quatuor filij Iſrael fuerunt præcipui duces Eccleſiæ Dei, nati tamen ex concubinis? An igitur (vt aliqui Hebræi dicunt) prohibentur nati tantummodò ex adulterio? Nam in textu habetur ממזר mamzer, quod aliqui interpretantur è ſcorto, vel ab extranea natum. Sed (ni fallor) intelligitur de illo, qui generatus eſt à patre non in augmentum familiæ Dei (vt fecit Iahacob) ſed libidine ducto, & turpi concubitu. Tunc enim male diſpoſitus homo, malum communiter generat filium: qui ſolet ſimilis eſſe patri. Vnde à veris Sapientibus monetur vnuſquiſque, vt bona intentione, tempore apto, & debito modo ad generandos filios accedat. *Deut. 23*

61 Cur captis ex rapina veſci prohibetur populus Dei? An, vt tollatur horror à comedente? Sed nónne aucupes, vel venatores comedunt aues raptas à falconibus, vel accipitre, & animalia à canibus rapta? An igitur prohibentur, quia immundata ſunt ab auibus, vel animalibus viuentibus ex rapina? Hæc enim omnia ſapiunt ſortem quandam dæmoniacam, & immundorum ſpirituum de quibus Propheta canit. Catuli leonum rugientes, vt rapiant. Per quos catulos leonum (communi ſententia) Sapientes interpretantur malos ſpiritus: vt aperto ſermone inquit Petrus. Aduerſarius veſter Diabolus, tanquàm leo rugiens, circuit quærens, quẽ deuoret. An (vt ad allegoriam conſcendamus) aues & animalia ſic rapta denotant animas raptas à Diabolo: & immundatas ſub eius ditione: quæ nõ admittuntur in Synagogam & Eccleſiam Dei, quouſque emundentur ab eõ, qui omnia immunda, munda fecit: vt Petro demonſtratum fuit. *Exod. 22* *Pſal. 103* *1. Pet. 5* *Acto. 10*

62 Cur animalia & aues viuentes ex rapina, immunda cenſentur? An, quia natura immunda ſunt, animámque immundam ſunt à principio ſortita? An quia omnia huiuſmodi cum aliis immundis collocata ſunt in cratere inferiori & immũdo: vt more Triſmegiſtico & Platonico loquamur? An, quia ſunt è latere ſiniſtro & immundo: vt cum ſecretioribus Theologis conueniamus? An, quia ſymbolum habent cum immundis ſpiritibus, adeò vt commiſceantur facillime & immundentur? Hinc immundi ſpiritus expulſi à Chriſto dicebant. Mitte nos in porcos, qui immundiſſimi ſunt. Nec alicubi reperitur immundos ſpiritus intraſſe in Ceruos vel in animalia munda. *Leuit. 11* *Mat 8*

63 Quare inter immunda & reiecta enumerantur animalia, quæ non ruminant? An, quia deglutientia cibum ingluuie quadam æquiparantur animalibus rapacibus: lupis videlicet, Vrſis, Leonibus & huiuſmodi? An, *Leuit. 11*

quia ipſa ſunt in cratere inferiori, vel in latere ſiniſtro & immundo? An (vt ad ſenſum myſticum accedamus) quia animalia, quæ non ruminant, eos ſignificant, qui ſumunt cibum verbi Dei ingluuie quadam, deglutientes, non ruminantes, neque meditantes ipſum? Hi enim non ſentiunt mel dulcedinis ipſius, nec fructum aliquem reportant: ſicut nec ij, qui, veluti lapides, ſuſcipiunt ſemen verbi Dei infructuoſè: cum areſcat non habens
Luce 8 humorem: vt in Euangelio dicitur.

Leuit. 11 64 Cur & animalia non habentia vngulam ſciſſam cenſentur immunda? An, quia & ipſa ſunt è cratere & latere immundo? An, quia non deguſtant lac neque mel: vnde ſciant diſcernere bonum à malo? Quemadmodum de Chriſto dictum eſt ab Iſaia. *Iſa. 7.* Lac enim (vt ſæpe dictum eſt) ſapientiam rerum diuinarum ſignificat: quam qui deguſtare poteſt, ſpiritualis efficitur: & tunc (vt inquit Apoſtolus) iudicat de omnibus. *1. Cor. 2* Qui autem lac ſapientiæ diuinæ non deguſtat, remanet animalis homo, nunquam ſapiés, quæ Dei ſunt: *Ibidem* Vt idem Apoſtolus perhibet. Nec ſufficit, quòd animal habeat vngulam ſciſſam (ſicut Camelus) ſed oportet, vt etiam caro ſub vngula ſcindatur: quæ cum in Camelo non ſcindatur: ideò immundus eſt. Vnde innuitur, quòd non ſufficit hominem cognoſcere bonum à malo per rationem vel doctrinam, per vngulam denotatam: ſed oportet, quòd cognoſcat per carnem, partem ſenſitiuam aut practicam denotantem. Is eſt enim homo bene initiatus: cuius etiam ſenſus cognoſcunt bonum. Hinc
Pſal. 15 dicebat Propheta. Increpuerunt me renes mei. Et de Franciſco legitur,
Franciſcus. quòd in quibuſcunque arduis ſenſualitas præcurrere videbatur.

65 Cur ſanguis, pinguedo atque renes habentur immunda? An, quia omnia huiuſmodi ſunt vaſa libidinis & concupiſcentiæ: vnde infecta eſt humana natura? Párque iudicium eſt de lumbis ſic dictis à libidine. Nam antiqui lubidinem dicere ſolebant. An, quia huiuſmodi generantur ex fece
Leuit. 3 (vt ita dicam) alimenti? Hinc nolebat Deus huiuſmodi offerri cruda (vt in Leuitico habentur) ſed comburi iubebantur. Vnde docemur comburendum eſſe omnem fomitem concupiſcentiæ, illo igne, de quo Apoſtolus. Si
1. Cor. 3 cuius opus arſerit igni, detrimentum patietur: ipſe tamen ſaluus fiet. Aut
Luce 12 illo igne, quem Chriſtus venit mittere in terram, vt ardeat. Quo ſenſu di-
Pſal. 25 cebat Dauid. Vre renes meos & cor meum.

Leuit. 11 66 Cur piſces non habentes ſquammas & ſpinulas, inter immunda habentur? Nónne, quia piſces non habentes alas, ſquammas & ſpinulas non eleuantur ad aquas claras, vt purificentur: ſed verſantur ſemper circa lutum? Vbi paſcuntur cibo illo, qui datus fuit in cibum ſerpenti omnium
Gen. 3 immundorum principi: quando dictum eſt ei, Terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ. Et licet plantæ nutriantur terra (vt ſibi proprium eſt, ex inferiori vita, quam poſſident, vegetabilem videlicet tantummodò) quærunt tamen (quoad poſſunt) nutrimentum ex calore & luce ſyderum, & imbribus è cœlo venientibus. Vnde docemur, quòd & ſi neceſſario terrei ſumus: conuerſatione tamen & cogitatu in cœlo eſſe debemus: vt Paulus docet.

67 Quare

67 Quare abſtineri iubetur homo à menſtruata vxore, tāquam ab immunda? An,quia moralis honeſtas non patitur, vt quis fœdetur ſanguine illo corrupto? An, ne generentur filij leproſi,ſi concipiat mulier fœdata ſanguine illo corrupto?quod experientia ſæpius comprobatū eſt. An,(vt ad ſecretiora introgrediamur) quia mulier immunda in ſanguine ſuo, eſt aliquatenus ſubiecta patri immunditiei Diabolo? vnde ipſe non tantùm ludit cum illa immunda,ſed vim aſſumit immundandi fœtum tali immūditie,quæ diſtrahit à vita æterna. *Leuit.18.*

68 Cur etiam prohibetur aliis indifferēter coitus cū menſtruata? nónne id eſt ex diligenti cura quam habet Opifex de eo, qui gerit imaginem eius,vt ſicut à principio ipſum creauit rectum & mūdum (vt Sapiens ait) ſic conſeruet ipſum? Propter quod totam legem tradidit,& pręcipuè iſtá non tantùm à Moſe promulgatam, ſed à Prophetis ſæpiſſimè proclamatam:ne videlicet homo coeat cum muliere immunda, & à patre immunditiei poſſeſſa, ne decidat ſemen mulieris ab omnibus membris tunc immundatis.Quod tantum ſcelus iudicabatur à Deo,vt mulier ſic ſe habēs, cum viro coeunte occidi iubeatur: quando videlicet ſcelus in iudicium deducebatur. Aliàs enim ſeptem dierum expurgatione multatur. Nec ad mulierem huiuſmodi paſſam,quamuis ceſſauerit huiuſmodi fluxus,accedit Hebræus niſi purgata tota, & lota ſit aqua currenti & viua, ſi haberi poteſt: quod frequenti conſuetudine iam in legem apud eos deductum eſt. *Ibidem.* *Eccleſiaſt.7.* *Ezech.18.* *Leuit.20.* *Ibidem 15.*

69 Licétne Chriſtianis ad huiuſmodi accedere? An fortè ſoluti videntur?cùm Chriſtus lauerit omnem immunditiam, non tantùm hominum, ſed etiam animalium & auium, vt per oraculum Petrus fuit admonitus. Vnde vt Chriſtus innueret hanc immunditiem animalium eſſe ſublatam, dixit:Quod intrat in os,non coinquinat hominem. Sed,cùm eadem immundities naturalis etiam poſt Chriſtum fluat,& in dolore pariat mulier & cum ſuo veneno perſeueret Serpens, non videtur ſublata hæc immundities:vnde & Chriſtiani ab huiuſmodi meritò cauere debent. *Actor. 10.* *Matth.15.*

70 Cur pollutus in ſomno dicitur immundus, & reiectus à caſtris vſque ad veſperam? An,quia id eſt ex natura coinquinata? An, quia ab extrinſeco venit hæc immundities,vt Zohar aſſerit,& multoties experimēto aperto comprobatum eſt? Ait enim ipſe Zohar, quòd quidam ſpiritus fœmineus(quanquam hoc ridebunt Peripatetici) eſt princeps procurantium immunditiem,& pollutionem mortalium. Quiquidem ſpiritus dicitur לילית lilit. Et id facit potiſſimè, quando nactus eſt occaſionem,puta ex præcedenti imaginatione non repulſa,aut aliquo conſenſu munita, aut ex ſuperflua crapula & huiuſmodi. Vnde per ſe & per ſatellites ſuos hæc procurans,hominem ſiue mulierem immundat & polluit. Hinc communi vocabulo huiuſmodi dicitur pollutus & immundus. Sed quia non fuit in eo plena culpa, immundities vſque ad veſperam tantummodò durat. *Deuter.23.* *Zohar.*

71 Qui polluitur in coitu quatenus eſt immundus? Nónne h oc ſatis a-

1.Reg.21. pertè declarauit Achimelech ſacerdos, dum noluit dare panem ſanctum Dauidi & pueris eius, niſi eſſent mundi à mulieribus (vt in primo Regum volumine legitur) cui reſpōdit Dauid, dicens: Si de mulieribus agitur, cōtinuimus nos heri & nudiuſtertius? Vnde Hebræi autumant tres dies requiri ad expiationem pollutionis per coitum factæ: ſicut & tribus diebus expurgari debebant filij Iſrael ab immunditie Ægyptiaca, antequàm ſacrificarent Domino, vt in Exodo legimus. *Exodi 3.* *Ionæ 1, & 2* Sic & Ionas tres dies moratus eſt in ventre ceti, vt expurgaret maculam inobedientiæ, quia fugerat in Tharſim à facie Domini. *Matth. 12.* An, vt expurgaret peccatum Niniuitarum, pro quibus (vt alibi dictum eſt) impetrauerat veniam? An in figuram Chriſti id fuit, qui ſtetit tribus diebus, & tribus noctibus in ſepulchro, vt inde reſurgeret cum iuſtificatione noſtra?

72 Cur prohibita eſt hæc expurgatio extra coitum, magis quàm aliæ expurgationes, cùm hæc à Naturalibus commendetur? An prohibita eſt ſimul cum aliis oblectamentis carnalibus, quæ obſtant ſpiritui & impediunt tranſitum in filiationem Dei, dicente Iohanne: *Ioannis 1.* Dedit poteſtatem filios Dei fieri iis qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis? Vnde Paulus ait: *1.Cor. 6.* Neque adulteri, neque molles, neque maſculorum cōcubitores poſſidebunt regnum Dei. An, quia (vt Plato ait) *Plat.8.de Repub.* non eſt effundendum pretioſum ſemen in loco, vbi oriri nō poteſt, quod ſeminatum eſt? An, (vt *Sect theol.* ſecretiores Theologi dicunt) ne mali ſpiritus ſuſcipiant proiectum ſemē, ex quo formentur Incubi, Succubi, Satyri, & huiuſmodi portenta? ſicut aliquando ipſimet ſpiritus confeſſi ſunt.

73 Poteſtne per pollutionem aliquam pollui nomen ſanctum Dei, aut virtus eius? *Leuit.22.* Niſi pollui poſſet, nō diceret lex: Caue ne polluas nomen ſanctū Dei. Polluitur quidem ab iis qui fictè, & cum hypocriſi colunt Deū: qui vult ritè, & non fictè coli. Hinc enim reſultat ſcandalum proximi, & offenſa Dei. An polluitur (vt alij dicunt) quando offerūtur immunda? quæ tamen pollutio non attingit Deum, ſed vertitur in caput offerentis. Iuxta illud Apoſtoli: *1.Cor.11.* Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit. Virtus enim diuini nominis quod diffundi ſolet, velut oleum, contrahitur ne perfundat indignos & pollutos: ſicut comprobatum eſt, quòd virtutes nominum diuinorum, quæ deferunt mali, aut qui polluūtur, nullum aut modicum beneficium præſtant.

74 Cur leproſus inter alios iudicatur immundus? *Leuit.13. & 14.* Nónne, quia lepra eſt contagio quædam, & infectio omnium membrorum, ac totius carnis: tātique momenti, vt huiuſmodi dūtaxat infirmitatis cognitio deferatur ſacerdotibus: vt in Leuitico ampliſſimè legimus? *Lucæ 17.* Cui legi deferēs Chriſtus dixit leproſis: Oſtendite vos ſacerdotibus. Et quia eſt morbus contagioſus, iuſſit Deus, vt huiuſmodi eiicerentur ex caſtris. Quam legem pertulit Maria ſoror Aharon. Et hæc infirmitas, cùm ſit vniuerſalis omnium mē- *Numer.7. & 12.* brorum, expreſſius, quàm aliæ infirmitates, deſignat peccatum, quod totam animam inficit, dicente Iacobo: Qui autem offenderit in vno, factus eſt omnium reus. *Iacobi 2.*

75 Cur datur nota cognitionis lepræ,in cute,pariete,in ſtamine ,& ſub tegmine? Vt ſignum in cute prætereamus, nónne cognitio data in muro ridiculum quid videtur: maximè ſecundum interpretationem quorundã Hebræorum, qui dicunt demandatam fuiſſe raſuram, aut excorticationem parietum infectorum, vt inde reperirentur theſauri aliquando ibi incluſi? An igitur (vt ad myſteria veniamus)hinc denotatur infectio,quã facit peccatum non ſolùm in anima,in corpore, & veſtimentis, ſed etiam in parietibus?Hinc non ab re dixit Chriſtus. Lapides clamabunt, ſcilicet contra vos. Alluſit enim(vt opinor)ad illud Abachuch. Væ,qui cõgregat auaritiam malam, & qui cogitat confuſionem domui ſuæ, quia lapis de pariete clamabit,& lignum,quod eſt inter iuncturas ędificiorum reſpondebit. *Leuit.13.* *Lucæ 19.* *Abac.2.*

76 Cur animalia,quæ peccatum non fecerunt,cenſentur immunda? An quia à natura immunda ſunt? Sed vnde contraxerunt hanc immunditiẽ, & à quibus progenitoribus?cùm omnia,quæ fecit Deus,ſint valdè bona. An igitur,quia ſunt è latere ſiniſtro, vbi dominatur Samael,qui venenum Dei dicitur?Sed quis poſuit venenum illud in mundo? Nónne Deus,qui in Iſaia ait:Ego ſum creans malum & faciens bonum, creans tenebras,& faciens lucem? Vnde in Eccleſiaſtico dicitur: Statuit malum contra bonum.Sed ſi omnia ſunt valdè bona, vbi adinuentum fuit malum ponendum contra bonum? Nónne in hoc optimè ſatisfecit Auguſtinus Fauſto: quando induxit eum in domum Carpentarij, quærens cur non omnia eius inſtrumenta eſſent recta, ſed multa obliqua, & variis complicaturis obducta? Nam coactus fuit reſpondere Fauſtus,quia ſic expedit arti carpentariæ. Sic quoque expedit vniuerſo,vt ſint aliqua mala oppoſita bonis.Quæ & ſi aliquo modo ſunt mala, reſpectu tamen vniuerſi ſunt bona,& ſunt velut ſilentium in Muſica,ſicut alibi exemplificat idem Auguſtinus. *Geneſ.1.* *Iſaiæ 45.* *Eccleſiaſt.33* *Auguſtin.* *Idem*

77 Immunda quid damni patiuntur?Nónne ſi immunda ſunt à natura, nullum damnum culpæ patiuntur?cùm Deus fecerit nos,& non ipſi nos. Damnum tamen patiuntur,quia facilè efficiuntur ſedes ſpirituum immũdorum:ſicut ſuprà de porcis diximus. Vnde in creaturis humanis faciliores quoſdam videmus quàm alios ad ſuſcipiendos in hoſpites ſpiritus immundos,illos potiſſimè qui ſunt generati in ſemilunio (vt Zohar ſcribit), aut qui ſunt concepti à muliere immunda,vt nuper dictum eſt.Quod nõ ęſt abſque parentũ culpa,qui non vt pecudes, quibus non eſt intellectus, ſed ratione ducti deberent obſeruare tempora in lege vetita. Si verò immunditics venit extrinſecus, id non eſt ſine culpa immundati:cùm huiuſmodi immunda,quibus immundatur declinare poſſet. Hinc in Leuitico dicitur:Anima quæ tetigerit aliquod immũdum, occiſum videlicet à beſtia rapaci,aut quod per ſe mortuum eſt,& oblita fuerit immunditiei ſuę, contempſeritque,ſubiacebit delicto, aut in culpa erit, vt habet veritas literæ.Quãtò magis,qui cum ſpiritibus immũdis conuerſatur,aut aliquod peccatum immundans commiſit? *Pſalmo 99.* *Zohar.* *Leuit.5.*

Actor.10. 78 Quomodo multa quæ in lege erant immunda, nunc munda videntur? Nónne quia Chriſtus mundauit omnia, vt ſuprà dictum eſt? Sicut enim omnem immunditiem & peccatum hominis ipſe Chriſtus lauit, purificauítque eripiens è poteſtate principis tenebrarum immundantis: ſic etiam, cùm eiecerit ſpiritum pollutum è mundo, abſoluit ab immunditie ea, quæ ab ipſo polluebãtur. Iuxta illud Iſaiæ: In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami & iunci, non tranſibit per ea pollutus. Et ambulabunt, qui liberati fuerint & redempti à Domino, liberè videlicet. *Coloſſ 1.* *Iſaia 35.*

79 Cur omnia cadauera immunda dicũtur? An, quia ſunt corrupta, vel tendentia ad corruptionem, quæ immũdities quædam eſt? An, quia ſuper cadauera habent poteſtatem ſpiritus immũdi, atque in ipſis oblectantur? hinc cadauera non ex ſe, ſed ex ſpiritibus circunſtantibus terrorem incutiunt, & maiorem proculdubio ſolitario, quàm aſſociato. Vnde non ſine cauſa dixit Sapiens: Melius eſt eſſe duos quàm vnum, quia habent emolumentum ſocietatis ſuæ: ſi vnus ceciderit, vel timuerit, ab alio fulcietur. Et è conuerſo, Væ ſoli, quia cùm ceciderit, non habet ſubleuantem ſe. *Eccleſia.4.*

80 Cur accendi ſolent lumina circa cadauera? Nónne, vt fugentur poteſtates tenebrarũ cadaueribus aſtantiũ, quæ magis lucem timent, quàm talpæ, aut veſpertiliones? Vnde ſecretiores Theologi aſſerunt, quòd lumẽ in nocte valet pro ſocio. Hac eadem ratione fiunt aliæ ceremoniæ circa cadauera, aſperſio videlicet aquæ benedictæ, thurificatio, conſecratio cœmeteriorum. Quæ omnia fiũt, vt arceantur ſpiritus immundi à cadaueribus, qui ipſis valdè oblectantur, &(vt aliqui aſſerunt) humore ex ipſis effluente, paſcuntur. *Secret. theo.*

Deuter.23. 81 Cur merces proſtibuli reiicitur à Deo tanquam immunda? An, quia merces proſtibuli eſt merces carnis & ſanguinis, quæ non conueniunt cũ ſpiritualibus & diuinis? Sed cur offerebatur antiquitus caro & ſanguis animalium? Non quippe offerebatur caro animalis viui, ſed iugulati, & extracto ſanguine. Vnde docemur, quòd corpus noſtrũ, viuens & oblectãs in carnalibus, non eſt gratum ſacrificium Deo, ſed mortificatum. Iuxta illud Apoſtoli: Mortificate membra veſtra. Et Petrus: Mortificatos quidẽ carne, viuificatos autem ſpiritu. An repudiatur, vt doceamur, quantũ diſpliceat Deo turpe lucrum, & merces propriæ carnis? Hinc Apoſtolus huiuſmodi reprehẽdens, ait: Neſcitis quòd corpora veſtra mẽbra ſunt Chriſti? Tollens ergo membra Chriſti, faciam membra meretricis? abſit. An, neſcitis quòd qui adhæret meretrici vnum corpus efficitur? ſic adhærens proſtitutori. *Coloſſ.3.* *1.Petr.3.* *1.Cor. 6.*

Deuter. 23 82 Cur etiam merces canis pari lege repudiatur? An id intelligitur (vt Ioſepho placet) de canibus venaticis qui locabantur? An id iuſſum eſt (vt alij dicunt) quia canes inter animalia rapacia computantur? cùm & aliqui ipſorum ex præda viuant. An de cane illo intelligitur, qui exeunte populo Iſraelis ex Ægypto non latrauit, vt in Exodo legimus? A quo quidem cane, petebat liberari Propheta, dicens: Et de manu canis libera animam *Exodi 11.* *Pſalm.21.*

meam. Et hic eſt canis ille tricerberus, triplici ore latrans cõtra nos ex triplici poteſtate quam habet, vt alibi dictum eſt.

83 Cur animalia rapacia à ſacrificiis reiiciuntur? Nónne id declarat A-
poſtolus dicens: Quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate, aut quæ ſocie- *Leuit. 11.*
tas lucis ad tenebras: Omnia enim hæc animalia immunda tenebroſa & *2. Cor. 6.*
diabolica ſunt: & in cratere inferiori & obſcuro, cui præſidet princeps tenebrarum, qui cum principe lucis minimè conuenire poteſt.

84 Cur mulæ & inſita reiiciuntur, & damnantur in lege, nunc autem
non? Nónne, quia non debet homo facere nouam ſpeciem in mundo ſine *Leuit. 19.*
ſua idea fœcunditatem præbente? hinc mula fructificare nequit, quia ideã non habet, nec facta eſt à Deo, ſed adinuenta ab Hanah dum paſceret aſinos Zibehon patris ſui in deſerto. Et hoc permixtione aſini cum equa, vt in Geneſi legimus. Pro quo communis ęditio habet: Hîc adinuenit aquas
calidas. Et aduerte, quòd hic Hãnah fuit ex ſtirpe Heſau vel Edom habi- *Geneſ. 36.*
tans in Sehir loco dæmoniaco. Par quoque ratio eſt de arboribus inſitis. Nam videtur produci quodammodo planta tertia diuerſa: ſed nunc ſub-
lata eſt hæc lex, aut remiſſa, poſtquam venit verbum illud diuinum in na- *Epheſ. 2.*
tura humana inſitum, quod faciens vtraque vnum indulſit nobis, vt ex duabus arboribus vel duobus animalibus vnum tertium fieret.

85 Cur prohibita fuit textura ex lana & lino mixta? An, ne miſceamus *Deutero. 22.*
naturas, vt dictum eſt? An ratio eſt occulta? cùm ſit vnum ex ſtatutis, quo- *Hebræi.*
rum (vt Hebræi Sapientes aiũt) non redditur ratio. An (vt ſublimiora tangamus) hinc docemur non eſſe operandum per viam lini & lanæ ſimul, id eſt, per viam iuſtitiæ ſeueræ & pietatis? Nam lana pietatem, linum verò
iuſtitiam ſeueram ſignificat. Hinc errauit Moſes quando percuſſit petrã, *Numer. 20*
id eſt, per viam ſeueræ iuſtitiæ procedere voluit. Mandauerat enim Deus, vt ſolummodò loqueretur, id eſt; operaretur per viam clementiæ. Et hoc
prohibitum fuit quouſque venit ille qui hæc duo coniunxit, vt Propheta *Pſalmo 84.*
canit, dicens: Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. An vt doceamur, quòd non debemus augere vel immutare
fatum (vt Zoroaſtres in oraculis docet) ſed ſequi debemus naturam ducẽ: *Zoroaſtr.*
vt proficiamus in pietate cum Abraham, aut in ſeueritate cultus cum Izahac, aut in pulchritudine cum Iahacob, aut in zelo cum Moſe, Ioſeph, & Elia?

86 Cur Madianitæ tanquã reiecti occidi iubentur? An, quia infeſti fue-
runt filiis Iſrael? An quia fauebant Bilaham immundiſſimo? An, (vt pene- *Nume. 31.*
tralia tangamus) hinc ſecundum Origenem docemur trucidandam eſſe
carnem, quæ ſemper ſpiritui contrariatur, vt Apoſtolus docet? מדין Midiã *Origenes.*
enim contradicens interpretari poteſt, vt ipſi Origeni placet. Sed, quo e-
xercitu debellari iubentur? Nónne (vt in libro Numerorum habetur) iu- *Galat. 5.*
bentur eligi duodecim millia militum, mille videlicet ex qualibet tribu?
Quod expreſſè denotat influxum cœleſtem duodenarium multiplicatũ, *Numer. 31.*
& deductum per millenarium diuinum & ſupramundanum, quia nemo *Sapient 8.*
(teſte Sapient.) poteſt eſſe continens, niſi Deus det. Vnde Cryſantus à me- *Cryſantus.*

retricibus moleſtatus dixit: Quis poteſt eſſe victor in hac pugna, niſi pro eo tua dextera dimicauerit? Reiicienda igitur, & tanquam reiecta trucidanda eſt caro & ſanguis, quæ regnum Dei poſſidere non poſſunt, vt Apoſtolus ait.

1. Cor. 15.

87 Qua de cauſa iubetur quòd ex dimidio prædæ Madianitarum datæ populo, quinquagenaria pars Leuitis, & ex tota ſumma, quingenteſima anima detur Sacerdotibus? Nónne magnum eſt hoc negocium Madianitarum? Nam cùm eſſent de ſtirpe Abraham ex Madian filio Cheturæ (vt in Geneſi legitur) nolebat Deus vt pugnarent filij Iſrael cõtra eos: ſed poſtquam fecerunt filias ſcorta ſupponenda Iſraelitis, vt per ipſas eos à cultu Dei abducerent, iuſſit Deus eis indici bellum, & deprædari. Ex quorum præda facta eſt diuiſio, ex vna parte animaliũ & hominum, ex altera parte veſtium & theſaurorum. Et hanc partem reliquit liberam deprædantibus, ex qua principes ſpontè obtulerunt: alterá verò partem diuidi iuſſit, & dimidium relinqui iis qui egreſſi erant ad bellum, alterum verò dimidium diſtribui populo qui remanſerat. Et ex hac parte iuſſit dari quinquageſimam partem Leuitis, & ex illa militum quingenteſimam partem Sacerdoti magno: vtraque partitione facta ſecundum numerum Iobilei, per quem fiebat propitiatio pro hominibus ac beſtiis. Iuxta illud Prophetæ: Homines & iumenta ſaluabis. Beſtiales enim fuerunt qui ſcortati ſunt filias. Sacerdotibus igitur data fuit vna portio decem Iobileorum, quia ipſis tenentibus vicem Dei, dabatur aliquid Iobilei Iobileorũ. Leuitis autem dabatur quinquageſima pars ſimplicis Iobilei, quæ omnia nota ſunt ſcientibus rationem ipſius Iobilei.

Numer. 31. *Geneſ. 25.* *Pſalmo 35.*

88 Cur decretum eſt in cœlo quòd nomen Hamalech deleatur è terra in perpetuum? Nónne (vt alibi diximus) Hamalech natus ex concubina, & Heſau infecto tantùm veneni ſuſcepit, vt locũ Diaboli teneat, & pro Diabolo habeatur, cum quo nullum eſt nobis ineũdum fœdus, nulla pax cõtrahenda, ſed perpetua pugna habẽda? Et hoc, vt conformes ſimus exẽplari ſupramundano Moſi demonſtrato, qui in Exodo ait (vt habetur in veritate literæ) quòd manus ſtat ſemper ſuper ſede יה Iah pugnans contra Hamalech à generatione & generationem. Hinc Saul expulſus fuit à regno, & eiectus à facie Dei, quia indulſit rebus Hamalechitis, nec potuit oblatione animalium ipſorum Deum placare, vt in primo Regum volumine legimus.

Deuter. 25. *Exodi 17.* *1. Reg. 15.*

89 Cur reiectus fuit mundus tempore diluuij, adeò vt pœnituerit Deũ feciſſe genus humanum? Nónne, quia fœdati & coinquinati erant omnes in omni cogitatione, in corpore, & in operibus? Hinc ſcriptum eſt: Cuncta cogitatio hominis intenta erat ad malum omnibus diebus. De corporibus autem dicitur: Omnis quippe caro corruperat viam ſuam. Et iterũ: Corrupta eſt terra coram Domino, & repleta iniquitate, & rapina & immunditia à patre immunditiæ Diabolo, qui miſerat milites ſuos ad filias hominum, vt commiſcẽtes ſe eis totum genus humanum inficerent: qui quidem mali ſpiritus dicuntur בני אלהים bene Elohim. Pro quo vulgata

Geneſ. 6. *Ibidem*

traductio habet filij Dei. Et ab his grauidatæ filiæ hominũ genuerunt (vt inquit textus) potentes & famoſos, in malo videlicet.

90 Cur reiecta fuit turba Iſraelitica, & ſepulta in deſerto? Nónne aſſignatur ratio à Deo in libro Numerorum dicente: Omnes homines qui viderunt maieſtatem meam, & ſigna quæ feci in Ægypto & in ſolitudine, & tentauerunt me pluries, nec obedierunt voci meæ, non videbunt terrã pro qua iuraui patribus eorum? Sed vnde hoc? Nónne, quia infecti fuerũt à Diabolo per idolum quod erexerunt in deſerto? Vnde nudati ſunt veſtimentis nuditatem & fœditatem ipſorum cooperientibus, vt ſuprà dictũ eſt. Hinc docemur, quòd omnes qui erigunt idolum pecuniarum, ſiue cupiditatis quæ eſt idolorum ſeruitus, aut ventris, aut cuiuſcunque generis idolum Deus abhorret & reiicit. Propterea dicebat Propheta: Multiplicarunt idola ſua (pro quo traductio communis habet: Multiplicatæ ſunt infirmitates corũ) poſt ipſa ſcilicet idola accelerauerunt, vel cucurrerunt. Ipſe autẽ Propheta ſpiritu Dei afflatus, & Deo conformis, ſubiungit. Nõ congregabo conuenticula eorum de ſanguinibus, i. nõ ero in huiuſmodi conuenticulis ſecundum carnem, ſanguinem & Diabolum factis, & Deo inuiſis, nec memorabo nomina illorum labiis meis. *Numer. 14.* *Ephes. 5.* *Pſalmo 15.* *Ibidem*

91 Cur Hebræi fuerunt toties reiecti, & in captiuitatẽ abducti? Nónne propter inquinamenta ſuſcepta per idolatriam, quam ſæpè commiſerunt conſecrantes & initiantes filios & filias, & ſeipſos dæmoniis & idolis: ſicut in libro Numerorum ſcriptum eſt? Vnde canit Dauid: Initiati ſunt Behelphegor, & comederunt ſacrificia mortuorum. De quibus Iſaias aperto ſermone ait: Confundentur ab idolis quibus ſacrificauerunt. Et Ieremias ait: Facta eſt terra veſtra in deſolationem, ſtuporem & maledictum: propterea quòd ſacrificaueritis idolis, & peccaueritis Domino, *Numer. 25.* *Pſalmo 105.* *Iſaiæ 1.* *Ierem 1.*

92 Quo veneno aut quo genio abducti Iſraelitæ, tam facilè idolis ſacrificabant? An, quia cuncta cogitatio hominis prona eſt ad malum, vt in Geneſi dicitur? An, quia conterranei erant multis idolatris, à quibus diſcebant cultum idolatriæ? An, quia Diabolus prædominabatur mundo, nondum foras eiectus à Chriſto, & cogebat quodammodo mortales ad idolatriam? An quia voluptatem quandam à malis ſpiritibus immiſſam ſentiebãt? ſicut ſolent ſentire Magi, Necromantici & faſcinatrices mulieres: quæ quidem voluptas mẽtem eorum furabatur, non minus quàm ſolet facere Venus, vt ſcribit Ariſtoteles de mente Homeri. *Geneſ. 6* *Ethicor. 7.*

93 Cur præcipuè repudiantur & reiiciuntur diuites, & qui ſeruiunt auaritiæ? Nónne (vt ait Paulus) quia auaritia eſt idolorũ ſeruitus? Hinc Saluator dixit: Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitẽ intrare in regnum cœlorum. Quod ſub aliis verbis Iſaias antea dixerat. Væ qui coniungitis domum domui, & agrum agro copulatis (vt videlicet ditemini) quia (vt ſubinfert) dilatauit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque vllo termino, & illuc deſcendent fortes, ſublimes & glorioſi. Sed cur hoc? An, quia huiuſmodi occupãt partem proximi? An, quia ſubiiciuntur Mammonæ diuitiarum domino? Huic enim ſubiecti non *Ephes. 5.* *Matth. 19* *Iſaiæ 5.*

poſſunt habere partem cum Deo, vt ſumma veritas perhibet, dicens: Nó
Matth. 6 poteſtis Deo ſeruire & Mammonæ. Sed quid dicemus de Dauide, Abraham & aliis diuitibus Deo gratis? An, quia iſti non ſuſceperant diuitias à Mammona, indebitè videlicet occupátes, quod proximorú eſt, ſed à Deo vniuerſorum Domino? An, quia poſſidebant diuitias, & non poſſidebantur? Iuxta id quod Propheta docet, dicens: Diuitiæ ſi affluant, nolite cor
Pſalmo 61. apponere.

Leuit. 7. 94 Cur ſanguis prohibetur tanquam immundus, non ſolùm in ſacris,
Deuter. 12. ſed etiam in cibo mortalium? Nónne ratio aſſignatur à Deo, quando prohibuit eſum ſanguinis in Leuitico & Deuteronomio, vbi ait: Caue ne ſanguiné comedas, quia ſanguis pro animá eſt? Vel (vt habet veritas Hebrai-
Ibidem. ca) quia ſanguis eſt ipſa anima. Quod melius declarat, ſubinferens: Non comedas animá cum carne, ne videlicet immixta anima animalis, & tranſmutata in ſubſtantiá hominis, deturpet animá ipſius & in beſtialem vertat, & ne priuetur Deo, cuius ſola anima intellectiua aut rationalis (vt dicunt) capax eſt. Hinc in Leuitico ſubnectitur: Omnis anima quæ ederit ſanguinem, peribit vel incidetur (vt habet veritas literæ de populo ſuo. Quod idem eſt, ac ſi diceretur, incidetur à corpore Eccleſiæ, tanquá mem brum putridum, nec viuificabitur à vita illa diuina, quæ totú corpus Eccleſiæ ſuæ tam militantis quàm triumphantis viuificat.

1. Para. 22. & 28. 95 Cur effuſor ſanguinis ab adminiſtratione altaris, & rerum ſacrarum repellitur? Nónne, quia dixit Deus Dauidi. Non ædificabis mihi templú,
3. Reg. 2. quia multum ſanguinem effudiſti? Sed nónne Salomon iuſſit interfici A-
Numer. 65. doniam, Ioab, & Semei, veruntamen ædificatio templi fuit ei demandata? Nónne etiam Phinees eò quòd zelo Domini occidit Zambri concumbétem cum Cozbi Madianite, meruit tam ſibi quàm ſemini ſuo pactum ſacerdotij ſempiternum? Et ſi lege reiiciuntur huiuſmodi ab adminiſtratione ſacrorum, quomodo poſſunt fieri habiles per pecuniam & Mammonam iniquitatis? Nó quippe effuſio ſanguinis (vt ex Scriptura colligimus) reddit hominem inhabilem ad miniſtrandum ſacra, ſed effuſio innocentis ſanguinis, qui clamat ad Deum de terra: ſicut de ſanguine Habel à
Geneſ. 4. Chain effuſo legitur. Quia igitur Dauid bellator & effuſor multi ſan-
2. Reg. 12. guinis facilè potuit effundere ſanguinem innocentem (ſicut ſaltem in Vria Ethæo & militibus eius contigit) ab ædificatione templi prohibitus fuit.

96 Eſus ſanguinis éſtne adhuc nobis interdictus, ſublata immunditie
Actor. 15. animalium immundorum? Nónne ex iis quæ in Actis Apoſtolorum ſcribuntur, prohibitum iudicamus? Nam Apoſtoli & ſeniores in primo concilio hoc decreuerunt, vt ibidem dicitur. Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum, à ſanguine & ſuffocato & fornicatione. Nec de immundis fuit ſermo, cùm iam múdata fuiſ-
Ibidem 10. ſent per Chriſtum, vt dictum eſt: ſed ne comederent ſanguinem alia eſt ra
Deuter. 12. tio, naturalis videlicet, quæ à Chriſto non fuit immutata. Nam ipſa natu-
Virgilius. ra anima animalium eſt in ſanguine, vt dictú eſt. Hinc Poeta cecinit: Mul-

to vitam cum ſanguine fudit. Quantum auté proſit & noceat cibus, Ptolemæus Aſtronomorum Princeps in primo Apoſtelematum decernés, dicit, quòd æqua lance contendit cum influxu. Ne ergo comedens ſanguinem & vitam bruti homo in brutum euaderet, Deus ſanguinem prohibuit, in noſtrum videlicet beneficium. Nec eadem eſt ratio quo ad carnem, quia anima bruti (teſte Deo) non eſt in carne, ſicut in ſanguine. *Ptole in 1. quadri.* *Deut.12*

97 Si ſanguinis eſus nocet, quomodò ſtabit dictum ſummæ veritatis. Quod intrat in os non coinquinat hominem? Nónne hoc intelligitur de immunditia extrinſecus contracta, quam iam Chriſtus abſtulit, & non de naturali? Alioquin, enim poſſemus comedere ſerpentes, & multos alios cibos naturæ nocuos. Cum autem ſanguis, anima pecudum exiſtens (vt dicit lex ſupra adducta) infeſta ſit & noxia animæ rationali: Hinc (ni fallor) ſtat adhuc inconuenientia, & prohibitio. Sed cum hæc tolerentur, inquies, in Eccleſia, cur iudicas prohibita? Nónne poſſet ſic concludi de meretricibus, ſimoniis, & multis huiuſmodi? Nec enim à ſe, velut homines, id decreuerunt Apoſtoli, ſed prout viſum fuerat Spiritui ſancto. Quod com probauerant (opinor) per ſigna manifeſta. Nec credendum eſt (vt aliqui aſſerunt) id dictum fuiſſe permiſſiuè, nouitiis in fide: quia eadem ratione decreuiſſent abſtineri ab omnibus immundis per legem prohibitis. *Matt.15*

98 Cum omnia (vt ait Apoſtolus) mundentur in ſanguine, cur ſanguis immundus & prohibitus habetur? Nónne (vt Sapiens ait) puniri debet vnuſquiſque in iis, per quæ peccauit? Cùm igitur caro & ſanguis ſint præcipui peccatorũ fomites: nónne per effuſionem ſanguinis & caſtigationem carnis, debet expurgari peccatum? Sed in antiquo & figuratiuo teſtamentò, expurgatio fiebat per animalium ſanguinem figuratiuum, in meliori verò teſtamento, expurgati ſumus per ſanguinem capitis noſtri Chriſti, & martyres multi per ſanguinem proprium, commixtum tamen ſanguini Chriſti. Vnde non comedendus nec ſuſcipiendus eſt ſanguis animalium, & multò minus humanus, ſed potius effundendus. *Heb.9* *Sap.11*

99 Cur Chananæus fuit adeò inuiſus Deo, vt Iſrael victor eſſe non potuerit, niſi emiſſo voto, de ipſo penitus delendo? An id fuit quia maledictus erat ab Auo Noch? Sicut ſcriptum eſt. Maledictus Chanahan, ſeruus ſeruorum ſit fratribus ſuis. An (vt nõnulli ſentiunt) aliter interpretandum eſt illud verbum והחרמתי hacharamti, ideſt conſecrabo? Nam חרם Charam ſignificat exterminauit, anathematizauit, & conſecrauit. Sed (ni fallor) verum ſenſum eſt ꝙ totum fuerit de ſubuerſione: cum ſubuerſi fuerint. Hinc enim (vt ad myſticum ſenſum veniamus) docemur, quòd attendentes auaritiæ (denotati per Chananæos, qui negociatores interpretantur) reiiciuntur à Domino. Iuxta illud Apoſtoli. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & deſyderia multa inutilia & nocua: quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt à fide. *Num.21* *Gen.11* *1.Tim.6*

100 Cur damnatur aratio terræ in boue & aſino? An vt iugum ſit ex paribus? Sed nónne dicit Apoſtolus. Nunquid Deo cura eſt de bobus? Vt ſci- *Deut.22* *1.Cor.9*

licet detur lex pro eis, aut pro cæteris animalibus. Eſt enim Deo cura de bobus, vt faueat geniture, conſeruet, & paſcat. Iuxta illud Sapientis. Deo æqualiter cura eſt de omnibus. Lex itaque data eſt in doctrinam noſtram, ne videlicet commiſceamus mundum cum immundo: cum dicat ſumma veritas. Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ. Et Apoſtolus. Nemo militans Deo (ipſi videlicet ſacrificatus, ſicut ſolebat bos ſacrificari) implicet ſe negociis ſæcularibus. Quod denotatur per aſinum: cuius proprium eſt onera portare: Vnde onuſtus peccatis & negociis temporalibus (vt ex iſto præcepto diſcere poſſumus) conuenire non poteſt cum iis, qui ſe Deo dedicarunt.

Sap.6 · *Mat.6* · *2.Tim.2*

SECTIO III. DE FABRICA TABERNACVLI ET ORNAMENTO SACERDOTIS.

101 CVR Deus iuſſit fieri arcam, ſeu tabernaculum? An forte indigebat hoſpitio aut tabernaculo ille, de quo dicitur. Cœli cœlorum te non capiunt? Non quippe. Sed annuit Moſi ipſum habere deſyderanti. Nam quamuis promiſiſſet Deus Angelum ſuum, in quo & nomen ſuum poſuit (vt in Exodo legimus) tamen hoc non contentus Moſes petiit Dei præſentiam, dicens. In quo ſcire poterimus ego & populus tuus, inueniſſe nos gratiam in conſpectu tuo, niſi ambulaueris nobiſcum? Niſi enim tu præcedas, ne educas nos è loco iſto. Hac igitur de cauſa, vt cum ipſo Moſe & cum populo moraretur Deus, iuſſit fieri tabernaculum inſtar cœli, quod ſedes Dei eſt, & terræ, quæ eſt ſcabellum pedum eius: vt ipſemet teſtatur. Quæ omnia oſtendens Moſi, dum eſſet in monte ieiunus quadraginta diebus & quadraginta noctibus, dixit ei. Inſpice, & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt. In quo quidem tabernaculo habitauit, non ipſe Deus, qui termino aliquo concludi nequit, ſed numen eius, aut ſplendor gloriæ ſuæ per Angelum ibi reſidentem. Qui Angelus (vt ſecretiores theologi aſſerunt) Mitatron fuit, qui & princeps facierum dicitur.

Exo.25 · *2.Par.6* · *Exod.23* · *Ibid.33* · *Iſa.66* · *Exod.25* · *Sec. Theo.*

102 Qua forma & qua proportione facta fuit arca? Nónne (vt ſcribunt antiqui theologi, & inter alios author libri Portæ lucis) mundus, tabernaculum, templum Salomonis, corpúſque humanum, eadem menſura, eadémque proportione fabrefacta fuerunt: vt par & conueniens vnúquodque illorum habitaculum Dei eſſet? Hinc & ciuitas ſuprema, vbi Deus inhabitat, menſurata dicitur mēſura hominis: quæ eſt Angeli. Habitat enim Deus in cœlo & in terra, ea implens: vt per Ieremiam ait. Habitauit in tabernaculo: vt ipſemet pollicitus eſt, dicens. Ponam tabernaculum meum in medio veſtri, & ambulabo vobiſcum. Habitauit in tēplo Salomonis, vbi viſus fuit in caligine. Habitat etiam in vnoquoque iuſto. Nam Sapiens ait. Anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ. Et Paulus. Templum Dei ſanctum eſt

Ant. Theo. · *Porta lucis* · *Apoc.21* · *Iere.23* · *Leuit.26* · *3.Reg.8* · *Sap.7* · *1.Cor.3*

quod eſtis vos. Et quia Deus non vult habitare, niſi in locis concinnis: Ideò omnia hoſpitia vult eſſe commenſurata eadem, & hac quidem concinniſſima proportione.

103 Quomodò Deus immenſus in habitaculo menſurato, & concinnis proportionibus fabrefacto capitur? Nónne (vt ſæpe dictum eſt) ipſe Deus implet cœlum & terram in ipſis habitans: ſicut anima replet omnia membra in eis habitans tota, & in vno quoque illorum? Nam Peripatetici dicunt, ꝙ anima eſt tota in toto, & tota in qualibet parte. Nec tamen anima ſic concluditur in aliquo membro, aut in toto corpore, quin extra corpus velle, intelligere & operari poſſit. Vnde capitur, ſed non concluditur. Sic Deus capitur à ſuis hoſpitiis: nec tamen concluditur, quin ſit vbique, & vltra omnem locum, omnia continens. An in habitaculis iſtis erat per intelligētiam, per quam operabatur, ac ſi ipſe operaretur? Sicut enim homo per tubam aut fiſtulam emittit flatū & vocem: Sic Deus per Angelos tanquam per turbas emittit virtutem ſuam, intonans & operans

104 Cur arca nouem palmis, vel cubito & dimidio in altitudine conſummatur? An, quia ea menſura videbatur ſufficiens? An, cum myſterio id eſſe factum non dubitantes dicemus, quòd, cum cubitus ſex palmos contineat, cubitus & dimidium continet nouem palmos: in quos diuiſa erat altitudo arcæ ſic diſtinctis palmis, vt quilibet illorum ſuo colore refertus (ſicut aliqui Sapientes aſſerunt) repręſentaret ſuum cœlum, & nouem palmi repręſentarent nouem orbes mobiles, planetas videlicet ſeptem, ſigniferum cœlum, & primum mobile? Nec enim de chryſtallino cœlo in ſcriptura, aut apud Aſtronomos & Sapientes fit mentio. Vnde relinquemus hoc cœlum cryſtallinum vulgo: quod ſine ſcriptura & ratione mouetur. *Exo. 25*

105 Cur coopertorium arcæ iuſſum fuit non ex ligno ſed ex auro fieri? Nónne, vt repræſentaret illud ſupremum cœlum, quod empyreum vocāt? Quod quidem cœlum eſt immobile & capax ſpirituum, & Dei in primis. Et hoc, velut coopertorium, ambit omnes alios cœlos, ſydereos videlicet & primū mobile: differtq; ab aliis in materia: ſicut denarius differt ab aliis numeris. Nam ipſe eſt terminus omniū numerorū & principiū omnium denariorū. Sic cœlū eſt finis rerum corporaliū, & principium ſpiritualiū: & inter omnia corporalia tenet principatū: ſicut aurum inter omnia metalla. Hinc iuſſum fuit coopertorium, ipſum repræſentans, ex auro cōfici. *Ibidem*

106 Cur voluit Deus arcā fabricari ex lignis Settim: & quod lignū erat illud? Nónne omnes fermè Hebæi conſentiunt lignū illud fuiſſe cedrum: ſed denominatum ſettim à loco vbi natum erat? Non enim adhuc deuenerant ad Libanū cedris quamplurimis & pulcherrimis refertum. Ex cedro igitur voluit Deus habitaculum ſuum fieri, quia imputreſcibile lignū eſt, non nodoſum, ſed lene totum. Hinc & per Salomonem ſapientiſſimū ex eiſdem lignis compactū fuit templum. Quæ quidem ligna habuit ab Hiram Rege Tyri, qui præſidebat monti Libano, qui inter Damaſcum & Berytum ſitus eſt per tranſuerſum: ſed quò ad oram maritimam à Sidone & Tyro trahit originem: ſéque extendit vſque ad Maronitas vel Chaldæos. *Exod 25* *3. Reg. 5*

Qui Libanus (vt alibi diximus) ſyluam illam ſupramundanam ſignificat:
Sap. 7 vbi plantatæ ſunt arbores rationales, figuratæ per cedros. Quæ arbores
1. Cor. 3 rationales cùm ſint Dei ſedes & templum: Hinc habitaculum eius ex cedris fieri iuſſit.

Exod. 25 Malac. 2 107 Quid Cherubini gemini ſupra coopertorium arcæ poſiti? An Cherubini ſacerdotes ſignificabāt: de quibus in Malachia dicitur. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſciētiam: quia Angelus Domini exercituū eſt? Sed nónne ſacerdotes adinueniebant propitiationem per Cherubinos? Aliud ergo erat ſacerdos propitians, & aliud Cherubini, per quos fiebāt propitiationes. An igitur duo Cherubini ſignificabant duplicem naturā illius, qui factus eſt propitiatio pro peccatis noſtris (vt Iohannes ait) & in cuius nomi-
1. Ioan. 2 ne tantúmodò oportet homines ſaluos fieri: vt Petrus perhibet? Quæ du-
Acto. 4 plex natura bene effigiata eſt per Cherubinos. Nam Cherub (vt R. Moſi
R. Moſes Aegyptius. Ægyptio placet) eſt pictura rerum diuinarum: vt ſupra quoque tactū eſt.

108 Cur ſancta ſanctorum erant in interiori tabernaculi parte? Nónne cor, vbi potiſſimè reſidet anima, eſt in interiori & media parte corporis? Ideò ſicut anima, quæ in toto corpore eſt, præcipue in corde reſidet, & inde per ſanguinem & vitales ſpiritus in totum corpus vitam diffundit: Sic etiam Deus habitans in medio tabernaculi, quod figebatur in medio caſtrorum (vt ſupra dictum eſt) diffundebatur in totum exercitum. Et hoc per ſacerdotes & Leuitas, tanquàm per ſpiritus quoſdam vitales: vt expreſſe canit Pſalmographus, qui hunc influxum deſcribit ſub nomine vnguenti, dicens. Sicut vnguentum in capite, quod deſcēdit in barbam, bar-
Pſal. 132 bam Aharon. Et inde, ſcilicet per Sacerdotum manus ad quouſque minimos, & plebeios, per fimbriam veſtimenti denotatos. Eadémque eſt ratio de capite & corde: cum vtrobique anima potiſſimum reſideat. In quo autem præcipue, Philoſophorum & Medicorum lis adhuc ſub iudice eſt.

Exod. 26 Pro. 8 Pſal. 15 Rom. 15 109 Cur iuſſit Deus arcam & tabernaculum variis ornamentis & coloribus exornari? An, quia Deus oblectatur omnibus ſuis creaturis? Iuxta illud Sapientis. Ludens vel arridēs in orbe terrarū, ideſt in omnibus creaturis in eo contentis. Sed, cum Deus non oblectetur bonis exterioribus (vt iam dictum eſt) nónne reſtat, vt omnia, quæ ſcripta ſunt, ad noſtrā doctrinam (vt Paulus inquit) ſcripta ſint? An igitur vt per ornamentū huius habitaculi, ad diuini hoſpitij diſcamus quomodò nos ipſos diſponere debeamus in templum Chriſto & Deo conueniens, hæc ſcripta ſunt? E quibus longum eſſet ſingula referre. Vnde ſuis locis aliqua vel pauca explicabimus. Erat enim tabernaculum ſub diuo, ventis, imbribus, & aliis alterationibus expoſitum: ſicut vidimus in templo Salomonis. Quæ pars
Iſa. 66 repræſentat hunc mundum inferiorē, omnibus alterationibus expoſitum
1. Cor. 3 in quo Deus tenet pedes: & tēplum, quod (teſte Paulo) ſumus nos, ſignat ſenſus exteriores, & omnes vires operatiuas, quæ turbātur erga plurima. Extabat autem ſanctum ſanctorū coopertorio & vmbella obtectū, & ab omnibus alterationibus ſemotum: ſicut & in tēplo videtur, & in machina mundi. Et per hoc repræſentatur cœlum: ſed in templo humano cor &

cerebrum:ad quę collectus homo poteſt ſine alteratione vacare Deo,electa optima parte cum Maria. *Luce 10*

110 Ad quid vmbella ex pelle arietum & caprarum multiformi?Nónne hæc erat(vt dictum eſt)ad obtegendum ſancta ſanctorũ? Ex variis autem coloribus confecta erat:vt indicaret colores ſupramundanos, à quibus hi inferiores traxerunt originem, vmbræ exiſtentes ipſorum verorum colorum:vt Plato in Timæo & Phædone docet:de quibus etiam Ezechiel innuit. Vnde docemur, quas virtutes habere debeamus per ipſos colores deſignatas. Coccus enim iuſtitiam ſeueram & rigiditatẽ:hyacinthus contemplationem,& Dei cultum:byſſus pietatem, clementiam atque miſericordiam:purpura verò gratiã Spiritus ſancti ſignat:vt in ſecretiori Theologia docemur. Pelles autem caprarũ & arietũ dextram & ſiniſtram Dei effigiant. Hinc non ſine cauſa Chriſtus dixit oues in dextra, hædos autem in ſiniſtra collocandos:vt in ſecretiori Theologia ampliſſimè ſcribitur. *Exod.26* *Plato.* *Ezec.1 & 10* *Mat.25*

111 Cur & velum portarum pari modo ex diuerſis coloribus fieri demãdatur(Nónne Iohannes ſcribit portas templi vel ciuitatis ſupernæ ſic diſpoſitas, vt tres ſint ad Orientem,totidem ad Occidentem:& eodẽ numero portę Aquilonares & Auſtrales diſtributæ ſint?Hinc & vela portarum, facies & regiones mundi ſequentium,quatuor ſupranominatis coloribus diſtinguebantur. Eſt enim coccinus vel rubeus color Aquilonaris: byſſinus Meridionalis:hyacinthinus Occidentalis:& perpureus Orientalis. *Exod.26* *Apoc.21*

112 Significánt ne aliud iſti quatuor colores?Nónne ſunt & alij,qui per hos colores elementa deſcripta eſſe opinati ſunt?Nec ab re.Nam terra eſt byſſini coloris, ignis coccini, aer hyacinthini: aqua verò ſupramundana, maxime quæ nobis communicatur, purpurea eſt: vt à Zohar diſcere poſſumus. Sapientia, enim diuina (quam aquam ſupramundanam alibi eſſe diximus) dum eſt in filio, nobíſque non communicabilis, aquea eſt: vt verò communicabilis, eſt purpurea & in Spiritu ſancto. Hinc non ſine myſterio dixit Chriſtus. Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare:quia nemo videlicet nouit filium niſi pater. Cùm autem venerit ille ſpiritus veritatis,docebit vos omnem veritatem.Elementis itaque, ex quibus omnia fiunt, ſatis congrua ratione accommodantur hi quatuor colores,toties repetiti. *Zohar.* *Ioan.16* *Mat.11*

113 Cur multa fieri iuſſa ſunt ex purpura?Nónne,quia in omni opere illo exquirebatur gratia ſapientiæ diuinæ & Spiritus ſancti:qui dicitur omnium artifex,& omnem habens virtutem? Decuit,enim vt, ſicut ipſe fuit opifex & artifex maximi tabernaculi Dei,ideſt cœli & terrę, & totius machinæ huius, (vnde ſemper ſub nomine Elohim inducitur in deſcriptione fabricę omnia faciẽs)ſic etiã eſſet huius tabernaculi parui opifex:vt docemur in Exodo,vbi tractatur de opificibus,quib⁹ hæc fabrica cõmiſſa fuit. *Exod.28* *Sap.7.* *Exod.31*

114 Cur demandata fuit fabrica duobus illis opificibus, Aholiab & Bezaleel?Nónne quia capaces erant Spiritus ſancti omnium artificis? Sicut in textu tangitur,vbi dicitur. Ecce vocauit ex nomine Bezaleel filium Vri, & impleui eũ ſpiritu Dei,ſapientia,intelligentia,& ſcientia,in omni opere *Ibidem*

excogitando:quod ex auro,argento,ære & marmore, gemmis & diuerſitate lignorum fieri poteſt:dedique ei ſocium Aholiab filium Achiſamach. Bezaleel enim vmbraculum Dei interpretatur. Et bene virtus diuini vmbraculi intereſſe debuit ad fabricandum tabernaculum & vmbraculum, in quo habitare debebat Deus. Datus autem fuit ei in ſocium Aholiab, qui protectio patris dicitur: vt innueretur arcam & tabernaculum eſſe quandam protectionem Dei patris circa populum ſuum.

115 Cur multa vario opere (iuſſu Dei) expolita fuerunt: Nónne, quia pulchritudo reſultat ex variis rebus,concinnis & debitis proportionibus

Peripate. correſpondentibus? Vnde docent Peripatetici pulchritudinem reſultare
Platonici. ex partibus bene proportionatis in toto. Sed, cùm Platonici ſublimiores ingenio & doctrina aliunde indagauerint hanc pulchritudinem,quid ipſi decernant in hoc pulcherrimo opere conficiendo,conſulendi ſunt.Dicũt enim quòd ſicut vnum eſt ens,à quo omnia entia, & vnum bonum,à quo omnia bona,& vnum iuſtum, à quo omnia iuſta: ſic etiam eſt vnum pulchrum à quo omnia pulchra:illúdque pulchrum Deus eſt: & à Dauide & ab Iſaia vocatur תפארת Tipheret: quod gloria, decor & pulchritudo interpretari poteſt. Qui Deus licet vnicus ſit, principium tamẽ eſt omnium varietatum & pulchrorum: ad quem repręſentãdum totum opus arcę & tabernaculi, quantuncunque varium, contendebat. Hinc docemur non tantùm ex tabernaculo,ſed ex tota lege diſponi: vt non tantùm in potentiis & viribus, ſed etiam in omnibus operationibus, Dei imaginem & ſimilitudinem,à principio nobis radicitus condonatam exprimamus.

Heb.9 116 Cur in arca recondebantur virga, manna, & tabulæ legis? Nónne per hoc innuitur, quòd tabulæ legis in arca, id eſt in corde noſtro collocandæ ſunt:vt omnia à nobis gerenda regulis ipſius legis dirigantur? His autem addita erat virga Aharon. Vnde innuitur, quòd virtus & poteſtas ſacerdotalis ſit & ipſa cum lege collocata in corde:qua ſemper offeramus nos Deo in hoſtiam viuentem ſanctam & immaculatam,Deóque placen-
Rom.12 tem:vt docet Apoſtolus. Adeſſe quoque debet melius manna quàm legale ille videlicet cibus & panis vitæ,quem(docente Chriſto) à patre continuè petere debemus, dicentes. Panem noſtrum quotidianum da nobis
Mat.15 hodie. Sine quo cibo & guſtu viuere nequit homo vita illa meliori, per quam deuenimus ad æternam.

Exod.25 117 Quid innuit candelabrum illud luminis, quod tanto artificio fieri iuſſum eſt? Nónne maximi momẽti eſt candelabrũ illud cum tribus lucernis ex vtraque parte? Quod(ni fallor)innuit non tantũ lampadem hãc ſolarẽ, quæ videtur cũ tribus planetis ſuperioribus, & tribus inferioribus, veluti ex vtroque latere ſolis:ſed ſolem ſupramundanum:qui (vt in theologia antiqua docetur)tres habet lucernas ex latere dextro,& tres ex ſiniſtro. A quo ſole ſupramundano omnis influxus in hanc machinã inferiorẽ per ſolem & duos ternarios planetarũ, ipſi ſoli ex vtraque parte aſtantiũ venit.Et ſicut ſex planetæ lumen ſuſcipiũt & virtutẽ à ſole:pari modo & planetæ ſupramundani,lumen & vim ſuſcipiunt à ſole illo diuino; vbi-

collocatum eſt nomen illud magnũ quadriliterum : à quo (vt ſecretiores theologi docent) inſurgunt nomina illarum ſex lucernarum, tanquàm rami ex trunco. Sicuti ex figura ipſius candelabri depræhendi poteſt. *Sec. Theo.*

118 Cur tanta ſerie deſcribuntur calami, cyphi, ſphærulæ, & lilia vel flores ex ipſis procedentes? Nónne (vt ſcribit Bachaie) vt denotetur omnia virtute illius ſolis germinare, floreſcere, & fructificare? Nam per cyphos ſex, deſignantur fœcunditates ab illa lampade ſuprema procedentes, inquantum ſunt in illis ſupramundanis circulis: per ſphærulas verò & vaſa, ea fœcunditas, quæ eſt in ſex ſyderibus collateralibus ſolis: per flores autem vel lilia, deſignantur ipſi effectus, qui in rebus inferioribus particulariter explicati reperiuntur. Vnde, ſi ſol hic nobis viſibilis, pater vitæ dicitur: nónne multò melius ille, à quo hic ſol vim ſuſcipit? Et ſicut omnes illi calami cum cyphis, ſphęrulis & floribus radicati erant & firmati in vno & eodem haſtili: ſic & virtus luminum ſyderum cœleſtium, & ſupramundanorum fundata eſt in eodem haſtili: quod per medium tranſiens, arbòr vitæ ſita in medio paradiſi, à Sapientibus nominatur. *Exo. 25* *R. Bachaie.*

119 Cur candelabrum illud totum iuſſum fuit fieri ductile? Nónne, vt vnicum & integrum repræſentaret exemplar : quod & ſi in multa partiri videtur, nunquàm tamen ab vnitate ſua recedit? Nam ea eſt dignitas diuinorum numerorum, vt quantumuis multiplicati, nunquam ab vno recedant. Hinc Zohar, vetus antiquæ theologiæ ſplendor, cùm de enumeratis in archetypo ſæpius repetat (vt occurrit) ſemper ſubiungit. Et omnia ſunt vnum. Cuius vnius virtus veluti quadam deductione extenditur in diuerſa. Hinc Apoſtolus, poſtquam varia dona diuerſis diſtributa enumerauit, ſubinfert. Hæc autem omnia operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult. Et paulò ſuperius. Diuiſiones gratiarum ſunt : idem autem Deus : & diuiſiones miniſtrationum ſunt, & operationum : idem autem Dominus, qui operatur omnia in omnibus. *Exod. 25* *Zohar* *1. Cor. 12.*

120 Cur vaſa tabernaculi ex variis metallis fieri iuſſa ſunt? An, vt conuenirent illis, ad quorum vſum vaſa illa fiebant? An (vt allegoriam conſcẽdamus) vt per varia metalla attraheretur varius ſupernorum influxus? Notiſſimum enim eſt metalla vim habere à ſyderibus, non confuſè, ſed vnunquodque à ſuo ſydere. Aurum quippe vim habet à ſole, argentum à luna, æs à Ioue : plumbum à Saturno : & cætera huiuſmodi. Nec minus conueniunt ipſa metalla cum ſupramundanis numinibus, quibus per ſeptem ſpiritus (vt alibi dictum eſt) ſydera hæc cœleſtia reſpondent. Vt igitur ab vnoquoque illorum vis & influxus attraheretur, iuſſa fuerunt non tantùm vaſa, ſed altaria fieri ex diuerſis materiis, ſuperis conuenientibus. Quæ omnia abſtulit Chriſtus, quãdo in Cruce poſitus omnia ad ſeipſum traxit: vt ipſemet prædixerat. *Exod. 25 & 27* *Ioan. 12*

121 Ad quid ordinatæ ſunt phalanges, quas noſtri vectes dicunt? Nónne ad portandam arcam : vt in textu innuitur? Sed cur de lignis ſettim & opertæ auro? Nónne duæ palangæ portantes arcam, duos affectus ſignificant: qui portant arcã cordis, ad quodcunque opus peragendũ? de quibus *Exod. 25* *Auguſt.*

inquit Auguſtinus. Ad omne recte factum amor & timor ducit. Ad omne peccatum amor & timor ducit. Viuas male, ama mūdum & time mundum. Viuas bene, ama Deum & time Deum. Ex eis itaque lignis, ex quibus Arca cōfecta eſt, affectæ ſunt palangæ: quia affectus iſti ſunt naturæ ipſius Arcæ, ſcilicet cordis. Nam à corde exit amor, exitque timor, quando videlicet ſanguine diminutum eſt. Habens enim magnum cor (vt Peripateticorum Dux ait) eſt timidus: quia tarde repletur ſanguine. Obtectæque eſſe debent auro, ex quo pauimentum ſupernæ ciuitatis conſtat: vt Iohannes ſcribit. Vnde innuitur, quòd iſti affectus penitus debent eſſe cœleſtes. Alioquin (vt dictum eſt) non ad bonum, ſed ad malum deducerēt. Inſerique debent palangæ in quatuor circulis aureis. Vnde intelligitur, quòd ex quacunque plaga vel angulo cordis iſti affectus ipſum cor in Deum portare debent.

Ariſto de partibus ani.c.4 *Apoc.21*

122 Cur iubetur, vt nunquàm iſtæ palangæ ex annulis extrahantur? An, vt ſemper parata eſſet arca, vt portaretur? cum eſſet (vt Hebræi dicunt) tabernaculum illud Sachinæ, ideſt diuinitatis vagum. An (vt allegoriam proſequamur) inde docemur nunquàm amouendos eſſe hos affectus ab arca cordis? cum ſemper Deum diligere debeamus. Sicuti exquirit ipſe Deus per Malachiam, dicens. Si egò Dominus ſum: vbi eſt timor meus? Si ego pater ſum: vbi eſt honor & amor meus? Hinc habemus pręceptum ipſius Dei. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis. Et iterum. Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies.

Exo.25 *Hebræi.* *Mala.1* *Deut.6* *Ibidem*

123 Altare lapideum cur fieri iubetur ex lapidibus non ſectis, amoto penitus omni ferro: vt in Exodo dicitur? Nónne, quia ab altari remota eſſe debet omnis ferrea vis? cum altare ordinatum ſit, vt in ipſo Deus reddatur placatus, mitis atque benignus in nos. Qua ratione etiam ab omni fabrica templi (vt ſuprà diſſeruimus) ferramenta fuerunt ſecluſa: Vt in tertio Regum volumine legimus: Vbi dicitur. Securis & malleus & omne genus ferramenti nō ſunt audita in domo Domini, dum fabricaretur. Sed, cum templum confectum eſſet ex lapidibus quadratis (vt vidimus in parietibus porticuum) quomodò fuerunt ſecti & quadrati lapides illi ſine ferro? Nónne dicunt Hebræi, quòd vtebantur verme illo, qui lingua eorum dicitur שמיר Samir: quo ſcindebant omnes lapides? Sicut ſmerillo aut magnete vitrum mirabili facilitate ſcinditur. Quo verme poterant vti illi artifices tabernaculi & altaris, in omnibus huiuſmodi periti & ſapientiſſimi: vt dictum eſt. Multum enim valet medium accommodatum in ſacris: ſicut inſtrumentum pro qualitate opificij fabricandi diſpoſitum. Hinc ad abluendas animæ maculas ordinata eſt aqua: & ad paſcendum panis, tanquàm inſtrumenta & media, vel ſacramenta veræ aquæ, & veri cibi.

Exod.20 *3.Reg.6* *Hebræi.*

124 Cur iubet Deus ne aſcendatur ad altare per gradus? An (vt lex ſubinfert) ne reueletur turpitudo ſacerdotis? Sed, cùm tenerentur ipſi ſacerdotes portare femoralia (vt alibi legimus) quod periculum erat reuelandæ turpitudinis? An igitur (vt ad allegoriam veniamus, & figuram, quæ omnia

Exod.20 *Ibid.28*

omnia patribus contingebã[?]) ne altius aſcendentes mente & curioſa perſcrutatione, quàm deberent ſacrificiorum rationes pauciſſimis & forſitã nullis reuelatas inueſtigare volentes deficerent, & turpitudinem ignorãtiæ ſuæ oſtenderent? Nam (vt Sapiens ait) ſicut, qui multum comedit mel, non eſt ei bonũ: ſic, qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria. Multa enim ſunt in ſacrificiis ordinata, quorum non poteſt reddi ratio: vt alibi dictum eſt. Ideò non inueſtiganda per aſcẽſum & eleuationem per gradus ſignatam. 1. Cor. 10. Prouer. 25

125 Cur iuſſum fuit fabricari altare aureum? Nónne vt in ipſo adoleretur incenſum (vt ex diuerſis ſacrorum eloquiorum locis colligimus) erigi iuſſum fuit altare illud aureum, iuxta menſam panum propoſitionis, hac lege, vt quandocunque accendebantur lucernæ candelabri aurei, tunc etiam adoleretur incenſum ſupra altare aureum? quod tam profundi myſterij eſt, vt vix explicare poſſimus. Aurum enim ab Aquilone veniens (vt Iob perhibet) iuſtitiam Dei ſeueriſſimam indicat, quæ a tribunali Aquilonari procedit: lux verò à Meridie veniens pietatem ſignat & patrem miſericordiarum, qui lucem illam inacceſſibilem habitat. Vt igitur contemperetur ſeueritas illa magna iuſtitię Dei, per aurum denotata, iubentur in ſacris eodem tempore ſimul accendi lucernæ candelabri aurei, & accendi ignis in thuribulo aureo ſupra altare aureũ, vt adinueniatur propitiatio. Nam niſi ſeueritas illa leniretur pietate, nullus in cõſpectu Dei ſtare poſſet. Iuxta illud Prophetę: Non intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Nec corporea tẽperant diuina, ſed ſigna ſunt rerum diuinarum. Quibus ſignis Deus cooperatur, ſicut patet in omnibus ſacramentis, quæ ſunt ſigna rerum ſacrarum, & ſymbola habentia cum ſacris & diuinis, vt notum eſt illis, qui catenam Platonicam norunt. Exodi 40. Iob 37. 1. Timo. 6. Pſalmo 142

126 Quot altaria in lege iuſſa ſunt fieri, & ad quid? Tria (ni fallor, & falli non credo) demãdata ſunt: quamuis non ſanè intelligentibus plura videantur. Vnum enim eſt altare illud aureum de quo nuper dictũ eſt. Alterum verò ligneum ære munitum. Vnde aliquando dicitur altare æneum, & hoc terra replebatur: vnde nominatur aliquando altare terreum. Tertium verò lapideum, & hoc quoque terra replebatur. Ligneum autem factum fuit pro tabernaculo vago & portatili. Lapideum verò fecit Salomon in templo lapideo & ſtabili, & vtrunque iſtorum pro adolendis ſacrificiis erat. Et illud cooperimẽtum æneum licet valdè ſubtile fuerit, nũquam tamen aduſtum vel conſumptum fuit, præſeruatum quidem eo miraculo quo & locus ſacrificiorum à muſcis. Nulla enim muſca (vt aſſeritur) vnquam viſa fuit, vbi ſanguis animalium fundebatur, quò ſolent muſcæ confluere, & inde generari. Quo miraculo læti Hebræi, irridebant Chaldæos & Allophylos, in quorum ſacrificiorum loco ſolebant abundare muſcæ. Hinc vocabant Deum ipſorum Beelzebub, id eſt patronum muſcarum. Fugabantur autem in ſacrificiis Dei, muſcę: quæ morientes (vt Sapiens ait) vnguenti ſuauitatem perdunt. Muſcæ enim importuniſſimæ 4. Reg. 1. Eccleſiaſtes 10.

& inutiles, animalia dæmoniaca ſunt, malos ſpiritus ſignificantia, qui ſpiritus mortis ſunt, & ad mortem deducentes & immundi. Hinc cùm turbent ſacrificia munda, quæ fiunt Deo viuo, & perdant odorem illum ſacrificiorum, qui ſolebat ſuauiſsimus aſcendere coram Deo, à ſacrificiis amouebantur.

127 Vbi Salomon fabricauit templũ? Nónne in eodemmet loco in quo
Geneſ.22. 2.Par.3. Abraham ligauit filium Izahac vt ipſum immolaret? Vt Sapientes Hebręi conueniũt. Et ibidem fuit area Arcunæ Iebuſæi, quam emit Dauid quinquaginta ſiclis, vt offerret ibi holocauſta & pacifica, ad remiſſionem ob-
2.Reg.vlt. tinendam pro delicto commiſſo, numerãdo populum, vt in 2.Reg. volumine legimus. Nec vacat à myſterio numerus ſiclorum, qui numerus remiſſionis eſt, & remiſſioni obtinendæ aptus. Sed cur Deus elegit locum illum pro immolando Izahac, & pro venia impetranda à Dauide, & pro templo fabricando à Salomone? An, quia eſt in ciuitate electa Ieruſalem?
Secret. theo. An, quia (vt ſecretiores Theologi dicunt) eſt perpendiculariter ſub templo Deo gratiſſimo quod eſt in excelſis? De quo Propheta: Dominus in
Pſalmo 10. templo ſancto ſuo, Dominus in cœlo ſedes eius.

128 Quo numero & quo myſterio tabulę tabernaculi diſtributæ ſunt?
Exodi 26 Nónne viginti erant à parte Meridionali, & totidem à parte Aquilonari, à plaga verò Occidentis ſex, & duæ quibus parietes laterales iungebãtur, adeò quòd omnes ſimul & ſemel erant quadraginta octo? Qualis numerus erat ſpatium operandi inter Iobileum & Iobileum. Nam quadrageſimo nono anno erat שמיטה ſemitah, id eſt remiſſio, & quinquageſimo erat Iobileus, vt alibi dictum eſt. Sed ad myſteria progrediẽtes dicimus, ꝙ cõſummabatur quælibet tabula cubito & ſemi: vnde omnes tabulæ erãt ſeptuaginta duorum cubitorum. Qualem numerum reddit חסד cheſed, i. pietas vel clementia in qua factus eſt mundus, vt in Pſalmo octogeſimo-
Pſalmo 89. nono (more Hebraico computando) dicitur כי אמרתי עולם חסד יבנה Chi amarti holam cheſed iibanch. Quod ad verbum interpretãdo dicit: Quia dixi quòd mundus pietate ædificatur, id eſt in menſura pietatis. Pro quo vulgata æditio habet: Quoniam in æternum miſericordia ædificabitur in cœlis.

129 Qua proportione erant tabulæ in tabernaculo collocatæ? Nónne viginti ad viginti eſt proportio æqualitatis, ſed viginti ad octo eſt proportio dupla ſexquialtera reddens diapaſon, & diapente: quæ ſunt præcipuæ totius Muſicæ conſonantiæ? Vnde denotatur mundum eſſe conſonãtiſſimum & numeris muſicis atque ſonoris colligatum, vt tacitus ſemper & delectabilis perſeueret. Et reducendo ſpatium omnium tabularum ad palmos, erant trecenti ſexaginta palmi, quot ſunt gradus in Zodiaco. Vnde innuitur, quòd eadem menſura mũdus & tabernaculum diſtributi fuerunt.

130 Cur tabernaculum à parte Orientali apertum erat? Nónne quia fi-
Ioannis 1. gurabat primum & ſummum tabernaculum, verbum diuinum videlicet, in quo (vt Iohannes inquit) omne quod factũ eſt, præerat: & habebat eſſe

vitale,antequã in formas particulares explicaretur? cuius verbi (ſecundũ ſecretiores Theologos) ſigillũ eſt ב bet,à parte anteriori apertũ. Vnde magno myſterio denotatur, quod verbum & Filius Dei apertus eſt paterno Orienti,ſuſcipiens ab eo quicquid habet: ſicut ipſemet profitetur, dicẽs: Omnia dedit mihi pater. Et iterum: Omnia quæ dediſti mihi, abs te ſunt. Et iterùm: Omnia mihi tradita ſunt à patre meo. Nam(vt Iacobus ait) omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum. Quod verbum & Filius habet pro ſigillo ב bet: vt diximus. בת Bet autem domum ſignificat. Vnde denotatur quòd ipſe fuit præcipua domus per hoc tabernaculum figurata. *Secr. theo.* *Ioannis 17* *Matth. 11* *Iacobi 1.*

131 Cur cortinæ tabernaculi ordinatæ fuerunt numero denario? An, quia ſic exigebat magnitudo tabernaculi? ſed cũ iuſſa fuerint omnia fieri ſecũdum exemplar in mõte demonſtratũ, nónne quærẽda ſunt in illo exẽplari ea, quæ per decem illas cortinas figurabantur? Cùm igitur in archetypo ſint decẽ annumerationes vel menſuræ (de quibus primò Abrahã, deinde poſteri multi ſcripſerũt) nulli dubium quin per has cortinas hæ annumerationes figurarentur. Quæ cortinæ cóiunctæ in duobus quinariis, quinque videlicet & quinque, vnum & idem tabernaculũ componebãt, ſicuti & illæ menſuræ, quarũ quinque ad pietatẽ pertinentes ſibi inuicẽ mutuò cónexæ ſunt, & quinq; ſeuerã Dei iuſtitiã figurãtes ſingulari vinculo colligatæ ſunt, & tandẽ omnes ſimul, vnũ & idẽ tribunal conſtituũt, figuratum per vnicum illud tabernaculũ ex diuerſis contextũ. Quæ ſimul cum vndecim ſagis aut velis pro tabernaculo cooperiendo ordinatis, reddunt viginti vnum, quantum importat nomen illud ſupremum, אהיה Eheieh. *Exodi 26.* *Abraham in lib. de formatione.*

132 Cur cortinarum longitudo erat viginti octo cubitorum? Nónne, quia per illum numerum deſignabantur omnia genera rerum in hoc mũdo contentarum, cuius tabernaculum illud typum gerebat? Nam(vt Plato magno ſacramẽto diſſerit) in cubo ternarij omnia præcipua rerum genera conſummantur. Qui cubus eſt viginti ſeptem, tres videlicet nouenarij, quibus ſi addatur vnitas, deuenitur ad viginti octo. Sed vlterius ad ſecretiora myſteria progredientes, dicimus quod eſt nouenarius numerorum, nouenarius denariorum, & nouenarius centenariorum. Quorũ primus ſimplicior ſignificat nouem Angelorum ordines: ſecundus compoſitus, nouem cœlos: tertius autem compoſitior nouem genera generabilium & corruptibilium. Qui omnes ſimul iuncti reddũt nongenta nonaginta nouem. Quibus ſi addatur tantummodò vnitas, mirabili ſacramento completur numerus denarius & centenarius, & redditur millenarius, quia Deum omnia creaturarum genera replentem ſignificat. *Exodi 26.* *Plato in Timæo.*

133 Cur latitudo cortinarum quatuor cubitis conſummantur? Nónne, vt denotentur elementa, quibus omnia dilatantur? Nam virtus formarũ, vnica intenſione extenditur. Coniungendo verò quatuor cum viginti octo, nónne gradus aut ſemitæ diuinitatis innuũtur, triginta duo videlicet? Quo numero conſummantur ſemitæ, quibus Deus mundũ creauit, vt Abrahã in lib. de format. phibet. Tota verò latitudo decẽ tabularũ quatuor *Exodi 26* *Abraham.*

cubitorum reddit numerum quadragenarium per quem factus fuit introitus, [Numer. 14.] non ſine myſterio ad promiſſam terram. Nam quadraginta annis populus [Hamos 2] in deſerto moratus eſt. Quod myſterium obſeruans Chriſtus, poſt reſurrectionẽ quadraginta diebus moratus eſt in mundo, antequàm cœlum [Act. 1.] conſcenderet. Et hinc à patribus qui hæc myſteria cognoſcebant, ordinatum fuit ieiunium quadraginta dierum, antequàm reſurgamus cum Chriſto & intremus in patriam, [Coloſſ. 3.] illo introitu de quo inquit Apoſtolus: Si cõſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt ſapite. [Deuter. 25] Loco cuius ieiunij antiquitus homines ictibus quadraginta caſtigari ſolebant.

134 Cur cortinæ iungi demandâtur ex duobus lateribus? An, quia cortinæ [Exodi 26] referuntur ad illam decem cœlorum molem, quam Scriptura הרקיע [Geneſ. 1.] harachiah vocat? pro quo communis æditio habet firmamentum. Cœli enim ſine aliquo interuallo coniuncti & connexi ſunt. An, quia ſupramũdanos cœlos repræſentant, qui (vt nuper dictum eſt) omnes in vnum ſunt coniuncti? Vnus autem archetypus in quo ſunt iſti cœli, per vnicum tabernaculũ repræſentatur. Cõiunctæ verò ſunt huiuſmodi cortinæ anſulis hyacinthinis, coloris videlicet cœleſtis: vt indicetur omnia glutino cœleſti eſſe coniuncta, immò glutino diuino, aliquando per hyacinthum effigiato. [Apoc. 21.] An cortinæ illæ repræſentant lapides illos varios, ex quibus Iohannes [Pſalmo 44.] deſcribit compactam eſſe ciuitatem illam ſupracœleſtem vnicam circumamictam tamen varietate, vt Propheta canit? Nam maſſa illa beatorum [Apoc. 7.] non tantùm ex duodecim millibus electorum pro qualibet tribu confecta eſt, ſed ex omni tribu & lingua & populo & natione, vt Iohannes ait.

135 Cur cortinis iubentur fieri quinquaginta foramina, quibus per an- [Exodi 26] ſulas intus poſitas vniantur? Nónne, quia Spiritus ſanctus (qui nexus eſt patris & filij & omnium ciuium ſupercœleſtium, & eſt lithocolla & glutinum vniuſcuiuſque lapidis, [Epheſ. 2.] id eſt, introducti in ciuitatem illam, iuxta illud Apoſtoli: In quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in Spiritu ſancto) vendicat ſibi numerũ quinquagenariũ & remiſſionis? Vnde quinquageſimo die poſt reſurrectionem miſſus fuit ad Apoſtolos. De cuius [Secr. theolo.] quinquagenario ſecretiores Theologi ampliſſimè ſcribunt, docentes ꝙ in manſione ipſius ſunt quinquaginta portæ. Et vſque ad quadrageſimã nonã portam, aſſerunt (non ſine myſterio) intraſſe Moſem: nec potuit in- [Matth. 11] trare quinquageſimam, quia deueniſſet ad filium, quem nemo nouit niſi pater. Has itaque (vt reor) quinquaginta portas Deus per quinquaginta foramina deſignari voluit.

136 Cur iuſsit Deus erigi menſam, & ipſam vocari propoſitionis? Nónne [Exodi 25.] ſic vocata fuit, quia propoſita erat cotàm Deo? ſicut in veritate literæ habetur, vbi dicitur: Et dabis ſuper menſam panes facierum in conſpectu meo ſemper. Facierum autem inquit, quia facies apud Hebræos communiter habet vocem pluralem, ſicut & aqua. Quemadmodum & nos dicimus Venetias, Piſas, Cumas & huiuſmodi. An igitur menſa illa cum panibus duodecim proponebâtur, in ſignum memoriale quòd duodecim tri-

bus paſcendæ erant à Domino pane illo quotidiano, quem à patre petere *Matth. 6.*
edocemur? Sed cur proponebãtur hi panes? An fortè, quia Deus obliuioſus erat? An in ſignum, ſicut & ſacramenta apud nos: nam ſigna operãtur, vt notum eſt Sapientibus. An, vt inde nos recordaremur, quòd à Deo paſcimur? An erant in teſtimonium? ſicuti Abraham poſuit ſeptem agnas iurans Abimelech, & Iahacob erexit aceruum lapidum in teſtimonium cõtra Laban ſocerum ſuum. *Gen. 21.* *Ibidem 31.*

137 Cur panes facierum quolibet ſabbato mutabantur? Nónne, quia ſicut in quolibet ſabbato renouatur hebdomada, ſic renouandi erant panes illi, qui aliam & aliam ſucceſſionem influxuũ repręſentarent? qui quidem influxus proueniunt à duodenario illo duodecim ſignorum, immò ab influxu ſacri nominis duodecies reuoluti, & duodecim ſignis præpoſiti (vt alibi dictum eſt) vel ab illa arbore quæ facit duodecim fructus ſingulis menſibus (vt Iohannes ſcribit) ſcilicet quolibet menſe ſuum fructũ. Qui menſes diſtinguuntur per duodecim ſigna: vnde diſcere poſſumus omnia hæc mirabili ſacramento cõuenire, ſigna videlicet, reuolutiones nominis magni, duodecim portas, duodecim Angelos ipſis pręſidẽtes, à quibus duodecim tribus regebantur. In cuius rei conformitatem Chriſtus duodecim Apoſtolos elegit, qui in duodecim mundi partibus prędicarẽt. Hinc & compoſita dicitur ciuitas illa ex duodecim lapidibus, & menſurata per duodecim millia cubitorum. *Leuit. 24.* *Apoc. 22.* *Matth. 10* *Apoc. 21.*

138 Cur Salomon erigi fecit in templo duas columnas nominatas, de quibus in fabrica tabernaculi non fit mentio? An, quia illæ duæ columnæ erant in loco duorum Cherubinorum coopertorio arcæ ſupraſtantium? An quod obſcurè dictum eſt in fabrica tabernaculi, expreſſè voluit deſignare Salomon? Duo videlicet tribunalia illa ſuperexcelſa, quibus Deus omnia mundi negocia diſponit. Quod & nomina ipſarum columnarum indicant. Dextera enim vocabatur Iachin, quod pręparatum ſignificat. Et hæc innuebat tribunal gratiæ & miſericordiæ, ſemper omnibus eam petentibus præparatæ. Siniſtra verò columna dicebatur Bohoz, i. veniat fortitudo, ad reſiſtendum videlicet omnibus hoſtibus, & ad puniendum rebelles & proteruos. Et hæc erat ad Aquilonem, referens tribunal iuſtitiæ ſeueræ ad Aquilonem ſitum. Vnde omne malum, culpæ videlicet & pœnæ venit, illa autem ad Auſtrum, gratiæ ſcilicet & miſericordiæ. *3. Reg. 7.*

139 Fabrica templi deſcripta ab Ezechiele, fuítne vera, an imaginaria? Nónne decantat Pſalmographus: Dominus in templo ſancto ſuo, Dominus in cœlo ſedes eius? Nónne etiam Iſaias vidit Adonai ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum: & ea quę ſub ipſo erant, replere templum, quod ſcilicet ibidem extabat? Fabrica igitur illa vera eſt, manúque Dei fabricata, & ad eius exemplar iuſſit Deus Moſi vt fabricaret tabernaculum. Quod & ſi repręſentabat cœlum & terram (vt dictum eſt) præcipuè tamẽ effigiabat templum illud ſupracœleſte, in quo omnia erant antequàm fierent, & continuè ſunt, quia ibidem ſuſtentantur. Vnde repræſentans illud in quo hæc omnia continentur, omnia inde repræſentabat. Differunt ta- *Ierem. 1.* *Ezech. 40. & 41* *Pſalmo 10.* *Iſaia 6.* *Exodi 25.*

men hæc tabernacula materia, quæ in tabernaculo lignea erat,in templo lapidea,in mũdo terreſtris & cœleſtis, in homine corporea & ſpiritualis, in archetypo verò ſunt viuæ ideæ,& exemplaria rerum.

Ezech. 40 140 Qua forma & quibus menſuris fabrica illa conſtructa eſt? Nónne palmo,cubito,vel calamo aut arundine? Sed quid hæc ad fabricam illam *Apoc,21* penitus intellectualẽ? Nónne Iohãnes inquit, ꝙ ciuitatem illã menſurari *Proculus in Timæum.* vidit menſura hominis quę eſt angeli? Altiſſima quippe ſunt hîc ſacramẽta. Quatuor enim ſunt(vt Proculus docet)numerorũ rationes: alius nãq; eſt vocalis,alius naturalis,alius rationalis & quartus diuinus,qui quidem numeri & ſi proportiones habent adinuicẽ, alius tamen & alius eſt vnuſquiſque illorum. Par ratio eſt de menſuris. Nam & ſi vnumquodque ſua menſura menſuratur, & ſuo numero diſtribuitur, conuenientia tamen ipſorum,ſicut & numerorum conſonantiſſima eſt, quam mentes elegantiſſimæ vix percipiunt.Et ea regula ex vno ad alium introceditur, vt inferior *Plotinus.* relinquatur in veſtibulo(ſicut Plotinus docet) quando ad meliorem numerum tranſigitur.

Exodi 38. Ibidem 26. 141 Cur ſingulæ baſes tabularum ex centipódio,quod כבר chichar Hebræi dicunt,confectæ erant? Nónne baſes illę neceſſariò ponderoſæ erãt? nam binæ illarum veluti pedes ſolidi & firmi vnam tabulam ſuſtinebant. ſed cur in numero centenario fieri iuſſæ ſint,non vacat à myſterio. Quod vt patefaciamus, neceſſe eſt deuenire ad idioma illud linguæ ſanctæ, quo hæc myſteria deſcripta ſunt.Baſes enim hebraicè ſic ſcribuntur ארני. Qui*Ioannis 14* buſmet literis ſcribitur nomen primæ manſionis ex illis multis,quæ(teſte Chriſto)in domo patris ſunt. Quæ quidẽ manſio,non modò ab Hebræis ſed à Chriſto regnum cœlorum vocatur. Nam ibi eſt porta,per quam intratur ad regnum æternum nobis promiſſum,cuius nomen eſt, ארני mutatis ſolummodò punctaturis,quibus hoc nomẽ profertur Adonai,illud autem Adne. In quod regnum ſi quis intrare cupiebat, neceſſe erat(vt Hebræi dicunt)quòd Deum centies benediceret,iuxta pondus baſis illud repræſentantis: quem ritum obſeruans Martha (vt in deſcriptione vitæ ipſius aſſeritur)centies in nocte, & centies in die Deum benedicebat.

142 Quid innuit atrium tabernaculi cum quinque columnis? Atrium *Exod. 26* quippe erat ſpatium ante tabernaculum,per quod ad tabernaculum illud dabatur acceſſus,& id diſpoſitum quinq; columnis. Quod(ni fallor)partem corporis exteriorem ſignificat,quinque ſenſibus munitam, vnde fit introitus ad tabernaculum cordis & cerebri, ſtante ſententia Peripateti*Ariſtotel. in lib. de ſenſu & ſenſato.* corum dicentium, quòd nihil eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu. Qui ſenſus ſunt tanquã feneſtræ & portæ ipſius animæ,maximè auditus: *Ibidem* vt Ariſtoteles perhibet,dicens: Auditus in homine eſt via ad diſciplinam. *Roman. 10* Quod clarius referans Paulus,inquit? Quomodo credent, diuina videlicet,quæ non audierunt. Et concludens ait:Ergo fides,in qua videlicet de diuinis pertractatur,eſt ex auditu?

143 Cur præcepit Deus tabernaculum fœderis tanta celebritate erigi, *Exod. 40.* menſe primo,in die prima menſis? An,vt inde diſceremus eam differentiã

eſſe inter fabricare monaſterium, & erigere monaſteriũ, quæ eſt inter ædificare vrbem, & ædificare ciuitatem? cùm illud ad materialem fabricã, hoc autem ad ciuilem pertineat. An (vt altius aſcendamus) inde indicatur aliud fuiſſe fabricã factam in verbo diuino ab æterno, & aliud explicationem fabricæ, quæ completa & erecta fuit primo menſe, & prima die menſis? qui menſis ideò ordinatus fuit primus in mẽſibus anni, vt in Exodo legimus. *Ibidem 12.* Quamuis aliqui alia ratione deducti aſſerant fuiſſe erectam hanc fabricã menſe ſeptimo, de quo alibi diſputatur. An, vt indicaretur erectio Eccleſiæ facta primo menſe (quando videlicet Chriſtus paſſus eſt) *Apoc. 21.* & erectio nouæ ſponſæ, quam vidit Iohannes deſcendere è cœlo, paratã viro ſuo? An, vt intelligeretur fabrica minoris mundi, quæ primò fuit facta (ſicut ſcriptum eſt: Maſculum & fœminam creauit eos) *Geneſ. 1. 2.* poſtea erecta, quando euulſa mulier è latere viri poſita fuit corã eo, in adiutorium genituræ & prolis? ſicut ampliſſimè Plato & Zohar ſcribunt. *Plat. in Sym. Zohar*

144 Cur inter alia ſacerdotis ornamenta potiſſima erant pectorale & ephod? Nónne, (vt myſteria immediatè tangamus) id factum eſt, vt ſacerdos nõ ſolùm vita, ſed veſtimentis etiam totus cœleſtis effectus pręſentaret Deo totã familiam illam Iſraeliticã: quæ tanquã domus fabricata erat *Exodi 28.* ex duodecim lapidibus illis qui in ephod & ſuperhumerali figebantur: imò ex numinibus & virtutibus quibus illi lapilli reſpondent: ſicuti Iohãnes in deſcriptione ſupernæ ciuitatis innuere videtur. *Apoc. 21.* Et hoc, vt tabernaculum ingrediens ſacerdos, hauriret per ipſos lapides ſupramũdanum influxum, ſicut lapides iſti qui precioſi dicuntur, hauriunt cœleſtem.

145 Ad quid ille geminatus ordo gemmarũ in pectorali & ephod? nónne in Exodo legimus iuſſum fuiſſe in duobus lapidibus onychinis ſculpi *Exodi 28.* nomina filiorum Iſrael, ſex videlicet in vtroque eorum, & portari à ſacerdote in ſuperhumerali. Et hoc in ſignum duorum lapidum ſupremorum, de quibus diffuſè tractatur in libro, qui Porta lucis dicitur. De quorũ altero Iakacob, dũ Ioſeph benediceret, ait: Inde egreſſus eſt lapis paſtor Iſrael. *Porta lucis* *Geneſ. 49.* De altero verò Iſaias dixit: Ponã in Sion lapidem angularem precioſum. *Iſaiæ 28.* Vtrumque autem complectẽs Chriſtus dictus fuit cum myſterio lapis angularis & lapis fundamentalis. Fundamentalis enim iuxta illud Apoſtoli: Nemo poteſt ponere aliud fundamentum, niſi quod poſitum eſt Chriſtus Ieſus. *1. Cor. 3.* Angularis verò faciens vtraque vnum, dextram videlicet & ſiniſtram, de quo Apoſtolus. Ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu, in quo omnis ædificatio cõſtructa creſcit in templum ſanctum in Domino. *Epheſ. 2.*

146 Cur Deus peculiariter duos lapides onychinos exegit? An vt illos duos ſupradictos repræſentarent? An, vt ſignarent duo præcipua fundamenta, mũdi videlicet corporei & ſpiritualis fabricæ? *Exodi 28* De primo enim inquit Iob, dum de fabrica mundi ageret, Quis proiecit lapidem fundamẽti? De fundamento autem fabricæ ſpiritualis iam dictum eſt. *Iob 38.* Onychinus autem exquirebatur lapis, qui circa centrũ terreus eſt, in ſuperficie verò ſapphirinus vt inde innueret duplicem mundum, maiorem videlicet &

minorem,& vtrunque compoſitum ex parte terrea & cœleſti. Vnde alter alterius expreſſam gerit imaginem. Ex quorum quolibet erecta fuit Synagoga vel congregatio Iſrael portanda in humeris ſacerdotis coram Domino, vt eis propitiaretur. Qui lapis (non ſine myſterio) abundare dicitur

Geneſ. 2. in flumine Phiſon, quod è voluptate emanat, vt in Geneſi legimus, vbi dicitur: Ibi inuenitur Bdelium, & lapis Onychinus. Vnde indicatur, quòd omnia ſunt iſta exemplaria cœleſtium, vnde prouenit lapis ille.

147 Cur etiam in pectorali (pro quo vulgata æditio habet rationale) erãt duodecim lapides, in quorum quolibet inſcriptum erat nomen vnius

Exodi 28. tribus? Nónne id textus declarat, dicens: Portabítque Aharon nomina filiorum Iſrael in rationali iudicij (quod Hebræi חשן choſſen appellãt) ſuper pectus ſuum, quãdo ingredietur ſanctuarium: memoriale coram Domino in perpetuum? Non enim contentus fuit Deus, vt ſacerdos portaret ſuper humeris in duobus lapidibus onychinis (qui vtrumque mũdum ſignificant) nomina tribuum filiorum Iſrael: ſed voluit, vt etiam in choſſen vel pectorali portaret in quolibet duodecim lapidum nomen vnius tribus, in memoriale perpetuum. Ideò ſculpi iuſſit in lapidibus illis incorruptibilibus & precioſis, repræſentantibus duodenarium illum ſupramun-

Plato. danum: de quo Plato pleriſque in locis, Iohannes & Ezechiel ſcribunt.

Apoc 21. Hinc (nõ ſine magno myſterio) deſcripta dicitur ciuitas ſuperna ex illis la-

Ezech. 48. pidibus confecta.

Apoc. 21. 148 Cur ciuitas illa ex illis lapidibus fabricata dicitur? Nónne, quia ibi

Plato in Phedone. ſunt veri lapides, quorum iſti qui precioſi dicũtur apud nos ſunt vmbræ, vt Plato ampliſſimè ſcribit? cum quibus lapidibus conueniunt duodecim

Apoc. 21 Angeli, & duodecim Apoſtoli, quorum nomina Iohannes perhibet eſſe ſcripta in illis lapidibus, in fundamento ſupernæ ciuitatis poſitis. Reſpódent & ipſis lapidibus duodecim tribus, ex quibus Patriarchæ & Prophetæ deſcenderunt. Quorum ſacramentorum non ignarus Paulus dixit E-

Epheſ. 2. pheſiis: Superædificati ſupra fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum. Cùm igitur fundamenta fiant ex lapidibus, & Apoſtoli & Prophetę ſint fundamenta, meritò Apoſtoli & Prophetæ dicuntur illi duodecim

1. Cor. 3. lapides: cùm vtraque familia, Apoſtolorum videlicet & Prophetarum ſit duodenario numero diſtributa, & omnes iſti fundati ſint ſupra primariũ lapidem & fundamentum, præter quod aliud fundamentum primarium nemo ponere poteſt, vt Apoſtolus ait.

149 Cur Deus ſacerdotem iis lapidibus ornari voluit? Nónne (præter ea quæ dicta ſunt) vt per illos lapides ſacerdos attraheret virtutes duodecim lapidum ſupramundanorum pro duodecim tribubus Iſrael? Alter enim alteri correſpondet, & alter alterum trahit, vt manifeſtum eſt iis qui

Triſmegiſt. bene catenam Platonicam & Triſmegiſticam norunt. Nam ipſe Hermes tractatum ædidit de concordia duodecim herbarum cum duodecim lapidibus & duodecim ſtellis, ſicut alibi declarauimus. Ex quorum ſymbolo

Luca 8. ab altero attrahitur virtus alterius. Sed nos, quibus datũ eſt noſſe myſteria regni Dei, illis duodenariis addere poſſumus & potuimus cõuenientiã

duodecim tribuum, duodecim Apoſtolorum, duodecim Angelorum, cum duodecim lapidibus illis ſupramundanis.

150 Cur iubetur ſacerdos portare in pectore doctrinam & veritatem: Exod 28
(vt habet veritas literæ, האורים ואת התומים haurim veet hatumim: Quod rectè interpretando dicimus illuſtrationes & puritates vel innocentias, aut immunitatem ab omni macula. Nónne, vt doceamur, quòd ſacer- Malac.2
dos debet eſſe illuſtratus, maximè in doctrina legis? Iuxta illud Mala- Aggæi.2
chiæ. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam: & legem requirent (ſcili- Oſeæ 4
cet populi) ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum eſt. Vnde per Aggæum dicitur. Interroga ſacerdotem legem: & reſpondebit tibi. Et in Oſæa. Quia tu ſcientiam repuliſti, ego repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Debet quoque præ ſe ferre puritatem, innocentiam, & immunitatem ab omni macula: vt ſtatim ſerioſius declarabimus.

151 Cur ſacerdos (iuſſu Dei) laminam auream in fronte portabat? Inter Exod 28
alia ſacerdotis ornamenta iuſſit Deus fieri laminam auream, quam Hebræi ציץ זהב Ziz zahab nominant: in qua ſculptum erat nomen magnum Dei quadriliterum: & ligabatur ſuper pileolo lineo omnibus ſacerdotibus communi. Pontifici autem aſtringebatur lamina illa, vitta hyacinthina in fronte. Sed quare hoc? Nónne, vt intraret ad ſacra peragenda in nomine magno Dei: vnde omnis influxus & propitiatio? Sacerdotes autem Chriſtiani non in lamina aurea, ſenſibus patente, ſed in fronte Apoc.14
& in anima portant nomen ipſius Dei. Hinc in Apocalypſi dicitur. Quòd ſupra montem Sion ſtabat Agnus: & cum eo centum quadraginta quatuor millia, duodecim millia videlicet pro qualibet tribu: qui omnes habebant nomen Agni, & nomen patris eius ſcriptum in frontibus Ioan.16
ſuis. In quo nomine docemur impetrare gratiam & omnem cœleſtem influxum.

152 Cur ordinatum fuit pallium ſacerdotis cum ſeptuagintaduobus Exod.28 Hierony.
malogranatis? An (vt Hieronymus ſentit) hæc ad ornatum & fauorem ſacerdotis ordinata ſunt? An id magno myſterio iuſſit Deus? Cùm ſolus inter Sacerdotes totius mundi legalis eſſet verus & legitimus. Vnde ipſe ſolus poterat rogare non tantum pro populo Iſraelitico: ſed pro omnibus populis mundi, qui in ſeptuagintaduo idiomata diuiſi ſunt. Hinc portabat in pallio ſeptuaginta duo malogranata, quorum grana ſimul conſtipata vniuſcuiuſque idiomatis populum ſignificabant: pro quibus omnibus deprecabatur ſacerdos: vt ſecretiores Sapientes ſcribunt. Nec ſine myſterio in pallij fimbria collocabantur: vt indicaretur, quòd deprecationes à ſacerdote fiebant primo pro tribubus Iſraeliticis: quarum nomina portabat in Choſſen & ephod, id eſt in pectorali & ſuperhumerali ſculpta in ſuis lapidibus: vt ſupra dictum eſt. Sed populorum ſigna in limbo portabat, extremitate videlicet pallij, nullis eorum expreſſis nominibus: quia eorum nomina in libro vitæ nondum ſcripta erant.

153 An quid ſeptuagintaduo tintinnabula alternatim cum illis malis Exod.28
punicis poſita? An (vt Hieronymus inquit) vt ſacerdos intraret tabernacu- Hierony.

lum totus ſonorus: An (vt myſteria proſequamur) id factū eſt, vt illis tintinnabulis ſacerdos excitaret ſeptuagintaduos principes, qui præferebantur ſeptuagintaduobus idiomatibus: ſex videlicet pro quolibet ſigno? Ad cuius rei exemplar ordinatum fuit conſilium Sinedrim, quod erat ſeptuagintaduorum Sapientum: quibus Deus dedit de ſpiritu Moſi: vt in libro
Num. 11 Numerorum legimus. Et quamuis dicantur ibi ſeptuaginta tantum: duo tamen alij ſurrexerunt in caſtris, Eldad videlicet & Medad prophetantes cum illis ſeptuaginta. A quo ordine non diſcedens Chriſtus ſeptuagintaduos diſcipulos elegit, ad prædicandum in omnem ciuitatem & locum,
Luce. 10 quo erat ipſe venturus (vt Lucas narrat) vt numero illo compleret corpus myſticum: prout in corpore naturali ſunt ſeptuagintaduo articuli aut
Exod. 15 iunctura. Quo ſacramento, tranſacto mari, adinuenit populus ſeptuaginta palmas cum duodecim fontibus. Excitabantur autem hi principes à ſacerdotibus, vt ſuſciperent quæ ſupererant ex influxibus populo Iſraelitico datis. Et hoc in figura & virtute Chriſti: qui omnes populos illos ſaluare debebat.

154 Quod oleum ordinatum fuit ad vngendum ſacerdotem, & vaſa tabernaculi? An ex oliuis expreſſum erat oleum illud? Sed hoc nihil ad ſacra pertinet, niſi in eo, quòd eſt ſignum & ſacramentum. An igitur per
Can. 1 *Pſal.* 44 hoc intelligitur oleum illud, de quo in Canticis Oleum effuſum nomen tuum? Quo quidem oleo perfuſi ſunt nedum ſacerdotes legales, ſed ſummus ſacerdos Chriſtus: de quo dicitur. Vnxit te Deus Deus tuus præ participibus tuis. Hinc Chriſtus, ideſt vnctus dictus eſt. Et hoc oleo, omnes veri Chriſtiani vncti eſſe debent in ſacerdotes Regales. Ipſo
Exo. 23 quoque oleo vnguntur Angeli. Hinc de Angelo in tutelam Moſi miſſo, inquit Deus. Et erit nomen meum in illo. Adeo quòd omnes Dei miniſtros hoc oleo vngi neceſſe ſit. Alioquin non Dei ſed Diaboli ſunt miniſtri.

Cant. 1 155 Cur nomen Dei oleum vel chriſma dicitur? An, quia linit, & facit homines lenes? Sicut de Iahacob, Moſe, & Dauide dicitur. An, quia o-
Acto. 10 leum ſignificat miſericordiam & propitiationem, quæ virtute diuini nominis tribuitur? Hinc Petrus de Chriſto loquens ait. Huic omnes Prophetæ teſtimonium perhibent remiſſionem peccatorum accipere per nomen eius. Quod nomen idem eſt quod nomen quadriliterum: vt alibi declaratum eſt, & infrà (Deo fauente) declarabitur.

SECTIO IIII. DE MORIBVS SACERDOTIS ET CVLTV DEI.

156 CVR Deus defert & deferri iubet Sacerdotibus in vtroque teſtimonio? An, quia ipſi medij ſunt inter Deum & hominem, per quos ſacræ propitiationes & omnia diuina hominibus adminiſtrantur? An, quia vicem Dei tenent in terris? Cum ſint facti iudices animarum, & propitiatores pec-

catorum: quod ſolius Dei proprium eſt. An, quia præ cæteris maiori diuinitate fulgent? Hinc ipſi, Prophetæ & Reges vnguntur, oleo quippe diuinitatis: vt alibi declaratum eſt. Cùm Prophetæ futura prædicentes, & Reges iudicantes fungantur officio Dei. Hinc Iudices dicuntur Dij in Exodo: vbi ſcriptum eſt. Ad Deos vtriuſque cauſa perueniet, id eſt ad Iudices. An, quia in antiquo teſtamento, ſoli ſacerdotes intrabant ſancta ſanctorum: vbi reſidebat diuinitas? An, quia tenent locum ſuperiorem in corpore myſtico ſanctæ Eccleſiæ? Sicut illud diuinum, quod eſt in homine (vocatum ab Auguſtino portio ſuperior, à Iohanne lux omnes illuminans: ab Hebræis verò neſſama) tenet ſupremum locum in homine particulari. De quo in libro, qui Porta lucis inſcribitur, diffusè pertractatur. Reſpondet enim (vt ibidem dicitur) anima animalis populo, ſpiritus retionalis Leuitis, portio verò ſuprema ſacerdoti. *Exo. 22* *Auguſt.* *Ioan. 1* *Porta lucis*

157 Cur & quando ſacerdos ingrediebatur ſanctum ſanctorum? Intrabat quidem ſanctuarium illud, quando propitiationem procurare volebat pro populo, in die videlicet remiſſionis: quem Hebræi הכפרים יום Iom hachepurim vocant. Qui dies ordinatus fuit menſe ſeptimo, numero quidem remiſſiuo, & in decima die Lunæ ipſius menſis: vt in Leuitico habemus. Quo tempore indictum fuit ieiunium & afflictio animæ: vt inde Populus remiſſionem facilius conſequeretur. Interdictum quoque fuit tunc omne opus ſeruile, vt vacaret anima ad libertatem conſequendam per remiſſionem peccatorum. Clangi quoque iubetur tubis, ſicut in die & anno Iobilei. Quod obſeruari iuſſum eſt ſtatuto ſempiterno in cunctis generationibus. Quam remiſſionem Sapientes Hebræi dicunt extendi etiam ad animas defunctorum: & quòd eodem die omnis anima etiam ſoluta à corpore abſoluitur ab omni macula peccati. *Leuit. 23*

158 Quanta munditics exquiritur in ſacerdote, qui Deo miniſtrat? Nónne exquiritur omnimoda mundities, ne offendatur à lympidiſſima luce diuina? Nam anima infecta magis offenditur à luce diuina quàm oculus infectus à luce ſolis. Si enim infectus ſacra pertractare præſumit, non quidem ipſa ſacra inficit, ſed inficitur ipſe. Iuxta illud Apoſtoli. Qui manducant & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit. Hinc Franciſco conſulenti Deum an deberet officio ſacerdotis fungi, Angelus oſtendit ampullam plenam liquore lympidiſſimo, dicens. Sic purus eſſe debet qui eſt ſacra adminiſtraturus. Propterea tanta diligentia in Leuitico iubetur, vt ſacerdos ſit mundus ab omnibus maculis: quarum ibidem multæ commemorantur. *1. Cor. 11* *Franciſcus.* *Leuit. 21*

159 Cur ſacerdos oblaturus ſacra, aut ingreſſurus tabernaculum à vino abſtinere iubebatur? An ne inebriatus aliquē errorem in ſacris cōmitteret? An, vt gratior eſſet Deo: ſicut & omnes illi, qui Deo dedicabantur, vocati Nazaræi, ſeparati videlicet à turba, & ſoli Deo dicati? Sed nónne Chriſtus tradidit nobis ſanguinē ſuum, datū in remiſſionem peccatorū, ſub ſpecie vini ſumendum? An igitur, quia forſitan altius conſcendit myſteriū, quàm *Ibid. 10* *Num. 6*

præ ſe ferat in cortice litera? Vinum, enim ſapientiam rerum inferiorum
Rom.8 ſignificat:quæ ſacris nullatenus eſt admiſcenda. Hinc Apoſtolus ait. Sapientia carnis mors eſt. Et iterum. Sapientia carnis inimica eſt Deo. Quod
Gen.9 in Noch addiſcere poſſumus, qui volens vinum ſacris admiſcere (vt alibi diximus) non ſolum nuditatem, ſed illuſiones pernicioſas, & ignominiam à malo filio perpeſſus eſt. Vnde vinum illud à Chriſto ordinatum, non
Mat.26 mundanæ ſapientiæ typum gerit, ſed vini illius ſupramundani in domo patris æterni ſumendi. Iuxta illud ipſius Chriſti. Dico autem vobis, nõ bibam ex hoc genimine vitis vſque in diem illum: cùm illud bibam nouum in regno patris mei.

Leuit.21 160 Cur prohibetur ſacerdos ne polluatur ſuper mortuo? Nónne hinc
Ibid.11 declaratur quanta munditie ſacerdos refertus eſſe debeat? Cadauera enim omnia immunda lege cenſentur, propter pollutos ſpiritus circa ipſa ſtan-
Num.19 tes: vt alibi dictum eſt. Quæ pollutio tranſit non ſolùm in cadauer, ſed in omnes tangentes illud. Sicut in Leuitico Numerorum libro dicitur. Si-
Ibidem cut, enim infectio patientis epidimiam exhalat & inficit aſtãtem infectione letali: ſic & pollutio aut immunditics cadaueris. Hinc in libro Nume-
Leuit.5 rorum dicitur. Omnis, qui tetigerit humanæ animæ morticinum, & aſperſus hac commixtione non fuerit, polluet tabernaculum Domini, & peribit ex Iſrael. Et idem dictum eſt in Leuitico de tangente quodlibet immundum, ſiue per ſe mortuum, ſiue occiſum à beſtia aut reptile, quòd ſubiacere debeat delicto. Quanto magis igitur ſacerdos, qui omniũ mundiſſimus eſſe debet?

Ibid.21 161 Cur iubetur ne ſacerdos accipiat ſcortum vxorem? An, quia nõ tantum ipſum ſcortũ, ſed etiam merces proſtibuli abominabilis eſt in ſacris? Hinc iubetur, ne huiuſmodi merces oblata accipiatur à ſacerdotibus, nec
Deut.23 offeratur: vt in Deuteronomio legimus. An, ne immundetur ſacerdos in
Gen.2 ſcorto immundo? Cùm in coniunctione coniugum efficiatur ex vtraque vna caro. Vnde, ſi ſacerdos ſcorto coniunctus fuiſſet, facilè ipſius caro ab ipſo ſcorto infecta fuiſſet. Quod à miniſtro Dei penitus alienum eſſe debet. An, quia, cum lege Dei, naturæ inſita, vnicuique viro aſſignata ſit mulier (dicente ſcriptura maſculum & fœminam creauit eos) homo coniun-
Ibid.3 ctus vxori, quæ non ſit ei conſors, diuertit ab ordine naturæ, immo Dei ſic ſtatuentis? Quod ſacerdos faceret, commiſcendo ſe ſcorto, iam cum multis turpiter coniuncto.

Leuit.21 162 Cur prohibetur ſacerdos ne viduam ducat vxorem, aut eam, quæ
1.Tim.5 libellum repudij habuit? An ex eiſdem rationibus, quæ nuper adductæ ſunt de ſcorto non accipiendo? Nam, quamuis vidua licitè accipiatur (iuxta illud Apoſtoli. Volo adoleſcentulas viduas nubere, filios procreare) nihilominus, cùm ab alio viro habita ſit, & cum illo carnem ſuam vnierit, non perfectè & integre vniretur cum ſacerdote. An, quia cum mulier tã-tùm vnicũ habeat parem, & iugalem virum, aut erit fœdata cum ſecundo, aut cum primo: quia ipſius non erat, & conſequenter ſacerdos, qui cum ea miſceretur, macularetur? Quod à ſacerdote penitus alienum eſſe

debet. Hinc igitur contrahitur macula digamiæ, quam noſtri irregularitatem vocant. Nec ab re, cum huiuſmodi, tranſeuntes ad ſecunda vota, declinent à regula, quam naturæ inſitam fuiſſe diximus. Quod tamen tolerandum eſt, ad euitandum maius malum. Sicut Paulus expreſſè aſſerit, dum ait. Melius eſt nubere quàm vri. *1. Cor. 7*

163 Cur iubetur ne ſacerdos ſuſcipiat maculatam corpore, aut ab alio violatam? Nónne eædem rationes, quæ de ſcorto & vidua non accipiendis adductæ ſunt, concludunt non eſſe ſuſcipiendam maculatam aut ab aliquo violatam, ſed tantummodò virginem (vt ibidem dicitur) vt mundus ſit ſacerdos in coniunctione illa facta cum non polluta: & generentur filij abſque macula: qui pro Patre ſacerdotio legitimè fungi poſſint? An, vt ſuam propriam habeat, & coniunctus ſit in terris: ſicut Deus in cœlo coniuges iunxit? Iuxta illud Saluatoris. Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. Coniunxit autem, quando maſculum & fœminam (vt Moſes narrat) creauit eos, & vnicuique ſuam propriam præparauit. Et quamuis (vt dictum eſt) aliæ accipi permittatur: vnica tamen eſt propria ac legitima vxor. Sicut Salomon in Canticis perhibet, dicens. Sexaginta ſunt Reginæ, octoginta concubinæ, & adoleſcentularum non eſt numerus: vna eſt autem columba mea, perfecta mea, vna eſt matri ſuæ electa. Matri videlicet illi, de qua Paulus. Quæ ſurſum eſt Ieruſalem, quę eſt mater noſtra. *Leuit. 21* *Mat. 19* *Gen. 1* *Can. 6* *Gal. 4*

164 Cur ſacerdos prohibetur diſcooperire caput in funere? An hoc intelligitur ne amoueat cidarim è capite: ſicut aliqui expoſuerunt? Sed ad quid Deus hoc ordinauit? An igitur, ne (ſecundùm Apoſtolum) videatur contriſtari, ſicut cæteri, qui ſpem non habent? An, ne ſacerdos Dei viui, cui ille ſeruit, implicet ſe cum mortuis? Cùm Deus ſit viuorum Deus, & non mortuorum. An, ne inficiatur & polluatur à ſpiritibus illis immundis, cadaueribus aſſiſtentibus: vt ſupra dictum eſt? *Leuit. 21* *1. Theſſ. 4* *Luca 20*

165 Cur ſacerdos prohibetur, ne vllo pacto caput aut barbam radat: vt ab Ezechiele habetur? Nónne, quia virilitas & virtus quædam, maximè hominis interioris, in capillis & barba deſignatur? Hinc expreſſè Samſon declarauit fortitudinem ſuam in capillis conſiſtere. Vnde & Rex Hãmon raſit dimidiam partem barbæ nunciorum Dauidis: vt auferret eam partem vigoris, quam poſſet, à Dauide: vt veri Sapientes exponunt. Non igitur Nazaræis, nec ſacerdotibus, nec iis, qui Deo ſe dedicarunt, barba radi debet aut caput: ne videlicet amittatur, vel diminuatur robur, & virtus, per pilos illos ſignificata. Nam quomodò, conſulere poſſent ſibi & aliis, inciſa barba? Cum chriſma & influxus ſupercœleſtis diffundendus per ſacerdotes in populum, per barbam tranſeat: vt Propheta canit. Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam autem Aharon. Quod deſcendit in oram veſtimenti eius, per illam barbam videlicet. *Eze. 44* *Iud. 16* *2. Reg. 10* *Pſal. 132*

166 Cur prohibentur alij, ne barbam radant: vt in Leuitico dicitur? An (vt dictum eſt) ne diminuant robur & virtutem? An, ne iniuriam faciant *Leui 19*

Deo,qui dedit barbam in diſtinctam cognitionem ſexus virilis, & in ornamentum faciei ipſius? An(vt ſecretiora tangamus)ne diſcooperiantur & pateant poroſitates pilorum vento & infectioni multiplici, quæ ſolet in aere à ſpiritibus immundis generari: qui vndique circuneunt, quærentes
Gen.3 quomodò nobis nocere poſſint? Cum inimicitiæ inter nos & ipſos à Deo ſint poſitæ.

1.Cor.11 *1.Pet.2* 167 Sed cur monet Paulus ne vir etiam laicus comam nutriat? Nónne Apoſtolus curat de omnibus:cum Chriſtiani omnes ſint ſacerdotes? Iuxta illud Petri. Vos eſtis genus electum, gens ſancta, Regale ſacerdotium. Quibus omnibus interdicit, ne longam comam nutriant: quod mulierum eſt: quæ vtuntur capillis pro velamine: vt cooperiant caput. Cùm mulieris caput ſit vir:vt ibidem ait Apoſtolus. Vir autem, & potiſſimè ſacerdos debet oſtendere caput: quia eſt caput mulieris: ſed non penitus: cum caput eius ſit Chriſtus. Hinc ſacerdos legalis ornabat caput ſuum,
Exod.28 *Eze.44* quando ingreſſurus erat ſancta ſanctorum. Iuſſum enim ei fuit portare in lamina aurea nomen magnum Dei inſcriptum. Quo nomine gaudet Chriſtus:vt alibi dictũ eſt. Hinc in Ezechiele dicitur, quòd ſacerdos nõ nutriat comam,neque ipſam radat, ſed tondeat. Quod faciebant (vt Hebræi docent)ſingulis octo diebus. Et ſic in eo quòd homo eſt caput mulieris, caput oſtendebat ſacerdos:in eo autem, quòd Chriſtus eſt eius caput, tondebat caput ſuum.

Iſa.7 *Orige.* 168 Cur dicit Iſaias,quòd radet Dominus barbã, caput & pilos pedum iis,qui ſunt vltra Euphratem? Nónne,quia multiplex eſt barba, aut robur per barbam aut pilos ſignificatum? Eſt enim(vt Origenes ait)robur Chaldæorum & Aſſyriorum in ſcientiis Magicis & necromanticis. Eſt robur Ægyptiorum in diuitiis:robur Perſarum in Magia multiplici:robur Græcorum in cauillationibus & inani philoſophia & eloquentia. Cuiuſmodi robora omnia recidenda ſunt iis qui Deo ſe dedicare volunt. Eſt etiam robur ſacerdotum & ſeruorum Dei in chriſmate diuino, & in gratia Spiritus ſancti, nullo modo radendum aut abdicandum. Eſt & aliud robur, quod cum diuino cultu nullatenus conuenit. Et hoc eſt amouendũ. Hinc
Deut.21 in Deuteronomio iubetur, quòd ſiquis è populo Iſraël voluerit accipere alienigenam & captam in prælio vxorem, radat ei cæſariem, incidat vngues, & exuat eam veſte captiuitatis:vt ſic ab omni impedimento nudata percipere poſſit diuinum robur,quo poſſit generare puriſſimos vernaculos Domino Deo Zebaot. Eodem iudicio iubentur radi pili totius corporis iis, qui lepra infecti fuerint. Nam lepra immunditiem & peccatum,
Leui.14 cultui diuinò contrarium ſignificat.

Exod.28 *Num.16* 169 Cur omnis ſacerdos eſſe debet de ſemine Aharon: Nónne, quia tribus illa electa fuit à Domino,vt ipſi ſeruiret:ſicut vocabulum patris illius tribus indicat? Leui,enim copulatum aut adhærentem ſignificat. Hinc iſta tribus fuit ſemper adhærens & copulata Deo. Et ex hac tribu peculiariter electa fuit familia illa Aharon, qui mons fortitudinis interpretatur. Vnde iudicatur ſacerdotem debere eſſe veluti montem & propugnaculum po-

puli. Sed cur Deus magis hunc quàm alium elegerit, non poteſt reddi ratio. Cum electio alicuius particularis ſit à mera voluntate diuina, cuius non eſt ratio. Hinc ait Apoſtolus. An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in cõtumeliam? Nec poteſt dicere figmentũ ei, qui ipſum finxit. Quid me feciſti ſic? Quamuis autem non poſſit reddi ratio primariæ electionis, quando videlicet omnia ordinauit Deus in excelſis: tamen ſtante illa præordinatione dicemus, quòd ſicut Iſraelitica familia diuiſa fuit in duodecim tribus, vt hauriret totum influxum duodenarij ſupramundani: ſic iſta tribus hauſit (vt condecens erat) influxum ſupramundani roboris. Hinc Leui fortiſſimus erat: qui cum ſolo Simeone auſus fuit aggredi omnes Sichimitas: vt in Geneſi habetur. *Rom. 9* *Gen. 34*

170 Cur Chriſtiani indifferenter omnes ad ſacerdotium admittunt? Nónne, quia in Chriſto omnia innouata ſunt? Iuxta illud Iohannis. Et dixit, qui ſedebat in throno. Ecce noua facio omnia. Inter cætera autem innouatum eſt ſacerdotium: vt Paulus longo ſermone diſſerens, concludit, quòd ſacerdotium ſimul cum lege tranſlatum eſt. Vnde non ſecundum legem mandati carnalis, ſed ſecundum virtutem vitæ indiſſolubilis ſacerdos nunc ordinatur. Hinc non habetur ratio genealogiæ carnalis, ſed exquiritur, quòd ſit renatus in Chriſto Ieſu. Nec admittendi eſſent ij, qui ſunt vix nomine renati, & non ſecundum rem. Nam renati verè, non viuunt ſecundum carnem & ſanguinem, ſed ſecundum Deum in ſpiritu: qualis eſt adminiſtratio, quam habent. *Apoc. 21* *Heb. 7*

171 Sacerdos cur iubetur præcedere ſtationes? Nónne, quia (vt Malachias ait) Angelus Domini exercituum eſt? Hinc ad ipſum tanquàm ad ducem ſpectat prius aggredi pugnam, & tutari non ſeipſum tantummodò: ſed plebem omnem ſibi commiſſam: & hortari populum ad bellum, excluſo omni timore. Quod facere nequit, niſi perfecta charitate fulgeat. Nam perfecta charitas (vt Iohannes inquit) foras mittit timorem. Et idem Plotinus docet. Hinc de ipſo ſacerdote loquitur Deus in Deuteronomio, dicens. Appropinquante iam prælio ſtabit ſacerdos ante aciem, ſic alloquens populum. Audi Iſrael. Vos hodie contra inimicos veſtros pugnam committitis, non pertimeſcat cor veſtrum: nolite metuere: & nolite cedere: nec formidetis eos: quia Dominus Deus veſter in medio veſtri eſt, & pro vobis contra aduerſarios dimicabit, vt eruat vos è periculo. Quod ſacerdos ſpiritualis, & dux belli cœleſtis facere debet erga populum ſibi creditum. Quod quidem officium negligentibus aut neſcientibus plæriſque ſacerdotibus proſequi, Prædicatores efficiunt: ipſis præbendis & temporalibus inhiantibus. *Deut. 20* *Mal. 2* *1. Ioan. 4* *Plo. c. 5 de Virtutibus.* *Deut. 20*

172 Cur dicitur quòd Aharon ſtetit intrepidus & mente fœcunda inter mortuos & viuentes? An, quia officium ſacerdotis eſt ſtare inter mortales homines & Deum viuentem, vt Mediatoris officio fungatur? An, quia ſacerdos ſtare debet inter viuentes in gratia, vt eos corroboret (iuxta illud, quod Epiſcopo Eccleſiæ Sardis dicitur. Eſto vigilans, & confirma, *Num. 16* *Apoc. 3*

quæ moritura erant, ne videlicet moriantur) & inter mortuos, vt videlicet eos à morte ſuſcitet? Sicut fecit Aharon, qui (vt in libro Numerorum legimus) pro populo deprecatus eſt, & plaga ceſſauit. Vnde indigni ſunt nedum Sacerdotio, ſed etiam nomine Sacerdotis ij, qui non valent tempore belli & neceſſitatis defendere populum orationibus: & gladio ſpiritus, qui eſt verbum Dei, pro ipſo dimicare.

Num.16

Ephe.6

Num.16 *Apoc.12* *Gen.34*

173 Cur Chorach volens Sacerdotio fungi tam acriter punitus eſt? Nónne, quia vendicare ſibi voluit gradum, qui ei minimè competebat? Hinc & Draco è paradiſo expulſus fuit: & Adam è voluptate eiectus. Sic & Chaim dimiſſus fuit à facie Domini, quia occidit Habel ſacerdotem Deo gratiſſimum (cum ad ipſum & ad munera eius aſpexerit) credens inde ſolus offerre ſacrificium Deo gratum. Propterea, cum Chorach & eius aſſeclæ voluerint aſſumere & vendicare ſibi officium Aharon ſacerdotis, & etiam Moſi Regis, Domini ſententia deglutiti fuerunt à terra: quæ aperuit os ſuum, & abſorbuit Chorach, qui vicem Chain tenebat: ſicuti aliquando aperta fuit, & deglutiuit ſanguinem Habel, quem occidit ipſe Chain. Et hoc, vt comprobaretur, quòd Moſes fuerat à Deo electus in Ducem ac Regem populi, Aharon autem in ſacerdotem. Quod cognoſcens Moſes, intrepidus dixit. Si conſueta hominum morte interierint, & viſitauerit eos plaga communis, non miſit me Dominus. Sin autem rem nouam fecerit Dominus, vt aperiens terra os ſuum, deglutiat eos, deſcenderíntque in infernum viuentes: ſcietis, quia blaſphemauerunt Dominum, audentes videlicet ei adminiſtrare, ad hoc non aſſumpti. Hinc clare comprobatur, quòd nemo debet ſibi aſſumere honorem, niſi vocatus à Deo tanquam Aharon: vt Apoſtolus docet.

Num.16

Heb.5

Num.17 *Rom.13* *Dion. in li. de regno.*

174 Cur virga Aharon & non aliarum tribuum floruit? Nónne virga eſt poteſtas tam ſæcularium quàm ſpiritualium Principum? Vnde Regi datur ſceptrum, & Epiſcopo paſtorale, quaſi quoddam ſceptrum. Quæ virga aut poteſtas vera à Deo tribui debet. Sicuti Paulus, & Dion Platonicus docent, dicentes quòd non eſt poteſtas niſi à Deo. Sceptrum autem hominibus datum eſt ſignum poteſtatis à Deo donatæ: ſicut oleum, quo exterius vnguntur Reges, ſacerdotes & Prophetæ, eſt ſignum veri chriſmatis, quo à Deo huiuſmodi perfunduntur. Et tantum viget illa poteſtas vel virga, quãtum à Deo præſtatur vigor. Iuxta dictum ſummæ veritatis. Non habgres in me poteſtatem, niſi datum tibi fuiſſet deſuper. Floruit autem virga Aharon & non aliorum, vt indicaretur, quòd ſoli Aharon Deus vigorem ſacerdotij dederat. Et ſi multi aliunde intrant in hoc paſtorale officium, de vnoquoque illorum ait ſumma veritas, quòd eſt fur & latro, & non quærit niſi vt perdat, & mactet.

Ioan.19

Ibid.10

Num.17

175 Cur flores illi in amygdalum eruperunt? An, non tantum virga Aharon floruit, ſed fructum produxit: vt indicaretur munificentia Dei, quæ plus dedit quàm promiſerat? An (vt ad myſteria tranſeamus) per flores intelliguntur cogitationes, quæ odoriferæ & bonæ debent eſſe in ſacerdote: per folia verò virentia, verba in ſalutem animarum proferenda (vt de fo-

liis

liis illius ſupracœleſtis arboris à Iohanne dicitur, quòd erant in ſanitatem gentium) per fructus autem, bona opera deſignantur? ſed cur magis fuit fructus amygdalinus quàm alius? nónne, quia hic eſt fructus ſanitati amicus, qui infirmis etiam conceditur, ſæpe ipſius ſenem corroborat & lætificat? Hinc apertiſſimè bona opera ſignificat, quia nihil tam ſenem lætificat (vt ait Cicero) quàm benè actorum iucundiſſima recordatio. *Apocal. 22* *Cice. de ſene.*

176 Qualis eſſe debet ſacerdos vt ſit dignus Dei miniſter? Nónne, ſi ſacra & diuina dare debet, ſymbolum cum ipſo Deo & ſacris meritò habere debet? Et ſi interceſſurus eſt pro peccatis populi, nónne ipſe debet eſſe immunis à peccato, aut expurgare ſe, vt in Leuitico iubetur, & à Paulo confirmatur? Tertiò ſi doctor populi eſt conſtitutus, nónne pollere debet doctrina legis, vt in Aggæo dicitur: Interroga ſacerdotem legem, & reſpondebit tibi? Nec enim ſecundum legem iudicare poteſt, & decernere cauſas niſi ſit peritus in lege. Et cùm ſacerdos ſit Angelus Domini exercituũ & ductor populi, nónne debet dignoſcere viã Dei. Et ſi denique ad ipſum tanquam ad Mediatorem ſpectat reducere populũ ad Deum, nónne neceſſe eſt, vt videat ipſum Deum ad quem intendit populum reducere? Sed quomodo quis Deũ videre poſsit, pulcherrimè declarat Plotinus, dum ait: Efficiatur diuinus pulcher atque Deiformis qui modò ſit diuinã pulchritudinem inſpecturus. *Leuitic. 4* *Hebr. 7.* *Aggæi 2.* *Malach. 2.* *Ploti. c. 9. de pulchritud.*

177 Quis amiſſum verum Dei cultum inſtaurauit? An Noe, qui ſolus iuſtus repertus fuit in generationibus ſuis, qui etiam (Beroſo teſte) Italos ſacra & Dei cultum docuit? An Abraham, de quo Orpheus, cùm de Deo ageret, inquit: *Geneſ. 6.* *Beroſ. chaldæus.* *Orpheus.*

Nemo illum niſi Chaldæo de ſanguine quidam
Progenitus vidit?

Quod (nulli dubium) de Abrahã dictum eſt, qui vltra Euphratẽ inter Chaldæos natus eſt. Nã ei Deus dedit pactũ fidei, & cultus diuini, & eius nomen cum ſacramento maximo mutauit, in literas reddẽtes in numero ducenta quadraginta octo, quot ſunt præcepta affirmatiua, quæ in lege obſeruanda traduntur, vt ſuprà diſſeruimus. Quæ omnia perfectiſsimè obſeruauit, antequam per Moſem publicarentur, vt in Geneſi legitur. Hinc non ſine cauſa dicitur pater fidei, cultus videlicet Dei, & de genere ipſius oportet eſſe, quotquot ſaluari debent, vt Chriſtus innuit, dicẽs: Salus domui facta eſt, eò quòd & ipſe ſit filius Abrahæ. Qui quidem primò Hebræus dictus eſt, non ab Heber (vt aliqui opinantur) ſed ab עבר habar, quod tranſiuit ſignificat, vt alibi diximus: Cùm Deus iuſſerit ipſum exire è cognatione ſua, & tranſire Euphratem ad terram peregrinam. *Geneſ. 17.* *Ibidem 26.* *Luca 19.* *Geneſ. 12*

178 Cur dixit Deus: Audi Iſrael, Dominus Deus tuus Deus vnus eſt? Nónne id dictum eſt ne error inuaderet quempiam audiẽtem verba, quæ videntur innuere multiplicitatem in Deo: vt illud, Deus Abraham, Deus Izahac, & Deus Iahacob? An, cùm audiuntur diuerſa nomina, quibus vocatur Deus, vt Elohim, El, Adonai, Sadai, & huiuſmodi? An cùm audiũtur, quæcunque enumerationes, quæ Deo aut diuinis attribuũtur? cùm Deus *Deuter. 6.* *Exodi 3.*

huiuſmodi ſit, vt nunquã ab vnitate diſcedat, per quaſcunq; enumerationes in ipſo factas: nã omnia quæ in eo ſunt, ratione ſuæ infinitatis adeò identificantur, vt ſemper liceat & debeat dici, ꝙ in eo omnia ſunt vnũ. In quam ſententiam non modò lex & Theologi noſtri conueniunt, ſed etiã Philoſophi, quod & rationibus probant. Hinc Ariſtoteles Homeri ſententiam proſequutus, ait: Entia nolunt malè diſponi. Ideò vnus princeps, Plato autem Parmenidem imitatus non tantùm dixit, quòd omnia quæ ſunt in Deo ſunt vnum, ſed omnia quæ ſunt, in quantum ſunt in Deo, vnum ſunt.

Metaph. 12 *Plat. in Parmenide.*

179 Cùm Deus ſit ſummè vnus, cur dicit Propheta: Deus Deorum Dominus locutus eſt? An Deus per eſſentiam eſt vnus, multi autem per participationem? Quo ſenſu alibi decãtauit idem Vates, dicens: Ego dixi, Dij eſtis, & filij excelſi omnes. Quod exponens Chriſtus, dixit: quòd Dij ſunt, ad quos ſermo Dei factus eſt. Nam denuò (vt Iacobus ait) genuit nos verbo veritatis. An ſunt Dij per participationem, & per chriſma diuinitatis? iuxta illud Iohannis: Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. An per virtutis excellentiam, vt Ariſtoteles perhibet? An dicũtur Dij, quia vicem Dei tenent: ſicut de iudicibus in Exodo dicitur: Ad Deos vtriuſq; cauſa perueniet, i. iudices. Et Propheta: Deus ſtetit in ſynagoga Deorum, in medio autem Deos diiudicat, i. iudices qui malè iudicant.

Pſalmo 49. Ibidem 81 Ioannis 10 Iacobi 1. Ioannis 1. Ethicor. 7 Exodi 22. Pſalmo 81.

180 Cur in Iſaia dicitur, quòd cœlum eſt ſedes Dei, terra verò ſcabellum pedum eius? An, vt innuatur quòd Deus omnia implet, & vbique dominatur, in cœlo videlicet & in terra? An, quia in cœlo ſedet mundum diiudicans: ad terram autem extendit pedes affectuum, vt habitantibus in ea ſuccurrat? An per cœlum anagogicè intelligitur (vt ſecretiores Theologi docent) locus ille in medio cœli, qui Sol dicitur? iuxta Prophetæ dictum: In Sole poſuit tabernaculum ſuum. Qui locus dicitur quoque domus Iahacob, in quam (vt Gabrielis oraculum perhibuit) debebat regnare & ſedere Chriſtus in æternum. Terra autem vbi pedes tenet, eſt extrema omnium manſionum ſupracœleſtium, quæ aliquando terra viuentium, & aliquando regnum cœlorum ab ipſis ſecretioribus Theologis nominatur. De qua terra Propheta canit: Credo videre bona Domini in terra viuentium.

Iſaiæ 66. Secret. theo. Pſalmo 18. Lucæ 1. Pſalmo 26

181 Cur Deus à nobis cultum exigit? Nónne quia natura id exigit? ſicut etiam Ariſtoteles perhibet, dicens: Sacrificare Deo eſt à natura. Et hoc eſt adeò naturale, vt Proculus de mente Platonis, Iamblici, Porphyrij & Plotini dicat, quòd eſt nobis proprium quarto modo dictum, competens videlicet omni, ſoli, & ſemper, vt Logici dicunt: nam in omni natione fuit laudata & obſeruata oratio atque diuinus cultus: competitque ſoli, quia inter animantia ſolus homo orat, ſemper quoque hoc repertum fuit. Incipiendo enim ab exordio mundi, Habel & Chain obtulerunt Deo ſacrificia, quamuis alter illorum nõ grata, quia obtulit de fructibus terræ maledictæ. Sed cur Deus hoc naturę indidit? An, vt ſacrificia & orationes eſſent nobis medelæ liberantes animam à morbis: vt Heraclitus apud Iam-

Ethicor. 5 Procul. de orat. & prec. Porphy. c. de proprio. Geneſ 4. Heraclitus Iamblicus in lib. de myſterijs Aeg.

blicum aſſerit? An, vt nos per orationes & ſacrificia domeſtici Dei, & inde diuini efficeremur? Hinc Pythagoræi dicebant, Viuendũ eſt Diis, cùm ſine ipſis nihil ſimus. In primis autem Deo primo viuendum eſt (vt cum Platone loquamur) poſtea cæteris Diis qui Angeli ſunt deferẽtes orationes & ſacrificia noſtra Deo, mediique exiſtentes inter ipſum & nos, vt à Raphaele docemur. *Pythagoræi.* *Tobiæ 12*

182 Cur Deus thure & thymiamate oblectatur? Nónne, quia Deus ignis exiſtens delectatur rebus ignitis, quæ per fumum & flammam conſcendunt ad eum, cuius fauore producta ſunt, vt ſit quædam fœnoris reſtitutio? Hinc ipſe Deus (vt Propheta canit) facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem vrentem. Quem ignem Chriſtus (vt ipſemet perhibet) venit mittere in terram, cupiẽs vt ardeat, & inflammet corda, & orationes noſtras, quæ inflammatæ aſcendant in conſpectum Dei. Hinc dicebat Propheta: Dirigatur oratio mea ſicut incẽſum in cõſpectu tuo. Quod incenſum ignitum licet ſuapte natura aſcenderet, tamen adhibebatur fumus herbæ cuiuſdam, qui adeò rectè aſcẽdebat, vt ventum aut turbinem repententem non timeret. *Deuter. 4* *Pſalmo 103.* *Luce 12* *Pſalmo 140.*

183 Cur toties in lege repetitur, Odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis? Cùm enim Deus abſolutus ſit à ſenſibus qui odoribus alliciuntur, quam ſuauitatem ex odoribus capiebat? An, quia ſicut fœtores pertinent ad craterem inferiorem vbi ſunt omnia immunda, ſic odores ad ſuperiorem partem ſpectant? Vnde oblata afferunt Deo oblectamentum, ex concinnitate reſultante ex rerum conuenientia. Quo ſenſu dixit ſummus Doctor: Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo. Hinc peccatum & deordinatio maxima, quando odores & incenſa ſpiritibus immũdis dantur. An illi odores oblectamẽta afferebant virtutibus cœleſtibus, quæ aliquo ſenſu vigent: & illos odores ſuſceptos Deo offerebant, in meliorem ſortem mutatos. An oblectabatur Deus odoribus illis & fumo ſignificãte (vt Zohar docet) id quod pro debilitate noſtra facere poſſumus? Hinc Deus odores huiuſmodi cum gratia ſuſcipiens, inflammabat oblata cœleſti igne, vt pleriſque in locis & maximè in Leuitico legimus. *Matth. 22* *Zohar* *Leuitic. 9.*

184 Cur Apoſtolus dicit de regeneratis per fidẽ & baptiſmum, Chriſti bonus odor ſumus? An quia ſicut flores & herbæ pullulantes odorẽ reddunt, ſic & primi illi regenerati à Chriſto, veluti flores odorẽ Deo reddebant in ſpiritu ſuauiſſimũ? An, quia omnes repleti virtutibus, reddũt odorẽ ſuauitatis Domino, fœlicius quàm odores & aromata corporea? Quẽadmodũ fecit Chriſtus, qui (vt idẽ Apoſtolus ait) obtulit ſemetipſum hoſtiã Deo in odorem ſuauitatis. Qui odor adeò vbique diffuſus eſt, vt omnes illũ ſentiẽtes dicere poſſint: In odorem vnguentorũ tuorũ currimus. Nã ſicut ſenſus animalis odore corporeo oblectatur, ita ſenſus ſpiritualis & diuinus munditia & odoramentis virtutum oblectatur. *2. Cor. 2.* *Epheſ. 5.* *Cantic. 1.*

185 Cur Deus à nobis primitias exigit? Nónne cõueniens eſt, vt ipſe qui primum principium eſt omnium rerũ, primos fructus rerum à ſe productarum exigat? Hinc exquirebat non ſolùm primos terræ fructus, ſed pri- *Exodi 22,* *Ibidem 13.*

Ioannis 3. mogenita animalium & hominum. An, quia ſicut ipſe nobis tradidit primum filium & vnigenitum, ſic exigit à nobis primogenita noſtra, vt reddamus Deo antidotum quod debemus?

Leuit. vlt. 186 Cur Deus à nobis etiam decimas exigit? An, quia ſicut Deus prima cauſa & primus parens omnium exiſtens, primitias exquirit: ita finis exiſtens exigit decimas & omnem denarium, qui eſt finis omnium numerorum, vltra quem (vt *Ariſt. l. in proble. sect. 15.* Ariſtoteles fatetur) nec ingenium nec natio aliqua alium reperire potuit? & quia Deus eſt principium & finis omnium: Hinc pluries ipſemet repetit in Iſaia, dicens: Ego ſum primus & nouiſſimus. An *Iſa. 41 44. & 48.* quia terra & creatura tanquã cœli vxor (vt antiqui Theologi dicunt) debent viro fructus? Hinc, quia & ipſius habitatores indigent, cœlum munificum & Deus habitator eius primitiis & decimis tãtùm contentus eſt, habitatoribus terræ relicto fructuum reſiduo.

187 Quo ordine dabantur decimæ? Nónne ex centum quæ colligebat *Numer. 18* populus decem dabantur Leuitis? quibus vt ipſi eſſent contenti iubebat Deus: & nihil aliud poſſiderent, vt ſcilicet Deo dicati viuerent ex iis quæ Dei erant. Ideò inquit Deus: Nihil aliud poſſidebũt decimarum oblatione contenti. Ex qua decima Leuitis data iterum fiebat decimatio, quã He- *Ibidem.* bræi תרומה מתרומה terumah miterumah vocant, ideſt, decimationem de decimatione. Et hæc dabatur ſummo ſacerdoti, adeò vt cẽtenarius numerus eſſet populi, denarius purior Leuitarum, vnitas puriſſima ſacerdotis ſummi. Purior enim numerus dicitur minus admixtus: vnitas verò puriſſima quia nullam mixtionem admittit, denarius autem aliquam, quia cõponitur ex numeris, centenarius maiorem, quia componitur ex denariis compoſitis ex numeris. Quantò igitur numerus minùs cõpoſitus & ſimplicior eſt, tantò perfectior, perfectioríque debetur, & quantò magis cõpoſitus, tantò imperfectior, & imperfectioribus debetur. Conuenit autẽ centenarius cum populo, & cum anima animali, conuenit denarius cum Leuitis, & ſpiritu rationali: conuenit vnitas cum ſacerdote, & portione ſuperiori. Sed cur denarius compoſitus debetur Deo ſimpliciſſimo? debetur namque non in eo, quòd numerus cõpoſitus, ſed in eo quòd finis numerorum (vt aliàs dictum eſt) nec vt numerus multiplicatus, ſed vt habet rationem vnitatis, quia eſt vnus denarius, & principium denariorum, alterius videlicet numerationis.

188 Cur olim Deus exigebat ſacrificia? Nónne, quia exquirebatur ſan- *Hebr. 9.* guis in purgatione peccatorum, quæ per carnem & ſanguinem committebantur? ſicut Paulus apertè docet, dicens: Et omnia penè in ſanguine, ſecundum legem mundantur: & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio. Quæ peccata expiari iubebantur per ſanguinem animalium, quouſque veniret ille qui vero ſanguine per animaliũ ſanguinem figurato expurgare debebat omnia. Aſtantes enim tribunali iuſtitiæ conſpicientes, quòd peccata committebantur per ſanguinem, id eſt, per animam animalem in *Origenes.* ſanguine reſidentem (vnde exoritur concupiſcẽtia vel concupiſcibilis vis atque iraſcibilis, veluti duo fomites peccati: vt Origenes docet) ſanguinẽ

exquirebant in purgationem peccati,& niſi dabatur ſanguis, accuſabant nos ſemper coram Deo.Et hoc faciebant non tantùm illæ ſupremę virtutes,ſed inferiores & immundæ poteſtates, quibus Chriſtus omnium parens ſecundum ſpiritum ſuo ſanguine ſatisfaciens amouit omnes accuſaſatores. Hinc Iohannes ait: Proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum. *Apocal.12.* Quod Paulus clarius referans,dixit: Pacificans per ſanguinem crucis eius *Coloſſ.1.* ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terris ſunt. Pacificauit enim omnes cũ Deo, ſatisfaciens ſanguine proprio,adeò vt nullus amplius à nobis ſanguinem quærat.

189 Cur Deus præter ſacrificia etiam munera exigebat? Nónne, quia Deus non contentus ſanctificare populũ vno modo, plura ordinauit,nedum in moribus,ſed etiã in ſacrificiis? Pro peccato enim iuſſit offerri peccatarium & holocauſtum,quod Hebręi עלה holah dicunt. Pro culpa verò ſacrificium culpatarium,quod ipſi Hebræi אשם aſſam nominant. Prò pace cum ſuperis facienda, ordinatum erat ſacrificium pacificorum, vocatum ab eis שלמים ſelamim. Pro errore verò,quem שגגה ſegagah vocãt, ſacrificium ab eo denominatum. Ad conciliãdos autem eos qui ſunt à ſiniſtris,ſacrificium veſpertinum. Ad comparandũ verò fauorem ab iis qui ſunt à dextris,ſacrificium matutinum.Diuerſaque in huiuſmodi litari iuſſa ſunt,pro exigentia rerum occurrentium.Et præter hæc omnia,munera *Numer.15.* exigebat ſpontanea & libera,quia hilarẽ datorẽ(teſte Paulo)diligit Deus. *2.Cor.9.* Et hoc ne ingratitudinis arguamur,ſi tanto benefactori Deo tantillũ antidoti non reddamus, cùm æquiualens ei reddere non poſſimus, vt etiam *Ethicor.9.* Ariſtoteles perhibet.

190 Cur & quo calatho aut carthallo iuſſit Deus dari primitias & de- *Deuter.26.* cimas? An,quia eſt vas aptum ad portandum? An(vt myſteria referemus) quia decimæ vel munera in illo vaſe collecta,indicabant cõuentum & aſſenſum offerentiũ,quem Deus ſummoperè diligit? Hinc Chriſtus docuit reconciliandũ eſſe fratrem(ſi qua inter ipſum & offerentem fuerit diſſenſio) antequã munus offeratur,vt in Matthæo legimus. Vnde docemur,ꝙ *Matth.5.* niſi ablato diſſidio conſenſus & amor ſit redintegratus in offerente, munus non eſt gratum Deo.Hinc panis Deo oblatus,nobiſq; ad comedendũ traditus,vocatur communio,quaſi omniũ participantium vnio.Carthallum autem,quo offerre debemus,eſt vas cordis noſtri,quo complecti debemus omnẽ proximũ, vt ſi iuſtus,conſeruetur: ſi verò malus,corrigatur.

191 Cur Deus ſpiras,placentas,lagana & huiuſmodi in oblationibus e- *Exod.29.* xigebat? Nónne quia omnia iſta ex pane fiebant? nec de eorum forma cu- *Leuit.2.7 8* randum eſt,cùm interpretes ad libitum huiuſmodi nomina dederint. Pa- *Numer.6.* nis autem erat præcipuum quod in ſacrificio offerebatur. Hinc Chriſtus virtutem omnium ſacrificiorum(quæ multiplicia in lege demãdata ſunt) concluſit in oblatione panis & vini. Quæ quidem oblatio eſt conformis oblationi factæ à Melchizedech,ſecundum cuius ordinem aut verbũ ipſe *Geneſ 14.* Chriſtus eſt Sacerdos.Et id,quia volens denotare conuiuium,quod in ſa- *Pſalmo 109.* crificio facimus cum Deo,per panem omnium ciborum perfectiſſimum:

& per vinum omnium potuum celeberrimum,ipſum cōuiuium deſignauit. An,quia panis vnus ex multis granis tritici confectus,& vinum,quod ex multis vuarum granis conficitur, elegātiſſimè exprimit vnionem cordis,quæ ex multis offerentibus fieri debet,ſicut ſuprà tactum eſt?

192 Cur aliqua ex his offerri iubentur linita oleo, & aliqua oleo ſubacta? An,quia oleum(vt aiunt)miſericordiam & gratiam ſignificās, innuit quòd hæc offerri debent cum gratia Dei, & ab eius miſericordia ſuſcipi? An(vt altius conſcendamus) cùm oleum(vt aliàs dictum eſt)diuinitatem, qua omnes perfundi debemus ſignificet:voluit Deus per hæc munera vario modo oleo confecta, diſtinctos diuinitatis nobis commūnicatæ gradus deſignare?cùm ipſa diuinitas nō communicetur æqualiter omnibus. Nam aliqui ipſa liniuntur,aliqui autem vſque ad cordis intima penetralia perfunduntur.

Leuit.2. 193 Cur ex ſimila aliqua offerri iubentur? Nónne per ſimilā quæ eſt farinæ perfectior atque delicatior pars innuitur,quòd ex toto Eccleſiç corpore myſtico per farinam deſignato, Deus elegit perfectiorem partē pro ſe,Sacerdotes videlicet & Religioſos in miniſtros ſuos peculiares?Et hæc ſimila debet eſſe vncta,ſubacta, & perfuſa oleo, quia ipſi Dei miniſtri debent vero diuinitatis oleo perfundi prout ipſi poſſunt. Debet quoq; perfundi thure,vt ibidem dicitur:quod thus iam diximus orationem ſignificare. Quæ oratio potiſſimè frequentāda eſt à Sacerdotibus & Religioſis, *Oſe.4.* qui(vt in Oſæa dicitur)comedunt peccata populi:nam quando Sacerdotes decimas,& Religioſi eleemoſynas à populo ſuſcipiunt,peccata quoq; *Leuitic.4 Numer.15* eorum ſuſcipiunt,pro quibus propitiationem à Deo impetrare debent,vt Scriptura pleriſque in locis repetit.

Leuitic.23. Numer.28. 194 Cur Deus requirit azima,præſertim in ſolēnitate primi menſis,paſcæ videlicet,penitus prohibendo fermentū? An quia fermentū(vt inquit *1.Cor 5. Galat.5.* Apoſtolus)quāuis modicum,totā maſſam corrūpit?quæ corruptio à muneribus Deo oblatis aliena penitus eſſe debet:vnde innuitur,quòd qui ſemetipſos Deo offerūt,mundi eſſe debēt.Hinc ſequitur Paulus dicēs:Itaq; epulemur,non in fermēto veteri,neq; in fermēto malitiæ & nequitiæ,ſed in azimis ſinceritatis & veritatis. An,quia (vt ad penetralia ingrediamur) Deus in tota lege intēdit, vt quoad poſſumus ei aſſimilemur in omnibus operationibus noſtris?Hinc rationem ſabbati cuſtodiēdi aſſignās,apertè *Exodi 20* proteſtatus eſt,dicēs: Quieſcite in die ſabbati ab omni opere ſeruili, quia in illo die quieuit Deus ab omni opere quod creauerat ad faciendū,videlicet pro tempore. Pari quoque ratione,cùm mundum creauerit in menſe primo,non per generationem naturalem,quæ fieri nequit ſine alterius *1. de generatione & corrupt.tex.17* corruptione (vt Naturales aſſerūt) ſed per creationem ſine aliqua præuia corruptione,ad id repræſentādum(vt conformes ei inueniamur) iuſſit,vt comederetur panis nulla corruptione præmiſſa vel admixta.

Leuit.2. Exodi 12 Leuitic.9 195 Cur omnia hæc cocta in clibano exigebat? An,vt tolleretur horror quem cibus crudus generare ſolet? ſed cur Deus iuſsit in Exodo agnū paſcæ,ſiue trāſitus coqui non in aqua,ſed igne?Et cur omnia ſacrificia, quā-

uis igne appoſito à miniſtris altaris fumigantia, tamen igne è cœlo miſſo *Numer.19*
ipſa penitus cōburebat?nónne ſicut aqua iuſsit homines lauari, ita voluit *Exod. 30.*
ſacrificia & munera igne coqui vel cōburi, vt inde denotaretur quòd illa
oblata & etiā offerentes debent tēpore ſuo deuorari ab ipſo Deo, qui nō *Deuter.4.*
ſine cauſa dicitur ignis deuorās vel comedens?Nā ſicut ignis deuorās cō-
buſtibile traducit in ſeipſum, & cum illo idē factus,ducit ſecū aſcendens
ad ſphæram ſuā. Pari modo Deus & munera & offerentes, quos ſuſcipit,
tranſmutat in ſe, (iuxta illud Apoſtoli.In eandem imaginem transforma- *2. Corin.3.*
mur)& ducit ſecum ad ſphæram,& habitationem ſanctam ſuam.

196 Quiſnā eſt Deo acceptior offerens ne ſpontè,an lege vel voto coa- *Ibidem 9.*
ctus?Nónne qui ſpontè offert? iuxta illud Apoſtoli: Nō ex triſtitia aut ex *Exodi 35.*
neceſsitate,hilarem enim datorē diligit Deus. Hinc omnia quæ ad taber-
naculum conficiendum ſpectabant, ſpōtè oblata fuerunt.Sed cur nos le-
ge ligauit?non quidem Deus intendit nos ligare lege,quæ non ligatiua in
lingua ſancta dicitur:ſed תורה torat,i illuſtratiua,& dans doctrinam ve-
ritatis,vt ſuprà diſſeruimus.Legem autem tradidit in primis,vt nos doce-
ret,quid Deus ſit quātum exprimi poteſt:& quis cultus ei debeatur,quó-
ue itinere ad ipſum peruenire poſsimus.Addidit quoque promiſſa & mi-
nas prout iuſtitia exquirit, non autem vt ligaret. Hinc in Deuteronomio
Deus ait:Conſidera quòd hodie propoſuerim in conſpectu tuo vitam & *Deut. 28.& 30*
bonum,& è contrario , mortem & malum , vt videlicet eligas,quod vis.
Hortatúrque,& non cogit,dicens:Elige ergo vitam vt viuas.Sed cur lau-
datur votum in quo homo ſe obligat Deo ? Nónne homo votum ſpontè *Ibidem 23*
facit offerens(vt aiunt) non tantùm fructum arboris voluntatis ſuæ , ſed *Numer. 6.*
truncum & radicem?Hinc Nazarȩi ſic ſe vouentes laudabātur,quibus &
lex vel doctrina obſeruanda data fuit.

197 Quomodo Nazarȩi ſe Deo dedicabant?Nónne Nazarȩus hominē *Ibidem.*
ab aliis ſeparatū, Deóq; penitus dedicatū ſignificat? Huiuſmodi autē Na-
zaræi(vt in lib.Numer.habetur)interdictū erat vinū,acetū,ſicca vel recēs
vua,inſuper & acini vel cortices ipſius vuæ.Sed cur hoc?An vt amouerē-
tur ab eis omnia impedimenta vacandi Deo in ſpiritu,quorum potiſsimū *Ephes. 5*
eſt vinum,quod carnem fouet ? Hinc Paulus ait:Nolite inebriari vino,in
quo eſt luxuria.An(vt ſecretiora tangamus)quia vinum(vt aliàs diximus)
ſignificat mundanam ſapientiam,quæ inimica eſt Deo?Hinc Salomō vo-
lens ſe tradere ſapientiæ rerum diuinarum, decreuit(vt ipſemet perhibet) *Eccleſiaſt.2.*
abſtrahere carnem ſuam à vino, i.à ſapientia quæ eſt ſecundum carnē.De
qua ſapientia inquit Apoſtolus, loquens de ſtatu Chriſti & perfectionis.
Vbi ſapiens,vbi ſcriba,i.doctor,vbi inquiſitor huius ſeculi? Nónne ſtultā *1. Cor.1*
fecit Deus ſapientiam huius mundi? quia non fauorem,ſed impedimentū
affert verſantibus circa diuina . Vnde & Sapiens alibi dicit: Noli regibus *Prouerb.31.*
dare vinum, ne obliuiſcantur veritatis & peruertant iudicium.

198 Cur iubetur ne nouacula ſuper Nazaræorū caput aſcendat? An,ne *Numer.6.*
imitarentur(vt dicitur)Sacerdotes idolorū, qui caput radebāt:vt Baruch *Baruch 6.*
refert?ſed nōne friuola admodū eſt hęc ratio?nā cū iubeantur radi ſoluto

tempore conſecrationis idolatras ſequi cogerentur. Hoc eodem fundamento colliditur opinio eorum qui per nouaculam intelligunt mālitiā: quæ non debet aſcendere ſuper caput ſacerdotis aut Nazaræi, quia completo tempore conſecrationis, malitiam ſuſcipere cogerentur. An igitur, ad meliores capillos refertur ſermo? ad illos videlicet, de quibus in Canticis dicitur: Comæ capitis tui ſicut purpura regis iuncta canalibus, ſuperioribus videlicet, vt inde influxum cœleſtem ſuſcipiant. Iſti igitur capilli incidi non debent iis qui Deo vacant, ſed ſtare ſemper parati ad ſuſcipiendam pluuiam Dei voluntariam, hæreditati ſuæ ſegregatam.

Cantic.7

199 Cur abſolutis à conſecratione vel dedicatione illa iubentur capilli radi, & ignibus tradi? Nónne ſicut ille, qui cultui diuino ſe dedicat, aut vitam vel cultum mutat in meliorem, radi iubetur (vt alibi dictum eſt) ſic etiā Nazarçus ceſſans ab illa dedicatione, amputare debet capillos, i. canales, quibus ſuſcipiebat imbres illos cœleſtes pro iis ſolummodò qui ſunt Deo dicati, ſegregatos? cū amplius huiuſmodi influxus ipſi non debeatur. Magno autem cum ſacramento iubentur ipſius capilli ignibus tradi, ſicuti tradebantur ſacrificia, & Deo quodammodò ſacrificari, ne proiiciantur peſſundandi. Hinc itaque colligitur, quòd non de capillis materialibus, ſed de melioribus per hos deſignatis eſt ſermo: vt Origenes rectiſſimè ſentit.

Numer.6. *Origenes.*

200 Cur iubetur vt Nazaræi completo voto & tempore conſecrationis, ſacrificium offerāt? An, vt Deo gratias & laudes debitas reddant? Sed nónne ſacrificium illud videtur eſſe pro peccato? cùm in textu ſubinferatur: Et ouem anniculam immaculatam pro peccato. Quod igitur peccatum commiſerunt in dedicatione illa? An forſitan, quia nimis ſibi arrogarunt, vouentes dedicationem illam continuam, durante videlicet tempore voti? cùm non eſſet in facultate ſua obſeruare eam ſanctimoniam, quā vouerant, niſi diuina opitulāte gratia, quæ non ab eis ſed à Deo liberè dāte procedit. Vt igitur expurgarent auſum hunc nimis temerarium (ſi dicere fas eſt) iubentur offerre ſacrificium, quamuis Deus acceptauerit dedicationem illam tanquam opus bonum.

Numer.6

201 Cur Nazaræo barba & capite raſo vinum concedebatur? An, vt refocillaretur laſſus nimia auſteritate? An, quia (vt myſteria proſequamur) & ſi homo dum vacat diuinis, ab humana ſapiētia per vinum (vt diximus) ſignificata abſtinere debet, ab illis tamen abſolutus, & ciuilibus incumbens, licitè vinum bibit: vtitur videlicet ſapientia, prudētia, & aſtutia huius mundi? iuxta illud Chriſti: Eſtote prudentes ſicut ſerpentes. Qua prudentia vti licet contra Diabolum, & cōtra membra maligna ipſius: in diuinis verò nequaquā, cùm Deo vacare debeamus, & cum Angelis & ſimplicibus membris Chriſti in omni ſimplicitate & puritate verſari, iuxta illud Prophetæ: Cum ſancto ſanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cum peruerſo peruerſus eris. Quorum verborum verum ſenſum eſt, quòd cum ſimplicibus vti debemus ſimplicitate columbina, cum aſtutis verò prudentia ſerpentina.

Ibidem *Matth.10.* *Pſalmo 17.*

202 Cur iubetur ter in anno omnis maſculus apparere in conſpectu Dei? Nónne, quia tres ſolennitates in anno occurrebant? Paſca videlicet, idest tranſitus Iſrael ex Ægypto: aut rerum ex non eſſe ad eſſe. Cùm tunc fuerit mundus productus: vt multi opinãtur. Secunda Pentecoſtes, quando lex tanta celebritate data fuit. Tertia, dies הכפורים hachepurim, ideſt remiſſionum, & tabernaculorum, in memoriam vmbraculi à nube in deſerto facti. Vnde & ſub vmbraculis vſque ad preſens comedunt Hebræi. Quæ tres ſolẽnitates tribus perſonis diuinis applicari poſſent. Productio enim in eſſe & ereptio è ſeruitute cõpetit patri. Iuxta illud Apoſtoli. Eripuit nos, pater videlicet è poteſtate tenebrãrum: & tranſtulit in regnũ filij dilectionis ſuæ. Collatio legis conuenit filio & verbo, in quo erat lex, antequam daretur, vt Elchana ſcribit. Remiſſio & obumbratio vel protectio nubis correſpondet Spiritui ſancto, in cuius virtute & numero datur remiſſio. Hinc filius volens tradere Apoſtolis virtutem remittendi peccata, primo inſufflauit in eos, dicẽs. Accipite Spiritum ſanctum. Poſtea ſubintulit. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. *Exod.23* *Deut.16* *Col.1* *Elch.ina.* *Ioan.20*

203 Cur hunc ternarium numerum Deus exquirit? An, quia Deus hoc numero gaudet? Sed cur illo gaudet? Gaudet quidem vnitate, quæ ipſi propria eſt. Binario autem non gaudet: quia eſt numerus addictus materiæ: quæ ſuper omnia elongatur ab ipſo Deo. Nam directe ipſa pura potẽtia opponitur Deo ſummo actui, & omnia informanti. Gaudet etiã ternario, qui (iuxta Pythagoricam doctrinam) formã ſignificat, quæ materiam informat: & eam reducit in actum primum, tanto perfectius, quanto forma perfectior eſt ipſa materia. An (vt Ariſto. docet) quia natura docemur honorare Deum ſecundum numerum ternarium: quem habemus (vt ait) quaſi legem quandam, denotantem omnimodam extenſionem numerorum: qui extendi poſſunt in longum, latum & profundum, ideſt cubum vel ſolidum? Nec enim vlteriorem extenſionem admittunt. Secundùm quam conſummatam extenſionem debemus honorare Deũ, orationibus videlicet, & ſacrificiis: vt Auerrois exponit. An, quia Deo trino cultus trinus vel trifarius, cordis videlicet, linguæ, & operis debetur? *1. De cælo &* *Mundo.* *Auerrois* *ibidem.*

204 Cur iubemur vt nullus appareat in conſpectu Dei vacuus? Nónne æquum eſt, vt vnuſquiſque, qui conuiuio intereſſe vult, ſymbolum ponat, vel ſaltem portiunculam quandam? Quando enim, Deo appropinquare volumus per orationem & laudem, quaſi quoddam conuiuiũ cum ipſo facimus. De quo conuiuio ipſemet in Apocalypſi ait. Si quis aperuerit mihi ianuam, cordis videlicet, intrabo & cœnabo ſecum, & ipſe mecum. In quo conuiuio ipſe primo poſuit corpus & ſanguinem, appoſiturus tandem gloriam & voluptatem vberrimam. Iuxta illud prophetæ. Gloria & diuitiæ in domo eius. Et alibi. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quod ante apponere debemus, primo eſt conſenſus, quem vocationi diuinæ prębere debemus: poſtea executio & obſeruatio mandatorum Dei (iuxta illud. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata) denique exhibitio pietatis in proximum, *Deut.16* *Apoc.3* *Pſal.111* *& 35* *Mat.19*

dando eleemoſynam eſurienti, ſitienti & nudo. Pro quibus operibus re-
Ibi.25 gnum & conuiuium cœleſte promittitur. Vnde expreſſè conuincuntur ij,
qui adeò fidem extollunt, vt opera paruipendant.

Leui.6 205 Quare à conſpectu Dei ignis nunquam ceſſare debet: vt in Leuitico iubetur? An de igne deuotionis eſt ſermo? Sed quomodo feruor deuotionis aut oratio continua eſſe poteſt? Cùm ſit neceſſarium multis negociis & naturæ indigentiis cedere? An feruor orationis & charitatis debet eſſe continuus in habitu (vt aiunt) ſi actu eſſe non poteſt? An ſicut pro ſuſtentatione corporis debemus ſemper habere cibum in ſtomacho: vnde alantur omnia membra (nam deficiente cibo, deficit homo, ſentítque bilem exæſtuantem à chiſti fellis effuſam, naturæ ſuccurrere ſatagente, ne penitus homo deficiat) Sic quoque licet bis vel ter aut ſemel in die tantùm oremus, virtus tamen orationis, tanquam cibus continuus eſſe debet in ſtomacho mentis, ne deficiat? Similiter & charitatis feruore manere ſemper debet, quo cor poſſit accendi. Quo ſenſu dixit Chriſtus. (Luca 18) Oportet ſemper orare & nunquam deficere. An ſemper ardere debet ignis diuini luminis, omnes illuminantis: & potiſſimè in ſacerdote: qui ſemper natus eſſe debet docere & illuminare plebem? Hinc dicitur in textu, (Leui.6) quòd ignis hic adminiſtrandus eſt à ſacerdote, qui ipſum nutrire debet ſubiiciens ligna mane per ſingulos dies. Sicut de oratione & charitate dictum eſt: quæ ſaltem ſemel quolibet die accendi debet per totum diem duratura.

Ibid.10 206 Cur Nadab & Abihu offerentes ignem extraneum tam acriter puniti ſunt? An, quia obtulerunt ignem extraneum & alienum ab eo, qui è cœlo mittebatur pro cremandis ſacrificiis? An, quia obtulerunt ſacrificium pro extraneis à familia Iſraelitica: quos non crediderat eis Deus? Nam videntes quantum populo Iſraelitico ſacrificium profuerat, attentarunt etiam offerre pro alienis: quos non commiſerat eis Deus: ſed reſeruauerat purificandos à filio ſuo omnium Redemptore. Hinc ad Aharon mortem filiorum dolentem miſit Dominus Moſem, qui diceret ei. (Ibidem) Hæc ait Dominus. In propinquis meis ſanctificabor & in conſpectu totius populi glorificabor: ſcilicet in filio meo, & membris ac cohæredibus ipſius: qui in omnibus gentibus prædicarunt ſalutem, quam Redemptor operatus eſt. Quod cum audiſſet Aharon, tacuit, conſentiens videlicet, quòd Deus eos iuſtè puniſſet. Quia volebant ſibi vendicare illud, quod Chriſto erat reſeruatum. Et quia id fecerunt bono zelo moti, venit ignis, non in punitionem æternam, ſed in expiationem illius peccati. Hinc dictum eſt. (Gen.10, Num.16) Egreſſus eſt ignis à faciei Adonai: vt literæ veritas habet. Nam ignis inde veniens non damnat, ſed expurgat. De Gomorreanis autem dictum eſt, quòd fecit Dominus pluere ignem ac ſulphur. Pari modo de ducentis & quinquaginta viris, qui temere offerebant incenſum, dicit ſcriptura, quòd ignis egreſſus eſt à Domino, non autem à facie Domini. (4. Reg.1) Non ſecus de igne quinquaginta nuncios Ochoziæ deuorante dictum eſt. Deſcendit ignis è cœlo,

207 Cur cultus Dei datus fuit hominibus, & nullo modo mulieribus? Nónne (vt alibi diximus) quia in hominem dicitur ſpiratum fuiſſe ſpiraculum vitarum? Hinc homo eſt imago Chriſti & Dei, mulier autem non propriè Dei, ſed viri imago eſt: vt Paulus docet. Eſt enim illud ſpiraculum (quod Hebræi neſſama vocant) diuinũ quoddam, quo (vt Plotinus docet) Deum cognoſcere poſſumus: & ſecundum Deum operari. Quod ſpiraculum ipſe Plotinus (vt etiam ſupra diſſeruimus) intellectum vocat, Auguſtinus portionem ſuperiorem, Mercurius verò mentem. Vnde homini datur non ſolùm adminiſtratio ſacrorum, ſed etiam regimen tanquam capiti. Hinc non ſine cauſa Apoſtolus ait, quòd vir eſt caput mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ. Vnde concluditur, & veris Sapientibus patet, ſortem viri digniorem eſſe ſorte muliebri, & corpore & anima, & toto ipſo compoſito. De quo forſitan alibi latius diſſeremus. *Gen.2* *1.Cor.11* *Plotinus de homine.* *Auguſt.* *Mer.in Pymandro.* *Ephe.5*

208 Fuitne datum aliquod officium mulieribus ex lege? Ne mulier, quæ eſt pars viri (vt Platoni placet) abdicata penitus à ſacris eſſet, tria fuerunt ei impoſita officia: vt ex lege Talmudiſtæ colligunt. Primum enim erat, vt ex ſingulis centum panibus placētam faceret pro ſacerdotibus: vt & ipſa daret centeſimam partem ſummo ſacerdoti. Sicuti ex fructibus collectis iuſſum fuerat dari à viris: vt paulo ſuperius declaratum eſt. Secundo mulieribus demandatum fuit: vt ſeruarent tempus immunditiæ ſuæ: ne eo tempore viris commiſcerentur. Tertium eſt: vt lucernas in templo Dei accenderent. Quod non ſine myſterio factum credimus: vt videlicet & ipſæ accenderent lumen: quo, & ſi non poſſunt adminiſtrare ſacra, & regere plebem, ſaltem Deum cognoſcerent, & ea, quæ ad ipſarum ſalutem pertinent, exquirerent. *Pla.in Sympoſio.* *Talmudiſtæ*

209 Cur Deus duos agnos in perpetuum ſibi offerri exquirebat? Nónne, cùm naturale ſit ſacrificare Deo: & modus ſacrificandi à lege doceatur (vt Ariſtoteles perhibet) à Deo manifeſtatus eſt cultus & oblatio: quã potiſſimè & perpetuo à nobis exquirit? Sed quomodo eſt perpetua oblatio, cum in præſenti ille ritùs à Iudæis minimè obſeruetur? Nónne modo perfectius obſeruatur, quàm in lege? Cùm offeramus illum agnum, qui peccata mundi tulit. Sed (cum lex iubeat offerri duos) quomodò ſatisfacimus vnum tantummodò offerendo? Nónne in Chriſto fuerunt duæ naturæ, diuina videlicet & humana: figuratæ per duos Cherubinos, qui ſupra coopertorium vel propitiatorium Arcæ iuſſi fuerunt collocari? Agnus enim fuit filius Dei humanatus. Iuxta illud Iſaiæ. Emitte agnum Domine, Dominatorē terræ. Agnus quoque fuit homo Deus, de quo idem Iſaias. Quaſi agnus ſtetit coram tondente ſe. Et vterque agnus ſimul tulit peccata mundi. *Exo 29* *Ethic.5* *Exod.15* *Iſa.16* *Ibid.53*

210 Quare iubet Deus offerri hos agnos: alterum veſpertinum, & alterum matutinum? Nónne veſpertinum ſacrificium (vt alibi dictum eſt) fiebat ad placandos accuſatores coram tribunali iuſtitiæ comparentes: ſacrificium verò matutinum ad comparandam gratiã à tribunali miſericordiæ & pietatis, in Auſtro locato? Quod vtrũq; fecit noſter bifarius agnus

Chriſtus Ieſus. Nam ſanguine ſuo placauit Tribunal iuſtitiæ: & à Tribunali gratiæ nobis gratiam & pietatem comparauit. Hinc dixit Iohannes. Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis. Et iterum ait, quòd Ieſus venit non in aqua ſolùm, ſed in aqua & ſanguine. Vnde ſatisfecit pro ſacrificio veſpertino & matutino, & pro omni holocauſto: adeò vt nullo alio amplius indigeamus.

Ioan.1.
1.Ioan.5

211 Cur pacifica Deo grata fiebant in agno & oue? An, quia animalia ipſa pacifica ſunt? An prouenit à loco ſupramundano: vt ſint pacifica? Nam ſicut animalium aliqua ſunt Saturnia, aliqua Martia, Solaria & huiuſmodi (ſicut in Harmonia diſſeruimus) Sic etiam aliqua ſunt Iouialia, ſemper iuuantia, & nunquam nocua: inter quæ eſt agnus & ouis magis, quàm alia animalia ſuſcipientes de clementia illius, qui dicitur Pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis. Hinc (non ſine cauſa) primogenitus huius Patris nunc ouis, nunc agnus dicitur: qui pacificauit per ſanguinem crucis eius omnia, quæ ſunt in cœlis, & in terris. Vnde in virtute iſtius agni fiebant pacificationes oue & agno, maximum cum vero agno ſymbolum habentibus. Hinc quoque ipſe Chriſtus omnia membra ſui corporis, & cohæredes regni eius vocat oues, reponendas in dextera tempore iudicij: quibus regnum & hæreditas cœli dabitur.

Cant.1
Tono.4
2.Cor.1
Col.1
Mat.25

212 Cur Bos vel vacca ordinata fuit in ſacrificio pacificorum: vt in Leuitico habemus? An, quia bos quoque eſt animal pacificum atque beneficum? Nam per ipſum agricultura perficitur: & panem habemus triticeũ, vel hordeaceum aut alterius cuiuſcunque generis: carnéſque ipſius in cibum aſſumimus, & corium in defenſionem pedum. An, quia & ipſe ſymbolum habet cum aliquibus virtutibus per ſacrificium pacificandis? Hinc, quia omnis virtus non reperitur in vno tantùm animalium genere, nunc iubetur offerri bos, nunc ouis vel agnus, nunc hircus, vel capra, nunc paſſer, nunc par turturum, aut pulli columbarum, nunc carnes, nunc panes, prout hæc omnia exigebantur ad diuerſas virtutes placãdas: omnes vtiq; Dei miniſtros, tantũ exquirentes à nobis, quantum decreto cœli (vbi omnia ſciũtur) decernebatur. Et hoc, quouſque venit ille, qui omnia in ſe colligens: vnicũ præbuit nobis ſacrificiũ, vnicúmque libamen, offerendũ vel commemorandũ. Sicut ipſe dixit. Hoc facite in meã commemorationem.

Leui.3
Luce 22

213 Cur iubetur, vt omnia animalia offerenda, ſint integra & immaculata, niſi voluntariè offerantur: vt in Leuitico habetur? Nónne, quia (vt ſuprà dictum eſt) immaculato Deo immaculata debentur? Iubetur autem præcipue ne careant aure vel cauda. Et id non ſine magno myſterio. Animal enim quodcunque offerimus, ſignificat animal noſtrum, Deo offerendũ in hoſtiã immaculatã, Deóque placẽtem. Sicut Paulus docet & hortatur Romanos. Cui animali noſtro ſollicite proſpiciẽdum eſt ne deſint aures. Nam per nullũ alium ſenſum homo, dum eſt in corpore animali, capere poteſt diuina: niſi per auditum: quia (teſte Apoſtolo) fides, in qua de diuinis docemur, eſt ex auditu. Debent quoque huiuſmodi animalia

Leui.3.22
Rom.12
Ibid.10

habere caudam, quæ perſeuerantiam in bonis operibus ſignificat: ſicut
Hugo optimè ſentit. Si verò voluntariè offerantur, Deus etiã mutila ani- *Hugo de*
malia acceptare promittit. Nam, quicquid ſponte datur, non ſubeſt legi *cl. uſtro ani-*
alicui: nec conquerendum eſt de defectu rei donatæ. *mæ li.3 c.10*

214 Cur Deus armum dextrum magis quàm ſiniſtrum exigit? An, quia *Exod.29.*
communi lege eſt maior vigor in dextra quàm in ſiniſtra: & tanto magis
Deo placent obſequia, quanto maiori feruore & virtute exhibita ſunt: & *Iere.48*
è conuerſo: Hinc Ierem. ait. Maledictus, qui facit opus Dei negligenter. Et
in Apocalypſi dicitur. Quia tepidus es: incipiam te euomere ex ore meo. *Apoc.3*
An, quia ea, quæ ſunt ex parte dextra, ſunt gratiora Deo: Hinc filius collo- *Pſal.119* *Mat.25*
catus eſt ad dexteram patris: & beatificandi reponẽtur ad dexteram Chri- *Pſ. l.15*
ſti: & in dextera ipſius ſunt delectationes æternæ: vt Propheta canit. Et id
iubetur fieri potiſſimè in conſecratione ſacerdotis: quando fauor à dexte-
ra comparandus eſt.

215 Cur offerri iubetur holocauſtum pro peccato, ſine cæremoniis *Num.28*
ſacrificij matutini? Nónne, quia illa diſparia ſunt, & nullatenus conue-
nientia? Sacrificium enim matutinum (vt modo tetigimus) offerebatur
tribunali gratiæ diuinæ pro impetrando fauore: holocauſtum verò pro
peccato offerebatur tribunali iuſtitiæ diuinæ, ad ſatisfaciendum pro pec-
cato: & ad placandos accuſatores, qui de peccato ipſo offerentem accu-
ſabant. Vndè docemur quòd ſacra non ſunt confundenda. Nam dum ho-
mo in peccato eſt: curare debet, vt ſibi Deum conciliet: qui peccatores, *Ioan.9*
dum in peccato ſunt, non exaudit: niſi dum veniam ſuorum peccatorum
petunt: & rationi conſentaneum eſt: quòd non ſit petenda gratia à princi- *Deut.22*
cipe non conciliato. Quorſum tendunt multa, quæ in lege videntur neſ-
cientibus ſuperſtitioſa: vt illud de non texendo panno ex lana & lino, & *Sec. Theo.*
de non arando cum boue & aſino. Non enim cõfundendus eſt diuinus *Proculus de*
cultus. Hinc cum magna diligentia ſecretiores Theologi ſcribunt, & cum *orationibus*
ipſis Proculus, quòd primum obſeruandum in oratione eſt cognitio rei, *& preci-*
quam petimus: eius à quo poſtulamus, & modi quo oramus: ne nobis di- *bus.* *Mat.20*
catur illud Redemptoris. Neſcitis quid petatis. Hinc & Iacobus ait. Peti- *Iaco.3*
tis & non accipitis, eo quòd male petatis.

216 Cur Deus in vtroque teſtamento iubet offerri ſibi panem, tãquam *Hebræi*
charum & præcipuum ſacrificium? Nónne, quia panis eſt præcipuus om-
nium ciborum? Vnde Hebræi omnem cibum panem vocant. Nam panis
adeò naturæ conueniens eſt: vt nũquam comedentem tædio afficiat. Hinc
Chriſtus, qui ſe nobis in pabulũ tradidit, panẽ ſe vocauit, dicens. Ego ſum
panis viuus, qui è cœlo deſcendi. Si verò per numeros theologizari veli- *Ioan.6*
mus (more Theologorum antiquorum, qui hunc modum Ghematria
vocant) poſſumus & aliqua ex ipſorum promptuariis depromere. Literæ
enim panis, quem ipſi לחם vocant, reddunt in numero ſeptuagintaocto.
Cuius numeri portiones omnes (vt aiunt) aliquotæ dant numerum ali-
cuius diuini nominis. Vnde deprǽhenditur panem ſapere aliquam diuini-
tatem, aut habere tale ſymbolum cum Deo, vt ei oblatus, & membris

ſuis pauperibus, ſemper gratiſſimus ſit. Vinum autem, quod יין Iain Hebræi dicunt, præſtat ſeptuaginta: numerum quidem à corporeitate ſemotum, complicatum per denarium & ſeptenarium, qui ad animam pertinet. Quæ anima ſedem habet in ſanguine: in quem, vinum facilè conuertitur: tam epotum per meatus inteſtinorum, quàm etiam in ſacrificio ſecundum ritum noſtrum: quem ſummus Doctor docuit. Hinc Deus oblectatur vino oblato: per quod ſignificatur anima animalis: quæ oblata ipſi Deo in ſpiritualem naturam tranſit. Alioquin iſtud animale non poſſet inſurgere in ſpirituale: ſicut Paulus perhibet. Oblectatur quoque pane, maxime illo diuino per hūc materialem ſignificato: per cuius eſum in ſortem diuinitatis tranſmutamur.

Deut.12

1.Cor.15

217 Cur Deus prohibuit plantari lucum vel aliquam arborem iuxta altare? An, quia in lucis ſolebant ſacrificare Gentiles, & multa turpia fieri? Hinc, ne propter has immunditias contaminaretur altare, prohibuit Deus huiuſmodi plantari. An, ne apud altare, in quo iuſſum fuit ſemper lumen accendi, eſſent vmbræ quo ſolent colligi tenebrarum duces & milites? An (vt myſteria tangamus) quia & ſi multa & pene omnia ſacra eloquia in figura ſcripta ſunt: non tamen cum figuris & vmbris: nec obtecti velamine ignorantiæ debebant ſacerdotes ad altare accedere, ſed illuſtrati lumine diuino ad omnia ſibi poſſibilia cognoſcenda? Hinc (vt ſupra dictum eſt) portabant אורים vrim, id eſt illuſtrationes. Pro quo communis æditio habet doctrinam. Et quia Deo ſacrificans, nec idolatriam, nec errorem admittere debet: hinc omnigena doctrina refertus eſſe debebat, ne erraret: ſicut admonet Deus, ſubinferens. Nec facias tibi neque cōſtituas ſtatuas vel idola, quæ odit Dominus Deus tuus. Nomine quorū idolorum omnis error in ſacris poteſt intelligi. Nam Deus inobedientiam & errorem Saulis in ſacris idolatriam vocauit.

Deut.16

Leuit.6

Exod.28

Deut.16

1.Reg.15

218 Cur ordinati fuerunt quindecim Pſalmi graduales? An (vt nonnulli volunt cōpoſiti fuerunt à Dauide, quando quindecim cubitos explanauit montem Moriach pro Templo ædificando: vt æquum eſſet pauimentum templi cum reſiduo ciuitatis & planum redderetur pro ædificio? An (vt alij ſentiunt) vt purificaret locum ab omni cadauerum immunditia (ſi qua foret) pro quolibet cubito vnum Pſalmum decantauit? An (vt ad altiora conſcendamus) dicebantur hi Pſalmi à ſacerdotibus, quando volebant per ſacrificium in Deum conſcendere? Iuxta illud alibi decantatum. Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit. Et iterum. Ibunt de virtute in virtutem: & videbitur Deus Deorum in Sion. Deus videlicet, qui יה Iah dicitur: quem purificati laudamus. Hinc non dicitur Halleluiah, id eſt laudate Iah tempore pœnitentiæ. Quod nomem יה Iach quindecim reddit in numero. Et ideò per quindenarium in Deum aſcendere iubemur. In cuius rei ſignum ſubnectitur Pſalmus ille. Laudate nomen Domini: cui præmittitur Halleluiah: quod eſt, laudate Iach. Quod nomen laudare nequit, qui non eſt purgatus: & qui non conſcenderit per debitos gradus. Hinc (non ſine myſterio) Dauid noluit dicere Halleluiach, niſi poſt cēteſimum-

Pſal.83

Ibid.134

Ibid.105

tertium Pſalmum:cuius finis eſt. Deficiant peccatores à terra, & iniqui, ita vt non ſint:benedic anima mea Domino. Halleluiach.

219 Cur puerpera purificabatur agno aut turturibus ſiue pullis columbarum? An fortè hoc ſtatutum eſt ex illis quorum ratio (vt Hebræi docēt) reddi non poteſt? An (ſi rationem reddere poſſumus) purificabatur non tantùm mulier ſed etiã primogenitus, qui Deo lege debebatur: vt alibi dictum eſt? Ea autem purificatio fiebat, aut agno ſemper Deo grato, aut turturibus vel columbis, animalibus quidem Venereis, non quidem ad Venerem laſciuam, ſed ad meliorem ſpectantibus. Nam duas eſſe Veneres apud Platonicos triuiale eſt: quarum altera eſt munda, altera verò immunda. Vnde per animalia mundæ Veneris purgabatur immundities: quæ in concubitu contrahi ſolet. Nec virtus hæc mundandi animam à ſydere viſibili venit, ſed ab illo, cui hoc reſpondet. *Leuit. 12*

220 Cur Leuitarum officium erat portare onera tabernaculi: vt in libro Numerorum legitur? Nónne grauiora & minus ſancta plauſtris ab animalibus euectis portabantur: ſanctiora verò & leuiora humeris Leuitarum Deo dedicatorum: vt doceamur, quòd ſecundum totum hominem, corpore videlicet & mente, Deo dicata ſacra portare debemus? Corpore enim ſuſtinemus ieiunia: exercemus opera charitatis, portantes proximum humeris noſtris: ſicut Deus nos humeris ſuis portat, vt decantat Moſes. Mente verò portamus onus contemplationis, ſpeculationis, & precum. Vtroque autem, corpore ſcilicet & mente, onus docendi & prędicandi portamus. *Nu. 4 & 7.* *Deut. 32*

SECTIO V. DE PRÆCEPTIS A DEO IN GENERE DATIS.

QVEM fontem aquæ viuæ petebat Moſes aperiri? An loquebatur Moſes de aqua currenti, quæ communi vocabulo dicitur aqua viua? An de illo fonte loquebatur, de quo in canticis dicitur. Fons hortorum, puteus aquarum viuentium? De quo fonte Iohannes ait. Oſtendit mihi fluuium aquæ viuæ ſplendidum. Quæ aqua viua (nulli dubium) Chriſtus fuit: aut ſapientia Chriſti: quæ dicitur aqua ſalutaris: cum in ipſo præeſſet lex, quæ data fuit: vt alibi diximus. Quod ſacramentum reſerans Paulus dixit. Bibebant autem de ſpiritali conſequenti eos petra: petra autem erat Chriſtus. Vnde apertè voluit innuere ſapientiam legis, Hebræis datæ, emanaſſe à Chriſto, ſub ratione petræ? à quo, ſub metaphora ouis & apis, emanauit lac & mel Euangelicum. In qua lege ea ſapientia continetur: quæ emanare non potuit niſi à fonte illo ſupremo ſapientiæ. Et hunc orabat Moſes aperiri, vt daret legem ſapientiæ, populo ſitienti. Quæ lex & ſi continetur ſub velamine figurarum: multa tamen profundiſſima arcana & mirabilia continet. Pro quorũ intelligentia orabat Propheta dicens. Reuela oculos meos, & conſyderabo mirabilia de lege tua. 221 *Num. 21* *Can. 4* *Apoc. 22* *1. Cor. 10* *Pſal. 118*

Num.10 222 Cur hebræi iam ſatiati à diuino fonte legis acceptæ, adhuc ſitire videbantur? An, quia (vt nonnulli ſapientes dicunt) & ſi diuerſis temporibus & occaſionibus totius curriculi quadraginta annorum, quo peragrarunt filij Iſrael in deſerto, data fuit lex: ſcripta tamen fuit, & in vnum redacta extremo tempore vitæ Moſi: diſpoſito vnoquoque precepto aut negocio loco ſuo mirabili artificio: atque in Deuteron. (non ſine ſacramento) repetita? Vnde negocia aliqua prius facta, fuerunt poſterius ſcripta: & è cõuerſo. An, quia & ſi data fuerat tunc lex, adeò tamen inuoluta erat, vt ſitiret populus eius intelligentiam? Hinc communi ſententia concludunt

Ant. Theo. antiqui Theologi legem fuiſſe bis datã: primo videlicet in ſcriptis. Et hãc vocant תורת כיתב torat chitab. Poſtea oretenus declaratam fuiſſe aſſerũt. Et hanc vocant תורת בפה העל־פה torat Bepeh hal peh. Quam doctrinam ſic ore reuelatam vocant chabalam, ideſt reuelationem ore ad os factam. Sed hæc non reuelabatur, niſi ſapientibus: ſicut in Hezra ſcribitur.

4.Eze.14 Reuelans reuelatus ſum ſuper rubum: & locutus ſum Moſi, & enarraui ei mirabilia multa: & oſtendi ei temporum ſecreta, & finem: & præcepi ei, dicens. Hæc in palam facies verba: & hæc abſcõdes. Hæc enim eſt ſapientia: quam Paulus proteſtatur loqui ſolummodo inter perfectos. Et hoc

1.Cor.2 eſt illud ſanctum, quod (Chriſto iubente) non eſt dandum canibus. Et iſtæ

Mat.7 ſunt Margaritæ non exponendæ porcis conculcandæ.

Exod.31 223 Cur lex dicitur ſcripta digito Dei viui in tabulis lapideis? An, quia Moſes non habebat inſtrumenta, quibus legem ſculperet? An, quia ea ſunt legis ſacramenta: quæ non niſi à Deo dictari potuerunt? An, vt eſſet perpetua lex, ſcripta fuit à Deo? Nam omnia, quæ ab ipſo Deo immediate

Plato procedunt, ſine cauſa ſecundaria, incorruptibilia ſunt: vt Plato ſimul cum

Plotinus Plotino aſſerit. Hinc & in tabulis ſapphirinis, cœleſtis videlicet coloris, ipſa lex deſcripta fuiſſe dicitur. Et quamuis huiuſmodi tabulæ diſperſæ videantur: non tamen eſt abolita lex: quæ in cœlo ſcripta fuit. Quod indicabat color ille ſapphirinus, ſublatæ verò fuerunt ipſæ tabulæ: quia lex ceſſit Euangelio: in quo tota lex completur & perficitur. Hinc Chriſtus di-

Mat.5 xit. Non veni ſoluere legem, ſed adimplere.

Nume.14 224 Cur Iſraeliticus populus annis quadraginta in deſerto detẽtus fuit?

Gen.15 An, quia nondum completa erat iniquitas Amorrhæorum: vt Abrahæ di-

Exod.24 ctum fuit? An, vt melius expurgaretur populus per quadragenarium illum

3.Reg.19 annorum, numerum quidem ſacrum, obſeruatum in ieiunio Moſi, Eliæ, &

Mat.4 Chriſti: & in eius aſcenſu ad cœlum. Manſit enim ipſe Chriſtus per qua-

Acto.1 draginta dies in terra apparens Apoſtolis & loquens de regno Dei, antequam in regnum ſuum conſcenderet: vt Lucas ſcribit. In cuius figuram Moſes Deo plenus, quadraginta annis apparuit populo illi in multis argumentis, ſignis & prodigiis, loquens de Deo & diuino cultu: vt bene initiati, & ſublatis indignis, filij Iſrael in promiſſam terram intrarent.

Deut.6 225 Cur iuſſit Moſes ligari præcepta legis in fronte & in manibus: vt in Deuteronomio habetur? An in ſignum diſtinctiuum à cæteris populis: vt aliqui alleg unt, literam ſequentes, qua dicitur. Et ligabis ea, quaſi ſignum,

in manu tua? Sed nónne habebant circunciſionem in ſignum diſtinctiuũ, (vt in Geneſi dicitur) & fimbrias hyacinthinas in ſignum apertum & ma- *Geneſ.* 17
nifeſtum, vt in libro Numerorum ſcribitur? An igitur ibi ligabantur non in ſignum diſtinctiuum, ſed in ſignũ memoriale legis obſeruandæ? In frõ- *Numer* 15.
te namque iubebantur ſcribi, vbi reſidet cogitatio, & in brachiis inſtrumentis operatiuis, vt tam in cogitatione quàm in opere filij Iſrael ſemper recordarentur legis obſeruandæ.

226 Cur repetitio legis data fuit in Dizahab, i. in ſufficientia auri? An, *Deuter.* 1.
quia caſu euenit: vt in illo loco ſic denominato repeteretur lex? An, vt oc- *Iob* 37.
cultè indicaretur, vnde venerat lex? Nam ab Aquilone proceſſit, vnde & aurum, vt Iob perhibet. A tribunali enim iuſtitiæ Dei ſeueræ (quod de mẽ
te antiquorum Theologorum ſæpè diximus ibi collocatum eſſe) lex pro- *Antiq. theol.*
ceſſit: & inde quoque caſus, tranſgreſſio atque iuſtitia puniens, nam lex
ſubintrauit (vt inquit Apoſtolus) vt abundaret peccatum. Et ideò niſi cõ- *Roman.* 5.
tẽperata fuiſſet pietate, omnes ſub lege eſſent deſtructi. Temperatur autẽ dum venit ad אל חי el chai, id eſt, fontem Dei viui (vt præfati Sapientes dicunt in medio archetypi collocatum. Quę (vt apertius loquar) ſic intel-
liguntur, quòd lex ignea (vt in Deuteronomio dicitur) veniens ad Chriſtũ *Deuter.* 33
veram aquam (vt ſæpè dictum eſt) adeò extinguitur & temperatur, vt quæ
ignea fuit in fomitẽ peccati (iuxta illud Apoſtoli: Virtus verò peccati lex) *1. Cor.* 15.
temperata aqua Euangelij (vnde remiſſio & gratia) ſit in ſalutẽ. Quo ſen-
ſu (ni fallor) dixit Apoſtolus: Vbi abundauit delictum, ſuperabundauit & *Roman.* 5.
gratia.

227 Cur lator legis imperfectæ Noeh, & lator legis perfectæ Moſes, aliquando peccarunt? Nónne, vt indicaretur ipſos non fuiſſe legis authores (quia non erraſſent) ſed promulgatores tãtùm: & quòd non erat in poteſtate ipſorum promulgatorum ſeruare legem, ſed in poteſtate eius, qui ipſam legem cõdiderat? nã cùm ipſe ſit prima regula omnium, errare nõ
poteſt. Hîc verò obſeruãdus eſt varius erroris modus. Errauit enim Noeh *Geneſ.* 9.
bibens vinum vſque ad ebrietatem. Errauit Moſes percutiẽs petram, vn- *Numer.* 20
de emanarunt aquæ: Noeh etenim (cui non fuerat adhuc aperta via ſapiẽ-
tiæ supremę, quæ dicitur aqua ſalutaris) adhæſit ſapientiæ terrenæ, per vi- *Eccleſiaſt.* 15
num deſignatæ, volens per hanc ſapientiam perficere illud quod ſapientia ſuprema, ei non plenè reuelata, perficere nequibat, magnificare videlicet & ampliare poſteritatem (vt alibi dictum eſt) & dare prudentia humana,
quod à ſolo Deo tribui ſolet. Nam (teſte Paulo) omnis poteſtas a Domi- *Roman.* 13
no Deo eſt. Vnde ebrius, id eſt, extra ſe, & illuſus remanſit. Moſes verò, cùm gratis & blandè aquam è petra educere debuiſſet, quæ incendium legis temperaret, percuſſione & rigiditate aquæ minimè conuenienti, educere voluit.

228 Cur via præceptorum dicitur leuis, cùm tot mandata contineat? *Matth* 11. 7
Nónne dixit Chriſtus: Arcta eſt via quæ ducit ad vitam? Sed nónne Deus *Deuter.* 30.
in Deuteronomio ait: Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie, non ſuprà te eſt, neque procul poſitum, ſed iuxta te eſt ſermo in ore & corde

tuo, vt facias illum? An igitur difficilis & arcta eſt via virtutis in principio, in fine verò lata & facilis, vt in litera Pythagoræ edocemur? An facile eſt
Matth.22. præceptum omne ſi ad radicē attendamus, quæ in duos faciles ramos extenditur, in amorem videlicet Dei & proximi? quo amore nihil iucundius nihílque fœlicius. An, & ſi via præceptorum dura fuit in ſeruitute, ſuauis
Ibidem 11 tamen eſt liberæ menti? Hinc Chriſtus dixit iugum ſuum eſſe ſuaue, & o-
Galat. 4 nus leue iis quos à ſeruitute liberauit, vt ait Apoſtolus. An Chriſti iugum leue eſt iis, qui ſuffulti ſunt ope Dei, aut iis qui addicti ſunt diuinis? Nam
Pſalmo 118 nihil iucundius, quàm verba Dei obſeruare: iuxta illud Prophetæ, Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo. E cōuerſo autem nihil triſtius eſt, quàm à Deo declinare: hinc orabat ipſe Dauid, dicens: Red-
Ibidem 50. de mihi lætitiam ſalutaris tui.

229 Quam perfectionem conſequuntur ij qui totam legem obſeruāt?
Numer.12. Nónne hi fideles dicuntur in tota domo Dei, ſicut de Moſe dictū eſt? nónne etiam inter beatos computantur: vt in Pſalmo introductorio ad legē, in aliis Pſalmis decantatam, dicitur: Beatus vir qui in lege Domini medi-
Pſalmo 1. *Ibidem 118* tatur die ac nocte? Nam (vt Propheta ſubinfert) omnia quæcunque faciet proſperabuntur. Et iterùm, Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Beati qui ſcrutātur teſtimonia eius, in toto corde exquirūt eum. Quam beatitudinem & fœlicitatem adhuc mortales ſentiūt ex conſonātia mirabili, quam perfectam in ſe habēt. Omnis enim voluptas à conſonantia procedit. Conſonātia autem reſultat ex præceptis affirmatiuis obſeruatis, cum virtutibus denotatis per oſſa, quæ cū illis præceptis numero æquantur, & ex præceptis negatiuis in neruis, numero cum ipſis æquatis, vt ſuprà diſſeruimus: nam tota lex concinnat nos cum Deo, & inde iucūdos reddit, ſicut peccatum diſſonans pœnam & animi afflictionem homini affert.

230 Qui fructus promittuntur iis qui legem obſeruant? Nónne patribus ſub figura degentibus, promiſſum fuit figuratiuum regnum, & nobis ſub veritate & libertate exiſtentibus promittit regnum figuratum? iuxta
Matth.19. illud Chriſti: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Sed cur Patribus per obſeruationem legis non dabatur regnum cœlorum? Nónne quia non erant regenerati & facti filij regni, nec renati ſecundum ſpiritum, niſi pauci ex priuilegio, virtute tamen illius qui nos regenerauit? Vnde labor & prouincia eorum ſanctificare hominem animalem, quouſque veniret tēpus renaſcendi, & ſtatum in melius tranſmutandi.

231 Quid important illæ benedictiones datæ obſeruantibus, & male-
Deuter.27. & 28. dictiones datæ tranſgredientibus legem? An erāt benedictiones tantummodò verbales, ſicut à multis ſolent dari ſine aliquo effectu? An cum effectu datæ fuerunt, ſicut benedictiones Izahac ad duos filios, & Iahacob ad
Ibidem 33 duodecim re ipſa deuenerunt? Nam ſi illorum patrum benedictiones fuerunt cum effectu, quantò magis benedictiones & maledictiones Dei cum tanta ſolennitate datæ, nedum tribubus ſingulariter nominatis, ſed etiam
Secret. theol. toti populo in communi? Negocium enim & vis benedictionis (vt ſecre-

tioribus Theologis placet) in hoc cõſiſtit, quòd Deus aut homo Deo plenus, & Spiritu ſancto adductus, benedicens aperit piſcinam ſuperiorem, vnde omnis bonus influxus. Hinc benedictio & piſcina eodem vocabulo nuncupantur, videlicet ברכה beracah. Cuius piſcinæ claues habebant illi ſapientiſſimi & ſanctiſſimi patres. Habent & illi, quorum principi ſummus fons præbens aquam ipſius piſcinę, ait: Tibi dabo claues regni cœlorum, nam ex illa piſcina venit remiſſio, gratia & omnia bona, vt dictũ eſt. Quæ quidem piſcina non obſeruantibus præcepta clauditur. *Matth. 16*

232 Cur benedictiones datæ fuerunt in monte Garizim? Nónne legitur in Euangelio, quòd Chriſtus iudicaturus omnes collocabit oues à dextris, hœdos autem à ſiniſtris, diuidens eos & ſubiiciens vtroſque tribunali competenti, oues videlicet tribunali dextro & Meridionali: hœdos autem tribunali ſiniſtro & Aquilonari? Quæ tribunalia in Canticis dicuntur montes Batar, i. diuiſionis. Quod idem ſignificat Garizim, diuiſiones videlicet. Nam iudicandi neceſſe eſt vt diuidantur, cùm ab alio loco præmium & benedictionem, ab alio autem pœnam & maledictionem ſuſcepturi ſint. Benedictiones igitur dabantur ſuper monte Garizim, i. diuiſionum & ſeparationum. Iuxta illud Saluatoris: Tunc ſeparabunt ſ. Angeli miſſi, malos de medio iuſtorum. *Deuter. 27* *Matth. 25* *Cantic. 2* *Matth. 13.*

233 Quare maledictiones datæ fuerunt in monte Hebal? An, quia ſicut electus fuit mons ille Garizim ad benedicendum ex proprietate vocabuli, pari ratione & hîc electus eſt ex proprietate ſuæ ſignificationis? Maledictio enim quam Deus hîc comminatur, eſt figura maledictionis & ſententiæ dandæ à Chriſto, dicturo: Ite maledicti in ignem æternum. Qui ignis æternus eſt in inferno, de quo inquit Iſaias: Dilatauit infernus animã ſuam abſque vllo termino. Et Salomon inter tria inſaturabilia infernum annumerat, quia omnes deuorare vellet. Hebal autem dicitur antiqua vorago, vnde innuitur, quòd maledicti à Deo, in momento deuorantur. *Deuter. 27* *Matth. 25* *Iſaiæ 5.* *Prouerb. 30.*

234 Cur ſtabant ſex tribus in vno monte ad benedicẽdum, & ſex in altero ad maledicendum? Nónne, quia duodecim tribus illæ totum influxũ cœli ex vtraque parte abſorbebant, ſex videlicet partem meliorem, Auſtri videlicet & Meridiei: & ſex duriorem, Occidentis videlicet & Aquilonis? Hinc illæ ſex mitiorem influxum ſuſcipientes, delectæ fuerunt ad benedicendum: videlicet Simehon, Leui, Iehudas, Iſachar, Ioſeph & Beniamin. E conuerſo autem ſtabant ad maledicendum Reuben, Gad, Aſſer, Zabulon, Dan & Nephtalim. Cum quibus tribubus duodecim, cõueniunt duodecim Apoſtoli, quibus dictum eſt: Sedebitis ſuper ſedes duodecim, iudicãtes duodecim tribus Iſrael. Iudicantes autem damnandos maledicent, & remunerandos benedicent. Quæ omnia magno ſacramento conueniunt cum duodecim Angelis, quorum nomina vidit Iohannes inſcripta ſuper duodecim portis ſupramundanæ ciuitatis, quarum tres erant Orientales, tres Meridionales, tres Occidentales, & totidem Aquilonares. Conueniuntque huiuſmodi cum duodenario diuini nominis, angelis, portis, ſignis cœleſtibus, Apoſtolis & ipſis tribubus præſidentis. *Deuter. 27* *Matth. 19.* *Apoc. 21.*

Exodi 34. 235 Cur Deus clemés punit in tertium & in quartum, vt Moſes ait? An, *Ezech. 18.* quia malitia parentum tranſit vſque ad quartam generationem? Sed nónne ſcriptum eſt: Filius nó portabit iniquitatem patris, ſed anima quæ peccauerit, illa morietur? An igitur priuantur filij hæreditate paterna? ſicut etiam iure ciuili cauetur, quòd bona rebellium & eorum qui committunt crimen læſæ maieſtatis, fiſco applicētur. Vnde & filij remanent bonis priuati. An, quia ex malo ſanguine paterno inficitur aliquando filius, & aliquando ex bonitate patris fit mundus & plenus benedictione? Hinc ſæpius inuenitur in ſcriptura, quòd propter parētes Deus fauit filiis. Et quia filius malo ſanguine parētum inficitur. Hinc prohibetur acceſſus ad mu-*Leuit. 18.* lierem menſtruatam, ne proles inficiatur. An (vt ſecretiora tangamus) punit Deus in tertium, i. in animam trifariam (vt more Hebraico & Platonico loquamur) & in quartum, ſ. corpus, ex quaternario multiplici confectum, & parcit in millibus, i. in millenario, & propter millenarium illum, cubum videlicet ternarij, quem Deo conuenire alibi declarauimus? Nam millenarius in eo quòd finis vltimatus numeri vltimi & cóſummati Deo attribuitur, qui omnium eſt finis.

236 Si filius non portat iniquitatem patris, quomodo omnes ex primo parente patimur iacturam peccati originalis? Nónne, quia peccante illo, peccauit tota maſſa generis humani quę in ipſo continebatur? Nam rami omnes & fructus cuiuſcunque arboris ſequuntur radicem. Hinc ſi radix reſperſa fuerit aliqua amaritudine vel colore, fructus quoque ſunt amari ſeu colorati, vt de perſico ſanguineo patet. Et ſi dulcoratur radix aut ſemen, dulcoratur & fructus: vt patet de fœniculo amaro, ſeminato in ficu, qui dulcem fœniculum producit: & de huiuſmodi multa experiméta patent. Vnde Adam qui fuit radix totius generis humani infectus, omnes ra-*Hebr. 12.* mos & folia arboris infecit, ſicut ait Apoſtolus: Radix amaritudinis ſur-*Roman. 11.* ſum germinans impedit, & per illam inquinantur multi. Et de bona radice iterùm dicit: Et ſi radix ſancta, & rami ſimiliter. Non tamen ramus à ramo inficitur neque exiccatur, ſed qui exiccatur, excíſus igni traditur, aliis *Ioannis 15.* in trunco viuis remanētibus. Et ne apud aliquem remaneat iuſta querela de infectione à primo parente contracta, voluit redemptor omnes renaſci in eo meliori, perfectiori & pulchriori radice, qui fuerat in primo parente, quamuis ipſius radix fœdata non fuiſſet.

Sapient 14. 237 Cur dictum eſt: Benedictum lignum per quod fit iuſtitia, cùm pen-*Deuter. 21* dens in ligno maledictus per legem cenſeatur? Nónne, quia ipſum lignū eſt inſtrumentum iuſtitiæ diuinæ, quæ bona eſt? ſic quoque benedici poteſt ignis, quo quis torquetur, vt ſalutem cóſequatur, iuxta illud Apoſto-*1. Corin. 3* li: Vniuſcuiuſque opus quale fuerit, ignis probabit. Si cuius opus arſerit igni, detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus fiet. Ecce igitur, quòd ignis crucians maledictos, alios purgat, vt ſaluentur. Sed nónne benedictū fuit lignum crucis, in quod reducta fuit omnis mundi iuſtitia, patiente primo homine ſpirituali, ad expurgandum delictum primi hominis animalis, & in quo ipſe homo ſpiritualis præbuit vim, qua regeneraremur omnes im-

maculati? Nam(vt Auguſtinus ait) de latere Chriſti patientis exiuit virtus *Auguſtinus.*
baptiſmi, in quo regeneramur.

238 Cur maledictus dicitur qui pendet in ligno? An, quia ſic lege ſtatutum erat? An(vt altiùs conſcendamus) quia ſicut omnis remunerãdus benedicitur, ſic omnis puniendus maledicitur? Quod clarè diſcere poſſumus à forma ſententiæ, quam Chriſtus dixit ſe laturum in extremo iudicio. Nam bonis dicet: Venite benedicti patris mei, percipite regnum. Puniendis verò, Ite maledicti in ignem æternum. Cùm igitur ſuſpendendus in ligno eſſet condemnatus, conſequenter & maledictus erat, id eſt, malo dicatus. Sed cùm Chriſtus adiudicatus fuerit cruci, non tantùm à Pilato, ſed à patre æterno, ſicut ſcriptum eſt: Filius quidem hominis vadit(ſicut definitum eſt de eo) nónne videtur fuiſſe maledictus? Nónne ait Apoſtolus: Chriſtus factus eſt pro nobis maledictũ, quia maledictus omnis qui pendet in ligno? Quod ſanè declarando dicimus, quòd Chriſtus ſuſcepit omnem ſententiam quam merebat quicunque tranſgreſſor, & conſequẽter maledictionem, vt ſublata maledictione omnes benedicerentur. Hinc ibi dicit Apoſtolus: Chriſtus nos redemit à maledicto legis. Et iterum, Maledictus fuit, vt in Gentibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Ieſu.

Deuter. 21 *Matth 25.* *Lucæ 22.* *Galat. 3* *Ibidem*

239 Cur Ioſueh fuit commiſſa cura introducendi populum ad terrã patribus promiſſam? An, quia electus erat à Deo, ſicut Moſes, Dauid, & alij ductores? An quia tantæ fidelitatis inuentus fuit, vt Deus ſibi hoc negocium tanquam idoneo delegarit? Quod tamen à Deo eſt: iuxta illud Apoſtoli, Idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti. An (vt ad altiora conſcendamus) quia Moſes & Ioſueh tenuerunt typum bifarij ſtatus Chriſti, corruptibilis videlicet & incorruptibilis? Nam ſecundum corpus corruptibile, mortuus eſt, vt nos à peccato expurgaret, ſecundum autem corpus incorruptibile & ſuſcitatum, iuſtificauit nos & introduxit in regnũ. Hinc Paulus dixit: Mortuus eſt, vel traditus propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Moſes igitur, qui eduxit populum ex Ægypto, & baptizauit ipſum in nube & mari(vt Apoſtolus ait) do- *1. Cor. 10*
cuitque & pauit in deſerto, typum geſſit Chriſti, qui hæc omnia fecit in corpore mortali. Ioſueh autem, qui populũ introduxit in promiſſam terram, typum geſſit Chriſti, qui corpore incorruptibili introduxit patres in terram & regnum figuratum. Iuxta illud Prophetæ, Aſcendens in altum, *Pſalmo 67.*
captiuam duxit captiuitatem.

Deuter. 1. *2. Cor. 3.* *Roman. 4.*

240 Cur Deus mitti voluit exploratores ad explorandam terram pro- *Numer. 13.*
miſſam? Nónne, vt daret aliquod pignus promiſſionis factæ? ſicuti & nobis, quibus promiſit regnum cœlorum, fidem tantæ promiſſionis facere voluit per exploratores Apoſtolicos, Petrum, Iacobum, & Iohannem, *Matth. 17*
quibus partim oſtendit, quod promiſit. Hinc dixit Iohannes: Vidimus *Ioannis 1*
gloriam eius. Sed non contẽtus his paucis exploratoribus adhibuit Pau- *2. Cor. 12*
lum, cui oſtendit arcana ſua, & Stephanum, cui gloriam ſuam demonſtra- *Actor 7*
uit, & Ieſum ſtantẽ à dextris Dei. Et (vt opinor) omnibus duodecim Apo-

ſtolis idem demonſtrauit, ſaltem per Spiritum ſanctum miſſum, quos illi duodecim exploratores ex duodecim tribubus præfigurarunt.

Numer. 13 *Ibidem 11.* 241 Cur exploratores malè referentes fecerunt peccare populum? An, quia non conſiderarunt niſi proprias vires quæ ad terram illam obtinendam non ſufficiebant, immemores Dei qui pro illis pugnare cõſueuerat? An, quia faſtidientes manna è cœlo miſſum minus ſufferre poterãt lac & mel ex illa regione fluentia? An quia timebãt homines magnos, & munitiones ciuitatum quas viderunt illic, figurantes eos qui non confidunt de regno illo ſupramundano obtinendo, timentes difficultatem itineris & pugnæ contra hoſtes robuſtos ſuſtinendæ, qui tamen robuſti non ſunt? *Hierony. ad Euſtochium.* cùm Hieronymus dicat: Debilis eſt hoſtis qui non vincit niſi volentem. Nec difficultate terreri debemus (quamuis dicatur arcta via quæ ducit ad *Matth. 7.* vitam) quia diuino fauore ſuffulti onus grauiſſimum & durum ſentiemus *Ibidem 11.* leue, ſicut Saluator perhibet. Vnde præcipua prouinciæ huius difficultas *Marci vlt.* conſiſtit in fide, quia qui non crediderit, condemnabitur. Hinc ſcriptum *Numer. 14* eſt, quòd increduli illi mortui ſunt in deſerto in incredulitate ſua: Ioſueh verò & Caleb fideles & confidentes introierunt in promiſſam terram.

Ibidem 13. 242 Cur dicitur quòd exploratores illi retulerunt ex promiſſa terra vuas, ficus, & malogranata? An, quia huiuſmodi fructibus terra illa præcipuè referta eſt, vt oculis propriis perſpeximus? An (vt altius conſcendamus) propter ea, quę ex ipſis fructibus myſteria deſignantur? Vua enim illa ſuperiorem vuam ſignat illius vitis, de qua loquens Chriſtus, ait: Ego *Ioannis 15.* ſum vitis & vos palmites. Quæ vitis vinum producit nouum bibendum *Matth. 26* in domo patris æterni, vt ipſemet alibi dixit. Malogranata verò continentia grana, tanto ordine & artificio coniuncta, charitatem illam ſignificãt: qua vniti ſunt ſimul beati. Ficus autẽ ſacramentalis pleriſque in locis ha*Iſaia 38* betur: vnde non ſine myſterio Ezechias ſanatus fuit ficu ab Iſaia. Et Na*Ioan. 1.* tanaeli dictum eſt: Cùm eſſes ſub ficu noui te. Ficus enim is eſt, cuius ſemẽ eſt ipſe fructus, ſicut frumentum & huiuſmodi quæ homini in cibum da*Geneſ. 1.* ta ſunt, vt in Geneſi dicitur: Ecce dedi vobis herbam & plantas, quarum ſemen eſt in eis, & quarum ſemen pro fructu comeditur. Vnde innuitur *Luc. 8.* quòd cibus noſter in patria erit verbũ, quod alibi dicitur ſemen, & ex quo *Iacobi 1.* pullulauimus. Nam geniti ſumus verbo veritatis, vt Iacobus ait.

Numer. 13. *1. Corin. 10.* 243 Cur exploratores numerati & nominati ſingillatim fuerunt? An, vt ſola hiſtoria accuratius texeretur? An (cùm omnia in figura illis contingerent) nominati ſunt, vt per eos intelligerentur ij quos ipſi figurabant? An ea ratione, qua duo millia nominum & adhuc plura expreſſa ſunt in ſcriptura ſacra, vnumquodq; ſuo myſterio pauciſſimis ſapientibus noto? Nec *Pſalmo 138.* enim ſine myſterio electorum nomina ſcripta dicuntur in libro vitæ, vt e*Philippen. 4* tiam Paulus innuit. Nec ſine myſterio dictum fuit Moſi: Noui te ex no*Exodi 33.* *Luca 10* mine. Nec ſine myſterio dictum eſt: Gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Quæ myſteria & ſi plenè nouit ille qui ſcripſit, aliquantulum tamen nota fuerunt iis, quibus ſumma Veritas dixit: Omnia quæcũ*Ioannis 15* que audiui à Patre meo, nota feci vobis. Hinc quoque non ſine ratione in

libro Numerorum tot duces & tribuum & in tribubus nominatim exprimuntur.

244 Cur enumerantur omnes aggreſſuri bellum? An, vt ſciretur numerus bellatorum, ſicut in caſtris communiter fieri ſolet? Sed ad quid hæc recenſio nobis relicta? Cur nobis legendæ ſunt enumerationes illæ? Quid fructus, quid emolumenti inde reportamus? An igitur fruſtrà numerat ille, qui (vt Propheta canit) numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat? Quas ſtellas & ſi ex imbecillitate ingenij noſtri enumerare non poſſumus, nec inde vtilitatem aliquam habere, numerat tamen ille qui omnia nouit: & qui finxit ſingillatim corda omnium, & intelligit omnia opera eorum, vt tã opera quæ ipſe finxit, quàm operationes ipſorũ concinnas reddat. Nam ſicuti muſicorũ inſtrumentorum artifices & pulſatores cognoſcunt omnes neruos & fiſtulas ſuorum inſtrumentorum, eáſque conchordare norunt. Sic rector mũdi huius qui à Dorilao Pythagorico dicitur organum quoddam, nouit omnes fiſtulas eius & chordas conchordandas. Hinc non ſine myſterio decãtauit Moſes: Conſtituit terminos populorum iuxta numerum filiorũ Iſrael. Quæ conſonantia qualis ſit, ſuprà declarauimus.

Numer. 1. 26 — *Pſalmo 146* — *Ibidem 32* — *Dorilaus Pythagor.* — *Deuter. 32*

245 Cur terra promiſſionis per ſortem diſtributa fuit? An, quia ſic facere conſueuerant antiqui, quamuis non ſine myſterio, ſicut & alia omnia, vt alibi dictum eſt? An, vt diſtributio illa intelligeretur non facta ab homine, ſed à Deo ſic diſponente, qui omnibus ritè paratis (vt decebat) faciebat cadere ſortem, ſuper quem elegerat? Sicut apertè docet Salomon, dicens: Sortes mittuntur in ſinum, & à Domino temperatur, vt habet communis traductio, ſed iuxta veritatem literæ, à Domino eſt totum iudiciũ ipſarum. Hinc Apoſtoli in electione Mathiæ, ſtatuerũt Barnabam & Mathiam, & orantes dixerunt: Tu Domine, qui corda noſti omnium, oſtende quem elegeris ex his duobus vnum. Qua oratione præmiſſa, dederunt ſortes, & cecidit ſors ſuper Mathiã, quẽ Deus elegerat: nec enim ſors danda eſt caſu, ſed inuocato Deo, vt per ſortẽ ipſe Deus volũtatẽ ſuã oſtẽdat.

Numer. 34 — *Prouerb. 16* — *Actor. 1*

246 Cur tam accuratè enarrãtur confinia regionis patribus promiſſæ? An, quia ſic iuſſum fuit à Domino? An, vt inde intelligeretur proportio & menſura regionis figuratæ, veris Iſraelitis promiſſæ? De qua loquens Baruch, ait: O Iſrael, quàm magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſionis eius. Hinc non ſine cauſa menſurata deſcribitur ab Ezechiele & à Iohanne ſub nomine ciuitatis & tẽpli, illius videlicet, de quo Dauid: Dominus in tẽplo ſancto ſuo, Dominus in cœlo ſedes eius. Nec enim deſcribitur locus illius terræ vel regionis illis tribubus diſtributæ, qui non repræſentet aliquem locum figuratæ regionis, aut ſaltem influxum, quẽ inde ſuſcipit. Nec aſſignatur terminus hic inferiùs, qui non repræſentet aliquem terminum ſupramundanæ domus, in quã immundis ſpiritibus aut extraneis intrare non licet. De quibus (vt Pauli verbis vtar) non eſt modò dicẽdum per ſingula. Ibíque ſunt illæ manſiones multæ, de quibus Chriſtus meminit, quas non ſine cauſa diſtinctas eſſe credimus.

Numer. 34 — *Baruch 3.* — *Ezech. 40. & 41* — *Apoc. 21.* — *Pſalmo 10* — *Hebr. 9.* — *Ioannis 14.*

247 An præter figurã aliquid vtilitatis reportabãt habitantes in regione illa? Nónne ſatis clarè comprobamus Deum elegiſſe aliqua loca quibus infundit particulares influxus, vt non modò Plato conſtantiſſimè aſſeuerat, ſed etiam ex ſacris eloquiis clarè compertum habemus? Cùm enim Iahacob vidiſſet angelos aſcendentes & deſcendentes ſuper ſcalam, euigilans à ſomno ait: Verè Dominus eſt in loco iſto, non eſt hîc aliud niſi domus Dei & porta cœli. Nec ſine cauſa Abraham emit à filiis Chet agrum & ſpelũcam duplicem. Nec ab re Dauid emit aream Areunæ Iebuſæi, vbi antea fuerat ligatus Izahac, & poſtea (vt ſuprà diſſeruimus) ædificatum templum iubente eodem Dauide, à Spiritu ſancto myſterium loci edocto. Hinc ſi quis cognoſceret conuenientiam locorum inferiorum cum ſupernis, vniuſcuiuſque tribus, & familiæ influxum cognoſceret.

Plato in 5. de Repu. *Geneſ 28* *Ibidem 23.* *2 Reg. vl.* *2. Paral. 3*

248 Cur decreuit Deus quòd portio vnius familiæ aut tribus non tráſiret ad aliam? An, ne caſu vel aſtutia aliquorum exſpoliaretur vna familia & ditaretur alia vltra debitam portionem, & exſpoliata mendicare cogeretur? An, quia ſic deſtinatæ erant familiæ, vt vnaquęque haberet influxũ, ſuo loco conuenientem, qui illi familiæ præparatus erat, vt etiam à loco fauorem ſibi præparatum faciliùs hauriret? Hinc, ſi alius ad hauriendum illum influxum non diſpoſitus illuc ſubintraſſet, fauorem illum repreſſiſſet. Vnde non ſine cauſa dictum eſt, quòd Abrahã progrediebatur ad Meridiem, quia inde deſcendebat eius influxus & fauor: Izahac verò proficiſcebatur ad Aquilonem, quia eius influxus inde veniebat, vt alibi dictum eſt. Nec abſque myſterio ſcriptum eſt: Suſcitans ab Oriente iuſtum.

Nume. vlt. *Geneſ. 12.* *Iſaia 46.*

249 An nos quibus promiſſum eſt regnum cœlorum, ſimus abſoluti à lege illa, quę regnum terrenum promittebat? Nónne Paulus apertè dicit: Soluti ſumus à lege mortis, in qua detinebamur? Eſt quidem communis ſententia, quòd ſimus abſoluti à præceptis cæremonialibus & iudicialibus, non autem à præceptis tabularum quæ ſunt moralia & ſecũdum naturam. Cùm igitur abſoluti ſimus à lege Dei, & non à lege naturæ, nónne videtur ipſa natura eſſe ſuperior Deo, & perfectiorem legem tradidiſſe? Sed nónne Deus non modò nobis, ſed & naturæ legem ſuam tradidit, vtramque autem ſempiternam? De lege enim data naturæ dicitur: Ordinatione tua perſeuerant dies. Et iterùm, Terminum poſuiſti, quẽ non tranſgredientur. Et de lege nobis data dicitur: In æternum Domine permanet verbum tuum. Et in repetitione legis ait Dominus: Non addetis verbo, quod loquor vobis: nec auferetis ex eo. Fuerat enim lex in Patribus veluti infantula multis obſeruationibus educanda: in nobis autem qui venimus ad virum perfectum, abſoluta eſt ab infantilibus obſeruationibus. Iuxta illud Apoſtoli: Vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, ſed veritatem facientes creſcamus. Et iterùm, Quanto tempore hæres paruulus eſt, ſub tutoribus & actoribus eſt, vſque ad præfinitum tempus, aduentus videlicet Chriſti. Hinc non ſumus abſoluti à lege, ſed eam perfectius & compédioſius obſeruamus, abdicatis multis cęremoniis, imò in melius ab eo mutatis, qui dixit: Non veni ſoluere legem, ſed adimplere.

Roman. 7 *Pſalmo 118.* *Ibidem 103* *Ibidem 118* *Deuter. 4.* *Epheſ. 4.* *Galat. 4.* *Matth. 5*

250 An ſimus abſoluti à ceremonialibus? Nónne hęc eſt cõmunis Theologorum opinio? Quod etiam videtur aſſerere Paulus dum ait. Neque per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta? Et iterum, Coloſſenſes alloquens, ait. Nemo vos iudicet in parte diei feſti, aut Neomeniæ vel ſabbatorum: quæ ſunt futurorum vmbræ. Et iterum. Præterit enim figura huius mundi. Sed quomodò Chriſtus compleuit legem? Nónne, quia ſacrificia omnia antiqua & varia concluſit in viuo pane, & cœleſti vino: trahens virtutem illorum omnium ſacrificiorum ad hoc vnum? Vnde cultum Dei obſeruamus, breuiori & perfectiori modo: ſtante lege perpetua, ſed mutatis rebus minùs perfectis in perfectiores. *Theologi.* *Heb. 9* *Col. 2* *1 Cor. 7*

251 An per aduentum Chriſti abſoluti ſimus à præceptis iudicialibus: vt communi ſententia Theologi ſentiunt? An fortè, quia Deum pœnituit duritiei & ſeueritatis, qua vtebatur in patres: mutauit ſententiam & abſoluit nos à iuſtitia illa ſeuera? Quomodò igitur verbum Domini in æternum ſtat, vt Propheta canit? Nónne (vt ſupra dictum eſt) ſtat quidem lex: ſed, cum Chriſtus, qui tulit peccata mundi, ſatisfecerit decreto diuino, ſuas pœnas cuicunque delicto decernenti, alleuiamur à ſententia & pœna quam ipſe pro nobis tulit: Hinc ipſe Chriſtus mortem breui ſubiturus, vt oſtenderet quòd pœnam adulteræ & homicidæ in ſe ſuſcipere deberet, adulteram liberauit à lapidatione: & latroni vel homicidæ in Cruce pendenti, dixit. Hodie mecum eris in paradiſo. Quo Chriſti obſequio abſolutus quoque fuit Dauid à pœna mortis, quæ ei debebatur pro homicidio: quam ſacrificiis tollere non valuit. Hinc dixit. Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem. Sed, quia hoc non expurgabat homicidium, nec adulterium, quorum quodlibet morte propria ſolummodò plectebatur. Hinc confugit ad meritum Chriſti, dicens. Sacrificium Deo ſcilicet ſufficiens, eſt ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum: cum ſpe videlicet in eum, qui peccata mundi tulit. *Theologi.* *Pſal. 118* *Ioan. 8* *Luca 23* *Pſal. 50* *Leui. 20* *Num. 35*

252 Cur deligebatur caper per ſortem, mittendus & in deſertum, altero Deo dedicato? Nónne per caprum Deo dedicatum, animalis homo deſignatur, cuius peccatum per ipſum lege expurgari iubetur? Sed cur alter mittebatur in deſertum ad Hazazelem principem deſerti? Nónne videtur hoc ſapere idolatriam quandam, offerre videlicet caprum Diabolo? Sed nónne profundiſſimum ſacramentum eſt hoc, ſignificans (ni fallor) bifarium corpus noſtrum, cuius pars terræ, & illi, cui terra data eſt in cibum, demittitur: altera verò in ſpiritualem ſortem (docente Paulo) tranſmutatur? cuius rei exemplum in granis ſeminatis habere poſſumus: quorum pars in terram reſoluitur: pars autem in plantam viuam tranſmutatur: vt patet inſpicere colentibus. Et hoc fiebat ea lege, quam Chriſtus poſtea promulgauit, dicens. Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei Deo. Et alibi. Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis. Vnde cedere Diabolo, quod ſuum eſt, idolatria non cenſetur. Cùm enim pecuniam illicitè acquiſitam & in ditionem Mammonæ deductam, relinquamus ipſi *Leui. 16* *1. Cor. 15* *Mat. 22* *Luca 16*

Mammonæ (vt Chriſtus iubet)aut erogemus in pauperes: exequimur, quod iuſtum eſt.

Leui.16 253 Cur portans caprum illum in deſertum adeò polluebatur,vt lotura indigeret?Si iuſſu Dei portabatur:cur erat immũdus is,qui portabat?Non quippè immundabatur exequens quod Deus iuſſerat:ſed quia appropinquabat immũdiſſimo Hazazeli.Pro quo(neſcio qua ratione)vulgata æditio habet,Caprum emiſſarium.Hinc docemur, quòd cõtrahitur immunditіes etiam in bono opere. Sicut ille,qui pietate ductus, ſepelit mortuũ: opus quidem pietatis facit,tamen tangens cadauer polluitur:vt plæríſque in locis legis declaratur. Iccirco non iubet lex,vt propitiationem procuret portans, quia hoc non imputabatur ſibi in peccatum : ſed quòd tantummodò lauet ſe & veſtimenta,ab immunditie contracta.

254 Quis eſt iſte Hazazel?An eſt(vt diximus) poteſtas immunda, præſidens deſerto:vt aliqui volunt?An eſt ille ſerpens antiquus:qui, in eo quòd præſidet deſerto, & pruritui carnis, dicitur Hazazel (vt quibuſdam placet)in eo autem, quòd dominium habet ſuper theſauros Amommino dicitur à Ieremia?Pro quo communis traductio habet, tumultum Alexan-

Iere 48 *Lucæ 16* driæ.Hinc Chriſtus, cui hæc omnia nota erant, vocauit eum Mammonam. Quod vocabulum ab Amommino tractum tenemus : defectu verò aut interpretum ſcriptorum aliquantiſper immutatum eſt. Præſidens autem ambitioni Aſmodai dicebatur: vt alibi tactum eſt. Quamuis aliqui opinentur has eſſe varias & diſtinctas formas. Sed quocunque nomine

Zohar vocetur,ipſe eſt mors,Angelus mortis, & inferens mortem , & (vt Zohar ait) equitans ipſam mortem. Qui & pater טמאה tumah,ideſt pollutionis, & infectionis dicitur:quia non tantùm tactu,ſed flatu aut exhalatione inficit appropinquantes ei. Hinc (vt dictum eſt) offerens ſeu portans ei caprum illum polluebatur.

255 Fuítne aliquando reuocatus ritus iſte,quo dabatur caper ſortis Hazazeli & quando? Nónne ablatus fuit:cum in figuram tantummodò,non

Leuit.17 in legem & ſtatutum perpetuum,datus fuerit huiuſmodi ritus?Nam poſtquam demandatum fuit hoc in Leuitico,in triceſimotertio textu ſequenti,more videlicet hebraico computando,his verbis reuocatum eſt. Et nequaquam vltra immolabunt(ſcilicet filij Iſrael) hoſtias ſuas dæmonibus, cum quibus fornicati ſunt. Et hoc forſitan ex conſortio, quod offerendo contrahebant. Numerus autem trigintatrium refertur ad annos Chriſti, quos in mundo vixit:quibus tranſactis,in cruce videlicet patiens, reuocauit penitus ritum illum, eiiciens foras mundi principem: cui id dabatur, ad ſedandam eius ingluuiem. Nam mundo dominans deuorare quærebat,quos poterat : ſed comprimebatur huiuſmodi rabies capro ſuo. Caprum autem dixi ſuum : cum eodem nomine caper & Diabolus aliquando vocentur,videlicet שעיר ſahar. Hinc & mali ſpiritus in capri forma apparere delectantur.

Num.19 256 Cur Deus præcepit offerri ſibi vaccam rubeam robuſtæ ætatis, aut perfectam (vt habet veritas literæ) & quæ eſt hæc vacca? An exquirebat

vaccam armentariam? Sed quid Deo cura eſt de bobus, niſi adſint ſacra-
menta?Nam propheta canit. Nunquid manducabo carnes taurorum:aut
ſanguinem hircorum potabo?An igitur vacca hæc Chriſtum ſignificat,& *Pſal. 49*
in Chriſtum tendit,ſicut & alia omnia,quæ à legalibus ſacerdotibus offe-
rebantur?Sed cur in genere fœmineo Chriſtus figurabatur?An,quia ſicut
homo tenet vicem fœminæ, reſpectu Dei, à quo ſemen diuinum & con-
ceptum ſuſcipit(vt per Iſaiam dicitur. A facie tua Domine concepimus & *Iſa.26*
peperimus) ſic humanitas Chriſti oblata,reſpectu Dei tenet vicem fœmi-
næ?Iuxta doctrinam Pauli,qui docet,quòd ſicut vir eſt caput mulieris, &
caput viri Chriſtus:ſic Deus eſt caput Chriſti.Et hæc perfecta debebat eſ- *1.cor.11*
ſe,abſque macula,& perfectæ ætatis.Quæ omnia in Chriſto fuiſſe, clariſ-
ſimè patet.Rubeáque debebat eſſe,ſignificans illum,qui in oblatione ſua
etiam veſtimenta rubea fecit.Sicut Angeli(Iſaia referente & Dionyſio in *Iſa.63*
terprete) dixerunt. Quare rubrum factum eſt indumentum tuum? Quæ *Dio. de di-*
immolatio vaccæ,cum eſſet omnium celeberrima, merito denotabat ſa- *uinis no.*
crificium ſacrificiorum à Chriſto oblatum.

257 Cur exquiritur, quòd hæc vacca non portauerit iugum: & quòd *Num 19*
cremetur extra caſtra? Nónne, vt quam optimè indicaret Chriſtum, qui
nunquam fuit ſub iugo peccati & Diaboli,ſed penitus liber?Qua liberta-
te etiam nos omnes(teſte Apoſtolo)liberauit.Nec enim conueniens erat, *Gal.4*
vt deſtructor peccati & mortis,eſſet aliquando peccato obnoxius.Quòd
autem extra caſtra iuſſa fuerit cremari, nónne expreſſè indicat Chriſtum,
qui(vt idem Apoſtolus ait)extra portam paſſus eſt?Exeamus igitur cũ eo-
dem Apoſtolo extra caſtra,improperium eius portantes:nec exiſtimemus
hic habere ciuitatem:quia (vt ipſe Apoſtolus ſubinfert)non habemus hic *Hebr.13*
manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus. Ad hoc igitur indicãdum
extra portã paſſus eſt, vt ſanctificaret populum ſuum, relictis ciuitatibus
mundi,& omnibus quæ in mundo ſunt.

258 Cur aſpergebat ſacerdos,digito ſanguine ipſius vaccæ intincto,ſep- *Num.19*
ties verſus fores tabernaculi? Nónne id fiebat in figuram ſanguinis illius,
qui extra portam paſſus eſt,& fudit ſanguinẽ in aſperſionem & lauacrum
omnium,qui ſunt extra tabernaculum & verum templum Dei:vt ipſo lo-
ti & purificati mereantur in templum Dei introduci? De qua lotione *Apoc.1*
Iohannes inquit.Ipſe lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.Et Iſaias. *Iſa.52*
Iſte aſperget gẽtes multas,etiam illas,quibus non eſt annunciatum de eo.
Aſperſio autem fiebat ſepties, numero quidem remiſſiuo: vnde innuitur
vera remiſſio,quæ facta fuit per ſanguinem ipſius Chriſti. Sicut ſcriptum
eſt. Hic eſt ſanguis noui & æterni teſtamenti, qui pro multis effundetur *Mat.26*
in remiſſionem peccatorum. Aſperſio quoque fiebat digito ſacerdotis:
vt innuerentur facienda hæc per Redemptorem digito illo, de quo ip-
ſe ait. Si in digito Dei eiicio dæmonia, profecto peruenit in vos re-
gnum Dei. *Lucæ 11*

259 Cur comburi iubentur ipſius vaccæ, caro, pellis, ſanguis, & fimus *Num 19*
quoque?Nónne,quia omnia,quę pertinẽt ad illam vaccã,figurabãt holo-

cauſtum offerendum pro peccatis totius mundi, Chriſtum videlicet Redemptorem: cuius nihil remanſit pro nobis non oblatum? Nam ipſe animam dedit pro ouibus ſuis: carnem in cibum: ſanguinem in potum & redemptionem: linguam in doctrinam: dentes & vires in corroborationem
Ioan.1 noſtram. Sicut inquit Iohannes. De plenitudine eius omnes nos accepimus. Suſcepítque denique in ſe omnes languores, infirmitates, ac miſerias
Iſa.53 noſtras fœtentes: vt eas omnes expurgaret. Sicut longo ſermone Iſaias diſſerit.

Num.19 260 Cur coccus, cedrus, & hyſopus addenda erant concremandis? An, vt fumus redolens ex illis odoriferis plantis, cōprimeret fœtorem: quem reddebant fimus & inteſtina ipſius vaccæ, dum comburerentur: vt aliqui dicunt? An (vt ad myſteria veniamus) coccus cœleſtem illam vim amoris, ſignificat, quæ ſemper in ſacris exquirebatur? Cedrus autē Crucem, quæ ex illo ligno (vt ſcribitur) confecta eſt, deſignat. Hyſopus verò, aut ros marinus regina plantarum eſt, & ſacratiſſima, confota (vt ſecretiores Theologi dicunt) à maxima intelligentia vel virtute ſuperna. Hinc frequentiſſima habebatur in ſacris. Quæ in hebræa lingua dicitur אזוב Ezob. Quod ex vicinitate vocis cum hyſopo noſtri traduxerunt hyſopum. Sed ros marinus dicitur à ſapientibus: cuius rami ad aſperſiones faciendas aptiſſimi ſunt: qui & congeneus cum hyſopo à Sapientibus exiſtimatur. Herba verò vtraque eſt expurgans & ſanitati conferens. Hinc ipſa aſperſiones fiebant. Sicut Propheta canit. Aſperges me Domine hyſopo: & mundabor.

Sec.Theo *Pſal.50*

Num.19 261 Cur cineres ignis & combuſtorum reliquiæ iubentur effundi extra caſtra? Nónne quia ſicut Chriſtus extra portam & Ciuitatem paſſus ac ſepultus eſt: Sic reliquiæ huius ſacrificij extra ciuitatem & caſtra diſpergendæ erant? Ibi enim extra portam, vbi crucifixus eſt ſepultus quoque fuit. Et ex parte aduerſa ciuitatis, Orientali videlicet (nam in Occidentali paſſus eſt) cœlum aſcendit corpore & anima. Illícque frequenter orauit & multa ſecreta Apoſtolis declarauit. Nec in ciuitate aliud operatus eſt, niſi prædicationem & doctrinam. Quæ prædicatio frequentiam populi exigebat. Et ſacramentum Euchariſtiæ ibidem inſtituit, omnibus communicabile. Vnde communio vocatur diſtributio illa. Cætera autem omnia extra frequentiam operatus eſt. Carnem quidem aſſumpſit in monte Nazaret, natus eſt in antro extra Betlehem, transfiguratus in monte Tabor, orationem frequentabat in monte oliuarum extra portam ciuitatis ad Orientem. Vnde & cœlum cōſcendit: ſicut dictum eſt. Vnde docemur quòd opera Dei frequentiā nō diligunt, niſi quaten⁹ opus ſit: veluti prædicatio.

Num.19 262 Cur immundi erant cōburentes ipſam vaccam? Nónne immundi fuerunt, qui crucifixerunt Chriſtū: & eum morti damnarunt. Quāuis ipſe pro omnibus mundificandis oblatus ſit. Mundari autē poterant ij, qui dānarūt eū: ſicut mundabantur illi, qui cōburebant vaccā: lauantes videlicet veſtimēta ſua & habitus malos. Sed cur erant immundi vſque ad veſperā? An, quia tūc ſolebat offerri ſacrificiū veſpertinū in expiatiōne peccatorū?

An, quia immundi fuerunt omnes vſque ad occaſum Solis: quando videlicet occidit Sol iuſtitiæ? Tunc enim ipſe omnes mundauit: qui mundari volũt. Immundi quoque dicuntur omnes, qui denuo crucifigũt Chriſtũ per ſcelera enormia. Iuxta illud Apoſtoli. Rurſum crucifigentes filium Dei, & oſtentui eũ habentes. Et hi omnes immũdi & immundiſſimi ſunt. *Heb. 6*

263 Cur immundi erant ij, qui cineres vaccæ diſpergebant? Nónne immundi fuerunt omnes illi, qui corpus Chriſti ſanctiſſimũ, ex puluere confectum, & in puluerem reſoluendum, ſicut & alia corpora (niſi ex priuilegio præſeruatum fuiſſet) diſperdere tentarunt, ponẽtes cuſtodes ad ipſum cuſtodiendum? Diiudicabant enim ipſum in puluerem reſoluendum, ſicut & alia corpora ex puluere confecta. Timebántq; ne diſcipuli eius ſublatũ corpus prædicaſſent ſuſcitatum. Quæ diſperſio fuit, non re ſed incredulitate & mala eorum voluntate. Pari modo diſpergunt cineres ij, qui non credunt ipſum ſuſcitatum, ſed extinctum & diſperſum vel perditum: ſicut & corporibus multorum contigit. Et hi omnes immundi ſunt, & rei diuini iudicij: ſicut ſcriptum eſt. Qui vero non crediderit: condemnabitur. *Num. 19* *Mat. 27* *Mar. vlt.*

264 Cur is, qui pollutus erat ſuper mortuo, tangens cineres illos mundabatur? Nónne, quia immundus omnis, tãgens pulueres aut cineres corporis Redemptoris, aſſumens videlicet debita deuotione corpus Chriſti mundatur? Iuxta illud Apoſtoli. Obtulit ſemetipſum immaculatum Deo, emundans conſcientiam noſtram ab operibus mortuis. Et iterum. Dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem. Quod potiſſimè fecit in Cruce: vbi ſe obtulit concremandum in ſacrificium pro expiatione noſtra. Ex hoc itaque vaccę myſterio concludere poſſumus non modò ipſum, ſed omnia alia ſacrificia ordinata eſſe in figuram Chriſti, & ipſi aduenienti omnia ceſſiſſe, tanquam complemento, & virtutem omnium ſacrificiorum habenti. *Num. 9* *Heb. 9* *Ad Titum 2*

265 Cur Deus in lege præcepit offerri ſibi animalia, aues & de quorumcunque terræ fructuũ primitiis, nulla alicubi de piſcibus mentione facta? An, quia Deus noluit à nobis exigere ea, quæ non ſunt in poteſtate noſtra (cuiuſmodi ſunt piſces & cerui: quamuis ipſi cerui ſint animalia mundiſſima) ſed ea tantummodò quæ ſunt in poteſtate noſtra? An, quia non poterat haberi notitia de primogenitis piſcium? Hinc non exigebat primitias piſcium. Neque piſces offerri iubebantur in ſacrificium: cùm non habeãt ſanguinem, per quem fit expiatio. Iuxta illud Apoſtoli. Omnia penè mundantur in ſanguine. An (vt ad altiora conſcendamus) quia, cùm Deus per ſacrificia intenderet concinna reddere inferiora cum ſuperioribus (ſicut fecit Chriſtus in illo ſummo ſuiipſius ſacrificio: per quod conciliauit & pacificauit, vt ait Apoſtolus, omnia quæ in cœlis & in terris ſunt) non reperitur in ſuperna Curia aliquid, cui piſcis reſpondeat? Nam Ezechiel deſcribens ipſam ſupramundanam Curiam, quam Hebræi Merchauam vocant, nulla mentione facta de piſce, nominat Hominem Regem creaturarum rationabilium, Aquilam auium Reginam, Leonem Regem ferarum, & bouem Regem cicurum. Quæ omnia Abraham pertinere per- *Deut. 12* *Heb. 9* *Col. 1* *Eze. 1* *Abraham in lib. de form.*

hibet ad tribunal Dei, nobis per ſacrificia placandum. Sed cur fructus terræ Deus exigebat? Nónne Iohannes deſcribit fructus mēſtruales duodecim illius arboris ſupramundanæ: quibus iſti inferiores tanquam vmbræ reſpondent? *Apoc. vlt.*

SEXTIO VI. DE PRÆCEPTIS PRIMAE TABVLAE.

266 *Deut. 6* QVo amore Deum diligere debemus? Nónne hoc clariſſime exprimitur in repetitione legis, dum dicitur. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua? Sed cur præmiſit cor animæ? Cùm cognitio ad animam pertinés amorem ex corde procedentem præcedere debeat. Nam inuiſibilia (teſte Auguſtino) amare poſſumus, incognita verò nequaquam. *Auguſt.* An igitur per cor intelligit omnes vires animæ rationalis, etiam intellectiuam? Cuius intellectiuæ, gradus ab Abraham aſſignantur trigintaduo: quot in numero reddit vocabulum cordis in lingua myſterioſa: quod dicitur לב leb: vt etiam alibi diximus. *Abrahā in li. de forma.* Quamuis virtus intellectiua dicatur eſſe in cerebro propter cogitatiuam, imaginatiuam & huiuſmodi, quæ ei adminiſtrant. An, quia intelligentia & ſpeculatio procedit à corde: quod niſi iuberet intellectui, non ſpecularetur? Per cor igitur intelliguntur omnes vires animæ melioris: per animam verò intelliguntur vires animales tāquam executrices eorum, quæ voluntas iubet. Sic enim indicat illud vocabulum נפש nephes. Pro quo Latini traduxerunt animam. Per fortitudinē autem intelligitur poſſibilitas omnis, qua homo operari poteſt: vt ſonat vocabulum illud מאדך meodecha. Hinc Moſes ſubinferens iubet, quòd præceptum hoc habere debeamus in corde, in manu, inter oculos, in limine & in oſtiis dom^9: vt omni videlicet conatu, omniq; ſtudio id exequamur.

Deut. 8 267 Cur tam diligenter iubetur, vt Deum reuereamur: & non tradamus ipſum obliuioni? An forſitan (vt aliqui exponunt) ne quis ſortitus bonam ſortem intumeſcens: aut oppreſſione confractus obliuiſcatur Dei? Quod videtur innuere ſententia ſubnexa, qua dicitur. Et poſtquam afflixit te & roborauit te, ad extremum miſertus eſt tui: ne diceres in corde tuo. Fortitudo mea, & robur manus meæ hæc mihi præſtiterunt. An vt recognoſcamus ab eo, quicquid adipiſcimur, & inde imploremus fauorem? Cum omnia à ſummo fonte, qui Deus eſt, procedant. Hinc Apoſtolus & Plato iubent, quòd in omnibus à nobis perpetrandis, diuinum nomen inuocare debeamus. Ait enim Apoſtolus. Omne quodcunque facitis in verbo & opere, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti ſcilicet facite: per quem omnia à Deo Patre habemus. Idémque Plato, neſcio quo ſpiritu ductus, in Timæo docet. *Col. 3* *Plat. in Ti.* *Exod. 20*

268 Quomodò intelligitur illud. Non aſſumes nomen Dei tui in vanū? An, ne ob reuerentiam nominetur in rebus futilibus aut iocoſis? Sed, ſi ſic eſſet, nónne multæ tranſgreſſiones & frequentes fierent contra hoc

præceptum? Cùm facillimè in omnibus ferme rebus nominetur Deus. An igitur (vt Hebræi exponunt) cùm virtute diuini nominis omnia miracula *Hebræi* fiant à mortalibus: præceptum intelligitur, vt non vtamur ipſo nomine, nec ipſum inuocemus in vanum? Nec enim æquum etiam, vt pro omni mi nima re recurramus ad principem, aut abutamur eo, in gloriam & pompam noſtram. Tribus igitur cauſis tantummodò vti legitime opinantur prædicti ſapientes nomine diuino, videlicet in gloriam maieſtatis ſuæ: & cùm euidens & magna neceſſitas proximi ſuadet: & quando habemus negocium alicuius momẽti: & nullatenus ad pompam vel inanem gloriam. Inuocandum autem in omni opere, quod facimus (vt ſupra dictum eſt) ſuademus: quia error vſurpationis gloriæ diuinæ cadere non poteſt: ſicuti quando homo aliquod prodigium facere intendit.

269 Quo ſenſu dicitur in lege. Non tentabis Dominum Deum tuũ? An *Deut. 6* quando (vt aliqui exponunt) quis ſeruat legem expectans videre an Deus ipſum remuneret propter legem ſeruatam? An (ſicuti in Exodo expreſſè *Exod. 17* legitur) quando quis petit ſignum à Deo? ſicuti dicitur de Phariſæis, qui *Mat. 16* tentantes Deum, ſignum è cœlo quærebant: quibus Chriſtus reſpondit. Generatio mala & adultera ſignum quærit. An, quãdo nimis ſolicite quærimus à Deo miracula? ſicuti fecit Diabolus, quando portauit Ieſum ſupra pinnaculum templi exhortans ipſum, vt inde ſe deiiceret: quo portaretur ab angelis: ſicut ſcriptum eſt. In manibus portabunt te. Hinc ei accõmodatiſſimè reſpondit ipſe Ieſus, repetens verbum propoſitum. Non tentabis Dominum Deum tuum. *Pſal. 90*

270 Cur Deus prohibuit titulos erigi? An ſermo eſt de lapidibus, quos *Mat. 4* Hebræis ſuper ſepulchris erigunt? ſed nequaquam tam publicè contra *Leuit. 26* legem facerent? An per מצבה mazebah ſtatua vel idolum intelligitur? Iuxta id quod ſequitur. Nec inſignem lapidem ponetis in terra veſtra, vt adoretis illum. Quod paulo antè clarius dixerat. Non facietis vobis idolum vel ſculptile. Deo enim magna cura fuit, vt diuerteret populum ab *Ibidem* idolatria: quæ exiſtimatur in lege maximum peccatorum: & crimen læſæ maieſtatis, & ſcelus maximum contra ordinem potiſſimum naturæ: quæ requirit, vt omnes partes ab vno dirigantur: ne malæ diſpoſitæ confundantur & pereant. *Meta. 12*

271 Quare figuræ & imagines in lege tam accuratè prohibentur? An, *Deut. 4* ne ex figuris facilè populus ad idolatriã deduceretur? Figura enim eſt idolum quoddam. Vnde tunc potiſſimè Deus figuras & imagines prohibuit: quando Diabolus obtinens mundi principatum procurabat à mortalibus adorari. An quia tunc Deus non præbuerat ſe adhuc ſub forma viſibili: quæ poſſet per imagines repræſentari? An, quia non erat attracta multitudo ad vnum numen Chriſti? propterea periculum erat, ne turba adhærens multitudini (vt ſolet) relinqueret illum: qui eſt verè vnus, & primus & à ſeipſo, & prima omnium cauſa: cuique omnẽ cultum debemus: cæteris autem honorem pro eorum cognitione.

272 Cur nobis imagines permittuntur? An, quia ſublata eſt poteſtas

malæ formæ: quæ adorari procurabat? An, quia Deus ſe præbuit viſibilē? Vnde prima imago, quæ viſa fuit à populo: fuit imago Saluatoris, miraculoſè depicta in pariete Lateranēſis Eccleſiæ: ſi rectè ſentiunt, qui hæc ſcripſerunt. Nam Deus, qui inuiſibilis figurari non poterat, factus viſibilis figurari permittitur. Vnde diligentiſſimè obſeruandum eſt, quòd bis imagines fieri mandatum eſt in lege. Primo Cherubinorum ſupra propitiatorium ſeu coopertorium Arcæ poſitorum. Secundo ſerpentis erigendi ſupra lignum. Quarum quælibet figurabat Deum viſibilem ſcilicet Chriſtum. De ſerpente enim nulli dubium eſt: cum ipſemet Chriſtus dicat. Sicut Moſes exaltauit ſerpentem in deſerto: ita exaltari oportet filium hominis: Cherubinos quoque facile comprobamus ſignificare (vt ſupra dictum eſt) geminam Chriſti naturam: à qua venit omnis propitiatio. Cùm ipſe factus ſit propitiatio pro peccatis noſtris: vt Iohannes ait. Et in eius virtute propitiationes fiebant ab illo propitiatorio, ſupra quod collocati erant huiuſmodi Cherubini, in figuram veri Propitiatoris.

Exod.25 Num.21 Ioan.3 Ioan.2

273 Quid erat ſacrificare in excelſis? An ibi fiebant ſacrificia idolorum? Sed nónne tam boni Reges acrius puniti fuiſſent, ſi ſacrificaſſent idolis, aut idolatriam non amouiſſent? An igitur adolere in excelſis (vt alij dicũt) erat ſacrificare ſeptuaginta Principibus nationum? An per במות bamot nõ excelſum, ſed altare portatile intelligi debet? Quod in tertio Regum volumine ſatis clarè innuitur: vbi dicitur. Et dilexit Salomon Dominum ambulans in ſtatutis Dauid patris ſui: verum adolebat בבמות babamot, ideſt in altari portatili: vt aliqui exponunt. Quod comprobatur ex eo, quod ſequitur. Abiit itaque Salomon in Gabahon: vt immolaret ibi. Et hoc eſt contra præceptum in Deuteronomio datum: vbi dicitur. Caue, ne offeras holocauſtum in omni loco, quem videris (ſicut facere ſolebant Gentiles) ſed in loco quem Dominus elegerit in vna tribuum veſtrarum. An ſacrificare in excelſis (vt alij Sapientes dicunt) eſt diuidere vnitatem illam excelſam in diuerſa numina: & alicui illorum quamuis excelſo ſeparatim ſacrificare? Ad quod tollendum eſt illa ſententia ab Hebræis valde celebrata. Audi Iſrael: Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt.

3. Reg.3 Deut.12 Ibid.6

Leuit.18

274 Quomodò intelligitur illud. Nec in legitimis gentium ambulabitis: Quæ ſunt hæc legitima? An ſunt amictus, ſermones, & opera, vt aliqui exponunt? An ſunt hæc ſtatuta? coniunctionem matrimoniorum concernentia? Sicut ex toto illo capite colligi poteſt. Nam ibi docebantur Iſraelitæ, quo gradu prohiberentur contrahere matrimonium. An, quia ſacrificabant Moloch, coeuntes cum beſtiis & maſculis, peruertentes ordinem naturæ & cœli: vt alibi dicetur? Vnde comminando ſubinfertur. Non facietis huiuſmodi abominationes, quas fecerunt accolæ terræ: ne & vos ſimiliter euomat terra, cùm paria feceritis: ſicut euomuit gẽtem, quæ antè vos fuit.

Leui.19

275 Cur Deus prohibet augurari? Interpretãtur aliqui illud ענן honan (pro quo communis æditio habet augurari) omne genus præſtigiorum, aut diuinationem ſuperſtitioſam: & per caſum aliquem: ſicut per effuſionem

nem ſalis vel vini, vel caſum baculi, vel occurſum alicuius & huiuſmodi. Peccant enim volẽtes aſſumere præſenſionem à baculo, ſale vel vino, aut occurſu caſuali. Sed cur non peccauit Elihezer ſeruus Abrahæ, qui dixit, (vt in Geneſi legimus) Puella cui dixero, inclina hydriam tuam vt bibam, & reſpondebit, bibe, quin & camelis tuis dabo potum, ipſa eſt quam præparaſti ſeruo tuo Izahac? An quia (vt Talmudiſtæ dicunt) cum timore ſuſcepit præſagium illud? An, quia non ab occurſu caſuali puellæ voluit edoceri, ſed à Deo, quem iam rogauerat, vt quã elegiſſet, ſibi occurrere faceret? ſicut antè præmiſerat dicens: Domine Deus domini mei Abraham, occurre mihi obſecro hodie, & fac miſericordiam cum domino meo Abraham. Igitur puella cui dixero, & quæ ſequuntur. Vnde clarè patet, ꝙ à Deo & à diuina diſpoſitione acceptum retulit occurſum illum. *Geneſ. 24.* *Talmudiſtæ.*

276 Quid eſt hariolari in lignorũ fruſtulis, & cur prohibetur? Id quippe fiebat cum baculis vel lignis ex vna parte decorticatis. Quæ ligna proiiciebãtur in altum, & à caſu eorum ex parte decorticata vel cooperta augurabantur, vt ex Deuteronomio colligunt Doctores Hebræi, ſuffulti dictis quæ in Oſæa huiuſmodi habentur. Populus meus in ligno ſuo interrogat, & baculus eius annunciat ei. Et ideò prohibetur ne à ligno interrogentur ventura, quorum denunciatio Dei propria eſt. Iuxta illud, Dicite quæ ventura ſunt, & dicemus quia Dij eſtis vos. An, quia idolatriam facilè committere poſſet homo, & habere à Diabolo, quod à Deo expectare debet? Nam facilè Diabolus poſſet vertere lignum in deceptionem proiicientis, quod eſſet conſulere Deum Hacharon. Quod ſcelus adeò deteſtatus eſt Elias in Ochozia vt ei nomine Dei mortem propter ſcelus illud denunciauerit, vt in quarto Regum volumine legimus. *Deuter. 18* *Oſeæ 4.* *Iſaiæ 41.* *4. Reg. 1.*

277 Quid innuit lex, iubens ne quis conſulat אוב Ob? Nónne per Ob Phyton intelligitur, ſi vulgatam æditionem ſequi volumus? Phyton autẽ eſt intelligentia quædam diuinatrix, ex natura Solis, vt aiunt. Hinc, vt ab his omnibus abſtineamus, lex ſummoperè curat, cùm huiuſmodi ritus idolatria quædã cẽſeatur. Idcircò Saul dũ fideliter ageret cũ Deo, interfecit omnes qui habebant Phytonẽ in ventre, vt in primo Regũ volumine dicitur. Deprauatus autẽ & in reprobũ ſenſum quodámodo datus ob res Hamalechitas, cum magno ſuo detrimento mulierem Phytoniſſam conſuluit. Vnde pro ſalute, de qua ſciſcitari intendebat, meruit audire à Samuele, quòd in craſtinum animam exhalare deberet. Ioſias autem, teſtimonio ſcripturæ iuſtus, ac Deo gratus, omnes Phytones & hariolos abſtulit: vt in quarto Regum volumine legimus. *Deuter. 18* *1. Reg. 28.* *Ibidem* *4. Reg. 23.*

278 Quid eſt ידעני Iidchon, quem conſulere in Deuteronomio prohibemur? Nónne Iidchon propria interpretatione ſcientem vel cognoſcẽtem ſignificat? Pro quo communis æditio habet hariolum. Si verò congregationi Ieroſolimitanæ credimus, Ieduah eſt animal quoddam, humanam gerens effigiem, è cuius vmbilico inteſtinum quoddam egreditur, in longum ſatis extenſum, tantúmque ſibi ſpatij vendicans pro cibo ſumendo, quãtum illud inteſtinum egredietur. Quod qui- *Deuter. 18*

dem animal à venatoribus capi nequit, niſi prius ſagittis funiculus ille dirumpatur, quo diſciſſo expirat animal. Cuius oſſe certis legibus palato vel linguæ ſuppoſito quis efficitur diuinus, cùm animal illud præſtigioſum ſit hauriens à cacodæmone vim diuinandi, quantum ipſe præſtare poteſt. Vnde huiuſmodi genus diuinandi, tanquam dæmoniacum prohibetur.

279 Cur prohibetur in genere, ne audiantur verba alicuius Prophetæ
Ibidem 13 idolorum, aut per dæmoniacas ſortes diuinantis? Nónne quia à patre mēdacij Diabolo non poteſt prodire veritas? Sed nónne vidimus ab huiuſmodi aliquando vera prædicta fuiſſe? ſicut multis exemplis docet nos Ci-
Cic. de diui. cero, vbi de diuinatione pertractat. An igitur dicũt aliquando veritatem, quam ex cauſis naturalibus coniiciunt aſtuti? An, quia illam reportant à remotis partibus velociſſimo curſu? An, quia aliquando audiunt ea, quæ in cœlis decreta ſunt, quando videlicet ad extra fiunt proclamationes, vt
Secr. theo. ſecretiores Theologi aſſerunt? Quæ vera permittit Deus vt aliquãdo nobis ab ipſis propalentur, vt probet nos, ſi ex toto corde ſequamur ipſum. An prohibemur audire eos, ne eorum conuerſatione polluamur? Nam omnes commercia cum immundis ſpiritibus habentes, à Sapientibus iure immundi cenſentur.

280 Cur Deus prohibet commemorari nomina externorum Deorum,
Exodi 23. ſiue per ipſa iurari, vt habet vulgata traductio? An, vt tollatur ipſorum memoria, & auferatur omnis idolatriæ cauſa? An, ne immundemur, ſpiri-
Pſalmo 15. tus immundos nominando? Quod obſeruans Dauid, ait: Multiplicarunt idola ſua (pro quo communis æditio habet. Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum) & poſt ipſa accelerauerunt: non libabo libamina eorum de ſanguine, neque aſſumã nomina eorum in labiis meis: quia videlicet nullam volo cum eis habere ſortē, eò quòd Dominus ſit pars portionis meæ. Sed quomodo nunc Dei cultores poſſunt nominare Iouem, Saturnum, Phœbum, Neptunum, Herculem & huiuſmodi? An interdicta fuit illis, tanquam infirmis & imbecillibus horum memoria, ſicut febricitantibus prohibetur vinum, & multi cibi inualidis, qui robuſtioribus conceduntur? Labilis enim & infirma tenelláque erat plebs illa, ſub pædagogo ad-
Galat. 3. huc exiſtens, vt Paulus ait: Hinc nos roborati in diuino cultu, & certiores de ipſo Deo facti poſſumus nominare ea, quæ ipſi nominare prohibebantur. An, quia eiecto Diabolo è mundi principatu, intrepidè poſſumus nomen eiùs & nomina ſatellitum ſuorum nominare? Nec enim timendum eſt, quod cogant nos inde tranſire in ditionem ipſorum, ſicut facere ſolebant quando Diabolus mundi principatum obtinebat.

281 Cur Deus prohibet fieri Deos argenteos? An, per id (vt aliqui opi-
Exodi 20 nantur) prohibetur omnis ornatus idolorum? An (vt reconditam doctrinam ſequamur) prohibentur fieri idola ex argento, quod cum pietate cõuenit, & à loco pietatis emanat, vt innuatur non eſſe facienda idola ſub prætextu cuiuſcunque pietatis? Et idem prohibet, ne faciamus ſub prætextu alicuius terroris. Vnde ſtatim ſubinfert: Neque Deos facietis ex auro, quod a loco terroris procedit, ab Aquilone videlicet, vt alibi dictum

eſt. Et vt intelligatur quòd nulla ratione aut prætextu idolum fabricandum ſit, clarè loquendo præmiſit, dicens: Non habebis Deos alienos coram me. Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem, quæ eſt in cœlo deſuper, & quæ in terra deorſum, neq; eorum, quæ ſunt in aquis ſub terra. *Iob 37.*

282 Quo ſenſu intelligitur illud, Non ſequimini cogitationes veſtras, & oculos per varia fornicantes? Nónne, quia de diuinis nihil poſſumus appræhendere ſenſibus aut cogitationibus? Nam (vt Plato docet) naturalia ſunt rationibus inueſtiganda, moralia vſu comparanda, diuina verò per oracula ſuſcipienda. Cui adſtipulatur Proculus, vbi de inuentione Patris agit, dicens: Quòd Deum & diuina, ſpiritualia, ſimplicia & remota à ſenſibus, per ſenſibiles & compoſitas rationes venari non poſſumus. Nam Deus is eſt (authore Baruch) vt nullus poſſit ſcire viam eius, neque excogitare ſemitas eius, niſi quatenus ipſe ſe inſinuauerit. Quod expreſſè ſummus Doctor perhibet, dicens: Nemo nouit Patrem (in quem videlicet omnis cultus & oratio dirigitur) niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Hinc bene ſentit Ariſtoteles, dum in Ethicis præſupponens cultum Dei indictum eſſe à natura, modum colendi profitetur eſſe à lege. Lex autem diuinorum nuſquam tradita eſt ſine vero aut ſimulato numine. A vero enim numine Moſes habuit legem, & Chriſtus Euangelium. A ſimulato autem Oſiris Ægyptiorum legiſlator, qui habuit ipſam à Mercurio. Zoroaſtes Bactrianorũ & Perſarum legiſlator ab Oromaſo. Charondas Carthaginenſium à Saturno. Solon Athenienſiũ à Minerua. Zautraſſes apud Harimaſpos à bono numine, vt putabat. Zamolxis Scytharum à Veſta. Minos Cretenſium à Ioue. Lycurgus Lacedæmoniorum ab Apolline. Numa Pompilius Romanorum à Nympha Aegeria. Mahumetes Arabum ab Angelo Gabriele, vt fingebat. Qui omnes tanquam ſimiæ Moſem, qui à vero Deo ſuſcepit legem, geſtire conati ſunt. *Numer. 15. Plato. Proculus de inuentione Patru. Baruch 3. Matth. 11. Ethicor. 5.*

283 Cùm Deus gaudeat æternitate, quæ eſt tota poſſeſſio ſimul, cur obſeruantur aliqua tempora in ſacris? Nónne ad fauorem magis vno tempore quàm alio ſuſcipiendum, vt alibi dictum eſt? Sed cùm Deus ſit penitus à tempore abſolutus, quomodo magis fauet alicui tempori quàm alij? Nónne in Leuitico dicitur: Non obſeruabitis horas, ſiue tempora? Pro quo vulgata æditio habet, Non obſeruabitis ſomnia. Cur igitur data ſunt nobis tempora ſolennitatum, quæ Hebræi מועדים Mohadim appellant, & tempora orationis? Iuxta illud Prophetæ: Veſpere, mane & meridie. Et alibi: Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. Et huiuſmodi: Nónne hæc ſunt inter occultiſſima ſacramenta, quæ ad diuinam prouidentiam attinent? Vnde ſicut ſtat contingentia in rebus cum infallibili prouidentia Dei, ſic ſtat opus tempore limitatum in nobis cum æternitate Dei, qua vnico & ſempiterno actu operatur, & manet. Sed cùm omnia executioni tradantur per cauſas ſecundas, quæ exquirunt tempus in agendo, opus temporale fit. Et cùm ſecundæ cauſæ non ſint ſemper æquè diſpoſitæ. Hinc varius fauor in operantem infunditur, *Leuitic. 19. Pſalmo 54 & 118.*

expectandus ab eis qui ſecundũm eorum diſpoſitionem ſciunt. Nec tamẽ tempus obſeruandum eſt ab imperitis, quia facilis eſſet error. Ea igitur tẽpora obſeruanda ſunt quæ lege docentur: cætera autem quæ vero & rationabili delectu carent, ſuperſtitioſè obſeruantur.

284 Cùm (teſte Iob) Deus erudiat hominem per ſomnium, cur in Deu-
Iob 33. teronomio iubet ſomnia non eſſe obſeruanda, maximè cùm Moſes ſcri-
Deuter. 18. pſerit vtrunque librum, Deuteronomij videlicet & Iob: vt eſt communis
Matth. 1. 2 Hebræorum ſententia? Nónne diſtinguendum eſt inter ſomnium, quod
Geneſ. 28 habent animæ bene expurgatæ, (ſicuti de Ioſeph ſponſo Virginis legitur:
& 41 qui bis in ſomno admonitus fuit ab Angelo. Et Iahacob vidit ſcalam in
Daniel. 2. 7 ſomnis, Et duo ſancti viri Ioſeph & Daniel interpretati ſunt ſomnia: alter Pharahonis, alter verò Nabucdonoſor: vt in Geneſi & Daniele legimus. Ipſe quoque Daniel vidit ſomnium. Et inter dona, quæ daturus erat Spi-
Ioelis 2. ritus ſanctus diffundendus, Ioel connumerat ſomniũ, dicens: Iuuenes veſtri viſiones videbunt: & ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt) & ſomniũ ani-
Zohar marum non bene expurgatarum ab illudẽte dæmone ſuggeſtum, de quo ampliſſimè ſcribit Zohar? Nam malorum animæ dormiente corpore, nãciſcuntur multa occurſitacula malarum formarum. Sed cum animabus
Numer. 12 bene diſpoſitis loquitur aliquando Deus, ſicut ipſemet in libro Numerorum proteſtatur.

285 Quomodo Iſrael punitus fuit propter adorationem vituli, quę fuit
Exodi 32. idolatria quædam? Nónne duo legimus facta fuiſſe in expiationem tanti ſceleris? Alterum enim fuit quòd vnuſquiſque de tribu Leui arrepto gladio interfecit veniẽtem ſibi obuiam fratrem, amicum vel proximum. Vnde ceciderunt in illa die viginti tria millia virorũ. Hinc dixit Moſes: Conſecraſtis manus veſtras Domino, vt detur vobis benedictio, quam ſcilicet
Geneſ. 49. denegauerat eis Iahacob. Alterũ autẽ quod fecit Moſes, fuit ꝙ combuſſit vitulum, & in puluerem redactum proiecit in aquam, & dedit ex ea potũ filiis Iſrael: vt ſicut conflatum vitulum adorauerant, ita comminutum ipſimet in ſeceſſum proiicerent, qua ignominia nulla maior reperiebatur. An (vt alij dicunt) tali arte & conſecratione prædita fuit aqua illa, vt omnium qui fuerant ſceleris authores, aut notabilem fauorem cõflationi vituli præſtiterãt, illa aqua epota intumeſceret venter vſque ad confractionem ventris & mortem.

Deuter. 18. 286 Quot, & quæ ſunt ſpecies diuinandi? Nónne decem enumerantur
Zohar in Deuteronomio, quas ſuper Geneſim Zohar repetit in deteſtationẽ Laban, qui has artes callebat? Quarum prima eſt קסם קסמים choſem cheſamim, quæ eſt ſortilegium, aut incantationes, quæ ſolebant fieri in maleficium. Ad quas incantationes faciendas accerſitus fuit Bilaham filius Behor à Balach rege Moab, vt in libro Numerorum legitur. Secũda eſt מעונן
Iſaie 2. Mehonen, i. obſeruatio indebita temporum, quam nos ſuperſtitionẽ vo-
Hebræi.
Nume. 22. camus. Et de hac in Iſaia habetur: Tertia מנחש Menaches, quod eſt habere oraculum à figuris & imaginibus, quas Hebræi תרפים Teraphim vo-
Geneſ. 31. cant. Et has imagines habebat Laban, quas furata eſt Rachel, ne videlicet

per illas imagines perſcrutaretur negocia ſua, & ne familiæ viri ſui inferret aliquid damni per illas figuras, quæ ad diuinandum & damnificandũ formabantur, vt ſuprà diſſeruimus: quãuis communis æditio habeat idola. Quarta ſpecies eſt מכשף Mechaſſeph. Et hæc eſt magia idolatra, peſſima omnium, & omni lege damnata: nam per ipſam homo idolatriã committit, & ſpiritibus immundis ſe ſubmittit: quibus ſceleribus & immunditiis nihil peius. Quinta eſt חבר חבר Chober chaber: de qua habetur in Pſalm. 58. Et eſt ligatura facta per incãtationes, de qua etiam Iſaias loquitur: & eſt geomãtia cum citatione ſpirituum. Sexta eſt שאל אוב Soal ob, & hæc eſt interrogatio per oſſa mortuorum, quę à nobis propriè dici poteſt Necromantia. Septima eſt אוב Ob: Et hoc eſt ſciſcitari à Phytone, vel ire ad meliorem Phytoniſſam, vel quocunque oracula petere ab immundis ſpiritibus. Octaua eſt ידעני Iideoni, i. auſpicium, auguriũ ſeu haruſpiciũ, vel hariolatio p animalia viua, vel ſacrificata. Nona eſt דרש אל המתים Dores el hametim, quod eſt ſuſcitare ſpiritus mortuorũ. Decima eſt אשף Aſſaph, quod eſt aduocare ſpiritus per pulſationes quaſdam, vt dicit Dauid Chimchi, & de hac habetur in Daniele. Vel fit pulſatio brachij, vt in Geomantia (ſicut nuper dictum eſt) vel fit pulſatio quorumcũque inſtrumentorum, quibus vtuntur ſceleſti Magi pro inuocatione dęmonũ. Quæ omnia ibidem à Deo interdicuntur, quamuis aliqui interpretentur medicinam quæ fit per Magiam naturalem. Addũt aliqui vndecimam, quæ dicitur חוה הכוכבים Choze hacocabim, i. viſio vel diuinatio per ſtellas.

Pſalmo 58. *Iſaiæ 47.* *Dauid Chimchi.* *Daniel. 2.*

287 Cur tam obnixè prohibetur ne detur ſemẽ Moloch: vt in Leuitico habetur? An, quia obſcœnum erat initiari filios Priapo, vt aliqui dicunt? An (vt aliqui perhibẽt) idolum quoddam erat inſtar magni bouis cum ſeptem ſecretis receptaculis, in quorum aliquo recipiebãtur pueri, qui initiabantur ei: & ne audiretur vlulatus pueri oblati, pulſabantur tympana magno ſtrepitu? Vnde vocarũt locum illum תפת Topher à תפף taphaph, quod eſt pulſare tympanũ. Sic enim eum vocat Ieremias, Vocabatur quoque vallis hẽnon. Sed per Ieremiam iuſsit Deus vocari polyandrium, i. ſepulchrum mortuorum, nam ibi nũc Hebræi ſepeliuntur, vbi & Iudas ſuſpendit ſe. Chriſtus autem vocat eum locum gehennam ignis, vt Hieronymus diffuſè ſcribit. Inde enim in die iudicij egredietur ignis, ad quẽ deſtinabuntur maledicti, qui erunt in parte ſiniſtra Ieſu ſtantis ſuper montem Sion, habẽtiſque ante ſe vallem Ioſaphat, i. iudicij, & à latere ſiniſtro locum hunc in extremo ipſius vallis Ioſaphat. Vnde infertur, quòd dare ſemen Moloch in illo loco, eſt deſtinare filios ad ignem æternum.

Leuit. 20. *Ierem. 19. & 32.* *Marc. 18* *Hieron. ibi.*

288 Cur Deus prohibuit regem conſtitui ſuper Iſrael ex gente alienigena? An ne gloria gentis illius ad extraneos deuolueretur? An quia ſceptrum regium erat in familia Iehuda, non auferendum, quouſque veniret Meſsias? Et ſi Saul fuit de tribu Beniamin, hæc tribus erat adeò coniuncta tribui Iehuda, vt vna aliquando cenſeretur. An, ne commiſcerentur intelligentiæ & influxus gẽtium? An, ne cogeretur Iſrael à rege alienigena adhærere Diis alienis, & idolatriæ? de quo ſumma Deo cura fuit.

Deuter. 17 *Geneſ. 49.* *1. Reg. 9. & 10.*

289 Cur Rex conſtituendus erat tantūmodò ex fratribus ſuis? An quia
Deuter.17. æquum erat vt populus ille à ſuis iudicaretur potius quàm ab extraneis? Hinc voluit æternus pater, quòd filius eius efficeretur frater noſter, antequàm daret ei poteſtatem iudicandi, ſicut ipſemet fatetur, dicens: Et pote-
Ioannis 5. ſtatem dedit ei, ſ. Filio, iudicium facere, quia filius hominis eſt. Et Paulus
Hebr.4.5 eidem aſtipulans ait: Eum habemus Pontificem, qui ſciat compati infirmitatibus noſtris, & condolere poſſit iis qui ignorant. Vnde elicimus, ꝙ cum maiori charitate vnuſquiſque iudicatur à congeneis quàm ab extraneis. An, ne quis (vt dictum eſt) vacillaret in cultu ſub rege extraneo?

Leuit.22 290 Cur alienigenæ & ſerui prohibētur comedere ſacra? Nónne, quia ſacrificia ad domeſticos aulæ regiæ & ad liberos pertinent? Hinc quando populus in ſeruitute poſitus erat, nec Sacerdotes ſacrificabant, nec Prophetæ vaticinabantur. Sed nónne Daniel & Ezechiel prophetarunt in captiuitate Babylonica? Prophetarunt quidē, quia non erāt ibi veluti captiui: nutriebantur enim cibo regio, & libertate aliquomodo donati erant
Danie.1. (ſicut de Daniele expreſſè legimus) & p̄cipuè fauebat eis influxus Euphratis fluuij è paradiſo voluptatis egredientis. Quòd autem miniſtri Dei debeant eſſe liberi, & domini ſuiipſorū, & ab omni affectu rerum tēporaliū alieni, indicat cómunis vſus loquēdi. Nam ſerui & miniſtri Dei à populo paſſim vocantur domini. Hinc de Chriſtianis in Dei miniſtros electis, in-
Galat.4. quit Paulus: Qua libertate Chriſtus nos liberauit. Et iterū: Vbi ſpiritus, ibi
2.Corin.3 libertas. Et Iacobus de ſtatu Euāgelico loquēs, ait: Qui perſpexerit in lege
Iacobi 1. pfectæ libertatis. Vnde infertur ꝙ qui volūt perfectè colere Deū, neceſſe eſt vt ſint liberi à ſeruitute peccati, diaboli & omni affectu rerū terrenarū.

Numer.18 291 Cur Leuitæ non habebant partem cum filiis Iſrael, nec poſſeſſionem propriam, ſed oblatione decimarum cōtenti viuebant? An quia lue-
Geneſ.34. bant maledictionem datam à patre Iahacob, eò quòd Leui Sichimitas in-
37.49 uaſerat, & præcipuus author fuerat in vēditione Ioſeph ſimul cum Simehone? Hinc ipſe Iahacob moriens, plenus Spiritu ſancto dixit: Diuidā eos in Iahacob & diſperdam eos in Iſrael. An id iuſſum fuit, vt poſtquā Deo dicati erant, viuerent ex iis quæ Deo offerebantur, & nullatenus ex pro-
Nume.18.
Deuter.18. phanis: vt in libro Numeror. & in Deuteron. legitur? Ibi enim dicitur: In terra nihil poſſidebitis, nec habebitis partem inter eos. Ego pars & hæreditas veſtra in medio filiorum Iſrael, nihil aliud igitur poſſidebitis decimarum oblatione contenti. Et vtinam id ſaperent qui Deo dicati ſunt, & viuerēt ſolummodò ex decimatis & oblatis Deo. Nec enim decet eos, qui
Matth.6 diuino cultui ſunt addicti, habere partem cum mundo. Iuxta illud Saluatoris: Non poteſtis Deo ſeruire & Mammonæ.

292 Vbi comedi debebāt decimę? Nónne comedi debebant omnes de-
Deuter.14. cimæ in loco, quem Dominus elegerat: Ieruſalem videlicet? Et ſi locus, vbi collgebantur decimæ, diſtabat à Ieruſalem, vendebantur: & ex illa pecunia emebatur quicquid ipſis Dei miniſtris placuiſſet, comedendum tamen in Ieruſalem. Et hoc, vt innueretur quàm ſanctæ ſint & diuinæ decimæ, quæ comedi non debebant niſi in loco ſancto, & à ſanctis, i. ſacris re-

bus addictis. Decimæ enim quę ex completo numero nomen ſortiuntur, diuina quadã ſorte gaudent, repræſentanteſ Deũ, qui eſt finis & complementum rerũ omnium. Hinc docemur, quòd nos qui miniſtri Dei ſumus comedere & omnia facere debemus cum intentione ad locum ſanctum, non quidem materialem Ieruſalem, ſed ad illam quæ ſurſum eſt, quæ eſt mater noſtra: cùm iam ceſſante figura Deus amplius nõ curet de loco materiali, vt Chriſtus nos apertè docuit, dicens: Venit enim tempus & nunc eſt, quando veri adoratores non adorabunt, nec in monte, videlicet Garizim, neque in templo, ſed adorabunt patrem in ſpiritu & veritate. *Galat. 4.* *Ioannis 4.*

293 Quomodo decimæ comedi debẽt? Nõne cũ lętitia comedi debent? quod non ſine ſacramẽto iuſſum eſt. Idipſum enim iubet Spiritus ſanctus per os Dauidis, dicẽs: Seruite Domino in lætitiã. Quæ vera lætitia nequaquã eſſe poteſt, niſi anima ſit libera à ſeruitute peccati. Hinc Propheta, cũ in peccatũ cecidiſſet, ſentiẽs ſe priuatum vera lætitia, orabat dicẽs: Redde mihi lętitiã ſalutaris tui, quã ſ. in peccato amiſi, pro quo q dẽ peccato ſubintrauerat dolor & anxietas, ſicut ipſe alibi fatet, dicens: Nõ eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ, nõ eſt pax oſsibus meis à facie peccatorũ meorũ. Et iterũ: Afflictus & humiliatus ſũ nimis, rugiebã à gemitu cordis mei. Et ſi aliquãdo nobis variis de cauſis lugẽdũ eſt (iuxta illud Saluatoris: Beati q lugẽt) nõ tamẽ in luctu pſiſtẽdũ eſt. Vnde ſeqtur ipſe Chriſt^9: quoniã ipſi cõſolabũt, pp quã cõſolationẽ & lętitiã obtinẽdã nobis indicit luct^9. *Deuter. 12.* *Pſalmo 99* *Ibidem 50* *Ibidem 37* *Matth. 5*

294 Cur prohibetur ex ſacris expendi quicquam in re funebri? An, quia cùm cadauer immundum ſit, omnia quæ ad cadauera pertinent, quæ funeralia dicuntur, ſapiunt aliquam immunditiem, cui ſacra immiſceri non debent? An (vt ad ſacramẽta veniamus) hinc innuitur, φ verbis ſacris & diuinis vti nõ debemus in rebus turpibus & obſcœnis, nec ad põpã, vel lucrũ, aut in negociis mortiferis & corruptibilibus? cuius rei baſis & fundamentũ eſt illud (vt ſuprà declaratũ eſt) Nõ aſſumes nomẽ Dei tui in vanũ. *Deuter. 26* *Exodi 20.*

295 Cur iubetur in lege, ne caput columbæ in expiationem iuramenti, per obliuionem violati oblati dirumpatur? Nõnne hęc ſuperſtitioſa viderentur niſi lateret ſacramentum, & cauſa huius edicti? Cùm igitur omnia quæ ſecundum legem offerebantur, in Chriſtum tenderent, qui eſt complementũ & lux omniũ vmbraticorũ ſacrificiorũ, inter cætera hæc oblatio ad Chriſtũ refertur, qui eſt caput Eccleſiæ: quæ quidẽ Eccleſia aliquãdo colũba dicitur, vt in Canticis: Vna eſt colũba mea. Quod & ſi de vera ſpõſa alibi interpretati fuimus, de Eccleſia quoq; Chriſti ſpõſa, aptiſsimè interpretari poteſt: cùm totum matrimonij negociũ (teſte Paulo) ſit magnũ ſacramentũ Chriſti & Eccleſiæ. Caput igitur colũbę, Chriſtus videlicet, nũquã diuidendũ, neq; ſeparandũ eſt in ſacris, imò omnia cõunita, ipſi Deo offerẽda ſunt: hinc nõ ſine cauſa docuit nos ipſe Chriſtus omnia eſſe petẽda à patre in nomine ipſius. Quod & Eccleſia facere cõſueuit, in fine omniũ orationũ proteſtãs & petẽs patrẽ, p Dominũ noſtrũ Ieſũ Chriſtũ. *Leuitic. 5.* *Epheſ. 5* *Cantic. 6* *Epheſ. 5* *Ioannis 16*

296 Cur prohibetur fieri ſacrificia ſine ſale? An, ne ſacrificia corruptioni exponantur, vt aliqui dicunt? Sed cùm ſacrificiũ (ſi erat holocauſtum) *Leuit. 2.*

igne cœleſti conſumeretur, aut aliàs oblatum comederetur à miniſtris altaris, quomodo ſuberat periculo corruptionis? An igitur, vt condiretur ſacrificium à Sacerdotibus comedendum? Sed (cùm in lege dicatur. Nec auferes ſal fœderis Dei tui de ſacrificio tuo) alibi quærendum eſt myſterium fœderis huius in ſale repoſiti. An forſitan de ſale illo intelligitur de quo Chriſtus dixit diſcipulis: Vos eſtis ſal terræ, quòd ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras & conculcetur ab hominibus? Non enim de ſale ex aqua facto loquitur, niſi per ſimilitudinem quandam. Quod ſal Deum eſſe vel influxum diuinum non dubitamus, ſine quo omnis operatio noſtra contemnenda eſt & conculcanda. Nam ſine ipſo aliquid facere aut cogitare nõ poſſumus, cùm omnis ſufficientia noſtra à Domino Deo ſit, vt inquit Apoſtolus.

Ibidem. *Matth. 5* *Ioannis 15* *2. Corin. 3*

297 Cur in libro Numerorum iubetur pactum ſalis eſſe ſempiternum coram Domino? Nónne, quia fœdus bonũ & legitimum habere non poſſumus, niſi cum Deo? nam pactum ſalis eſt pactum Dei, quod eſt inter ipſum & nos. Et hoc pactum debet eſſe perpetuum & ſemper obſeruari, vt pactum circuncisionis (de quo in Geneſi) & pactum legis (de quo in Deuteronomio dicitur: Dominus Deus noſter pepigit nobiſcũ pactum in Horeb, & non cum Patribus. Vnde elicitur quòd non loquitur de pacto circunciſionis ſed legis) & pactum baptiſmi inter Chriſtum & nos. Quæ omnia pacta ſunt inter nos & Deum, qui Deus non inconcinnè dicitur Sal: cùm hoc verbum ſcriptum in lingua ſancta, videlicet מלח Malach, tale ſit, vt ſi per numeros & computationem numerorum diuidentium computetur, norma quadam quam Hebrei Ghilgul appellant, ſemper reſultet aliquod nomen diuinum, vt manifeſtum eſt ſcientibus has regulas & artẽ. Quod explicare longum eſſet, & alienũ ab hoc genere dicendi. Et in hũc ſenſum dicitur ab Apoſtolo: Sermo veſter ſit cum gratia & ſale conditus, i. diuinitatem, gratiam, & Dei honorem redolens.

Numer. 18 *Geneſ. 17.* *Deuter. 5* *Coloſſ. 4.*

298 Cur nec mel nec fermentum adoleri poterat per legem in ſacrificio Dei? An (vt aliqui dicunt) quia Gentiles id faciebant? Sed nónne friuola eſt hæc ratio, ſicut & in aliis multis, in quibus hæc ratio aſsignatur? An igitur fermentum adoleri prohibetur, quia eſt quoddam corruptum (vt Paulus perhibet) quod ſemper à ſacris, & ab oblatione, Deo puro & ab omni corruptione remotiſsimo facta abiicitur? Mel autẽ interdicitur (non quia ſignificet dulcedinem carnis, vt aliqui malè opinantur) cùm veri Sapientes per mel ſemper interpretentur dulcedinem & guſtum rerum diuinarum, qui non adoletur Deo: nã eſt quidam effectus conſequens oblationem, orationem, & omnia opera recta & Deo ex corde exhibita.

Leuit. 2. *1. Cor. 5*

299 Cur bos & ouis in vna & eadem die immolari non debebant? An vt aliqui opinantur) id iuſſum fuit, vt paulatim Hebrei aſſueſcerent pietati? Quo ſenſu demandatum fuiſſe putant in Deuteronomio, quòd ſi quis inueniſſet nidum auium, acciperet pullos & dimitteret matrem. Sed nónne hoc profundius figit radicẽ, quàm ab iſtis exiſtimetur, ſicut infra (Deo fauente) declarabimus? An igitur cùm bos ſit à ſiniſtris, ouis autem à dex-

Leuit. 22 *Deuter. 22*

tris,non conueniunt in eadem oblatione? Hinc non ſine cauſa dictum fuit à Chriſto. Neſciat dextera tua, quid faciat ſiniſtra. Nam ſacrificia veſpertina, Aquilonaria, & ad ſiniſtram partem ſpectantia, omnia erant (vt dictum eſt) ad placandum Tribunal diuinæ iuſtitiæ. Matutinum autem & dextrum erat pro captanda gratia. Quæ duo non ſunt commiſcēda. Nam primo eſt impetranda venia: qua impetrata, ad petitiones & obſecrationes poſtea accedendum eſt. *Mat.6*

300 Cur hominis primogenitus redimebatur pecunia vel precio? Nónne clementia Dei erat, vt primogenitus, qui inter primitias Deo debebatur, poſſet redimi? Nam Deus non expetit ſacrificium coactum ſed voluntarium. Sed cum Aſinus redimeretur agno (vt habetur in veritate literæ) cur & homo eodem non redimebatur? Nónne anima primogeniti vniuſcuiuſque animalis debebatur Deo? Hinc Aſinus, quia animal immundum erat & nullatenus offerendum, redimebatur agno, offerendo Deo: vel percuſſa ceruice occidebatur & effundebatur ſanguis eius cum anima, non quidem in ſacrificium ſed in ſignum quòd Dei erat. Homo autē non redimebatur animali offerendo in expiationem, quia ibi nullum erat peccatum, vel immundities expianda. Nec anima hominis erat ſacrificanda, ſed offerenda in miniſterium Dei. *Exod.13* *Ibidem*

301 Cur demandatū fuit, vt agnus paſcę nō comederetur crudus, aut coctus aqua, ſed tantūmodò igne aſſus? An, quia caro cruda horrorem incutit comedenti? An (vt habetur in veritate literæ, vel vt Hebræi aſſerūt) non erat comedendus agnus ſemicoctus, ſed perfectè coctus, ne videlicet pateretur defectum condimenti? Nulla enim macula admittebatur in ſacris: inter quæ erat hic agnus, figurans immolationem Chriſti: qui non ſemicoctus, nec elixus, ſed inflammatus amore obiit, factus verum holocauſtum: quod ſolebat inflammari ab igne è cœlo miſſo. Nam ipſe inflammatus & in ſortē incorruptibilem tranſmutatus, præbuit nobis, vt in eādem tranſmutemur. Iuxta illud Apoſtoli. Saluatorem expectamus Dominum noſtrū Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humiliatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ. In horum itaque figuram iuſſum fuit vt comederetur agnus non ſemicoctus nec elixus, ſed aſſus igne. *Ibid.12* *Philip.3*

302 Cur iuſſum fuit ne os aliquod ex agno paſcæ comminueretur? An ſuperſtitioſè id iuſſum eſt? An in figuram & myſterium: de quo Iohannes inquit. Facta ſunt hæc, vt impleretur ſcriptura, dicens. Os non cōminuetis ex eo? Et hoc in ſacramentum corporis myſtici: de quo Chriſtus ait. Quos dediſti mihi non perdidi ex eis quenquam. Et quamuis fuerit perditus filius perditionis, qui (vt alias dictum eſt) tenebat locum calcanei (vt adimpleretur quod dictum fuit Serpenti. Tu inſidiaberis eius calcaneo) hoc tamen fuit ſine detrimento corporis: eo quòd ſuffectus fuerit pro eo Mathias perfectè in corpore colligatus, ab illo, qui ſolo iuſſu omnia in mundo corpora compaginauit. Et hoc iuxta oraculum Prophetæ, dicentis. Et epiſcopatum eius accipiat alter. *Exod.12* *Ioan.19* *Ibid.17.18* *Gen.3* *Actto.1* *Pſal.108*

303 Cur tam obnixè præcipitur ne aliquid ex agno remaneat vſque ad *Exod.12*

Ibidem 16 mane? An (vt nonnulli dicunt) ad denotandum, quòd recedentes ab Ægypto in eſu agni illius, nunquam deberent cogitare de reditu? An (vt alij ſentiunt) vt innuatur quòd debemus ſcire totam legem, adeò quòd nihil reſtet addiſcendum in mane reſurrectionis: ſicuti de manna præceptũ erat? An hoc dictum eſt in ſacramentum figurati agni: quem totum comedere debemus? Cùm eius corpus iam glorificatum nullam iam patiatur ſciſſuram. An (vt ad ſenſum moralem veniamus) in ſignum & doctrinam, quòd orationes à nobis faciendæ vno die, non debent diuidi relicta alia parte in craſtinum?

Leui. 21 304 Cur præcipitur, quòd ſacerdos nullam habeat ſciſſuram in corpore? An, quia totus immaculatus eſſe debet: vt ſupra dictũ eſt? An, quia opera eius non debent ſcindi: ſed integra & immaculata offerri Deo? Iuxta illud Chriſti moraliter dictum. *Ioan. 7* Totum hominem ſanum feci in ſabbato. *Aug de cõfeſſio.* Sic & de confeſſione dicit Auguſtinus, quòd impium eſt ſeparare à Deo dimidiam veniam ſuorum peccatorũ, ideſt quòd non eſt ſcindenda confeſſio. Sic nec Euchariſtiæ ſacramentum eſt diuidendum, licet aliquando diuidatur ſignum. Sicut Eccleſia canit. Nulla rei fit ſciſſura, ſigni tantùm fit fractura.

Leui. 27 305 Cur id, quod Deo conſecratum eſt, redimi non poteſt neque vendi? Nónne (vt in textu dicitur) quia ſanctum ſanctorũ eſt Domino, & ipſi dedicatũ? Ideo non amplius in profanos vſus conuertendum eſt, ſed morte mori debet. Et hoc de animalibus intelligitur, quæ conſecrata Deo in ſacrificiũ offerri debent. *Luca 9* Quod & apud Canoniſtas celebratur. Et hoc idem eſt cũ eo, quod dixit Redemptor. Nemo mittẽs manum ad aratrum & aſpiciens retro aptus eſt regno Dei. Cui adſtipulatur Apoſtolus dicens. *2. Tim. 2* Nemo militans Deo implicet ſe negociis ſæcularibus. Nam huiuſmodi debent mori in ſacrificio Dei. Sed nónne Nazarei, qui Deo dedicabantur, raſa barba, & epoto vino ad priſtina redibant: vt in libro Numerorum habetur? *Num. 6* Verum illi non perpetuo, ſed ad tempus erant conſecrati. Sed quid dicemus de primogenitis Deo ratione primitiarum dedicatis: quorum multa per legem redimebantur? Nam primogenitum aſini agno redimebatur, & primogenitum hominis quodã precio: vt in Exodo legitur. *Exod. 13* Nónne primogenita, quæ redimebantur, erant dedicanda, non autem dedicata: lex verò hæc Leuitica loquitur de dedicatis?

Leui. 22 306 Qui nam prohibebantur comedere ſacra & cur? Nónne in Leuitico ſex hominũ genera enumerantur: alienigena videlicet, inquilinus & mercenari⁹ ſacerdotis, filia ſacerdotis profano nupta, leproſus etiã de ſemine *Exod. 12* Aharon, & incircunciſus? *1. Cor. 9* Et quãuis aliqui conentur reddere rationem ſingulorum: tamen (ni fallor) vnum eſt omnium fundamentum ab Apoſtolo memoratum, dum ait. Qui altari ſeruiunt, de altari viuere debent. Et iterum. Qui in ſacrario operãtur, quæ de ſacrario ſunt, edunt. Et è conuerſo. Qui extranei ſunt ab altari, de altari viuere non debẽt. Extranei verò ſunt, generatione, ſiue cultu aut immunditia vel cõpula, aut nõ habentes ſymbolum vel characterem: cuiuſmodi erant incircunciſi.

307 Cur ſacerdos & Dei populus prohibentur, ne ſcalpturam aut caluitiem ſuper mortuo faciant? An (vt aliqui exponunt) quia ipſi erant peculiariter Deo dicati? Sed quomodo in hoc ſeruarent peculiarem electionem, non declarant. An igitur (vt alij ſentiunt) ne facerent luctus immoderatos ſuper mortuis, ac ſi nulla ſpes exiſteret de reſurrectione? Iuxta id, quod Paulus admonet, dicens. Nec contriſtemini, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent. Solebāt enim Gentiles excapillare ſe & expilare ſuper mortuis, ſemetipſos percutientes atque ſcalpturas facientes, veluti penitus de mortuo deſperati. Quæ omnia interdicit Deus iis, quibus myſterium reſurrectionis reuelatum eſt. *Deut.14* *1.Theſſ.4*

308 An votum ſit de iure diuino: & ad primā tabulam pertineat? Nónne hoc ex multis ſcripturæ ſacræ locis elicitur? In Deuteronomio enim dicitur. Cùm votum voueris Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret illud Dominus Deus tuus. Et ſi moratus fueris, reputabitur tibi in peccatū. Et Dauid. Vouete & reddite Domino Deo veſtro omnes, qui in circuitu eius affertis munera. Cui adſtipulatur Sapiens, qui ait. Si quid vouiſti Deo ne moreris reddere. Diſplicet enim Deo infidelis & ſtulta promiſſio. Multò nāque melius eſt non vouere, quàm poſt votum, promiſſa non reddere. In voto enim celebratur pactum inter Deum & hominem: dum homo ipſi Deo ſe obligat. Omne autem pactum factum cum Deo (quia habet Deum ſolum pro obiecto) pertinet ad primam tabulā. Quæ omnia ponderans Dauid, canit. In me ſunt Deus vota tua. In me ſcilicet nullo alio interueniente. Ideò reddam vota mea tibi. *Deut.23* *Pſal.75* *Eccleſiaſt.5* *Pſal.55*

309 Si votum eſt de iure diuino, & pertinet ad primam tabulam: quomodo quis ab ipſo abſolui poteſt? Nónne duo ſunt attendenda in voto? Alterum enim eſt obligatio propriæ voluntatis facta Deo in ſacrificium quoddam & pactum. Alterum verò eſt illud extrinſecum, quod per votum dari promittitur. Ab obligatione quidem illa nullus (vt reor) abſolui poteſt, niſi ab ipſo Deo, cum quo iniit pactum: ſed abſoluitur à re oblata commutanda ex Dei clementia in aliam. Sicut de multis in Leuitico docemur. Et hoc conſyderata ætate, conditione vouentis, & re quam quis vouit. Quod facit Deus ex clementia ſua, attendens, quòd aliquando homo temerè promittit: quod poſtea ſeruare non poteſt. Et quia mulier leuior eſt in vouendo: Ideò minori prçcio redimit votum. Compatitur quoque Deus pueris & ſenibus: vt eadem lege Leuitica plenius & clarius edocemur. *Leui.27* *Ibidem*

310 An intelligitur hæc redemptio valere iis, qui vouerunt virginitatem aut Religionem? Nónne lex dicit. Homo, qui votum fecerit, & animam ſuam Deo ſpoponderit? Spondere autem Deo animam poſſumus, animalem & rationalē. Vouere enim animā animalem, eſt vouere cōtinentiam, ieiuniū, & ſufferre huiuſmodi mortificationes in anima animali. Et quòd huiuſmodi poſſunt redimi, clara eſt lex. Alioquin ſi quiſpiam votū immutaſſet, cuiuſuis authoritate, non eſſet tutus corā Deo. Vouere autē animam ſuperiorem, eſt vouere orationem aut cultum Dei tēporalem (vt faciebant

Num. 6 Nazaræi) aut perpetuum, vt faciunt Religioſi, qui conſecrantur Deo, & huiuſmodi redimi nequeunt: vt in eadem lege ſubinfertur. Quicquid ſemel fuerit conſecratum, ſanctum ſanctorum erit Domino. Et hoc conſecratum non redimitur. Nec enim ij, qui à Religione eximuntur, à conſecratione & cultu Dei penitus abſoluūtur. Sed ex hoc modo colendi Deū tranſmutantur in alium: & vtinam bonum.

Exod. 31 311 Cur ſabbatum tam diligenter cuſtodiri præcipitur, adiunctis grauibus contra tranſgreſſores cōminationibus? An id demandatum fuit, tanquam pertinens ad diuinæ maieſtatis honorem, qui in ſabbato potiſsimè Deo exhibetur? Sed cùm omnia præcepta tradiderit Deus in beneficium noſtrum, quid vtilitatis ex cuſtodia ſabbati reportamus? Nónne id ſatis eſt, cùm per quietem in ipſo die ſeruatam, ipſi Deo aſſimilemur? Cuius quidem aſſimilationis Deo ſemper cura fuit. Quamuis in aliis præceptis non tam clarè exprimatur ratio, quàm in iſto. Ait enim Legiſlator. Quieſcite in die ſabbati ſicut requieuit Deus in die ſeptimo ab omni opere, quod patrauerat ſex diebus. Nónne etiam in ſabbato, homo ab omni negocio & cura diſtrahente liber per ſacrificia & orationes erigebatur in Deum: cum quo domeſticè agens ſanctificabatur, & ſemidiuinus efficiebatur? Et quod illi in ſeptima die ſabbati obſeruabant, in prima ſabbati nos obſeruamus.

Ibidem Leuit. 24 Ibid. 20 312 Cur tam acriter puniebantur, qui ſabbatum violabant? An, quia præceptum hoc pertinet ad primam tabulam: contra cuius præcepta facientes habentur tanquam rei criminis læſæ maieſtatis? Et ideo blaſphemus iubebatur lapidari, & omnis idolatra penitus exterminari. Sed nónne adultera quoque lapidari iubetur: quæ contra ſecundam tabulam peccat? Peccat quidem in ſecundam tabulam, dum alteri ſe commiſcet: ſed peccat in primam, dum iniuriam facit copulæ factæ in cœlo, & iis ſupernis: quorum matrimonium hoc ſacramentum magnum eſt: vt Apoſtolus docet. An violans ſabbatum acriter puniebatur, quia pręceptum hoc maximi momenti erat? Vnde non ſine cauſa huic ſolo præcepto præponitur memento. Nam obliuiſcens diei ſabbati, obliuiſcitur propriæ ſalutis. Nec præponitur memento præcepto cultus & amoris Dei, quia ille debet eſſe continuus. Sed obſeruātia ſabbati prætermittebatur in ſex diebus operis. Hinc admonebatur populus vt relictis negociis quantumuis vtilibus Dei & propriæ ſalutis recordaretur.

Ephe. 5 Exod. 20 Num. 15 Exod. 31 Num. 15 313 Cur Deus lapidari iuſſit eum, qui colligebat ligna in ſabbato? Nónne, quia ſic decretum erat per legem, quæ eiuſmodi habetur in Exodo. Qui polluerit ſabbatum, morte moriatur: & qui fecerit opus in eo die, peribit aut incidetur anima illius de populo ſuo? Sed, ſi ſic decreuerat lex, cur populus recluſo ipſo colligēte in carcere expectauit diuinum oraculum? Nónne, quia volebat doceri, qua morte plecti debebat? Nam lex & ſi adiudicauerat eū morti, non tamen mortem expreſſerat. Sed cur oraculū iuſsit lapidari? Nónne, quia cōtra huiuſmodi (vt ait Abachuch) lapides de pariete clamāt? Sed nónne id parum eſt, reſpectu illius, quod dicitur in

Abach. 2

ſententia contra eum lata, videlicet quòd animã eius debet perire vel incidi(vt literæ veritas habet)de populo ſuo?cùm hæc ſit vera excommunicatio & abſciſſio membri putridi, & irremediabilis facta non ab homine, ſed à Deo.

314 Cur ſabbatum tranſmutatũ eſt in dominicã apud Chriſtianos? An, quia ſic Petrus iuſſit:vt Canoniſtę dicũt?Cui & Paulus cõſentire videtur, dicens, Nemo vos iudicet in cibo aut potu, aut parte diei feſti, aut Neomeniæ,vel ſabbatorum,quæ ſunt vmbræ futurorum.Sed,cum Deus nihil abſque ratione fecerit,nec Apoſtoli id mero voto feciſſent, niſi aliqua ratione ducti fuiſſent: quæ ergò eſt ratio legis immutatæ? An igitur, quia Chriſtus eo die reſurrexit, & dedit initium nouæ vitæ: quæ eſt excellentior quiete,in ſabbato obſeruanda? Quieſcebant enim Hebræi ab omni opere corporeo ac ſeruili. Sed nos, quibus datus eſt introitus in nouam vitam,& operationem,hujuſmodi opus operari debemus, de quo ait Apoſtolus.Si conſurrexiſtis cũ Chriſto, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram.An,quia(vt Paulus Oroſius ait)iudicium fiet in die dominico, & conſequenter introitus in Regnum, quò tendimus? Et ideo hunc diem obſeruare debemus,vt iudicium ac regnum prę oculis ſemper habeamus, maximè in die feſto,quo ſpiritualibus vacare debemus. *Col. 2* *Ibidem 3* *Paulus Oroſius*

315 An Hebræi ſanctificando diem dominicum ſeruarent legem?Seruarent vtiq;.Cùm non ſit indictus eis dies determinatus, ſed ſolũmodò dies ſeptimus.Vnde ſententia eſt Hebræorum Rabbinorum,quòd ſi quis eſſet in itinere,'& omitteret diem ſabbati, incipiens à quocunque die,& ſeptimũ ſanctificans,legem ſeruaret.Et ſic poſſent ſeruare diem,quem nos dominicum appellamus:qui eſt dies Solis.Et ſi contendant,dicentes,ꝙ diem ſabbati ſeruare debent,dedicatũ ſupramũdano Saturno,quem Bina vocãt (vnde annus ſabbatarius & annus Iobilei,remiſſio quoque & quies) poſſent etiã ſeruare(vt opinor)diem Solis, ſupramũdani videlicet:vbi ipſi locant ſuum immediatũ patrem Iſrael vel Iahacob:vbi eſt etiã ſedes Meſſię, qui nouũ hoc teſtamentũ ordinauit.Vnde dictus fuit Sol iuſtitiæ à Malachia.Qui etiã Solarem erexit Eccleſiam:in qua compræhendit hebraicam Synagogã, Saturniam & Lunarem.De quarum vtraque ſimul canit Propheta,dicens.Thronus eius ſicut Sol in conſpectu meo,& ſicut Luna perfecta in æternum. Vnde Hebræi tanto digniores eſſent in Synagoga vel Eccleſia hac Solari,quanto Sol perfectior & dignior eſt Luna. *Lucæ 1* *Malac. 4* *Pſal. 88*

316 Aperiuntúr ne ſuperni canales in nocte ſabbati, vt largiùs cœleſtes influxus demittantur?Nónne id,vt certiſſimum Hebræi theologi ſibi ſuadent?Hinc laudant eos,qui in nocte illa vacant vxoribus. Cùm filij generentur tunc(fauente illo influxu) meliores. Vnde aſſerunt illos eſſe Eunuchos,quos promittit Deus per Iſaiam remunerare præ cæteris.Et hoc ſuffulti verbis ipſius Prophetæ, qui ait, Eunuchis, qui cuſtodierint ſabbata mea,& tenuerint fœdus meũ, dabo in domo mea & in muris meis locum & nomen melius præ filiis & filiabus,ideſt quam habere filios & filias.Ex quibus verbis conuincuntur Hebræi,quòd male ſenſerint,exiſtimãtes eſſe *Heb. Theo.* *Iſa. 56*

Eunuchos laudatos, qui vacant vxoribus in nocte ſabbati. Primo enim Eunuchis non competit generatio. Poſtea, quia promittit meliorē locum huiuſmodi Eunuchis non habentibus filios, quàm ſi haberent: dummodò ſebbata & pacta diuina cuſtodiant. Si igitur eſt aliquis melior influxus in nocte ſabbati, is eſt, quia itur nocte illa à numero ſenario perfecto in ſeptenarium, numerum remiſſionis: qui inde fœlix ex multis ſcripturæ locis coniicitur: vt ſtatim declarabimus.

Leui.25 317 Cur remiſſio & Iobileus poſt ſeptenarium quadratum datur? An, quia ſic Deo placuit? Ad quam legem ſe referens Eccleſia canit. Deno dierum circulo, quo lege fit remiſſio. Sed, cum Deus eum ordinem rebus indiderit, à quo nunquam niſi ex rerum neceſſitate diſcedit: quem ordinem in hoc proſequitur Deus? An igitur, quia Iobileus egreditur ab ea manſione diuinæ domus: quæ (vt ſecretiores Theologi docent) habet quinquaginta portas? *Sec. Theolo.* Qui numerus quinquagenarius integratur per quinarium, complicatum per denarium vel è conuerſo. Qui denarius deſignatur per י Iod, literam diuinitatis patri attributam: quinarius verò per ה he literam vel characterem Spiritus ſancti. Vnde pater miſericordiarum & Spiritus ſanctus, per quem datur remiſſio, complicati adinuicem, faciunt numerum remiſſiuum. Sed ſimul iunctæ illæ duæ literæ componunt יה Iah: nomen quidem diuiniſſimum & clementiſſimum, quod laudare iubemur ſemper quando dicimus Halleluiah. Et quamuis remiſſio impetrata ſit à Filio, non tamen datur ab eo, niſi per Spiritum ſanctum: vt ipſemet perhibet, allegans de ſe dictum fuiſſe ab Iſaia. *Iſa.61* *Luc.4* Spiritus Domini ſuper me, eo quòd vnxerit me, & miſerit, vt prædicarem captiuis indulgentiam, & annum placabilem Domino. Hinc & dare volens Apoſtolis authoritatem dimittendi peccata, inſufflauit in eos, dicens. *Ioan.20* Accipite Spiritum ſanctum. Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis.

Exod.23 318 Cur ſeptimo anno indicta eſt quies non tantū hominibus, ſed humo & cæteris rebus? Nónne, quia Deus voluit nos ſibimetipſi conformare & concinnos reddere: nec tātùm nos, ſed omnia quæ in vſum noſtrum conceſſa ſunt? Hinc iubet nos quieſcere non tantùm die ſeptimo, ſed anno ſeptimo, & millenario ſeptimo: de quo Iohannes ſcribit. *Apoc.20* Cùm eadem ſit reuolutio dierum, annorum, & millenariorum, & omnium iſtorum: vt manifeſtum eſt iis, qui diuinorum numerorum peritiam habent.

Leui.23 319 Cur menſe ſeptimo ordinatus fuit dies remiſſionis, quem Hebræi יום הכפורים Iom hachepurim vocāt? An quia proſequēs Deus ſeptenariū, numerū remiſſiuum, elegit illum ſeptimum menſem, incipiendo à Martio, qui in lege dicitur primus in menſibus anni? *Exod.12* An, quia menſe illo (vt multi Sapientes opinantur) Deus mundum fabricauit, vel ſaltem hominē, quem induxit in mundum, fructibus iam maturis, & pro Antiſtite ipſius mundi præparatis, vt haberet quibus aleretur? Quo menſe ordinatus eſt influxus remiſſionis, in memoriam influxus illius bonitatis, qua Deus hominem tantis muneribus decoratum creauit. Et ſic erit menſis ille primus menſis mundanus: legalis autem Martius primus, & September ſeptimus,

320 Quo die illius menſis fuit inſtituta remiſſio? Nónne fuit inſtituta die decima, denotante patrem, cui iam attribuimus ׳Iod & denarium, eo quòd ſit finis omnium: ſicut denarius eſt finis omnium numerorũ? Menſis autem fuit ſeptimus, numerus quidem Spiritus ſanĉti: vt etiam ex numero menſis & diei, colligati intelligerentur pater miſericordiarum, & Spiritus remiſſionis: vt largiſsimus eſſet influxus. In quo patre & Spiritu ſanĉto, Filius (vt nuper diximus) obtinuit nobis fratribus ſuis remiſsionem perfectam, & continuè durantem. Iuxta illud Apoſtoli. Introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta. *Leui.23* *Hebr.9*

321 Qua de cauſa Iobileus fuit à Deo inſtitutus? An, ne populus alienatis poſſeſsionibus incuria, ſeu neceſsitate vrgente, ad extremam inopiam deueniret? Hinc Deus prouidit & bene conſuluit Reipublicæ ſuæ, vt reſciſſa omni venditione ad priſtinum Dominum poſſeſsio rediret. An, quia ſicut quolibet anno renouatur terra, renouantúrque Religiones, & Reſpublicæ. Ita voluit Deus, vt poſt quadratum ſeptenarij renouaretur. Reſpublica illa Iſraelitica: præcipuè cum fauore illius anni quinquagenarij, quo aperiebatur omnis influxus cœleſtis? Vnde vocabatur ille annus Iobileus, quod eſt influxus à verbo יבל Iabal, quod ſignificat, effluxit. Quæ renouatio cùm fuerit facta cum maximo effluxu tempore Chriſti: Hinc fuit miſſus ipſe Chriſtus (vt Iſaias perhibet) ad prædicãdum annum placabilem Domino. Et tunc Iohannes vidit renouationẽ in cœlis factam de qua ait. Vidi ciuitatem ſanctam Ieruſalem nouam deſcendentem è cœlo. Vnde innuitur quòd renouationes fiunt in cœlo. Nam omnia, quæ hic mutantur, illic præordinantur. *Leui.25* *Iſa.61* *Luce 4* *Apoc.21*

322 Cur tempore Iobilei alleuiabatur populus? Nónne regula iuſtitiæ inuariabilis eſt, & à ſumma veritate promulgata, quòd eadem menſura, qua menſi fuerimus aliis, remetietur nobis? Vnde æquum erat, vt, qui volebant remiſsionem & alleuiationem à Deo, populum ab eis oppreſſum alleuiarent. Hinc docemur à Chriſto, vt orantes dicamus patri. Dimitte nobis, ſicut dimittimus. Alleuiamur enim per remiſsionem ab illo onere, de quo Propheta canit. Quoniam iniquitates meæ, ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. *Leui.25* *Mar.4* *Mat.6* *Pſal 37*

323 Cur poſſeſsione tempore Iobilei priſtinis Dominis reſtituebantur? An, ne, ſi alienatio fuiſſet perpetua, pauperes, ſpe recuperãdi amiſſa triſtarentur? An, vt tunc reſumerent ſua: quando percepta remiſsione à Deo, mundati à culpa habebantur digni recuperare bona ſua, quæ ex ſuis malis meritis amiſerant? An, vt indicaretur, quòd tempore maximi Iobilei, completo videlicet curſu ſeptem millium annorum, omnia debeant reſtitui in priſtinum, meliori tamen ſorte? Iuxta illud Iſaiæ. Ecce enim ego creo cœlos nouos & terram nouam. Et iterum. Sicut cœli noui & terra noua, quæ ego facio ſtare coram me (dicit Dominus Deus) ſic ſtabit nomen veſtrum & ſemen veſtrum. *Leui.25* *Iſa.65* *& 66*

324 Cur in Iobileo manumittebantur ſerui? Nónne æquũ erat, vt, ſicut ipſi liberandi erant à ſeruitute peccati & Diaboli: ſic ipſi quoque libera- *Leui.25*

rent ſeruos ſuos? Quam regulam declarauit Chriſtus ſeruandam eſſe in *Matth.18* parabola hominis Regis, qui voluit ponere ratione͂, cum ſeruis ſuis. Nam cum Dominus dimiſiſſet vni ſeruo decem millia talentorum, quia ipſe noluit poſtea dimittere conſeruo centum denarios, dictum ei fuit. Serue nequam omne debitum dimiſi tibi, quoniá rogaſti me: nónne & te oportuit miſereri conſerui tui: ſicut & ego tui miſertus ſum? Vnde iratus Dominus tradidit eũ tortoribus, quoadusque redderet vniuerſum debitum. Poſtea ſubintulit ipſe Chriſtus. Sic & pater meus cœleſtis faciet vobis, niſi remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.

Exod.21 *Deut.15* *Leui.25* *Exod.31* *Ibidem 21* 325 Cur anno ſeptimo (iuſſu Dei) omnes ſerui Hebræi manumittebantur? An, quia in ſeptenario (vt dictum eſt) omnia remittebantur: vt in Leuitico patet? An, quia ſicut die ſeptimo interdictum fuit omne opus ſeruile: Sic anno ſeptimo interdicta fuit ſeruitus populi Dei? Annus enim ſeptimus eſt annus ſabbatarius. Dimitti autem debebat ſeruus cum ea veſte vel panno, cum quo intrauerat ad ſeruiendum Domino ſuo: vt indicaretur, quòd ſeruus non debebat deteriori conditione dimitti, quàm intrauerat: & quòd ſufficere debebat ſeruitium illius temporis decurſi. Vnde etiam diſcere poſſumus, quòd Deus vult, quòd exeamus è ſeruitute huius mundi ea ſorte, qua intrauimus, & tanto meliori, quanto maius eſt præmium, nobis in mercedem ſeruitutis noſtræ ab ipſo Deo dandum.

Leui.25 326 Septimi anni fructus, quorum eſſe debebant? Nónne ex textu clarè habetur, quòd dimitti debebant pauperibus, & reſiduum pauperum relinquendum erat beſtiis? Sed ſi hæc relinquebantur velut ſacra, cur reſiduum dabatur beſtiis, quæ huiuſmodi comedere non debebant? Non quidem hæc comedebant beſtiæ, vt ſacra: ſed veluti ex humo ſpontè naſcentia. *Geneſ.1* Cuiuſmodi cibi à principio dati ſunt animalibus: vt habetur in veritate literæ: vbi de cibis datis animantibus traditur. Sed cur pauperibus relinquebantur ij cibi ſacri? Nónne, vt indicaretur, quòd neceſſitatem patientibus omnia, etiam ſacra, licitè dantur? Hinc Achimelech Sacerdos dedit *1.Reg.21* ſanctificatum panem Dauidi & pueris eius. Pauperes itaque licitè accipiunt eleemoſynam ex oblatis in altari. Quæ eleemoſyna eſt quoddam ſacrum pauperibus reſeruatum.

Leui.25 327 Cur iubetur ne ager ſeminetur anno ſeptimo requiei? Nónne, quia Deus tanti facit quietem diei & anni ſabbatarij: vt promittat dare fœcunditatem terræ duplicatam anno ſexto: vt expreſſè habetur in textu? Quod *Gen.2* (ni fallor) ordinatum fuit, vt in hoc ſeptenario obſeruaremus quietem, quam ipſe obſeruauit poſt fabricam mundi: & quam ſeruat in liberatione & remiſſione: quam ipſe facit anno ſabbatario. Quam remiſſionem Hebræi vocant שמטה ſemitah à verbo שמט ſamat, quod ſignificat remiſit. Ordinata quoque fuit huiuſmodi requies, vt inde indicaretur millenarius *Apoc.20* ſabbatarius: in quo (vt Iohannes inquit) ligato Satana omnes erunt ſacerdotes Dei & Chriſti: & regnabunt cum illo mille annis in quiete videlicet per hunc annum ſabbatarium figurata.

Leui.23 328 Cur ſub pœna perditionis indictum fuit ieiunium in die remiſſionum,

num,quæ fiebant menſe Septēbris? Nónne,quia nulla melior erat diſpoſitio ad veniam peccatorũ ex petulantia carnis contractorũ ſuſcipiendam quàm ieiunium? nam in ieiunio ea virtus conſiſtit, vt acriora dæmonia eiici nequeãt abſque ieiunio & oratione,vt Chriſtus apertè perhibet. Nec (vt exiſtimo) ieiunium, quod eſt parſimonia victus, abſtinentiáque ciborum,eſt ſufficiens ad obtinendam remiſſionem,& fugãdos dæmones,niſi adſit illud ieiuniũ quod elegit Dominus,vt Iſaias teſtatur,dicens: Diſſolue colligationes impietatis,ſolue faſciculos deprimentes,dimitte eos,qui confracti ſunt, liberos: & onus tuum dirumpe. Frange eſurienti panem tuum,egenóſque & vagos induc in domum tuam. Tunc anteibit faciem tuam iuſtitia tua,tunc clamabis,& Dominus exaudiet, & cætera quæ ibi ſequuntur. *Matth.17.* *Iſaiæ 58.*

329 Cur obſeruãda erat prima,octaua & quintadecima dies Septēbris? An,quia eadem ratione comedebãtur azyma in menſe ſeptimo, qua & in primo? In memoriam videlicet creationis mundi,ſine aliqua corruptione præuia,vt ſuprà declarauimus. Pari quoque modo ſolennitas celebrabatur per totam octauam, ſed non interdictum erat opus ſeruile niſi in prima & octaua die. Vnde repræſentabant Deum,qui in primo die, antequã videlicet mundũ faceret,quieſcebat: & poſt ſex dies fabricæ quieuit. Qui dies in quo quieuit,ſi cõnumeretur cum aliis diebus operis,erit ſeptimus: ſi autem enumeretur cũ illo in quo prius quieſcebat,eſt octauus. Obſeruabatur quoq; quintadecima dies,quæ eſt octaua octauæ, nulla mentione facta de diebus,qui erant inter octauam & octauam,vt indicaretur octauam illam ſuperni mũdi ſic in perpetuum cõtinuari,vt nulli annumerentur dies intermedij. Tunc enim ceſſabit omnis motus planetarum, à quibus dies conficiuntur & denominantur. *Leuit. 23.* *Geneſ.2.*

330 Cur & qua tuba iuſſum fuit clangi in Calendis & Iobileo? An tuba ænea,vel cornu? Vtroque enim vocabulo vtitur Scriptura ſacra, ponens nunc cornu,nunc tubã. Nónne per cornu Scriptura intelligit tubã æneã flexam,& per tubam inſtrumentum illud æneum rectum? De quorum vtroque canit Poeta, *Leuit.23.& 25*

Non tuba directi,non æris cornua flexi *Ouid.in 1. Metamor.*

An igitur cornu ſonabatur in Calẽdis, vt indicaretur reflexio Lunæ,quæ fiebat in Neomeniis,quas nos Calendas vocamus? Pari quoque ratione in Iobileo,cornu clãgebatur,vt innueretur quoque reuerſio influxus,qui fiebat anno illo quinquageſimo. An cornu ſonabatur,vt innueretur quãta eſſet tunc virtus & poteſtas Dei, qui tollebat omnia peccata mundi,omniáq; renouabat? Quæ poteſtas ab Abachuch cornu dicitur, vbi ait: Et cornua,i.poteſtas in manibus eius, ibi abſcõdita eſt fortitudo eius, quia videlicet non videtur,niſi in effectibus. *Abac.3*

331 Cur iſte ſonus apud Hebræos vocabatur תרועה Teruah? Quod vocabulum venit à ירע iarah,vel רעה rahah,quorum vtrunq; malum & deſtructionem ſignificat. Nónne huiuſmodi Iobileus erat deſtructor peccati,debitorũ,& inimicæ poteſtatis,omniúmque denique malorum? Erat

Pſalmo 43 enim ille clangor terribilis & infeſtus ac terrificus malis. De quo forſitan
Hamos 3. Propheta canit: In te inimicos noſtros ventilabimus cornu. Et Hamos: Si clãget tuba vel cornu in ciuitate, & populus non expaueſcet? Erátque ille ſonus iucundus bonis, & influxus illius beneficium cõſequentibus. Hinc dum fit mentio in Pſalmis de clangore illo, multoties communis æditio habet pro clangore, iubilum, vt ibi: Iubilate Deo omnis terra. In Hebræo
Pſalmo 65. & 99. enim habetur, הריעו harihu, quod eſt proprium, Clangite cornu. De clangore autem continuo vel conciſo ſatis dictum eſt ſuperius.

332 Cur ſolennitates iuſſu Dei, fiebant in plenilunio? Nónne Deus per
Ierem. 10. Ieremiã dicit: A ſignis cœli non timueritis, ſicuti Gentes timent? Sed nónne
Geneſ. 1 ne in Geneſi quoque dixit, quòd Luna debebat eſſe in menſes & ſolennitates? Vnde & Neomeniæ omnes in nouilunio celebrabantur. An igitur plenilunium ſecernebat Deus pro ſolennitatibus celebrandis, quia tunc illuſtrato aere in die per Solem, & tota nocte per Lunam, poteſtates tenebrarum fugatæ à lumine, minus in mortales præualebant latitantes in
Pſalmo 103 cauernis, ſicut Propheta canit: Ortus eſt Sol & congregati ſunt, & in cubilibus ſuis collocabuntur? Et qui congregantur? illi vtique catuli Leonum, beſtiæ ſyluæ, Onocẽtauri, Harpyiæ, Tigrides, & huiuſmodi portentorum genera, hoſtes humani generis ſignificantia, de quibus præmiſerat
Zohar. Propheta, dicens: Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox, in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſyluæ. An per hãc Lunam Deus alludebat (ſicuti Zohar diffuſè tractat) ad ſupramundanam Lunam, quæ repleta lumine ſuperni Solis fœlicius influit quàm priuata lumine? Quæ quidem Luna ſupramun-
Secr. theol. dana à ſecretioribus Theologis dicitur ſpeculum non lucens. Nec enim lucet, niſi quatenus illuſtrata ſit à Sole illo diuino. Cuius Solis ac Lunæ ſupramundanæ iſta duo luminaria typum tenent.

Pſalmo 18 333 Súntne vera luminaria, Sol & Luna in Archetypo, an imaginaria? Nónne canit Propheta: In Sole poſuit tabernaculũ ſuũ? Nec enim taber-
Apoc. 12 naculum hoc poſuit in Sole imaginario. Hinc Iohãnes quoque dixit: Signum magnum apparuit in cœlo, empyreo videlicet, Mulier amicta Sole, non quippe hoc viſibili nobis, qui nunc apparet, nunc occultatur, ſed illo
Malach. 4 perpetuo & vniformi. Qui ſol aliquando (vt Malachias ait) ortus eſt nobis. Et de vtroque luminari idem Propheta in perſona Dei decãtat, ad filium dirigens ſermonem. Thronus tuus ſicut ſol in conſpectu meo, & ſi-
Pſalm 88. cut Luna perfecta in æternum. Synagoga enim fuit Luna (vt alibi declarauimus) Eccleſia verò ſol. Vt igitur Propheta indicaret Chriſtum eſſe regem ac Dominum vtriuſque familiæ, vtrumque nominauit. Nam Synagoga à Luna ſupramundana potiſſimè, Eccleſia autem à ſole iuſtitiæ, qui ei ortus eſt, fauorem ſuum præcipuum comparauit, quamuis vtraque ab vtroque luminari influxum ac fauorem ſuſceperit.

Leuit. 23 334 Cur iuſſit Deus celebrari diem quinquageſimum poſt paſca, quem nos Pentecoſtem vocamus? An, quia tunc offerebantur primitię frugum?
Ibidem. Vnde dicebatur dies primitiarum aut manipulorum. An id factum fuit ad indicandum myſterium ſeptenarij quadrati? Quo curriculo completo

currit Iobileus, vt in textu habetur. An, quia in quinquageſimo die poſt tranſitum Ægypti apertæ fuerunt portæ binah, id eſt, Spiritus ſancti, quæ ſunt quinquaginta, vt Hebræi dicunt? Vnde tunc fuit primus Iobileus & effluxus manifeſtus, emanans à fontibus illis ſupernis, & data fuit lex tanta celebritate, & eodē die miſſus fuit Spiritus ſanctus ad Apoſtolos, qui eos docuit Legem & Euangelium, atque omnia genera linguarū, vt Lucas narrat. *Actor. 2*

335 Cur præceptum eſt, quòd in die ſabbati non accenderetur ignis in aliquo habitaculo? An (vt Talmudiſtæ dicunt) ne punitio, quæ per ignem fieri ſolet, fieret in die ſabbati, quod erat dies remiſſionis & non punitionis? Vnde docemur nullum ſuppliciū eſſe infligendum in ſabbato. Quod tamen Hebræi ſuperſtitione quadā obſeruant, vt nec pro frigore tollendo, nec pro coquendis cibis ignē accendant in ſabbato. An (vt altius conſcendamus) non eſt in ſabbato accendendus ignis inferior, nec procurandum lumen doctrinarum humanarum, ſed expectandus eſt ignis ille, de quo Ieremias: De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & erudiuit me? Aut ignis quem Filius Dei venit mittere in terram, volens vt ardeat, potiſſimè in ſabbato & in ſolennitatibus, igne materiali prorſus ſopito. *Exodi 35* *Thren. 1.* *Lucæ 12*

336 Cur antiquitus non extendebatur iter in ſabbato vltra milliarium, ſicut ex Luca colligitur? Non id quidem ex lege expreſſè habetur, ſed ab antiquis traditum, & aliquo modo ex lege hauſtum. Quam traditionem ſequens Lucas, dum diſtantiam montis oliuarum vſq; ad verticem montis Sion, vbi fuit Chriſti cœnaculum, deſcriberet, dixit: Sabbati habens iter. Eſt enim ibi diſtantia mille paſſuum, vel circa. Cuiuſmodi iter antiqui in die ſabbati non tranſgrediebantur. An igitur hoc faciebant ne laſſati itinere, minus Deo vacarent quàm debebant in ſabbato? An cum myſterio & figura id factum eſt, ne videlicet in ſabbato in quo Deo vacare debebant, exirent millenarium, numerū quippe diuinum (vt pluries dictum eſt) i. vt nulli vacarent in ſabbato niſi Deo? *Actor. 1.* *Ibidem.*

SECTIO SEPTIMA DE PRÆCEPTIS SECVNDAE TABVLAE.

QVOMODO diligendus eſt proximus? Nónne lex dans huiuſmodi normam, ait: Diliges proximū tuum ſicut teipſum? quod & Chriſtus repetēs cōfirmauit, vt in Matthæo legitur. Sed quomodo poteſt quis amare proximū, ſicut ſeipſum? Cùm amor ſuiipſius ſemper præcedat, & præponatur amori omniū creaturarū ſimul: vt Chriſtus nos apertè docet, dicens: Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundū lucretur, animæ verò ſuæ detrimentū patiatur? Ex quibus verbis clarè colligitur amorē ſuiipſius omnibus pręferendū. An igitur p illud ſicut intelligitur ſimilitudo & nō æqualitas, vt videlicet diligamus proximū in Deū *Leuit. 19* *Matth. 22* *Ibidem 16*

ſicut noſmetipſos, & ad beatitudinē, & etiam ad commoda temporalia, ſed non eadem menſura, qua nos diligimus, quia prima charitas incipit à ſeipſo? Sed nónne Chriſtus tradidit animam ſuam pro ouibus ſuis? Tradidit quippe animam, nullum patiens in ipſa detrimentum, imò ex illa maxima charitate reportans præmium, nam illum oportuit pati, & ſic intrare in gloriam ſuam, vt ipſemet de ſeipſo perhibet.

Ioannis 10. *Lucæ 24*

Exodi 23. *Plato 5. de Republ.*

338 Cur bos, etiam inimici errans reduci iubetur ad domum ipſius? An, vt verè diligatur proximus, licet nos non diligat, dum iubetur haberi ea cura de rebus eius quæ de propriis habetur? Quod Plato adeò ponderauit, vt vbi de Republica bene inſtituenda agit, hoc præceptum ſummoperè celebret, extendátque etiam ad vxorem proximi, & filios tanquā proprios habendos. Quæ omnia iubebat eſſe communia in Republica non quidem vt torus eſſet cōmunis (ſicut aliqui ipſi falſò impingūt) ſed quòd eſſet communis cura erga filios alienos, & vxorem proximi ac propriam: vt ipſe pleriſque in locis ibidem declarat. An per bouem (vt ad meliorem ſenſum tranſeamus) intelligitur anima hominis ſimplicis & ignorantis, quæ reducenda eſt à Paſtore & Doctore, quamuis ille ſit inimicus?

Geneſ. 42 *Numer. 18* *Deuter. 23.*

339 Quiſnam intelligitur ſub nomine fratris? An tantummodò qui nati ſunt ex vno parente? Iuxta illud Geneſeos: Duodecim fratres ſumus vno patre geniti. An illi qui ſunt ex eadem tribu, vt in libro Numerorum dicitur Aharon: ſed & fratres tuos de tribu Leui ſume tecum? An illi etiā, qui ſunt ex eadem gente & cultu? Iuxta illud Deuteronomij: Non fœneraberis fratri tuo, ſed alieno. Nam interdicebatur fœnoris exactio iis, qui erant eiuſdem cultus, permittebatur autem exigi à Chananæis & cæteris Gentilibus qui relicti erant apud ipſos, quorum bona tanquam idolatrarum & rebellium Deus addixerat fiſco & Iſraeli, ſicut & totam regionem. Vnde comparantes ſibi Iſraelitæ res illorum ſub prætextu vſuræ iuſtè faciebant, quia recuperabant ea tanquam propria & ſibi donata. Sublata verò huiuſmodi occaſione, non poſſunt à quouis ipſi Hebræi vſuram exigere, maximè autem à Chriſtianis, cùm eum Deum colant, quem & ipſi colunt. Vnde in cultu non peregrini, ſed fratres ſumus. In quam ſententiam expeditis pedibus multi Hebræi Sapientes veniunt.

Leuit. 25 *Ioannis 1.*

340 Cur Deus tam diligenter præcipit, ne quis opprimat aut affligat fratrem, vel eum in ſeruitutem deducat? An, quia id exigit lex naturæ, quę monet vt alteri nō facias, quod tibi fieri nolles? An vt ſicut omnes ex eodem patre geniti ſunt, ita veluti fratres ſeſe habeant ad inuicem? An, ne quis fratrem opprimendo & in ſeruitutem redigēdo, iniuriam faciat imagini diuinæ, quæ aliquādo melius relucet in paupere quàm in diuite, & in ſeruo quàm in Domino? An, quia fit iniuria diuino illi lumini, quod ſplēdet in omnibus? Iuxta illud Iohannis: Erat lux vera, quæ illuminat omnē hominem venientem in hunc mundum. Nam ſi Dominus temporalis ægrè fert, quando infertur iniuria alicui eius inſignia deferenti ſeu negocia

gerenti

gerenti, quantò ægrius ipſe Deus ferre debet, quando quis iniuriatur illi, qui eius imagine vel ſymbolo decoratur, & qui ipſius Dei negocia pertractat, aut qui eſt membrum tanti capitis? Vnde quicquid boni aut mali fit homini, Deus & Chriſtus exiſtimat ſibi eſſe factũ. hinc ipſe Chriſtus proteſtatur ſe dicturum in extremo examine: Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. *Matth. 25.*

341 Cur permittit Deus ſeruos aſſumi ex alienigenis & Hebræis, aliquos autem nedum aſſumi in ſeruos ſed occidi iubet? *Exodi 21* Nónne ex Hebræis ſumebãtur ſerui, lege ſic permittente, ſed in ſeruitium ſex annorũ ſolummodò, & in ſeptimo manumitti iubebãtur cum eadem veſte, & cum vxore & reliquis rebus cum quibus intrauerãt ſeruituri? Et id in ſacramẽtum ſeruitutis qua ſeruimus Deo in hoc ſeno millenario laboris, expectãtes liberationem & præmium in ſeptimo millenario, vt ſuprà dictum eſt. Et licet Chriſtus in quarti millenarij fine veniẽs liberauerit nos à ſeruitute (vt inquit Apoſtolus) non tamen aſſequimur effectũ perfectę libertatis quouſque veniamus ad regnum. *Galat 4.* Iuxta illud eiuſdem Apoſtoli: Creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. *R.man.8.* Alienigenã autem in perpetuum ſeruum tenemus, qui corpus alienum à ſpiritu, redigendúmque in ſeruitutem & mortificandum ſignificat. Cuius rei typum tenebant ij qui occidi iubebantur.

342 Cur iubet lex vt arguatur frater publicè? Nónne melius eſt diſſimulare peccatum proximi & non quærere odium? iuxta illam à Hieronymo celebratam ſententiam: Fruſtra niti & odium quærere extremæ dementiæ eſt. Hinc Paulus ait: Factus ſum vobis inimicus, dicens veritatem. *Leuit. 19. Hierony. in prolog. Hezræ. Galat 4* Cur igitur lex dicit: Non oderis fratrẽ tuum in corde tuo, ſed publicè argue eum? cùm Chriſtus (vt videtur) ex aduerſo dicat: Corripe peccantem inter te & ipſum ſolum. *Leuit. 19 Matth. 18* An itaque peccata ſecreta ſecretè, & publica publicè corrigi debent? Et hoc fieri debet in beneficium correcti. Vnde ſubinfertur: Ne habeas ſuper illum peccatum, ſi te non corrigente videlicet perſeuerauerit in malo. *Leuit. 19* An id iubetur vt tollatur odium, quod ceſſat dum exhalatur impetus iræ redarguendo, qui augetur, quantò magis in corde comprimitur?

343 Cur iubetur in lege ne metãtur omnes anguli terræ, nec vindemiẽtur omnes racemi vuarum? *Ibidem* Nónne expreſſè redditur ratio in textu, dũ dicitur: Sed pauperibus & peregrinis carpenda dimittes? Vnde docentur diuites qui opibus abundant, pauperes eſſe ſibi relictos & creditos. Idcircò in repetitione legis bis addidit, quòd ſunt dimittendæ reliquiæ aduenæ, pupillo & viduæ: quorum præcipuè Deus eſt pater & iudex, vt Propheta canit: Orphano tu eris adiutor. *Deuter. 24.* Et alibi ipſe Propheta vocat Deũ patrem pupillorum, & iudicem viduarũ. *Pſalmo 19. Ibid. 67* Nec enim Deus tribuit diuitibus ſuperabundantiam tanquam poſſeſſoribus, ſed tanquã diſpenſatoribus: ſicut cibus abundans ſtomacho creditur coquendus & diſtribuendus in omnia membra, alioquin noceret ſtomacho & toti corpori. Non ſecus diuitiæ retentæ à diuitibus, ſed debitè erogatæ, mundant animam, acquirendo

Lucæ 11. *Daniel.4.* vel quomodocunque coinquinatam, vt ſumma Veritas perhibet, dicens: Date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis. Vnde Daniel dixit Nabucdonoſor: Eleemoſynis peccata tua redime. Erogatæ quoq; & diſperſæ diuitiæ faciunt plures fructus, ſicut fimus diſperſus in agro. Sunt enim diuitiæ fimus quidam terræ. An (vt ad meliora tranſeamus) poteſt intelligi lex de meſſoribus aut de vindemiatoribus Scripturæ ſacræ, vt non omnia metant aut vindemient, ſed relinquant ſpicas & racemos poſteris ſuperuenientibus?

Leuit. 19 344 Quomodo intelligitur dictum illud: Odio non habebis fratrem tuum? An ex hoc poteſt inferri contrarium, vt videlicet, ſicut diligere debemus fratrem & amicum? ita poſſimus odiſſe inimicum? Nónne id eſt contra mentem legiſlatoris? hinc Doctor veritatis redarguit antiquos ſic *Matth. 5.* inferentes. Vnde corrigens eos, dixit: Ego autem dico vobis, Diligite inimicos veſtros, benefacite iis qui oderunt vos. Et rationem aſſignat ſubinferens: Vt ſitis filij Patris veſtri, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Tota enim cura Dei & Chriſti fuit, vt patri ac ipſi aſſimilemur, ſicut patet bene inſpicienti Legem & Euangelium. Hoc quoque documentum habemus à natura, vt ſapienter diſ*Boet. in 4 proſa 4.* currit Boëtius, dicens: Nullus apud Sapiẽtes odio relinquitur locus: nam bonos quis niſi ſtultiſſimus, oderit? Malos verò odiſſe ratione caret. Sicut enim infirmos corpore, nõ odio ſed miſeratione dignos iudicamus, multò magis non ſunt odio habendi, ſed ſufferendi: quorũ mentes omni languore atrocior vrget improbitas.

Leuit. 19 345 Cur prohibetur ne ſumamus vindictam de iniuria nobis illata, nec reminiſcamur iniuriæ proximi? An interdicitur vindicta, quia nemo poteſt eſſe iudex in propria cauſa? An, quia vindicta eſt proprium Dei, qui in *Deuter. 32.* Deuteronomio ait: Mihi vindictam, & ego retribuam? Hinc quandocunque vltionem quærimus, duo mala perperramus. Alterum enim eſt, quia nobis vſurpamus quod Dei eſt. Alterum, quia neſcimus nec poſſumus fa*Roman. 12.* cere vindictam congruam, quam Deus facit, cùm ipſi relinquimus quod ſuum eſt. Hinc Apoſtolus ait: Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitierit, potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius. Et hoc, quia Deus videns quòd tu ei remittis quod ſuum eſt, gaudet: & exequitur iuſtitiam acrius quàm tu faceres.

Exo. 21. 22 346 Cur iubet lex vt reſtituantur iniuriam paſſo, omnia damna illata, & ſatisfiat de iniuriis, vt ex libro Exodi colligimus? Nónne id iuſſum fuit, *Roman. 12.* vt ordo naturæ & lex ſeruetur, quam (docente Apoſtolo) diſcere poſſumus in membris corporis humani? Deus enim multa membra conſtituit *1. Cor 12.* in eodem corpore, & vnicuique tradidit vnde ſuum exerceat officium. Nam oculis indidit vt videant, auribus vt audiant, & cætera huiuſmodi. Si igitur manus vellet ſibi vendicare virtutem viſiuam, pes auditiuam, & huiuſmodi confunderetur totum corpus. Pari quoque modo, Deus conſtituit aliquem in hoc corpore myſtico, in caput, vt Regẽ & Principem, alios in ſtomachum, vt diuites, alios in manus, vt operarios, alios in pedes

ſeruos videlicet. Et omnia hæc, quia à Deo ſunt, ordinata ſunt: vt idem Apoſtolus ait: Qui autem vſurpare vult, quod ſuum nõ eſt, & quod ei non tradidit Deus, corpus deordinat, nec reſtituitur ordo, niſi reſtituatur vnicuique quod ſuum eſt. *Roman.13.*

347 Cur iubet lex, vt bos, qui hominem vel mulierem cornu petendo occiderit, lapidibus obruatur, nec comedãtur eius carnes? Nónne, & hoc traditum fuit Noeh in præceptum, ſicut ſcriptum eſt: Sanguinem animarum veſtrarum requiram de manu cũctarum beſtiarum, & fundetur ſanguis illius, qui effuderit humanum ſanguinem? Et ratio præcepti redditur ſubinferendo, ad imaginem quippe Dei factus eſt homo. Vindicta igitur de effundentibus ſanguinem ſumitur, tanquam de inferentibus Deo iniuriam. Sed nónne videtur ex hoc, quòd bos peccati expers peccet: dum prohibentur comedi eius carnes veluti maledictæ, ſententiæque diuinæ ſubiectæ? An id demandatur in deteſtationem homicidij commiſſi? An tanquam immundæ comedi prohibentur, inuaſo boue videlicet à ſpiritu immundo veluti ab executore diuinæ iuſtitiæ? Nam (vt ſecretiores Theologi aſſerunt) nullus in hoc mundo occiditur, niſi ſit primò data contra eum in cœlo ſentẽtia, & executioni per hominem, Diabolum vel beſtiam tradita, ex Dei iuſſu tamen. Vnde diſcere poſſumus, quanta ſit Deo cura de nobis. *Exodi 21* *Geneſ.9.* *Secr.theol.*

348 Cur iubet Deus, quòd os boui trituranti obturari non debeat? An vt ipſe bos refrigerium ſumat pro labore quem ſuſtinet? An, quia præceptum eſt myſticum (vt Paulus apertè innuit) figurãs prædicatores, agrum dominicum colentes, quibus non eſt obturandum os, immò præbenda ſunt alimenta, vt viuere poſſint, & colere ipſum agrum? Hinc ipſe Paulus proſequitur, dicens: Si nos vobis ſpiritualia ſeminamus, magnum eſt ſi carnalia veſtra metamus? Et bene Prædicatores comparantur boui, cùm ſemen (authore Chriſto) quod Prædicatores ſeminant, ſit verbum Dei. Terra verò ſemen ſuſcipiens, eſt mens vniuſcuiuſque. Deus autem ex alto dat incrementum. Nam in vanum laborarent Prædicatores, niſi Deus peccatorum cor emolliret. Iuxta illud Iob: Deus emolliuit cor meum. Et Apoſtolus: Neque qui plantat eſt aliquid, aut qui ſeminat, ſed qui incrementum dat Deus. *Deuter 25* *1.Cor.9* *1.Timot.5* *Lucæ 8.* *Iob 23* *1.Corin.3.*

349 Cur ait Apoſtolus: Nónne Deo cura eſt de bobus? Nónne dicit Sapiens: Tu autem pater prouidentia ab initio cuncta gubernas? Nónne etiam Deus per Prophetam inquit: Meæ ſunt omnes feræ ſyluarum, iumenta in montibus, & boues: Cognoui omnia volatilia cœli, & pulchritudo agri mecum eſt? Curat quippe Deus omnia (dicente Propheta: Omnia à te expectant, vt tu des illis eſcam in tempore.) Sed non eſt ipſi Deo ea cura de bobus, vt pro ipſis data ſit lex. Nam omnia, aut in beneficium hominis, aut in figuram & myſterium rerum ſacrarum ordinata ſunt. *Ibidem 9* *Sapient.14.* *Pſalmo 49* *Ibidem 103*

350 Cur iuſſum eſt, ne peregrini contemnantur? An (vt textus innuit) quia ipſi Iſraelitæ peregrini fuerunt in Ægypto? An, quia (vt Zohar docet) *Leuit.19.* *Zohar*

Deus peregrinantibus addit nouam tutelam, ne mali incurſus eis noceāt: & vt eis prouideantur neceſſaria, ſicut in cœlo decretum eſt, vt omnibus fiat: Quod quidem decretum publicans Chriſtus, ait: Ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ, dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus? ſcit enim pater veſter quòd his omnibus indigetis. Et hanc curā habuit, & haberi iuſſit Deus erga peregrinos, deuictus maxima charitate, præcipiens ne contemnantur, ſed ab incolis locorum eis ſubueniatur. Contra quod decretum peccantes nequiſſimi Sodomæi, qui omnibus peregrinis abuti volebant, perpetuò exterminio traditi ſunt. Amouerant enim (vt inquit Zohar) omnia hoſpitia. Hinc angeli id cognoſcentes, dixerunt: Morabimur in platea.

Matth. 6 *Geneſ. 19.* *Zohar Geneſ. 19.*

351 Cur iubet Deus ne maledicatur ſurdo, & ne ponatur offendiculum coram cæco? Nónne hinc docemur perfectam charitatem, quam exhibere debeamus, non tātùm iis à quibus beneficium ſperamus, ſed omnibus: vt imitemur Deum, qui nullo (teſte Propheta) noſtrorū bonorum indiget, nec aliquid à nobis expectat, & tamen omnibus beneficium præſtat, faciens oriri ſolem, dans imbrem, & aperiens manum ſuam, vt omnia impleat bonitate? Et ſi hęc impendimus iis, à quibus nihil ſperare poſſumus, non fruſtrà tamen id facimus. Iuxta illud Sapientis: Mane ſemina ſemen tuum, & veſpere nō ceſſet manus tua, quia neſcis quid magis oriatur hoc vel illud, & ſi vtrumque ſimul, melius erit. Seminat enim in mane, qui dat ei qui rependere poteſt. Seminat autem in veſpere, qui dat ei qui non habet vnde reddat. Vnde ortum eſt adagium Hagarenorum non contemnendum, quo dicitur: Semper benefacias, & proiice panem in aquā, quia aliquando piſcis aliquis ex aqua ipſum educet.

Leuit. 19 *Pſalmo 15* *Eccleſiaſt. 11* *Hagarenorum adagiū*

352 Cur iubetur fieri murus ſuper tectis: An, ad præcauendum periculum, & conſulendum ſaluti mortalium? Habent enim Orientales tecta plana, quò conueniunt ad cœnandum. Vnde ne caderent iubebatur fieri murus, vt aliqui dicunt. An (vt ſpiritualia tangamus) quia fabricat homo ex lapidibus, fabricat generando filios (vt alibi dicetur) fabricat quoque operando diuerſa? Iuxta illud Apoſtoli: Superædificat autem quis ſupra fundamentum, quod eſt Chriſtus, lapides præcioſos, aurum, argentum, lignum & ſtipulam, & vniuſcuiuſque opus quale fuerit, ignis probabit. Hinc huiuſmodi opera circundari debent parietibus aut ſepibus, ne perturbentur aut tollantur à tranſeuntibus, & ne videantur quia facilè perduntur: ſicut figuratum fuit in Ezechia, qui oſtendit theſauros ſuos nunciis Aſſyriorum. Vnde dixit ei Iſaias, ſcias quòd auferētur omnia, quę ſunt in domo tua. Nam ſicut ſanguis extra venas, ſtatim putreſcit, & vitā perdit, ſic etiam bona opera foris publicata. Hinc harum rerum peritiſſimus Chriſtus docuit, vt clauſo oſtio oremus patrem in abſcondito, & quòd ſiniſtra neſciat quid dextera faciat.

Deuter. 22 *1. Cor. 3.* *4. Reg. 20.* *Matth 6*

353 Cur iubetur dari merces operariis ante ſolis occaſum? An, vt viuentes ex quotidiana mercede, habeant, vnde alantur, vt ex verbis textus colligitur? An, ne querelæ pauperum operariorum aſcendant coram Deo in

Deuter. 24

nocte: hora videlicet tenebrarum mortales accuſantium? Nam ſicut bona opera deportantur ab Angelis lucis coram Deo (vt Raphael Tobiæ reſerauit) ſic & querelæ deferuntur ab aduerſariis noſtris: qui potiſſimè in nocte prævalent. An (vt aliqui opinati ſunt) refertur hoc præceptũ etiam ad prædicatores: quibus laborãtibus non eſt deneganda merces & victus illius diei neque procrãſtinandus? Nam (vt Saluator ait) dignus eſt operarius mercede ſua. *Tobiæ 12* *Lucæ 10*

354 Cur peculiari cura iubetur, vt cadauer ſuſpenſi eodem die ſepulturæ tradatur? An (vt aliqui dixerunt) ne permittatur ignominia peccantis in propatulo? In propatulo enim eſt pendens in ligno. Sed quomodò hæc interpretatio conſonat verbis legis, quibus dicitur. Eadem die ſepeliatur: quia maledictus à Deo eſt, qui pendet in ligno: & non contaminabis terram tuam, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi? An igitur (vt Rabi Salomon ait) ne præberetur occaſio loquendi de blaſphemia & idolatria? Cùm blaſphemi & idolatræ tantummodò ſuſpenderentur: vt ipſe perhibet. Sed miror de tanto viro: cum blaſphemi non ſuſpenderentur: ſed lapidarentur: vt in Leuitico bis repetitur. Nec concordat cum textu dicente. Nec contaminabis terram. An igitur, ne ad cadauer maledicti traherentur immundi ſpiritus, tanquam ad conuenientem ſibi cibum: & ab illis immundaretur terra? Nam ſi ad omnia cadauera (vt alibi dictum eſt) confluunt ſpiritus immundi, nónne multo magis confluunt ad cadauer maledicti? *Deut. 21* *R. Salomon.* *Levi. 24* *Deut. 21*

355 Cur iubetur ne ſeruus fugitiuus tradatur Domino, à quo fugit? An, vt ſeruetur ſeruus à malis, quæ ſibi Dominus eius inferret, ſi ei reſtitueretur? Quam legem nõ ſine myſterio Deus ſeruari iuſſit ab Achis Rege Get erga Dauidem, quando aufugit à facie Saulis Domini ſui: vt in primo Regum volumine legimus. Et ſic obſeruari ſolet à principibus mundi, non ſine pietate. An intelligitur lex (vt Auguſtinus ſentit) de ſeruis Gentilium, ne reſtituti cogantur ad idolatriam? An (vt ad ſpiritualia tranſeamus) ſi quis à ſeruitute Diaboli ad gremium Eccleſiæ fugit, non eſt reſtituendus tyranno Diabolico? *Ibid. 23* *1. Reg. 27* *Auguſt.*

356 Cur iubetur ne ſeruus manumiſſus dimittatur abire vacuus? An, quia id vrbanitas, & humana charitas exigit: vt apertè videtur innuere lex? Iubetur enim ei dari è grege, horreo, & torculari ideſt panis, vinum & caro. An id quoque fuit in figuram Chriſti, qui donans nos libertate, non dimiſit vacuos, ſed tradidit nobis ex horreo cœleſti, panem vitæ: ex torculari Crucis, vinum & ſanguinem ſuum: & ex grege ſuo ipſe Paſtor tradidit nobis carnem ſuam? *Deuter. 15*

357 Cur prohibet Deus mitti falcem in meſſem alienam? An (vt eſt commune adagium) ne quis ſe ingerat factis alienis non vocatus? An, quia (vt lex expreſſè dicit) cum quis intrat campum alienum, neceſſitate compulſus, poteſt manu ſpicas conterere, ſed falce ſecare nequaquam debet? Vnde docemur, quòd modeſta debet eſſe ſubuentio, nec cum priuatione rei alienæ. An (vt ad ſpiritualia veniamus) hinc addiſcere poſſumus, quòd non *Ibid. 23*

debeamus ſubuenire proximo cum damno rerũ nobis neceſſariarũ? Iuxta illud apertum Chriſti documentum. Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur: animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Sed, ſi intercederet paruum detrimentum, vtputa, remiſſio alicuius deuotionis: præponderare debemus ſubuentionem proximi neceſſariam.

Mat.16

Deut.23

358 Cur permittitur comedi vua vel fructus ad placitum: hac tamen lege, quòd nihil è vinea auferatur? Nónne hæc lex ad ſummam modeſtiam & charitatem pertinet? Nam ſatur recedere quis debet à proximo, nec tamen auferre, prouidendo in craſtinum. Quæ lex adhuc ab Hagarenis & Iſmahelitis, tanquam pientiſſima obſeruatur. Sed (iuxta allegoriam) in vineam Domini conducti comedere poſſumus panem cœleſtem, qui ibi diſpenſatur, vſque ad ſufficientiam: aſportare verò minimè licet, niſi illis, quibus huiuſmodi diſpenſatio credita eſt.

Ibid.22

359 Cur iubetur, ne vir induat veſtem fœmineam, & è conuerſo? An ne quis ex diſſimulato habitu decipiatur? An, ne peruertatur ordo naturæ? An, ne deturpetur vir, qui eſt imago Dei: ſi habitum muliebrem induat? Nam mulier non Dei, ſed viri tenet imaginem: vt inquit Apoſtolus. Pari modo, ne fœmina habitu virili circumamicta, audeat ea, quæ puderet facere in habitu fœmineo, ipſa quoque huiuſmodi legi ſubiacet.

1.Cor.11

Ioſuch 7

360 Cur in peccato vnius puniuntur multi: vt factum legimus in peccato Hachan? An, quia alij fuerunt conſcij? An, quia ſic aliorum peccata exigebant? Hinc occurrit multoties, vt princeps erret & diiudicetur populus punitus in ſcelere principis. Et è cõuerſo: vt in Iob dicitur. Propter peccata populi. Deus permittit regnare hypocritam. Quod expreſſè habetur in ſecundo Regum volumine: vbi dicitur. Et addidit furor Domini iraſci contra Iſrael: commouítque Dauid vt numeraret populum. Et quia populus peccauerat (propter cuius peccata lapſus fuit Dauid in errorem, forſitan abſque culpa) ideò punitus fuit ipſe populus & non Dauid. Abſque culpa dico: quia ſcriptum eſt. Et non declinauit Dauid ad dexteram neque ad ſiniſtram, excepto ſermone Vriæ Ethæi.

Iob 34

2. Reg. vlt.

3. Reg.15

Num.35

361 Cur deſignatæ fuerunt tres vrbes pro confugio homicidæ in terra Chanahan: vt in libro Numerorum legimus? Nónne id fuit ex magna Dei clementia in ſubſidium fragilitatis humanæ: pro confugio videlicet eorum, qui non de induſtria aut ex machinatione occidiſſent aliquem? Non enim erat tutum confugium iis, qui machinati erant in proximum. Vnde iubetur ibidem, quòd audiente populo diſcutiatur cauſa: & ſi comprobatum fuerit homicidium fuiſſe fortuitum, nullo odio aut diſſidio præuio: homicida manere iubetur in vrbe, ad quam confugerat. Sed cur tres eliguntur? An forſitan deſignantur tres perſonæ ſanctiſſimæ Trinitatis: ad quarum quamlibet confugere poteſt reus? Ad patrem, quia eſt pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra: vt inquit Apoſtolus. Ad filium, qui eſt propitiatio pro peccatis noſtris: Ad Spiritum ſanctum: per quem quoque remiſſio datur: vt ſupra declaratum eſt.

2.Cor.1

1.Ioan.2

362 Cur tres quoque vrbes confugij erant trans Iordanem, in plaga Orientali? An, vt commodiores eſſent duabus tribubus & dimidiæ, quæ ſortitæ erant portionē ſuam trans Iordanem, Reuben videlicet Gad & dimidia Manaſſæ, vt in libro Ioſueh ſcribitur? Sed cur totidem, pro duabus tribubus & dimidia: quot delectæ fuerant pro nouē tribubus & dimidia? An igitur ſunt delectæ numero ternario, ea ratione, quæ nuper aſſignata eſt? Sed vltra Iordanē, qui fluuius iudicij dicitur: vt indicaretur iis, qui nōdum ad flumen iudicij venerant, quòd cùm pietate iudicandi eſſent: iis autem, qui tranſierant flumen, quòd cum miſericordia iudicati eſſent. Sunt autem illæ vltra Iordanem in Oriētali plaga: vt innuatur, quòd ab Oriente expectanda ſit iuſtitia & remiſſio. Iuxta illud Zachariæ. Et ſaluabo populum meum de terra Orientis. Vnde Iſaias. Vocans ab Oriente iuſtum. Nam inde venit Propitiator, tranſiens vt verus ſol per Meridiem. *Ioſueh 20* *Ibid. 18* *Zacha. 8* *Iſa. 46*

363 Cur homicidæ manebant in vrbibus illis vſque ad mortem ſacerdotis magni: vt in libro Numerorum habetur? An (vt aliqui aſſerunt) quia ex incuria ſiue negligentia ſacerdotis illa inconuenientia contingebant? Hinc (ſecundum nonnullos) rogabatur Deus ab illis relegatis pro morte ſacerdotis: qui ſuæ relegationis cauſa fuerat, deficiens ab eo, quod debebat. Plurimum quippè patres illi tribuebāt ſummis ſacerdotibus: quos exiſtimabant poſſe placare Deum (vt plæriſque in locis lex dictat) & præſeruare populum à peccato: vt de Samuele legitur. An, quia (vt videtur innuere litera) tanta erat dignitas ſacerdotis, qui oleo ſancto vnctus erat: vt moriens mereretur impetrare liberationem pro relegatis? An id fuit in figuram ſummi ſacerdotis Chriſti Ieſu? In ipſius enim morte liberati fuerunt omnes captiui: vt canit Eccleſia. Inferni clauſtra penetrans, tuos captiuos redimens. *Numer. 25* *1. Reg. 7*

364 Cur ſcriptum eſt. Non reſpondebis ſuper lite: vt deuies poſt multos: vt in veritate literæ habetur? Nónne & hoc ob charitatem iuſſum eſt: vt dicant Iudices vnicuique tribuere, quod ſuum eſt: non aſpicientes perſonas, nec accipientes: munera, quæ excæcant prudentes & ſubuertunt verba iuſtorum? Nec magnifaciendus eſt fauor multitudinis aliter ſentientis: vt ibidem clarè dicitur. Non ſequaris multitudinem ad faciendū malum. Nec deſpiciendi ſunt pauperes, ſed fieri debet iudicium cum omni ſynceritate & æquitate. Deus enim vult Iudices eſſe adeò alienos ab omni errore & iniquitate: vt eos iubeat vocari Deos. Nam paulò ſuperius dixerat, quòd ſi eſt litigium ex furto aut fraude, deueniant litigantes ad Deos, ideſt Iudices. Et, vt omnia rectè iudicent, aſtat Deus inter eos. Iuxta illud Prophetæ. Deus ſtetit in ſynagoga Deorum: in medio autem Deos diiudicat: illos videlicet, qui non recto iudicio iudicant. *Exod. 23* *Ibidem* *Ibid. 22* *Pſal. 81*

365 Quid dictat lex de arboribus ſuccidendis & ſeruandis? Nónne in Deuteronomio legimus, quòd arbores infructuoſę pro machinis bellicis conficiendis incidi poſſunt: fructuoſæ vero nequaquam? Vnde, ne quis timeat, ꝙ per arbores hoſtes præualeāt, ſubinfert lex. Quia cū arbores ſint, & nō homines, non poſſunt multiplicare bellantes. Sed (vt ad allegoriam *Deut. 20*

veniamus) cur id præcepit Deus? An, ne ordo naturæ, quæ in arboribus fructificat, intercidatur? An, ne boni & fructuoſi viri, per arbores bonas ſignificati, ſuccidantur & deuaſtentur? Quod ex Euangelio clarè habemus: vbi dicitur. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur: fructuoſis videlicet arboribus dimiſſis. An hinc docemur, quòd nos bellum cum antiquo hoſte gerentes, vires ſpirituales & fructuoſas nequaquam incidere vel diminuere debeamus: infructuoſas autem, & ad malam concupiſcentiam pertinentes, tanquã victoriæ inimicas, ſuccidere debeamus?

Mat.7

Exod.20 *Ethic.9* *Deut.5*

366 Cur promittitur vitæ diuturnitas honoranti parentes? Nónne id Deus iuſſit: iuxta naturæ dictamen? Ait enim Ariſt. Diis, parentibus, & magiſtris, non poſſumus reddere æquiualẽs. Nam à Deo habemus eſſe, à parentibus eſſe tale & determinatum, à magiſtris autem bene eſſe. Sed cur vitæ diuturnitas promittitur? Nónne, quia in parentibus reperitur quædam origo vitæ, ſuſcepta à fonte vitæ Deo, filiis communicanda? Sine qua diſtillatione parentes remanent ſteriles & infœcundi. Vnde qui iniuriantur parentibus, iniuriam faciunt fonti vitæ diſtillanti in parentes. Hinc merentur, vt tanquam ingratis, obturetur eis fons vitæ. Honorantibus autem parentes, & inde fontem vitæ, aperitur huiuſmodi fons vitæ, præſtans longam vitam temporalem, & poſtea æternam. Cui adſtipulatur Orige. longo ſermone differens, & tandem concludens, quòd honorabile eſt nomen patris ac matris: qui figurant parentem omnium Deum, & matrem illam, quæ ſurſum eſt Ieruſalem.

Origen. home. 11. ſuper Leui.

Deu 22

367 Cur iubet lex, vt inueniens in terra vel in arbore nidum auium, & matrem pullis incubantem, accipiat pullos relicta matre? An (vt in textu ſubinfertur) vt diu viuat? nam accipiens matrem extirpat radicem genituræ. An (vt ad altiora conſcendamus) id intelligitur de matre illa ſuprema: quam Propheta vocat matrem filiorum lætantem? Quæ mater dicta eſt חוה Chauah, ideſt vitæ Mater. Nec enim Heua, mulier illa & vxor Adam particularis, fuit mater omnium viuentium, ſed mater primæua tantummodò hominum: vt ſupra diſſeruimus. Vera autem mater omnium viuentium eſt in terra viuentium: quæ eſt fons paſſiuus vitæ, in quo omnia viuunt. Iuxta dictum Arati ab Apoſtolo celebratum. Deus eſt in quo viuimus, mouemur & ſumus. Nam ibi eſt ille fons, de quo Propheta canit. Quoniam apud te eſt fons vitæ.

Pſal.112 *Gen.3*

Acto.17 *Pſal.35*

Gen.3

368 Quomodo poteſt tolli mater illa? Nónne Deus dixit de Adam nimis arrogante. Ne fortè extendat manum ſuam & ſumat de ligno vitæ & comedat? Quod lignum vitæ, idem eſt quod fons vitæ, & mater vitæ. Qui fons nõ eſt abſorbendus in vita hac corruptibili, ſed reſeruãdus iis, qui ad vitam illam æternam ſunt vocati. Hinc dicit textus. Si ambulans per viam in arbore vel in terra nidum auis inueneris, & matrem pullis vel ouis incubantem: non tenebis eam, ſed abire patieris: vt benè ſit tibi & longo viuas tempore. Vnde indicatur, quòd volentes illam vitam, quæ nunc nobis non debetur, perdimus hanc, quam habemus. An (vt Zohar innuit) hinc docemur, vt influxu nobis ſtillanti ſimus contenti, nec tentemus habere,

Deut.22

Zohar in Techmim.

quod nobis non debetur: ne cum rubore verbum illud audiamus. Neſcitis quid petatis? Et exemplificat ipſe Zohar de Iobileo, qui eſt in gremio matris ſupremę (vt more ſecretiorum Theologorum loquar) quem nobis vendicare non debemus, niſi tempore ſuo, ſcilicet in quinquageſimo anno. Aliis autem temporibus contenti eſſe debemus filiis ideſt influxu filiorum, qui ſunt ſex. Quibus reſpondent ſex dies laboris, & ſex aues volantes inter nos & matrem illam, quæ eſt ſeptimus dies, ſeptimus annus, & ſabbatum magnum poſt ſeptenarium quadratum. *Mat.20* *Sec.Theo.*

369 Cur aliquibus datur vita longa, aliquibus verò longiſſima? An, quia Saturnij aut Iouiales ſunt? Ideo eis hi Planetæ tardiores longiorem vitam præſtant. An, quia ſic decernit ſuum hilec, & Alcocodem: vt Aſtronomi dicunt? An, quia ſic definitũ eſt ab illo, in cuius poteſtate ſunt omnia tempora vel momenta: vt Chriſtus perhibet? An prolongatur aliquando ſpatium vitæ aliquibus, vt pœnitentiam agant? Iuxta illud Iohannis. Dedit illi tempus, vt pœnitentiam ageret. Sed heu infœlices illi, qui (vt Propheta canit) tempore faciendi diſſipant legem Domini. *Aſtronomi* *Acto.1* *Apoc 2* *Pſal.118*

370 Cur aliis datur vita breuis, aliis autem breuiſſima? An, quia (vt diximus) eum ſortiti ſunt influxũ: vt vitam in longum protrahere nequeant? Cuiuſmodi ſunt Mercuriales puri: quorum vitæ ſpatium Aſtronomi decernunt triginta annorum ad plus. An, quia ille, qui omnia diſponit, ſicut antè diluuium ſtatuerat pro ſpatio vitæ mille annos, & poſt diluuium centum & viginti: ſic vitæ vniuſcuiuſque proprium ſpatium decreuit? Sed poſſúnt ne grauari, qui breuiorem vitam ſortiti ſunt? An hi forſitan fœliciores ſunt longam vitam ducentibus? Cùm minori ſpatio ſtent detruſi in corpore mortis huius. Hinc optabat Apoſtolus ab hoc corpore diſſolui & eſſe cum Chriſto. Nam mori lucrum ſibi eſſe dicebat. Nónne etiam inquit Sapiens de ſublato tempeſtiuè. Conſummatus in breui expleuit tempora multa? Non enim Deus numerat opera, ſed ponderat: nec tantùm opera ipſa, ſed voluntatem, & affectum facientis. Quod docemur exemplo pauperculæ duo minuta in Gazophilacium mittentis: de qua dixit Chriſtus. Hæc vidua paupercula, pluſquam omnes miſit: omnes videlicet, qui mittebant munera magna. *Aſtronomi* *Gen 5.0* *Phil.1* *Sap.4* *Luca 21*

371 Cur princeps æquiparatur patri? Cùm de vtroque præcipiat lex ne ei maledicatur. Nónne, quia princeps eſt tanquã pater & caput Populi? ſicut Chriſtus eſt caput & pater omnium. Vnde princeps & pater ambulãt pari paſſu: vterque tenens vicem & locum Dei: pater in generando, princeps autem in regendo ac conſeruando. Et ſicut iniurians patri, iniuriatur Deo fonti viuo, in patre (vt dictum eſt) ſcaturienti: Sic maledicens principi, maledicit Deo, cuius ipſe princeps vicem gerit: & in quo peculiariter Deus habitat: adeo vt iubeat ipſum vocari Deum: ſicut dictum eſt. *Exod.21.22* *Acto.23*

372 Qualis eſſe debet is, qui conſtituendus eſt Rex vel princeps populi? Nónne hoc in Deuter. docemur? Primò enim non debet eſſe extraneæ gentis, ſed congeneus ſubditis: vt ipſos ampliori amore proſequatur: & vt eodem cultu Deum honoret. Secundo iubetur ne multiplicet equos *Deut.17*

in pompam videlicet, cum damno ſubditorum. Tertiò ne multiplicet aurum & argentum,extorquendo videlicet indebitè à ſubditis. Nam habere milites & equos pro bello iuſto, & theſauros ex licitis vectigalibus
1. Reg.12 & tributis, expedendos in bonum non eſt damnabile. Alioquin Dauid, qui bellauit bella Domini multis militibus,& filio reliquit pecuniam immenſam pro templo fabricando, non fuiſſet iuſtus & obſeruator legis.
Act.c.13 Sed,quis diceret hoc de homine,de quo dixit Deus. Inueni hominem ſe-
3.Reg.15 cundum meum:& de quo iterum dicitur,quòd non declinauit à præceptis Domini,excepto ſermone Vriæ Ethæi: & qui ſemper fecit, quod erat rectum in conſpectu Domini? Quarto iubetur ne habeat vxores plurimas
Hierony. in in laſciuiam.Nam (vt Hieronymus inquit) laſciuia oculos vtriuſque ho-
tranſitu. minis excæcat. Sed ſuper omnia iubetur, vt præ oculis legem habeat: ſecundum quam ſemper Dei fungens officio diiudicet & regat.

Gen.2 373 Cur dixit Deus.Non eſt bonum homini eſſe ſolum. Faciamus adiu-
Ibid.1 torium ei:veluti coram ipſo?Nónne,vt vir & mulier poſſent exequi,quod antea ipſe Deus dixerat. Creſcite vel fructificate,& multiplicate,ac replete terram?Quam multiplicationem omnibus animantibus indixit faciendam, collocans in vnoquoque virtutem ſeminariam, ſecundum ſpeciem ſuã.Sed cur dicitur præcipuè de homine,quòd ei non inueniebatur coad-
Pla.in Sym. iutor,ad multiplicandum videlicet?An, quia(vt Plato inquit) erant coniuncti mas & fœmina per dorſum,& ſic ad genituram inepti erant? Hinc diſcidit eos, & è regione ordinauit coniungendos. Quod à Moſe hauſiſſe ipſum Platonem nõ dubitamus:qui primò deſcribit hominem ſolum, è cuius latere extrahenda erat fœmina. Quæ vbi diſciſſa fuit,poſita eſt coram ipſo facie ad faciem cum eo coniungenda.Sicut ſonat verbum כנגדו chenegdo. Quod propriè interpretatum ſignificat veluti coram ipſo. Pro quo cõmunis æditio habet.Simile ſibi. Sine quo adiutorio ad procreandum non erat bonum hominem eſſe.

Gen.2 374 Quare homo relinquit patrem & matrem,vt adhæreat vxori? An,
Ephe.5 quia propinquior eſt caro viri & vxoris, quam filiorum & parentum? Cùm horum duæ ſint carnes,illorum verò vna. An, quia ipſorum carnes
Pla.in Sym. in copula efficiuntur vna? Iuxta illud Apoſtoli. Viri diligere debent vxores vt corpora ſua. Qui ſuam vxorem diligit,ſeipſum diligit.Nec enim aliquis carnem ſuam odio habet. Et Plato huic ſententiæ conſentiens ait, quòd vterque coniunx diligit & appetit alterum tanquam dimidium ſui. Cùm id,quod vnum erat,diuiſum ſit:vt dictum eſt.An, quia coniunctio illorum facta eſt decreto cœli? Nam Saluator ait. Quos Deus coniunxit,
Mat.19 homo non ſeparet. Et ſi aliqui ſeparantur per diuortium: forſitan illos Deus non coniunxerat.An,quia ſicut adulter per copulam cum altera factã ſeipſum diſiungit: ſic & mulier? An id dictũ eſt propter Chriſtum, qui exiuit à patre,& reliquit matrem:quæ ſurſum eſt(de qua alibi) & adhæſit ſponſæ Eccleſiæ?

1 cor 9 375 Cur iubet Apoſtolus,vt vnuſquiſque ſuam habeat vxorem,& vnaquæque ſuum virum? An,propter fornicationem vitandam: vt ipſe Apo-

ſtolus innuit? An, vt homo ſit completus cum ſua conſorte, & cum adiutorio à Deo dato? An, ne ſeparentur à coniunctione, quas eos coniunxit Dominus? Vnde Zohar & Mercurius Triſmegiſtus damnant viros non vxoratos: & qui filios & hæredes non relinquunt. Sed quid dicemus de promittentibus Deo cœlibatum? An, quia homo regeneratus & effectus filius patris cœleſtis non tenetur legibus carnalibus? An, quia ædificatæ ſunt domus genituræ temporalis: quarum ædificatio indicta erat iis, qui ſub lege degebant? Nunc autem ædificandæ ſunt domus, & multiplicandæ genituræ ſpirituales: quæ fiunt per ſacramentum baptiſmi, & per prædicationem verbi Dei, & per huiuſmodi opera ſpiritualia. *Zohar.* *Mercu.*

376 Cur lege iubetur quòd maritus non debeat negare vxori horam, veſtem, & alimentum? Nónne ſi pater, etiam lege gentium, tenetur nutrire filium, multò magis maritus tenetur alere vxorem: quæ matrem reliquit & patrem vt ipſi adhæreret? Hora autem vel tempus eſt illud, quod nos dicimus reddere debitum loco & tempore. Iuxta illud Apoſtoli. Vxori vir debitum reddat. Similiter autem & vxor viro. Mulier enim ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir. Similiter nec vir ſui corporis poteſtatem habet, ſed mulier. Nolite fraudare inuicem, niſi fortè ex conſenſu ad tempus: vt vacetis orationi. Quod debitum quantum & quãdo reddi debeat relinquitur prudentiæ coniugatorum. Quamuis Talmudiſtæ dicant vnicuique aſſignari ſuas horas, nimis in hoc curioſi. Aſſerunt enim quòd vacantes ocio quolibet die vxori debitum reddere debẽt: Opifices verò bis in hebdomada: aſinarij ſemel, Camelarij ſemel in menſe, Nautæ ſaltem bis in anno. Quæ ridicula reliquerunt Sapientibus moderanda. *Exod. 21* *1. Cor. 7* *Talmudiſtæ.*

377 Quo ſenſu intelligitur, illud, quòd nemo debeat relinquere virginem, quam calumniatus eſt? Nónne hoc declaratur in textu, dum dicitur, quòd ſi quis duxerit vxorem & dicat non eſſe virginem, vt dimittat eam, aut ſumat occaſionẽ dimittendi, diſcutiendum eſt negocium per ſeniores ciuitatis, & allato ſigno integritatis (per honeſtas ſcilicet mulieres) diiudicetur ſua, adeò vt nec per libellum repudij ab ea poſſit ſeparari? Si verò depræhenſa fuerit in ſtupro: lapidibus obrui iubetur: vt tollatur ſcelus ab Iſrael. Et vtinam hæc lex apud nos ſeruaretur: quia grauiſſima inconuenientia tollerentur, quæ ex temeritate puellarũ in dies ſuboriuntur: quæ cum tot implicantur, vt difficillimè diiudicari poſſit, quis ſit earum maritus. *Deut. 22*

378 Cur aqua, qua mulier adulterij rea probabatur, ſancta dicebatur? An, quia accipiebatur è labio æneo ex ſpeculis mulierũ confecto: vt R. Salomon ait? An dicebatur aqua ſancta, quia in ea radebatur nomẽ ſanctum quadriliterum: vt melius aſſerit Ioſephus, ſequens enarrationem textualem? A quo textu hoc dicere poſſumus, quod nomen illud, & conſequenter alia nomina diuina abraſa, & aqua diluta præſtant potum ſalutarem bene diſpoſitis: malè verò diſpoſitis ſunt in perniciem. Sicut & hic potus mulieri illi præſtabat. Quod etiam in aliis negociis comprobatum eſt. Si enim hic potus mulieri ſuſpectæ dabatur: ſi erat innocens, expurgabatur ab infamia: & reddebatur fœcunda licet eſſet ſterilis: non tamen fœcun- *Num. 5* *R. Salomon* *Ioſephus.*

da ſine viri ſemine (vt aliqui ſomniant) Si verò mulier adulterio erat obnoxia, intumeſcebat venter eius vſquequo dirumperetur: accedente ad elementum illud verbo & proteſtatione ſacerdotis: vt in textu habetur.

Num. 5 379 Cur iubetur ſacrificium Zelotypiæ nec oleo nec thure perfundi? An prohibetur oleum (vt aliqui dicunt) cùm ſit fomentum luminis: quod

Iob. 24 in adulterio euitatur? Iuxta illud Iob. Oculus adulteri obſeruat caliginem. Vetatur quoque thus (vt nonnulli ſentiunt) quod deuotionem ſignat: quia non deuotione, ſed ad ſuſpicionem tollendam offerebatur hoc ſacrificium. Sed, cùm proprium olei ſit linire & nō fouere lumen niſi per accidens, nónne alia quærenda eſt ratio? An igitur oleum, quod (vt diximus) diuinitatem ſignat, non in ſacrificio probationis ſed in ſacrificio Deo offerendo apponi debebat? Pari modo nec thus in hoc ſacrificio exquirebatur: ſed in ſacrificio Deo oblato cum oratione: quam dirigi precabatur

Pſal. 140 Propheta, veluti incenſum in conſpectu Dei.

Deut. 25 380 Cur iubetur ſuſcitari ſemen fratris? An, quia pium eſt tradere fructum indigenti: quamuis non ſeminauerit? An, ne periret nomen fratris primogeniti: qui potior erat in illa familia: vt videtur innuere textus? An, vt ædificium familiæ, quod frater nequiuit facere præuentus morte, fieret ab alio fratre, vel magis propinquo: vt fecit Bohoz cum Rut: vt in libro,

Rut. 4 cui titulus eſt Rut, legimus? An, ne portio terræ diſtributæ deueniret ad

Num. vlt. aliam familiam: ſicut docemur ex oraculo pro filiabus Salphahad dato? An, vt texeretur diligenter Genealogia illius familiæ: ex qua Chriſtus deſcendere debebat: vt omnes de eius Genealogia certiores fierent?

Deut. 25 381 Filius, qui naſcebatur ex tali copula, aut negocio, quod Hebræi Iibun appellant, erát ne fratris præmortui, an generantis? Nónne ex lege defuncto oriebatur? Sed (cum charitas incipiat à ſeipſo) cur lex iubet, vt generans, fratri & non ſibi generet? An forſitan generans, poſt primogenitum generabat ſibi? Non quippe. Nam vna mulier non poteſt eſſe duo-

Cant. 6 rum coniunx legitima & propria: quamuis id permitteretur. Cùm vnica ſit Columba: ideſt vera vxor: licet multæ Reginæ, ideſt concubinæ & adoleſcentulæ: vt alibi dictum eſt. An igitur tenens vicem fratris generabat pro fratre cum fratris vxore: ſed cùm propria vxore generabat pro ſe? Vnde elicitur, quòd qui non poteſt tenere ſecundam vxorem, non poteſt facere Iibun. Eſſet enim contra ordinem charitatis, expoliare ſe iure ſuo, & alium veſtire.

Geneſ. 1 382 Qui accipiebat vxorem fratris, poterát ne dici illius verus maritus?

Sec. Theolo. Nónne prima lege (qua dicitur. Maſculum ac fœminam creauit eos) non poteſt quis eſſe maritus duarum: vt antiqui Theologi declarant? Nam (vt ipſi dicunt) hæc cura fuit Deo producere viros & mulieres pares: vt vnuſquiſque poſſet habere ſuam, & vnaquæque ſuum. Cui ſententiæ fauet illud dictum Sapientis nuper adductum: videlicet, Vnica eſt columba mea. Vnde vxor fratris non poterat eſſe alterius fratris: ſed loco defuncti & tenens vicem eius, frater ſuſcitabat ſemen. Nec enim lex iubet, vt accipiat eam in vxorem, ſed vt ſuſcitet ſemen fratris: & ad hoc accipiat eam: non

vt propriam vxorem,ſed vt fratri charitatem exhibeat. Et ſic Deuterono-
mica lex ſeruabatur,de ſuſcitando ſemine pro fratre, & lex Leuitica,quæ *Leuit. 18. &*
iubet ſub interminationis pœna, & liberorũ priuationis ne quis vxorem *20*
fratris accipiat.

383 Quare Deus inflixit pœnam orbationis ſeu priuationis filiorum v- *Ibidem. 20*
xorem fratris accipientibus? Nónne,vt indicaret neminem debere fructũ
ex alieno fundo referre?cùm enim illa ſit vxor fratris & non ſua, non de-
bet frater vendicare ſibi filios ex ea. Sed nónne illi qui accipiunt vxorem
ab aliquo relictam,viduam videlicet,habent proprios filios ex ea?vtique. *Ibidem 18.*
Sed frater non poteſt habere, cùm iam ſit interdictum per legem Leuiti-
cam bis repetitam accipere vxorem fratris in ſuam, vbi in pœnam tranſ-
greſſionis ponitur priuatio liberorum.Quod Dauid Chimchi in libro de *Dauid*
radicibus,&Gregorius iunior ad Auguſt. Anglorum epiſcopum ſcribens *Chimchi.*
perhibent comprobatum fuiſſe temporibus ſuis.Si itaque frater in fundo *Gregor. iu-*
fratris vult ſeminare ſemen nomine fratris(vt Deuteronomica lex dictat) *nior 3. q. 3.*
ſecundum illam legem facit:Si verò in fundo fratris, qui per legem Leui- *c. quad. in*
ticam non poteſt eſſe ſuus, vult ſeminare nomine ſuo,facit contra ipſam *Deuter. 25*
legem Leuiticam,& incurrit pœnã in ipſa lege inflictam. Cuius legis ra-
tio de non reuelandis videlicet pudendis propinquorum (vt in toto cap.
18.dicitur)adeò occulta eſt:vt ſecretiores Theologi eam inter ſecreta nul-
latenus propalanda computent.

384 Súntne Chriſtiani abſoluti à lege Deuteronomica, an poſſunt illã *Leuit. 18*
adhuc obſeruare?Nónne in lege Leuitica habetur comminatio de expul-
ſione & euomitione ex terra illa benedicta, terram viuentium figurante?
A qua quidem terra conſequenter quis venit expellendus, ſi contrafece-
rit illi legi,quę iubet ne quis accipiat vxorem fratris.Sed nónne Deutero-
nomica fuit poſterior,derogans legi Leuiticæ?Magna quippe Deo infer-
retur iniuria,ſi quis aſſereret ipſum dediſſe legẽ, legi iam datæ repugnan-
tem.Nam(vt diximus)in Deuteronomio non iubet, quòd frater accipiat
vxorem fratris in propriam vxorem,ſed quòd ſuſcitet ſemen. Et hoc ſex
rationibus factum eſt.Primò ne deleretur nomen fratris.Secundò,ne de-
ſtrueretur domus eius. Tertiò,ne portio poſſeſſionis diſtributæ ad alium
deuolueretur.Quartò,vt frater prę́ſeruaretur ab iniuria ſterilitatis.Quin-
tò,ne deſtrueretur textura genealogiæ Chriſti.Sextò,in myſterium & ſa-
cramentum ipſius Chriſti: quibus omnibus ceſſantibus, lex iſta quoque
ceſſare debet.

385 Quomodo hęc omnia ceſſarunt?Nónne primùm ceſſauit,cùm no-
mina noſtra non amplius ſcribãtur in genealogiis mortalium, poſtquàm
ex diuina clementia factum eſt vt nomina noſtra ſcripta ſint in libro vitæ
aut in cœlis?ſicut Saluator perhibet,dicens: Gaudete quia nomina veſtra *Luce 10*
ſcripta ſunt in cœlis.Et Paulus: Quorum nomina ſcripta ſunt in libro vi- *Philip. 4*
tæ. Hinc ipſe Paulus alibi damnat eos,qui genealogiis attendebant. Sed *1. Timot. 3.*
ad Titum ſcribens expreſſius ait: Stultas autẽ quæſtiones & genealogi is *Ad Tit. 3*
deuita. Sunt enim inutiles & vanæ.Secũdum etiam ceſſauit, cùm à Chri-

ſto citrà, non ſit nobis amplius cura ædificandæ domus carnalis, ſed ſpi-
Ephes. 2 ritualis & cœleſtis. Iuxta illud Apoſtoli: In quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in Spiritu ſancto. Tertium quoque abolitum eſt, cùm iam nec Hebræi neque nos Chriſtiani vel pedem habeamus illius diſtributæ terræ. Quartum etiam euanuit, cùm iam commendentur ſteriles &
Matth. 19 Eunuchi, qui ſe propter regnum cœlorum caſtrauerunt. Quintum ſimiliter ceſſauit, quia iam Chriſtus natus eſt. Sextum pari modo non amplius obſeruatur, cùm per Chriſtum completæ ſint figuræ, vt amplius obſeruari non debeant.

386 Si quis ſeruaret nunc legem Deuteronomicam, peccarétne? Nónne ſicut damnabile eſt velle offerre ſacrificia legis (poſtquã habuimus Chriſtum, in quo omnia ſacrificia continentur, & completa ſunt) ſic de omni re ipſum Chriſtum figurante cenſendum eſt? Videremur enim velle figu-
Ioannis 19 rare illum, qui iam venit, & qui in cruce clamauit, Conſummatum eſt, o-
Daniel. 9 mne videlicet quod de me ſcriptum erat. Hinc Daniel de aduentu & tempore Chriſti loquens, ait: Vt adimpleatur viſio & prophetia. Sed melius in veritate literæ habetur: Vt ſigilletur viſio & prophetia, ne videlicet vltra prophetetur aut figuretur ille qui iam venit. Vnde decretum eſt in cóciliis Libertinenſi, Eboracenſi, Agatenſi, & Niceno, ne amplius fiat Iibun, aut ſuſcitatio ſeminis. Quod & Hebræi obſeruant, maximè vbi non acci-
Talmud. piunt niſi vnam vxorem. Vnde Talmud, quod eſt eorum decretum (vt ita dicam) à Iibun Iudæos ceſſare decernit.

387 Cur nolens facere Iibun diſcalciari iubebatur? Nónne, vt indicare-
Deuter. 25. tur quòd eſſet nudatus ab omni affectu ſuſcitãdi fraternam domum? Vn-
Ephes. 6. de ſicut nos venientes ad Euangeliũ, & inde ad cœleſtes nuptias intraturi,
Matth. 22 debemus habere pedes calciatos (iuxta illud Apoſtoli: Calciati pedes in præparatione Euangelij) debemúſque habere veſtes nuptiales, ne expellamur à nuptiis, ſic elongati à charitate Euangelica & cœleſti diſcalciari iu-
Exodi 3 bebantur. Sed cur iuſſit Deus Moſi ad rubum ardentem accedere volenti, vt diſcalciaret pedes? Nónne, ſicut ſacerdotibus & iis qui cultui diuino
Leuit. 21 addicti erant interdicebatur raſura barbæ & capitis, ſic extranei ad cultũ
Numer. 6. Dei venientes radi iubentur cum honore & vtilitate? Pari modo inuoluti
Iſaia 7. in curis inferioribus, dum ad ſuperiora conſcendere volunt, diſcalciari debent ab affectu inferiorum (ſicut Moſes) ſed iam introducti ad ſuperiora, & illis initiati diſcalciari non debent, nec poſſunt ſine ignominia. Hinc venientes ad Euangelium iubet Chriſtus diſcalciari, ſed initiati Euangelo nequaquam diſcalciari debemus ab affectu illius.

388 Cur expui iubebatur in faciem illius, qui renuebat fratris ſemen
Deuter. 25 ſuſcitare? Nónne hoc fiebat in vituperium illius, qui à charitate fraterna ſeiunctus erat? Nec enim parua fit iniuria alicui, quando proiicitur in eum ſuperfluum primæ, ſecundæ, aut tertiæ digeſtionis, quod eſt ſpu-
Pythag. tum, aut vrina, vel ſeceſſus. Hinc non ſine cauſa iubet Pythagoras, ne ſpuatur aut mingatur contra Solem, qui ab Antiquis dicebatur oculus Dei.

389 Nolens fratris ſemen ſuſcitare qualis cenſetur & iudicatur? Nónne ſi bene facta antiquorum perpenderimus, videbimus huiuſmodi cenſeri inter homicidas? cùm pari ferè paſſu ambulent ille, qui non vult plantare vel ſeminare, & ille qui ſeminata incidit aut euellit. Hinc Onan filius Iehudæ nolens ſuſcitare ſemen Her fratris ſui, ſed fundens ſemen in terram percuſſus & occiſus fuit à Domino. Pari modo (vt ſecretiores Theologi dicunt) & Chain, quia noluit ſuſcitare ſemen Habel cum eius relicta, occiſus fuit iubente Domino, à Lamech: licet haberet ſignum & promiſſionem à Domino, quòd nullus eum occideret. Non enim propter fratricidium (pro quo habebat promiſſionẽ à Domino) ſed propter nouum crimen (quia ſ. noluit fratris ſemen ſuſcitare, vt ipſi Sapientes aſſerunt) morti addictus fuit. *Geneſ. 38.* *Ibidem 4*

390 Quomodo Lamech occidit Chain? Nónne textus dicit: Occidi adoleſcentulum vel filium in plaga, vel in coniunctione mea? חבר Chabar enim ligaturam & coniunctionẽ ſignificat, & nõ liuorem, vt habet communis æditio. Et ideò in tota genealogia illa antiqua, ſolus Lamech deſcribitur habuiſſe duas vxores. Accipiendo igitur vxorem Habel, quam Chain ſuſcipere noluit, iudicatus fuit ipſe Chain dignus morte. Nec dicat quiſpiam, quòd hoc ſpectabat ad Set alium fratrem Habel, quia ipſe poſt omnia prædicta natus eſt, vt in textu patet. *Ibidem*

391 Cur dixit Lamech, Omnis qui occiderit Chain, punietur ſeptuplo, ſed occidẽs Lamech ſeptuagiesſepties? Nónne, quia Chain reus erat mortis? hinc minima pœna plectẽdus erat occiſor eius: neque enim eſt minor pœna ſeptenario, vt alibi declaratum eſt. Et hoc intelligitur, ſi aliqua pœna dignus erat occiſor Chain. Sed occidenti Lamech qui fecit quod debuit, augebitur pœna ſeptenarij per denariũ multiplicati. Et iterum hoc totum per alium ſeptenarium, magno myſterio alibi declarãdo. Dolebat autem Lamech morte Chain, quamuis volens eum occidiſſet. *Ibidem*

392 Quid figurabat iſte Lamech? Nónne למך Lemech literis inuerſis reddit מלך Melech, quod regem ſignificat: Ieſum Chriſtum videlicet Regem Regum, qui ſynagogam derelictam à Chain, populo videlicet Iſraelitico iam peruerſo, accepit & ſuſcitauit ſemen pro Abraham patre, cui datum fuerat nouum ſignũ, & qui pater nouæ familiæ & fidei & ſaluandorum omnium effectus erat? Hinc dixit Baptiſta: Potens eſt Deus de lapidibus iſtis iam obduratis ac ſterilibus ſuſcitare filios Abrahæ, id eſt, ſalutis. *Matth. 3*

393 Lex de occidendis adulteris, éſtne naturalis, an ſcripta? Nónne habemus legem datam in Leuitico, & repetitam in Deuteronomio, quòd mœchus & adultera occidi debẽt? ante legem quoque habemus, ꝙ Deus dixerit Abimelech, qui Saram vxorem Abrahæ tulerat. En morieris propter mulierem quam tuliſti, habet enim virum. Quamuis mors nõ fuerit ſubſecuta, quia Abimelech eam nõ tetigerat, vt in textu clariſſimè habetur. Sed cur indicta eſt mors vtrique, ſi communi conſenſu commiſcẽtur? Nónne, quia vterq; vult & conſentit, quod velle & cõſentire non debet? *Leuit. 20.* *Deuter 22* *Geneſ. 20.*

1. Cor. 7 Nam mulier quæ (vt inquit Apoſtolus) corporis ſui poteſtatem non habet, tradens ipſum adultero, furtum committit rei magis notabilis quàm ſit aurum vel argentum aut veſtes. Et hoc pari modo de viro intelligitur, cùm & ipſe(teſte eodem Apoſtolo) corporis ſui poteſtatem non habeat. Præterea iniuriam vterque facit cœlo, vbi coniunctio hæc facta eſt, ordinémque naturæ peruertit. *Matth. 19.*

394 Quiſnam fuit Abimelech qui rapuit Saram, & eam non tetigit? An *Geneſ. 20.* fuit rex ille ad quẽ confugit Dauid à facie Saulis, quando immutauit vultum ſuum? Ob quam cauſam decãtauit Pſalmum illum : Benedicam Dominum in omni tempore. *Pſalm. 33* Vt titulus eiuſdem Pſalmi indicat. Sed quomodo ille potuit eſſe Abimelech qui vxorẽ Abrahæ rapuit, cùm inter Abraham & Dauidem multa annorum curricula fluxerint? Sciẽdum eſt igitur, quòd Abimelech non eſt nomen viri, ſed dignitatis: ſicut Pharaho apud Ægyptios, Artaxerxes apud Perſas, Cæſar autẽ apud Latinos, & Præſtannus apud Indos. *1. Reg. 21* Rex enim ad quem fugit Dauid vocabatur Achis, qui regnabat in Get, in titulo autem Pſalmi dictus fuit Abimelech à regno vel dominio quod tenebat, vt dictum eſt.

395 Cur tam ſeuerè vetat lex concubitum cum maſculo? An ex mera le- *Leuit. 20* giſlatoris volũtate, vt aliqui ſceleſti ſcribere auſi ſunt? ſed nulla lex eſt merè voluntaria, cùm habeat vnaquæque rationem propter quam inducta eſt, & inter alias leges hæc quæ iubet ne quis coeat cum maſculo ſub pœna mortis, dicens: Qui coierit cũ maſculo coitu fœmineo, morte moriantur ambo: vterque enim operatus eſt nefas, contra videlicet ordinem naturæ. Hinc dicitur hîc nefas vitium cõtra naturam, ſicut etiam Plato paucis verbis vbi de Republic. bene inſtituenda agit, concludit dicens: Ne ſemines ſemen, vbi germinare vel pullulare nequit. *Plato 8. de Republ.*

396 Cur coiens quoque cum iumentis eandem pœnam ſubire iubetur? Nónne & hic peruertit ordinem naturæ, ſeminãdo vbi nihil naſcetur, aut *Leuit. 20.* naſcetur mõſtrum, quod eſt contra naturæ intentum, vt Naturales concludunt? *Phyſic. 2* Nónne inſuper in hoc vitio cadit homo à dignitate ſua, dũ cum *Leui. 20* beſtia ipſo longè inferiori commiſcetur ? In cuius ſceleris deteſtationem iubet lex vt occidatur ſimul cum beſtia cum qua coit, & comminatur, ꝙ terra euomet huiuſmodi ſcelera perpetrantes, ſicut euomuit gentes ibi præexiſtentes, quę huiuſmodi ſcelera perpetrarunt. Animalia quoque iubentur occidi nedum in deteſtationem ſed veluti polluta & immũda. An quia interceſſerunt in peruerſionem naturæ ? An, quia in tali ſpurciſſimo coitu interueniunt ſpiritus immundi polluentes vtrumque ? Ideò iubentur huiuſmodi polluta & immũdata tolli è terra, ne cæteri polluantur in *Ibidem 18.* eis, vt in textu habetur.

397 Cur iubetur ne ſit ſcortum nec ſcortator ex filiabus & filiis Iſrael? *Deuter. 23* An, quia negociũ meretricium tam immũdum & alienũ eſt à diuino cultu, vt nullatenus permittatur Sacerdos miſceri cũ meretricibus, nec cum *Leuit. 21* aliqua quæ corpus ſuum alteri cõceſſerit, vt in Leuitico decernitur? Hinc *Deut. 23* quoque prohibetur merces proſtibuli offerri in tẽplo, ne profanetur Dei

cultus, qui omnimoda ſanctitate & nitore fulgere debet. Et eadem ratione prohibetur ille populus Dei peculiari electione ad hunc cultũ electus. An (vt exponit æditio Chaldaica) prohibetur ne quis ex filiis Iſrael ancillam ducat vxorem, nec aliqua Iſraelitica nubat ſeruo ex Gentibus empto: ne Deo & ſpiritui dicati opprimãtur ſeruitute? nam ſeruitus ſpiritui contraria eſt. Ait enim Apoſtolus: Vbi ſpiritus, ibi libertas. *2. Corin. 3.*

398 Cur obſtetrices Hebræorũ tam acceptæ Deo fuerunt? Nónne, quia ſummum opus charitatis exercebant procurãtes vitam natorum? Et forſitan non minus, quàm ij qui ob charitatem ſemen fratrum ſuſcitabant, cùm nõ ſit minus bonum ſeruare vitam quàm producere. Hinc Salomon eis qui proficere cupiunt, ſapienter dixit: Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, liberare ne ceſſes. Et ne quis excuſet impotentiam, ſubinfert: Nec dicas, Vires non ſuppetunt, quia inſpector cordis ipſe intelligit, & ſeruatorem animæ tuæ nihil fallit, reddétque homini iuxta opera ſua. *Exodi 1.* *Prouerb. 24*

399 Qua mercede Hebræorum obſtetrices fuerũt à Deo remuneratæ? Nónne nomina earum celebrata ſunt in celeberrimo libro legis, quæ & nos celebramus? Vna enim vocabatur Sephora, altera Puha, id eſt expiata atque purificata, & induitio eius. Iuxta illud Prophetæ: Beati quorum remiſſæ, id eſt expiatæ ſunt iniquitates, & quorũ tecta ſunt peccata: per indumentum videlicet iuſtitię. Nec parum eſt, quòd earum nomina fuerint annumerata inter illa duo millia nominum vel circa, quæ in Scriptura ſacra cum magno myſterio ſunt expreſſa. Sed fœliciores ſunt, quia inde earum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ: in cuius capite ſcriptus eſt ille, qui eſt caput corporis Eccleſiæ: in cuius perſona canit Propheta: In capite libri ſcriptum eſt de me. *Exodi 1.* *Pſalmo 31.* *Ibidem 39.*

400 Cur Deus obſtetricibus Hebræorum domos ædificauit? Nónne in textu ratio redditur, dum dicitur: Et quia timuerunt obſtetrices Deum, ædificauit eis domos: Voluit enim nedũ cognoſcere eas ex nomine, & ſcribi in libro vitæ (vt dictũ eſt) ſed ædificare eis domos, quia paruipenſo Pharahonis iniuſto decreto, conſeruarunt proximorum domos, conſeruãdo videlicet filios. Ædificauit autem eis Dominus non lapideas aut ligneas ædes ſed familias, quæ etiam dicuntur domus. Fuerunt enim matres familiarum, quæ familiæ denominatę ſunt Sephoranorum & Puhanorum. Familiarum verò ædificatio ſpectat ad Deum, cuius eſt animas infundere corporibus bene diſpoſitis. Sicut enim Dei eſt concludere ventrem, & reddere ſterilem (ſicut Sara de ſeipſa dixit: Ecce concluſit me Dominus ne parerem. Et iterùm dicitur: Concluſerat Dominus omnem vuluam domus Abimelech, propter Saram vxorem Abrahę) ſic etiam Dei eſt dare liberos & ædificare domos. Quod cognoſcens Hanna à Domino petiit filium & obtinuit. Hinc dixit: Oraui, & dedit mihi Dominus petitionem meam. *Exodi 1.* *Gen. 16.* *Ibidem. 20* *1. Reg. 1.*

401 Cur omne adaperiens vuluam à Domino exquirebatur? An, quia ſicut in eo quòd Deus eſt finis omnium, decimas omnium exquirebat: ſic *Exodi 13.*

in eo quod eſt primum omnium principium, omnium primitias volebat? Vnde docemur quòd initium & finem omnium actionũ noſtrarum, Deo dicare debemus: initiũ, inuocando nomẽ Dei in quolibet opere inchoando: finem verò, omnia in ipſum Deum recta intentione dirigendo. An id exquirebat Deus in recognitionem beneficij illi populo collati? ſicut habetur in textu, vbi dicitur: Cùm induratus eſſet Pharaho, & nollet dimittere populum, occidit Dominus omne primogenitum Ægypti ab homine vſque ad iumentum: Idcircò immolo Domino omne quod aperit vuluam maſculini ſexus, & omnia primogenita filiorũ meorum redimo. Sed (vt ſecretiora tangamus) nónne Hebræi vuluam רחם rechem appellant: quæ ſignificat pietatem ac clementiam? Vnde ſenſum eſt, quòd qui operibus pietatis, fontem miſericordię diuinæ aperuerit, Domini erit. Quã pietatem aliquando interpretes traduxerũt viſcera, ſicut patet in cantico Zachariæ vbi dicitur: Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto.

Ibidem. *Luca 1.*

402 Cur iubet Deus, quòd ſi mulier impugnans virum altercantẽ cum coniuge ſuo (in defenſionẽ ipſius videlicet) attrectauerit verenda eius, abſcindatur ei manus? An, vt indicetur quãtum diſpliceat Deo impudica attrectatio mulieris, etiam in cauſa quę videtur honeſta, in defenſione videlicet coniugis ſui? Et hoc eadem ratione profunda & reconditiſſima, qua iubetur ne vir reuelet pudenda mulierũ ei in primo gradu coniunctarum. Et licet ille vir non eſſet coniunctus cum muliere in primo gradu, nihilominus erat interdicta reuelatio vel cõtrectatio pudendorum extranei viri, cùm iam viro ligata eſſet. Nec enim aliquãdo fas fuit, vt eadem mulier coniungeretur niſi vni viro. An (vt ad allegoriam trãſeamus) ſi rixati fuerint duo de pertinẽtibus ad fidem, non debet mulier ſe ingerere, maximè pertractando penetralia infidelis rixãtis cum fideli, quia leuitas fœminea facilè poſſet peruerti ex apparentibus rationibus, & occulto veneno infidelis, aliquo melle delectabili linito?

Deuter. 25 *Leuit. 20.*

403 Cur iubet Deus tam diligenter, ne reuelẽtur pudenda coniunctorum in primo gradu? An, quia ſicut licitè contrahentiũ Deus coniunctionem fecit (vt Chriſtus perhibet) ita decreto cœleſti prohibentur illicita coniugia? quorum executio prohibetur per legem in terris. Nam ex reuelatione verendorũ deuenitur ad coniunctionem matrimonialẽ, quæ eſſe non debet inter ſumma coniunctione iunctos, in primo videlicet gradu. An quia hæc (vt ſecretiores Theologi dicunt) referuntur ad ea ſupramundana arcana de quibus (teſte Paulo) non licet homini apertè loqui? Sed quæ per allegoriam dicuntur, forſitan latius inferius explicabimus.

Ibidem *Matth. 19.* *2. Corin. 12*

404 Licétne iurare, quomodo & quibus caſibus? Nónne (ſi ad Euangelium recurrimus) Chriſtus videtur omne iuramentum prohibere, dicens: Nolite iurare omnino? Quod apertius ediſſerẽs ait: Neque per cœlũ, quia thronus Dei eſt: neque per terram, quia ſcabellum pedum eius eſt: neque per Ieroſolimã, quia ciuitas eſt magni regis: neque per caput tuum iures, quia non potes facere capillum album aut nigrum. Sed nónne Chriſtus

Matth. 5.

iurauit, vt pleriſq; in locis habetur: Amen amẽ dico vobis: quod eſt quædam ſpecies iuramenti? Nónne etiam in Deuter. dicitur: Dominum Deum tuum adorabis, & per nomẽ illius iurabis? Nec enim Chriſtus legem correxit, imò ei maximè detulit: Sed ſolummodò ſtatuta antiquorum minus bene condita corrigere aut tollere curauit. An igitur (vt inquit Hieronymus) in Euangelio pleno veritate iuramentum admitti non debet, ſed ſufficit affirmatio ſola vel negatio, vt ſubinfert Chriſtus, dicẽs: Sit ſermo veſter, eſt, eſt, non, nõ? Sed nónne Chriſtus author Euangelij cõſtitutus fuit Sacerdos iureiurando, & Deus per ſemetipſum iurauit (vt in Geneſi habetur) & omnes Religioſi in voto Euangelij ſeruandi iurant? Nónne iurant quoq; omnes Chriſtiani introeuntes ad fidem Euangelij? Iuxta illud Hieronymi ad Heliodorum ſcribentis: Recordare quòd in baptiſmate per ſacramenti verba iuraſti. An igitur Chriſtus prohibet iuramentum in communi colloquio, vbi facilè ad periurium deuenitur, ſed nõ in cauſa neceſſaria? ſicuti in acceptione militiæ ſpiritualis vel temporalis, & in atteſtatione legitima coram iudice. *Deuter. 6* *Matth. 5* *Hieronym.* *Pſalmo 109* *Geneſ. 22.* *Hieronym.*

405 Quomodo licet nobis iurare, cùm Chriſtus dicat: Nolite iurare omnino? An forſitan (vt aliqui ineptè ſoluunt) non iurare omnino cõtinet duas negationes, quod æquiualet vni affirmatiuæ? quod potius ridiculũ eſt, quàm cõfutatione dignũ, quamuis id ex Academia Pariſiẽſi procedat. An igitur (vt alij ſentiũt) nolite periurare omnino deberet dici? Et ſic concordarent omnia quæ ſequũtur, quòd videlicet nõ modò non ſit periurãdum per Deũ, ſed neq; per cœlum ſedẽ Dei: neque per terrã ſcabellum pedum eius, neq; per Ieroſolymã ciuitatem ſanctã, neq; per caput propriũ: quod eſt ſedes Dei, & templum diuinitatis. Quod non eſt humanũ artificium, cùm non poſſit homo vel capillum immutare, ſed opus Dei eſt. Vnde qui adducit hæc omnia in teſtẽ, Deum cuius hæc omnia ſunt, adducit. *Matth. 5.*

406 Quomodo in ore duorum vel trium ſtat omne verbum, vt tam ex lege quàm ex Euangelio habetur? Venítne accuſans nomine teſtiũ? Nónne id expreſſè habetur ex Euangelio, vbi dicitur: Si te non audierit, frater videlicet, adhibe tecum vnũ vel duos teſtes? Nam cùm propoſitio ſit diſiunctiua, vtraque pars poteſt verificari cum ſententia ſequenti, ſ. quia in ore duorum vel trium ſtat omne verbum. Si enim aſſumatur tãtùm vnus teſtis, ille teſtis & accuſans ſunt duo. Et ſic habet locum illa pars diſiunctiuæ, ſ. in ore duorum. Si autem aſſumantur duo teſtes, cum accuſante erunt tres. Et ſic habet locum altera pars diſiunctiuæ, ſ. vel trium: nec aliter iudicio meo) dictum Euangelium intelligi poteſt. *Deuter. 17.* *Matth. 18*

407 Quid importãt hi duo vel tres teſtes? Nónne inter duos ad minus ſeruatur charitas, cõſenſus & vnio? Quæ adeò Chriſto & Deo grata ſunt, vt omnia, quæ ipſe quærit à nobis, in hoc amore & charitate cõſiſtant: & vt in medio ſic conuenientiũ habitare promittat. Hinc ſecretiores Theologi docent, q multò facilius aſcendit oratio duorum vel trium in cõſpectu Dei, quàm vnius. Vlterius etiã procedens author libri, cui titulus eſt, Porta lucis: aſſerit, q aliquãdo oratio vnius nõ introducit̃, ſed ſociata cũ *Ioan. 13. 15* *Matth. 18.* *Secr. theol.* *Porta lucis*

oratione plurium ſtatim introducitur. Quocirca(vt opinor) Abrahã noluit diminuere numerum denarij ſupplicantium pro quinque ciuitatibus pro quarum qualibet duo videbantur ſufficere, ſed minus quàm duo, nequaquam. De qua doctrina dubitarem, niſi & Chriſtus idem doceret.

Geneſ. 13

408 Frangens iuramentum quomodo punitur à Deo & cur? An, quia obſeruatio iuramenti naturalis eſt, vt Cato Cenſorinus moralis philoſophus, in ſuis monumentis ſcriptum reliquit, dicens: Iuſiurandum ſerua. Hinc ponitur hoc præceptum in tabulis: ad quæ præcepta tabularum obſeruanda, natura docemur: ſicut facilè concludi poteſt, & manifeſtum eſt mentibus bene diſpoſitis. An quia(vt aliàs dictum eſt) in iuramento adiurantur illi ſeptem ſuperni fontes, à quibus omnis influxus ad nos emanat, vt videlicet aperiantur ſi veritatem dicimus, & obturentur ſi periuramus? quod eſt pœna & damnum omnium maximum. Hinc(vt apud Hebræos habetur) eadem eſt etymologia iuramenti & ſeptenarij, vt etiam alibi diſſeruimus. Propterea Abraham volens præſtare iuramentum Abimelech, conſtituit ſeptem agnas, quæ repræſentarent ſeptem fontes illos, quos adducebat in teſtes. Quos fontes Salomõ vocauit capreas vel hinnulos ceruorum, dicẽs: Adiuro vos per capreas hinnulóſque ceruorum, vel ceruos camporum, vt alibi declaratum eſt.

Cato *Leuit. 19.* *Geneſ. 21* *Cantic. 2.*

409 Eſtne periurus & mendax, qui ſe à peccato excuſat? Nónne Iohannes expreſſè dixit: Si dixerimus quòd peccatũ non habemus, noſipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt? Cur ergo huiuſmodi mendaces ſunt? Nónne quia cuicunque peccatum ſuum obiiciunt, mendacium dicunt? ſi enim Deum culpare velint quòd ſic eos fecerit, aut quòd ſit author malorum, clamat contra eos Propheta, dicens: Declinauerunt in te mala, cogitauerunt conſilia quæ non potuerunt ſtabilire. Si verò naturam accuſent falſò(vt inquit Auguſtinus) de natura ſua conqueritur humanum genus. Si autem Diabolum ſceleris authorẽ dicant, debilis eſt hoſtis(inquit Hieronymus) qui non vincit niſi volẽtem. Et Paulus: Non permittit vos tentari Deus, ſupra id quod poteſtis. Si cœlos accuſent, illi non agunt in animam nec voluntatem, quæ eſt principium peccandi. Et ſic quomodocunque ſe excuſantes, mendacium dicunt.

1. Ioannis 1. *Pſalmo 20.* *Augu. de natura & gratia.* *Hieron. ad Euſtoc.* *1. Cor. 10*

410 Cur Phytones ac diuini lapidari iubẽtur? An, vt idolatria tollatur? An, quia peruertimus ordinem naturæ, dum à patre mendacij quærimus veritatem, & dum conſulimus inimicũ? Nam(Dei teſtimonio) poſitæ ſunt inimicitiæ inter Diabolum & mulierẽ, & inter ſemen vtriuſque. Et quamuis Diabolus aliquando videatur dicere veritatem, & fauere inuocanti ipſum, omnia tamen doloſè facit, vt ſub ſpecie veritatis & fauoris perſuadeat mendacium, & ea quæ ſunt nobis exitio & ruinæ. An, quia peruertimus alium ordinem naturæ, dum conſulimus inferiorẽ nobis, & ad eum recurrimus, venerantes eum quem ſubiicere & reiicere deberemus?

Leuit. 20 *Geneſ 3.*

411 Cur tam diligenter iubet Deus, ne quis concupiſcat rem proximi? Nónne omnes ſuapte natura cupiunt habere qđ non habent, contẽdentes obtinere nõ tantũ diuitias, ſed regna & imperia? Appetũt quidẽ, ſed malè

Exodi 20

& contra documentum ſummæ veritatis dicentis. Regnum meum non eſt de hoc mundo. Et iterum. Niſi quis renunciauerit omnibus, quæ poſſidet: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Sed nónne, ſi id neceſſario exquireretur, pauciſſimi, immò nulli ferè ſaluarentur? An igitur id perfectorum eſt: neceſſitatis verò eſt non appetere cum damno vel iniuria iuſtè poſſidentis: vt lex iubet? *Ioan 18* *Lucæ 14*

412 Cur iuſſit Deus, ne quis concupiſceret vxorem proximi? Nónne id ea ratione, qua dictum eſt. Qui viderit mulierem ad concupiſcendã eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo? Vnde non ſolùm prohibetur peccatum operis, ſed cordis, nobis in iudicio imputandum. Sed cur vtrunque peccatum ſeorſum prohibitum eſt: Operis enim peccatũ prohibetur dum dicitur. Non mœchaberis. Non furtum facies. Poſtea cordis, dum dicitur. Non concupiſces vxoré, aut rem proximi tui. Nónne vt oſtẽdatur vtrunque eſſe peccatum, & abſcindendum à nobis: opus videlicet malum tanquam ramus, concupiſcentia verò tanquam truncus & radix? *Deut. 5* *Mat. 5* *Exodi 20*

413 Cur lex iubet lapidari adulteram, & adulterantem cum ea: non autem maritum adulterum, nec eam cum qua adulteratur? Nónne ait Apoſtolus. Mulier non habet poteſtatem corporis ſui ſed vir: & è conuerſo? Vnde peccatum videretur par, & æqua punitio. Sed nónne muliebris ſexus fragilior eſt? Ideò magis excuſabilis. An igitur id iuſſum eſt: quia maior eſt infamia, maiúſque opprobrium mulieris? An, quia mulier adulterans præbet cauſam erroris circa filios & genealogiã? Cùm multoties incertus ſit pater, ſi mulier pluribus commiſceatur. An, quia diſtat vir ſeminans à fundo, in quo ſeminatur (qui eſt mulier) in quo non debet ſeminare, niſi Dominus fundi? *Leui 20* *1. Cor. 7*

414 Cur ex omnibus infirmis ſolius leproſi cauſa iudicabatur à ſacerdote? An, quia per lepram, quæ totum corpus inficit, intelligitur omnigenum peccatum? Quod videtur ſentire Origenes reducens peccata omnia ad ſex capita: prout ſex ſunt lepræ genera. Lepra autem aliqua eſt ſanabilis, aliqua verò minimè: ſicut & peccata, quorum iudicium ſacerdoti committitur: vt videlicet eum abſoluat, cuius lepra vel peccatum eſt ſanabile, & non abſoluat eum, cuius peccatũ inſanabile iudicat: quia videlicet malè diſpoſitus eſt peccator ad dimittendũ ipſum. An, quia (vt Hebræi dicũt, R. Salomon, R. Abraham aben Hazra, & potiſſimè Bachaie, qui longo ſermone hoc proſequitur) cum aliæ infirmitates ex varia corporis intemperie procedant, lepra eſt infirmitas à Deo inflicta ob peccatum linguæ? In cuius rei ſignum adducunt, quòd leproſi perdunt facilitatem loquendi: vt vix intelligi poſſint. Et hoc in pœnam garrulitatis. Aſſerunt inſuper præfati Rabbini, quòd ſi quis propter linguæ peccatum eſt inficiendus lepra, primó inficitur paries: ſi verò non corrigitur, inficitur veſtimentum: & ſi adhuc perſeuerat, percutitur in cute. Hinc demandatur ſacerdoti: vt in pariete, veſtimento & cute iudicet ſi infirmitas eſt ſanabilis, nécne. *Leui. 14* *Origenes* *R. Salomon.* *R. Abrahã.* *R. Bachaie.* *Leui. 14*

415 Cur propter linguæ peccatum homo tam graui infirmitate percutitur, magis quàm propter alia peccata? Nónne, quia (vt Sapiens ait) mors & *Prouer. 18*

vita ſunt in manibus linguę? Vnde Iacobus. Lingua maculat totū corpus.
Iaco. 3 Et iterum. Lingua eſt inquietum malum, plena veneno mortifero in ipſa
benedicimus Deum & patrem: & in ipſa maledicimus homines, qui ad
imaginem Dei facti ſunt. Cùm igitur totum corpus & animam maculet
lingua: meritò punitur infirmitate & contagione: quæ totum corpus inficit.
Exo li 20 Hinc non ſine cauſa in lege Deus duplici præcepto docuit cōpeſcendam linguam: primò, dicens. Non aſſumes nomen Dei in vanū. Per quod innuitur, quòd ſemper Deum omni reuerentia proſequi debemus: & nullatenus ipſum irreuerenter nominare. Secundo, dum ait. Non periurabis: nec contra proximum falſum teſtimonium dicens, ideſt nullo modo lingua tua proximo noceas. Et, vt indicet Deus quàm diligenter debeamus cuſtodire linguam, eam collocauit inter ſepta dentium & labiorum: ſub iudicio duorum oculorum, duarum aurium, & duarum narium. In quorum omnium medio lingua poſita eſt: vt ſcilicet primò aſpiciamus eos,
Iaco. 3 cum quibus loquimur: audiamus aſtantes: & odoremus verba, ſi redoleāt
R. Bachaie. aut fœteant. Nam ex ipſa (vt Iacobus proſequitur) procedit benedictio &
Geneſ. 3 maledictio, ideſt remuneratio & punitio. Vnde diſcurrens oſtendit Bachaie omnia mala à lingua originem habuiſſe: incipiendo à primo parente, qui ſerpentis lingua ſeductus fuit.

Leui. 14 416 Cur leproſus expurgabatur aue, cum alia peccata animalibus expiarentur? Nónne, vt piaculum eſſet conueniens peccato? Cùm enim lepra propter garrulitatem infligeretur? Ideò garrula aue expurgari debebat. Quod piaculum Hebræi per regulam quandam, quam Nitericon vocāt: quādo videlicet vnaquæque litera alicuius verbi ſuū habet ſignificatum) מצר vel משר Mazar, vel maſar nominant. Quarum literarum ſenſum eſt, משי צפר רע vel משי שם רע Maſe Zipor Rahah: vel Maſe ſam Rahah. Senſum enim eſt. Maſe tollitur vel expiatur Zipor paſſere vel aue rahah, ideſt malum: vel Maſe tollitur ſam ſacrificio vel oblatione rahah malum, expiatione videlicet per auem facta: vt dictum eſt.

Exod. 22 417 Cur iubet Deus, vt furans bouem reddat quinque: ouem verò, reddat quatuor? An, quia bos eſt Rex iumentorum? Hinc furans ipſum grauius peccat. Nam peccatum aggrauatur ratione ſubiecti, quod offenditur. An, quia bos eſt tam neceſſarius humano victui, vt ſine ipſo granum colligi nequeat? Hinc magis grauatur furtum ipſius. An, quia (vt Hebræi dicunt) bos reducitur domum pedibus ſuis: ouis autem humero portatur? Iuxta illud Euangelicum. Inueniens ouem portat eam humeris ſuis.
Lucæ 15 Quod portandi onus pro vna oue computatur. Hinc dicunt reſtituendam ſolùm in triplo. An, quia ouis eſt ex latere pietatis ac miſericordiæ? Ideo minori pœna multatur quis in furto ouis quàm bouis: qui eſt ex latere iuſtitiæ ſeueræ.

Exod. 22 418 Cur percutiens furem ſuffodientem aut infringētem domum reus ſanguinis in lege non erat? An, quia in nocte non poteſt quis facilè implorare auxilium? Vnde Dominus ipſius domus ſemetipſum defendere permittebatur eo modo quo poterat. An, quia periculū erat ne ipſe fur alies

occideret? An, quia ingrediebatur fauore nocturno, ideſt principis tenebrarum? Ideò ſeuere & ſine reatus ſanguinis puniebatur? An (vt Rabi Salomoni placet, quem communiter Hebræi ſequuntur) hoc intelligitur de furto facto ab extraneo, & non à domeſtico? Nam fur domeſticus reus ſanguinis non cenſetur. *R. Salomon*

419 Cur occidens furem diurnum, homicidiis reus erat? An, quia in die varijs modis fur repelli poteſt? An (vt idem Rabi Salomon ait) id intelligitur de furto facto à filio vel hærede, qui ſole clarius indè non eſt occidendus? Et ideò occidens eum, reus erat homicidij. Nec aliud ab Hebræis aſſignatur. An (vt ſecretiora tangamus) eadem ratione huiuſmodi non debebat occidi, qua Ioſeph dimiſit fratres ex Ægypto cum aſinis ſuis orto mane vel Sole: vt in Geneſi habetur? Et ea eſt, quia Sol eſt fautor & tutela Iſraelitici populi: cùm eorum pater & redemptor habeat in ſole tabernaculum ſuum. Nam idem eſt tabernaculum Iahacob & Chriſti. Iuxta oraculum Gabrielis. Et regnabit in domo Iahacob in æternum. Et de Chriſto dicitur. In ſole poſuit tabernaculum ſuum. Quo ſenſu inquit Chriſtus. Si quis ambulauerit in die non offendit: quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte: offendit, quia lux non eſt in eo. Quorum verborum ſenſum eſt, quòd ſi quis furatur in nocte, ideſt ſuaſus à principe tenebrarum & indebitè, impunè occiditur: ſi autem debitè accipit (quamuis furtum videatur) non eſt occidendus aut puniendus. *Exod. 22* *R. Salomon* *Gen. 44* *Luce 1* *Pſal. 18* *Ioan. 11*

420 Iſraelitici, qui furati ſunt theſauros Ægyptiorum, fuerúntne rei furti? Non quippè rei haberi vel cenſeri poſſunt: quia ſecuti ſunt ea, quæ prima Regula iuſſit. Neque prima Regula id iuſſit iniuria. Nam debebant Ægyptij Hebræis multam mercedem laborum ſuorum. Vnde Iacobus ait. Ecce merces operariorum veſtrorum, quæ fraudata eſt à vobis, clamat: & clamor eorum introiuit in aures Domini Zebaot. Hinc dixit Deus Moſi, quem deſtinauit eorum liberatorem. Clamor filiorum Iſrael venit ad me: vidíque afflictionem eorum, qua ab Ægyptiis affliguntur. Immunes itaque à furto fuerunt Iſraelitæ: quia acceperunt, quod ſibi iure debebatur. *Exod 12* *Iaco. 5* *Exod. 3*

421 Fœnerari éſtne permiſſum an prohibitum: & reatus furti? Nónne permiſſa fuit vſura cum extraneis: dicente lege. Fœnerabis gentibus multis. Et iterum. Non fœnerabis fratri tuo, ſed alieno? Quod Hebræi pro fundamento ſui erroris aſſumunt exiſtimantes ſe poſſe fœnerari Chriſtianis tanquam alienis & extraneis. Cùm re vera (vt alias diximus) extranei non ſimus: eo quòd eundem Deum colimus, quem & ipſi colunt: & eandem legem ſuſcepimus: eundémque Meſſiam ac Redemptorem admittimus. Sed differentia eſt, quòd nos aſſerimus Meſſiam aduenisse: ipſi verò expectant eius aduentum. Quæ erronea ipſorum opinio pertinet potius ad hæreſim, quàm ad alienū cultum: & ignorantiam arguit. Cùm non cognoſcant, ꝙ omnes ipſorum cæremoniæ erāt vmbræ futurorū & figuræ: quæ iam aduenięte Meſſia ceſſarunt. Inſuper (vt etiam ſupra diſſeruimus) *Deut. 15 & 23*

permiſſum fuit dari ad vſuram iis, qui remanſerant ex gentibus expulſis: quorum bona ſtabilia mobiliáque ob illorum ſcelera erant Iudæis addicta: vt ſcilicet extorquerent ab eis bona mobilia per vſuram, ſicut bona ſtabilia erant extracta per poſſeſſionem totius regionis iam adeptam. Hac igitur cauſa ceſſante interdicta fuit eis penitus vſura. Sicut ex Prophetis diſcere poſſumus. Canit enim Dauid. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Et reſpondens ait abſolutè. Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram. Et Ezechiel. Qui vſuram & ſuperabundantiam non accœperit: iſte fugiet mortem: & vita viuet.

Pſal. 14 *Ezech. 18*

422 Cur de vſurariis comprobamus à Deo factas fuiſſe aliquando publicas ac ſeueras punitiones? An, quia id eſt contra legem Domini & iniuriam proximi? Sed cur non ſic de multis aliis peccatis contra proximum commiſſis? An igitur, quia per tabulas & codices vſurarius damnatur: cum inſtrumenta & ſcripturæ clament contra ipſum? An, quia id radicitus euellit charitatem, qua iubemur impartiri noſtra? Pro qua charitate duntaxat ſummus Iudex promittit nobis regnum cœleſte. Iſti enim non ſolùm non impartiuntur ſua, ſed actu & dolo extorquent aliena.

Mat. 25

423 In quo conſiſtit potiſſimè: & quomodò cognoſcitur vſurariũ crimen? Nónne (vt abſolutè loquamur) in grauamine proximi ſub ſpecie cõmodi? Niſi enim hæc duo concurrant, vſura eſſe non poteſt. Quamuis ſit alia indebita extorſio. Vbi autem hæc duo concurrunt: quòd videlicet ſit contractus mutui cum grauamine proximi indebito, ſemper eſt vſura. His itaque duabus regulis poterit prudens indagator & Iudex cognoſcere in omnibus propoſitis caſibus, ſi ibi interſit vſura, nécne. Sed oportet quòd ſit Iudex prudens in diſcernendo & applicando.

Deut. 24

424 Quæ lex ſeruanda eſt in accipiendo pignore pro mutuo dato? Nónne iubetur in Deuteronomio, quòd repetens pignus non ingrediatur domum proximi, vt pignus auferat, ſed foris ſtet? Vnde ille proferet, quod habuerit. Si autem pauper eſt, non debet pernoctare apud aliquem pignus, ſed ſtatim reddendum eſt antè Solis occaſum: vt dormiens in veſtimento ſuo (ſicut ibi dicitur) benedicat nobis & habeamus iuſtitiam coram Domino Deo noſtro. Vnde diſcere poſſumus, quòd mutuantes penitus abſtinere debeant ab omni grauamine ex mutuo inferendo: nec tantùm, vt non plus ſorte accipiant: ſed neque in accipiendo vel retinendo pignore. Nec enim poteſt cenſeri charitas & pietas, quod ſit proximo cum ipſius grauamine: immò impietas maxima eſt.

Ibidem

425 Cur iubet lex ne in pignus accipiantur molæ tam ſuperior quam inferior? An, quia accõmodatiſſimę ſunt pro pane conficiendo, cibo ſuper omnes maximè neceſſario? An (vt Hebræi aliqui dicunt) per molam ſuperiorẽ intelligitur vir, per inferiorem autem mulier: quorũ neuter eſt accipiendus in pignus? Cùm ambo ſint neceſſarij pro conſeruanda & augẽda ſpecie: ſicut molæ ad conterẽdum triticũ pro alimento indiuidui. An inde intelligitur, quòd nullatenus debet accipi in pignus vir aliquis vel mulier?

Cùm id fieri nequeat ſine detrimento pignerantis: & forſitan eorum, qui in pignus dantur: quia, quouſque in pignore erunt, quaſi ſerui aſcriptitij erunt.

426 Cur Deus per Iſaiam minatur væ iis, qui domum domui coniungunt: & agrum agro copulant? Nónne vt interdicat inexplebilem auaritiam eorum, quibus nihil ſat eſt? Et iſti ſunt diuites, quibus (teſte Chriſto) difficilior eſt introitus in regnum cœlorum, quam camelo tranſitus per foramen acus. Sed cur væ eis datur? Nónne primo faciunt contra commune præceptum, quo dicitur. Non furaberis? Secundo faciunt contra fundamentum charitatis. Tertiò, quia ex iam data ſententia priuantur regno cœlorum, & igni æterno addicuntur. Quarto, quia etiam in vita priuantur bonis illis malè acquiſitis, aut ſaltem filij. Iuxta illud Canoniſtarum commune dictum. De male quæſitis non gaudet tertius hæres. Et hoc, niſi bona illa largis eleemoſynis redimantur. Sicut dixit Daniel Nabuchdonoſor. Eleemoſynis peccata tua redime. Et Chriſtus. Date eleemoſynam: & omnia munda ſunt vobis. Alioquin (vt antiqui Theologi dicunt, & experientia clariſſimè comprobatum eſt) huiuſmodi furta ſimul cum theſauris in terra ſepultis, quorum non cognoſcitur Dominus: & rebus iuſto Dei iudicio in mari perditis, tradita ſunt poteſtati dæmonum: vt liberè faciant quicquid velint. Sicut ipſi apertè confeſſi ſunt. *Iſa.5* *Mat.19* *Exodi 20* *Dani.4* *Lucæ 11*

427 Cur iubetur, ne quis veſtiatur veſte picta, aut decoretur ſtigmate aliquo? An, ad tollendam ſimulationem & deceptionem proximi? An, ad tollendum furtum: quod committitur, quando quis ſibi vendicat, quod ſuum non eſt? Vnde hypocritæ (contra quos adeò Chriſtus inuehitur) volentes vſurpare bonum nomen, quod eis non competit, fures cenſeri poſſunt. Pari modo ij, qui volebant ſibi vendicare Prophetarum nomen ſtigmatizantes ſe: vt longo ſermone Zacharias tractat. Nam huiuſmodi, non ſolùm homines decipiunt, ſed vellent (ſi poſſibile foret) etiam Deum decipere. Hinc Chriſtus (vt modò diximus) acrius ac durius inuehitur cõtra eos, quàm contra aliud quodcunque ſcelerũ genus. Immò humaniſſimus ac pientiſſimus fuit in omnes peccatores, ſed in hos ſeuerus & aſper? vt ex Euangelio hinc inde diſcere poſſumus. *Leui 19* *Mat.6. & 23.* *Zac.13*

428 Cur homicidæ, qui caſu homicidium commiſerant, vſque ad mortem ſacerdotis relegabantur? An (præter ea, quæ ſupra dicta ſunt) ne ſuſcitaretur aliqua altercatio inter eos & propinquos occiſi? An, vt luerent aliquam pœnam peccati: quamuis caſu id feciſſent? An in myſterium & figuram id fuit, denotans homicidium & mortem inductam à primo parente in totam poſteritatem, non voluntariè ſed caſu quodam? Nam ipſe ab antiquo ſerpente ſeductus fuit. Vnde tota poſteritas erat aliquo modo rea mortis. Sed, quia non ſpontè, ſed caſu incurrerat hunc reatum, iuſſit Deus, vt relegaretur humanum genus in aliquam trium Ciuitatum, ideſt in aliquam trium mundi regionum, in Europam videlicet, Aſiam vel Africam, vel in mundum hũc, purgatorium, ſiue limbum, ideſt Abrahæ ſinũ, vſque *Num.35*

ad mortem ſummi ſacerdotis Chriſti Ieſu: qui tunc aperuit ianuas patriæ & regni cœleſtis. Vnde vnuſquiſque, quouis impedimento ceſſante, illuc redire poteſt.

Deut.21 429 Cur vitula immolabatur in teſtimonium homicidij nó commiſſi? An id fiebat in teſtimonium infamiæ? An (vt altiora conſcendamus) vitula offerri iubetur, quæ non portauerit iugum, ſignificans Chriſtum, qui *Apoc.1* nullum portauit iugum peccati? Vnde immolabatur in teſtem innocentiæ in figurá Chriſti, qui à Iohanne dicitur teſtis verus & fidelis. Nec enim poterat haberi teſtimonium verum, illius occulti homicidij, cadaueris videlicet inuēti, niſi ab illo ſummo veritatis fonte: qui ait. Ego ſum veritas. *Ioan.4* Sicut igitur fiebant multæ expiationes per animalia, Chriſtum omnium Propitiatorem figurantia: ſic fiebat dilucidatio veritatis per animal illud, quod ipſum veritatis fontem figurabat.

Deut.21 430 In cuius rei myſterium fiebat expurgatio illa? Nónne (ſi bene perpendimus) in myſterium expiationis factæ ab vniuerſali peccato? Nam ca- *Rom.5* dauer inuentum in via eſt humanum genus, quod in hac peregrinatione fuit occiſum ab illo ſerpente: per quem (vt inquit Apoſtolus) mors introi- *Apoc.4* uit in omnes. Vnde demandatum fuit, vt cauſa deuolueretur ad ſeniores (vt in textu habetur) illos forſitan, de quibus Iohannes ait. Et ſupra thronos vigintiquatuor ſedebant vigintiquatuor ſeniores, aſtantes videlicet ſummo iudici Deo. Ex quorum quidem ſeniorum conſilio accipiebatur vitula à iugo libera, caro videlicet Chriſti, & deducebatur ad vallem aſperam & ſaxoſam, nunquam aratam: pro cibo videlicet pietatis præſtando (quæ vallis indicat Caluariæ locum, vbi non arabatur ſed puniebantur rei mortis) & ibi expiabatur homicidium iſtud cauſatum non ab homine ſimpliciter, ſed à Diabolo occultè procuratum: adeò vt inter mortales author huius homicidij reperiri non poſſet.

Num.35 431 Cur lex iubet, ne occidatur homicida, niſi ſteterit coram multitudine? Nónne paulò ſuperius mandat lex, quòd ſi quis percuſſerit quempiam ligno, & moriatur percuſſus, propinquus occiſi debeat occiſorem *Ibid.25* interficere: nulla mentione facta de iudicio publico? Cui ſimile aliis in locis habetur. Vnde laudatur & remuneratur Phinees, qui occidit Hebræum & Madianitem, cum qua concumbebat. An igitur id permittit *Exod.23* lex, quando de homicida habetur certa cognitio? Si verò res eſt dubia, vult lex, vt diſceptetur cauſa coram multitudine, ne incidatur in errorem, contra legem, quæ habetur in Exodo, dicens. Iuſtum & innocentem non occides.

Leui.19 432 Cur iubet lex, ne quis ſtet contra ſanguinem proximi? An, ne quis ſe aſſociet fundenti ſanguinem innocentem: vt aliqui exponunt? An (iuxta li- *Gen.9* teram) ne quis ſe opponat in defenſionem homicidæ? Id enim eſt contra *Leui.24* legem datam Noe, & Moſi confirmatam: quæ ait. De manu viri & fratris eius requiram animam hominis. Quicunque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius. Et rationem aſſignat ſubinferens. Ad imaginem quippè Dei factus eſt homo. Iuxta quam legem dixit Saluator Petro.

Qui gladio ferit, gladio peribit. Hinc docemur, quòd ſub pœna mortis occidere non debeamus inſontem, ſed reum. Et hoc interueniente cauſa, Mat.26 quòd videlicet ſit nobis demandatum à lege: vel id habeamus ex officio, aut quando magno & honeſto zelo ducimur. Sicut fecit Phinees, qui (vt ſupra diximus) interfecit Hebræum & Madianitem, vt amoueret periculum idolatriæ, & ſedaret iram Dei in tranſgreſſores mandati ſæuientem. Iuxta illud Pſalmographi. Stetit Phinees, ideſt cõtra ſceleſtos illos, & ceſſauit quaſſatio. Et hac ratione Anaſtaſia optabat mortem Publij, mariti ſui: ne videlicet perturbandos ſanctos, augeret reatum. Pſal.105

433 Cur iubet lex, ne accipiatur precium ab eo, qui eſt reus ſanguinis? Numer.35 Nónne id præcipitur, ne peruertatur iudicium? Nam munera (vt in Exodo Exod.23 dicitur) excæcant prudentes & ſubuertunt corda iuſtorum. Sed cur hoc Gen.9 præcipuè iubetur de reo homicidij? Nónne, quia iuſtitia exquirit: vt ſanguis fundentis ſanguinem effundatur? Nec aliter (vt ſubinfert lex) expiari poteſt effuſor ſanguinis, niſi per effuſionem ſanguinis ſuiipſius. Quod Pſal.50 cognoſcens Dauid, qui homicidij reus erat, dicebat. Quoniam ſi voluiſſes, ſacrificium dediſſem: vtique holocauſtis non delectaberis, ideſt non placaberis, vel holocauſtum non placebit: vt Hieronymus benè interpretatur. Hierony. Nec enim per ſacrificium aliquod expiari vnquam potuit homicidium, niſi per oblationem illius, qui mortem deſtruxit, & vitam omnibus condonauit. Nam virtute ipſius abſoluimus ab homicidio. Quod tamen temerè vel facilè fieri non debet: niſi prius ſarciantur damna ex morte interfecti illata.

434 Cur dari iubetur dens pro dente, & oculus pro oculo, & ſic de reliquis in membris? Exod.21 Nónne, quia id iuſtitia exigit? Sed quid prodeſt Deo oculus aut dens ille euulſus? Nihil quidem Deo affert: ſed priuans priuari Iſa.33 debet. Iuxta illud Iſaiæ. Væ qui prædaris: nónne prædaberis? Et hoc non tantùm cedit in pœnam delinquenti, ſed in compenſationem læſo, cui datur, quod à delinquente aufertur. Sed quid dens aut oculus euulſus à delinquente prodeſt offenſo? Non quippe hoc intelligitur de dente aut oculo corporali breui perituro: ſed de illo, de quo dicitur in Deuteronomio, Deut.vlt. quòd Moſi non caligauit oculus nec fuit diminutus dens, ideſt virtus intellectiua & operatiua. Nam dona huiuſmodi auferuntur ab vno, & alteri dantur. Iuxta Euangelicum illud. Auferetur ab eo, qui non habet, & dabitur ei, qui habet. Mat.13. & 25 Quod ſanè intelligendum eſt. Qui non habet ideſt qui parum habet, aut qui iure non habet. Ideò tanquam ab iniuſto poſſeſſore aufertur. Auferre enim poteſt ille, qui (vt inquit Apoſtolus) operatur in nobis & velle, & perficere. Phil.2

435 Cur iubetur lapidari filius proteruus? Nónne, in exemplum ac terrorem aliorum: vt videntur innuere verba textus? Sed quare magis Deut.21 filius quàm ſeruus, vel alius quicunq;? Nónne, quia iniuriatur ſuo ipſius Exod.20 peculiari vitæ fonti: qui eſt pater? Vnde ſicut honoranti patrẽ prolongatur vita: Ita proteruienti in patrẽ diminuitur. Sed cur lapidibus punitur? An in pœnam duritiei ſuæ lapidibus duris premi debet? An, opprimens ſuæ

genituræ fundamentum punitur lapidibus: qui in fundamentis ædificiorum ponuntur?

436 Cur ſcelera multa, quæ lege plectebantur morte, nunc morte non expiantur? An, quia venit ſtatus miſericordiæ? Sed nónne tribunal iuſtitiæ requirit pœnam, vbi delictum fuerit: dicente ſcriptura. Secũdum *Deut.25* menſuram delicti erit & plagarum modus? An igitur, quia mors Chriſti adeò fuit efficax & ſufficiens tribunali illi, vt cuiuis ſufficiat, qui reus mortis reperitur? Sed quomodò potuit mors vnius ſecundum iuſtitiam omnes liberare? Nónne videmus, quòd ſemen plantæ intinctum vel dulcoratum, intingit & dulces facit omnes fructus pullulãtes ex ſtipite prodeunte ex ſemine illo? Sicut etiam ſupra diſſeruimus. Vnde ſicut fuit infectum totum genus humanum ex radice primi parentis infecta: Ita om- *1.Cor.15* nes expurgantur per radicem regenerationis, quæ eſt Chriſtus. Hinc Apoſtolus audacter dixit. Sicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Chriſto omnes viuificantur, & à morte liberantur.

Leui.24 *Ibid.20* 437 Quæ ſcelera per legem morte plectebantur? Multa quippè. Et pri- *Deut.22* mo blaſphemi, qui lapidabantur, & homicidæ, qui interficiebantur: vt in *Exodi 22* Leuitico habetur. Adultera quoque & mœchus lapidibus obruebantur: *Leui.20* vt in Deuteronomio & Leuitico habetur. Pari modo & coiens cum beſtia, aut fœmina iumento ſe ſupponens: vt in Exodo & Leuitico deman- *Num.15* datur. Nec ſecus cum maſculo coiens coitu fœmineo. Quod vitium nonnulli vocant contra naturam. Similiter filius proteruus: vt paulo ſuperius reſeratum eſt. Sic & violantes ſabbatum lapidabantur: vt in libro Numerorum legimus. Et ſi qua ſunt huiuſmodi ſcelera.

438 Quare iuſſum fuit: vt huiuſmodi expiarent peccata morte propria? Nónne, quia ſacrificia figuratiua huiuſmodi peccata expiare nequibãt: dictante diuina ſententia, ꝙ ij erant omnes rei mortis? Ideo morte animalium expiari non poterant: ſed ſola morte illius, qui omnes, tanquam pater & prima omnium origo, in ſe continebat. Vnde in eius morte aliquo modo moriuntur, & eius ſanguine expiantur: ſicut per ſanguinem & ſemen primi parentis infecti, omnes inficiuntur. An, quia tam gratum fuit Deo obſequium huius oblationis, quam Chriſtus fecit pro omnibus: vt acceptaret illam pro pœna, quam omnes mortales pro delictis ſuis ſuf- *Iſa.53* ferre debebant? Iuxta illud Iſaiæ. Dolores noſtros ipſe portauit. Et paulò *Heb.9* poſt. Et liuore eius ſanati ſumus.

439 Vbi habemus expreſſè in ſcriptura, quòd Chriſtus tulerit omnia hæc peccata, ſatisfaciens pro eis morte ſua ſola? Nónne id habemus ab *Col.1* Apoſtolo, dicente. Neque per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione *Iſa.53* inuenta? Et alibi. Nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem exhibere vos ſanctos & immaculatos. Quod & Iſaias apertè prædixerat: vt patet intuenti & cognoſcenti vim vocabulorum, quibus ipſe vtitur. Omnia enim peccata, quæ ſacrificiis expiabantur, vocabãtur חטאת chatat ſeu חטאה chatah, ſiue אשם aſſam, aut שגה ſagah, ideſt peccatum

catum per fragilitatem, aut per incuriam commiſſum, vel defectus in explendis commiſſis maximè ſacris, & huiuſmodi. Sunt quoque alia peccata grauia, quæ dicuntur עון hauon, id eſt iniquitas, רשע reſſah, id eſt, impietas, & פשע peſſah, id eſt rebellio. In quorum numero eſt blaſphemia, homicidium, adulterium, & reliqua ſuperius commemorata, quæ per ſacrificia nunquam expiata fuiſſe leguntur. Quod autem huiuſmodi per *Ibidem.* Chriſtum expianda eſſent, Iſaias perhibet, dum ait: Et poſuit Dominus in eo iniquitates omnium noſtrûm. Vbi in Hebræo habetur עון כלנו hauon culanu. Et iterùm: Et ipſe infirmatus vel vulneratus eſt propter ſcelera noſtra, percuſſus propter iniquitates noſtras. Et iterùm: Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. Hinc habetur fortiſſimum argumentum, cui nullus adhuc Hebræus potuit reſpondere, in comprobationem videlicet quòd Chriſtus eſſet venturus ad tollenda peccata, quæ per ſacrificia tolli non poterant.

440 Cur iubetur vt nihil iniqui fiat in iudicio? Nónne intereſt vniuſcuiuſque Legiſlatoris inſtruere iudices de iuſtitia in iudiciis adminiſtranda, vt vnicuique reddatur, quod ſuum eſt? cùm cauſa vtriuſque partis à iudice dependeat. *Leuit. 19* Nam ideò dicitur iudex, quia bene iudicare debet, adminiſtrans iuſtitiam petenti. An, quia ſicut omnes prohibentur iniquè agere, multò magis ij, qui vicem Dei in terris tenẽt? Vnde iudices in lege, Dij nominantur, vt in Exodo legimus. *Exodi 22* Nec enim poteſt ille vicem puriſſimi Dei tenere, qui eſt aliqua ſorde maculatus. An, quia reus efficitur iudex illius culpæ, à qua reum indebitè abſoluit? ſi enim abſoluat furem, eſt reus furti: ſi homicidam, homicidij. Et ſic de reliquis.

441 Cur iubetur in lege ne Princeps populi maledicatur? An, quia tenet locum capitis, ſuper omnia membra honorandi? *Ibidem* An, quia non ab homine ſed à Deo in ipſo loco conſtitutus eſt? iuxta illud Pauli: Non eſt poteſtas niſi à Deo. *Rom in. 13* *Ioannis 19* Hinc Chriſtus Pilato apertè dixit: Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum fuiſſet deſuper. Quod cõſtantiſſimè Dion in libro de regno aſſerit. *Dion Pilato-n cus in libro de regno.* An, quia aliquid diuinitatis eſt in eo? ſicut non ſolùm ex eo, quòd lex vocat ipſum Deum (vt nuper dictum eſt) diſcere poſſumus, ſed ex his etiam quæ dixit Deus Moſi de Angelo, quem ei deſtinaturus erat in ducem. Quòd videlicet eſſet nomen ſuum in ipſo, id eſt virtus nominis ſui. Ideò concluſit, dicens: Obſerua eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes, *Exodi 23* quia videlicet contemptus ipſius eſt contemptus mei, cùm nomen & virtus mea ſit in eo.

442 Cur iuſſum eſt, ne coquatur hœdus in lacte matris? An (vt aliqui Hebræi minus eleuati aut ſuperſtitioſi dicunt) hinc intelligitur quòd non debet poſt carnes comedi caſeus? *Ibidem 23. & 34* Cùm ſit (vt aiunt) mala commixtio, & mala decoctio carnium in caſeo. Quod & ipſi ſatis ſuperſtitioſè obſeruant. *Deuter. 14* Nam quid ciborum decoctio cũ primitiis, quarum legi ſubiicitur hoc mandatum? An igitur ſenſum eſt, quòd nõ offeramus hœdum ad primitias pertinentem cum lacte, quod ad primitias nullatenus pertinet? An

(vt verius opinor) cùm hœdus pertineat ad ſiniſtram, & tribunal iuſtitiæ: lac verò ad dexteram ac pietatem, iubét ne coquatur, & remittatur debita iuſtitia nimia pietate?

SECTIO OCTAVA DE QVIBVSDAM CONSEQVENTIBVS LEGEM.

QVID eſt arbor ſcientiæ boni & mali? Nónne (præter ea quæ ſuprà dicta ſunt) ipſa arbor eſt lex, quæ præbet cibum illum, de quo in Deuteronomio dicitur: Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei? Imò ipſa lex eſt cibus & potus: iuxta illud Sapientis, Cibauit illum pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Sed cur lex dicitur ſcientia boni & mali? An, quia ipſa dictat bona facienda, & mala declinãda? An, quia in ea deſcribuntur bona in præmium obſeruantibus ipſam danda, & mala in pœnam tranſgreſſoribus tribuenda? Nec obſtat quod ſuprà dictum eſt, quòd videlicet Chriſtus ſit hæc arbor. Nam (ſicut etiam ſuprà diximus) lex præexiſtebat in verbo Dei antequàm daretur, vt nõ modò Auguſtinus, ſed Elchana inſignis doctor Hebræus, apertè profitentur. Nec tamen ipſa lex promulgata deſinit eſſe in verbo, quia eſt ibi tãquam in fundamento æterno ac perpetuo. Quod verbum aſſumens carnem Chriſtus eſt. Iuxta illud: Et verbum caro factum eſt.

Ibidem 8. *Eccleſia. 15* *Augu. 14. de trinitat.* *Elchana.* *Ioannis 1.*

Geneſ. 1. 444 Cur plantata fuit arbor ſcientiæ boni & mali in medio paradiſi? Nónne, quia non erat locus magis ei conueniens, quàm medium illud, quod à dextra habet tribunal pietatis, quo pij remunerantur, & à ſiniſtra tribunal ſeueræ iuſtitiæ, quo impij puniuntur? Et hæc eſt ſumma totius legis, vt decantat Vates, dum ait: Semel loquutus eſt Deus, ſcilicet populo (vt in Exodo habetur) duo hæc audiui, quia poteſtas Dei eſt, id eſt virtus puniens, & tibi Domine miſericordia, ad parcendum videlicet & remunerandum, ſecundum quæ (vt ſequitur) reddes vnicuique ſecundum opera ſua.

Pſalmo 61. *Exodi 20*

Geneſ. 3. 445 In quo præcipuè conſiſtit tranſgreſſio & peccatum primorum parentum? Nónne (vt etiam ſuprà diſſeruimus) quia non obedierunt diuino præcepto, ne ſcilicet comederent fructum vel lignum illud? Sed ſi arbor illa eſt lex, quomodo comederunt & deuorarunt illam? Nónne, cùm homo eſſet creatura, legis præceptis dirigenda, videns ſe conſtitutum ſuper omnia creata (ſicut oraculum dixerat: Dominamini volucribus cœli, piſcibus maris, ac beſtiis terræ) exiſtimabat ſe lege non indigere, ſed habere merum imperium omnia ad libitum diſponendi, ſuaſus maximè à muliere, parte videlicet inferiori & animali, quæ nõ percipit quæ Dei ſunt, imò ſeducta à malo dæmone facilè in præceps ruit? Hinc cõtempſit legem, deuorans & conculcans ipſam. An peccauit per mulierem, quæ ſiniſtrã par-

Ibidem 1. *1. Cor. 2.*

tem tenet,& Aquilonē,vnde caſus & omne malum? iuxta illud Ieremiæ: ab Aquilone pandetur omne malum.

446 Principiū peccandi fuítne liberum, an inuoluntariū? An liberum fuit,dicente Auguſtino: Omne peccatum ideò peccatum, quia voluntarium,quòd ſi non eſt voluntarium, non eſt peccatum? Et per Oſæam dicitur: Perditio tua Iſrael,ex te videlicet eſt: auxilium verò in me tantummodò. Sed cùm auxilium præuiſum fuerit ab æterno (dicente Iohanne: Agnus occiſus eſt ab origine mundi,in remedium videlicet peccati) nónne videtur & ipſum peccatum fuiſſe ab æterno præuiſum, & per conſequens ineuitabile? Quod confirmare videtur apertè Paulus, dicens? Omnia concluſit Deus in incredulitate & ſub peccato, vt omnibus miſereatur. *Auguſtinus. Oſæa 13. Apoc. 13. Roman. 11. Galat. 3.*

447 Cur Hebræis data fuit lex qui fuerunt ſemper duræ ceruicis? An, vt cùm multis eſſent donati,& cecidiſſent,grauiori caſu ruerent? Quemadmodum peccata eorum exigebant, quæ tantò grauiora erant, quantò maioribus beneficiis donati fuerant. An,quia electi ſunt Saturnij populi ad legem illam ſuſcipiendam,vt fortius & pertinacius eam conſeruarent? ſicut fecerunt à tribus millibus annis citra, & iis amplius, licet captiui,& per totum mundum diſperſi fuerint. Neceſſe enim erat,vt lex ſemper duraret. Cùm igitur Saturnij eſſent, idcircò fuerunt tenaciſſimæ & duriſſimæ ceruicis,quod Saturnus præſtare ſolet. An, quia à bono Saturno deſtituti propter eorum mala opera, malo Saturno & malo dæmoni Saturnio addicti ſunt?

448 Cur Hebræorum familia ex præſenti & continua afflictione non reſipiſcit?An(vt nuper dictum eſt) quia relicti ſunt malæ poteſtati Saturniæ?An quia ex impietate maxima perpetrata releuari non merentur? An vt ſint perpetui teſtes commiſſi ſceleris? An, vt Scripturæ impleantur?ex quibus eſt illa Michææ: In illa die,ſcilicet captiuitatis,diceris, Depopulatione vaſtati ſumus,& propter hoc non erit tibi mittens funiculum ſortis in cœtu Domini ô Iſrael. Et rationem ſubnectens ait:Et ex aduerſo populus meus in aduerſarium ſurrexit.Et multa huiuſmodi ſubinferuntur.Nihilominus propter patres à quibus populus hic originem traxit,tandem, in fine videlicet miſerebitur ei Deus:ſicut multa oracula perhibent ſimul cum ipſo Michæa ſubinferente:Congregatione congregabo Iahacob totum in te,& in vnum conducā reliquias Iſrael:pariter ponam illum quaſi gregem in ouili,quaſi pecus in medio caularum. *Michææ 2. Ibidem.*

449 Cur in lege & Scriptura nullum verbum incipit à litera ו vau in ſua radice? An,quia ſic caſu contigit? An,quia ו vau eſt coniunctionis nota? Ideò nō poteſt eſſe principium ſermonis, ſed ſemper ſequitur aliquid præmiſſum.An quia litera illa arborem vitæ ſignificat, quæ in medio paradiſi collocata eſt? Vnde in verbis radicalibus nunquam ponitur ו vau, niſi in medio dictionis, ſicut cor, vbi eſt principium vitæ animantis,in medio corporis collocatur. Et ſi contingat illam literam eſſe in principio aut in fine, id eſt, non radicaliter, ſed conſequenter aut miniſterialiter, vel

communicatiuè. Sicut & vita in medio corporis exiſtens, omnibus aliis membris communicatur, & arbor vitæ in medio paradiſi ſita omnes arbores eiuſdem viuificat.

Secr. theo. 450 Cur omnes prophetãtes ante Moſem (vt ſecretiores Theologi dicunt) prophetabant per ceruam vnicornem? Nónne cerui ſunt vbera ſuprema diuinitatis, & hinnuli ceruorum vbera inferiora, à quibus (vt ipſi aiunt) omnes Prophetæ lactuerunt? Et ſicut vbera ſunt bifaria, ita & cornua ceruarum. Alterum enim eſt prophetandi lumen, alterum autem virtus miracula faciendi. Quod Eliſæus non ignorauit, qui ab Elia in cœlum aſcenſuro petiit duplicem ſpiritum eius, id eſt, vtramque virtutem, prophetandi videlicet, & miracula faciendi. Sed cùm ante Moſem nunquam legamus aliquem feciſſe miracula, ideò dicitur, quòd vnico tantùm cornu prophetabant, & vnica virtute ipſius ceruæ, ideſt, fontis virtutem prophetalem influentis. *4. Reg. 2*

451 Cùm de prophetandi virtute ſermo ſit, quid ad huiuſmodi pertinet miraculorum perpetratio? Nónne vtrumq; pertinet ad ſpiritum propheticum, oratio videlicet efficax, operatio virtutum, & manifeſtatio occultorum? De Abraham enim Dominus dixit Abimelech, qui eius vxorẽ acceperat: Redde viro vxorem, & orabit pro te quia Propheta eſt, & viues. Operatio verò miraculorũ facta à Prophetis patet, tum in Eliſæo qui ſanauit Nahamã Syrum, & panem adauxit, ferrum ex aqua reuocauit, & filium Sunamitis ſuſcitauit, tum & in Elia qui filium Sidoniæ illius ſuſcitauit, & cœlum clauſit, & multa ſimilia poſt Moſem à Prophetis facta ſunt. Tertium quoque Prophetarum opus eſt, non tãtùm futura prędicere, ſed ſcripturarũ abſcondita reuelare, ſicut fecit Moſes & Aggæus vel Hezras, quorum alter oretenus, alter per ſcripturam legis ſacramenta manifeſtauit. Sic etiam pandens abdita officio Prophetæ fungitur, ſicut Eliſæus cognouit munera quæ Giezi ſuſceperat à Nahaman. *Geneſ. 20* *4. Reg. 4. 5 & 6.* *3. Reg. 7.* *4. Reg. 5.*

452 Cur virga Aharon floruit, & nõ aliarum tribuum? Nónne (vt ſuprà quoque diſſeruimus) vt oſtenderetur Aharon electũ fuiſſe in ſacerdotem & non alios? Sed cur in virgis hoc factum eſt? An, quia virga ramus arboris vel arbuſti eſt, cui homo pleriſque in locis comparatur? Vnde à principio deſcripti ſunt homines per arbores in paradiſo voluptatis plãtatas, vt alibi dictum eſt. An, quia virga ſignificat virtutem, qua Moſes & Aharon operabantur, cuius flores denotabant virtutem ſacerdotio fungendi, quę in ipſo Aharon vigebat? Sed cuiuſnam arboris virga fuerit, dubitant nonnulli. Et quamuis Origenes interpretetur nuceam virgã, amygdalina tamen fuit. שקד ſached enim amygdalus interpretatur à verbo שקד ſachad, quòd ſolicitauit aut accelerauit ſignificat. Et hoc cõcinnè, quia nulla arbor eſt tam ſolicita ad producendos flores quàm amygdalus. Hinc ab ordine naturæ non declinando ſumpta fuit virga amygdalina. *Numer. 17* *Origenes*

Numer 15 453 Cur diuino præcepto familia Dei ab alia quacunque diſtinguebatur? An, vt Iſraelitæ recordarentur, & aliis indicarent ſe ſe peculiari dono à reliquis populis ſeiunctos, & cultu diuino dedicatos? An, vt monumen-

tum hoc præ oculis ſemper haberēt perurgens ipſos, vt cœleſtibus vacarent?nam ſignum illud diſtinguens,hyacinthinū erat,vel cœleſte, ſeu ſapphirinum.Et thronus Dei(vt Ezechiel narrat)ſapphirinus erat.Et in Exodo legimus,quòd dum Moſes & Aharon aſcenderent in ſublime, vt Deo appropinquarent, ſub pedibus eorum erat quaſi opus lapidis ſapphirini, & quaſi cœlum quando ſerenum eſt. *Ezech.1.* *Exodi 24*

454 Cur Hebræi dant Deo centum benedictiones quolibet die? An id pro arbitrio vel conſuetudine faciūt? An cum myſterio id faciunt ipſi legis peritiſſimi?nam decimarum ordo (vt etiam ſuprà diſſeruimus)is erat, vt ex centum quæ populus colligebat, Leuitis decem daret, Leuitæ verò ex illis decem portionem vnam Sacerdoti magno darent. Et omnia referebantur in Deum,cui à ſummo Sacerdote dabatur vnum,à Leuitis decē, à populo autem centum.Sed cùm illud nonageſimum ex centenario fructu reſtās,populo neceſſarium eſſet,redimebatur nonaginta benedictionibus Deo datis,quibus addebant decem benedictiones,vt grata eſſet decima data.Et ſic ad centum benedictiones aſcendebant.

455 Quiſnam offerebat dignius munus, Sacerdóſne offerens vnum,an Leuita offerens decem,an populus offerens centum?Nónne(ſi ad res materiales enumeratas attendimus)nulli dubium eſt,quòd munus centū rerum dignius eſt quàm decem vel vnius tantùm? Si verò ad diuina reſpicimus,ad quæ iſta referuntur, nónne quantò magis aliquid vnitati appropinquat,tantò dignius eſt?nam Deus ſumma vnitate gaudet, & adeò ſibi ipſam vendicat,vt per nullam multiplicationem ab ipſa diſcedat.Licet enim multiplicetur in tres perſonas,tamen omnes vnū ſunt,dicente Chriſto:Ego & Pater vnum ſumus. Et quamuis multiplicetur in attributa(vt Theologi noſtri dicunt)vel menſuras quamplurimas (vt Hebræi aſſerūt) tamen omnia ſunt vnum,vt Zohar ſæpiſsimè repetit. Dignius itaque erat illud vnicum munus, quod Sacerdos offerebat, quàm denarium à Leuitis oblatum. Et hoc dignius erat centenario, quod à populo offerebatur. *Ioannis 10* *Zohar.*

456 An nos Chriſtiani hunc oblationis ritum obſeruare poſsimus, & debeamus?Poſſumus quidem & debemus,ſi ad myſtica ſacramenta, quæ ibi continentur,attendimus.Pro ſacrificio enim animalium nos Chriſtiani effecti omnes ſacerdotes,noſmet offerimus hoſtiam ſanctam, viuētem Deóque placentem,vt Apoſtolus ait: Tria autem quæ in nobis continemus,muneribus illis ternariis correſpondent: vt in libro,cuius titulus eſt Porta lucis,apertè habemus. Eſt námque portio ſuperior, & diuina gaudens vnitate,& reſpondens Deo ſummè vno.Eſt quoque ſpiritus medius inter ipſam portionem, & animal noſtrum vtriuſque naturam ſapiēs, denariis cœlis reſpondens. Eſt denique animal noſtrum centenariis rerum inferiorum addictum. Hinc non ſine myſterio baſes,ædificium tabernaculi ſuſtinentes,erant centipondiæ. Significabāt enim hæc corporea fundamenta totius machinæ vniuerſi, quæ à perfectione diuina elongatiſsima ſunt, & ideò maiori numero diſtributa. *Roman. 12.* *Porta lucis* *Exodi 38*

457 Cur Chananæi in medio Ephraim relicti ſunt? An, quia viri Ephraim noluerunt eiicere eos, vt exigerent ab eis tributa, vt in libro Ioſueh legitur? Sed nónne ſcriptum eſt: Deus conſumet has nationes paulatim atque per partes, ne fortè multiplicentur contra te beſtiæ? Vnde aliud ſenſum exquirendum eſt, & aduertendus ordo trifarius. Primò enim dicitur, quòd Ephraim non occidit Chananæum, ſed tenuit eum ſub tributo: & in ſequenti capite dicitur, quòd expurgandus & ſubuertendus erat. Denique dicitur, quòd omnia ad ipſos pertinentia euellenda erant, vt in Numerorum libro legimus. Chananæus itaque mundi negociatorem ſignificat, & carnem, quæ cùm à principio penitus mortificari nequeat, primò in ſeruitutem & ſub tributum redigenda eſt (iuxta illud Apoſtoli: Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo) poſtea mortificanda (vt iterum Apoſtolus ait: Mortificate membra veſtra) poſtremò annihilanda, vt idē Apoſtolus inquit: Viuo autē, iam non ego. Cùm omnia, quæ ad deteriorem hominem pertinent, euulſa penitus & deſtructa ſint.

Ioſueh 16. Deuter. 7. Ioſueh 17. Numer. 33. 1. Cor. 9. Coloſſ. 3. Galat. 2.

458 Cur in regionum diſtributione, tribus Beniamin cum tribu Iehuda cōiuncta fuit? An, quia paruula erat? Hinc tribui Iehuda adhæſit, quæ fortior & copioſior cæteris erat. An (vt ad altiora cōſcendamus) quia maximā conuenientiā habebant inuicem? Nam adeò conueniebant, vt ex ſolis his duabus tribubus egreſſi ſint reges totum Iſraelem regētes. Saul enim ex tribu Beniamin fuit, Dauid autem & Salomon ex tribu Iehuda. Nec alij fuerunt, qui ſuper totum Iſraelem regnauerint. An tribus Beniamin, in qua ædificatum fuit templum, coniuncta fuit cum tribu Iehuda regia, vt innuatur connexio, quæ eſſe debet inter Sacerdotes & reges? Nam (vt ait Plato) palatia, vbi ius adminiſtratur, coniuncta eſſe debent templis: vt à locis ſacratiſſimis accipiant iudices, vnde iuſtam ſententiam ferant.

1. Reg. 9. Plato in 6. de legib.

459 Quid ſignificat verbum illud in Leuitico ſæpius repetitum. Si ambulaueritis mecum קרי cheri, ambulabo vobiſcum קרי cheri? An ſenſum eſt (vt habet vulgata æditio) Si ambulaueritis mecum ex aduerſo? Sed in hanc ſententiam nullus Hebræorum venit. An igitur (vt ipſi Hebræi, ſententiæ Onchelos innixi dicunt) ſenſum eſt. Si ambulaueritis mecum durè, & ego vobiſcum durè ambulabo? An ſignificat, ſi ambulaueritis mecū caſu (ſicuti ſi quis caſu inueniens templū intret oraturus) & ego caſu benefaciam vobis: veluti ſi diſponendo res ordine ſuo, occurrerit vobis beneficium ſuſcipere. Non enim caſu, ſed ex animo, Deo ſeruire debemus. An vt alij Sapientes aſſerūt) ſi ſeruieritis mihi frigidè? קור Chur enim frigus ſignificat. Et ſic ſenſum erit, ſi ambulaueritis mecū tepidè, & ego tepidè & remiſſè vobiſcum agam.

Leuit 26. Onchelos

460 Cur omnia ceruorum inteſtina munda lege cēſentur? An, quia (vt comprobatum eſt) non ſunt immundæ ceruæ niſi partus tempore: vt Ariſtoteles ſcribit? An, quia emanant à loco, vbi nulla immundities, & ad ſuperiorem & mundum craterem pertinent? An quia repræſentant illos ſublimes diuinóſque ceruos, per quos Salomon in Canticis iurat? De qui-

Deuter. 14. Ariſt. de natura animalium ca. 29. Cantic. 2.

bus ceruis Dauid canit: Mōtes excelſi ceruis. Et iterùm: Vox Domini pręparantis ceruos, illos videlicet ſublimes, vt Origenes bene interpretatur: Vnde quodammodò ſunt exemplar mūditiæ, ſicut in Deuteronomio habetur, vbi dicitur: Sicut comeditur caprea & ceruus, ſic comedetis omnia tanquam munda. *Pſalmo. 103. & 28* *Origenes.* *Deutero. 12. & 15*

461 Cur in promiſſa terra omnia erāt munda ſicut cerui, vt iiſdem Deuteronomij locis habetur? An, quia terra illa ſancta, omnia ſanctificabat? An, quia & hoc in figuram eis cōtingens denotabat, quòd poſt aduentum ſancti ſanctorum, qui eſt Meſsias, omnia mūdari debebant? ſicut per eius aduentum clariſsimè Petro declaratum fuit, vt Lucas enarrat. Dictum enim ei fuit, ꝙ Deus purificauit (per aduentum Meſsiæ videlicet) tu commune, i. profanum & immundum ne dixeris. Vnde ſi ipſi in promiſſa terra poterant omnia tanquam munda comedere, nónne multò magis ſub Meſsia omnia expiante & purificante? *Ibidem.* *Actor. 10*

462 Qua menſura Deus iuſsit metiri terram promiſsionis? Nónne mēſura illa, qua Ezechiel atque Iohannes menſi ſunt ciuitatem & regionem illam ſupernam, menſura videlicet, quæ eſt hominis & Angeli, vt Iohannes inquit: Et hoc, vt hoſpitium illud, in quo cum Deo hoſpitantur angeli & homines ſit proportionatum ipſis hóſpitibus. Nec dicit, menſura diuina, cùm ipſe Deus non menſuretur, ſed omnem menſuram excedit. Vnde, cùm terra illa promiſſa habeat figuram & ſymbolum cum regione ſuperna conuenientiſsimè eadem menſura vtraque menſurari debuerunt. Nec tantùm menſurantur hoſpites, & hoſpitia, ſed decimæ & fructus, id eſt opera quæ proportionata eſſe debent præmio in illa ſuprema regione ſuſcipiendo. Nam Deus omnia diſpoſuit numero, pondere & menſura, vt Sapiens ait. *Apoc. 21* *Sapient. 11.*

463 Cur ſuburbana Leuitarum vendi prohibebantur? Nónne, cùm ad hæc ſuburbana Leuitarum, & partitiones eorum deuenit Hieronymus, exclamat dicens: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm incompræhenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius? Difficillima enim ſunt hæc. Nam cùm Deus in libro Numerorum iuſſerit dari decimas Leuitis, ſubinfert: Et his eritis contenti. Poſtea iuſsit eis dari ſuburbia. Poſtmodum in Ezechiele huiuſmodi ſuburbia menſurari iubentur. Suburbia itaque (ni fallor) negociationem & conuerſationem ſignificant, quæ Leuitis cum ciuibus habenda concedebatur, ex qua prouentum nullum vltra decimas ſuſcipiebant. Et hæc nec vendi nec alienari debebāt, cùm ſemper eis æquè permiſſa fuerint. Sed cùm ex doctrina & bono exemplo, quod dare debebant iis cum quibus verſabantur, meritū remunerandum acquirerent: hinc & illa ſicut & decimæ & fructus ciuium menſurari debebant. *Leuit. 25* *Hieronym.* *Numer. 18* *Ezech. 48*

464 Quare poma tenellarum arborū comedi prohibentur intra quartum annū? An (iuxta literam) quia vſq; ad illud tēpus emittunt quædā expurgamenta, ſicut faciunt pueri, qui emittunt ſcabiem & cætera huiuſmodi, quæ in adultis rarius contingunt, vel rariſsimè, non facta videlicet *Leuit. 19*

de more purgatione in infantia? Vnde quouſque arbores non ſint expurgatæ, fructus earum velut infecti non ſint comedendi. An (vt ad allegoriam veniamus) per arbores intelligitur tota maſſa generis humani, cùm quilibet homo arbor dicatur, vt alibi dictum eſt? cuius quidem generis humani maſſæ decurſus attendendus eſt per millenarios. In primo enim & ſecundo millenario homines fuerũt inanes, ſine lege videlicet & Euangelio: in tertio autem & quarto fuerunt ſub lege, in qua nemo iuſtificatur (vt inquit Paulus.) In quinto verò poſtquàm venit Meſſias, genus humanum cœpit emittere fructus, vitæ æternæ videlicet. Qui fructus anni quinti & ſubſequentium ſunt nobis comedendi.

Roman. 3. Galat. 2

465 Qua de cauſa iubetur in Deuteronomio, vt percutiendus non percutiatur vltra quadraginta ictus? Nónne, quia ſic ordo cœli exigit? Vnde nec Elias, nec Moſes, nec Chriſtus afflixerunt corpus ieiunio vltra quadraginta dies: nec populus in deſerto detentus fuit vltra quadraginta annos. Et rationem legis huius reconditiſſimam conantur aſſignare ſecretiores Theologi dicentes, quòd vltima Dei menſura, vel manſio, ex qua immediatè veniunt ad nos flagella, concluditur, quantum ad effectus & punitiones dandas, numero quadragenario. Et ideò huiuſmodi numerum in plagis non excedendum iubet lex. Hinc & apud noſtros tempus ieiunij quadraginta diebus concluditur. Quamuis propter dominicos dies, quibus non ieiunatur, auctum fuerit tempus hoc quadrageſimale vſque ad quadraginta ſex dies. Attamen tempus afflictionis non debet excedere quadragenarium numerum, ſi cœlo concordes eſſe voluerimus.

Deuter. 25

Secr. theol.

466 Cur menſura vel manſio illa in ſuis effectibus pœnalibus quadragenario numero concluditur? Hoc quidem eſt ſacramentum magnum & vix explicabile, maximè iis qui non habent ſacramentorum cœli fundamenta. Menſura námque illa vel manſio decima eſt in archetypo, & protẽdit effectus ſuos vſque ad corpus noſtrum ex quatuor elementis compoſitum, per quorum quodlibet aliquis error committitur. Vnde quodlibet illorum puniri debet per totum denarium, cuius menſura de qua diximus, poſtrema eſt, & nobis immediata, & executrix punitionis ab ipſo denario emiſſæ. Quo myſterio denis plagis Ægyptus percuſſa fuit. Dum autem pro vnoquoque elemento datur denaria plaga, multiplicando per quadruplum redditur numerus quadragenarius.

467 Cur Apoſtolus ait: Quadraginta vna minus accepi? Quærebãt Iudæi Paulum interficere, ſed cùm nihil dignum morte reperirent in eo, vénerunt ad verbera, quæ dari lege iubẽtur iis qui peccarũt, ſed morte digni nõ ſunt. Et hoc pro delicti quantitate, ſicut ſcriptũ eſt. Secũdum mẽſuram delicti erit & plagarũ modus, dummodò videlicet numerus quadragenarius non excederetur, vt dictum eſt. Qui numerus erat diminuẽdus ad placitum pro delicti conditione. Hinc Iudæi ſeueri & duri in Paulum noluerunt diminuere niſi vnam tantùm percuſſurã. Quod Deus permiſit, non quia tũc mereretur, dũ nomen Ieſu coram Gentibus portaret:

2 Corin. 11

Deuter. 25

ſed forſitan,quia erraaerat,ignorans tamen: quando non bonus æmulator exiſtens paternarum traditionum acceſſit ad principem ſacerdotum petens ab eo epiſtolas in Damaſcum, contra eos,qui Ieſum ſequebantur: yt ipſemet ſcribit,& Lucas in Actis Apoſtolicis refert. *Gal.1* *Act.9*

468 Si verbera,quæ dabantur in expiationem peccati,numero quadragenario conſummabantur: cur remiſſio fiebat in quinquagenario? Nónne, quia res non ſolùm aliæ & aliæ ſunt,ſed penitus diuerſæ:quamuis vna ſit præuia alterius? Percuſſio enim procedit à menſura flagellante, & non remittente:& deuenit ad numerum quadragenarium habita ratione percutiendi:vt nuper declaratum eſt.Remiſſio autem venit à menſura multò ſuperiori,tertia videlicet, & percuſſio à decima:ſi ſecretiores Theologos ſequi voluerimus.Et hæc remiſſio non ad illũ,cui fit:ſed ad ſupremum ordinẽ Archetypi reſpicit, vt fiat videlicet reuolutio illorum ſeptẽ fontium, per quos Deus illic omnia diſponit: ſicut in mundo inferiori per ſeptem Planetas. Qua reuolutione facta deuenitur ad numerum quadraginta nouem.Nam ſeptem ſepties quadraginta nouem reddunt. Poſtquam reuolutionem ſequitur annus quinquageſimus.Et hic eſt annus remiſſionis. *Leui.25* *Sec.Th.*

469 Cur Hebræi dicunt,quòd in quadrageſimo nono anno erat שמטה ſemitah,quod remiſſio interpretatur? Nónne quia in hoc tempore Iobilei diuerſa fiebant? Primò enim remittebantur peccata. Et hoc erat in quadrato ſeptenarij, numeri remiſſiui. Et id fiebat quadrageſimo nono anno. Poſtea liberabantur ſerui: & omnia ad priſtinos poſſeſſores reuertebantur.Et hoc fiebat anno quinquageſimo. Qui numerus protrahitur ex primo & vltimo circulari,quinario videlicet & denario: quando alter per alterum complicatur. Quinquies enim decem reddunt quinquaginta:& è conuerſo. *Leui.25*

470 Cur tempore Iobilei reſtituebãtur,& renouabantur omnia?Nónne(vltra ea,quæ ſupra dicta ſunt)omnia currunt & progrediuntur curriculo quodam circulari? Quod partim ſenſibiliter comprobamus in hoc mundo inferiori, vbi videmus dies ſuccedere per reuolutionem ſeptenariam,de hebdomada in hebdomadã. Sicut planetæ omnes completo ſuo curriculo, aliud eodem ordine incipiunt. Relictis autem aliis de ſole loquamur. Nónne ſol completo curſu per duodecim ſigna iterum eundẽm curſum repetit,& in qualibet repetitione tota terra renouatur,dans noua germina,nouos flores,nouóſque fructus, adeò vt videantur redire, & reſtitui omnia perdita? Sic completa ſupramundanorum ſyderum reuolutione ſequitur annus ſabbatarius.Sed completa reuolutione quadrata ſequitur plena reſtitutio,& renouatio omnium, quæ perdita & alienata videbantur. Hoc enim diuinus ordo exigit, vt, quæ æternitate gaudere nequeunt,ſaltem renouatione conſeruentur.

471 Quod fuit peccatum Sedechiæ Regis Iehuda:quod Ieremias adeò redarguit? Nónne, quia non obſeruauit præceptum Iobilei, quo iuſſum fuit,vt ſerui manumitterentur?Sed quale erat hoc peccatum? Nónne ſæpe diximus, quòd tota lex data eſt, vt per eam Deo aſſimilaremur? Quod *Ierem.34* *Leuiti.25*

Mat 5 & Chriſtus in Euangelio docet, dum ait. Eſtote perfecti, ſicut & pater
Ioan. 13 veſter cœleſtis perfectus eſt. Et iterum. Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Quod hauriés Apoſtolus ex promptuariis diuinis, dixit. Dedit nos, ſcilicet Deus conformes fieri imagini filij Dei.
Rom. 8 Vnde quandocunque ei non conformamur: tunc ſcatet macula & defectus ſimilitudinis Dei: quam acquirere nobis à principio inditum eſt. Sicut igitur ipſe Deus quieuit die ſabbati: Ita & nos quieſcere debemus: & ſicut omnia in priſtinum in mundo ſupremo reſtituit. Sic & nos facere debemus in mundo hoc inferiori. Alioquin tanquam maculæ & diſſimilitudinis rei arguimur.

Exod. 30 472 Cur tam diligenter iubetur, ne homo vtatur oleo ſancto, & diuino chriſmate in profanis vſibus? Nónne nuper dictũ eſt, quòd Deus vult, quòd ipſi conformemur & aſſimilemur? Vnde cùm chriſma ſit diuinitas (vt alibi declarauimus) vetat nos perfundi ipſa diuinitate: ne ei penitus aſſimilemur. Perfundi enim vult ea tantùm, quæ diſpoſita ſunt ad diuinitatem capeſcendam. Alioquin non perficerentur ſed offenderentur: ſicut offenditur lippiens oculus excellenti lumine: & ſicut animus malè diſpoſitus panem vitæ comedens, in iudicium & detrimentum (teſte Paulo) co-
1. Cor. 11 medit. Hinc Deus iubet vngi ſacra, profana verò nequaquam.

Ioan. 10 473 Cur encænia fiebant Nouembri menſe: quem Hebræi כסלו Chaſleu appellant? An (vt nonnulli dicunt) in memoriam Mundi fabricati vel innouati? Sed, cum nuſquam legatur mundum fuiſſe factum in menſe Nouembri: nónne alia exquirenda eſt ratio? An igitur in memoriam renouationis Templi ſub Zorobabele duce & Nehemia, Hezra vel Aggæo propheta factæ? Sicut nos celebrare ſolemus diem dedicationis Eccleſiæ vel
Auguſt. templi. Quod fieri debet (vt Auguſtinus innuit) in memoriam dedicationis, quam facere debemus animarum noſtrarum Deo. Pro qua dedicatione, ſicut gaudium magnum fit in cœlo coram Angelis Dei (vt ſumma Ve-
Luce 15 ritas perhibet) ita & in terris fieri debet.

Exod. 25 474 Cur Deus voluit oblationes pro tabernaculo faciendo voluntariè & ſponte duntaxat factas? An, ne grauaretur populus violenta exactione pecuniæ ad tabernaculum conficiendũ neceſſariæ? An, vt doceamur quòd Deus vult omnes operationes noſtras, quas ei offerimus, voluntarias, &
2. Cor. 9 non coactas? Iuxta illud Apoſtoli. Nõ ex triſtitia, aut neceſſitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. Vnde redargui poſſunt recentiores Theologi, immo antitheologi liberum arbitrium errore manifeſtiſſimo negantes. An myſterioſè id factum eſt? Nam compoſitio tabernaculi illius, mundi fabricam repræſentabat: quæ non neceſſitate, ſed libera Dei voluntate, & munificentia condita fuit.

Deut. 15 475 Cur primogenitum ouis tonderi prohibebatur? Nónne, quia omne
Exod. 13 primogenitum Deo dicatum erat? Hinc ab eo nihil detrahendum erat, in profanos vſus conuertendum. Iuxta ſanctionem canonis, quo dicitur. Quod ſemel Deo dicatum eſt ad profanos vſus amplius reuerti non de-
2. Tim. 2 bet. Quod à Paulo depromptum fuiſſe non dubitamus, qui ait. Nemo

militans Deo implicet ſe negociis ſæcularibus. Immò id à Chriſto docemur, qui dicit. Nemo mittens manum ad aratrum & aſpiciens retrò aptus eſt regno Dei. Et iterum. Reddite, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. *Luca 9* *Mat.22*

476 Cur frangens iuramentum, bonum vel malum, pro expiatione capram vel agnam offerre iubebatur? An alterutra illarum offerebatur, quia eiuſdem rationis ſunt? Sed ſi caprinum genus collocabitur in ſiniſtra, ouinum verò in dextera, nónne multum differre videntur? An igitur, quia iuramentum vtranque partem amplectitur, dextram, ex qua agna, & ſiniſtram, ex qua capra procedunt: per alteram illarum expiatio fieri debebat, aut per duos turtures, vel per duos pullos columbarum: quorum alter dextræ, alter verò ſiniſtræ correſpondet? *Leui.5* *Mat.25*

477 Si iuramentum eſt de malo aliquo, cur obſeruari debet: aut cur ipſum violans expiandus eſt? An obſeruandum eſt iuramentum de malo corpori noſtro infligendo, ipſum caſtigando: ſicut Origenes exponit? An expiandus eſt iurans ſe malum aliquod facturum: quia temerè iurauit, ſpondens facere, quod non debebat? Et idem iudicium eſt de iis, qui vouent aliquod malum, quod nec vouens nec iurans facere debet: ſed vterque ob iniuſtam promiſsionem factam expiandus eſt. *Leui.5* *Origen. homel. 3. ſuper Leuit.*

478 Tenemúr ne voto baptiſmatis in infantia exhibito? Et ſi non videtur poſſe vouere, qui voluntate & arbitrio nondum viget: tamen longa conſuetudine id obſeruatum fuit: vt quilibet tunc vouens teneatur. Sicuti tenebantur patres voto aut pacto in circuncisione facto: quæ dari iuſſa fuit octauo die. Et hoc, quia pater obligare poteſt filium illi cultui, quem ipſe pater ſeruat: quouſque filius eſt in eius poteſtate. Hinc multi ſenſere, quòd filij Hebræorum, & Gentiliũ non debeant inuitis parentibus baptizari: & quãuis aliqui teneant oppoſitũ: tamen ſic ab Eccleſia obſeruatur. *Gen.17*

479 Quid promittebant illi, qui octauo die circuncidebantur? Niſi aliquid promitterent, ſacramentum illud nõ diceretur pactum: ſicut in ſcriptura pluries repetitur. Nam pactum eſt conuentio inter duos vel plures: vt Iureconſulti diffiniunt. Habebãt nãque & ipſi patrinos, qui pro ipſis promittebant: ſicut etiam apud nos in baptiſmo fieri ſolet. Et hoc clarè habetur in quartodecimo capite Geneſeos: vbi dicitur, ꝙ Eſchol & Haner fuerunt patroni vel patrini fœderis Abrahæ. Quamuis mendoſa æditio habeat, quòd illi pepigerunt fœdus cum Abraham. Et intelligi debet, quòd fuerunt poſteà. Nam circuncifio Abrahæ effecta narratur in capite decimoſeptimo. Quid autem promitterent, à nemine adhuc exploratum habetur. Sed (vt colligi poteſt ex loco, vbi pactum hoc ordinatum fuit) promittebant fidelitatem & cultum Deo. Nam ibi dicitur. Et ſtatuam pactum meum inter me & te, & inter ſemen tuum fœdere ſempiterno: vt ſim Deus tuus, & ſeminis tui poſt te. *L.1.ff. de pactis.* *Gen.17*

480 Quo inſtrumento Hebræi circundebantur? Nónne cultro ferreo: vt etiam eſt in frequẽti vſu apud eos, qui circunciduntur? Sed nónne dicitur in libro Exodi, quòd Zipora vxor Moſi accepit acutiſsimam petram; *Exod.4*

Exod. 4

& circuncidit filium? Non quippe habetur in veritate literæ, quòd fuerit acuta, vel non, ſed ibi dicitur, quòd accepit צר Zor. Quod vocabulum, & ſi petram ſignificare poteſt, tamen hîc ſignificat nouaculam: vt expreſſè exponit Targum chaldaicum ponens pro Zor tenara: quod apud Chaldæos nouaculam ſignificat.

3. Reg. 6

481 Cur Deus iuſſit ferro circuncidi, qui nullum ferramenti genus admiſit in templi fabrica? Legitur enim in tertio Regum volumine, quòd malleus & ſecuris & omne genus ferramenti non ſunt audita in domo Dei cum fabricaretur. Nónne id fuit, quia in templo, vbi petebantur remiſſiones & gratiæ multiplices, non debebat ſentiri aliqua durities & ſeueritas per ferrum denotata? Secus autem fieri debuit in circunciſione, quæ fiebat in vindictam carnis & ſanguinis: quæ fuerunt occaſio peccati. Hinc ſcriptum eſt quòd Adam peccauit ſuaſu mulieris: quæ partem animalem, carnem videlicet & ſanguinem ſignificat. Nam (vt Theologi dicunt) circunciſio fiebat in expiationem peccati originalis: ſicut apud nos baptiſmus. Quòd expreſſè Gregorius aſſerit.

Geneſ. 3
Theolo. in 1. d. ſ. quarti.
Pſal. 147

482 Cur Propheta canit. Qui annunciat verba ſua Iahacob, & ſtatuta & iudicia ſua Iſrael? Nónne, quia Deus ſecreta ſua ſoli Iſraeli manifeſtauit? Vnde ſequitur. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Sed cur verba Iahacob, & ſtatuta ſua Iſrael? Nónne, quia (vt Zohar inquit) tres ſunt gradus? Primò enim eſt verbum, quod datur Iahacob. Secundò eſt ſtatutum, Tertiò eſt iudicium. Quæ duo manifeſtantur Iſraeli, exiſtenti videlicet in gradu perfectiori. Nam, vt Iahacob erat, non erat capax niſi verbi.

Zohar.

483 Quid eſt verbum, quid ſtatutum, & quid iudicium? Nónne verbum eſt illud, quod ſcriptum vel prolatum omnibus quantumcunque vulgaribus tradebatur? Sicut nunc verbum Dei paſſim omnibus à Concionatoribus prædicatur. Statutum verò eſt præceptum, cuius ratio non reddebatur niſi pauciſſimis Sapientibus. Cuiuſmodi ſunt multa ſacrificia & oblationes ſtatutæ: quarum ratio à vulgaribus minimè percipitur. Vt præceptum azimorum, munera ex ſimila oleo linita vel ſubacta, ſpiræ, turtures, hirci, arietes, & cætera. Iudicium autem eſt, quod opere complebatur, puniendo vel remunerando operantes. Quorum iudiciorum ratio eſt adeò occulta: vt exclamet Apoſtolus. Quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius.

Rom. 11

Hierocles in car. Pytha.
Philoſtra.

484 Quid erat potiſſimum in oblationibus? An forſitan quanto munificentiores erant, tantò Deo gratiores exiſtebant? Sed nóne Hierocles ait. Cur multitudine donorum quæris placare Deum? An putas te ditiorem eſſe Deo? Et in eandem ſententiam venit Apollonius Tyanæus: qui (Philoſtrato referente) redarguebat quendam, qui multitudine donorum ſperabat cóparare ſibi diuinũ fauorem. Quod etiam ex Euangelio diſcere poſſumus: vbi magis cómendatur oblatio duorum minutorũ facta à vidua, quàm opulẽtiſſima illa dona diuitum magnorũ: vt Marcus & Lucas narrant. Sicut etiam Deus non delectatur multis verbis (dicente Chriſto.

Mar. 12
Lucæ 21
Mat. 6

Cùm oraueritis nolite multum loqui) ſed cordiali munere & oratione cordis contriti. Iuxta illud. Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. *Pſal 50*

485 Hæc contritio requiritúr ne longa, an intenſa? Nónne, ſicut Deus non exquirit magnitudinem molis, ſic nec longitudinem tẽporis in operationibus noſtris: ſed intenſionem virtutis? Vnde maius meritum acquiritur in vno actu intenſo parui momenti, quàm in mille remiſſis. Cuius rei exemplum in naturalibus habere poſſumus. Nam parum magnetis ſcindit vitrum: Samir lapidem: ſanguis hirci adamantem: Echinus ſiſtit nauem: parum veneni occidit animal: & paruum antidotum ſanat ipſum. Sic etiam breuis actus contritionis ſanat & reſtituit animam ad vitam: vt Ezechias perhibet, dicens. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Domine ſi ſic viuitur & in talibus vita ſpiritus mei. Item exemplum in Rhabarbaro, aloe, agarico & huiuſmodi medicinalibus: quæ quamuis paruæ ſint quantitatis: magna tamen mouent, & ſanant corpus. *Iſa. 38*

486 Vnde tanta virtus in prædictis? An ex qualitatibus: vt Peripatetici docent? Sed ſi apponeretur ignis ſummè actiuus, vigens intenſiſſima caliditate, non tamen tantùm operaretur, quantum operantur huiuſmodi. Non igitur à qualitate, nec à quantitate ſunt huiuſmodi operationes: ſed à virtute inſita, vel ab aſtrorum influxu, vel (vt nonnulli Sapienter opinantur) ab intelligentiis ipſis rebus præſidentibus: quæ non qualitate vel quantitate operantur, ſed virtute. Vnde & ipſæ intelligentiæ virtutes dicuntur. Sic enim eas Saluator noſter nominat, dum ait. Et virtutes cœlorum mouebuntur. *Peripa.* *Mat. 24*

487 Iuſtificabatúrne quiſpiam per legem? Nónne Dauid canit. Lex Domini immaculata conuertens animas? Et pluries in lege ſcriptum eſt. Et propitiabitur ſuper eum ſacerdos. Sed nónne Apoſtolus apertè huic ſententiæ aduerſatur? An igitur iuſtificatio fiebat in lege, ſed non per legem? Nam legis proprium eſt dare præcepta faciendi & non faciendi: addere quoque pœnam tranſgreſſori. Si autem propitiatio aliqua fiebat, id erat ex Euangelio ſemper legem concomitante. Et hoc fiebat in virtute Agni, Chriſti videlicet, ab origine mundi (vt Iohannes inquit) pro omnium expiatione occiſi. Non autem in virtute ſacerdotis legalis: quia & ipſe expiatione indigebat: vt Apoſtolus perhibet. *Pſal. 18* *Rom. 3* *Gal. 2* *Apoca. 13*

488 Cùm Chriſtus dicat. Vos mundi eſtis propter ſermonem, quẽ ego locutus ſum vobis: & lex ſit verbum, & ſermo Dei, nónne poterat quis expiari per legẽ? Sed quomodò poterat expiari homo ſpiritualis per legem: cùm ipſa lex ſit animalis, animalémque hominem expians? Quomodò etiam poterat lex ſeruitutis efferre in libertatem ſpiritus? Quamuis igitur ſermo Euangelicus, qui eſt aqua, lauet & purget, non tamen ſermo legalis, qui eſt igneus. Iuxta illud. Et in dextera eius ignea lex. Vnde non à Sapientia, quæ eſt aqua, venit lex: ſed à bina, aut intelligentia, quæ ignea eſt: vt in antiqua Theologia habetur. *Heb. 7* *Ioan. 15* *Deut. 33*

Ibidem 489 Quomodò lex eſt in ſiniſtra: cum dicat Moſes. Et in dextera eius ignea lex? Nónne lex à ſiniſtra venit, cum ignea ſit? Nam ignis eſt à latere ſiniſtro & Aquilonari. Et quòd lex fuerit ignea, comprobatur, quia cùm *Exo.19* daretur, ardebat mons. Ignea quippè eſt ſiniſtra, ſed facta dextra, quando copulata eſt cum Euangelio, à dextra pietatis proueniente. Mutata enim fuit ignea lex in aqueum Euangelium: ſicut ſanguinea & dura circuncißio in aqueum & pium baptiſmum. Vnde non eſt ſoluta lex neque pactum, *Mat 5* ſed completa, & in melius hæc duo commutata ſunt. Sicut Chriſtus expreſſè de lege perhibet.

Exod.33 *Ibid.32* 490 Quem ornatum iuſſit Deus populum poſt adorationem vituli deponere: vt in Exodo legimus? An ornamenta illa, quæ (vt paulò ſuperius dicitur) petiit Aharon à populo, dicens. Tollite inaures aureas de auribus vxorum, filiorum & filiarum veſtrarum: & adducite ad me: quas adductas conflauit in vitulum? Sed cum ſubinferatur, de Horeb, nónne excluduntur illa ornamenta: quæ non ex Horeb, ſed ex Ægypto abſtulerant? An igitur de ornatu quodam ſpirituali eſt ſermo: quo Deus ornauit populum, vt eſſet diſpoſitus ad legem illam diuinam ſuſcipiendam: vt etiam ſupra diſſeruimus? Quem quidem ornatum abſtulit Deus ab eis tanquàm ab indignis: poſtquam vitulum illum immundum & ſceleſtum adorauerant.

491 Cur voluit Deus populum ornari antequam ei legem præberet? Nónne (vt nuper dictum eſt) quò diſpoſitus & dignus fieret populus ad legem illam ſapientia diuina plenam ſuſcipiendam? Nec enim Deus admittit in conſortium ſuum nudos & contemptibiles, ſed veſtitos & or- *Mat.22* natos. Sicut ſaluator innuit de illo, qui ad nuptias abſque nuptiali veſte *Ezech.16* intrauerat. In Ezechiele quoque conqueritur Deus de anima, quæ depoſuerat aut perdiderat ornatum multiplicem, quem ei tribuerat. Vnde comminatur animæ ſic denudatæ abiicere eam: quia non vult Deus habere commercium cum patientibus frigus peccati, & cum ſordentibus in ſordibus eius.

Exod.28 492 Quibus veſtimentis & ornamentis vult Deus animam decorari, vt ſit digna ſuo conſpectu? An forſitan veſtimentis ſacerdotalibus: quæ in Exodo enumerantur multiplicia? Sed quid hæc ad ornatum animæ, maximè cum pauci admodũ huiuſmodi veſtimentis vtantur? An igitur (vt clarè loquamur) trifaria ſunt hæc veſtimenta? Nã prima ſunt, quibus obtegun- *Psal.31* tur peccata. Iuxta illud Prophetæ. Beati quorũ tecta ſunt peccata. Et hæc cõfecta ſunt ex pelle Agni, qui tulit peccata mũdi. Qua veſte primò Adam veſtitus fuit: vt alibi diximus. Vnde & ipſummet Agnum induimus. Iuxta *Rom.13* illud Apoſtoli. Induimini Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Et alibi. *Gal 3* Chriſtum induiſtis. Alia ſunt veſtimenta virtutum, quę tegunt & ornant. *Ezec.16* Et hæc multa commemorantur à Deo. Vt in Ezechiele legimus. Et de cha*Pro 10* ritate præcipuè Sapiens ait. Vniuerſa delicta operit charitas. Et de veſti*Isa.52* mentis ornantibus inquit Iſaias. Induere veſtimentis gloriæ tuæ Ieruſalem. Nam Ieruſalem in ſenſu morali animam ſignificat. Et hæc veſtimenta

requiruntur pro intrantibus ad nuptias. Poſtremò ſunt veſtimenta militaria: de quibus Apoſtolus. Induamur arma lucis. Et alibi diffuſius. Induite armaturam Dei, ſumentes ſcutum fidei, galeam ſalutis, loricam iuſtitiæ & gladium ſpiritus. *Mat. 22* *Rom. 13* *Ephe. 6*

493 Cur adeò terrifica verba legis fuerunt Iſraelitis, vt non poſſent audire Deum ipſa promentem? An, quia naturale eſt, vt non aſſueti audire diuinas voces perterreantur dum de nouo audiunt: vt omnes Sapientes conueniunt? An, quia verba iſta procedentia à latere ſiniſtro igneo & terrifico, qui פחד pachad dicitur, terror videlicet, ſuapte natura perterrebāt? An, quia excedens ſenſibile corrumpit ſenſum (vt Ariſtoteles perhibet) aut ſaltem obrigeſcere & perterrere facit? An, quia non aſſuetus luci intenſæ offenditur? Sicut è ſomno nuper experrecto contingit, dum valdè lucida aſpicit: qui non poteſt intueri radios ſolares. Vt etiam Plotinus meminit. *Exod. 20* *3. de anima.* *Plo. 9 de pulchro.*

494 Vnde tanta eſt verborum Dei efficacia? An, quia id proprium eſt verborum ab anima viua procedentium? Iuxta illud Hieronymi. Habet viua vox neſcio quid latentis energiæ. An id eſt, quia Deo conſecrata ſunt omnia verba ſacræ ſcripturæ? Quæ ideo ſacra dicitur. Si enim verba malis ſpiritibus conſecrata eos mirabiliter mouent: nónne multo magis mouere debent verba ipſi Deo conſecrata? An, quia verba illa ſunt nobis vehicula diuinitatis & vitæ? Vnde aliquid vitæ ſupremæ ad nos deferunt. Hinc Apoſtolus ait. Viuus eſt ſermo Dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti. Sed cum verba ſint tantummodò ſigna: quomodò ſigna operantur? Nónne & apud ſapientes triuiale eſt, quòd aliqua ſigna ſunt efficacia: vt de ſacramentis aſſeritur? Vnde eſt illud probatum adagium, quòd in verbis, herbis & lapidibus conſiſtit omnis virtus. *Hiero. ad Paulinum.* *Hebr. 4*

495 An quid potiſſimè data fuit lex? An ad ligandum, vt etymologia vocabuli indicat? Sed cùm huiuſmodi etymologia apud Hebræos non habeatur (apud quos lex dicitur תורה Torah vel תורת Torat, quod doctrinam vel inſtructionē ſignificat: vt etiam ſupra diximus) alia exquirenda eſt ratio. An igitur ad expiandū hominem animalem: vt alibi diximus? An ad conuertēdas & dirigendas in Deum animas? Sicut Propheta canit. Lex Domini immaculata, conuertens animas: teſtimonium Domini fidele ſapientiam præſtans paruulis. Et quam conuerſionem inducit: & quam ſapientiam præſtat? Nónne conuertit animas in Deum? Vnde verus circulus completur. Sapientiam autem præſtat, quæ vera eſt cognitio rerum diuinarum. Ex lege enim docetur homo, vt redeat ad Deum, qui fecit illum. Sed nónne Apoſtolus ait. Nemo iuſtificatur per legem? Hoc vtique verum eſt poſt peccata commiſſa: quia remiſſio & iuſtificatio non fit per legem, ſed per Euangelium: vt alibi diſſeruimus. *Pſal. 18* *Rom 3*

496 Quomodò lex poteſt perficere circulum, ſi iuſtificare nequit? Nónne perficit aſſimilando: ſi non complet iuſtificando? Nam (vt alibi diſſeruim⁹) tota Dei intētio in lege eſt, vt per ipſam ipſi Deo penitus ſimiles efficiamur? Sicut in aliquibus præceptis patet. Quāuis in aliis idem fiat, ſed

Exod 20 *Ibid.12* occultius. Vbi enim de ſanctificando ſabbato agitur, expreſſè dicitur. Requieſcite in die ſeptimo: ſicut Dominus Deus veſter eo die requieuit. Et in menſe primo iuſſum fuit comedi azima ſecluſo penitus fermento, quod eſt panis corruptus: in memoriam mundi fabricæ eo tempore factæ: & productionis rerum abſque aliqua corruptione præuia: vt alibi quoque *1. de gene. et corrup.* diximus. Nam abſolutus fuit primus Opifex à lege naturæ, qua dicitur. Corruptio vnius eſt generatio alterius. Et hoc idem faciunt reliqua legis præcepta: vt ſapientes norunt.

497 Poteſtne per legem & in lege quis dici & effici ſanctus? An fortè non? Ideò (vt nonnulli ſentiunt) Patres antiqui non dicuntur ſancti, ſed *Leui.19* Patriarchæ aut prophetæ. Sed nónne ipſis patribus dixit Deus. Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum? Hinc videndum eſt, quid importat hoc verbum ſanctus vel קדוש chados. Id (ni fallor) ſignificat delicatum vel initiatum Deo, & in ipſum Deum directum tãquàm in finẽ vltimum. Sed quomodò Deus eſt dicatus aut initiatus & cui? Nónne ipſe eſt directus & dedicatus ſibiipſi & in ſeipſum? Et ideò ipſe dicitur principium & finis. *Pla. in Eu.* Et id eſt eſſe verè ſanctum: vt Plato in Euthyphrone concludit. Quando videlicet reddimus Deo, quod ab ipſo immediatè accepimus: animam videlicet & imaginem. Quod per legem (vt norunt ſapientes) facere docemur. Deus autem reducit in ſe ipſum, non quod accepit, ſed quod ab æterno à ſe ipſo habuit.

Mat.19 *Luca10* 498 Si lex docet nos in Deum conſcendere, quid amplius ex Euangelio habemus? Nónne Euangelium ad legem nos mittit? Iuxta illud Chriſti. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. Et iterum. In lege, quid ſcriptum eſt? Quomodò legis? Sed ſi Euangelium defert legi, ad quid ipſum Euangelium? Nónne (vt alias diximus) per Euangeliũ fit remiſſio illorum peccatorum, quæ per legem expiari non poterant, niſi per mortem eorum, qui ipſa committebant? Nónne per Euangelium quoque promittitur denarius diurnus, vita æterna, atque regnum cœlorum: quæ nequaquam per legem dabantur? Sed nónne dixit Chriſtus. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata? Ergo obſeruatio mandatorum legis vitam præſtabat? Præſtabat vtique fauente Euangelio. Sed ſine Euangelio non pollicebatur lex niſi regnum terrenum & fauorem temporalem. Quamuis hæc figurarent æterna: ſicut in lege figurabatur Euangelium.

Pſal.118 499 Quæ mirabilia continentur in lege, reuelatis oculis (vt Dauid canit) conſyderanda? Nónne in lege ſunt mirabilia Euangelij, quo lex (vt plæriſque in locis diximus) grauida erat? Nónne in lege docetur mundi fabrica & modus: vnde rerum ſpecies, ordo, formæ, materia & operatio: quíſve ſit omnium finis? Nónne per legem inſtruimur, qua via, & quo itinere in Deum pergere poſſimus? Nónne ibidem inſtruimur de euentibus rerum præteritis & futuris: & quòd Dei prouidentia omnia eueniunt? Nónne ibi edocemur de concentu & mirabili rerum harmonia inter ſe, *Augu. 83 q.46* & cùm Deo? Nónne & illic oſtenduntur abſque aliqua cõtrouerſia ideæ: in quibus eſt tanta vis (vt Auguſtinus rectè ſentit) quòd niſi eis intellectis

nemo

nemo ſapiens eſſe poſsit? Nónne & ibi ſignificantur nobis intelligentiæ reconditiſsimæ, & commercium earum nobiſcum, imò conſortium Dei, & quomodo poſsimus illum trahere ad nos, vt ipſo impleamur, & ipſe familiarius agat nobiſcum? Et (quod maius eſt) in lege docemur, quomodo in ipſum Deum transformari & Dij effici poſsimus. Sed hæc tam occulto myſterio reſerantur, vt indigni videntes non videant, & audientes non intelligant. Hinc Dauid rogabat, dicēs: Reuela oculos meos & conſiderabo mirabilia de lege tua. *Pſalmo 118.*

500 Cur Deus voluit legem ſcribi literis Hebraicis, Euangelium verò variis idiomatibus? An, vt innueretur quòd lex dabatur ſoli populo Hebraico, Euangelium verò omnibus Gentibus? An lex figuratiua & myſterioſa data fuit characteribus illis cœleſtia (vt Hebræi dicūt) figurantibus: Euangelium autem iam vmbris & figuris abſolutum, datum fuit in quocunque idiomate abſolutè? Iuxta illud Apoſtoli: Præterit enim figura huius mundi. Vnde ſicut (teſte eodem Apoſtolo) neceſſe erat ipſa cœleſtia melioribus hoſtiis expiari, quàm exemplaria cœleſtium, ita neceſſe erat melioribus characteribus exprimi ſacra ipſa Euangelica, quàm ſacramenta & figuras, characteribus videlicet ſpiritus & non ſignorum viſibilium. Et hoc innuit Paulus, dum ait: Si miniſtratio mortis literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt non poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moſi propter gloriam vultus eius, quantò magis adminiſtratio ſpiritus erit in gloria? Litera enim occidit, ſpiritus autem viuificat. Nec tamē contemnenda ſunt myſteria contenta ſub characteribus, ex quibus ad ſpiritualia deducimur. *1. Cor. 7.* *Hebr. 9* *2. Cor. 3.*

SECTIO PRIMA DE PRÆCEDENTI-BVS ORACVLA.

Primum. CVR monumenta Prophetarum dicũtur viſiones? An, quia Prophetæ videbant ex quibuſdam imaginibus, vt nonnulli aſſerunt? Sed nónne fallaces poterant eſſe huiuſmodi imagines, niſi aliunde habita fuiſſet certitudo veritatis? An igitur quia videbant viſione (vt aiunt) intuitiua, in ſpeculis videlicet illis æternis, rerum veritates referentibus? Quæ quidem ſpecula videri ſolent ab iis qui rapiuntur vſque ad tertium cœlum, vbi ſunt vbera illa excelſa, quæ præbent lac ſapientiæ: à quibus vberibus lactuerunt omnes Prophetæ, & lactant quotquot in hortum voluptatis intrant. Hinc
Cantic. 7. ſcriptum eſt: Veni in hortum meum, & dabo tibi vbera mea.

2 Rationes naturales, ſúntne magis aut minus certę quàm viſiones Prophetarum? An forſitan rationes, dicent aliqui? Quod vtique concedi poſſet, ſi cognoſcerẽtur principia, ex quibus fiunt demonſtrationes. Sed cùm principia ex viſis & ſenſatis comprobentur, nónne viſio certior eſt, maximè Prophetarum, qui intuebantur obiectum minimè fallax? In ſupremo itaque certitudinis gradu eſt viſio Prophetarum, in infimo verò deductio ratiocinatiua ex ſenſatis. Medius autem gradus eſt correſpondentia lucis
Euſeb. 14. de prep. euang. reuelatæ ad intellectum bene initiatum. Hinc ritè Euſebius Vates Philoſophis præfert, dicens: Quando Philoſophos inter ſe, aut cum aliis comparo, non facilè negauerim ipſos claros fuiſſe viros: quando verò ipſos Hebræorum Theologis, qui videlicet à Vatibus habuerunt comparo, & doctrinam doctrinæ confero, caduca & friuola omnia quæ Philoſophi excogitarunt mihi videntur. Nec mirum, illa enim diuinitus ædita ſunt, hæc humanitus.

3 Vnde potiſſimè habetur comprobatio veritatis? An ex ſenſibus cor-
Peripatetici. poreis, vt Peripateticis placet? Sed nónne ſenſus interiores corporeis prę-
1. Corin. 2 feruntur, & melius diſcernũt? Vnde Apoſtolus: Spiritualis omnia iudicat. Sed hinc error, quia non cognoſcũtur ſenſus ſpirituales, maximè viſiuus,
Plotin 8. de mundo de quo Plotinus. Quem oculum habẽt quidem omnes, vtuntur verò perpauci, illi videlicet, qui habent intellectum adeptum (vt Peripatetici di-
Mercur. in Pimandro. cunt) aut qui adepti ſunt mentem (vt Triſmegiſto placet) aut qui tráſfor-
2 Corint 3 mantur in eandem imaginem, Dei videlicet, & cum ipſo vniuntur, vt Pau-
Plot. de vno. lus & Plotinus conſentiunt.

4 Quotuplex eſt prophetiæ gradus? Multiplex quidem. Nam primus
Leuit. 19 gradus eſt ſomnium. Non quidem illud quod lege damnatur, ſed illud de
Iob 33. quo Iob: In ſomnio Deus aperit aures virorum, erudiens eos diſciplina.
Geneſ. 2. Quod ſomnium à Moſe & Iob תרדמה tardemah vocatur. Pro quo tra-

ductio communis habet,ſopotem. Tardemah enim eſt medium inter ſomnum & vigiliam. Secundus gradus eſt viſio imaginaria, vt in Numeris dicitur,qui aliter vocatur filia vocis,i.reuerberatio laudum, quas creaturæ Deo reddunt.Tertius,ſpiritus propheticus ſuggerens. Quartus,viſio per ſpeculum in ænigmate,de quo Paulus ad Corinth.ſcribens,& Moſes in libro Numer.meminerũt. Quintus prophetiæ gradus eſt viſio per ſpeculum clarum reuerberans, de quo ſuprà tactum eſt, & de quo Sapiens: Candor lucis æternæ,ſpeculum ſine macula. Sextus gradus eſt vox dearticulata.Septimus,viſio faciei ad faciem. *Numer.12* *1.Corin.13* *Numer.12* *Sapient.7*

5 Quid eſt ſomnium,vel viſio nocturna? Nónne & ipſa oraculum dicitur & prophetia?ſic enim admonitus fuit Ioſeph ab Angelo, vt iret in Ægyptum,& inde rediret.Iahacóbque ſcalam vidit, & alius Ioſeph ſomniũ quod fratribus narrauit: & hoc modo Deus agit,cum nondum bene initiatis.Somnium autem bonum comprobamus, quando ſequitur effectus quem expectauit Iahacob in comprobationem veri ſomnij ſui, vt in Geneſi dicitur, quemadmodũ etiam in Deuteronomio à Deo docemur.Somnium autem fallax imprimitur ab hoſte antiquo, vt decipiat. Alia verò ſomnia quæ veniunt,aut ex forti imaginatione, aut ex mera illuſione,aut ex crapula,aut ex vi phantaſtica ludente ſpernenda ſunt, ſicut Cato optimè docet. *Matth 2.* *Geneſ. 28.* *37* *Ibidem* *Deuter.18* *Cato*

6 Quæ eſt viſio imaginaria, & cur dicitur filia vocis? Nónne eſt viſio per imagines?Qualis fuit illa Zachariæ,& Iohannis & huiuſmodi,qui viderunt animalia,ædes templi, aut ciuitatis,& his ſimilia:ſub quibus imaginibus latent ſacramenta inde diſcutienda.Quod oraculum echo aut filia vocis dicitur, quia ſicut echo eſt reuerberatio vocis ab homine prolatæ, ſic imagines iſtæ ſunt quædam reuerberationes ex creaturis à Deo productis,veluti verbum ab homine prolatum, iuxta illud: Ipſe dixit,& facta ſunt. *Pſalmo 148*

7 Quæ eſt viſio in ſpiritu? Illa quippe eſt,quando ſopitis ſenſibus exterioribus homo vacat ſoli Deo, à quo ſpiritus eius illuminatur & edocetur.Quod fit quando(vt Paulus docet) gladius, aut diuini verbi virtus ſeparauerit animam animalẽ à ſpiritu,adeò vt nihil concupiſcat niſi Deum, iram abſtulerit,aut deteriori reliquerit, ſolidatúſq; perfecta charitate nihil timeat,& cæteras purgationes fecerit,quas Plotinus docet. Tũc enim coniũctum habet homo ſpiritum cum diuino à quo docetur: iuxta illud, Qui adhæret Deo vnus ſpiritus efficitur cum eo: & tunc dicitur repletus Spiritu ſancto,& loqui in ſpiritu. *Hebræ.4.* *Plotinus* *1.Cor.6.*

8 Quid eſt oraculum per ſpeculũ in ænigmate? Nónne & hoc eſt quaſi viſio imaginaria, de qua ſuprà? Vnde aliqui non diſtinguunt hunc gradum prophetiæ ab illo: ſi verò diſtinguatur, id eſt, quando alicui datur lumen tale, vt ſciat(ſecundum Apoſtolum) intelligere inuiſibilia Dei per eas, quæ factæ ſunt, creaturas. Cùm quælibet creatura gerat imaginem aliquam vel ſaltem veſtigium Opificis, non tantùm in eſſendo, aut actibus primis (vt aiunt)ſed etiam in operando.Cuiuſmodi fuit illud Eliæ, *Roman.1.* *3.Reg.19*

quando cognouit Dominum non in ſpiritu cóterente petras, nec in commotione, nec iñ igne, ſed in ſibilo auræ tenuis; aut quando in ſeptimo a-
Ibidem: 8 ſpectu vidit puer eius nubeculam aſcendentem è mari. Vnde Achab pluuiam denunciauit.

9 Quid eſt ſpeculum clarum? Nónne eſt viſio (vt aiunt) intuitiua, in ſpeculo quidem non creato, ſed in ſpeculo Opificis, in quo reſplendent om-
Augu. ſuper Geneſ. nia? Cuius intuitum Auguſtinus vocat viſionem matutinam, Hebræi verò Beſpecalariot, id eſt in ſpeculis. Aut quando datur alicui gratia deue-
Secr. theo. niendi vſque ad viſionem ſupramundani Solis, quem ſecretiores Theologi vocant ſpeculum lucens, Lunam autem ſupremam ſpeculum non lucens. Et ad hunc gradum deuenit Moſes, quando dedit legem in lumine illo ſpeculi lucentis, vt ipſi Sapientes docent. Qui locus ab Iſaia voca-
Iſaia 2. tur Sion. Vbi ait: De Sion exibit lex: nam quò ad locum materialem in Si-
Exodi 19 na data fuit.

10 Quid eſt oraculum vocis plenæ? Nónne id eſt quando Deus loquitur alicui voce dearticulata? & tunc ſemper vox geminatur. Et ſic locu-
Geneſ. 22. tus eſt Abrahæ, dicens: Abraham, Abraham. Sic quoque Moſi, Samueli &
Exodi 3 Paulo. Geminatur autem vox cum myſterio, vt indicetur gradus in quo
1. Reg 3 vocatus erat, & gradus ad quem aſſumitur, vt ſuprà dictum eſt. Et hic gra-
Actor 9 dus oraculorum à Sapientibus cenſetur ſuprà prophetiam. Hinc de Io-
Iohannis 1. *Matth. 11* hanne qui dixit ſe eſſe vocem, Chriſtus perhibuit quòd erat pluſquàm Propheta.

1 Cor 13. 11 Quid eſt viſio faciei ad faciem? Nónne illa eſt, de qua Apoſtolus:
Pſalmo 79 Tunc videbimus eum facie ad faciem, ſicuti eſt? Qua viſione etiam petebat videre Dauid, dicens: Oſtende faciem tuam, & ſalui erimus, Ad quem
Numer. 12 gradum deuenit Moſes, vt aperto ſermone in libro Numerorum Deus perhibet, dicẽs: Ore enim ad os loquor ei. Nec mirum, cùm angelum haberet ſibi à Deo aſſignatum, qui (vt ſecretiores Theologi docent) dicitur מטטרון שר הפנים Mitatron ſar hapanim, id eſt princeps facierum. Illius enim cura eſt introducendi ad faciem Dei eos quos ipſe Deus iubet.

12 Quo oleo vngebantur Prophetæ? An fortè oliuarum? ſed quid illud conferebat Prophetis, Regibus, & nunc Chriſtianis? An igitur oleum illud erat, de quo canit Eccleſia: Infunde vnctionem tuam clemens San-
Iſaia 61 cte ſpiritus? Iuxta illud Iſaiæ: Spiritus Domini ſuper me, eò quòd vnxerit
1. Iohannis 2. me. Qua vnctione perfuſi (vt Iohannes inquit) norunt omnia, & diuini efficiuntur. Hoc itaque oleo vngebantur Reges, Sacerdotes & Prophetæ, quia diuini eſſe debebant, & debent, cùm hi fungantur officio Dei. Reges videlicet in cauſis iudicandis, Sacerdotes in ſacris adminiſtrandis, & Prophetæ in futuris prædicendis, quod ſolius Dei eſt. Et quia hoc oleo vnctus fuit Ieſus ſuper omnes, ideò dictus eſt משיח Meſſiach, id eſt vn-
Pſalmo 44. ctus, iuxta illud: Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. Et hoc oleo debent vngi quotquot volunt eſſe veri Chriſtiani, id eſt, vncti.

13 Inuadebátne ſtatim ſpiritus aliquis eos qui vngebantur? Nónne id

euenit filio Chis qui vnctus ſtatim prophetare cœpit? Vnde edixit populus:Num & Saul inter Prophetas? Hinc Dauid vnctus pſalterio expellebat ſpiritum malum à Saule,Philiſtæum congreſſus occidit eum,& ex paſtore Pſalmographus effectus eſt.Idémque contigit Apoſtolis, qui vncti variis linguis locuti ſunt, perpetrarunt miracula, ægros ſanarunt, panderunt occulta,futuráque prædixerunt. Sed nónne in nomine Ieſu id faciebant,vt in Marco edocemur?idem quippe eſt virtus diuini nominis,quod vnctio Spiritus ſancti,iuxta illud:Oleum effuſum nomen tuum. *1. Reg.10. Ibid.17.18 Actor. 2 Marci vlt. Cantic.1*

14 Viuúntne an moriuntur Prophetæ, quando vident ſacramenta illa? Nónne Deus ſe & ſacramenta ſua demonſtrans, ait: Non videbit me homo,& viuet?Cui adſtipulatur illud Saluatoris: Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit,ipſum ſolum manet,nullum videlicet fructum producens,vt ſuprà dictum eſt. Sed cur neceſſe eſt, quòd propheta moriatur,in homine animali videlicet?nónne adeò contraria ſunt caro & ſpiritus,vt ad vitam vnius ſequatur mors alterius? iuxta illud Apoſtoli:Si ſpiritu facta carnis mortificaueritis,viuetis. Mortificaueritis videlicet(vt ſuprà diximus)morte illa,de qua propheta:precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. *Exod.33 Ioannis 12. Roman.8 Pſalmo 115*

15 Cur iſta mors ſanctorum dicitur precioſa in conſpectu Domini? An, quia grata Deo?ſicut ex doctrina Chriſti & pauli ipſam commendatitiam diſcere poſſumus? An,quia tunc homo eſt ſemibeatus, quando ad mentẽ venit,vnito intellectu eius cum diuino, adeò vt videns & viſum vnum fiant? ſi plotinus rectè ſentit,vbi de vno & fœlicitate agit.Sed cùm mors illa idem cẽſeatur,quod raptus,& raptus ſit terminus motus violẽti, quomodo in violento poteſt eſſe fœlicitas? Non eſt hoc violẽtum contra naturam,quemadmodum ſi lapis aſcẽderet,ſed vltra naturam,vt ſi ignis impulſus aſcenderet, nondum à titione ſolutus. Vadit enim ad locum proprium,ſed ante tempus,ſic mens rapta in Deum,vadit ad locum ſuum,ſed ante tempus,quia quãdiu ſumus in hoc corpore (vt ait Apoſtolus) à Domino peregrinamur. *Plot.in libro de vno, cap. vltimo. 2 Cor.5.*

16 Quali honore habendi ſunt prophetæ, & quomodo ipſi ſeſe habere debent? Magno quippe.Nam hi ſunt tanquam Dij latẽtes in corpore humano,de quibus propheta canit: Dij fortes terræ vehemẽter eleuati ſunt. Et plus minúſue honorandi ſunt pro gradu ſpiritus & prophetiæ quo repleti ſunt.Ipſi autem Dei participes effecti cauere debent ab omni maculante ſorde & errore, ne huiuſmodi qui participes facti ſunt Spiritus ſancti,& guſtauerunt donum cœleſte, ſi prolapſi fuerint,ſentiant(ſecundum Apoſtolum)impoſſibilitatem releuationis. Abſconderéque debẽt(vt docet propheta) in corde eloquia Dei, ne peccent propalando, niſi vbi & quando opus fuerit. *Pſalmo 46 Hebræ.6 Pſalmo 118.*

17 Quare prophetæ ſtuduerunt loqui ænigmaticè,occultantes quæ dixerunt? An,ne indignis publicarentur arcana? An,quia diuina ea ſunt quæ verbis humanis explicari nequeunt, nec vocabula habemus, quibus ipſa explicare poſsimus? Quo ſenſu reor dixiſſe paulum, quòd arcana Dei non *2.Cor.12.*

licet homini loqui. An, vt per ænigmata loquentes demonſtrarent harmonicum concentum, qui eſt inter viſibilia per quæ loquuntur, & diuina de quibus loqui intendebant? Vnde non pro libito, ſed cum magna peritia concordiæ rerum inferiorum cum ſublimibus oracula interpretanda ſunt.

18 Cur Prophetæ Spiritu ſancto pleni loquuntur aliquãdo ea quę non eueniunt? An, quia Dominus mutat ſententiam, mutatis iis qui puniendi erant? iuxta illud Ambroſij: Nouit Dominus mutare ſententiam, ſi tu noueris emendare delictum: ſicut de Niniuitis in Iona, & de Achab in tertio Regum volumine legimus. An, quia tanta eſt vis orationis, vt poſſit immutare Dei ſententiam? ſicuti Ezechias orando meruit dilationem vitæ quindecim annis. Pari modo Moſes orans placauit Dominum, ne expleret malum quod facere decreuerat contra adorantes vitulum. An, quia non ſemper Spiritus ſanctus permanſit in Prophetis, ſed in ſolo Ieſu? Vnde aliquando illi loquuntur, & non per ſpiritum Domini, ſicut ſcriptum eſt, Egreſſus eſt ſpiritus dicens, Ero ſpiritus mendax in ore omnium Prophetarum.

Ambro. *Ionæ* 3. 3. *Reg.* 21. *Iſaia* 38. 4. *Reg.* 20. *Exodi* 32. 3. *Reg.* 22.

19 Quomodo poſſumus cognoſcere Prophetam vera locutum fuiſſe? An (vt aliqui dicunt) quando miraculum ſequitur? Quod obſeruauit Moſes contra Corah, Datan, & Abiram, dicens: Si conſueta hominum morte interierint, non me miſit Dominus: ſin autem nouam rem fecerit, & quæ ſequuntur. An per effectum dictis correſpõdentem? ſicut in Deuteronomio docemur à Deo, dicẽte: Si nõ euenerint quæ prædixit Propheta, non locutus eſt per eũ Dominus, ſed tumore animi ſui locutus eſt ea quæ non mandaui: ſi verò vice verſa effectus correſpõdebit, Dominus locutus eſt. Qui autem præſument prophetare non excitati à ſpiritu Dei, ſentient ipſius vltionem, vt ibidem dicitur.

Numer. 16 *Deuter.* 18

20 Sciebántne Prophetæ, an ignorabãt ea quæ prædicebant? An ignorabant ij qui videbant ſpeculum illud veritatis, in quo omnia ſumma veritate & conſtantia relucent? Sed nónne dicit Iohãnes de Caipha: Neſciebat quid diceret: ſed cùm eſſet Pontifex anni illius, prophetauit? An igitur qui Dei ſpiritu, aut per viſionem claram loquebantur, ſciebant quæ dicebant? Vnde conſtanter inquit Iſaias: Legite in libro Domini, in quo videlicet hæc quæ prædico ego legi, & hæc omnia inuenietis. Si verò non per viſionem, ſed ſolo ſpiritu impulſi aliquãdo locuti ſunt, & loquuntur, poſſunt ea vera prædicere, quæ ipſi non intelligunt, ſicut de Caipha & de Bilaham dictum eſt.

Ioannis 11. *Iſaia* 34

21 Qua via debent procedere veri Vates? Non quidem humana cogitatione, ſed expurgata mente, & mundo corde expectare debent, quæ Deus ſuggerit. Nam (vt inquit Baruch) non eſt qui poſsit ſcire viam Dei, neque qui excogitet ſemitas eius, ſed qui ſcit vniuerſa, nouit eam. Cui Petrus adſtipulatur dicens: Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines. Conſentit etiam Iſaias, dum ait: Annunciate quæ ventura ſunt, & dicemus, quia

Baruch 3 2. *Petri* 1 *Iſaia* 41

Dij eſtis. Nec diſcrepat Ptolemæus, qui ait: Soli numine afflati prædicunt particularia. *Ptol. in fru-ctu.*

22 Cur Deus tantùm amauit populũ illum durę ceruicis? An quia Deus non reſpuit hominem à natura durum & pertinacem? cùm in iis quæ ſunt *Ethicor. 3* à natura nec laudemur, nec vituperemur. Saturnij enim ipſi Hebræi erãt, & conſtipati, iuxta nomen intelligentiæ ipſius Saturni quæ Zaphchiel dicitur. hinc ipſi ſabbatum diem Saturni ex lege colunt: non propter hunc quem videmus Saturnũ, à quo ſicut à cæteris planetis ſoluti erãt, ſed propter Saturnum ſupramundanũ, cui hic inferior ſubiicitur. His igitur tanquam firmis & ſtabilibus perpetuum atque ſtabile præceptum dedit. An, quia erant ex progenie electi & renouati viri Abrahæ, cæterorúmque patrum, qui tanquam Dei ſedilia gloriam & maieſtatem ipſius Dei ſuſceperunt in lege & Prophetis? An, quia Deus ad hoc illos elegit, & voluit non tantùm propter patres, ſed propter Chriſtum ex illa ſtirpe naſciturum diligere?

23 Cur peculiarius Hebræis Deus legem & arcana ſua reuelauit? Nónne quia in illa ſtirpe inuenit chariores amicos, quàm in aliis nationibus? iuxta illud: Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Sic Chriſtus egit cum Apoſtolis ſuis, quibus dixit: Iam non dixi vos ſeruos, ſed amicos, quia omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis. Sed cur Paulus dicit ipſos habuiſſe & habere velamen ſuper faciem vſque ad diem ſuum? Nónne ipſis tradidit legem ab eis obſeruandam, & ipſi familiæ figuratiuæ ea quæ ad Chriſtum pertinebant, ſub velamine figurarum? Vnde qui adimpleuit figuras, moriens velamen templi manufacti & figuratiui fregit à ſummo vſque deorſum, vt Matthæus narrat. *Pſalmo 147* *Ioannis 15* *2. Cor. 3.* *Matth. 27.*

24 Cur Dauid, Salomon, Ieremias, aliíque Prophetæ vaticinia decãtabant? An, quia ſicut poetæ arripiebantur à furore poetico, ita Vates ſacri, & multò magis à furore diuino fœliciori & ſublimiori concentu? cùm ſacra melius exprimantur carmine quàm ſoluta oratione, maioríque energia. An vt ipſis oraculis fugarẽtur hoſtes humani generis, atq; totius harmoniæ? Ad id enim potiſſimè inſtituti ſunt Dauitici hymni. Hinc eorum author omnibus videntibus ſuo pſalterio fugauit malum dæmonem à rege Saule: & aliqui particulares hymni ad id ordinati habentur. *1. Reg. 18*

25 Quiſnam compoſuit pſalmos? Nónne præcipuus omniũ fuit Dauid? Ad quod opus perficiendum habuit nouem celeberrimos viros in ſocios (vt Rabi Abraham aben Hazra perhibet) Adam videlicet, Melchizedech, Abraham, Moſem, Salomonem, Aſaph, & tres filios Chorah: ſicut partim tituli ipſorum pſalmorum indicant. Nam pſalmo, Domine refugium factus es nobis, præponitur: Oratio Moſi viri Dei. Eructauit verò & Omnes gentes, habent in titulis: Filiis Chorach. Deus Deorum habet: Pſalmus Aſaph, & ſic de ſingulis. Et quamuis hi omnes non fuerint coætanei Dauid, ipſe tamen omnes ipſorum pſalmos collegit, & cultui *Rabi Abraham aben Hzra.* *Pſal. 89. 44 46. & 49*

diuino accommodauit. Iuxta quem numerum denatium (vt eidem R. placet) annumerãtur decem genera hymnorum. Primũ eſt מנצח Menazeach, quod nos dicere poſſumus triumphale carmen. Secundum נגינה Neghinah, i. cantus cum inſtrumẽto muſico. Tertium מזמור Mizmor. i. pſalmus. Quartum שיר Sir. i. canticum. Quintum תהלה Tehilah. i. laus. Sextum תפילים Tephilim. i. orationes. Septimum ברכות Berachot, i. bendictiones. Octauum הודות Hodot, id eſt confeſſiones. Nonum אשרי Aſre, id eſt beatificationes. Decimum הללויות Halleluiot, quæ ſunt laudes יה iah. Vnde Halleluiah.

26 Cur aliqui pſalmi alphabetico ordine decantantur? An id caſu factum eſt? Minimè. An curioſitate quadam? quod & Ariſtoteles obſeruauit in ſuo organo, & apud Latinos obſeruatur in hymno Natiuitatis: cuius primus verſus eſt: A ſolis ortus cardine. Secundus, Beatus author ſeculi, & ſic de reliquis. An, quia carmina decantata ſub vnaquaque litera correſpondent ſignificationi literæ à qua incipiunt? An, cùm vnaquæque li-
Zohar. tera alphabeti Hebraici (vt Zohar & alij Sapientes perhibent ſit figura alicuius fontis vel canalis, vnde creaturæ & omnes boni influxus proueniunt, ideò aliquando ordine alphabetico proceſſit Vates, vt prępoſita litera tanquam claue illius influxûs, aperiatur fons, & influat iuxta ea quæ decantantur? His rationibus Salomõ deſcripſit laudes illius ſublimis mu-
Prouer. vlt lieris, de qua alibi. Sic & Ieremias in lamentationibus. Qui ordo cùm ſeruari nequeat apud Latinos, hinc præponuntur literæ à dictionibus abſolutæ.

Matth. 6 27 Cur omnis natio decantat pſalmos? An (præter ea quæ ſuprà diximus) quia inſtituti fuerunt à Spiritu ſancto? ſed cur oratio dominica, ſcilicet Pater noſter, inſtituta à filio Dei, nõ admittitur ab omnibus? An, quia
1. Ioannis 4 omnis natio & omnis ſecta profitetur Spiritum ſanctum, non autem filium, quem ſolum profitẽtur ij qui in Deo manent, vt Iohannes perhibet? An diuina diſpoſitione factum eſt, vt pſalmi compoſiti ab eo qui expreſſiſſimum typum & locum vniuerſalis Redemptoris tenuit, omnibus nationibus per ipſum Dauidem fructum conferrent? Celebrantur enim nedum ab Hebræis vndiq; diſperſis, ſed à Chriſticolis omnibus, Græcis, Latinis, Indis, Chaldæis, Hiſpanis, Gallis, Germanis, Mahumeticis omnibus, Arabibus, Turcis, perſis, parthis, & ab omni alia natione quę ſub cœlo eſt, ſicut etiam ſuprà diſſeruimus.

28 Quomodo melius & Deo gratius dicuntur pſalmi, altáne & ſonora voce, an ſubmiſſa? An fortè ſubmiſſè, quia datur maior efficacia verbis: ſicut incantatores facere ſolent. An cantu ſonoro & concentu harmonico vt obſeruat Eccleſia? Quemadmodum etiam Dauid hortatur nos in ple-
Pſalm. 150 riſque locis, dicens: Cantate Domino: non tantùm ſimpliciter, ſed etiam cum inſtrumentis ab ipſo commemoratis, vt non tantùm verbis, ſed concentibus procuretur energia. Clamor enim & concentus vocalis mouet præcipuè ſenſum corporeum auditorum: attẽtio autem cordis veluti clamor efficax diuinas aures excitat. Hinc cùm Moſes vidiſſet imminentem

Ægyptiorum exercitum eleuauit cor ad Deum nihil proferens, & tamen dixit ei Deus. Quid clamas ad me? Nam clamorem ſpiritus quærit Dominus. Hinc Apoſtolus ait. Pſallam ſpiritu, pſallam & mente. Dicantur igitur Pſalmi ſubmiſſa vel alta voce (dummodo intentio clamet) grati ſunt Deo & efficaces. *Exodi* 14 *1. Cor.* 14

29 Qui Prophetæ fuerunt fœliciores, qui præceſſerũt Chriſtum, an qui ſecuti ſunt? Nónne qui ſecuti ſunt, dicente Paulo. Primùm poſuit Apoſtolos, ſecundò Prophetas? An igitur Apoſtoli ſunt Prophetæ? Vtique. Cùm eis dictum ſit. Omnia, quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis. Et iterum, cum de Spiritu ſancto mittendo ageret, ait. Ille ſuggeret vobis omnia. Vnde eis nihil occultum fuit. Iuxta illud. Vnctionẽ habetis à ſancto, & noſtis omnia. Nec tantum docenda, ſed prænuncianda. Hinc Paulus de Antichriſto futuro magna conſtantia & aperto ſermone loquitur, dicens. Interficiet eum Dominus Ieſus ſpiritu oris ſui. *Ibi.* 12 *Ioannis* 15 *Ibidem* 14 *1 Ioannis* 2 *2. Theſſa.* 2

30 In quo conſiſtit virtus prophetica? An ſolùm in prænunciandis futuris? Sed nónne de Abraham, qui nihil prænunciauit, dixit Deus Abimelech. Orabit pro te, quia propheta eſt? Et cum Ieſus ſaturaſſet quinque millia hominum, nónne dixerunt, qui ſaturati fuerant. Hic eſt propheta magnus? Propheta igitur eſt is, qui prædicit futura, qui pandit arcana Dei, qui miracula diuina virtute perpetrat, & qui homines in viam iuſtitiæ dirigit. Quę omnia nullis facere poteſt, niſi Dei ſpiritu plenus. Hinc Baptiſta clamans. Dirigite viam Domini, pluſquam propheta dictus eſt. Pari modo Apoſtoli, & poſt ipſos alij, qui mundum illuſtrarunt, prophetæ merito cenſendi ſunt. *Geneſis* 20 *Ioannis* 6 *Ibidem* 1 *Mat.* 11

SECTIO II. DE ORACVLIS AD DIVINITATEM PVRAM ET OPIFICEM PERTINENTIBVS.

QVID importat illud Dei viuentis. Hoc eſt nomen meum? An illud hoc, eſt aliquod relatiuum? Sed nihil præcedit, quod per illud poſſit referri. An igitur illud הוא hu eſt ipſum, quod eſt, ſcilicet eſt nomen meum? Sicut in Exodo dicitur. Ego ſum, qui ſum (vt habet communis traductio) ſum ille videlicet, qui ſum à meipſo & à nullo dependens. An (vt myſteria ſecretiora tangamus) in hoc verbo הוא hu ſunt tres literæ, quarum vna, א aleph videlicet, pertinet ad patrem, ו vau ad filium, ה he ad Spiritum ſanctum: vt ſecretioribus Theologis notum eſt? Item א aleph eſt pater mittens filium, ו vau eſt filius miſſus, ה he eſt Spiritus ſanctus vniens naturã diuinam cum humana. An הוא hu eſt nomen ab omni ratione extrinſeca remotum, ſignificans ipſum Deum in ſolitaria ſua natura? 31 *Iſaiæ* 42 *Exod.* 3

32 Cur ſubinfertur. Et gloriam meam, hanc videlicet, alteri non dabo? An inuidus eſt ille, qui eſt forma boni liuore carens: vt canit Boetius? Non quippè eſt inuidus, ſed communicat omne communicabile. Hoc au- *Boe. in 3. met.* 9

tem implicat contradictionem maximam, quòd videlicet Deus ſit penitus à ſe, & alteri tradatur. Nam, ſi alter recipit, non poteſt eſſe à ſe. An de diis extraneis eſt ſermo? Sicut ſequentia verba indicant. Et laudem meam ſculptilibus, ſcilicet non tradam: quia nec ſunt, nec poſſunt eſſe à ſe. Immo pater nec filio, cui omnia dedit, hoc donauit, quantum ad perſonam productam: quæ non eſt à ſe, ſed à patre, ſed in eo, quòd eſt idem in eſſentia, eſt à ſe. Cætera autem omnia ipſe filius ſe habuiſſe à patre fatetur, dicens. Omnia mihi tradita ſunt à patre meo. Si autem tota Trinitas intelligatur, ipſa à nullo dependet, ſed omnia ab ea.

Mat.11

33 Cur Deus dicitur veſtitus, & quibus veſtimentis? Nónne Deus eſt nudus, ſi conſyderetur in ſeipſo, abſque alio reſpectu ad creaturas, contractus penitus in ſolitaria ſua natura, & in abyſſo ſui fontani ſplendoris? Si verò cum creaturis agat, aut ad ipſas reſpiciat, induitur relationibus, tanquam veſtimentis quibuſdam. Hinc (ſecundũ ſecretiores Theologos) quando Deus voluit creare mundum, induit ſe decem veſtimẽtis: de quibus latius in Harmonia diſſeruimus. Quæ veſtimenta alio nomine dicuntur menſuræ: quibus Deus metitur omnia, quæ tribuit nobis. Iuxta illud. Vnicuique ſecundum propriam menſuram.

Sec.Theolo. Cant.1 c.vltim. Mat.25

34 Cur Dauid canit, quòd Deus eſt veſtitus lumine, ſicut veſtimento? Nónne idem Propheta alibi dicit. Poſuit tenebras latibulum eius. Et iterum. Nubes & caligo in circuitu eius? Nube igitur, caligine & tenebris Deus tegitur reſpectu debilium noſtrorum oculorum: qui nequeunt depræhendere opera ipſius, quæ ſunt valdè ſublimia & occulta. Iuxta illud. Non eſt, qui poſſit ſcire vitam eius, neque qui excogitet ſemitas eius. Ipſe tamen eſt ſumma lux, omnia colluſtrans, habitátque (vt Apoſtolus ait) lucem inacceſſibilem. Induit autem lumen, dum agit cum creaturis, tribuẽs eis formas naturales & gratuitas: quæ procedunt, tanquàm radij, ab illis veſtibus, vel menſuris, per quas nobiſcum operatur. Hinc volens dare formam rebus, dixit. Sit lux.

Pſal.103 17.96 Baruc.3 1.Tim.6 Gen.1

35 Cur Deus dicitur veſtitus confeſſione & decore? An (vt aliqui volũt) indutus fuit confeſſione, quando filius dixit. Confiteor tibi pater, Domine cœli & terræ: decore verò quando transfiguratus eſt? Tunc enim veſtimenta eius facta ſunt alba ſicut nix. An (vt antiqui Theologi dicunt) agẽs cum creaturis induit concentum & decorem, quod Hebræi dicunt הוד והדר Hood vehadar? Concentum enim induit, dum omnia conſonantiſſima reddidit. Iuxta illud Boetij. Tu numeris elementa ligas. Nec tantùm ligauit elementa, ſed totum corpus mundanum, & humanum cum anima, omniáque inferiora cum ſuperioribus: vt alibi latius dictum eſt. Decorem verò induit, dum facit, quantum decet.

Pſal.103 Mat.11 Ibid.17 Ant.Tholo. Boe.in 3 met.9

36 Cur Deus vnicus ſortitur tot nomina? Nónne, cum Deus ſit ſummè vnus, vno tantùm nomine contentus eſſe debet? Iuxta illud. Adonai nomen illi. Et in Zacharia dicitur. Et nomen eius vnum. Vnum quippè eſt nomen Dei exprimens, quantum fieri poteſt, ipſum Deum in ſe: Sed inquantum Deus induit diuerſa veſtimenta, vt diuerſa nobiſcum agat, ſorti-

Pſalmo 67 Zacha.14

tut diuerſa nomina: nunc pietatis, nunc iuſtitiæ, nunc pulchritudinis, nũc decoris, & cætera huiuſmodi, penè innumerabilia. Quando autem perfecto fabricæ curriculo omnia reducentur in vnum, tunc (vt Zacharias ait) erit Deus vnus, & nomen eius vnum. Cùm non variè, ſed vnicè nobiſcum aget.

37 Cur Propheta dicit, quòd Deus immobilis ambulat ſuper occaſum? Nónne dicitur in Geneſi, quòd Deus ambulabat ad Meridiem? Ambulat quidem, non motu corporeo, quo continuè alter locus derelinquitur, & alter acquiritur: ſed motu operatiuo, diffundendo videlicet virtutem, vbi vult operari. Et quia volebat iam miſereri humano generi: parentum culpa infecto: Ideò dicitur ambulaſſe ad Meridiem: vbi gratia, pietas, & miſericordia reſident. Hic autem veritas literæ non habet ſuper occaſum, ſed ſuper ערבות harauot, quod planities interpretatur. Sunt enim in Archetypo planities pietatis, & montes duri iuſtitiæ. De quibus alibi. Ideò ad præcedens verbum, quo dicitur. Iuſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei, & delectentur in lætitia, ſubinfertur, quòd iter facit ſuper planitiem. Et de ipſo puniente dicitur. Iuſtitia tua ſicut montes Dei.

Pſal. 67
Geneſ. 3
Pſal. 35

38 Quomodo Deus omnia fecit in ſapientia: vt Propheta canit? Si omnia dicuntur eſſe facta per opificem Elohim, quod eſt nomen iuſtitiæ & ſeueritatis, & è latere ſiniſtro: quomodò facta fuerunt in ſapientia, quæ eſt à latere dextro & pietatis? In ſapientia quidem primo, ideſt in verbo Dei locata erant omnia. Iuxta illud Iohannis. Quod factum eſt, in ipſo vita erat. Vnde in Targum Ieroſolimitano, vbi nos habemus. In principio creauit: habetur. בחכמה Bechomach, ideſt. In ſapientia creauit Deus cœlum & terram. De quo Elchana pulchrè & diffuſè pertractat, declarans, quòd principium fabricæ incipit à ב bet: quod domum ſignificat, & eſt ſigillum ſapientiæ. In qua ſapientia, tanquam in domo, præexiſtebant omnia, antequam per Elohim, vel per Spiritum ſanctum in formas proprias explicarentur.

Ibid. 103
Ioannis 1
Geneſis 1
Elchana

39 Quomodò verbo Domini (vt Pſalmographus canit) cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum? Nónne verbum eſt vnicum fundamentum omnium? Iuxta illud Apoſtoli. Portans omnia verbo virtutis ſuæ. Et alibi. In ipſo ſunt cõdita vniuerſa in cœlo & in terra viſibilia & inuiſibilia. Et id, quia, intelligendo, ideſt in ſapientia Deus omnia fabricauit. Sapientia autem & verbum Dei vnicum eſt, quo intelligit ſeipſum & creaturam. Nec enim poterant à Deo operante per intellectum produci res, niſi in verbo. Communicatio verò ad extra, quæ amore fit, per Spiritum ſanctum, qui eſt amor, producta eſt. Omnium igitur formarum particularium vis eſt à Spiritu ſancto, eas explicante.

Pſalmo 32
Hebræo 1
Coloſſ. 1

40 Quo ſemen ſanctum aſtat (vt Iſaias ait) & vbi aſtat? Nónne Iſaias poſt multa arcana de Dei ſolio, & de Seraphinis ad alterutrum clamantibus decantata, & de cœlo & terra plena gloria Dei, ſubinfert, quòd vidit ſemen, omniũ videlicet rerum productarũ, aſtare throno Dei: vnde omnia

Iſa. 6

Geneſ. 1 proueniunt? Hinc Moſes de mundi fabrica ſuperiori loquens, ait. Producant
Ibidem aquæ, ſupramundanæ videlicet. Et cum de fabrica inferiori, & particulari explicatione ageret, inquit. Creauit Deus omnem animam viuentem, quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas. In aquis igitur, ideſt in ſapientia Dei, ſpecies & ſemen omnium rerum producendarum collocatum eſt.

Ezec. 1 41 Quid ſignificat rota, quam vidit Ezechiel in medio rotæ? An de hac mundana rota, vel ſphæra intelligitur, quæ eſt in medio rotæ ſupramundanæ, ideſt in verbo, quod medium tenet in illa ſanctiſſima Trinitate? Cùm ſit perſona media. An intelligitur rota interſecans rotam, vt perficiat ſex angulos corporis ſphærici, ſcilicet antè, retrò, dextroſum & ſiniſtro-
Abrahā in libr. de formatione. ſum, ſurſum ac deorſum? Quos angulos munitos deſcribit Abraham ſex reuolutionibus trium literarum nominis ſancti. An per אופן ophan, quod aliqui rotam interpretati ſunt, intelligitur (vt quibuſdam placet) Angelus diſponens materiam: quæ eſt in rota, ideſt in machina mundana: aut in rota, ideſt reuolutione continua generationis & corruptionis?

Iſaiæ 6 42 Cur Seraphinis attribuuntur ſex alæ: vt Iſaias teſtatur? An, vt duabus corpus tegant, & duabus pedes, cæteríſque duabus volent? An per ſex alas intelliguntur ſex gradus virtutum, quos extendunt ad ſex mundi partes nuper memoratas: vt exequantur, quæ Deus committit? Ophanini enim
Sec. Theo (vt ſecretiores Theologi dicunt) materiam diſponunt. Seraphini verò excalefactoria virtute & vita omnia diſpoſita complent.

Iſaiæ 6 43 Cur ipſi duo Seraphini clamabant ter ſanctus, dicentes quòd plena eſt omnis terra gloria Dei? An (vt aliqui dicunt) ter repetebant ſanctus, ad innuendam Trinitatem diuinarum perſonarum: quarum quælibet ſancta eſt: An, quia Deus eſt ſanctus in ſeipſo, ſanctus in nobis, & ſanctus in fabrica? Vnde ſequitur. Plena eſt omnis terra gloria eius. Terra videlicet tam viuentium, quàm hæc alterabilis, quam calcamus. Sed cur potius Seraphini quàm alij id faciunt? An, quia ſunt in ſupremo ordine? Hinc ducũt carmen, quod alij ſequuntur. An, quia ipſorum cura eſt replere totã mundi machinam, & omnes eius partes ſua excalefactoria virtute: vt nuper dictum eſt? Ideóque habent ſex alas.

Pſalmo 28 44 Vox Domini quos ceruos præparat: vt Dauid canit? Nónne omnia
Ibid. 148 fiunt iuſſu & imperio illius, qui dixit & factum eſt, mandauit & creata ſunt? Ipſe enim primo intonuit ſuper aquas illas ſupremas, ideſt ſapientiam & verbum diuinum, replens illud ideis. Hinc ait Vates. Vox Domini ſuper aquas. In quibus ideis cum ſit virtus omnium rerum producendarum: Ideò dicit. Vox domini in virtute. Et quia omnia concinna & decora facit: Ideò ſubnectit. Vox Domini הדר in hadar, quod decorũ ſignificat. pro quo vulgata traductio habet. In magnificentia. Et quia omnia ordinauit in Archetypo, antequam ad extra produceret: Hinc ait. Vox Domini ordinantis cedros Libani, ideſt ſyluæ ſupramundanæ: vt exponunt
Theo. Ant. antiqui Theologi. De quibus cedris alibi dicit idem Vates. Cedri Li-
Pſal. 103 bani, quas plantauit: & ordinauit videlicet. Sicut hic ait. pro quo com-

munis æditio habet, confregit שבר Sabar enim vtrunque ſignificat, cōfregit videlicet & ordinauit. Et quia Deus per Elohim, qui Spiritus ſanctus & ignis eſt, particulares formas dedit rebus: Ideo dicit. Vox Domini diuidentis & parientis flammas ignis, ideſt vitas & animas rerum. Et quia omnia habemus à fontibus ſuperioribus, qui aliquando vocantur cerui (vt alibi dictum eſt) Ideò dicit. Vox Domini præparantis ceruos: vt in nos influant videlicet.

45 Cur dictum eſt. Benedicta gloria Domini de loco ſuo? An ſenſum eſt, *Ezec. 3*
quòd Deus glorificatur in loco, vbi præcipuè reſidet? Iuxta illud. Beati, *Pſalmo 83*
qui habitant in domo tua Domine, in ſæcula ſæculorum laudabunt te. An ſenſum eſt, de loco ſuo, ideſt extra locum ſuum: vt bene poteſt interpretari verbum illud ממקומו mimchomo? Præcipuus enim locus eius eſt cœ- *Ibid. 10*
lum, poſtea templum. Sicut ſcriptum eſt. Dominus in templo ſancto ſuo: Dominus in cœlo ſedes eius. In quibus locis non ſolum vult laudari: ſed in omnibus. Cùm terra & omnia plena ſint gloria ipſius: quæ benedicenda eſt. *Iſaiæ 6*

46 Quæ ſunt aquæ, quæ ab Iſaia mare cooperire dicuntur? An fuerunt *Ibidem 11*
aliquando ſuper mare aquæ, quas non videmus? An per aquas mare operientes, aer intelligitur? Sed nónne inepta eſt hęc expoſitio? An igitur, cum Deus poſuerit globum cœlorũ inter aquas ſuperiores & inferiores: quas collectas appellauit maria: hæ coopertæ ſunt, atque vim habent ab aquis ſuperioribus? Quod accepit Vates in exemplum ſapientiæ Chriſti ad nos *Geneſis 1*
aduenientis. De quo multa ibidem prædixerat. Quæ quidem ſapientia, tanquam pelagus immenſum, cooperuit & obſcurauit omnem mundanam ſapientiam. Et hoc ſonant verba textus, dicentis. Repleta eſt terra ſa- *Iſaiæ 11*
pientia Domini, ſicut aquæ, ſupramundanæ videlicet, operiunt mare. In ipſo enim fuerunt & ſunt omnes theſauri ſapientiæ: in qua mundus & fa- *Coloſſ. 2*
ctus eſt, & regitur.

47 Cur mundi ſuperiora contignata ſunt aquis: vt Propheta canit? An *Pſalmo 103*
id intelligitur de aquis Angelicis? Iuxta illud. Et aquæ, quæ ſupra cœlos *Ibidem 148*
ſunt, laudent nomen Domini. An de aqua intelligitur, quæ ſapientia Dei eſt (vt in Eccleſiaſtico dicitur) & eſt verbum illud, per quod facta ſunt om- *Eccleſiaſt. 15*
nia? De quo alibi canit idem Vates. Verbo Domini cœli firmati ſunt. Qui *Ioannis 1*
cœli ſunt ſuperiora mundi: & compoſiti dicuntur ex aqua præcipuè, vt *Pſalmo 32*
ſonat vocabulum hebraicum שמים Samaim מים Maim enim aquas ſignificat: addito autem ש ſin, quod eſt medium dictionis, quæ ignem ſignificat, fit ſamaim. Vnde concludunt Doctores Hebræi: quòd in cœlis adeſt quædam vis ignea, aquis annexa. An de aquis eſt ſermo, à quibus (vt *Doc. Heb.*
alibi dictum eſt) omnia producuntur?

48 Quod eſt mare magnum & ſpatioſum littoribus: vt Pſalmographus *Pſalmo 103*
canit? An eſt pelagus iſtud mediterraneum, per quod tranſeunt naues, & in quo reptilia & animalia innumera? Ipſius enim littora ſunt ſpatioſa & immenſurabilia. An (vt reor verius) de mari ſupramundano eſt ſermo: vt declaratur in libro, qui porta lucis inſcribitur? Nam inde omnia emanant:

Porta lucis. *Geneſ.1* vt nuper dictum eſt. Iuxta quod Moſes de fabrica mundi agens inducit Deum dicentem. Producant aquæ ſerpitutam animæ viuentis. Littora autem huius ſupramundani maris ſunt immenſa. Quamuis cõmunis traductio inſulſè habeat manibus. ד Iad enim nedum manum ſed littus ſignificat. Sicut hoc in loco accipi neceſſe cenſeo. Et ibi ſunt reptilia: quia inde omnia repetant. Illic Leuiatan: de quo ſtatim dicemus. Illic naues, inde nobis neceſſaria portantes.

Pſalmo 103 *1. Pet 5* *Pro.8* *Acto.17* 49 Quid eſt Leuiatan à Domino formatus ad illudendos exiſtentes in mari: ſicut Propheta canit? An eſt draco aliquis: vt habet communis traductio? Sed, cùm ille decipiat nos, & tanquàm Leo in nos rugiat, quomodo factus eſt ad arridẽdum nobis congratulando & fauendo? Nam idem vocabulum eſt hic, quod in libro Prouerbiorum: Vbi dicitur. Ludens in orbe terrarum. An igitur Leuiatan eſt fons vitæ, in quo (iuxta dictum Arati ab Apoſtolo cõmendatum) viuimus, mouemur, & ſumus? Sicut (quando, Deo fauente, veniemus ad Iob) latius declarabitur. Leuiatan enim donum copulatum interpretari debet. Nam per fontem iſtum vitæ, de quo gratia Dei principamus, ipſi Deo coniungimur, & vniti ſumus. Hinc non ab re omnia in eo, à quo ſunt, à Parmenide vnum dicuntur.

Parmenid. *Iob.26* *Iſa.27* 50 Cur iſte Leuiatan à Iob & Iſaia dicitur ſerpens tortuoſus, aut ſerpẽs vectis? Nónne, quia interſecat Zodiacum & totam ſphæram? Et hic eſt ſerpens aut draco, in cuius capite dicunt Aſtrologi lunam eſſe fauſtam, in cauda verò infauſtam. Non enim eſt mera interſectio (vt aliqui dicunt) quia luna non eſſet fœlicior in capite, quàm in cauda. Eſt autem *Iob 26* virtus quædam, quam Iob inter mirabilia Dei connumerat, dicens. Spiritus Domini ornauit cœlos: & obſtetricante manu eius eductus eſt ſerpens vectis. Pro quo communis æditio habet. Serpens tortuoſus. Quem *Abra aben Hazra.* ſerpentem Abraham aben Hazra Aſtronomus inſignis opinatur eſſe viam lacteam, Zodiacum & totam ſphæram interſecantem. Cui conſentit Rabi Leui ben Gerſon. Qui ambo ſunt magis Aſtrologi, quàm Theolo. Sed ſapientiores, Leuiatan ſimul cum Behemot in ſecundo cœlo, vbi eſt fons *Iſa.27* vitæ, collocant: vt in arbore Theologorum antiquorum patet. Sed cur dicit Iſaias, quòd Dominus occidet gladio forti & magno Leuiatan ſerpentem vecteum, & Leuiatan ſerpentem tortuoſum, & cetum, qui eſt in mari? An loquitur Iſaias de conuiuio iuſtis præparando: in quo occidetur (vt ſecretiores Theologi dicunt) bos, auis, & piſcis? De quibus alibi. Hæc autem dicta ſint, vt exprimatur aliqualiter fons vitæ: vnde dator formarum vitam in omnes infundit.

Pſalmo 103 *Geneſ.1* 51 Quomodò & cur Deus ambulat ſuper alas ſpiritus? Pro quo communis æditio habet, ſuper pennas ventorum. Nónne ſcriptum eſt in principio fabricæ. Spiritus Domini volitabat ſuper faciẽ aquarum? Nam ipſe Deus, aut virtus Dei eſt ſuper alas, ideſt virtutem ferentem ipſum ſpiritum ad confouendas aquas: à quibus calore ipſius ſpiritus confotis omnia) vt ſæpe dictum eſt) producuntur. Virtus enim patris, præcipui Opificis in fabrica, aſtat ſuper aquas, ideſt filiũ & Spiritum ſanctum cooperans ipſis.

Iuxta illud à Theologis celebratum. Opera Trinitatis ſunt indiuiſa.

52 Quomodò terra impleta eſt poſſeſſione Dei: vt Dauid canit? An, quia ſpiritus vitæ, & ſpiritus Dei eſt in rotis (vt Ezechiel inquit) & replet orbem terrarum: vt Sapiens perhibet? Hinc ipſemet Deus in Ieremia dicit Cœlum & terram ego impleo. Nam cœlum eſt ſedes eius, terra autem ſcabellum pedum eius. Vt ipſemet alibi teſtatur. Implet autem viuificando, ſuſtentando, & tribuendo, vnde operentur. Sicut docet Apoſtolus, dicens. Deus eſt, qui operatur omnia in omnibus. Vnde ſemper reperitur in omnibus: ſicut vnitas in numeris. *Pſal. 103* *Ezech. 1* *Sapien. 1* *Ierem. 23* *Iſa. 66* *1. Cor. 12*

53 Qui ſunt cœli cœlorum: de quibus Propheta? Nónne ſunt hi, quorum ſydera videntur? Sed quorum cœlorum ipſi ſunt cœli? Nónne ſunt in Archetypo cœli, quibus hi corporei & viſibiles reſpondent: & à quibus omnia influxum ſuſcipiunt? Ibi enim eſt ſol & luna, cæteríque Planetæ ſupramundani, tanquam primarij fontes, à quibus omnia procedunt: vt ſecretiores Theologi norunt. De quibus cœlis loquitur Chriſtus, dum ait. Pater noſter, qui es in cœlis: illis videlicet ſupramundanis, præſidens omnibus, & à nullo ipſorum dependens. Hinc ad ipſum dirigit nos cœleſtis Doctor, tanquam ad fontem & tribunal primum & illimitatum. *Pſal. 148* *Sec. Theolo.* *Mat. 6*

54 Quomodò Deus appendit molem terræ tribus digitis: vt Iſaias ait? An hæc metaphoricè dicta ſunt? Sicut dici ſolet de eo, qui facilè mouet: quod videlicet mouet digito vel digitis. An (vt ad verbum traducamus) וכל בשלש עפר הארץ vechol baſalis aphar haarez, ideſt. Et omnia in ſalis etiã puluerem terræ. Salis enim eſt menſura quædam magna rerum non liquidarum. Vt ſit ſenſum conueniens præcedentibus & ſubſequentibus. Præmittit nanque. Quis menſus eſt pugillo aquas, & cœlum palmo ponderauit? Et poſt menſuram terræ ſubinfert. Et librauit in pondere montes, & colles in ſtatera. Ex quibus omnibus vnica elicitur concluſio, quòd Deus in fabrica mundi omnia diſpoſuit in numero, pondere & menſura: vt omnia concinna redderet. Sicut Sapiens teſtatur. *Iſa. 40* *Sapien. 11*

55 Quomodò cœlos palmo Deus ponderauit? Nónne (præter ea, quæ nuper dicta ſunt) Deus gaudet omnibus membris, fœliciori ſorte, quàm nos, qui eius imaginem gerimus? Ipſi enim attribuuntur oculi, aures, os, manus, & pedes: Vt Dionyſius longo ſermone diſſerit. Inter cætera verò membra attribuitur palmus, qui totius manus & operationis eſt robur. Senſum igitur eſt, ꝙ cœlum & omnia Deus metitur ſua virtute denotata per palmum: qui hebraicè זרת Zeret dicitur. Quod reddit in numero ſexcẽtaſeptem. Qui numerus nulla ſectione proportionata eſt diuiſibilis, niſi vnitate. Ex quo innuitur virtus illa diuina: quæ nullam partitionem admittit, niſi per vnitatem. Sicut occurrere ſolet in diuinitate: vbi diſtinctum & membra diſtinguentia nunquã ab vnitate diſcedunt. Ibíque ſemper omnia vnum ſunt. Vt non modò theologi noſtri, ſed Sapientes Hebræi conueniunt. Et potiſſimè Zohar: qui plæríſque in locis id repetit. *Iſaia 40* *Dion. de diuinis nomi.* *Hebr. Sap.* *Zohar.*

56 Quis eſt thronus Dei, quem Iſaias vidit excelſum & eleuatũ? Nónne

eſt cœlum?Sicut ipſe Deus teſtatur,dicens.Cœlum ſedes mea eſt:terra au-
Iſa.6 tem ſcabellum pedum meorum. Et hic eſt locus omnium beatorum. Sed
Ibid.66 quomodo ille thronus eleuatur: cùm nullum ſit ſupra cœlum ſpatium,
quo poſſit eleuari?Eleuatur quippè locus ille nō ſpatio corporeo,ſed gradibus. A quo throno ſicut omnes animæ deſcendunt(vt ſecretiores theólogi docent)Sic purificatæ illuc redeunt.Iuxta illud, quod ſedens in ipſo
Apoc.3 throno perhibet, dicens. Qui vicerit,faciam eum ſedere in throno meo: ſicut & ego vici,& ſedeo in throno patris mei.Omnia enim vnde exeunt, ſuapte natura non impedita redeunt:vt alibi tactum eſt.

Pro.8 57 Quas delitias habet Deus cū filiis hominum:vt Sapiens ait? An, quia vnuſquiſque oblectatur opere ſuo, & tum maximè, cum quis videt opus ſibi ſimile? Opus enim Dei ſumus eiúſque imaginem gerimus. Hinc & ſi delectatur omnibus ſuis creaturis, potiſſimas tamen delitias habet cum filijs hominum. An, quia filius eſt aliquid patris, à quo ſuſcepit vitam? Nam nos continuè haurimus vitam à Deo. An, quia animas noſtras ſuſcipimus (vt nuper tactum eſt) à ſede ipſius Dei: vbi ſemper radicem habent? In ipſo enim viuimus, mouemur, & ſumus. Iuxta Arati
Acto.17 ſententiam à Paulo celebratam. Sed nónne Auguſtinus ait, quòd Deus
Auguſt. animam creando infundit, & infundendo creat? Nónne, ſi habuerimus Paulum nobiſcum, facilè defendemur ab Auguſtino: vt latius alibi diſſeruimus?

Pſal.103 *3.Reg.5* *Mat.15* 58 Quæ ſunt cedri Libani à Deo plantatæ:vt Propheta canit?An de arboribus illis eſt ſermo,quas Salomon habuit à Rege Tyri pro ædificatione templi? An (vt altius conſcendamus) loquitur Vates de arboribus illis, de quibus ſummus Doctor ait. Omnis plantatio, quam non plantauerit pater meus cœleſtis, eradicabitur? Plantatæ autem ſunt huiuſmodi arbores non in Libano Aſſyriæ, ſed in terra viuentium: quæ alio modo
Pſal.138 dicitur Paradiſus voluptatis, alio modo liber vitæ. De quo Pſalmogra-
Ibid.68 phus. Et in libro tuo omnes ſcribentur. Si verò non egerint opera conuenientia terræ viuentium,ſequetur, quod ſcriptum eſt. Deleantur de libro viuentium.Nam in Apocalypſi de bene operante dicitur.Et non dole-
Apoc.3 bo nomen eius de libro vitæ. Et in Ieremia de arboribus malis dicitur.
Iere 45 *Ibid.2* Quos plantaui,ego euello.

Iſa.5 59 Quid eſt vinea,quam Deus plantauit:vt ipſemet in Ieremia fatetur? Nónne ſicut homines particulares dicuntur arbores: Sic collegium, vel Eccleſia dicitur vinea:vt clarè loquitur Iſaias, dicens. Vinea Domini Ze-
Gen 2 baot Domus Iſrael eſt? Quæ vinea idem eſt,quod hortus delitiarum. De
Mat.20 quo ſcriptum eſt. Poſuit Deus hominem in Paradiſo delitiarum:vt operaretur,& cuſtodiret illum.Et de vinea ait cœleſtis Agricola.Ite & vos in vineam meam, ad colendam eam videlicet: & quod iuſtum fuerit, dabo vobis. Sed quomodo quis poteſt eſſe arbor vel vitis & agricola? Nónne
Ariſtoxe. ſicut anima eſt numerus ſeipſum mouens,(vt Ariſtóxenus ait)Sic eſt arbor ſeipſam colens,mediante ſuperno influxu?

Ioan.15 60 Si totum collegium bonorum eſt vinea,cur dixit Chriſtus,Ego ſum

vitis,

vitis,& vos palmites? Nónne magna diſceptatio eſt inter Parmenidem & Ariſtotelem,cùm alter dicat omnia eſſe vnum, alter autem vnumquodq; habere ſuum eſſe? Vterque tamen verum dixit:nam omnia ſunt vnum in radice ſuſtentante,multa verò ad inuicem comparata. Radix autem omnium eſt ille de quo inquit Apoſtolus:In ipſo ſunt cōdita vniuerſa in cœlis & in terris,viſibilia & inuiſibilia. Et alibi: Chriſtus caput eſt Eccleſiæ. Nec mirum ſi eadem vitis multiplicetur, cùm in dies hoc fiat ab agricolis per propagationem. Hinc aliquando dicimur palmites ſiue ramuſculi illius vitis, quæ Chriſtus eſt, & aliquando ſumus ſurculi, non quidem abſciſſi,quia non viueremus,ſed propagati. *Coloſſ. 1.* *Epheſ. 5.*

61 Vbi plantata fuit hæc vinea? Nónne in terra viuentium, & in horto delitiarum,ſicut de cedris nuper dictum eſt? Sed cur Propheta canit: Vineam ex Ægypto tranſtuliſti?Ibi enim prius videbatur plantata, & rurſus exinde plantata dicitur in terra Zebi. Vnde ſequitur Vates:Eieciſti gentes, ſcilicet Chananæos,& cæteras illas nationes,& plātaſti eam. Nónne paulò poſt ſubinfert Propheta: Perfice eam quam plantauit dextra tua ſuper filium hominis, quem confirmaſti tibi, id eſt Chriſtum, vt omnes exponunt?In ipſo namque Dei verbo omnia primò fundata & plantata fuêre, iuxta illud Iohannis: Quod factum eſt,in ipſo vita erat.Et illic omnia radicem habent,animæ potiſſimè:quæ tamen infuſæ ſunt in corpora.In cuius rei figuram,familia Dei primò plātata fuit in Ægyptum, poſtea in terra figuratiua,ſic animæ per baptiſmum iterum plantātur in Eccleſia militante,vt ibi fructificantes, tandem redeant ad terram viuentium, vbi primam radicem tenent. *Pſalmo 79* *Ioannis 1.*

62 Quam fœcunditatem exquirit Deus ab hac vinea?Nónne fœcunditatem bonorum operum?Sed(cùm omnia ſint à Deo, iuxta illud: Sine me nihil poteſtis facere)quos fructus à nobis exquirit? Cur etiam dicit:Voca operarios,& redde illis mercedem ſuam?Merces quippe eſt præmium laboris.Quid ad hæc reſpondebunt ij qui negant liberum arbitrium,& dicunt opera noſtra eſſe penitus nulla? Et ſi merces & præmium opus excedit,nihilominus non datur præmium ſiue merces, niſi ex aliquo bono opere perpetrato. Quamuis non efficiatur opus illud abſque ſuperno fauore. *Ibidem.15.* *Matth.20*

63 Quæ remuneratio promiſſa eſt agricolis,aut cultoribus vineæ?Nónne cultoribus antiquis promiſſa fuit terra illa Zebi,id eſt ſpecioſa cum fauore regni & abundantia omnium ad vitam humanam pertinētium? nobis autem promiſſa fuit vita æterna per denarium (vt aliàs dictum eſt) ſignificata.Sed nónne Moſes & alij Patriarchæ atque Prophetæ cognouerunt vitam æternam quam expectamus? Vtique. Nam eam vocabant ſeculum venturum. Cur igitur de ipſa Moſes mentionem nullam facit? Id quippe magno ſacramento factum eſt,cùm illa beatitudo per legem non detur.Quo ſenſu Paulus inquit: Ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro,ſed per fidem in Chriſto videlicet, à quo habemus Euangelium, iuſtificationem & ſalutem. Hinc ipſe Chriſtus cultoribus ſuis promittit *Ibi.20 & 19* *Roman 3.*

vitam æternam, dicens: Vt fructum afferatis, & fructus veſter maneat in
Ioannis 15. vita æternâ videlicet.

64 Cur Eccleſia dicitur vinea? An quia vndique flexibilis, ſicut erat ille,
1. Corin. 9. *Ioannis 15.* qui dixit: Omnibus omnia factus ſum, vt omnes ſaluos facerem? An, quia vitis, quæ eſt Chriſtus, eſt quaſi ſtillicidium quoddã, per quod vinum non ſtillatur in aquam (ſicut fit per artificiale, vt aiunt) ſed aquam in vinum ſu-
Matth. 26. mendum in illo conuiuio æterno, de quo dicitur: Donec illud vinum nouum bibam vobiſcum in domo patris mei? In quod vinum vt transmutaremur, dedit nobis calicem ſanguinis & vini ſui tanquam fermentum, vnde noua conſperſio fermentaretur tam in panem quàm in vinum. Sicut enim ex multis granis tritici fit vnus panis abſque vlla diſtinctione granorum, & ex multis granis vuę fit vinum vnicũ, ſic ex multis electis fiet maſ-
Ioannis 17. ſa vna in Deo: iuxta illud Chriſti: Rogo pater, vt ſicut ego & tu vnum ſumus, ita & iſti vnum ſint in te.

65 Quo cultu colenda eſt hæc Dei vinea? Nónne (vt tranſlationem noſtram ſequamur) primò plantari debet in verbo, & replantari per baptiſmum in Eccleſia? Deinde ſuffodienda eſt terra ligonibus, id eſt corpus noſtrum terreũ macerandum eſt debitis inſtrumentis, ieiuniis videlicet, vigiliis & huiuſmodi: ligandáque eſt vinculis, id eſt legibus: amputanda per confeſſionem & abſciſionem ſuperfluorum peccatorum: purganda à ſpinis diuitiarum: curãdáque ne laſciuiet, & producat lãbruſcas: vindemian-
Pſalmo 4. da temporibus ſuis, iuxta illud: A fructu, vel à tempore vindemiæ & meſſis multiplicati ſunt. Exprimendáque demùm eſt vua in torculari crucis, vt inde fluat vinum bonum in cœleſti conuiuio bibendum.

Ibidem 67 66 Qua pluuia voluntaria irrigat Deus vineã iſtam, vt propheta canit?
Hieronym. An lege, vt videtur ſentire Hieronymus? Sed cur voluntaria dicitur? An, quia eſt in voluntate & arbitrio hominis cuſtodire vel non cuſtodire ip-
Iſaiæ 45. ſam? An hæc pluuia liberalis demittitur à nubibus illis, de quibus dicitur:
Pſalmo 77. 103. 96. Et nubes pluant iuſtum? Quibus nubibus mandat Deus deſuper vt pluãt, de quibus iterum dicitur: Qui ponis nubem aſcenſum tuum. Et alibi: Nubes & caligo in circuitu eius. Pluuia itaque voluntaria eſt gratia Spiritus ſancti, quæ voluntariè & gratis datur nobis ex nubibus illis ſupramundanis, in quibus occultatur Deus ne videatur à nobis.

SECTIO III. DE ORACVLIS AD DEI PROVIDENTIAM, IVSTITIAM, ET MISERICORDIAM PERTINENTIBVS.

67 *Exodi 16. & 19* *2. Par 5.* *Numer. 9.* CVR Deus apparere ſolet in nube? in Exodo enim legimus, quòd cùm Aharon populum alloqueretur, apparuit gloria Domini in nube. Et Moſi dixit Deus: Veniam ad te in caligine nubis. Sic fabricato tẽplo à Salomone impleuit illud nubes, ſicut ante impleuerat tabernaculum. Et in transfi-
Matth. 17. guratione Domini, Ecce (inquit Matthęus) nubes lucida obumbrauit eos.

An igitur hoc facit Deus, ne videatur à nobis gloria maieſtatis eius indignis? An, ne offendantur aſpicientes à ſplendore ipſius? Si enim (vt inquit Apoſtolus) non poterant intendere filij Iſrael in faciem Moſi ob ſplendorem vultus eius, qui erat homo corruptibilis, quātò minus in gloriā ſummi & incorruptibilis Dei? *2. Corin. 3*

68 Cur Propheta canit: Omnia à te expectāt, vt des illis eſcam in tempore? Nónne hinc depræhenditur Deus opifex cum ſua prouidentia, qui tanquam fons primus in omni loco, in omnique ſemine influit quantum ſufficit pro alimento omnium, tam hominum quàm iumētorum? Natura (inquient Naturales) id facit. Sed nónne Auerrois ait, quòd opus naturæ eſt opus intelligentiæ non errantis? Et quæ eſt intelligentia nō errans, niſi Deus? Nónne etiam Ariſtoteles ait, quòd Deus & natura nihil agunt fruſtrà? Si natura poteſt operari ſola, cur additur, immò præponitur Deus? Nónne quia naturalis cauſa, ſecundaria videlicet, nihil agere poteſt, niſi quatenus influit prima, in cuius virtute omnis ſecundaria cauſa operatur: vt author libri de cauſis ritè ſentit? Hinc (vt idem Vates ſubinfert) ipſo auertente faciem, id eſt non cooperante, omnia in nihilum reſoluuntur. *Pſalm. 103* *Auerrois 12. metaphyſi.* *1. de cælo & mundo.* *Proculus in lib. de cau.*

69 Si omnibus Deus dat eſcam, cur dicit Hamos: Non eſt malum in ciuitate, quod nō faciat Dominus? An intelligitur de Principe malè regente, cuius incuria multa mala ciuitatibus & regnis eueniunt? Sed nónne in veritate literæ habetur, quod non faciat Adonai? Quod nomen ſoli Deo competit. An igitur de malo naturæ eſt ſermo, quæ tota venit à Deo? Sed nónne ſcriptum eſt? Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona? Nónne in Iſaia habetur: Ego ſum creans malum, id eſt materiam, quæ mala dicitur carens forma, & eſt principium malorum, quia formam aggrauat & impedit? Iuxta illud: Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Et ſic cuncta quæ fecit Deus ſunt valdè bona, non autem cuncta quæ creauit. An quia concurrit ad ſubſtractum actus, vt dicunt? An de malo pœnæ eſt ſermo, vt videtur innuere textus? Cùm omnis punitio ſit à Deo pro ordinanda culpa, qua ordinata quid melius eſt quàm non ordinata. *Hamos 3.* *Geneſ. 1* *Iſaiæ 45.* *Sapient. 9.*

70 An miſericordia Dei extendatur ſuper omnia opera eius, vt Dauid canit? Quomodo miſericordia Dei extenditur ad damnatos, qui tanto & æterno cruciatu torquentur propter peccatum breui tempore commiſſum? An (vt dicit Auguſtinus) punitio non inuadit opus Dei, ſed peccatū, quod non eſt opus Dei, ſed noſtrum? Tolle (inquit ipſe Auguſtinus) peccatum quod eſt opus tuum, & ſenties miſericordiam Dei ſuper te, qui es opus Dei. Sed (vt verè loquamur) punitio non ſæuit in peccatū, quamuis propter peccatum, ſed in hominē opus Dei, qui ipſum peccatum cōmiſit. An itaq; (vt alij dicunt) eſt miſericordia Dei ſuper punitos, quia conſeruat ipſos in eſſe? Sed nónne ſumma Veritas ait de Iuda damnādo: Melius erat ei ſi natus nō fuiſſet homo ille? An igitur, quia peccatum durat in æternū, ordinatur per pœnā æternā? Sed nónne hæc eſt ſeuera iuſtitia & non miſericordia? An igitur miſericordia extēditur in omnia opera eius, i. iuſtos, *Pſalmo 144* *Auguſt. ibid.* *Matth. 26*

qui ſeruāt eius imaginem, ſuper malos autem nequaquam, quia non ſunt
Ioannis 8. opus Dei, ſtante peccato, ſed Diaboli, iuxta illud: Qui facit peccatū, ſer-
Matth. 25 uus eſt peccati. Hinc huiuſmodi dicitur: Amen dico vobis, neſcio vos. An
miſericordia Dei eſt etiam ſuper malos, expurgans videlicet expurgandos
ſecundum diuinam diſpoſitionem, vt poſtea ſaluentur?

71 Quis eſt liber grādis qui ab Iſaia ſumi iubetur? Nónne ille liber eſt,
Iſaiæ 8. in quo omnia ab æterno ſcripta & præuiſa ſunt, nedum in eſſe vitali (vt
Ioannis 1. Iohannes & Paulus docent) ſed etiam quoad omnia dona, quæ homini-
Coloſſ. 1 *Pſalm. 138* bus dantur, & omnia opera bona vel mala? iuxta illud: Imperfectū meum
viderunt oculis tui, & in libro tuo omnia ſcribentur. Ibi quoque deſcri-
ptæ ſunt omnes regulæ, quibus conformiter viuere debemus, vt Auguſti-
Augu. 4. de nus docet. Quem librum etiam angeli conſulunt, vt idem alibi perhibet.
Trini. & 12 Ibidémque ſunt regulæ, ad quarum metas omnia nedum creata ſunt, ſed
de Ciu. Dei. diſponuntur & gubernantur. Et hæc eſt radix & fundamentū totius pro-
uidentiæ diuinæ.

72 Quo ſtylo exarata ſunt ea quæ ibidem continentur? Nónne dictum
Iſaiæ 8. fuit Iſaiæ, vt ſtatim ſubinfertur: Scribe in eo ſtylo hominis? Sed (cùm lex
Deuter. 9 ſcripta fuerit digito Dei viui, vt in Deuteronomio habetur) quomodo in
Apoc. 21 magno illo libro Dei ſcribitur ſtylo hominis? Nónne & ciuitas illa ſupra-
mundana menſurata dicitur menſura hominis? Et hoc quia diſpoſita fuit
pro hoſpite homine, cui debuit eſſe cōformis & proportionata. Pari mo-
do & omnia quæ continentur in libro diuinæ prouidentiæ, ſpectantia ad
hominem, propter quem omnia facta ſunt, ſcribi debuerunt ſtylo homi-
nis. Nam in quantum referuntur ad Deum prouidentem, ſcripta ſunt di-
gito Dei, & æterna ac immutabilia ſunt, ſicut in eo quòd ſcripta ſunt ſtilo
hominis ſunt mutabilia.

73 Poteſtne aliquid deleri ex iis quæ in libro illo ſcripta ſunt? An vanè
Pſalmo 68 imprecatur Vates, dum ait: Deleantur de libro viuentium? An etiam Mo-
Exodi 32. ſes ab re Deo dixit: Dele me de libro? Vnde reſpondit ei Deus dicens: Qui
peccauerit mihi, delebo eū. Si igitur delentur ea quę ibi ſcripta ſunt, quo-
modo eſt infallibilis diuina prouidentia? quamuis hic poſſemus exclama-
Roman. 11 re cum Paulo. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm in-
compræhenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius: tamen col-
luſtrante diuino lumine per ſcripturam ſuam, dicemus (vt nuper tactum
eſt) quòd ſcripta digito Dei non delentur, ſed ſcripta ſtylo hominis: quan-
do videlicet opera noſtra non correſpondent vocationi & ſcripturæ diui-
1 Timot. 2. næ, quæ ſemper ſtat ex parte Dei, qui ſemper vult omnes homines ſaluos
fieri, vt Apoſtolus teſtatur.

Iſaiæ 34 74 Poteſt ne quis legere illum librum vitæ, & quomodo? Nónne Iſaias
ait: Quærite diligenter in libro Domini, & legite? Sed vbi eſt iſte liber vi-
tæ? Nónne arbor vitæ, fons vitæ, panis vitæ, liber vitæ, & ipſe Deus viuus,
principium omnis vitæ idem ſunt? Poſitus autem eſt iſte liber in ſecundo
Secr theol. *2. Corin. 12* cœlo, vt ſecretiores Theologi docent. Et ideò ipſum potuit legiſſe Paulus
cùm deuenerit ad tertium cœlum, vbera videlicet diuina, de quibus aliàs

cùm deuenerit vſque ad tertium cœlum, vbera videlicet diuina, de quibus *Philip. 4.*
aliàs dictum eſt. Hinc ex iis quæ ibi legit, illud deprompſit. Salutate Clemẽtem cum cæteris adiutoribus meis, quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ. Legerunt & ipſum Prophetæ omnes, cùm ipſi peruenerint vſq; ad vbera illa, quæ iam tertiũ cœlum diximus. Ad quæ vbera peruenit homo ſibimetipſi mortuus.

75 Qui libri aperientur (vt Iohannes perhibet) in aduentu ſummi iudicis? Nónne libri particulares, vniuſcuiuſque geſta continentes, vt ipſe declarat, ſubinferens: Et iudicati ſunt mortui ex iis, quæ ſcripta erãt in libris ſecundum opera ipſorũ? In fronte enim vniuſcuiuſque deſcripta erunt mala vel bona opera ſua. Nam ſicut ſignati ſunt ſerui Dei in frontibus: ita ſignata ſunt mala opera. Hinc de malè operãte inquit Ieremias: Frons meretricis facta eſt tibi. Nam ſicut opera meretricis ſunt omnibus patentia, ita iudicij tempore erunt patentia opera vniuſcuiuſque. Et ne quis crederet hos libros idem eſſe cum illo, de quo ibi fit mẽtio, ſtatim ſubinfertur: Et alius liber apertus eſt, qui eſt vitæ. *Apocal. 20.* *Ibidem 7.* *Ieremiæ 3.*

76 Quod teſtamentum (vt Propheta canit) diſpoſuit Deus electis ſuis? Nónne duo teſtamenta, vt omnibus notum eſt? Quorum prius cùm figuratiuũ eſſet, hæredibus ſuis figuratiuam terram dabat in hæreditatem, & confirmatum fuit figuratiua animalium morte, & hoc diſpoſitum fuit in Sina: nam (vt Paulus innuit) diſpoſitum ibi fuit teſtamentum pro homine animali in ſeruitutem ſpiritus redigendo. Alterum verò teſtamentũ figuratum & verum tradit hæredibus ſupernum & verum regnũ, confirmatúmq; fuit vera morte teſtatoris, vt Paulus longo ſermone diſſerit. Et hoc ordinatum fuit in Ieruſalem, non tantùm videlicet illa inferiori & figuratiua, ſed in illa quæ ſurſum eſt (inquit Apoſtolus) quæ eſt mater noſtra. *Pſalmo 88.* *Galat. 4.* *Hebræ. 9.* *Galat. 4.*

77 Quando & quomodo Deus (vt Dauid canit) loquutus eſt ſemel, & duo fuerunt audita? Nónne tradens figuratiuũ teſtamentum locutus fuit, omni populo audiente, vt in Exodo legitur? Et hoc ſemel tantùm: nuſquã enim legitur aliàs Deum fuiſſe locutũ populo. Nam ex illo ſermone tantus terror inuaſit populũ, vt omnes Moſi dixerint: Loquere nobis tu, nec vltra loquatur Deus, ne fortè moriamur: duo autem audita fuerunt. Alterum enim fuit poteſtas iudicandi: alterũ verò pietas & miſericordia. Quæ duo innuunt teſtamenta, legale videlicet & ſeueritatis, & teſtamentũ gratiæ & miſericordiæ. Ex quibus duobus reddetur vnicuique ſecundũ opera ſua, vt Propheta ſubinfert. *Pſalmo 61.* *Exodi 20.*

78 Cur iudicia Dei dicuntur abyſſus multa? Nónne inter alia profunda Dei iudicia, hoc eſt, quali videlicet ſorte patribus ſub lege degẽtibus promiſſum fuit regnum terreuũ, citiſſima repentináq; morte ſaltem amittendum: Euangelicis autem viris promittitur & datur regnum ſupernum & æternum? Quàm diſferens diſtributio prima fronte, æqua tamen rei veritate: cùm vtriſq; paratum ſit regnum æternum, quod non promittitur in lege, cùm per legem non detur, vt paulò ante dictum eſt. Saluantur enim non tantùm ij qui ſunt ſub teſtamento ſpirituali, ſed etiam ij qui ſunt ſub *Pſalmo 35.*

teſtamento animali. Hinc magno ſacramento ſubinfert Vates: Homines & iumenta ſaluabis Domine,i.homines ſpirituales & animales,dummodò vertantur in ſpirituales,vel legales & Euangelicos.

Ibidem 103. 79 Quos montes tangit Deus & fumigát,vt Pſalmographus canit? An id eſt (ſi corticem literæ ſequamur) quando Deus virtute ſua tangit mon- *Cantic.2.* tes,& fumigant in nubes? An(vt ad myſteria cõſcendamus) montes etiam in archetypo reperiũtur,duo præcipuè de quibus in Cãticis dicitur,quòd ſunt montes Batar, id eſt diuiſionis? pro quo mendoſa traductio habet Betel.Diuiſionis quippe vocantur ab effectibus, nam Deus in ſua ſimpli- *Threnor. 3* citate,& in abyſſo ſuæ vnitatis ſtans, non operatur in nobis neq; bonum neque malum (iuxta illud Ieremiæ? Ex ore altiſſimi non egredietur nec bonum nec malum) ſed agens nobiſcum ſtatim diuiditur,in dextram videlicet partem benefaciens,& in ſiniſtram puniens. Et iſti ſunt duo montes ſupremi,i.duo tribunalia,quæ ad Dei tactũ,i.iuſſum,fumigant,& ſtillant in nos,aut bonum aut malum iuxta opera noſtra.

Pſalm.35. 80 Cur dictum eſt:Iuſtitia tua ſicut montes Dei? Nónne hîc Propheta *Iſaiæ 2.* vocat iuſtitiam Dei montem,quia ſicut mons eleuatur,& planitiei ſupereminet,ſic quoque iudicans eleuatur, & præeminet aliis? Hinc Iſaias de Chriſto iudice loquẽs ait:Et erit in nouiſſimis diebus,ſcilicet iudicij tempore,præparatus mõs Domini,id eſt Chriſtus iudex,ſuper verticem montium,id eſt Apoſtolorum,quibus promiſſum fuit iudicium ſuper duode- *Matth.19* cim tribus) & eleuabitur ſuper omnes colles, aſtantium videlicet ad iudicium: & fluent ad eum omnes gentes, quæ videlicet conuocabuntur ab omni plaga mundi. Et iterum: In monte diuiſionum ſtabit Dominus,vt *Iſaia 28.* vt faciat opus ſuum, ſcilicet iudicium, cùm omne iudicium dederit ei *Ioannis 5.* Pater.

Iſaiæ 28. 81 Quid eſt illud Iſaiæ: Alienum eſt ab eo opus eius, tamen iraſcetur,vt *Deuter. 32* faciat opus ſuum in Gabahon? An fortè,quia Deus vindicat, vindicta ad ipſum non pertinente?Sed nónne ipſe ait:Mea eſt vltio & ego retribuam? Ad ipſum enim Deum ſpectat iudicare omnes, & ad eum cui omne iudicium commiſit.Sed quomodo eſt alienum ab eo? An quia proprium eius eſt miſereri ſemper & parcere? An,quia inuitus iudicat quenquam?vellet enim parcere.Hinc differt vindictam quoad poteſt, lento gradu ad ipſam procedẽs: tamen coactus iraſcitur,vt faciat opus ſuum in Gabahon,id eſt elatum & ſuperbum,& in eum qui renuit corrigere ſe,& ſupplex veniam petere.

Pſalmo 81. 82 Cur & quomodo Deus ſtat in ſynagoga deorũ in medio eorũ diiu- *1.Corin.6* dicans? An in cœtu angelorum? Sed ipſi non iudicant, imò iudicabuntur, dicente Paulo:Neſcitis quòd etiam angelos iudicabimus? An in medio iu- *Exodi 22* dicum, qui vocantur Dij, vt clarè habetur in Exodo? In medio autem iudicum ſemper Deus ſtat,vel approbans iudicium, ſi rectũ eſt (iuxta illud: Quæcunque ſolueritis ſuper terram,erunt ſoluta & in cœlo) vel iudicans *Matth.18* iudicantes,quando malè & iniquè iudicant.

Pſalmo 47 83 Cur & quomodo ciuitas Dei magni dicitur poſita ad latera Aqui-

lonis? Nónne pleriſque in locis diximus Deum habere duo tribunalia, alterum videlicet clementiæ & gratiæ in Meridie: alterum verò ſeueritatis & iuſtitiæ in Aquilone, vtrumque tamen in ſua ciuitate ſuperna? Vnde in vno furit & exæſtuat, in altero verò accumbit & ſuauiter ambulat. Quod tribunal Aquilonare timens Dauid, deprecatur Dominum dicens: Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Et iterũ: Vſquequo auertis in finẽ, exardeſcet ſicut ignis ira tua? De altero autem dicitur in Canticis: Vbi paſcas, vbi cubes in Meridie. Hinc volens Deus piè mederi peccato Adæ ambulabat leuiter ad Meridiẽ, vt in Geneſi legimus, & ſuprà quoque declarauimus. *Ibid. 6. 37. & 38.* *Cantic. 1* *Geneſ. 3*

84 Quid eſt illud Ieremiæ: Ab Aquilone pandetur omne malũ? An de Chaldæis eſt ſermo, vt aliqui iuxta literã interpretantur? Sed nónne quod dictum eſt à Prophetis de Ieruſalem terrena, hoc de tota familia & mundana domo intelligitur? An igitur de nonnullis Aquilonaribus eſt ſermo, qui magnam mundi partem hæreſi compleuerũt? An de Aquilone ſupramũdano (vt reor) intelligitur? nam inde venit lex ignea, vnde tranſgreſsio & peccatum. Inde turpitudo proiecta fuit in Heuam ab illo, qui dixit: Ponam ſedem meam ad Aquilonem. Inde quoque, id eſt à tribunali iuſtitiæ, quod (vt diximus) ſitum eſt ad Aquilonem, venit ſententia puniens. Hinc dicet ſummus iudex iis qui à ſiniſtris eius erunt (quod idem eſt cum Aquilone, vt Sapientibus notum eſt,) Ite maledicti in ignem æternum. *Ierem. 1.* *Roman. 5.* *Iſaiæ 14.* *Matth. 25*

85 Quomodo & quando percutiet Deus terram anathemate, vt Malachias ait? An (vt aliqui dicũt) in die iudicij percutiet Deus terram anathemate & excommunicatione, quia nullus vltra habitabit in ea? An quia animal terreum anathematizabit, vt amplius terram non ſapiat, ſed cœleſtia & ſpiritualia, conuerſum in naturam ſpiritualem: iuxta illud Apoſtoli: Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. *Malach. 4* *Coloſſ. 3*

86 Cur veritas Dei dicitur extenſa vſque ad nubes? An fortè ad has nubes, quæ nobis pluuiam præſtant? ſicut aliqui inſulſè exponunt. Sed cur non extenditur vſque ad terram, vbi habitant filij hominũ? An igitur extenditur vſque ad nubes, quæ in circuitu eius ſunt, de quibus ſuprà diximus? His enim nubibus adeò tegitur, vt non videatur veritas, clementia, & iudicium eius quale ſit. Quod Moſes pro ſingulari dono videre flagitauit, vt cognoſceret gloriam Dei in omnibus rebus relucentem. Quam gloriam videremus vtique, ſi veritas eius vſque ad nos extenderetur. Sed quia occultãtur iudicia eius in ipſis nubibus & caligine, ipſam videre non poſſumus. *Pſalm. 35* *Exodi 33.*

87 Quomodo Deus miſericors viſitat peccata patrum in filios, ac nepotes vſque ad tertiam & quartam progeniem, vt in Exodo dicitur? Nónne Deus in Ezechiele dixit: Filius nõ portabit iniquitatẽ patris? nam nimis ſeuerus eſſet iudex, ſi filios puniret pro peccatis parentũ. Si qui igitur filij puniri vidẽtur propter peccata parentũ, nõ ſimpliciter puniũtur propter *Ibidem 34.* *Ezech. 18.*

peccata parentum,ſed propter delictum proprium,quia videlicet oderűt
Exodi 20 Deum,qui ſummè diligendus eſt: vt clarè teſtatur Deus,dicens: Ego ſum Dominus Deus tuus zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorum,qui oderunt me. Quamuis etiam recenſeantur peccata parentum, qui malè generando, & non rectè inſtituendo adminiſtrarűt malitiæ occaſionem:ſi verò bene agerent filij, non
Ezech.18 portarent(vt per Ezechielem loquitur Deus)peccata parentum.

Geneſ.9. 88 Tulítne re vera aliquis filius peccata parentum? Nónne maledictus fuit Chanahan propter peccatum Cham,qui patrem irriſit?Nónne etiam
3.Reg 21. & 15. propter peccatum Achab Deus per Eliam comminatur deſtruere poſteritatem eius vſque ad mingentem ad parietem? Pari quoque modo punitur progenies Ieroboham. Et nos omnes propter peccatum parentum naſci-
Epheſ.2 mur filij iræ, & priuati iuſtitia originali. An patiuntur filij in bonis hæreditariis tantummodò, quæ ratione parentum ſibi deberētur: ſicut fieri ſolet in Republ.quando bona rebellantiű applicantur fiſco. Hinc & ſi priuati ſumus iuſtitia illa, quam hæreditario iure expectabamus:ſaluari tamen poſſumus,modò velimus. An(vt dictum eſt) quia filij ſequűtur peccata parentum,ideò puniuntur?

Ierem.25 89 Quomodo Deus clemens & miſericors tam acriter comminatur & punit,vt in Ieremia,aliiſque pleriſq; ſcripturæ in locis habetur? An(vt aliqui dicunt)tam ſeuerus fuit in lege antiqua,non autem in teſtamēto gra-
Matth.12. & 25 tiæ? Sed nónne author huius teſtamenti Chriſtus Ieſus proteſtatur ſuos reddituros rationem de omni verbo otioſo? Et nolentes exhibere opera charitatis nónne deſtinat ad ignem æternű? An id eſt proprium pij & clementis,qui prouocatus,ſeuerior aliis eſſe conſueuit? ſicut auarus cupiditate laudis eſt munificentior aliis,ideò ſolet laudari auari conuiuium. An, quia ſic exigunt peccata ingratorum? Hinc Hebræi quia maiora & potiora dona ac beneficia ſuſceperunt, ſeuerius aliis puniti ſunt ac puniuntur.

90 De quibus dicit Ieremias: Facti ſunt hoſtes eius in capite,& inimici
Threnor.1 eius locupletati ſunt? Nónne de Ieruſalem & omnibus ibi tunc moranti-
1.Reg.15 bus,qui ob multa eorum facinora dati ſunt in prædam, ſicut Hamalechitæ,de quibus dictum eſt:Vade & percute Hamalech,& demolire vniuerſa eius?Tam acriter enim puniēdi erant ob eorum ſcelera & ingratitudinem,vt executores diuinæ iuſtitiæ Deus maximo fauore proſequeretur,exaltaret,& locupletaret.Hinc Titus qui Ieruſalem obſedit,ſubuertit,& in Iudæos ſeueriſſimus fuit,cùm ei diceretur ab amicis: Cur tu clementiſſimus adeò ſeuerus es in iſtos?reſpondiſſe fertur: Adeò iſti prouocauerunt Deum ſuis ſceleribus,vt faueat punientibus eos,& inimicaretur parcentibus ipſis. Nec diſcrepat hoc à pietate,quæ ſemper veritati & iuſtitiæ con-
Pſal. 84. 88. & 39 nexa eſt,vt ſæpius repetitur: vt ibi,Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi.Et iterum:Miſericordia & veritas præcedent faciem tuam. Et rurſum: Miſericordia & veritas tua ſemper ſuſceperunt me.

91 An Deus aliquando puniat igne, punitione quidem ſeueriſſima: Nō quippe videtur aliquibus id conuenire clementiæ Euangelicæ. Hinc cùm

Iacobus & Iohannes vellent imprecari ignē è cœlo contra Samaritas: qui reſpuerant Ieſum & nuncios ab eo miſſos: dixit. Neſcitis cuius ſpiritus eſtis. Filius hominis nō venit animas perdere, ſed ſaluare. Sed nónne Elias bis aduocauit ignem è cœlo contra duos quinquagenarios ad eum ab Ochozia deſtinatos? Nónne etiam igne puniuit Deus Nadab & Abiu: Datan & Abiram: Sodomam & Gomorram? Pari quóque modo Chriſtus comminatur ſe deſtinaturum crudeles in proximos ad ignem æternum. Et Paulus declarat igne eſſe purgandos eos: qui ſuper fundamento Chriſto ædificauerint ligna & ſtipulas. Non igitur (vt quidam garriūt) eſt ignis tantùm in fornace chaldaica. *Luca 9* *4. Reg. 1* *Leuit. 10* *Numero 16* *Geneſis 19* *Mat. 25* *1. Corin. 3*

92 Cur Deus eſt tam ſeuerus: vt dicat per Ieremiam. Si ſteterint coram me Moſes & Samuel, non erit anima mea ad populum hunc? Nónne Moſes ſolus confregit iram Domini concitatam contra populum, qui adorauerat vitulum: & adinuenit gratiā, pro eo? Et Samuel nónne placauit Dominum pro Iſrael? Nónne etiam Deus per Ezechielem promittit, quòd quacunque hora peccator ad ipſum reuerſus fuerit, non recordabitur vltra iniquitatum eius? Vnde hic aduertendum eſt: quòd quotieſcūque homo aliquis, aut populus puniendus eſt, & iudicatus eſt: dummodò ſententia non ſit promulgata extra curiam voce (vt Zohar dicere ſolet) præconia, reuocari poteſt: facta verò promulgatione reuocari nequit. Sed ſequitur, quod ſubinfert Ieremias. Qui ad gladium, ad gladiū: qui ad famem, ad famem, & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem. *Ieremiæ 15* *Exod. 32* *1. Reg. 7* *Ezech. 18* *Zohar*

93 Cur per Hamos inquit Deus. Super tribus ſceleribus ego conuertam, ſuper quarto autem non cōuertam? An verificatur id de Hebræis: qui liberati ſunt à captiuitate Ægyptiaca, Chaldaica & Elam vel Perſidis: ſed non liberabuntur à præſenti captiuitate, quam ſuſtinent: quia vendiderunt iuſtum, id eſt Chriſtum argento: vt videtur innuere litera? Sed quid dicemus de Tyriis, Idumæis, Hammonitis, Philiſtæis, Damaſcenis & reliquis: de quibus ibidem dicitur, quòd ſuper tribus ſceleribus parcet: ſuper quarto verò nequaquam? An igitur Deus ſua clementia releuat hominem (vt dicunt aliqui Sapientes) à peccato commiſſo primo, ſecundò, & tertiò: ſi autem quartò commiſerit: non releuat ipſe? Quamuis, ſi peccator ad ipſum reuertatur, parcat: vt dictum eſt. An per peccata tria, intelligitur peccatum cordis, oris & operis: quod facilè remittitur: per peccatum verò quartum, quod eſt irremiſſibile, intelligitur perſeuerantia? *Hamos 1. & 2*

94 Quid eſt illud in Iſaia, Manda remanda, expecta reexpecta? An eſt hic ſermo Dei? An Propheta? An peccatorum & malorum contemnentium: qui quodammodò ſuggillando dicunt. Præcipe, & iterum præcipe: expecta & iterum expecta, quantum placet: quia in peccato perſeuerare volumus? Et ſic theſaurizant (vt Apoſtolus ait) ſibi iram in die reuelationis iuſti iudicij Dei: vt cadant retrorſum & capiantur. Hinc ſi huiuſmodi non releuantur: non eſt diuinæ clementiæ, ſed obſtinationi eorum imputandum. *Iſaiæ 28* *Rom. 2*

Exo.c.19 & 45 95 Cur Iſaias ait,quòd Dominus relinquit populum ſuum:& iterũ ſaluat? Nónne figulus volens formare vas:ſi habet argillam malè diſpoſitam præ manibus:proiicit, vt benè diſponatur prius: & poſt ex ea formetur vas? Pari modo & ſummus figulus Deus multoties relinquit, & abiicit peccatorem:quouſque lachrymis & contritione diſponatur? Iuxta illud, quod Dicit Deus in Iſaia. Et dixit Sion. Dereliquit me Dominus, & oblitus eſt mei:nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum: vt non miſereatur filio vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit; ego tamen non obliuiſcar tui. Et hoc, ſi dimiſeritis malum: & didiceritis benè agere: vt alibi ait. Si fuerit peccata veſtra vt coccinum: quaſi nix dealbabuntur. Sed ſi me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos.

Iſaie 49

Ibidem 1

Pſalmo 88 96 Cur Propheta canit,quòd miſericordia ædificatur & præparatur in cœlis? Nónne ſicut iudicium primò decernitur in cœlis: antequàm in terrą fiat, ſic & miſericordia primò decernitur in cœlis? Hinc de munerandis dixit ſummus Doctor. Sedere ad dexteram vel ad ſiniſtram meam non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à patre meo. Et iterum. Venite & poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Sed quomodo remittit Deus in cœlis, remiſſione prius facta in terris à Sacerdote: ſicut ſummus. Iudex perhibet? Nónne data fuit ſacerdotibus poteſtas à cœlo per illum, qui à patre conſtitutus eſt ſacerdos iureiurando, ſicut propheta canit? Sacerdotibus tamen commiſſum eſt tantummodo iudicium. Miſericordiam autem diſpenſandam Author ſalutis è cœlo portauit.

Mat. 20 & 25

Ibidem 18

Ioannis 20

Pſalmo 109

97 Cur dicitur proprium Dei miſereri & parcere? An ex magnitudine ſua? Iuxta ſapienter dictum.

Ouid.

Quo quiſque eſt maior, magis eſt placabilis iræ:
Et faciles motus mens generoſa capit.

Plato. An quia bonus eſt, & proprium boni (vt Plato inquit) non eſt deſtruere opus ſuum, ſed perficere? Perficitur autem pœnitentia ex parte deſtructi, & remiſſione ex parte Dei. Quod vidẽs Moſes inter alia arcana ſibi oſtenſa, dum eſſet in petra Horeb, exclamauit, dicens. Deus gratioſus & clemẽs, puniens in quartum, & parcens in millibus. Quantum enim mille excedit quatuor, tantùm bonitas & clementia Dei excedit iuſtitiam. Ideò magis eius proprium dicitur parcere quàm punire.

Exod. 34

Ibidem

98 Quo myſterio Deus punit in quarto, & parcit in millibus? Nónne (vltra ea, quæ nuper dicta ſunt) quaternarius numerus eſt addictus rebus terrenis & inferioribus? Hinc punit in quarto, quia omne peccatum originem habet à corpore quadrifario, à quo præpeditus homo repletur ignorantia, quæ mater dicitur omnium errorum. Vnde Ariſtoteles & Thomas dicunt omne peccatum ab ignorantia procedere. Sed nónne eſt aliquod peccatum ex malitia: & tunc homo vult malum non ſub ratione boni exiſtentis, aut apparẽtis, ſed præfixi, vt Scoto placet? Sed præfigere illud malum eſſe bonũ, nónne hic eſt error & ignorantia? Parcit autem in millibus, numero quippè diuino, ſub ratione finis. Nã millenarius eſt cubus denarij, & finis omniũ numerorum. Vt igitur hominẽ adducat

Ethic. Tho. in 3 parte. Sco. in 2

ad ſe:quē creauit propter ſe:ſuſcipit,parcit, miſeretur, ſanat & beatificat.

94 Angelus peccauítne malitia pura, an errore? Non quippè peccauit errore, deducto à corpore aggrauante:cum illud non haberet.Nec ignorantia præfuit culpæ: cum ſit pœna ipſius culpæ. Error tamen fuit:cum voluerit ponere ſedem ad Aquilonem, & aſſimilari Altiſſimo (quod minimè cōtigit:vt Iſaias typico ſermone perhibet)aut cum voluerit deuorare filium mulieris amictæ Sole. Sicut Iohannes apertè reſerat. Vnde tunc è cœlo expulſus fuit à Michaele:quod non prouiderat. Ignorantia igitur fuit: non craſſa, quæ ex corpore prouenit ſed ex tenebris: quas ex arrogantia incurrerat. Iuxta illud Ieremiæ. Arrogantia tua decepit te: & ſuperbia cordis tui. *Iſaiæ 14* *Apoc.12* *Ierem.49*

100 Quam manū aperiente Deo (vt Propheta canit) omnia implentur bonitate?Nónne(vt omnes Theologi noſtri dicunt) bona veniunt à Deo poſitiuè:mala autē priuatiuè,per ſubtractionem videlicet virtutis ſuę:quę eſt manus eius? Quod benè noſcens Vates,vtrūque exprimit,dicens. Aperiente te manum,ideſt extendente te virtutem tuam:omnia ſunt bona. Auertente autem te faciem, ideſt ſubtrahente te manum (quod idem eſt) amouetur ab eis vita, ſpiritus,& vis. Ideò ſubinfert. Auferes ſpiritum eorum & deficient:& in puluerem ſuum reuertentur:vnde venerunt,dicente ſcriptura.Fecit Deus hominem de puluere terræ. *Pſalmo 103* *Geneſis 2*

101 Quam terram,vt ſuam benedixit Deus,ſicut Pſalmographus canit? Nónne omnis terra Dei eſt? Iuxta illud. Domini eſt terra, & plenitudo eius. An eſt aliqua terræ pars, quam peculiarius elegit Deus?Nam (vt Plato perhibet, & experientia comprobamus) Deus ſemper elegit aliqua loca peculiaria pro templis ædificandis, aut pro particularibus operationibus faciendis. Sed cur elegit particulariter illam terram patribus promiſſam, cui dedit lactis & mellis influentiam? Nónne, quia ibi data fuit prophetia, Euangelium, & doctrina, per quam homo cognoſcit bonum & malum?Sed cur ibi hoc? Nónne, quia eſt ſub templo ſancto Dei perpendiculariter? De quo templo dicitur. Dominus in templo ſancto ſuo, Dominus in cœlo ſedes eius. Hinc iuſſit ibi ædificari templum, non tantùm materiale,ſed illud,de quo Apoſtolus. Templū Dei ſanctū eſt, quod eſtis vos. Quod templum ibi habuit ædificium ſupra Chriſtum, purificationem per baptiſmum,& vnde offerret continuè ſacrificium corporis & ſanguinis agni,qui tulit peccata mundi. *Pſal. 84 & 23* *Pla.in 5. de Rep.* *Pſalmo 10* *1.Cor.3*

102 Quæ iumenta & quomodò ſaluantur,vt in pſalmo dicitur? An ſaluat Deus iumenta(vt aliqui dicunt) præbendo eis neceſſaria? Sed nónne, de alia ſalute loquitur Vates,vt benè intuenti patet? An igitur id intelligitur de malis hominibus,qui comparati ſunt iumentis inſipientibus,vt alibi dicitur?An(vt reor verius)cū homo ſit intellectus & ratio(vt Naturales dicūt)dum anima ſaluatur, ſaluatur homo,dū verò ſaluatur animalis homo,ſaluātur quoque iumēta?Et,hoc,quādo mortificatus animalis homo redactus eſt in ſeruitutē ſpiritus,& ſurrexit in hominem ſpiritualē,vt Paulus docet. Saluatorem (inquit) expectamus Dominum noſtrum Ieſum *Pſalmo 35* *Ibid.48* *Ariſt.3.de anima.* *1.Cor 15* *Phil.3*

Chriſtum : qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum cor-
pori claritatis ſuæ. Hinc non abſque ſacraméto author noſtræ ſalutis ait.
Ioannis 7 Totum hominem ſanum feci.

Iob 38 *Pſal. 146* 103 Quos pullos coruorum paſcit Deus? Non ſine myſterio Iob & Da-
uid dicunt, quòd Deus paſcit pullos Coruorum. Corui enim ſunt aues
nigræ, rapaces & dæmoniacæ. Hinc docemur: quòd & ſi quis natus fue-
rit ex parentibus malis & dæmoniacis, dummodò parentum veſtigia non
Ibid. 67 ſequatur, Deus illum ſuſcipit & ſaluat: vt diffuſius aliàs (Deo fauente)
dicemus.

104 Cur Deus dicitur pater orphanorum præcipuè? Nónne conueniés
eſt: vt, qui ſuſcipit ac paſcit pullos auium etiam rapacium: quãdo dereliu-
quuntur à parentibus: ſuſcipiat quoq; & fœlicius curam infantium: qui,
iubente ipſo Deo, relicti ſunt à progenitoribus ſuis? Et in hoc fungitur of-
ficio patris vniuerſalis oſtendens ſe omnium eſſe patrem & habere curam
Sapien. 6 de omnibus: vt in libro Sapientiæ dicitur. Vnde depræhenditur immenſa
eius bonitas.

Pſal. 131 105 Cur (vt Propheta canit) elegit Dominus Sion electione particulari?
An, quia ſitus eſt collis ille ad Meridionalem partem Ieroſolymę ſibi ſem-
Iſaiæ 2 per gratæ? An (vt nuper dictũ eſt) quia eſt pars illius ciuitatis: ſupra quam
Sec. Theolo. perpendiculariter Deus habet templum ſuum? An, quia tenet locum & ty-
pum illius ſupernæ Sion: de qua Iſaias. De Sion exibit lex? Ibi enim Deus
particularem habet ſedem: vt ſecretiores Theologi dicunt. An refertur
ſenſum ad ſignificatum vocabuli: quod eſt ſpecula, vnde proſpicitur ad
cuſtodiendam ciuitatem? Hos itaque præcipuè diligit Dominus: & tan-
Iſaiæ 21 quàm fidos ſeruos ſibi elegit. Hinc Iſaias ait. Super ſpeculam Domini ego
ſum, & ſuper cuſtodiam meã totis noctibus. Cui adſtipulatur Abachuch,
Abac 2 dicens. Super cuſtodiam meam ſtabo, & contemplabor: vt videam, quid
dicatur mihi, & quid reſpondeam ad arguentem me. Stans enim ſuper cu-
ſtodiam ſuam raro, vel nunquam errat, aut decipitur. Et id eſt ſignum ma-
gnæ fidelitatis in Deum. Vnde meritò diligitur.

Pſal. no 15 *Mat. 25* 106 Quales delectationes ſunt in dextera Dei: vt in Pſal. dicitur? An quia
Cant. 2 ibi ſunt (vt dicunt) potiora bona? An quia ibi eſt pietas & miſericordia ſal-
Pſal. 109 uãs? Hinc ſaluandi in extremo iudicio collocabuntur in dextera. An, quia
Heb. 1. 10 per dexteram fit delectabilis amplexus animæ cum Deo? Sicut ſcriptũ eſt.
Dextera illius amplexabitur me. Hinc & filius Dei, hæres præcipuus glorię
Cant. 2 *Mat. 2* illius, decantatur collocatus in dextera patris. Ibi quippè eſt delectatio
ſumma, dummodò & læua interueniat ſub capite: vt in Canticis dicitur.
Hinc patres antiqui & amici Dei in Ægypto fuere: & ipſe quoque Dei fi-
1. Ioan. 5. lius, vt influxum ſiniſtræ ſuſciperent, & ſic corroborati amplexarentur à
dextera. Et hoc myſterium innuit Iohannes, dicens, ꝙ Chriſtus venit non
in aqua ſolùm, ſed in aqua & ſanguine, id eſt in dextera & ſiniſtra.

Pſal. 83 107 Quomodò cor & caro noſtra exultant in Deo, vt Propheta canit?
An quia caro mediante corde & anima, cui eſt coniuncta, poteſt in Deo
delectari? An, quia ſicut verbum diuinum factum eſt caro: Sic caro noſtra

efficietur ſpiritualis transformata(vt ſæpe dictum eſt)in naturam ſpiritus?
Et tunc id erit cum Deo,quod ſpiritus noſter.Sed hoc ridebunt ij,qui ſen
ſibus innituntur:& tranſmutationes huiuſmodi vel non olfecerunt. Quę
tamen neceſſariæ ſunt : ſi totus homo conſequi debet id,ad quod ordina-
tus eſt. Cuius tranſmutationis arrham dedit Deus : quando verbum eius
carnem fieri voluit.

108 Quomodò & quàm amarum eſt dereliquiſſe Dominum : vt Iere- *Ieremiæ 3*
mias ait? An,quia ſicut homo adinuenit omne oblectamentum in Deo:in
quem tendit tanquã in obiectum vltimum & perficiens:Sic ipſo priuatus *Topic.1*
ſentit amaritudinem?Nam oppoſitorum eadem eſt ratio. An, quia homo *Ieremiæ 2*
derelicto vitæ fonte ſtatim (velit, nolitve) adhæret fonti mortis & om-
nium malorum? Hinc ait ipſe Dominus. Duo mala fecit populus meus.
Me dereliquerunt fontem aquarum viuentium: & foderunt ſibi ciſternas
diſſipatas:quæ continere non valent aquas:illas dulces videlicet & oble-
ctantes : ſed repletæ ſunt ſerpentibus & ſcorpionibus (vt Sapientes aſſe-
runt) & horrore,pœna,& amaritudine:Vt Socrates in Gorgia longo ſer- *Pla.in Gor.*
mone diſſerit. Nam ſtipendium peccati mors:inquit Paulus. Et omnia vi- *Rom.6*
delicet,quæ ad morem ſpectant.

109 Quomodò Deus præſtat dilectis ſuis ſomnum : vt Propheta canit? *Pſalmo 126*
An intelligitur de ſomno illo , quo aliquando Deus loquitur cum amicis *Iob.4*
ſuis:vt ex Iob,ex libro Numerorum,& ex Euãgelio diſcere poſſumus?Sed *Numerõ 12*
quomodò inde ſequitur hæreditas? An igitur de ſomno mortis eſt ſermo? *Mat.2*
Iuxta quod communiter exponitur de morte Chriſti.Ego dormiui:& ſo- *Pſalmo 3*
mnum cœpi.Sed nec in iſto ſomno datur hæreditas : niſi homo reſurgat.
An igitur de ſomno illo intelligitur:de quo in Canticis. Ego dormio : & *Cant 5*
cor meum vigilat? Quando videlicet quis ſopitis ſenſibus & animalibus
voluptatibus dormit in animali,& vigilat in ſpirituali.Vnde alibi ipſe pro-
pheta canit.In pace in idipſum iacebo & requieſcam.

110 Quomodò Deus omnia ſubiecit ſub pedibus hominis?vt in Pſalmo *Pſalmo 4*
dicitur?An,quia parum videbatur Deo feciſſe hominem ad imaginẽ ſuam *Ibidem 8*
iniiſſe pactum ſecum,vt daret regnum proprium : ordinaſſe eum legibus:
ordinaſſe medicinam pro peccati infirmitate : in multíſque (vt tractum
eſt) ſecum domeſticè egiſſe: puniendo, comminando, alludendo, proui-
dendo de omnibus: niſi etiam præferret ipſum omnibus creaturis? An de
ſolo Meſſia loquitur Vates : vt videtur exponere Paulus? An de omnibus *Hebræo.2*
ipſum ſequentibus eſt ſermo? Sicut ipſe Meſſias apertè loquitur , dicens. *1.Corin 15*
Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones:& ſu- *Luca 10*
per omnem virtutem inimici. Et multò magis ſuper inimicam virtutem.
Quam quidem poteſtatem vnuſquiſque haberet:niſi rebellaſſet Domino
principaliter.Rebellans enim ſentit rebellionem.

111 Cur dixit Deus in Oſæa. Deducam eam ad ſolitudinem : & loquar *Oſeæ.2*
ad cor eius? An loquitur Propheta de tempore:quo Deus deduxit popu-
lum ſuum in deſertum : vbi locutus eſt ei dans legem , & credens eloquia
ſua?An de aduentu Chriſti (vt alij dicunt) quando multi deducti ſunt ad

Eremum habentes cum Deo varia colloquia? An de omnibus in genere loquitur Vates: cum quibus Deus non loquitur, niſi amoueantur à ſtrepitu turbarum & vitiorum: eo quòd ſubmiſſè loquitur, & quaſi ſubmurmurando: adeò q; non audiatur ab iis, qui ſunt in huiuſmodi ſtrepitibus? Iuxta illud Iob. Dictum eſt mihi verbum abſconditum: & venas ſuſurrij eius audiuit auris mea. Loquitur enim Deus aut per lumen quoddam (vt Dionyſius ait) aut per inſpirationes internas: aut voce ſenſibili: ſed rarò.

Iob 4

Dion. de di. nominibus.

Iſaiæ 26

112 Quomodò à facie Dei concipimus & parturimus ſpiritum ſalutis: vt Iſaias ait? Nónne parum viſum fuit Deo omnia præmemorata nobis donaſſe: niſi etiam ageret nobiſcum tanquam verus ſponſus: à facie cuius conciperemus bonum propoſitum (quod habere nequimus niſi Deo inſpirante: ſuáque gratia præueniente) & parturiremus, ideſt opus perficeremus cooperante gratia ipſius? Actiones, enim bonas non facimus nos virtute noſtra: vt apertè teſtatur Chriſtus, dicens. Sine me nihil poteſtis facere. Et huc tendit totũ negociũ deſponſationis, & cõiugij diuini: quod Deus habet nobiſcũ. Vnde ſumma Dei munificentia in nos cognoſcitur.

Ioannis 15

Pſalmo 33

Hebræo 1

Pſalmo 90

113 Cur & quos Angelos mittit Deus in circuitu timentium eũ: vt propheta canit? Nónne & hoc inter munifica Dei dona annumeratur: vt deſtinet proprios cuſtodes & miniſtros ad nos, vt nos cuſtodiant, adminiſtrent, & ſeruiant? Iuxta illud Apoſtoli. Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi. Vnde idem Vates alibi canit. Angelis ſuis Deus mãdauit de te: vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis: non ſolũ cuſtodia particulari, ſed generali. Angelorũ enim aliqui cuſtodiunt in die: aliqui verò in nocte. Quorum iterum aliqui ſeruant primas excubias: alij ſecundas: alij tertias: alij verò quartas. Nonnulli etiam ſeruant primã anni partem, triũ videlicet menſiũ, alij ſecundã, alij tertiã, alij autem quartã. Et hãc mutationem poſuit Deus in Angelis ſuis: vt Iob ait. Pro quo vulgata traductio habet. Et in Angelis ſuis reperit prauitatem. Iſti verò ſunt Angeli adminiſtrantes: non autem aſſiſtentes: de quibus Daniel meminit.

Iob 4

Dan. 7

Pſal. 103

Deut. 4

114 Cur Deus facit miniſtros ſuos ignem vrentem: vt in Pſalmo dicitur? Nónne neceſſe eſt, vt Angeli ab eo, qui ignis comedens eſt, igniantur: vt inflamment homines cuſtodiæ ſuæ commiſſos igneo amore: vt opus Dei non negligenter, ſed feruenter faciant? Hinc horum ſupremi, qui mundi curam habent, Seraphini, ideſt incendentes dicuntur: qui dum vident homines curæ ſuæ creditos, igne diuini amoris ſuccenſos, decantant. Plena eſt omnis terra gloria Domini.

Iſaiæ 6

Pſal. 136

115 Qui flent, & quare ſuper flumina Babylonis: vt Pſalmographus canit? An de ſeipſo loquitur Dauid? Sed ille nunquam vidit Babel, aut flumina ipſius. An igitur de Angelis animas in peccatis confuſas cuſtodientibus eſt ſermo? Nã ſedere dicuntur ad denotãdum ocioſum opus, quod faciũt. Vnde ſicut Angeli gaudent ſuper peccatore pœnitentiam agente: ita flent & dolẽt ſuper induratione peccatoris. Sed quomodò flent ij, qui ſemper vident faciem Patris: in qua beantur, vt Saluator ait? Nónne etiã Deus dicitur dolere, iraſci, pœnitẽtia duci, & tangi dolore cordis intrinſecus: qui

Lucæ 15

Mat. 18

Geneſ. 6

tamen beatiſſimus eſt, inalterabilis, & omnino immutabilis: in Angelis autẽ vt nuper dictum eſt) poſita eſt mutatio? An de veris prædicatoribus eſt ſermo: qui flent præ cõpaſſione, dum prædicant induratis? Sic enim fleuit ſummus prædicator Chriſtus ſuper Ieruſalem: vt Lucas narrat. Sic flens loquitur Apoſtolus propter eos, qui inimicabantur cruci Chriſti. *Lucæ 19* *Phil. 3*

116 Quæ inſtrumenta ſuſpenduntur ſuper ſalicibus? An ſunt organa, citharæ, vel tibiæ? An ſunt inſtrumenta, quæ Deus fabricauit, os videlicet, lingua, & manus adiutrices? Sed quare? Quomodò cantabimus (inquiũt) canticum Domini in terra aliena? Cùm non intelligant, qui terrena ſapiũt idiomata terræ viuentium. Sed quæ eſt terra aliena? An eſt illa, quæ à Deo maledicta, ſpinas & tribulos generat? Sed nónne ab illa ablata fuit maledictio, quãdo ex filiis iræ facti ſumus filij Dei? An terra aliena eſt, quę nullis vomeribus, ligonibus, aut raſtris diſponi poteſt, vt producat fructus bonos? Cuiuſmodi ſunt peccatores obſtinati, quos vidẽtes Angeli & prædicatores ſuſpendunt organa, ne in vanum laborent. Et hoc cũ detrimento ipſorum obſtinatorum. *Pſalm. 136* *Geneſis 3*

117 Qui dicunt illud Ieremiæ. Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata, derelinquamus eam? Nónne Angeli deſperantes ſalutem obſtinatorum & prædicatores: quorum officium quaſi par eſt? Hinc Paulus & Barnabas Iudæis obſtinatis dixerunt. Quoniam indignos vos iudicaſtis æterna vita: ecce conuertimur ad gentes. Babylon enim eſt omnis anima confuſa in peccatis, adeo vt idioma cœli & Spiritus ſancti minimè intelligat. *Ierem. 51* *Act. 13*

118 Quomodò poſſumus loqui lingua Deo grata, vt intelligamur, & intelligere poſſimus eius nuncios? Nónne hoc docet Pſalmographus, dum ait. Et lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam? Sed quomodò lingua meditatur? Hæc quippè difficultas interpretum vitio euenit. Nam הגה hagah ſignificat meditari, loqui, decantare, & ſubmurmurare. Si igitur traductum fuiſſet, loquetur, nulla eſſet quæſtio. Lingua ergo & idioma cœleſte Dei & Angelorum eſt dirigere omnia in bonum, & ſecundum iuſtitiam. Secundum quam viuens intelligit Deum, & Angelos loquentes & intelligitur ab eis. Et de particulari ſermone cum Deo habendo ſubinfert Vates. Tota die laudem tuam. *Pſal. 34*

119 Cur & quomodò Deus vult vt loquamur ſecum? Nónnè & hoc inter munifica Dei dona annumeratur, quòd videlicet ipſe Deus, dignetur habere nobiſcum domeſtica colloquia? Hinc Propheta canit. Audiam quid loquatur Dominus Deus. Et vt redderet dignas voces, dicebat. Cantabo Domino in vita mea pſallam Deo meo quamdiu fuero. Quomodò autem has voces reddere debeamus docet, dicens. Iubilate Deo omnis terra. Qui iubilus eſt cantus cum clangore tubarum, & ſolebat fieri tempore Iobilei cum lætitia. Hinc à Iobileo venit iubilare. Sed cur cum iubilo & lætitia debemus Deo laudes perſoluere? Nónne, quia ſpiritus Dei non quieſcit ſuper triſti & mœrente, ſed ſuper læto? Hinc ipſe. propheta pro recuperando ſpiritu per peccatum ablato rogitabat, dicens. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui. *Ibid. 84* *Ibid. 103* *Ibid. 65. 97 & 99*

Ibidem 54 & 118 120 Quo tempore debemus Deum laudare, vt laus ſit gratior? Nónne Propheta docet quatuor præcipuis horis perſoluendas eſſe diuinas laudes, veſpere videlicet, mane, Meridie, & media nocte? Iuxta illud. Veſpere, mane, & Meridie narrabo. Et alibi. Media nocte ſurgebā ad confitendum tibi. Sed cur hæc tempora Deo gratiora ſunt? Nónne, quia ſol & Venus cum Mercurio, fauentes ſpeculationi & contemplationi, ſunt in cardinibus, magis nobis fauentes: cum fortiores ibi reperiantur? Sicut ſentiunt aliqui ſapientes, qui nouiſſimè, hoc videlicet noſtro tempore, ſcripſerunt. Sed quid Planetæ ad ſpiritualia? Nónne Deus ordinauit aliquas ſolennitates celebrandas in plenilunio, non quidem propter hanc, quam videmus lunam, ſed propter eam, quam ipſa repræſentat, & à qua vim ſuſcipit? Pari modo & de aliis planetis dicendum eſt. Hinc non abſque myſterio Deus ordinauit ſacrificium matutinum & veſpertinum: vt ſuo loco dictum eſt.

121 Cur præcipuè laudes mediæ noctis nos docuit propheta non ſolum verbo, ſed exemplo? An (vt modò diximus) quia prædicta ſydera ſunt in aliquo quatuor cardinum? An, quia tunc amotis terrificis cuſtodibus, qui in prima vigilia, à principio videlicet primæ horæ vſque ad finem tertiæ, & qui in ſecunda vigilia, à principio videlicet quartæ vſque ad finem ſextæ horæ excubant, ponitur tertia cuſtodia gratioſa: vt habetur in ſecretiori Theologia: & partim ex Euangelio diſcere poſſumus? *Lucæ 12* An quia media nocte (vt Zohar plæriſque in locis repetit) Deus ingreditur paradiſum voluptatis ad oblectandum cum iuſtis & amicis ſuis? *Zohar.* Hinc ipſemet laudat ſummopere excubias mediæ noctis. Tunc enim incipit hora: qua ſacrificium matutinum Deo gratiſſimum offerre poſſumus. Quo ſenſu Propheta canit. Ad matutinum lætitiā. *Pſalmo 29* Et Iob. Cùm me laudarent aſtra matutina: & iubilarent omnes filij Dei. *Iob 38*

122 Quæ ſunt portæ horti delitiarum: per quas poſſumus illuc intrare, ad oblectandum cum Deo? *Gen. 23* Nónne ſunt illæ quatuor ab Hebræorum Sapientibus commemoratæ? Quarum vna eſt in ſpelunca duplici Hebron: quam Abraham emit à filiis Chet. Secunda in Ieruſalem, loco à Deo pro templo fabricando, & pro toto humano genere redimendo electo. Tertia in Betel, de quá Iahacob inquit. Hæc eſt domus Dei, & porta cœli. *Ibidem 28* Quarta in mari. *Pſalmo 76* Iuxta illud. In mari via tua: & ſemitæ tuæ in aquis multis: Quamuis (vt ſubinfertur) veſtigia eius non cognoſcantur: quæ altiſſimo myſterio indaganda forent. Ne autem ſicco penitus (quod aiunt) pede tranſeamus, paucis verbis expediemus. In Hebron nanque fuit formatus homo, in Ieruſalem redemptus, & in aqua renatus. Vnde ſiquis cogitat, vnde venit, quibus doloribus redemptus, & quæ promittuntur in baptiſmo, facilè adinueniet portas horti ſacri: & per ſcalam in Betel viſam illuc vſque conſcendet.

Ibid. 117 123 Quæ ſunt portæ iuſtitiæ: de quibus Propheta. Aperite mihi portas iuſtitiæ: & ingreſſus confitebor Domino? *Hieronym.* An (vt aliqui dicunt) ſunt ſacramenta Eccleſiæ? *Ioannis 10* Sed hæc non erant tempore Dauid. An porta iuſtitiæ

(vt

(vt Hieronymo placet) eſt ille qui ait: Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit ſaluabitur? An portæ iuſtitiæ, & portæ ſacri horti ſunt illæ, quas nuper commemorauimus: quatuor videlicet, vt per omnes quatuor mũdi plagas intrare poſſimus ad Deum? Quælibet autem harũ quatuor triplicata eſt, iuxta illud Iohannis: Ab Oriente portæ tres, à Meridie portæ tres, ab Occidente portæ tres, & ab Aquilone portæ tres. Vnde nos per quamlibet illarum tribus modis intrare poſſumus, corde videlicet meditando, ore laudando, & viribus operando, in negocio videlicet creationis regenerationis, & operationis. Cogitare enim primò poſſumus beneficiũ creationis: ſecũdò laudare Deum de ipſo: tertiò reddere, quod nobis tunc dedit. Et ſic de aliis. *Hieronym. Ioannis 10 Apocal. 21.*

124 Quibus itineribus in illas portas intrare poſſumus? An ambulando diuino lumine, vt Propheta canit: Domine, iũ lumine vultus tui ambulabunt? An currendo charitate, vt ipſemet alibi docet, dicens: Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilataſti cor meum? An volando contemplatione? iuxta illud: Quis mihi dabit pennas ſicut columbæ, & volabo? An, portati à nauicula Petri, imò Chriſti, qui iuſſit diſcipulos ſuos aſcẽdere in nauiculam, vbi ſunt merita ipſius Redemptoris nos portãtia? An igne inflammati, & in flammam conuerſi per ſacrificium, quod Deo de nobis facimus? Et ſic Elias igneo curru in cœlum aſcendit. *Pſalmo 88 Ibidem 118 Ibidem 54. Matth. 14. 4. Reg. 2.*

125 Vbi recipientur & collocabũtur beati à Deo? An in domo & in loco ipſius Dei? iuxta illud: Aut quis ſtabit in loco ſancto eius? An in throno ſicut in Apocalypſi dicitur: Qui vicerit, faciã eum ſedere in throno meo? An in ſeipſo? iuxta illud: In pace, in idipſum iacebo & requieſcã. Hinc rogabat Saluator, dicens: Rogo pater, vt ſicut ego & tu vnum ſumus, ita & iſti vnum ſint in te. *Pſalmo 23. Apocal. 3 Pſalmo 4. Ioannis 17.*

SECTIO IIII. DE CHRISTI CONDITIONE ET ADVENTV.

QVARE Chriſtus dicitur habuiſſe tabernaculum ſuũ in Sole? An in Sole hoc viſibili, qui in medio planetarum locum tenet? An in illo ſupramundano Sole, cuius iſte viſibilis typũ gerit, qui in medio cœlorum ſupramundanorum poſitus omnia illuſtrat? Hinc Iohannes ait: Ciuitas illa, ſuperna videlicet, non eget Sole neque Luna, vt luceãt in ea: nam claritas Dei illuminat illam, & lucerna eius ſcilicet præcipua, eſt Agnus. Nec diſcrepat Iſaias: & idem eſt dicere, Poſuit tabernaculũ ſuum in Sole, quod eſt, Et regnabit in domo Iahacob in æternum, vt Sapientes norunt. 126 *Pſalmo 18 Apocal. 21. Iſaiæ 60. Lucæ 1*

127 Qui ſol iuſtitiæ orietur (vt Malachias ait) timentibus nomen Domini? Nonne hic ſol Chriſtus eſt, vt omnes Theologi noſtri exponunt? Sed quomodo ſol habet tabernaculum in ſole? Nónne Deus eſt lux, & tamen (vt Apoſtolus inquit) lucem inacceſſibilem habitat? Habitatio enim Dei & ipſe Deus idem ſunt, cùm nihil creatum poſſit ipſam capere, *Malach. 4 1. Timoth. 6.*

Fuit igitur Chriſtus verus ſol non ſolùm replens omnia lumine,ſed erigẽs Eccleſiam indeficientem,ſicut ſol:ad cuius aduẽtum ceſsit Luna Synagogæ,de cuius mutatione ſuprà dictum eſt.

128 Orto ſole quæ beſtiæ congregantur in cubicula ſua, vt Propheta canit?An de feris intelligit quæ nocte prædantur,vt lupi,vrſi & huiuſmodi?Sed quomodo orto ſole congregãtur?cùm etiam orto ſole huc illúcue diſcurrant.An de feris illis eſt ſermo, de quarum principe ait Petrus: Aduerſarius veſter Diabolus, tanquam Leo rugiens, circuit? Ipſe enim orto ſole iuſtitiæ Chriſto fugatus eſt ex hoc mũdo:ſicut ipſe Chriſtus ait:Princeps mundi huius eiicietur foràs. Vnde adeò debilitati ſunt huiuſmodi catuli Leonum, vt nequeant amplius deuorare aliquem ad libitum. Ideò ſi volunt eſcam (inquit Propheta) quærunt à Deo: nam ſine Dei permiſſione nemini nocere poſſunt, ſicut apertè teſtatur Hieronymus, dicens: Debilis eſt hoſtis qui non vincit niſi volẽtem:contra ipſos enim nobis data eſt victoria per Ieſum Chriſtum,inquit Apoſtolus.

Pſalmo 103. 1. Petr. 5 Ioannis 12. Hieronym. ad Euſtoch. 1. Corint. 15

129 Quis iuſtus & quomodo veniet ab Oriente, vt in Iſaia dicitur?An, iuſtus ab Oriente vocatus Abraham fuit(vt Zohar placet)qui nouus homo venit cum nouo fœdere? Sed cùm de futuro loquatur Propheta,non video quomodo de Abraham intelligatur ſermo. Iuſtus quippe,& Deo gratus fuit Abraham,ſed alios non iuſtificauit. An igitur verus iuſtus fuit Chriſtus,alios iuſtificans: qui venit à patre, cuius locus propriè eſt in Oriente?vnde omnia oriuntur in cœlo & in terra.Ideò dicitur pater omniũ Et hoc eſt quod ipſe Chriſtus ait:Exiui à patre,& veni in mundum.

Iſaiæ 46 Zohar Ioannis 16.

130 Quæ ſeptem mulieres accipient virum vnum, vt Iſaias ait? An tot viri ceciderant de Ieruſalem & Iehuda,quòd mulieres ne incurrerent maledictionem ſterilitatis in Deuteronomio datam, accipiebant ſeptem virum vnum,vt Hieronymus tangit? An (vt ad altiora cum Hieronymo & Origene conſcendamus) ſeptem mulieres ſeptem dona ſpiritus ſunt prouenientia à ſeptem fontibus ſupernis qui fluunt in puteũ qui dicitur Berſabah,id eſt puteus ſeptem?Nam aliqui biberunt ex vno,aliqui ex alio ipſorum fontium,nullus autem ex omnibus,niſi Chriſtus Ieſus adeò plenus Deo & Spiritu ſancto,vt de plenitudine eius(teſte Iohãne)omnes nos accepcrimus. Vnde de ipſo reor hîc Prophetam prædixiſſe. Quo ſenſu inquit Paulus:Quoniam complacuit patri omnem plenitudinem inhabitare facere in eo.

Iſaiæ 4. Deutero. 7. Hieronym. Origenes Ioannis 1. Coloſſ. 1.

131 Quam lucem magnam vidit populus,& quando,vt Iſaias perhibet? Nónne in aduentu Chriſti,vt cõmuniter exponi ſolet?Nam ipſo naſcente ſtella lucida apparuit Magis,& claritas Dei circumfulſit paſtores,vt Matthæus & Lucas ſcribunt. Et hæc non quidem fuit lux propriè corporea, ſed melior, de qua Iohannes: Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum:cùm tantùm intelligere poſſimus diuina,quantum radius diuinus ſe nobis inſinuauerit, vt Dionyſius & Plotinus docent.Hinc non arrogãter,ſed ſinceriſsimè dixit ipſe Chriſtus:Ego ſum lux mundi,lumine quidem ſapiẽtiæ.Nam in ipſo ſunt omnes theſau-

Iſaiæ 9. Matth. 2 Lucæ 2. Ioannis 1 Dio. de di. nominibus. Plot. de bo. Ioannis 8.

ri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi, potiſsimè vulgarium oculis. *Coloſſ. 2.*

132 Qui ire debent (vt Abachuch ait) in ſplendore fulgurãtis haſtæ Dei? *Abac. 3.*
An de Magis eſt ſermo, qui ſecuti ſunt ſtellam quæ apparuit eis velut ha- *Matth. 2.*
ſta quædã? An, cùm Prophetæ & ſancti dicantur ſagittæ (iuxta illud Iſaiæ: *Iſaiæ 49*
Poſuit me quaſi ſagittam electam) Chriſtus meritò dictus fuit haſta, quæ
eſt quaſi ſagitta magna, ſed facilè demiſſa in mundum ab arcu paterno? i-
ſe enim adeò fulgens venit, vt dicat Iſaias: Et ambulabunt gentes in lumi- *Ibidem 60*
ne tuo, & reges in ſplendore ortus tui. Et ſtatim de Magis ad Chriſtum a-
dorandum venientibus ſubinfert, dicens: Omnes de Saba venient aurum
& thus deferentes.

133 Quę veritas & ex qua terra orta dicitur à Propheta? Non quippe de *Pſalm. 84*
alio interpretari poſſumus veritatem hanc quàm de illo qui ait: Ego ſum *Ioannis 14.*
veritas. Sed ex qua terra orta ſit, videndum reſtat. An igitur de beata virgi-
ne eſt ſermo, quæ terrena erat, ſicut & nos? An de terra viuentium & ſu-
pramundana, quæ eſt diuina eſſentia? nam Spiritus ſanctus eſt ignis, Filius
aqua, Pater aër (vt Zohar elegãtiſsimè probat) & eſſentia diuina velut ter- *Zohar.*
ra in qua omnia pullulãt: & inter alia verbum quod producitur ab intel-
lectu paterno cognoſcente, & eſſentia cognita.

134 Quo ſenſu Zorobabel dixit veritatem omnibus præualere: Nónne *3. Hezræ 4.*
communis hominũ turba magis oblectatur mẽdaciis, quàm veritate? iux- *Pſalmo 5. 115*
ta illud Prophetæ: Non eſt in ore corũ veritas. Et alibi: Omnis homo mẽ-
dax. An igitur Zorobabel id dixit, quia veritas agitata magis eluceſcit? im-
pugnari enim poteſt, vinci verò nequaquã: cùm habeat radicem firmã &
inconcuſſam. Hinc Chriſtus ſumma veritas, præualuit cõtra mendacij pa- *1. Corin. 15*
trẽ, & adhuc perfectius præualebit, quando (vt Apoſtolus ait) inimica de-
ſtruetur mors: interim autem oportet (vt pręmittit) ipſum ſedere à dextris
Dei, & regnare, donec ponantur inimici eius ſcabellum pedum ſuorum.

135 Quæ ſunt claues Dauid, & cui dabuntur, vt claudat, & non ſit qui *Iſaiæ 22.*
aperiat: aperiat, & non ſit qui claudat: vt in Iſaia dicitur? An ſunt iſtæ cla- *Lucæ 11.*
ues ſapientiæ, de quibus Saluator ait: Vos tuliſtis clauem ſcientię? An ſunt
duæ claues, quarum vna eſt ſcientiæ & diſcernendi: alia eſt poteſtas abſol- *Theologi.*
uendi, vt communiter Theologi noſtri docent? Cui autem datæ ſint, Io- *Apocalypſ. 3.*
hannes exprimit loquens de Chriſto, dum ait: Qui habet clauem Dauid,
aperit, & nemo claudit. Nam ſi de prima claue intelligatur (cùm ipſe con- *Coloſſ. 2*
tineat omnes theſauros ſapientiæ) quis poteſt infringere dogmata eius?
Nónne ipſe ait: Omnia quæ audiui à patre meo, nota feci vobis? Si verò de *Ioannis 15.*
alia claue ſit ſermo, nónne ipſe inquit: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœ- *Matth. vlt.*
lo & in terra? Hinc præbens has claues Petro & diſcipulis, ait: Quodcun- *Ibidem 16*
que ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque ſol-
ueris, erit ſolutum.

136 Cur ſermo Deo cõparatur argento puro & lapidi precioſo: Nónne *Pſalm. 11.*
precioſius eſt aurum? Aurum quippe & ſi apud mortales in maiori precio
habetur, non tamen apud Deum: iuxta ſententiam ſummæ Veritatis præ- *Matth. 23*
ferentis templum auro, quod videtur illud ornare. Et in multis ſcripturæ

locis vid tur præferri argentum. Hinc Chriſtus argento non auro vendi-
Ioann. 26. tus eſt, & Abraham non auro ſed argēto emit ſepulchrum illud pro ſe &
Geneſ 23 vxore ſacramentis plenū, & omnia pia argento commutantur. Et hoc forſitan, quia argentū eſt in dextra coordinatione, ſicut & verbum vel ſapiētia Dei: aurū verò eſt in ſiniſtra vel Aquilonari, iuxta illud Iob: Ab Aqui-
Iob 37. lone aurum venit. Si verò de precio ſit ſermo, nónne ait idem Propheta:
Pſalmo 118 Dilexi mandata tua ſuper aurum & topazion: Vnde Sapiens: Nec compa-
Sapient. 7 raui (inquit) illi, ſapientiæ videlicet diuinæ, lapidem precioſum. Eſt itaque ſermo Dei argentum purgatū terra, & purgatum ſeptuplum, iuxta ſeptem dona Spiritus ſancti, quæ per ſeptem mulieres virum vnum appræhēdentes intelligūtur, vt ſuprà declarauimus. Vnde eſt tantæ efficaciæ, vt ſit penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vſque ad diuiſionem anima-
Hebre. 4. lis ac terreæ partis à ſpiritu, vt alibi (Deo fauente) dicetur.

137 Quis mittet cryſtallū ſuam ſicut bucellam, vt Propheta canit? Nón-
Pſalm. 147 ne cryſtallus eſt aqua adeò gelu concreta, vt euacuatis poroſitatibus non amplius caloris ſit capax? Hinc ei comparātur peccatores obſtinati, via & modo communi penitus incapaces effecti caloris & gratiæ diuinæ. Tanta autem fuit virtus huius diuini verbi, vt reduxerit cryſtallū tanquam bucellam panis, poroſitatibus plenam, vt fierēt peccatores capaces ipſius di-
Matth. 9. uini verbi & caloris. Hinc dixit Saluator: Non veni vocare iuſtos ſed pec-
Luce 3. catores. Cuius rei non ignatus eius Præcurſor dixit: Potens eſt Deus ex lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.

138 Quis ſpiritus reſoluit cryſtallum in aquas? Nónne fuit Spiritus ſanctus miſſus ſuo quinquageſimo die tanta virtute & calore, vt non tantùm mouerit Apoſtolos ad loquendum variis linguis magnalia Dei, ſed corda audientium etiam obſtinatorum adeò conciliauerit, vt fecerit ex multis
Actor. 2. millibus cor vnum & animam vnam, vt Lucas narrat?

139 Quis (vt Iſaias ait) lychnū fumigantem non extinguet? Nónne Mat-
Iſaia 42. thæus id exponit de Chriſto, qui non confringet vagū & mutabilem pec-
Matth. 12. catorem, per arundinem deſignatum: nec illum qui incipit aliquod opus offerre Deo non inflammatum charitate, ſed tātùm fumigans extinguet: ſed inflammabit igne illo, de quo ipſe ait: Ignem veni mittere in terram, &
Luce 12. quid volo, niſi vt ardeat? Nam officium eius fuit ſuccurrere miſeris, & adiuuare debiles, ſicut nuper de cryſtallo, eius virtute liquefacta, dictum eſt. Et quamuis linum habeatur in veritate literæ, lychnum tamen legi poteſt pro quo linum ponitur: cùm in Hebræo nō habeatur proprium vocabulum lychni, hinc malè legitur lignum.

Iſaie 10. 140 Quando fecit Dominus verbum abbreuiatum, vt Iſaias cum Pau-
Roman. 9 lo ait? An, quando verbum infinitū concluſum fuit in parua carne huma-
Matth. 22 na, & in breui vtero? An, quando reduxit tam longam ſeriem legis & Prophetarum ad duo breuiſſima præcepta amoris Dei & proximi? An (vt ad ſenſum Iſaiæ & Pauli veniamus) id intelligitur de reductione gentium ad
Iſaie 10 gregem ſuum? quod breuiſsimo tempore factum eſt, inquit enim Iſaias: Conſummatio abbreuiata inundabit iuſtitiam. Et hoc, quando reliquiæ

conuertentur. An tunc fecit verbum abbreuiatũ, quando vnica oblatione procurauit ſalutem omnium tam Hebræorum quàm Gentilium? Verbum enim pro opere in Scriptura ſacra ſæpiſſimè ſumitur. Hinc Paulus ait: Introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta. *Hebræ. 9.*

141 Quis Deus (vt Abacuch ait) ab Auſtro veniet, & quis ſanctus de monte Pharan? Nónne Deus eſt verbum æternum, quòd in eo quòd à patre procedit, ab Oriẽte venit (vt ſuprà dictum eſt) in eo autem quòd amore miſſum eſt à patre (qui adeò dilexit mundum, vt filiũ ſuum vnigenitum daret, qui amore ſemetipſũ pro nobis obtulit cruci) ab Auſtro & à Meridie venit, vbi reſidet amor? Et hic fuit ſanctus, vnctus & Meſſias, qui venit & prodiit ex ore altiſsimi videntis & aſpiciẽtis calamitatẽ humanã. Pharan enim os aſpicientis interpretatur. Si verò ad natiuitatem eius aſpiciamus, nónne natus fuit in Betlehem, quæ eſt ad Meridiem Ieroſolymæ? Sed (vt ſecretiora tangamus) nónne Betlehem domus panis interpretatur? Ex hac igitur domo venit verus & viuus ille panis, de quo ſcriptum eſt: Hic eſt panis verus qui de cœlo deſcendit. Et iterum: Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi. Locus autem panis in Archetypo eſt Auſter, vini verò Aquilo. *Abac. 3.* *Ioannis 3* *Ioannis 6.*

142 Cur dixit Abachuch, In medio annorum viuifica illud, ſcilicet opus tuum? Nónne ipſemet propheta innuit, quid loquatur ſubiuferens: In medio annorum notum facies, cùm iratus fueris, miſericordiæ recordaberis. Pro cuius aperta declaratione rememorandum eſt illud Eliæ celeberrimum oraculum à Talmudiſtis præhonoratum, quo diſtinguitur mũdus in ter bina millenaria, quorum duo prima ſignificant principium humani decurſus? duo millenaria ſecũda medium: duo tertia finem. Ait enim oraculum, Duo millia in vacuo, i. ſine lege, & ſine Meſsia: duo millia in lege, duo millia in Meſsia, cõſummabuntur videlicet. Et hæc ſex millenaria reſpondent ſex diebus fabricæ, vt à Moſe & Petro edocemur. Chriſtus autem præueniens venit in tempore legis, nondum completo. Hinc clamabant mali dæmones: Cur veniſti ante tempus torquere nos fili Dei? Præuenit namque per trecentos annos. Et ſic opus Dei, & totus mundus viuificatus fuit in medio annorum. *Abac. 3* *Eliæ oraculũ* *Pſalmo 89* *2 Petr. 3.* *Matth. 8.*

143 Cur ait idem Propheta, Ante faciem eius ibit mors? Nónne per peccatum Adæ mors introierat in orbem terrarum propter inuidiam Diaboli, vt Sapiens ait? Ad hanc igitur tollendam neceſſariò ſecuta eſt vita? An eum tentaturus venit Diabolus, qui eſt angelus mortis, ſtans ante eum, vt Targum Ionatas exponit illud דבר deber? Quamuis Hieronymus Theodotio, Aquila, Symmachus & author quintæ editionis per multa vagentur. *Abac. 3* *Sapient. 2.* *Targum Ionatas.*

144 Quis & cur dixit, Ecce ego, mitte me? An fuit perſona filij iam electa ad conferendam ſalutem populo infecto, patri ſemper obedire parati? An fuit ille agnus, qui (vt Iohannes perhibet) occiſus fuit ab origine mundi, ſemper aſtãs ante Deũ eo modo quo Iohãnes ſentit? De quo Iſaias ait: Oblatus eſt, quia ipſe voluit, & non aperuit os ſuum, ſicut ouis ad occi- *Iſaie 6.* *Apocal. 13* *Iſaie 53.*

ſionem ducetur. Et cætera quæ ſequuntur de Chriſto verificata, qui ſpontè voluit pro humano genere pati.

145 Cur partus almæ datus fuit in ſignum Achaz, & quomodo? Nónne in ſignũ quòd liberaretur populus Iehuda & domus Dauid à duobus titionibus, ſ. Razin rege Syriç, & Pechach filio Romeliæ rege Iſrael? Sed (vt ad myſticum ſenſum deueniamus) nónne Razin, qui diſſipator interpretatur, Diabolũ exterminatorem denotat, & Pechach qui apertura interpretatur, infernum deſignat, de quo idem Iſaias: Dilatauit infernus animã ſuam abſq; vllo termino? vnde ad horum liberationem datus fuit partus almæ, i. Virginis in ſignum, qui partus nos ab illis titionibus liberauit. Sed cùm alma ſignificet adoleſcentulã, virginem vel nõ virginẽ, cur potius refertur ad partũ Virginis? Placet hîc ſentẽtia Hiero. quòd cùm alma vtrũq; ſignificet, neceſſariò hîc intelligatur de virgine, alioquin nõ fuiſſet ſignũ.

Ibidem 7. *Ibidem 5.* *Hieronym.*

146 Cur Saluator dictus fuit Chriſtus? Nónne per antonomaſiam, quia vnctus (vt Propheta canit) præ omnibus participibus ſuis, oleo quidẽ lætitiæ quæ eſt diuinitas? iuxta illud Iſaiæ: Spiritus Domini ſuper me, eò ꝙ vnxerit me. Tria enim (vt ſuprà dictum eſt) hominũ genera præcipuè vngebantur, reges videlicet, Sacerdotes & Prophetæ. Meritò itaque Chriſtus vnctus fuit, quia Rex regum & Dominus dominantium, ſacerdos regius æternúſque ſecũdum ordinem Melchizedech, & Propheta Prophetarum, vt in Luca dicitur. Propheta magnus ſurrexit in nobis. Dictus eſt autem Meſsias Hebraicè, Chriſtus Græcè, vnctus Latinè.

Pſalm. 44 *Iſaiæ 61* *Apoc. 17* *Pſalmo 109* *Lucæ 7.*

147 Quod vnguentum deſcendit ſuper caput, & inde in barbam Aharon, & inde ad oram veſtimenti, vt Propheta canit? Nónne Chriſtus tanta fuit repletus diuinitate, vt in omnia quoque membra diffuſus ſit? iuxta illud Iohannis: De plenitudine eius omnes nos accepimus. Ordo autẽ exigit, quòd ſicut in corpore humano omnes humores deſcendunt à capite, & diffunduntur in omnia membra mediãte collo, ita in corpore myſtico totum diuinum chriſma veniat in nos à capite Chriſto, mediante collo, i. ſacerdote, qui eſt medius inter Deum & homines, inter caput & membra. Hinc notanter dicit Vates in barbam Aharon, qui fuit ſummus ſacerdos in lege: ſacerdotis enim intereſt admiuiſtrare ſacra.

Pſalmo 132. *Ioannis 1.*

148 Cur Chriſtus dictus fuit ſpecioſus forma præ filiis hominum? An, quia re vera erat aſpectu pulcherrimo, ab æterno generatus à patre pulchro, & in tẽpore æditus à matre pulchra, decora, & ſine macula? An, quia non tãtùm erat pulcher corpore, in omnibus videlicet membris proportionatiſsimus, nullum patiens defectum, ſed erat pulcher in anima, illa videlicet pulchritudine, quam quærebat Socrates ab Hippia, & de qua tractat in Phædro, & poſt eum Plotinus? Quæ quidẽ pulchritudo tantò maior eſt, quãtò quis magis diuinitatis eſt particeps. Vnde cùm Chriſtus fuerit longè diuiniſsimus omnium, meritò quoque omnium pulcherrimus dictus eſt.

Pſalmo 44. *Pla. in Hippia maiori, & in Phædro.* *Plotinus de pulchro.*

149 Poſt quod modicum (vt Aggæus ait) adhuc mouit Dominus cœlũ & terram? Nónne mouit Deus vtrumque, quando de cœlo miſit prodigia

Aggæi 2 *Exodi 19.*

in Ægyptum, percutiens terram denis plagis? Nónne etiam mouit, quando dans legem è cœlo allatã, tremere fecit Sina terrenum? Sed adhuc poſt modicum, poſt quadringentos videlicet annos poſt viſionem ipſi Aggæo demonſtratam mouit Deus cœlum, dum ab ipſo deſcendit, mouítque terram, noua faciens omnia, nouúmque erigens teſtamẽtum. In cuius rei teſtimonium & comprobationem in morte ipſius obſcuratus fuit Sol, petræ ſciſſæ ſunt, monumẽta aperta, mortui ſurrexerũt, & omnis penè creatura commota eſt. *Lucæ 23.* *Matth. 27.*

150 Quod brachium Domini reuelatũ eſt, & quando, vt Iſaias ait? Nónne reuelauit Dominus brachium ſuum, quando eduxit populum ex Ægypto in manu forti & brachio extento? Verùm illud fuit brachium ſiniſtrũ quo percutiebat. Sed brachium dextrũ gratiæ & pietatis reuelauit, quando (vt Iohãnes inquit) gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Iſaias igitur pertractare volebat, qualiter Deus decreuerat per paſsionẽ filij ſui extendere brachium miſericordiæ & pietatis in omnes (res quidem noua) cùm per legem punirentur, & non remitterẽtur peccata. Propterea dixit: Domine quis credet his quæ narrabimus, & brachium hoc tuũ dextrum videlicet, cui adhuc reuelatum eſt? *Iſaiæ 53.* *Exod 15.* *Pſalm. 135* *Ioannis 1.*

151 Quæ eſt virga virtutis emiſſa (vt Propheta canit) è Sion? An fuit illa virga egreſſa è radice Ieſſe, de qua Iſaias vaticinatus eſt? Sed quomodo emiſſa fuit è Sion? cùm Chriſtus fuerit conceptus in Nazareth, & natus in Betlehem. An igitur (vt reor verum ac neceſſarium) intelligitur de Siõ ſuperna? ſicut & illud Iſaię: De Siõ exibit lex. Nam lex (vt ſuprà diſſeruimus) data fuit in Sina. Siõ itaque ſuperna eſt illud tabernaculum ſolis, vnde lex ſcripta deuẽnit. Vnde etiam venit dator Euangelij Chriſtus, & hic eſt verus mons Sion, quem dilexit Dominus, & in quo habitat & regnat, vt alibi dicitur: Mons Sion in quo habitaſti in eo. Et iterùm: Conſtitui mihi regem meum ſuper Sion montem ſanctum meum. *Pſalmo 109.* *Iſaiæ 11.* *Ibidem 2.* *Exodi 19.* *Pſalmo 77. 73. & 2.*

152 Quomodo deſcendit Dominus ſuper nubem leuem in Ægyptũ, vt Iſaias ait? An (vt Hieronymus ſentit) quando deſcendit in corpus humanũ nullo peccatorum pondere prægrauatum? An, quando Chriſtus angeli oraculo deſcendit adhuc puerulus in Ægyptum, nondum firmatus viribus & ſapientia, qua quotidie (teſte Luca) proficiebat? Hinc expectauit ætatis & perfectionis plenitudinem, antequàm cum antiquo hoſte congrederetur. An id fuit, quando deſtinauit Simonem Apoſtolũ, illuc deportatum à Spiritu ſancto, veluti nube leui ad deſtruẽda Ægypti idola? ſicut Iſaias innuere videtur, dicens: Commouebuntur omnia ſimulachra Ægypti à facie eius. *Iſaiæ 19.* *Hieronym.* *Matth. 2.* *Lucæ 2.*

153 Quam portam vidit Ezechiel clauſam? An fuit porta ſancti ſanctorum, per quam ſolus Sacerdos intrabat ſemel in anno? Sed quomodo hęc expoſitio conſonat oraculo quod ait: Vir non tranſibit per eam, quoniam Dominus Deus ingreſſus eſt per eam? An igitur porta hæc fuit beata Virgo (vt communiter exponitur) quæ fuit clauſa principi, ſcilicet tenebrarum, vt dicit textus? Et id melius conſonat, quàm (vt aliqui dicunt) *Ezech. 44*

à principio ſuæ formationis. An porta hæc fuit lex recondita in arca, in ſignum, quòd nullus habuit claues ad intrandum in eam (nam arcam nullus aperiebat) niſi ille, de quo Iohannes ait: Vicit Leo de tribu Iehuda radix Dauid, vt aperiat librum, & ſoluat ſignacula eius? *Apocal. 5.*

154 Quomodo cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui, vt Iſaias ait? An (omiſſis chimericis Hebræorum interpretationibus) bos inſipiens animal, & aſinus ſtolidiſſimus cognouerunt dominum ſuum, & præſepe ipſius, quando anhelitu ſuo (vt aiunt) calefecerunt puerum natum tempore illo brumali? An per aſinum & bouem intelligũtur Gentiles, de quibus Apoſtolus: Scitis autem, quòd cùm Gentes eſſetis, ad ſimulachra muta, prout ducebamini, euntes velut beſtiæ videlicet? Vnde Propheta de huiuſmodi canit: Homo cùm in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus: hi tamen cognouerunt poſſeſſorem ſuum fœliciori ſorte quam ij quibus data fuit lex, & qui ſe eſſe homines exiſtimabant. Quod cognoſcens Pſalmographus iubilando decãtat: Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. *Iſaia 1. 1. Corin. 12. Pſalmo 48. Ibidem 116.*

155 Quis quæritur in Ephrata, & inuenitur in campis ſyluæ? An de arca fœderis eſt ſermo, quæ fuit quæſita à Dauide in Bethlehẽ ciuitate ſua, quæ alio nomine dicitur Ephrata, ſed ibi non fuit inuenta, quia nuſquam legitur eam ibi fuiſſe: ſed inuẽta fuit in Chiriatiharim, quæ dicitur ciuitas ſaltus aut ſyluæ, quò deducta fuit poſt percuſſionem Bethſemes: vt in primo regũ volumine habetur? An de Chriſto eſt ſermo, qui quęſitus fuit à Magis in Ephrata vel Betlehem, & inuentus fuit in campo & in antro quod erat extra ciuitatem arboribus cõſitum? Et hoc iam declaratum fuit à Michæa qui ait: Et tu Betlehem Ephrata paruula es in millibus Iehuda, ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael. Et ad meliorem expreſſionem ſubinfert: Et egreſſus eius à diebus æternitatis. *Ibidem 131. 1. Reg. 7. Michææ 5.*

156 Qui Sabæi & Arabes venerunt adorare Chriſtũ, & cur, vt Propheta canit? An deducti tantummodò à ſtella, vt habetur ex Euangelio? An (vt ad altiora myſteria conſcendamus) hoc myſterium initium habuit, & prę figuratum fuit à regina Saba, i. Arabiæ, quæ apud Hebræos dicitur Saba שבא, & ſcribitur cum ש ſim ad differentiam Sabææ regionis, quæ ſcribitur cum ס ſamach, vt etiam alibi dictum eſt? Venit itaque regina illa ex Arabia fœlice, ſita ad Auſtrum vſque ad mare Oceanum, in Ieruſalem ad regem Salomonem, qui ſolueret eius ænigmata. Quæ regina ſignificabat legem datam in Sina Arabiæ monte, quæ venit ad Chriſtum, qui in Ieruſalem prædicans ſoluit omnia legis ænigmata, vt alibi diffuſius (Deo fauente) dicetur. Quod proſequẽtes reges Arabum & Saba venerunt & ipſi ad reuerendum Chriſtum. *Pſalmo 71. Matth. 2. 3. Reg. 10.*

157 Cur dixit Dauid, In Idumæam extendam calciamentum meum? An quia re vera fecit ipſam tributariam, vt in ſecundo regum volumine legimus? An Dauid vicem & typum Chriſti gerens, prædixit Idumæos, alióſque populos ſibi ſubiiciendos? An, quia Chriſtus venturus erat, non tantùm vt ſaluaret animam, ſed etiam corpus & carnem per Edom ſi- *Pſalmo 59 & 107. 2. Reg. 8.*

gnificatam? Hinc prouidit de lauacro, & cibo corporis ſui, ſumendo à gutture noſtro corporeo: vt per ipſum Chriſti corpus, noſtrum corpus in ſpiritum tranſmutatum, cum ipſo ſaluaretur. Calciamentum autem & veſtis Chriſti præcipua fuit corpus, quod aſſumpſit: per quod mortificatum dedit nobis, & corporibus noſtris, per Idumæam figuratis, ſalutem.

158 Cur pſalmographus dixit, quòd Moab fuit olla ſeu vas lotionis ſuę Pſal.59
vt in veritate literæ habetur? An, quia Moab fuit vas lotionis, vbi immunditics rerum lotarum relinquuntur? Hinc excluſus fuit ab eccleſia Dei. Deut 23 Rut.4 Mat.1
Sed, cum Rut Moabitis fuerit atauia Dauid, & in genealogia, immò Chriſti connumerata, aliud ſenſum quærendum mihi videtur. Loquitur enim Propheta (ni fallor) de diuerſis gentibus abluendis & redimendis à Chriſto, Idumæis videlicet, Allophylis, & Moabitis, quos prædicit & ipſos fore vas ſuſcepturum lotionem, quam fecit redemptor, vt Iohannes perhibet, dicens. Lauit nos à peccatis in ſanguine ſuo. Apoc.1

159 Quomodo Deus (vt in Oſæa dicitur) fecit nō plebem ſuam, plebem Oſea 2
ſuam? Nonne nō ſolùm ex Moabitis, Idumæis & Philiſtæis fecit familiam & Eccleſiam vnam, ſed ex Iſmahelitis, Græcis, Elamitis, & ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt? Vt Iohannes perhibet, dicens. Vidi turbam magnam Apoc 7
quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis ſtantes antè thronum in cōſpectu agni, amictos ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum, ſcilicet erant.

160 Quando & quomodò alleuiata fuit terra Zabulon, & Nephtalim, Iſaie 9
vt Iſaias ait? Nónne hoc declarat Matthæus dum ait, quòd habita Ieſus victoria in tribus præliis à Diabolo ſuſcitatis, audiens, quòd Iohannes traditus eſſet, venit in Capharnaum ſitam in finibus Zabulon & Nephtalim, vbi cœpit prædicare & alleuiare populum Hebræū ab onere legis, requirens ſolummodò conuerſionem ad Deum, & inde promittens regnum cœlorum. Cui rei Matthæus oraculum applicat. Mat.4

161 Cur ex aduerſo aggrauata eſt via maris trans Iordanem Galilææ gentium? Nónne, quia tunc cœpit Ieſus imponere iugum Euangelicum gentibus: quæ nullo legis grauamine premebantur? Dicta autem fuit regio illa, Galilæa gentium: quia Salomon ipſam donauit Hiram Chananæo, Regi Tyri ob beneficium ſibi ab ipſo collatum in dandis lignis cedrinis ex monte Libano pro fabrica templi: vt habetur in tertio Regum volumine. 3.Reg.9

162 Quomodo fecit Deus aſpera in vias planas, & quando: vt Iſaias ait? Iſaia 40
An quando ſuperbi & exaſperantes humiliati ſunt? Iuxta canticum Virginis. Depoſuit potentes de ſede. An quando dura & aſpera legis præcepta reducta ſunt ad ſuaue & delectabile iugum Chriſti? An (vt opinor verius) id erit in ſecundo Chriſti aduentu, quando reddet omnia pacata & quieta, vt videntur indicare verba præcedētia & ſubſequentia? Præmittit enim Vates. Conſolamini, conſolamini popule meus, loquimini ad cor Ieruſalem, quoniam completa eſt malitia eius. Non enim completa eſt malitia Luca 1

alicuius,dum in carne viuit. Et de malis puniẽdis ſubinfertur. Suſcepit de
manu eius duplicia per omnibus peccatis ſuis. Et paulò poſt. Ecce Deus
veſter in fortitudine veniet:& merces eius cum eo. Nec enim mercedem
Pſal.61 dedit Chriſtus in primo aduentu:ſed in ſecundo daturus eſt:vt Propheta
Rom.2. cum Paulo teſtatur

Iſaiæ 11 163 Quando(vt Iſaias ait) infans ponet manum in foramine aſpidis:aut
in cauerna reguli impunè? An expectare debemus ætatem illam auream
quam fingunt Poetæ ſub Saturno fuiſſe? An tunc id fuit, quãdo dixit ſum-
Lucæ 10 mus Doctor & Rex ſectatoribus ſuis. Ecce dedi vobis poteſtatem cal-
candi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici:&
1.Cor.15 nihil vobis nocebit? An tunc erit, quando (vt Apoſtolus ait) penitus de-
ſtruetur inimica mors : Diabolus videlicet, qui eſt author mortis? Ipſo
Apoc.21 nanque deſtructo ceſſabunt omnia mortifera & triſtitia. Tunc enim (vt
Iohannes ait) non erit neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vl-
tra:quæ prima abierunt.Nam(vt ipſe ſubinfert)dixit, qui ſedebat in thro-
no.Ecce noua facio omnia.

Ierem.23 164 Quando Iſrael (vt Ieremias ait) habitabit confidenter? An de tem-
pore Chriſti eſt ſermo : vt videntur innuere verba præcedentia, quibus
Propheta inquit. Ecce dies veniunt(dicit Dominus) & ſuſcitabo Dauid,
germen iuſtum? Quod de Chriſto vero Dauide intelligitur : vt etiam veri
Acto.5 Hebræorum Sapientes conſentiunt. Tunc enim fuerunt ſui confidentes:
Sopho.3 quando intrepidi dicebant. Obedire oportet Deo, magis quàm homini-
bus? An de tempore illo loquitur Propheta:de quo Sophonias.Tunc red-
dam populis labium electum:& inuocabunt omnes nomen Domini : &
Ioannis 10 ſeruient ei humero vno? Quod etiam Chriſtus prædixit, dicens. Et alias
oues habeo:quæ non ſunt ex hoc ouili : & illas oportet me adducere. Et
fiet vnum ouile:& vnus paſtor.

Iſaiæ 59 165 Cur multiplicata gente (vt Iſaias ait) non fuit magnificata lætitia?
Rom.12 Nónne quia chariſmata, vnicuique donanda,ſunt determinatæ menſuræ
Ioannis 3 (iuxta illud Apoſtoli. Deus diuiſit menſuram fidei) adeò vt multiplicatis
accipientibus diminuatur portio? Sed nónne Iohannes ait. Non enim ad
menſuram dat Deus ſpiritum? Vnde videtur, quòd donum ſpirituale
communicatum creſcat. Sicut patet de ſcientia communicata : quæ non
deficit, immò augetur tam in communicante, quam in iis, quibus com-
municatur. Sed nónne videmus ſpiritum vniuſcuiuſque familiæ Dei eſſe
vehementiorem in paucis,quàm in multis:vt patuit in primitiua Eccleſia:
Mar.5 quando erant pauci : & in primordiis cuiuſcunque Religionis? Niſi enim
per communicationem bonorum ſpiritualium euacuaretur aliquid in
communicante:non dixiſſet Euangeliſta, quòd cum ſanata fuiſſet mulier
hæmorrhoiſſa ad tactum fimbriæ veſtimenti Ieſu , ipſe ſenſit virtutem ex
ſe exiiſſe. Hinc dixit. Quis me tetigit? Si igitur Deus ſecundum virtutem
infinitam diſtribueret dona : nulla quippe diminutio foret in diſtribuen-
do. Sed,cum diſtribuat in menſura,quod vni datur,aufertur ab alio:vt in
Apoc.3 Apocalypſi dicitur. Tene quod habes:ne alius accipiat coronam tuam. Et

in Euangelico clarius. Tollite ab eo talentum: & date ei: qui habet decem talenta. *Mat. 25*

166 Cur Iſaias ait, quòd pallium eſt breue, & ſtratum arctum, vt vtrunque operire nequeat? An (vt aliqui ſentiunt) pallium illud æternum operire non poteſt ſeruientem Deo & Mammonæ? Sed quid de iis: qui nec in ſtratum, nec in cubiculum, nec in aulam, nec in regionem eandem introducuntur? Cùm ſeruientes Mammonæ ituri ſint in ſupplicium æternum, ſeruientes autem Deo in vitam æternam. An igitur (vt nuper tactum eſt) quia portio rerum diuinarum communicandarum eſt determinata? Alioquin non dixiſſet Chriſtus. Non eſt bonum ſumere panem filiorum: & mittere canibus: ac ſi vtriſque idem dari non poſſit. Hinc & Apoſtolus loquens de pallio præmij ait. Sic currite: vt comprehendatis: ne alius videlicet præripiat. Quod quidem brauium & ſi datur portione determinata, nulli tamen bene currenti deerit. *Iſaiæ 28* *Mat. 25* *Ibidem 15* *1. Cor. 9*

167 Cur Iſaias inquit. Congregabuntur ſpolia veſtra? An id intelligitur de Aſſyriis: qui poſtquam multas regiones deuaſtauerant, tandem percuſſi ab Angelo, in prædam dati fuerunt: vt alibi ait idem Vates. Hinc præmittit, dicens. Væ qui prædaris. Nónne & ipſe prædaberis? An (vt ad veritatem tranſeamus, cuius hæc figura erant) quia Chriſtus deprædatus eſt principatus & poteſtates: & tradidit ſpolia ſuis, quos è manibus ipſarum poteſtatum eripuerat? Vnde Pſalmographus canit. Aſcendiſti in altum: adduxiſti captiuitatem, dediſti dona hominibus. *Iſaiæ 33* *Ibidem 37* *Coloſſ 2* *Pſalmo 67*

168 Quis & quando conuertit corda patrum in filios: vt Angelus Zachariæ dixit? Nónne hic fuit Iohannes: vt in textu Euangelico habetur: qui præiuit Chriſtum in ſpiritu & virtute Eliæ? אליה Eliach enim interpretatur Deus meus. Iah vtique, quem laudare inuitamur in illo verbo alleluiah. Vnde ſenſum eſt, quòd ea, quæ Iohannes, Elias, & alij ſancti fecerunt, vtique fecerunt in ſpiritu & virtute illius, de cuius plenitudine vt Iohannes inquit) omnes nos accepimus, & qui ait. Sine me nihil poteſtis facere. Ipſi enim competit non ſolùm Iah, quod eſt dimidium nominis quadriliteri, ſed etiam totum nomen, vt Ieremias perhibet, dicens. Et hoc eſt nomen, quod vocabunt eum, Adonai iuſtus noſter. Quod nomen Adonai eſt nomen quadriliterum, competens Meſſiæ, vt Rabi Moſes Ægyptius expreſſè perhibet. Hic ergo Iohannes conuertit corda patrum in filios: quando (vt Lucas narrat docuit dirigi obliqua, & aſpera in vias planas reduci, dans vnicuique documentum conueniens. *Lucæ 1* *Ioan. 1. 15* *Ieremiæ 23* *R. Moſes Aegyptius.* *Lucæ 3*

169 Ad quam mulierem prophetiſſam acceſſit Iſaias, vt generaretur filius: qui vocaretur. Accelera, ſpolia detrahe, feſtina, prædare? An acceſſit ad Spiritum ſanctum, qui apud Hebræos eſt fœminini generis: ex quo concepta eſt prophetia, vel prophetiæ ſpiritus, vt Hieronymus & Origenes conſentiunt? Iuxta illud. A facie tua Domine concepimus. An de matre Meſſiæ loquitur Propheta, ad quam ſpiritu acceſſit, quam vidit concipere & parere, non quidem ex ſe ſed ex Spiritu ſancto? Nomen autem *Iſaiæ 8* *Hierony* *Origen.* *Iſaiæ 26*

concepti dictum eſt. Accelera, opus tuum videlicet, quod ipſe Chriſtus conſummauit paruo tempore trium videlicet annorum & dimidij: Detrahe ſpolia, principatuum & poteſtatum: vt dictum eſt: & diuide prædam inter tuos.

Oſeæ 11 170 Cur dictum eſt in Oſæa. In funiculis hominum traham eos: in vinculis charitatis? Nónne expreſſè loquitur Propheta de opere facto à Deo in habitu humano: in quo efficacius attraxit homines, quàm in pura diuinitate? Nam multò plures adduxit Deus ad cultum ſuum per Chriſtum Deum & hominem: quàm ſemet ipſum? dum loqueretur in gloria diuinitatis in Sina. Sed vnde hoc? An fuit propter ſymbolum diuinitatis humanitati iunctæ ad cæteros homines maius, quam diuinitatis puræ ad homines? An, quia maximum hic amorem oſtendit? Iuxta illud Iohannis. Sic *Ioannis 3* Deus dilexit mundum: vt filium ſuum vnigenitum daret. An, quia talem fecit hunc hominem Deum: vt non ſolùm tolleret impedimenta omnia: ſed etiam diſponeret & cogeret homines ad toleranda omnia, vel extremum ſupplicium propter Deum? Quod in multis millibus martyrum contigit.

Pſal. 113 171 Cur & quando dicuntur exultaſſe colles & montes? An, quando lex data fuit in Sina, iubilabat Sina & Horeb: maréque paulo antè apertum fuerat: & deinceps Iordanis diuiſus præbuit iter populo Dei? Hinc præmittitur. Quid eſt tibi mare, quòd fugiſti: & tu Iordanis: quia conuerſus es retrorſum? An (vt ad figuratum deueniamus) montes ſuperiores Archetypi (qui dicuntur montes batar, ideſt diuiſionis, vt alibi dictum eſt) & colles inferiores in aduentu Chriſti exultarunt, & iniecerunt ſe, ideſt influxerunt in illud mare ſupramundanum ſapientiæ & bonitatis diuinæ: *Col. 2* vt propinaret huic Meſſiæ aduenienti, in tanta copia: vt Paulus dicat. Ibi, ſcilicet in Chriſto, ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ: abſconditi tamen cæcutientibus oculis.

Pſalmo 113 *Exod. 14* 172 Quomodò mare fugit, & Iordanis conuerſus eſt retrorſum: vt Propheta canit? Nónne ſicut fugit mare cedens populo Iſraelitico proficiſcenti in Sina, à faciéque Pharaonis fugienti: Sic mare hoc inferius, quod ôlim ſuffocauit genus humanum propter ſcelera eorum, & ſuffocare ſolebat aliàs populos multos: fugit in aduentu Chriſti, dati in *Lucæ 2* ſignum fœderis: quamuis ab aliquibus ei contradicatur: ſicut prædixit Simehon? A quo quidem ſigno Chriſti pendentis in Cruce certificati ſumus: quòd vltra genus humanum non ſummergetur. Iordanis autem, qui fluuius iudicij deſæuientis in nos dicitur, abiit retrorſum fugatus à clementia, venia & remiſſione: quam Chriſtus attulit: adeo vt mare ſupramundanum Chriſto aduenienti fauerit: & hoc inferius & nocens ceſſerit.

Pſalmo 88 173 Quomodò (vt promiſſum fuit Dauidi) ſemen eius in ſempiternum manet? cùm ad nihilum penitus redacta ſit eius genealogia. An manet ſemen eius notum in cœlo: nomine ſuo & ſuorum in libro vitæ ſcripto? *Rom. 1* An ſemen Dauidis eſt Chriſtus? Iuxta illud. Apoſtoli. Qui factus eſt

ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Chriſtus autem manet in æternum ſicut & teſtamentum ipſius: vt ſcriptum eſt. Hic eſt ſanguis noui & æterni teſtamenti. Et hæreditas & regnum eius eſt æternum. Iuxta illud. Iuſti autem ibunt in vitam æternam. *Ioannis 12* *Mat. 26* *Ibidem 25*

174 Quæ ſterilis habitat in domo, mater filiorum lætans: vt in Pſalmo dicitur? An de mulieribus: quæ aliquando ſteriles fuerunt, loquitur Vates: quibus data eſt fœcunditas? Sicut de Sara, Rebecca, Hanna, & Eliſabet legitur? Sed quid hoc ad id quod præcedit. Vt ſedeat cum principibus populi ſui? An igitur ſterilis, cui data eſt fœcunditas, eſt gens, quæ erat ſine cultu & fructu grato Deo? Vnde hæc ſuſcipiens Chriſtum facta eſt mater multorum filiorum: & inde læta & iucunda. De qua (ni fallor) loquitur Iſaias, dum ait. Lauda ſterilis, quæ non paris: quoniam multi filij deſertæ, ideſt gentium, magis quam eius: quæ habebat virum, ideſt Synagogæ. An de matre illa ſuperna eſt ſermo? Sicut innuit Paulus: qui, poſtquam locutus eſt de Ieruſalē ſuperna, quæ eſt mater noſtra: ſubinfert. Lætare ſterilis &c. Illa videlicet mater, à qua gentes influxum ſuſcipiebant: quæ vſque ad aduentum Chriſti manſit ſterilis: & ab eo fuit fœcundata. Iuxta illud. Eſurientes impleuit bonis: & diuites, Hebræos videlicet, dimiſit inanes. *Pſalmo 112* *Geneſis 18 & 25* *1. Reg. 1* *Lucæ 1* *Iſaiæ 54* *Gal. 4* *Lucæ 1*

175 Qui collocabuntur cum principibus populi Dei: vt propheta canit? Nónne Angeli ſunt principes Dei: vt plæriſque in locis habetur? Cùm his igitur in aduentu Chriſti pater æternus ſedere faciet illos inopes: quos ſuſcitauit de terra & de ſtercore gentilitatis: dummodò pientiſſimum filium imitati fuerint: qui corpus, ſanguinem, animam, & totum ſemetipſum pro nobis tradidit: expectans quòd ei reddamus eas vices, quas poſſumus. *Pſalmo 112*

176 Cur Chriſtus dictus fuit Nazaræus? Nónne conuenit hoc vocabulum Chriſto ſecundum duplex eius ſignificatum? Nazaræus enim flos, & Deo ſacratus, vel pro Deo ſeparatus interpretatur. Nónne itaque Chriſtus fuit ille flos: de quo Iſaias. Egredietur virga de radice Ieſſe: & flos de radice eius aſcendet: & requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini: vt ſupra declaratum eſt? Si verò Samſon non bibens vinum, nec admittens nouaculam in capite, Nazaræus dictus eſt, & conſecratus Deo (vt Angelus perhibuit) quantò magis hic: quem pater ſanctificauit, & miſit in mundum: vt ipſemet perhibet, Iohanne referente? *Mat. 2* *Iſaiæ 11* *Iud. 13* *Ioannis 10*

177 Cur Chriſtus naſci voluit in Betlehem? An, quia æquum fuit, vt panis ille diuinus & celeberrimus naſceretur in loco, qui domus panis dicitur? An nouus & verus Dauid, germen iuſtum, à Domino magna celebritate ſuſcitatum, conuenientiſſimè natus eſt in ciuitate Dauid: cuius filius dicitur: & à quo nomen hoc Dauid ſortitus eſt? Quod prænuncians Michæas, dixit. Et tu Betlehem Ephrata, paruula es in millibus Iehuda. Ex te tamen mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael: non quidem temporalis, ſed æternus. Ideo ſubinfertur. Et egreſſus eius ab initio, ideſt primus à diebus æternitatis. *Mat. 2* *Ibidem 22* *Michææ 5*

178 Cur Chriſtus docere & redimere voluit humanum genus in Ieruſalem? An, vt adimpleretur oraculum, dicens. Operatus eſt ſalutem in medio terræ? Ieruſalem enim ſita eſt in medio terræ habitabilis: vt extat monumentum in lapide marmoreo in Eccleſia ſancti ſepulchri literis romanis ſcriptum in hæc verba (ſicut oculis propriis vidimus) Hic eſt medium mundi. Et quis operatus eſt hanc ſalutem? Ille vtique, qui eſt Rex & Deus noſter antè ſæcula, Chriſtus videlicet. An elegit hunc locum pro redimendo genere humano, quem elegit etiam pro templo fabricando: & pro regno figuratiuo illius potiſſimum Regis iuſti Dauid: qui in multis ipſius typum elegantiſſimum geſſit? An illum locum elegit, qui eſt perpendiculariter ſub illa Ieruſalem ſuperna: quæ (vt Apoſtolus docet) eſt mater noſtra?

Pſalmo 73

Gal. 4

179 Cur Chriſtus ex monte oliuarum aſcendere voluit in cœlum? Nónne, vt adimpleretur oraculum, quo dicitur. Mons Dei, mons pinguis: mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo (iuxta illud Iohannis. Frequenter Ieſus conuenerat illuc, ſcilicet ad montem oliuarum) etenim Dominus habitabit in finem, quando videlicet voluit recedere à mundo? Poſtea, qualiter ipſe Chriſtus triumphans in cœlum aſcenderit, ſubinfert Vates, dicens. Currus Dei, ideſt corpus Chriſti glorioſum, aut multitudo Angelorum (ſicut ſcriptum eſt. Qui ſedes ſuper Cherubim) multa millia lætantium: vt habet veritas literæ: non autem decem millibus: vt habet vulgata traductio. Multa quidem millia erant tam Angelorum quàm illorum multorum: qui ſurrexerant cũ eo: vt Matthæus narrat. Poſtmodum ſubinfert idem Vates. Aſcendiſti in altum, captiuam duxiſti captiuitatem, dediſti dona hominibus, poſt decem dies videlicet: quando Spiritus ſanctus miſſus fuit.

Acto. 1
Lucæ vlt.
Pſal. 67
Ioan. 18
Pſal. 98
Mat. 27

180 Cur Chriſtus miſit Spiritum ſanctum ſuper montem Sion in Apoſtolos? Nónne ij, qui electi erant, vt eſſent ſpeculatores ſuper vniuerſum gregem figuratiuum & verum, deducendi erant in montem, qui ſpecula dicitur, vt replerentur Spiritu ſancto, & dignè poſſent locari in ſpecula ſuper vniuerſum orbem? Chriſtus enim (vt Marcus refert) aſcendens dixerat. Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ.

Mar. 16

SECTIO V. QVOD CHRISTVS PER PASSIONEM ET MORTEM NOS REDEMIT.

181 CVR (vt Iſaias ait) liuore eius, ſcilicet Chriſti ſanati ſumus. Nónne ordo naturæ exigit, quòd ægrotante corpore medicina ſumatur à capite in beneficium omnium membrorum? Cùm igitur Chriſtus (teſte Apoſtolo) factus ſit caput corporis eccleſiæ & myſtici: quod ad ſimilitudinem corporis noſtri ordinatum eſt: nónne debuit ſumere medicinam pro omni-

Iſaiæ 53
Coloſſ. 1

bus:& hanc amaram & torquentem ipſum caput? Propterea ſentiens ip-
ſius medicinæ horrorem ipſe Chriſtus caput noſtrum, orauit patrem, di-
cens. Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte: ſtatim tamen voluntati *Mat. 26*
paternæ ſe ſummittens. Et quia membro abſciſſo beneficium medicinæ
nequaquam prodeſſe poteſt: Ideò, vt beneficium medicinæ ſufficientiſſi-
mè omnibus membris prodeſſet: hoc ſolum exegit à nobis: vt ſimus vniti
in charitate mutua & ſecum. *Ioan. 15 17*

182 Cur Iſaias de Chriſto in perſona patris loquẽs, inquit. Propter pec- *Iſaiæ 53*
cata populi mei percuſſi eũ? Nónne cũ pater eum adducere vellet ad cul- *Ioannis 15*
mẽ ſupremũ perfectionis, decreuit vt pficeret ſummæ perfectionis opus:
quod eſt (vt ipſe Chriſtus docuit) vt animam ſuam ponat quis pro amicis
ſuis? Hinc non ſolum voluit percuti & atteri, ſed etiam mori. Nec abſ- *Lucæ 24*
que præmio tot tantáque perpeſſus eſt. Nam (vt ipſemet perhibet) opor- *Heb. 1*
tuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam. Quam quidẽ gloriam
quamuis iure hæreditario habuiſſet (iuxta illud Apoſtoli. Quem conſti-
tuit hæredem vniuerſorum) non tamen habuiſſet iure belli, nec iure præ- *2. Tim. 2*
mij: niſi decertaſſet, & paſſus fuiſſet. Nam (teſte eodem Apoſtolo) non co-
ronabitur, niſi qui legitimè certauerit.

183 Quod torcular (vt Iſaias ait) Chriſtus calcauit ſolus? Nónne fuit tor *Iſaiæ 53*
cular crucis, in quo tinxit veſtimentum corporis ſanguine: vt præmiſit
Vates? In qua cruce operatus eſt ſalutem omnium. Sed cur ſolus crucem
pro nobis tulit? Nónne, ſi habuiſſet huius miniſterij collegas, teneremur
non vni tantùm Redemptori, ſed pluribus: nec ipſe habuiſſet hanc gloriã, *Coloſſ. 2*
vt ſolus eſſet omnium Redemptor: quemadmodum non ſolum hic, ſed *Mat. 26*
alibi innuitur? Loquens enim Paulus de hoc triumpho crucis, ait. Palam
triumphans in ſemetipſo. Hinc dixit ipſe Chriſtus Petro. Si peterem à pa-
tre duodecim legiones Angelorum, daret. Sed non peto videlicet, quia
non expedit: cùm ſolus decertare debeam.

184 Cur dixit Dauid. Deus Deus meus, quare dereliquiſti me? Nón- *Pſalmo 21*
ne Propheta in toto pſalmo iſto quaſi hiſtoriam texens, magnam par- *Mat. 27*
tem paſſionis Chriſti decantauit? Inter cætera verò præcinuit verbum
illud, quod Redemptor dicturus erat in cruce. Sed cur & quomodò dere- *Ioannis 8*
lictus fuit à patre ille, qui dixit. Qui me miſit, mecum eſt, & non relin-
quit me ſolum? Verum eſt, quòd in operibus perpetrandis nunquam dere-
lictus fuit à patre: ſed in paſſione derelictus fuit. Alioquin enim non fuiſ-
ſet paſſus. Nam fruens diuinitate non patitur. An derelictus fuit, quia nul-
lum habuit coadiutorem: vt ſolus pateretur: ſicut dictum eſt? An pater mi
ſericordiarum & Deus totius conſolationis reliquit eum ſolum ſub tri-
bunali ſeueræ iuſtitiæ: nullum ſubſidium conſolationis & pietatis ei præ-
ſtans (ſicut proprium ipſius patris eſt) vt ſufficienter pro generis humani
ſalute pateretur?

185 Cur Propheta canit. Deus meus clamabo per diem, & non exaudies *Pſalmo 21*
& nocte non tacui: vt habet veritas literæ? Quomodò non fuit exauditus
ille, qui dixit. Scio pater, quòd ſemper me audis? Nónne ſemper exauditus *Ioannis 11*

fuit in ſuum & noſtrum beneficium:ſed, dum tanquã homo timeret horrendum caſum paſſionis,non fuit exauditus:neque orans in Cruce in die, neque orans in nocte in antro montis oliuarum, dum oraret patrem, vt tranſiret ab eo calix? Cauſam autem, cur non ſit exauditus, ſtatim innuit dicens. Tu autem in ſancto habitas, laus Iſrael. Habitat enim ſemper in ſanctuario ſuo: cùm ſemper ſanctus, ſemper in beneficium & vtilitatem noſtram operetur. Ibi itaque ſtabat pater nolens à decreto ſancto ſuo recedere. Sed cur orauit filius contra decretum patris iam ſibi cognitum? Sicut ipſemet prædixerat, dicẽs. Filius quidem hominis vadit ſicut ſcriptum eſt de illo. An igitur id fecit indulgens humanæ timiditati? An, ne aliis peccatum imputaretur: ſi timore naturali refugerent ea, quæ ratione ſubeunda ſunt?

Mat.26

Iſaiæ 63 *Diony. de Ange. hierarchia.* 186 Qui & cur dixerunt, Quis eſt iſte qui venit ex Edom intinctis veſtibus de Boſra? Nónne fuerunt Angeli (vt Dionyſio placet) videntes Chriſtum aſcendere cum triumpho ex victoria parta in Cruce? Sed quomodò venit ex Edom? Nónne Edom rubeus, carnem & ſanguinem ſignificat? Hinc dixerunt. Quare rubrum factum eſt indumentum tuum, intinctum videlicet de Boſra, quod vindemiam ſignificat? Factus nanque fuit (vt Michæas ait) ſicut qui colligit in Autumno racemos vindemiæ. Vindemiauit enim vineam ſuam, de qua plæriſque in locis habetur. Sed quomodò vindemiauit fructus nondum productos ab iis, qui eum ſecuturi erant? Nónne (vt Iohannes ait) ipſe fuit occiſus ab origine mundi? Hinc tunc decreti fuerunt omnes fructus colligendi in omnibus futuris temporibus virtute Crucis: in qua vindemiauit, & præbuit, vnde fructus producerentur.

Michææ 7

Apoc.13

Pſal.41 187 Quis (vt propheta canit) fuit verus ceruus ſitiens ad fontes aquarum: & quandò? Nónne fuit Chriſtus? De cuius paſſione volens agere Pſalmographus, in titulo Pſalmi viceſimi primi præmiſit. Super Ceruam auroræ. Pro quo mendoſa æditio habet. Pro ſuſceptione matutina. Chriſtus itaque fuit Ceruus: cuius proprium eſt ſerpentem inuadere, & cum ipſo pugnare. In qua pugna, aut defatigatione, aut venenoſo afflatu Serpentis Ceruus ſitim maximam contrahit. Hinc quia Chriſtus inuaſit Serpentem antiquum, conterens ipſum (ſicut ſcriptum eſt. Ipſum, ſemen mulieris videlicet, quod eſt Chriſtus, conteret caput tuum: vt habet veritas literæ, non autem ipſa: ſicut habet vulgata traductio) fatigatus ex itinere, & pugna, malóque membrorum, vel filiorum ſerpentis, contra ipſum clamantium, afflatu, ſummopere ſitiuit, adeò vt clamans dixerit. Sitio.

Geneſ.3

Ioannis 19 *Pſalmo 21* *Ioannis 19* 118 Quæ veſtimenta Dauid fuerunt aliquando diuiſa, & ſuper quam ipſius veſtem miſſæ ſunt ſortes? Nónne totum hunc Pſalmum cecinit Dauid gerens typum Chriſti: cuius veſtimentorum alterum fuit diuiſum: & ſuper alterum miſſæ ſunt ſortes: vt Euangeliſta narrat? Et id magno myſterio. Duo enim veſtimenta protulit Agnus, qui tulit peccata mundi, ad tegendam nuditatem noſtram, & peccata noſtra. Iuxta illud. Beati, quorum

Pſalmo 31

remiſſæ

remiſſæ ſunt iniquitates : & quorum tecta ſunt peccata. Alterum autem fuit baptiſmus, de quo Hieronymus loquẽs, ait: Romæ veſtem Chriſti ſuſcepi. Et hoc eſt veſtimentum inconſutile, & indiuiſibile, quia eſt ſacramentum non reiterabile. Alterum eſt pœnitentia diuiſibilis, quia quotieſcunque quis peccat, poteſt ſuſcipere hoc veſtimentum: ſine quo ad nuptias intrare (Matthæo teſte) non permittimur. *Hieronym.* *Matth. 22.*

189 Quæ eſt virga vigilans quam vidit Ieremias? An eſt illa de qua dicitur: Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt? Qua quidem virga Deus corrigit omnem filium quem ſuſcipit. An eſt virga crucis, pro qua tradenda filio vigilauit pater? Hinc ſequitur textus: Bene vidiſti quia vigilabo ſuper verbo meo, toties videlicet promiſſo, vt faciam illud: Et tunc congregabo omnes nationes regnorum Aquilonis, illius videlicet, qui dixit: Ponam ſedem meam ad Aquilonem, & ponent, i. deponent vnuſquiſque ſolium ſuum in introitu portarum Ieruſalem. Nam Chriſtus illic extra portam paſſus eſt, vbi abſtulit omne ſceptrum principis Aquilonis, ſicut ipſe prædixerat, dicens: Nunc princeps huius mundi eiicietur forás, & ego exaltatus à terra, omnia, i. omnem poteſtatem & regnum traham ad meipſum, ſicut Apoſtolus apertè teſtatur. *Ieremiæ 1.* *Pſalmo 22* *Hebræ. 12* *Iſaiæ 14.* *Ioannis 12* *Coloſſ. 2*

190 Cuius foſſæ ſunt manus & terebrati pedes, vt Dauid canit? Nónne Redemptoris, in cuius perſona iam loqui cœperat Vates? Sed quo myſterio? Nónne pedes affectus, manus verò opera ſignificant? quæ quidem opera in hominibus (vt Iohannes ait) erant mala. Propterea, vt ea purgaret, in manibus pati voluit, & in pedibus, vt purgaret affectus omniũ mẽbrorum delinquentium, nec audiendi ſunt Hebræi, qui præuertunt textũ dicentes: Fecerunt ſicut Leonis manus meas, quia nec literæ, nec veritati id conſonat, ſed ab eis adinuentum fuit hoc, vt detraherent prophetiæ apertè de Meſsia prophetanti. *Pſalmo 21* *Ioannis 3* *Hebræorum confutatio*

191 De quo loquitur Zacharias, dum ait: His plagis plagatus ſum in domo eorum qui diligebãt me? An fortè loquitur de Chriſto, qui fuit plagatus à Iudæis? Sed abſit hoc à me, vt velim accõmodare paſsioni Chriſti verba extranea & impertinentia, mentique prophetæ penitus repugnantia. Loquitur enim Vates de falſis prophetis, contra quos inſurgebant parentes vlciſcentes eorum ſcelera. Vnde percutiebant eos, atque dicebant: Non viues, quia mendacium locutus es in nomine Domini. An loquitur propheta de plagis, quas conſueuerant ſibi facere pſeudoprophetæ? ſicut in tertio Regum volumine legitur. Scalpebant enim carnes ſuas iuxta ritum ſuum culteris & lanceolis donec ſanguis exiret, vt ibidem dicitur. *Zachar. 13* *3. Reg. 18*

192 Cur Zacharias ait: Aſpicient ad me, quem confixerunt? Nónne hoc dictum eſt de Chriſto: vt Iohannes exponit? Et optimè. Nam concordat cum antecedentibus & ſubſequentibus. præmittit enim Vates: Effundam ſuper domum Dauid, & ſuper omnes habitatores Ieruſalẽ ſpiritum gratiæ & precum. Nam gratia in Ieruſalem per Chriſtum (teſte eodem Iohãne) facta eſt, preces quoque effuſæ ſunt à Chriſto, vt non deficiat petri, & *Zachar. 12* *Ioannis 19.* *Ibidem 1.* *Lucæ 22.* *Matth. 4.*

conſequenter omnium Chriſti fidelium fides, & ab Apoſtolis, qui erant perſeuerantes vnanimiter in oratione. Subinfert autem: Et plangent eum
Lucæ 23. planctu, quaſi ſuper vnigenitum. Et de planctu hoc inquit Lucas: Sequebatur autem illum turba multa virorum ac mulierum quę plangebant & lamentabātur eum. Sed ad quid hoc laterale vulnus, quo transfixum fuit
Auguſtin. pectus Ieſu? Nónne (vt ait Auguſtinus) inde omnia ſacramenta vim ſuſcepere, à corde videlicet ordinantis?

193 Cur Pſalmographus ait: Omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me?
Pſalm. 87. Nónne loquitur Dauid in perſona redemptoris ad patrē eo ſenſu quo di-
& 21. xit: Vt quid dereliquiſti me? Pari modo & hîc ait: Super me confirmatus
Iſaiæ 53 eſt furor tuus, quo furis contra peccata (iuxta illud Iſaiæ: Poſuit Dominus in eo iniquitates omnium noſtrûm) & fluctus tuos, i. peccata quæ punire
Ibidem 57 vis induxiſti ſuper me, ſicut Iſaias alibi dicit: Impij quaſi mare feruens, quod quieſcere nō poteſt, & redundant fluctus eius, i. peccata conturbātia in cōculcationem & lutum, quia non eſt pax impijs, ait Dominus. An per fluctus turbantes intelliguntur perturbationes, quas ſentiunt peccatores immiſſas à Domino? Et ideò dicuntur fluctus Domini.

Ibidem 53. 194 Cur Ieſus pro tranſgreſſoribus orauit (vt Iſaias ait) & non pro mū-
Ioannis 17 do, vt ipſemet perhibet? Si venerat vocare peccatores ad pœnitentiam (vt
Matth. 9. ipſemet teſtatur) nónne debebat orare pro ipſis inter quos erant potiſſi-
Lucæ 23. mè crucifixores ipſius pro quibus orauit, vt Lucas narrat? Omnium enim deſiderabat ſalutem: ſed mundus pro quo non orauit, ille eſt cuius Diabolus erat princeps. Per quem mundum intelligitur caterua reprobato-
Ioannis 8. rum, qui apoſtatare volunt à Deo, & effici membra & filij Diaboli, iuxta
Ibidem 12 illud: Vos ex patre Diabolo eſtis. Sed cùm Chriſtus eiecerit principem
Ibidem 1. mundi foràs, nónne & qui in mundo ſunt ſaluandi videntur? Neceſſe eſt igitur vt hoc vocabulum mundus diuerſa ſignificet, vt in Iohanne habetur: In mundo erat, id eſt in ſemetipſo, & mundus per ipſum factus eſt, machina iſta videlicet, & mundus eum non cognouit, id eſt homo. Sed
Ibidem 3. (vt ad rem redeamus) Chriſtus orauit pro mundo, quem pater adeò (teſte Iohanne) dilexit, vt filium ſuum vnigenitum pro eo daret: non autem o-
Ibidem 7 rauit pro mundo, de quo teſtimonium perhibet, quòd opera ipſius mala ſunt.

Iſaiæ 53 195 Quomodo Chriſtus diuiſit ſpolia, quia in mortem tradidit animam
Coloſſ. 2. ſuam, vt Iſaias ait? Nónne id clarè reſerat Apoſtolus, dicens: Tulit chirographum de medio, quod erat contrarium nobis, & affixit illud cruci exſpolians principatus & poteſtates? in qua quidem cruce tradidit in mortem animam ſuam. Qua traditione liberauit captiuos, infernum & poteſtates tenebrarum exſpolians, quia illic detenti erāt propter peccata, quæ non expiabantur niſi morte propria, vel Chriſti, qui pro omnibus mori dignatus eſt.

Iſaiæ 53 196 Cur Iſaias inquit, Videbit ſemen longæuum, ſi poſuerit pro pecca-
Oſeæ 2. to animam ſuam? Quomodo de Chriſto hoc intelligitur, qui filios non habuit, nec vxorem nouit? Nónne Deus clamat in Oſæa, dicens: Deſpon-

ſabo te mihi in fide, deſponſabo te mihi in iuſtitia, & miſericordia, & miſerationibus? An igitur Chriſtus fuit primus cœleſtis pater omnium cœleſtium generans illos ea generatione qua dixit Nicodemo. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum cœlorum? *Ioannis 3.*
Quam vim regenerādi habuit in morte & cruce. Vnde ſacramenta) vt nuper diximus) habuerunt efficaciam. Semen autem hoc lōgæuum eſt, quia regnabunt huiuſmodi in vita æterna, & in ſeculum, & vltra.

197 Cur Ieremias ait, Recordare diem tranſgreſsionis meæ, abſynthij & fellis? An Vates Ieruſalem alloquitur, vt exponunt ſequentes literā? An Chriſti exiſtētis in cruce, & patiētis multa pro nobis, verba ſunt iſta, quibus nos inuitat ad memorandum amorem, in quo tranſgreſſus omnes humanos terminos, tot & tanta ſuſtinuit, quot & quanta nec quiſquā alius vnquam ſuſtinuit, nec ſuſtinebit? cui anima diuinorum eloquiorum non ignara reſpondens, ait: Memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea præ compunctione videlicet, in recordatione tanti beneficij. *Thren. 3*

198 De quo torrente (vt Dauid canit) & quis in via bibit? Nónne totus hic Pſalmus de Chriſto loquitur, vt ipſemet innuit Matthæo referente, & Paulus cum Petro apertè teſtatur? Sed de quo torrente bibit? Nónne torrens eſt oblectatio, hæc & vita humana ad momentum tranſiens, quam deguſtauit ille, qui habitu inuentus eſt, vt homo? Et quia inclinauit ſe, vt de torrente hoc biberet: propterea (vt Vates ſubinfert) exaltauit caput, cui adſtipulatur Paulus dicens: Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. *Pſalmo 109. Matth. 22. 1. Corint. 15. Hebræ 10. Actor. 2. Philipp. 2. Ibidem*

199 Quo ſigno ſignati ſunt gementes, vt in Ezechiele habetur? An ſigno thau, vt vulgares aſſerunt? Hinc adinuenerunt figuram quandam in modum crucis truncato capite, quæ abuſio quidem eſt minimè toleranda: cùm thau prolatum ſignificet ſignum, & eſt dictio completa, & non vltima litera alphabeti Hebraici, quæ talis eſt ת: non autem eo modo, quo inſcij faciunt, ſic videlicet T. Senſum enim Prophetæ eſt: Signa ſignū ſuper frontes gementium & dolentium. Et quodnam ſignum? Nónne ſignū & ſymbolum Chriſti depictum ſanguine ipſius? Hinc demandatum fuit olim patribus in Ægypto exiſtentibus, vt linirent poſtes ſanguine agni, ne percuterentur ab angelo, Ægypti primogenita percutiente. Vnde ad hoc ſignum imprimendum (quod Theologi noſtri characterem vocant) ordinatus fuit baptiſmus. *Ezechie. 9. Exodi 12.*

200 Quo ſigno ſignati ſunt ſerui Dei, vt Iohannes ait? Cùm vnus in tota militia cœleſti ſit princeps ſolummodò Chriſtus Ieſus, non debent milites cœleſtes, & ordinati ad cœleſte regnum, ſignari alio ſtigmate, quàm Imperatoris ipſius quo ſignatum ſe fatetur Apoſtolus, dum ait: Ego ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto. Stigma enim nō eſt vulnus manuum vel pedum (vt nonnulli volunt) ſed quodcunque ſignum, aut *Apocal. 7 Galat. 6.*

ſymbolum imperatoris à militibus ſuſceptum. Signum autem Chriſti eſt character (vt nuper diximus) depictus ſanguine ipſius, in quo omnes ſal-
Tomus 1. uandos efficaciter redemit, aut eſt lumen quoddam prouenies ab ipſa lu-
Pſalmo 4. ce quæ omnem hominem illuminat, iuxta illud: Signatũ eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.

Ibidem 83 201 Cur Propheta canit, Reſpice in faciem Chriſti tui? An de ſacerdote qui Chriſtus, i. vnctus eſt, loquitur: dum oraret in tẽplo, vel in ſancto ſanctorum, vnde populus multa cõſequebatur beneficia, præcipuè remiſſionem peccatorum? cui conſonat id quod ſequitur. Quoniã melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper millia. An de ſeipſo loquitur, qui cũ eſſet rex, Chriſtus, i. vnctus erat? cui fauet illud quod præmittitur: Domine Deus virtutum exaudi orationem meam. An de vero Chriſto eſt ſermo, per quem habemus pleniſſimam peccatorum remiſſionem, vt Paulus & Petrus perhi-
Epheſ. 1 bent? Qui Chriſtus tantam adinuenit gratiam coram patre pro nobis, vt
Act 2.15. iubeat nos omnia petere in nomine ipſius. Hinc cùm aliquid à patre ob-
Ioannis 16. tinere volumus, meritò dicere poſſumus: Reſpice in faciem Chriſti tui.

202 Quando (vt Apoſtolus ait) inimica deſtruetur mors? An id erit,
1. Corin. 15. cùm ad patriam deuenerimus, de qua dicitur: Et mors vltrà non erit? An
Apocal. 21
2. Theſſ 2 id eueniet interfecto Antichriſto (vt Paulus teſtatur) à ſpiritu Domini Ieſu? in ipſo enim Antichriſto Diabolus, qui eſt angelus mortis, & ipſa mors omnem vim omnéque robur ſuum collocabit, adeò vt eo deſtructo pereat omne robur eius. An, quando data fuerit ſententia à Chriſto dicente,
Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum, cruciandi videlicet cum Diabolo, ſublata ab eo omni poteſtate tentandi & nocendi? Quod tamen erit in virtute crucis Chriſti, in qua ipſum iam debellauit, vt ipſemet perhibet, dicens:
Ioannis 12 Nunc i. cùm crucem aſcendero, princeps huius mundi eiicietur foràs, & omnia traham ad meipſum.

203 Si per paſſionem Chriſti debellatus fuit hoſtis antiquus, cur adhuc
Pſalm. 109 habet tantam vim, tantumque robur vt homines ad tot tantáque ſcelera inducat? Nónne hoc prænunciatum fuit à Propheta, qui patrem inducit filio hæc verba promentem: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum? Quod exponens Paulus Corinthiis, ait:
1. Corin. 15 Oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius, & tunc inimica deſtruetur mors. Et idẽ ad Hebræos ſcribens, repetit. Quã-
Hebr. 10 uis igitur inimici per crucem & mortem Chriſti deuicti ſint, nihilominus adhuc dimiſſi ſunt tãquam hoſtes mortalium, vt habeant vnde decertantes coronam mereantur.

Pſalmo 3 204 Quis & quomodo percuſſit aduerſantes in maxilla, vt Dauid ca-
Michææ 5. nit? Pro quo vulgata traductio habet ſine cauſa. Nónne hic fuit Chriſtus, de quo Michæas ait: In virga percutiet maxillam? Et iterùm: Et exaltabi-
Coloſſ. 2. tur manus tua ſuper hoſtes tuos, & omnes inimici tui interibunt. Et hoc fuit in cruce, vbi triumphans de omni virtute inimici, omnes principatus & poteſtates expoliauit, vendicans ſibi omnia iura, omnéque dominium. iuxta id quod dixerat: Cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me-

ipſum, quod reſerans Apoſtolus ait: Ex eo quòd factus eſt obediens vſque *Philipp. 2.* ad mortem crucis, datum eſt ei nomen, in quo flectitur omne genu, cœleſtium, terreſtrium & infernorum. Percuſſit autem in maxilla, id eſt in virtute & robore per maxillam deſignato, hinc ſubinfert Vates: Dentes impiorum confregiſti.

205 Cur dixit Dauid, Miſerere mei Deus, quoniam conculcauit me homo? *Pſalmo 55.* An id dixit propter inuaſionem ſibi ab Allophylis factam, cùm eum tenerent in Get, vt Pſalmi titulus indicat? An in perſona Chriſti loquitur Vates, quando videlicet traditus fuit in manus Phariſæorum & Gentiliũ? Hinc dixit Pilatus: Poteſtatem habeo dimittere te, & crucifigere te? Sed *Ioannis 19.* quomodo habuerunt poteſtatem in eum, cui pater omnia tradidit? Nónne ipſe declarauit, dicens: Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, *Ibidem 13.* niſi tibi datum fuiſſet deſuper. Sed cur eam dedit Pater? Nónne tanquam miniſtris exequentibus id, quod ab ipſo patre definitum erat de ipſo, vt vim videlicet & mortem pateretur ab impiis? ſicut Iſaias prædixerat, *Iſaiæ 53.* dicens: Sicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet. Sed breui factum eſt, quod ab eodem Iſaia ſubinfertur. De anguſtia, & de iudicio ſublatus eſt, quando videlicet reſurrexit.

206 Quod fuit decorum illud preciũ, quo Zacharias dicit ſe appreciatum fuiſſe? *Zachar. 11.* An Propheta de ſeipſo loquitur? Sed vbi fuerit venditus, non habetur. An igitur Vates hæc de Chriſto prædixit? ſicuti Matthæus expo- *Matth. 27.* nit. Quo precio emptus fuit ager figuli in ſepulturam peregrinorum, vt etiam ipſi conſequerentur beneficium huius extremi negocij, quod Chriſtus in carne operatus eſt pro omnibus. Quod obſeruatur (vt vidimus) etiam temporibus noſtris: nec abſque myſterio decima vnguẽti fuit expoſita pro peregrinis. Vnguentum enim precioſum attulit è cœlo Chriſtus & medicus noſter pro ſalute omnium. Hinc Salomon in Canticis ait: In *Cantic. 1.* odorem vnguentorum tuorum currimus. Cuius decima, quæ Dei eſt, diuina ſanctione in beneficium peregrinorũ expoſita fuit. Et quia decima: Hinc vocatur precium decorum.

207 Cur Ionas miſſus ad Niniuitas fugit in Tharſim? An eſt ſermo de *Ionæ 1.* Tharſo Ciliciæ Paulo glorioſa? Sed hæc nónne propinquior eſt Niniue quàm Ieruſalem? An igitur fugit in mare, quod etiam Tharſis dicitur, vt *Hieronym.* conſentit Hieronymus ſuper illud: Contereś naues Tharſis? Sed quo my- *ſuper pſalmũ* ſterio id factum eſt? An fugit in mare (vt Zohar inquit) vt fugeret ſpiritum *47.* prophetiæ, qui non ſolebat dari niſi in terra ſancta, ne eſſet Niniui- *Zohar.* tis durus nuncius? An celebriori myſterio ante Chriſti aduentum Zohar non reuelato? Quod myſterium magnum eſſe perpendimus ex ipſius *Lucæ 11.* Chriſti verbis, quibus ait: Et ſignum non dabitur, niſi ſignum Ionæ Prophetæ.

208 Cur Ionas dixit, Tollite me, & mittite in mare, quia propter me *Ionæ 1.* venit hæc tempeſtas? Nónne fugiens ad mare habuit confugium pro Ni- *Ant. theolo.* niuitis ad tribunal clementiæ, figuratũ per mare (vt norunt antiqui Theo-

logi) vbi rogauit pro Niniuitis: Sed & ſi pro amicis impetrare poſſunt veniam ſancti Dei, tamen tribunal iuſtitiæ exquirit, vt aliquis luat pœnam pro ſceleribus commiſſis. Tanta verò fuit charitas Ionæ, vt pro Niniuitis pati paratus eſſet: hinc dixit, Ecce ego, mittite me. Sicut Iſaias in perſona

Iſaiæ 6 Chriſti ait: Ecce ego, mitte me. Quod fuit potiſſimum in Chriſto qui ob-

Ibidem 53 latus eſt, quia ipſe voluit. Et ideò ait: Dabitur vobis ſignum Ionę Prophe-

Ioannis 10. tæ, qui videlicet animam poſuit pro Niniuitis, & ego pono animam pro ouibus meis.

Ionæ 3. 209 Si Ionas impetrauit veniam Niniuitis, cur ſecundò miſſus induxit

Apocal. 1. eos ad pœnitentiam, adeò vt veniam impetrauerint? Nónne & Chriſtus,

Matth. 3. licet lauerit nos à peccatis in ſanguine ſuo, tamen iuſſit vt præcurſor prædicaret pœnitentiam, quam & ipſemet prædicauit, & poſt obſequium

Act. 2. 10 et 11 paſſionis exhibitum Petrus & alij Apoſtoli prædicarunt? Prædicauit autem Ionas pœnitentiam, non quòd pœnitentia illa eſſet efficax ad veniam

3. Ioannis impetrandam, ſed vt cooperatores eſſent Dei: iuxta illud Iohannis, Vt cooperatores ſimus veritatis. Et quia partes pœnitentiæ aſſeruntur tres:

Matth. 12. Hinc Ionas ſtetit tribus diebus in ventre Ceti, & Chriſtus in corde terræ,

Ionæ 2 vt ipſemet perhibet. Et ſicut piſcis poſt tres dies euomuit Ionam in Ptolemaida, quæ nunc dicitur Acon, & vulgò Acri: ſic ſepulchrum reddidit

Lucæ 9. Apoſtolis Chriſtum poſt tertiam diem, ſicut ipſemet prædixerat.

Ionæ 3. 210 Vnde inducti ſunt Niniuitæ ad pœnitentiam? An quia crediderunt Dei nuncio, & humiliauerunt ſe in cinere, cilicio, & ieiunio? An quia Ionas eis impetrauerat veniam, vt nuper dictum eſt? An ex mera Dei ſenten-

Exodi 33 tia, qui (vt Moſes & Paulus aſſerunt) quem vult indurat, & cui vult miſe-

Roman. 9 reatur? Sed nónne ipſe Paulus ait: Quæcunque ſeminauerit homo, hæc &

Galat 6 metet. Et per Moſem Deus: poſui in conſpectu tuo bonum & malum, vi-

Deuter 30. 1. Corin. 9. tam & mortem, vt eligas quod vis? Et alibi Apoſtolus: Sic currite, vt compræhendatis. Homo igitur poteſt cooperāte Deo, ipſo autem ſubtrahen-

2. Corin 3 te manum nihil poteſt: ſicut idem Apoſtolus teſtatur dicens, quòd ſufficientia noſtra ex Deo eſt.

Ieremiæ 11 211 Cur dictum eſt, Mittamus lignum in panem eius? Nónne Ieremias præuidens quæ facturi erant impij in Chriſtum, refert etiam ea, quæ dicturi erant contra ipſum, ſcilicet, Venite, mittamus lignum in panem? Sed quod lignum? An forſitan taxum, viroſum lignum, vt eum veneno perde-

Hieronym. rent, ſicut aliqui opinantur? An (vt Hieronymo placet) de ligno crucis eſt

Ioannis 6 ſermo, quod miſſum eſt in panem illum, de quo ſcriptum eſt: Hic eſt panis viuus? An (vt in Targum habetur) inuoluamus vel immiſceamus vene-

Marci vlt. num mortis in cibo eius? Sed quomodo timebat venenum corporeum ille, qui docuit diſcipulos non timere aliquod mortiferum in nomine ipſius? An ſermo eſt de volentibus immittere in ipſum venenum illud, quod poſuerunt in Adam, crimen quippe læſæ maieſtatis? Hinc precatur contra eos, dicens: Tu autem Domine Zebaot qui iudicas iuſtè, & probas renes & corda, videam vltionem tuam ex eis. Quod & factum eſt exſpoliatis illis.

212 Cur dictum eſt, Et eradamus eum è terra viuentium? Nónne tenta-
uit ille impius eradere Chriſtum è terra viuentium, quando (vt Iohannes *Ieremiæ 11*
ſcribit) ſtetit, vt deuoraret filium mulieris amictæ Sole? Nec enim erat in *Apocal.12.*
poteſtate hominum delere ipſum è terra viuentium, ſed hoc quærebant
ij qui volebant ponere ſedem ad Aquilonẽ, & regnare ſuper eum. De qui-
bus loquitur (vt reor) Chriſtus, quãdo inducit illos malos cultores vineæ *Lucæ 20.*
dicentes: Hic eſt hæres, venite occidamus eũ, morte videlicet qua & Pro-
toplaſtum interfecerunt, vt nuper dictum eſt.

213 De quo ſepulchro loquitur Iſaias, quando ait, Et ſepulchrum eius *Iſaiæ 11*
erit glorioſum? An de ſepulchro Chriſti eſt ſermo, quod vſque hodie glo-
rificatur ab omnibus ferè nationibus illuc magna reuerentia concurren-
tibus? In fano enim quod ipſum ſepulchrũ continet, ſeptem nationes cõ-
tinuè diuinas laudes celebrant, Latini videlicet, Græci, Indi, qui dicuntur
Abaſſini, Armeni, Gorgiani, Maronitæ, qui Chaldæi ſunt, & Iacobitæ.
Continet namque illud ingens templum, ab Helena Conſtantini matre
fabricatum, ſepulchrum, Caluarium montem, hortum vbi Magdalena vi-
dit Chriſtum ſuſcitatum, locum vbi inuẽtæ fuerunt tres cruces, & locum
vbi vnctum fuit corpus Ieſu, An (vt literam ſequamur) erit requies eius
glorioſa, in patria ſuperna videlicet, vbi ſui ſecum iucundabuntur & glo-
riabuntur.

214 Quis planctus magnus fieri debet, & quando, vt Zacharias memi- *Zachar.12.*
nit? cùm habeamus hîc Iohannem interpretẽ, quem alium conſulere de-
bemus? Ipſe enim teſtatur factum eſſe in Chriſto id quod idem Vates prę- *Ioannis 19*
miſit, dicens: Aſpicient ad me quem transfixerunt, vel vulnerauerunt, aut
pupugerunt, vt in Apocalypſi dicitur. דקר Dachar enim quodlibet illorũ *Apocal.1*
ſignificat: ſtatim autem ſubinfert Propheta: Et plangunt eum quaſi plan-
ctu vnigeniti, & erit planctus in Ieruſalem, ſicut plãctus Hadadrimon in
campo Magedon. Quando videlicet Ieroſolimitæ planxerunt Ioſiam re- *2.Paral.35*
gem iuſtum, ibidem interfectum à Pharaone Nechao, ſicut in libro Para-
lipomenon legitur. Vates autem hîc non loquitur de huiuſmodi planctu
pro Ioſia facto (vt Iudæi ſomniant) ſed de alio ei ſimili. Et hic eſt planctus
factus, & qui quotidie fit in memoriam mortis Chriſti à mille & quingẽ-
tis annis citra, quod de nullo alio legitur.

215 Cur ſubinfert Zacharias, ꝙ familiæ & familiæ, ſexus & ſexus plan- *Zachar.12*
gere debent ſeorſum? An, quia (vt Hieronymus ſentit) tempore planctus *Hieronym.*
& tribulationis mares & fœminæ, non debent eſſe coniuncti ſed ſepara-
ti? An, quia contemplatio paſſionis Chriſti ad orationem pertinens, debet
fieri ſeorſum, dicente ipſo Chriſto: Tu autem cùm oraueris, intra in cubi- *Matth.6.*
culum tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuum? nam conuiuia, collegia, &
collocutiones ad lætitiam pertinent. Familiæ autem ſic diſtinctæ ſunt, vt
intelligatur per Dauidem familia regia, per Natan prophetica, per Semei
Doctorum & huiuſmodi.

216 Cur Propheta canit, Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, la- *Pſalmo 6.*
chrymis meis ſtratum meum rigabo? An de lecto vbi dormitur eſt ſermo,

vt lachrymis & dolore purgentur laſciuæ cogitationes, laſciuáque opera ibi perpetrata? An per lectum & ſtratum intelligitur locus, vbi anima infirma & peccatorū vulneribus plena iacet? An per מטה Match, quod non tantùm lectum, ſed virgam ſignificat, virgam crucis (vt reor) intelligere debemus? Super hanc enim plangens peccator, meritò patientis in cruce facillimè veniam impetrare poteſt, & ſine hoc adiutorio nequaquam.

Malach. 1 217 Quid ſibi vult illud Malachiæ, A ſolis ortu vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus, & vbique offertur nomini meo oblatio munda? An, præter Hebraicum populum habebat Deus cultores, offerentes ſibi oblationes mundas? iuxta illud: Multas oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili. An (vt ſentit Hieronymus) futura prænunciat Vates, tanquam præſentia, loquens de oblatione facta à Chriſto pro omnium ſalute, quæ quotidie commemoratur ab omni natione quæ ſub cœlo eſt, demptis Hebræis & Hagarenis in ſeruitutem (vt Paulus ait) generatis? Ad ſe enim Chriſtus moriēs in cruce traxit Melchizedech Hebræorum, & omnium numinum, ſicut ipſe prædixerat: Cùm exaltatus (inquit) fuero à terra, omnia traham ad meipſum.

Ioannis 10 *Hieronym.* *Galat. 4.* *Ioannis 12*

Pſalmo 53 218 In quo nomine propitiari petit Propheta? An in illo nomine quadrilitero, quod ſacerdos legalis inuocabat ſuper populum pro remiſsione impetranda intrās in ſancta ſanctorum ſemel in anno, in die videlicet hachepurim, id eſt remiſsionum, qui celebratur decima die lunæ menſis ſeptimi, vt in Leuitico habetur? An in nomine Ieſu, de quo Petrus ait: Non eſt aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri? Nomen enim Ieſu (vt patet ſanè intelligentibus) continet virtutem nominis tetragrammi, & duas ex literis ipſius. Hinc Ieremias prædixit Chriſtū vocandum nomine quadrilitero, dum ait: Et hoc eſt nomen quo vocabunt eum, Adonai, iuſtus noſter. Per Adonai enim intelligitur tetragrammum illud, quod exprimi nequit.

Leuit 23. *Actor. 4* *Ierem. 23*

Iſaiæ 62. 219 Si Chriſtus vocatus fuit nomine nouo (vt Iſaias perhibet) quomodo vocatus fuit nomine Adonai antiquiſsimo? Nónne in nomine ישו Ieſu duæ literæ tetragrammi includuntur. י iod, videlicet, quæ eſt litera patri competens (vt norunt antiqui Theologi, qui vocant ipſum patrem coronam ſupremam) & ו vau, quæ eſt vita, & arbor vitæ, vel panis vitæ deſignans filium? Duo verò ה he ſignificantia Spiritum ſanctum (alterum in eo quòd eſt nexus patris & filij: alterum in eo quòd eſt opifex & medium quo pater & filius ſe nobis communicant) mutata fuēre in ש ſim, quod eſt principium Sabat, id eſt requiei. Ad quam dandam venit Ieſus, ſicut ipſe teſtatur, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Nec audiendi ſunt qui docent nomen Ieſu ſcribendum cum duplici vel cum vna tantū aſpiratione, quia ſic detrahunt multa myſteria ab ipſo nomine nota Sapientibus. Nouum autem dictum fuit nomen Ieſu, quia nullus ante nec poſt ipſum huiuſmodi nomine nominatus reperitur, vt infrà dicetur.

Ant. theo. *Matth. 11*

220 Quomodò verificabitur dictum Gabrielis. Vocabis nomen eius Ieſum: quia ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum: niſi nomen eius ſit ישוע Ieſuah veniens à ישע Iaſah, quod ſaluauit ſignificauit? Si Ieſuah, vel Iehoſuah (vt alij dicunt) eſſet nomen Meſſiæ: quomodò (iuxta Iſaię oraculum) vocatus fuiſſet nomine nouo: cum filius Nun, qui populum in promiſſam terram introduxit, vocatus fuerit Iehoſuah: & filius Sirach, Ieſuah: ſicut & ſacerdos ille magnus filius Ioſedech? Nónne illatio Gabrielis eſt ex alio antecedente, non ex etymologia vocabuli? Et hoc eſt. Quia vocabitur nomine continente virtutem magni nominis, in quo fiebant remiſſiones: & nominis illius effectum conſequetur: Ideò ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Nam id erit ex virtute diuini nominis, qua replebitur. *Ibidem. Iſaiæ 62. Ioſueh 1. Eccle. 49 & 50. 1. Hez. c. 3*

221 Vnde poſſumus habere, quòd nomen Meſſiæ ſit ישו Ieſu? Nónne ex oraculis multiplicibus? Vbi enim Iahacob vaticinatur de Chriſto (vt omnes veri Sapientes tam Hebræi quàm Latini exponunt) ait. Non auferetur ſceptrum de Iehuda, nec dux de femore eius: donec veniat Meſſias: & ipſe erit expectatio gêntium. In hebræo enim habetur. יבא שילה ולו Iabo Siloh velo. Quarum dictionum capita ſi ſumantur reddunt Ieſu. Et hic modus eſt frequentiſſimus apud ſecretiores Theologos. Pari modo in Pſalmo ſeptuageſimo primo. Ante ſolem permanet nomen eius: Et benedicentur in ipſo. ינין שמו ויתברכו Ianin ſemo vaitbarcu. Quorum verborum capita pariter dant nomen Ieſu. Potiſſimè autem in Pſalmo nonageſimoquinto. Ibi. Lætentur cœli & exultet terra: commoueatur mare, & plenitudo eius: exultabunt cāpi & omnia. יעלז שדי וכל Iahaloz ſadai vecol. Quarum dictionum capira ſi combinentur more Sapientum Hebræorum, videbitur clarè quomodò tetragrammum venit in Ieſum. Quod longum eſſet hic retexere: & valde difficile non initiatis in huiuſmodi. Venit autem, quia ceſſiſſe viditur nomini Ieſu: non quidem virtute, ſed inuocatione. Cùm non amplius inuocetur ipſum tetragrammum: ſed nomen Ieſu. *Geneſ. 49. Pſal. 71. Ibid. 95*

222 Cur Malachias ait. Et placebit Domino ſacrificium Iehuda & Ieruſalē ſicut dies ſæculi, & ſicut anni antiqui? An dies & anni antiqui ſunt illi: quibus data fuit lex, & oblatum ſacrificium Deo gratum per manus ſanctorum Sacerdotum, Aharon, Elchazar, Phinees & huiuſmodi? An (vt benè ſentit Hieronymus) dies antiqui ſunt dies ante peccatum? Hinc illi tempori comparatur tempus Meſſiæ, qui peccatum deleuit. *Malac. 3. Hierony.*

223 Anni antiqui fuerúntne meliores, an peiores nouis & nouiſſimis? An antiqui fuerunt meliores? Iuxta commune dictum. Laudamus veteres, noſtris tamen vtimur annis. An fuerunt re vera fœliciora illa tempora Saturnia à Poetis decantata, ſed nunquam viſa? An ſunt fœliciora hæc tempora munita lege, edocta à Prophetis, colluſtrata Euangelio, & lumine diuini verbi: quibus regenerati ſumus, & poteſtate nobis tradita effecti ſumus filij Dei? An fœliciora fuere tempora illa, quibus mortales adhuc retinebant ſemina cognati cœli? An hæc, quibus conſortes facti *Ioannis 1.*

ſumus Dei? Hinc dicit oraculum. Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ pluſquam primæ.

Aggæi 2 224 Quæ nam eſt domus iſta nouiſſima, cuius gloria maior eſt quàm primæ? An eſt domus reædificata per Zorobabelem & Nehemiam? An Synagoga ſub ipſis denuò erecta? Sed quomodò eſt maior gloria iſtius? Cùm multum differat hæc ab illa in fabrica, & frequentia, in regno, ſacerdotio & aliis fauoribus. An domus nouiſſima eſt Eccleſia, quam Synagogæ valde præfert Apoſtolus? *2.Cor.3* In illa enim fuit adminiſtratio damnationis: in iſta iuſtificationis: gloria illius ſub velamine, iſtius reuelata facie. Illa fuit deſcripta in lapidibus, hæc in gloria. Illa euacuatur, hæc autem manet. Illud *Hebr.9* teſtamentum confirmatū fuit ſanguine figuratiuò animalium: hoc morte & ſanguine filij Dei. Illa promittebat terrā corruptibilem, hæc cœleſtem.

Pſalmo 67 225 Cur Propheta canit. Vt intingatur pes tuus in ſanguine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo? Nónne titulus declarat, ad quid hymnus iſte ſit æditus? Is enim eſt titulus. Ad victoriam Pſalmus cantici Dauid. Nónne ad victoriam, quam Chriſtus reſurgens de inimicis ſuis habuit: vt ſupra declarauimus? Ipſe enim intinxit pedem affectus ſui in ſanguine, in *Apoc.1* *Tertulia.* quo (vt Iohannes ait) lauit nos à peccatis noſtris. Qui ſanguis nedū Chriſti, ſed martyrum effuſus (vt Tertulianus in concione Romanis dixit) erat vti ſemen, quo magis fuſo maior inſurgebat numerus credentium ex inimicis. Inter quos multi fuerunt canes latrantes pro Domino ſuo: & præcipuè Paulus, qui per totum mundum efficaciſſimè latrauit.

Pſal.67 266 Cur Pſalmographus ait. Viderunt ingreſſus tuos Deus? An (vt Hebræi dicunt) loquitur Vates de exitu Iſraelis ex Ægypto, quando Deus deduxit populum ſuum per mare & deſertum? Sed, cum Pſalmus iſte iam interpretatus ſit de Chriſto, ſequemur. An igitur Hebræi viderunt ingreſſus, opera, & effectus Dei quamplurimos factos per Chriſtum & diſcipulos: vt contradicere nequeant? Inter cætera autem viderunt prodigia in morte ipſius exhibita: reſurrectionem ipſius & aliorum multorum, qui ſurrexerunt cum eo, & ante eum: aſcenſionem in cœlum: miſſionem Spiritus ſancti: donum linguarum datum Apoſtolis: prædicationem eorum conſtantem: conuerſionem gentilium: extirpationem idolatriæ: & diſperſionem hactenus irreuocabilem ipſorum Iudæorum: adeò vt penitus inexcuſabiles ſint.

Oſeæ 1 *Hierony.* *Xenocra.* 227 Cur iuſſit Deus, vt Oſeas propheta aſſumeret vxorem fornicariam, & facere filios fornicationum? An fuit hoc in detrimentum, an in laudem prophetæ? In laudē quippè, vt ſentit Hieronymus adducens Xenocratem laudatum, qui palæmonem luxuriæ deditum inter pſaltrias atque tibicines, & inter impudicas mulieres inueniens hedera coronatum fecit obedire ſapientiæ. *Pla.in phædone.* Socratem quoque extollunt, qui phædonem è lupanari in Academiam tranſtulit. Sed his omiſſis, nónne hoc fuit in typum Chriſti, qui Gentilium & Hebræorū adulterorum collegium aſſumpſit in ſponſam: *Iere.3* Cui adſtipulatur illud Ieremiæ. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me; & ego ſuſcipiam te.

228 Quare Deus iuſſit vocari filium Oſeæ Izrahel, & filiam Lorechama? Nonne tota hæc hiſtoria metaphorica eſt, & myſteriis plena? Nam typum Dei tenet, qui primò accepit in ſponſam Synagogam: quæ cum multis fornicata eſt. Poſtea accepit eam iam fornicatã: ex qua ſuſcepit filium Izrahel, ideſt ſemen Dei, Chriſtum Ieſum qui ſaluauit totam humanam naturam iam fornicatam: & poſtea filiam Lorechama, ideſt abſque miſericordia. Et rationem aſſignat, dicens. Quia derelinquam domum Iſrael & Synagogam: & obliuiſcar eorum. Vnde oraculum eſt ſub typo domus Iehu & Izrahel deletæ: vt ſit ſimul oraculum & figura. *Oſeæ 1*

229 Quomodo generati ſunt filij fornicarij, vel generati ſunt fornicarij: vt habet veritas literę? Nonne Deus declarans ſubinfert: quia fornicans fornicabitur terra à Domino? Vult enim Deus hominem cœleſtem producere filios cœleſtes (ad quod tendit totum Euangelium) ſed fornicantur multi: cum non cœleſtes, ſed ſceleſti fiant. De quibus Apoſtolus. Multi enim ambulant, quos ſæpe dicebam vobis: nunc autem flens dico inimicos crucis Chriſti, quorum finis interitus, quorum Deus venter eſt: & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt. Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt. Quales eſſe debent filij regenerantis hominis cœleſtis. *Oſeæ 1* *Philip. 3*

230 Cur populus Chriſtianus diuino ſemine regeneratus tam facilè labitur in malum? An, quia vnuſquiſque ab adoleſcentia ſua pronus eſt ad malum: vt in Geneſi dicitur? An, quia facilè decipimur ab obiecto præſenti? An, quia ductores ij ſunt, de quibus Iſaias. Principes tui infideles, ſocij furum: Et Salomon. Leo rugiens, & vrſus eſuriens princeps impius ſuper populum pauperem. An, quia maiori gratia donati ruunt grauiore caſu? An, quia res fidei ſpirituales ſunt, & à ſenſitiuis indiciis remotæ? Hinc nec percipi nec diligi poſſunt ab iis, qui ſecundum hominem animalem viuunt. Propterea docemur à Chriſto & Paulo mortificandum eſſe huiuſmodi hominem animalem. In qua mortificatione ea vis exquiritur: quam communiter homines fugere ſolent. *Geneſ 6* *Iſaiæ 1* *Prouer. 28* *Ioan. 12* *Coloſſ 3*

SECTIO VI. DE MVLTIPLICI BENEFICIO PER MORTEM ET PASSIONEM CHRISTI SVSCEPTO.

231 QVis fuit fons patens (vt Zacharias ait) domui Dauid & habitantibus Ieruſalem? An fuit ille, qui in templo clamauit, dicẽs. Siquis ſitit, veniat ad me, & bibat? Et alibi. Qui biberit ex aqua, quã ego dedero, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. An fuit ille fons egrediens è petra à Moſe indebitè percuſſa? Quod exponens Paulus dicit. Petra autem erat Chriſtus. Ipſe enim præbuit nobis aquam largiſſimam non tantùm in potum, ſed in ablutionem omnium macularũ noſtrarum: vt in Ezechiele dicitur. Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris, & ab idolis veſtris: & dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum. Et hic eſt baptiſmus. *Zacha. 13* *Ioan. 7. 4* *Nume. 20* *1. Corin. 10* *Ezec. 36*

Zach.13 232 In ablutionem cuius ſordis datus fuit ille fons? Nónne (vt ſubinfert Vates) in ablutionem peccatoris & menſtruatæ? Sed, cum menſtruata qualicunque aqua viua & currenti lauari poſſet, ſecundùm Hebræorum ritus, quid opus fuit hic nouus fons? An igitur (vt profundius myſterium tangamus) paſſio menſtrui muliebris prouenit à veneno in Heuam à Serpente iniecto? Hinc mulieri dictum eſt. In dolore paries. Partus enim aliquale principium eſt huiuſmodi fluxus: qui non ſine dolore venit. In maculæ autem originalis ablutionem, & omnium macularum inde prouenientium ordinatus eſt baptiſmus. Sicut Apoſtolus teſtatur, dicens. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti. Et iterum. Chriſtus dilexit Eccleſiam mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ.

Geneſis 3 *Ad Titū.3* *Epheſ 5*

Iſaiæ 4 233 Quid eſt ſpiritus iudicij & ardoris, de quo Iſaias meminit? Nónne apertè loquitur Iſaias, dum ait, Saluus erit omnis, cuius nomen ſcriptum fuerit in libro vitę in Ieruſalem: ſi abluerit Dominus ſordes filiarum Sion, id eſt animarum electarum, in ſpiritu iudicij, & in ſpiritu ardoris? Vnde clarè compræhendimus, quòd lauacrum iſtud eſt regeneratio quædã (vt Chriſtus docet) per virtutem filij (qui dicitur ſpiritus iudicij, quia pater dedit ei omne iudicium) & per virtutem Spiritus ſancti, qui eſt ardor quidam. Nam prima genitura facta fuit per aquam, à ſpiritu ſuper eam volitante confotam. Quando igitur dicitur. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, per aquam intelligitur filius. Vtrunque autem tetigit Paulus in verbis nuper adductis. In primo enim dicit, renouationis Spiritus ſancti, in ſecundo verò, lauacro aquæ in verbo vitæ.

Ioan.3.5 *Geneſis 1* *Ioannis 3* *Epheſ.5*

1.Cor.10 *Exod.17* 234 Quo myſterio Deus educens populum ex Ægypto traduxit ipſum per mare? Nónne Apoſtolus id referat, dicens. Omnes mare tranſierunt, & in Moſe baptizati ſunt in nube & mari? Hic autem baptiſmus fuit in figura: effigians baptiſmum dandum à Chriſto: ſicut & aqua illa educta è petra, dataque populo in potum. An hæc duo, baptiſmus videlicet & potus, profuerunt patribus in virtute illius Agni, qui (vt Iohannes ait) occiſus fuit ab origine mundi, & virtute illius aquæ, id eſt ſapientiæ, quam prædeſtinauit Deus (vt Apoſtolus inquit) antè ſæcula in gloriam noſtram?

Apoc.13 *1 Cor.2*

Zacha.13 235 Quomodò ſpiritus immundus ex illo lauacro (vt Zacharias ait) ablatus eſt à terra? An, quia deſtructa fuere idola per Meſſiam nos regenerantem, in quibus vigebat ſpiritus immundus? An, quia ablutis cordibus & animabus noſtris per lauacrum illud, deſtructa eſt ſedes immundorum ſpirituum? An, quia regenerati cœleſti ſemine non amplius ſumus filij primi Adam, ab immundo ſpiritu infecti, ſed ſumus filij ſecundi Adam cœleſtis & diuini: qui per hoc lauacrum dedit nobis poteſtatem filios Dei fieri: dummodò non ſequamur genituram carnis?

Ioannis 1

Ezec.47 236 In quo torrente, vel flumine (vt Ezechiel ait) viuet omnis anima ſerpens atque motabilis? An de Iordane (vt aliqui opinantur) eſt ſermo? Sed, cũ Iordanis intret in mare ſalſum, quò omnes piſces intrãtes moriuntur, quomodò viuit in eo omnis anima? An igitur de eodẽ fluuio loquitur, de

quo & Iohannes in Apocalypſi ſcribit, qui per ſingulos menſes producit fructus, vt ambo teſtantur: Figuratus tamē fuit iſte fluuius per Iordanem, qui fluuius iudicij dicitur. In quo Chriſtus lauari voluit, non à ſordibus propriis, ſed membrorum, quorum ipſe erat caput. In vero autem & figurato lauantur omnes, potantur, atque irrigantur: vt inde producant fructus, ſuper menſa Domini in cœleſti conuiuio reponendos. *Apoc. 22* *Mat. 3*

237 Quæ aquæ (vt Propheta canit) ſtant ſuper montibus? An de aquis diluuij eſt ſermo: quæ operuerunt omnes montes cubitis quindecim? An de mari intumeſcente loquitur Vates: quod altius eſt montibus, & terram operiret, niſi decretum cœli obſtaret? Sicut idem Propheta teſtatur, ſubinferens. Terminum poſuiſti, quem non tranſgredientur, neque conuertentur operire terram. An de lacis eſt ſermo, qui plærunque in cacuminibus montium reperiuntur? An (vt credo verius) dē aquis ſupramundanis intelligit Vates: quæ ſunt ſuper montibus illis excelſis? Quibus aquis (vt ſæpe dictum eſt) generamur, potamur, & iterum regeneramur, & in quibus verè baptizamur. Quarum aquarum hæ materiales ſunt ſignum. *Pſal 103* *Gen. 7*

238 Quæ ſunt aquæ Silohe, quæ pedetentim cum ſilentio vadunt, vt Iſaias ait? Nónne ad radices montis Sion & Moriah naſcitur fons Rogel (vbi ſectus fuit Iſaias) qui fons parum deſcendens facit natatorium Silohe in Euangelio celebratum? Venit igitur hæc aqua de Ieruſalem, quæ pacis viſio dicitur, & cum ſilentio currit, denotans aquam illam ſupramundanam, cum tanto ſilentio currentem (quando videlicet nobis propinatur) vt magna cum difficultate percipiatur. Silentium enim eſt proprium illorum locorum ſupernorum. Hinc Dionyſius definiens Angelum inter alias particulas ponit. Manifeſtam faciens bonitatem ſilentij, quæ eſt in abditis. Quod quidem ſilentium ſpernentes populi Dei adhæſerunt perſtrepentibus peccatis ab Aquilone procedentibus. Hinc adducti ſunt ſuper eos Reges Aſſyrij & Aquilonis. *Iſaia 8* *Ioannis 6* *Dion de di. nomi. c. 4.*

239 Cur Iſaias ait. In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra? Nónne, quia quando homo iactat ſe de re nondum habita (vt pluribus accidit) perdit eam? Nam loquens diſtrahitur, & diſtractus amittit vires. Vnde eſt cómune adagium. Ne timeas latrantem canem. Silēs autem vires colligit. Hinc ſummus Doctor mittens diſcipulos ad colligendam meſſem, & ad pertractanda fidei negocia, præcepit eis, dicens. Neminem per viam ſalutaueritis. Ne videlicet diſtrahamini. Et Eliſæus mittens Giezi puerum ad ſuſcitandum filium Sunamitis dixit. Si occurrerit tibi homo, non ſalutes eum. Vnde incongrua penitus eſt illa interpretatio. Non ſalutes, ideſt ne ſaluum dicas. *Iſaie 30* *Adagium.* *Luca 10* *4. Reg. 4*

240 Quare (vt Iſaias ait) cultus iuſtitiæ eſt in ſilentio? Nónne Ieremias conuenit, dicens. Sedebit ſolitarius, & tacebit? Et hoc, quia vacans Deo vehitur ad ea ſublimia: quæ (vt Paulus docet) non licet homini loqui. Hinc Trismegiſtus ait. Cùm ad ſublimem cognitionem deueneris, Deum ipſum ſilentio laudato. Et Ieremias iterum. Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Domini. *Iſaie 32* *Thre 3* *2. Cor. 12* *Merc. ad Tatium.* *Thre. 3*

Iſaie 6 241 Si adeò laudabile eſt ſilentium,cur Iſaias inquit. Væ mihi, quia ta-
Pſalmo 49 *Merc. ad* cui?Nónne dicit Deus per os Dauid.Sacrificium laudis honorificabit me?
Tatium. Eſt quippe ſermo laudis,& hic commẽdatur. Sermo autem,quo reſerantur ſecreta,vbi nõ oportet,minimè laudatur. Sed nónne dixit Mercurius. Deum ſilentio laudato ? Vtique,quando homo deuenit ad cognitionem illorum,quæ loqui non licet:aut non poteſt. An, væ mihi , quia tacui ea, quæ in Dei honorem pandere debebam ? hinc poſtea maluit ſecari,quàm tacere ea,quæ pro Dei gloria propalanda erant.

Ezec.18 242 Si reuerſio ad Deum(quæ à noſtris dicitur pœnitentia, ab Hebræis verò תשובה teſſubah,ideſt reuerſio)ſaluat hominem(vt in Ezechiele dicitur) ad quid ordinatus fuit baptiſmus? An , quia pœnitentia lauat delictum commiſſum,baptiſmus autem peccatum contractum ex origine patris infecti?Sed nónne baptiſmus (vt omnes concludunt) purgat & mun-
Iſaia 53 dat à peccato, actu commiſſo? Baptiſmus enim habuit efficaciam à Chriſto:qui(vt Iſaias ait)attritus eſt propter delicta & ſcelera noſtra. Et quod operibus noſtris obtinere nequimus:adiutorio baptiſmatis & abſolutionis (quæ fiunt in virtute Chriſti patientis) facilè conſequimur. An igitur facit baptiſmus,quod faciebat circuncíſio,& eo amplius : pœnitentia verò expiat ea, quæ partim ſacrificia expiabant : & multa quoque, quæ per ſacrificia expiari nequibant?

Ezec.18 243 In quo conſiſtit vera pœnitẽtia?An in gemitu,& lachrymis,& operibus pœnalibus?Iuxta illud , quod communiter allegatur . Quacunque hora peccator ingemuerit. Sed nónne veritas literæ habet . Quacunque
Malac.3 hora peccator reuerſus fuerit:vt clarè in Malachia dicitur.Reuertimini ad me,& ego reuertar ad vos?Num igitur tot celeberrimi viri errarũt,qui definierũt pœnitentiam eſſe tenentiam pœnæ,quíque fundati fuerũt in operibus pœnalibus? Nónne fundamentum veræ pœnitentiæ eſt reuerſio ad Deum:ſed effectus conſequentes ſunt dolor & amaritudo mentis : vt in
Ioelis 2 Ioele dicitur. Scindite corda veſtra? Nemo enim dicitur ad Deum reuerti:niſi doleat de auerſione iam facta.

Rom.11 244 Cur,diſponente Deo,homo naſcitur in peccato,baptiſmo aut pœnitentia expurgando? Nónne Paulus id apertè declarauit,dicens.Concluſit Deus omnia ſub incredulitate & peccato:vt omnibus miſereatur?Tol-
Gal.3 le peccatum,vbi dignoſcitur miſericordia Dei?Vbi redemptio , ex qua tenemur Redemptori? Vbi gloria Redemptoris nos redimentis? Hinc alibi dixit Apoſtolus. Omnia concluſit ſcriptura ſub peccato:vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus.Et hoc eſt magnum ſacramentum inter omnia fidei negocia.

Pſalmo 50 245 Cur tam facilis remiſſio datur pœnitenti?An , quia circundatus infirmitate:& natus homo atque conceptus eſt in peccatis:vt propheta canit? An, quia circundatus eſt carne , ſpiritui (vt Apoſtolus inquit) re-
Gal.5 pugnante? An, quia præſenti obiecto ad malum impellitur?An,quia concluſus erat ſub peccato : vt per Redemptorem veniam conſequens , ipſi Redemptori teneretur? An, quia fit gaudium magnum coram Angelis ſu-

per vno peccatore pœnitentiam agente: vt Saluator teſtatur? Sed cur ſit gaudium magnum? Nónne, quia reformatur imago Dei per peccatum deformata? *Luca 15*

246 Cur Chriſtus mutauit circuncisionem in baptiſmum? Nónne (præter ea, quæ ſupra diſſeruimus) quia ſicut Deus in ſtatu legis ſeueræ mundari iuſſerat hominem à primæ labe in ſanguine: qui ſub tribunalis ſeueri ditione ſitus eſt: Sic quoque voluit in ſtatu gratiæ ipſum hominem mundari per aquam à Templo Dei & ſede pietatis & gratiæ emanantem: pacato prius tribunali iuſtitiæ per ſanguinem Chriſti filij ſui? Iuxta illud Apoſtoli. Pacificans per ſanguinem crucis eius: ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terris ſunt. Hinc ipſe Chriſtus (vt Iohannes ait) venit in aqua & ſanguine: vt ſeruaret rigorem legis: quæ exigit, vt omnia penè mundentur in ſanguine. Poſtea tribuit aquam in ablutionem perfectam: & in ſignum clementiæ & gratiæ dandæ: quæ aquea eſt: vt in antiqua Theologia habetur. *Coloſſ.1* *1.Ioan.5* *Heb.9*

247 Num poſt paſſionem Chriſti magis diligimur ab ipſo, quàm antè? An, quia plenus charitate à principio dilexit nos, & lauit à peccatis in ſanguine ſuo (vt Iohannes inquit) non maiori charitate diligit nos, quàm antè? Cùm charitas eius non ſit aucta. Sed, cum aſſumpſerit humanam creaturam primò in ſponſam, & nos omnes in filios, regeneratos per baptiſmum, qui (vt dictum eſt) habuit efficaciam à paſſione ſua, nónne iure nos nunc magis diligit, quam prius? Cùm ratio dilectionis aucta ſit in nobis. An igitur, ſicut ipſe meruit imperium & gloriam per paſſionem (vt ipſe in Luca teſtatur) Sic etiã ampliori dilectione nos proſequitur, quia ſponſæ, quia filij, quia redempti, quia vniti & effecti membra ipſius? Vnde, ſicut vir diligit vxorem tanquàm dimidium ſui (vt Platoni placet) & filios tanquam aliquid ſui (ſicut Ariſtoteles ſentit) ſic Chriſtus præcipua dilectione diligit nos, veluti vxorem, filios, & membra ipſius effectos per paſſionem ſuam. *Apoc.1* *Luca 24* *Pla. in Sym.* *Ethico 9*

248 Quam diſciplinam aſſumere nos hortatur Propheta, ne pereamus? An correctionem delictorum? An inſtitutionem in fide, vt Auguſtino placet? An confugium ad Chriſtum, qui expiauit omnia peccata: & reconciliauit nos patri? Et hoc innuit veritas literę, in qua habetur כשקו בר naſchu bar. Pro quo traductio communis habet. Appræhendite diſciplinã. Quorum verborum propria interpretatio eſt. Oſculamini filium. Quamuis alij aliter interpretentur, Senſum igitur eſt. Oſculamini, ideſt adorate filium. Nam reuerentia, Orientalium more, exhiberi ſolet oſculo manus vel pedis pro conditione illius, cui exhibetur. Et ideò dicit Propheta. Reuereamini filium, & confugite ad ipſum, qui ſolus tulit peccata mundi: ne pereatis in peccatis veſtris. *Pſalmo 2* *Auguſt.*

249 Quomodò (vt Ieremias ait) hæreditas Hebraici populi verſa eſt ad alienos? An ad Chaldæos, qui in ſeruitutem redegerunt Ieroſolimitas & Iudæos? An (vt allegoricum & verum ſenſum tangamus) hæreditas Hebræorum) quæ erat Sacerdotium, cultus Dei, ſacrificium ſacramen *Iere. in ora.*

ta legis,& regnum) venit ad Chriſtianos: Et quomodò, Petrus declarat, dicens. Saluos nos facit baptiſma. Et ad quid, ſubinfert. Vt, non tantùm videlicet eorum, quæ tacta ſunt, ſed vitæ æternæ hæredes efficeremur.
1. Pet. 3 Et quare? Nónne, quia per baptiſmum regenerati acquirimus nouum patrem, non terrenum ſed cœleſtem: & comparamus nobis nouam hæreditatem ſacramentorum: quæ videlicet ſub figurarum inuolucris continebantur.

Mala 3 250 Quando & qualiter (vt Malachias ait) purgabuntur filij Leui (Nónne purgandi erant in aduentu Meſſiæ (vt totum illud caput indicat) lauandíque ab ipſo erant, qui tulit peccata mũdi, qui lauit nos in ſanguine ſuo, qui venturus erat fons patens domui Dauid? Hæc autem lotio ſiue purga-
Ioannis 3 tio fieri debebat per aquam & ignem. Iuxta illud. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum Dei. Quæ duo tangit Vates, dum ait. Ipſe enim quaſi ignis cõflans, & quaſi herba fullonum. Quibus verbis expreſſam de igne mentionem facit, & de aqua aliqualiter, ſed obſcurè. Nam per hærbam fullonum intelligit aquam, ſine qua huiuſmodi effectus fieri nequit.

251 Quo vaſe, aut quo igne purgandi dicuntur filij Leui? Nónne vas eſt duplex? Aliud quidem vniuerſale, mundus videlicet hic, in quo animæ noſtræ probantur & purgantur. Aliud eſt particulare, ſcilicet corpus, in quo, tanquàm in vaſe fuſorio, probatur & purgatur anima igne, aut Spiritus ſancti, aut amoris Chriſti patientis, & tot, tantáque pro nobis operantis, aut amoris Dei, aut igne, quem noſmetipſi accendimus. Iuxta illud Iſaiæ. Ambulate in lumine ignis veſtri, & in flammis, quas ſuccendiſtis. Vnde &
Iſaiæ 50 Apoſtolus. Saluus erit: ſic tamen quaſi per ignem. Quem ignem cum iudi-
1. Cor 3 cauerit Chriſtus neceſſarium emundationi noſtræ, voluit nos prius expia-
Iſaiæ 4 ri igne & aqua. Iuxta oraculum Iſaiæ ſupra declaratum.
Mala. 3
Mar. vl. 152 Quis ſedebit purgans, vt oraculum ait? Nónne ſedet ſacerdos, velut Iudex, quando abſoluit & purgat animam peccata ſua confitentem? An de ipſo Chriſto eſt ſermo: qui ſedet à dextris Dei (vt Marcus narrat) in cuius virtute ſacerdos baptizat, quò ad primam purgationem, & abſoluit, quò ad ſecundam? An ſedet homo die ſabbati vel dominicæ ipſi ſabbato
Phyſ. 7 ſuccedentis, vacans diuinis, ſedénſque ac quieſcens ab operibus corporeis ac ſeruilibus? Sicut enim homo ſedẽdo & quieſcendo fit ſapiens: Ita purgatur, & diuinus efficitur.

Zac. 3 253 Quomodò & cur Satan aduerſabatur Iehoſuah ſacerdoti magno:
Leuit. 21 vt Zacharias ait? An (vt literam ſequamur) quia duxerat vxorem alienigenam? Quod Sacerdotibus prohibitum erat: vt in Leuitico legimus. An, quia in captiuitate exiſtens, diminuta ſpiritus virtute, erat aliqualiter infectus, ſed purgatus fuit ablatis veſtibus immundis, mali videlicet habitus & malæ conſuetudinis? Sed quomodò, & cuius virtute mundatus eſt? Nónne (vt ſubinfert Vates) quia indutus fuit veſtibus mundis, baptiſmi videlicet aut pœnitentiæ, quæ peccata noſtra, & nuditatem noſtram tegunt: vt ſupra declaratum eſt: Quæ veſtimenta data ſunt ab illo, qui dici-

tur Oriens ab hoc Propheta, & ab Apoſtolo Petra. Hinc ſequitur Vates: *Zachar. 6.* Ecce ego adducam ſeruum meum Orientem. *1. Corin. 10*

254 Quod ſignum petit Dauid ſibi fieri in bonum? An illud de quo iam dixerat: Signatum vel eleuatum eſt ſuper nos lumẽ vultus tui Domine? Et quod eſt iſtud ſignũ? Nónne eſt character quidam Dei & Imperatoris noſtri Chriſti Ieſu, qui (vt Theologi noſtri dicunt imprimitur in baptiſmo? Hoc autem ſignum timent hoſtes humani generis, hinc ſubinfert Vates: Vt videant qui oderunt me, & confundantur, quoniam tu Domine adiuuiſti me, & conſolatus es me, redimendo videlicet & dando redemptionis ſignum hoc manifeſtiſſimum & efficax, mundans videlicet & purificans imaginem Dei in nobis à principio impreſſam, ſed per peccatum deturpatam: cui ſigno additum quoque fuit ſignum exterius, crucis videlicet. *Pſalmo 84. & 4*

255 Quæ ſordes & in qua parte plebis humanæ extiterunt expiandæ? Nónne Ieremias ait: Sordes eius in pedibus, id eſt affectibus eius, ſcilicet animæ, ad quam voluntas & affectus ſpectant? Sordes autem hæ diabolicæ ſunt, & à Diabolo parentibus à principio infuſæ. Vnde vnuſquiſque concipitur in peccatis, ſicut Propheta canit. Et ipſæ ſunt adeò malignæ & ſordidantes, vt nulla potuerint virtute expelli, niſi diuina. Hinc neceſſe fuit, vt emundatorem haberemus pluſquàm hominem, Ieſum videlicet, qui afferens ſecum aquam illam ſupramundanam, abluit nos, maximè dato ſigno inferioris aquę, & appoſito verbo mundante, & purificante, iuxta illud: Vos mundi eſtis propter ſermonem, quem ego loquutus ſum vobis. *Threnor. 1* *Pſalmo 50* *Ioannis 15.*

256 Quænam fuit maxima omnium iacturarum generi humano illatarum? An fuit (vt Hebræi autumant captiuitas Babylonica? Tunc enim deſtructum fuit templum, ſopitum ſacrificium, & obliteratus ferè Dei cultus. Hinc Ieremias carmine tragico & celeberrimo deplorat illam captiuitatem. An fuit illa captiuitas quam nunc ipſi Hebræi patiũtur? Nam (vt ſuprà diſſeruimus) in ipſa regnum penitus amiſerunt, ſacerdotium, ſacrificium, templum, & omnem inhabitationem & influxum Dei. An fuit maior & vniuerſalior iactura, quando aquis diluuij deletum fuit totum ferè genus humanum, pecudes quoque & volucres omnes penè conſumptæ ſunt? Sed nónne fuit maximum detrimentum infectio primorum parentum, qua nedum ipſi, ſed tota quoque humani generis poſteritas infecta fuit? Nam templum prius deſtructum per Nehemiã & Zorobabelem reſarcitum fuit. Cultus Dei quo Hebræi in extrema captiuitate priuati ſunt melioti ſorte habetur apud Chriſticolas. Damnum diluuij reparatum fuit per Noeh & familiam eius. Venenum autem primis parentibus infuſum non fuit expiatum, niſi per vim verbi Dei incarnati, & ſupramundanæ aquæ, quæ nos lauit, & cœleſtis ignis qui nos fouit. *Thren. per totum.* *Geneſ. 7.*

257 Cur Ieremias ait, De excelſo miſit ignem in oſsibus meis, & erudiuit me? An fuit ignis vindictæ, vt aliqui ſentiunt? Sed quomodo ignis puniens erudit? An igitur fuit ignis ille, de quo dicitur, Ille ſuggeret vobis *Threnor. 1* *Ioannis 14*

omnia, & docebit vos omnia: nam & hic miſſus fuit ad tollendã ignorantiam in quam incurrerunt primi parentes, volentes magis ſcire quàm decebat, & præſumentes ſibi vendicare illud ſcire quod ad Dei filiũ ſpectabat. Sordes enim quibus infecti fuêre parẽtes, & inde tota poſteritas, fuerunt ignorantia & macula. Ideóque non tantùm expurgari debuit humanum genus à macula, ſed etiam illuſtrari diuina luce quæ omnes illuminat, & illo igne qui erudiuit nos.

258 Num præter beneficium expiationis per paſſionem Chriſti habuimus etiam nutrimentum? Nónne ſi Chriſtus in baptiſmate nos regenerauit, tanquam pater debuit etiã paſcere filios quos genuit? Quod quidem fecit tribuens nobis carnem ſuam in cibum, & ſanguinem ſuum in potũ, omnia quippe nouæ & ſpirituali geniture aptiſſima. Hinc Iſaias ait: Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte iſto ſ. Sion (vbi inſtitutum fuit ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti) conuiuium pinguium (quò ad carnem ſuam, omnium pinguiſſimam, ſuprema & cœleſti pinguedine) & conuiuium vindemiæ, quantum ad ſanguinem ſub ſpecie vini nobis datum. Et quòd de pane illo vitæ, contra mortem nobis dato, loquatur Propheta, declarat ipſe ſubinferẽs. Præcipitabit mortẽ in ſempiternũ, & dicẽt tũc: Ecce Deus noſter iſte, expectabimus eũ, & ſaluabit nos.

Iſaiæ 25.

259 Quis eſt panis cor hominis confirmans, vt Dauid canit? Nónne hic eſt panis vitę datus in nutrimentum & corroborationem animæ, reſidentis potiſſimè in corde, vt Naturales dicunt? Et vt intelligatur de quo pane loquatur Propheta, ſubinfert: Saturabuntur ligna Adonai (vt habet veritas literæ) & cedri Libani, quas plantauit, i. electi plantati in horto voluptatis, & ſcripti in libro vitæ, vt alibi diſſeruimus.

Pſalmo 103

260 Quem panem angelorum vel fortium manducauit homo, vt Propheta canit? An fuit manna cadens ſub ſpecie roris, vt videtur innuere litera? Sed quomodo erat panis angelorum, omne delectamentum in ſe habens, cùm per ipſum non daretur vita cœleſtis, vt author vitæ perhibet? Non quippe fuit ille verus panis vitæ, ſed cruſta (vt ita dicam) vel tegmentum ipſius panis vitę, poſtea dandi. Quod denotatur per illum rorem, qui in Hebræo טל tal dicitur. Quod reddit in numero triginta nouem, quot reddit כוזו chuzù, quod eſt (vt antiqui Sapientes dicunt) vagina diuini nominis. In quo quidem diuino nomine dato Ieſu Meſſiæ reſidet vita. Hinc non ab re ipſe Chriſtus dixit ſe eſſe vitam & panem vitæ.

Ibidem 77. Exodi 16. Ioannis 6. Ant. Sap. Ioann. 14. 6

261 Quo pane, & quæ ligna Adonai ſaturabũtur, vt in Pſalmo dicitur? An pane triticeo? Sed quomodo arbores ipſo ſaturãtur? An igitur allegoricus eſt ſermo? Nam arbores vel ligna illa ſunt quæ plantata fuerunt in horto voluptatis ab initio, vt in Geneſi legimus. Et de his ait filius plantatoris: Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur. Et hoc innuit veritas literæ, in qua (vt ſuprà dictum eſt) habetur. Ligna Adonai, pro quo vulgata traductio habet, Ligna campi. Hinc ſubinfert Vates: Et cedri Libani quas plantauit. Hæ autẽ arbores plantatæ fuerunt in terra viuentium ante mundi conſtitutionem, iuxta illud Apoſtoli:

Pſalmo 103. Geneſ. 2. Math. 15. Ephesſ. 1

Elegit nos Deus in ipſo, i. Chriſto ante mundi conſtitutionem: nam hæc electio fuit plantatio quædam. Et iterum poſtea plantatæ fuerunt ſuper filio hominis & Dei, qui eſt verus Libanus. De quo Iſaias: Gloria Libani ad te veniet. Saturantur autem huiſmodi ligna pane illo cœleſti, qui panis vitæ dicitur, & eſt. *Iſaiæ 60.*

262 Qui paſſeres & aues ibi nidificant? An aues ſunt iſtæ quas videmus in arboribus nidificare? An aues ſunt illæ quæ volãt (vt in deſcriptione fabricæ dicitur) ſuper faciem firmamenti, vel molis cœlorum, vt in veritate literæ habetur? De quibus Sapiens ait: Ne detrahas regi, quia & aues cœli portabunt vocem tuam. Hæ autem aues ſunt angeli (vt Zohar aſſeuerat) qui referunt orationes, & bona vel mala opera noſtra Deo, vt in Tobia à Raphaele diſcere poſſumus. Quæ quidem aues vel paſſeres nidificant in eodẽ Libano Chriſto, vt Paulus apertiſsimè perhibet, dicens: In ipſo ſunt condita vniuerſa in cœlis & in terris, viſibilia & inuiſibilia. Et in eodem ipſi quoque angeli redempti ſunt, vt Dionyſio & Linconienſi eius interpreti placet. *Pſalmo 103* *Geneſ 1.* *Eccleſiaſt. 10* *Zohar* *Tobiæ 12.* *Coloſſ 1.* *Dionyſi. de an. hierarc.* *Linconienſ.*

263 Cur Propheta canit, Erit frumẽtum in terra, & in ſummis montiũ? An loquitur Vates d. abundantia aliquo tẽpore futura? An de more myſticũ ſermonẽ proſequens, ea quæ Meſsias facturus erat præcinuit? Quod videlicet frumentum, vel (vt literæ veritas habet) placenta frumenti futura erat in terris (ſicut ipſemet Chriſtus de ſeipſo teſtatur, dicens: Ego ſum panis viuus, qui è cœlo deſcendi, ad terram videlicet) & in ſummis montium, i. in capite ſacerdotum, quando ipſe panis eleuatus populo oſtenditur, vt aliqui dicunt. An in montibus illis ſupramundanis, de quibus dicitur: Illuminãs tu mirabiliter à montibus æternis? nam ibi ſunt radices huius frumenti & panis vitæ, qui nos paſcit & illuminat. *Pſalmo 71* *Ioannis 6.* *Pſalmo 75.*

264 Quo adipe frumenti, & qua petra melle (vt Dauid canit) ſaturauit Dominus populũ ſuum? An de adipe, & pinguedine frumenti, quod producebat terra illa promiſſa & data populo eſt ſermo? Sed nónne terra Ægypti abundantior ac fertilior eſt hac terra promiſſa, vt expreſſè dicitur in Deuteronomio? An igitur de meliori frumento loquitur Vates, ex cuius adipe confectus fuit ille panis vitæ, qui è cœlo deſcendit? Et hic panis fuit vera petra (vt Apoſtolus perhibet) ex qua emanauit aqua legis & ſapiẽtiæ ſalutaris, ex qua etiam oritur mel, i. guſtus ſuauiſsimus rerum diuinarum, datus iis qui ſeruiunt Deo, mundo & puro corde. *Ibidem 80* *Deuter. 11.* *1. Corin. 10.*

265 Cur Deus (vt Propheta canit) producit fœnum iumentis, & herbas pro ſeruitute hominum, vt educat panem è terra? An Vates laudat prouidentiam diuinam qua hominibus & iumentis præparat neceſſaria? An (vt ſacramenta tãgamus) de fœno & herba, cibo vtique animali homini apto eſt ſermo: quo nutritus & adultus homo diſponitur ad ſuſcipiendum panem illum ſupercœleſtem, qui productus dicitur de terra? iuxta illud: Veritas de terra orta eſt. Nam ex corpore terreo virginis natus eſt ille, qui dixit: Ego ſum veritas. Ego ſum panis viuus. Quo quidem pane nutritur ſpiritualis homo. *Pſalmo 103* *Ibidem 84.* *Ioannis 14. 6*

266 Quomodo vinum lætificat cor hominis, vt Propheta canit? An de vino illo loquitur quod Nazaræis & Sacerdotibus ſacra peracturis interdicebatur? Hoc enim exhilarans cor ipſorum lætitia quadam corporea atque venerea, diſtrahebat eos à lætitia contracta & Saturnia, qua veri amici Dei ſolent cum ipſo Deo oblectari? An de illo vino eſt ſermo, quod effigiat Chriſti ſanguinem in remiſsionem peccatorum effuſum? A quibus peccatis exoneratus homo ea lætitia exultat, cui ſimilis non habetur. Hinc Dauid dum eſſet in peccatis dicebat: Redde mihi lætitiam ſalutaris tui. Qua lætitia etiam oblectantur angeli, qui (teſte ſumma Veritate) gaudent ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. An de illo vino loquitur in domo patris æterni ſumendo, de quo ſumma Veritas ait: Amen dico vobis, non bibam ex genimine vitis, donec bibam illud nouum in regno Dei?

Pſalm. 103 Numer. 6. Leuitici 10. Matth. 26 Pſalmo 50 Luca 15. Marci 14.

267 Quo vino (vt in Pſalmo dicitur) inebriantur ſancti? An de vino hoc ex vuis expreſſo loquitur Vates? An de vino illo eſt ſermo, de quo (vt nuper dictum eſt) ſummus paſtor omnium dixit: Donec bibam illud nouum in regno Dei? An erit vinum conuerſum in ſanguinem Chriſti, quem bibemus, ſicut & manducabimus panem conuerſum in corpus eius, cùm viuemus in patria, meritis & vita acquiſita ab ipſo Chriſto, qui corpus & ſanguinem pro ſalute noſtra tradidit? An vinum aliud nouum ſtillabit ab illa vite, quæ ait: Ego ſum vitis, & vos palmites, qui manet in me, & ego in eo: Et hic videlicet ſentiet cibum & potum quo vtor in Sympoſio patris mei, in cuius pignus & arrham tradidi corpus meum & ſanguinem in cibum & potum. Hinc ipſe Propheta ſubinfert: Et torrente voluptatis tuæ potabis eos.

Pſalmo 35 Marc. 14. Ioannis 15. Pſalmo 35.

268 Cur hoc inferius vinum plus æquo ſumptum nocet? Nónne, quia vnumquodque nutrimentum & oblectatio non minus in proportione, quàm re ipſa conſiſtit? Hinc cibus diſproportionatus natura vel ſuperfluitate nocet. Pari modo Sol ſua luce & calore confortat, nimius verò nocet. Studium quoque, vnde prouenit cognitio veritatis, eſt iucundiſsimũ (adeò vt Lactantius dicat: Nullus ſuauior eſt animæ cibus, quàm cognitio veritatis) nihilominus ſuperfluè & vltra vires frequẽtatum ad nocuã atrámque bilem conducit. Sed quid dicemus de vino ſpirituali & cœleſti, quod ſumitur vſque ad vomitum? iuxta illud: Memoriam abũdantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt. Hæc quippe eructatio non erit ex nimia ſuperfluitate, ſed ex lætitia & iucunditate cordis, illa ſuauitate debitè repleti. Nam & ſpiritualia conuenienti menſura donantur: iuxta illud, Vnicuique ſecundum propriam menſuram.

L. Inſt. in primo. c. 1. Pſalmo 144 Matth. 25.

269 Cur Dauid canit, Fiat menſura eorum coram ipſis in laqueum? An de perſequentibus ipſum Dauidem eſt ſermo? Sed quomodo tot tãtaque mala quæ ibi recenſentur, imprecabatur ille qui alibi de ſeipſo canit: Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius? An loquitur Vates in perſona Chriſti imprecantis contra torquentes ipſum? Sed nónne ipſe cruci affixus clamat: Pater dimitte illis, non enim ſciunt quid faciant? An

Pſalmo 68. Ibidem 131. Luca 23.

decantat Vates ſentẽtiam tribunalis iuſtitię diuinæ, datam contra eos potiſſimè, qui indigni ac indiſpoſiti præſumunt ſumere panem vitæ? De quibus ait Apoſtolus: Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini, qualiter videlicet & quãtum ſumi debeat. *1. Corin. 11*

270 Cur promittit Deus in Iſaia dare vinum & lac abſque vlla commutatione? An, quia ipſe bonorum noſtrorum (vt in Pſalmo dicitur) non indiget? Ideò gratis dat. An, quia diuina & ſpiritualia vendi non poſſunt, nec debent? Hinc Chriſtus gratis aquam obtulit in templo, & in cœna nouiſsima præ magna munificentia ait: Accipite & bibite ex eo omnes. Et Deus ſæpius promiſit patribus dare terram, lac & mel fluentem. Quod lac eſt (vt aliàs dictum eſt) ſapientia rerum diuinarum, vinum verò eſt potus ille ſumendus in domo patris æterni, vt ſuprà declarauimus. *Iſaie 55. Pſalmo 15 Ioannis 7. Math. 26 Exodi 3. & alibi.*

271 Super quem Libanum extolletur frumenti fructus, vt Propheta canit? An de Libano illo eſt ſermo, qui à Tyro & Sidone exoritur, tenditque in Maronitas & Chaldæos, Berytum à Damaſco diſterminans? Sed nónne parua admodum eſſet abundantia, ſi ſuper montem illum ſolummodò extenderetur fructus frumẽti, adeò celebrati? An igitur (vt reor verius) per Libanum intelligitur ſylua illa ſupramundana, quæ hortus voluptatis dicitur, vbi plantatæ ſunt cedri Dei à patre æterno, quæ non eradicabuntur, & vbi eſt arbor vitæ, fons vitæ, & panis vitæ, confectus ex illo frumento, de quo canit Vates? De qua interpretatione nullus admiretur: cùm frequentiſsima ſit apud ſecretiores Theologos, maximè Zohar. *Pſalmo 71. Secr. theol. Zohar*

272 Quis eſt panis arctus & aqua breuis, de quibus loquitur Iſaias? An loquitur de tempore reædificationis Ieruſalem ſub Zorobabele factę, ſub quo fuit gaudium & cibus ſemiplenus, vt aliqui dicunt? An panis arctus & aqua breuis intelligitur (vt opinor) eo modo, quo illud eiuſdem Iſaiæ ſuprà declaratum. Verbum abbreuiatum faciet Dominus ſuper terram? Nam ſicut à Meſsia fuit redacta tota lex & oracula Prophetarum ad duo breuiſsima pręcepta, ita omnia ſacrificia, panes propoſitionis, vel facierũ & omnes oblationes placentarum, ſpirarum, cruſtulorum, & toties repetitæ ſimilæ, redacta fuerunt ad breuiſsimũ panem, qui nunc loco omniũ illorũ libaminum fœliciſsimè offertur. Et quòd de tẽpore hoc loquatur Vates, indicant omnia quæ ſubſequuntur in illo capite, de Doctore videlicet permanente, & oſtendente veritatem, de agno & paſcuis, de monte eleuato, & luce gloriæ, de virga percutiente Aſſur & inimicos. *Iſaie 30 Ibidem 10 Roman. 9. Math. 22*

273 Quod eſt ſummum omnium ſacrificiorum, quæ Deo offerre poſſumus? An eſt ſacrificium matutinum? An veſpertinum? An illud, de quo inquit Dauid: Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies? nam Deus (vt alibi dicitur) ſanat contritos corde. An illud ſacrificium, quo vnuſquiſque ſe offert Deo (vt Paulus docet) in hoſtiam viuentem, ſanctam, Deóque placentem? An eſt ſacrificiũ corporis & ſanguinis Chriſti, quod quotidie commemoramus? Per hos *Pſal. 50. & 146. Roman. 12*

enim ipſe Chriſtus offerens inuenit æternam redemptionem, vt idem
Hebræ.9. Paulus ait. Quod ſacrificium (vt nuper diximus) continet virtutem omnium ſacrificiorum, tam matutinorum quàm veſpertinorum, & omnium oblationum. Et in huius oblationis virtute offerimus noſmetipſos Deo gratos, in quantum videlicet ſumus membra ipſius capitis Deo gratiſsimi. *Roman. 12* Hinc Apoſtolus volens oſtendere vnionem noſtram tanquam membrorum cum capite Chriſto, ſubinfert dicens: Multi vnum corpus ſumus in Chriſto.

Iſaie 40. 274 Cur Iſaias ait, quòd animalia non ſufficient ad holocauſtum, neque ligna Libani pro igne confouendo? Nónne hîc expreſſè loquitur Propheta de ſacrificio Meſsiæ, quod ſufficit pro peccatis omnium concurrentium ad ipſum, tanquam ſtilla ſitulæ (vt præmittit) pro quorum peccatis non ſufficerent (more antiquo) animalia agri in ſacrificia, neque ligna Libani ad accendendum ignem? Hinc tantum beneficium cognoſcens Vates, ſic incipit caput iſtud: Conſolamini, conſolamini popule meus, quia completa eſt malitia Ieruſalem, & dimiſſa eſt iniquitas illius. Et de Præcurſore ſubinfert: Vox clamantis in deſerto. Et de Sacerdote, ſacrificium pro omnibus offerente proſequitur, dicens: Et reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter, quòd os Domini loquutum eſt.

275 Cur Chriſtus dicitur ſacerdos ſecundum ordinem Melchizedech?
Pſalm. 109. An (vt communiter Doctores dicunt) quia Chriſtus obtulit panem &
Geneſ. 14. vinum, ſicut & Melchizedech, vt in Geneſi legitur? An, quia Melchizedech ſignificat regem meum iuſtum: & Chriſtus fuit ſacerdos non legalis ſicut Aharon, ſed regalis ſicut Melchizedech, qui erat rex Salem? Hinc
1. Petr. 2 Petrus alloquens Chriſtianos, qui ſacerdotium Chriſti ſequuntur, ait: Vos eſtis gens ſancta, regale ſacerdotium. Et ſicut Melchizedech erat rex Salem, id eſt Ieruſalem, & pacis inferioris: ita Chriſtus eſt rex Ieruſalem & pacis ſupernæ. An, quia per panem Meridionalem & matutinum intelligitur omne ſacrificium matutinum: per vinum verò Aquilonare & veſpertinum, intelligitur omne ſacrificium veſpertinũ, quorum alterum, veſpertinum videlicet fiebat pro placandis accuſatoribus, alterum verò, matutinum videlicet pro beneficiis impetrandis, vt veri Sapientes optimè norunt? Quæ omnia Chriſtus vno ſacrificio complexus eſt, ſicut Melchizedech præcedens figurauerat.

276 Cur Chriſtus decantatur ſacerdos in æternum? An, quia functus
Pſalmo 109 eſt ſacerdotio quoad vixit? Sed nónne hoc faciebant ſacerdotes legales? An igitur, quia deficiente ſacerdotio legali (cùm non habeant Hebræi neque templum neque ſacrificium) perſeuerant ſacerdotes Chriſti, & vſque in ſempiternum perſeuerabunt, quia hoc eſt nouiſſimum & æternum ſacrificium & ſacerdotium, vltra quod non erit aliud? An quia Chriſtus & ſi mortalem hanc vitam terminauit, fungitur tamen ſacerdotio ſempi-
Hebræ. 7. terno in cœlis? ſicut apertè teſtatur Paulus, dicens: Alij quidem plures ſa-

cti ſunt ſacerdotes, eò quòd morte prohiberentur permanere: hic autem Chriſtus videlicet eò quòd maneat in æternum, ſempiternum habet ſacerdotium. Vnde & ſaluare in æternum poteſt, accedens per ſemetipſum ad Deum, ſemper viuens ad interpellandum pro nobis. Et iterum: Talem habemus pontificem qui conſedit in dextera ſedis magnitudinis in cœlis, ſanctorum miniſter & tabernaculi veri, quod fixit Deus & non homo, cœli videlicet. *Ibidem 8.*

277 Quo oleo (vt Dauid canit) exhilaratur facies hominis, & cuius? An oleo oliuarum? Sed nónne hoc vngit & fœdat? An igitur eſt ſermo de oleo lætitiæ, i. chriſmate Spiritus ſancti, quo vnctus eſt Meſſias præ omnibus participibus ſuis? nam ſi adminiſtrari debet panis vitæ, corpus Chriſti videlicet, neceſſarium eſt illud oleum quo vngantur ſacerdotes, vt habeant authoritatem conficiendi & adminiſtrandi ipſum corpus Chriſti, vel panem vitæ. Hinc præmittit Vates: Vt exhilaret faciem in oleo, i. vnctus ſit ſacerdos oleo & chriſmate illo lætificante, & panis, quem videlicet conficit, cor hominis confirmet. Quo quidem pane ſaturantur ligna Adonai, i. plantæ ab æterno patre plantatæ. Aliis autem huiuſmodi panis eſt in præiudicium, vt Apoſtolus apertè perhibet. *Pſalmo 103* *Ibidem 44* *1. Corin. 11.*

278 Cur Propheta canit: Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo? An alludit ad fumum incenſi vel thymiamatis, quod componebatur à Sacerdotibus legis cum quarundam herbarum pulueribus, vt etiam contra impetum venti ſemper aſcenderet? An, quia homo quando eſt corroboratus & confirmatus pane illo cœleſti, dirigit orationē in cœlum, veluti ſagittam ab arcu & brachio robuſtiſſimo proiectam? An, quia aſcendit oratio appoſita igni huius ſacrificij oblati in memoriam paſſionis illius, & obſequij adeò grati patri æterno, vt in virtute illius omnia opera noſtra quæ grata ſunt Deo gratificentur? ſicuti fumus rei fumigantis adinueniens ignem faculæ, vel candelæ accenſæ accēditur, & in altum dirigitur, vt ſuprà de ſacrificiis diximus. *Pſalmo 140.*

279 Cur Iſaias ait, Qui offert ſacrificium eſt excerebrans canem? Nónne merces proſtibuli & precium canis pari modo ſunt abominabilia Deo & nullo modo offerenda, ſicut in Deuteronomio legimus? Sed nónne in lege ordinata à Deo erant ſacrificia? Quomodo igitur nunc abominabilia ſunt? Nónne, quia minimè grata ceſſare ea fecit Deus? vt videlicet omnia cederent huic ſacrificio ab omnibus illis figurato, quod pro omnibus illis & longè amplius ſufficit. Hoc itaque nouiſſimè inſtituto ſacrificio cedere debet omne aliud, tanquam precium canis abominabile Deo, cùm non amplius figurandum ſit, quod iam euenit. *Iſaiæ 66.* *Deuter. 23.*

280 Cur Deus à principio non pauit plebem ſuam pane iſto vitæ, ſed manna quod comedentes moriebantur? An, quia populo illi non fuerat promiſſa vita æterna? Hinc non debebatur eis cibus æternus. An, quia populus ille adhuc animalis ſuſcepturus legem hominem animalem ſanctificantem, paſci debuit tantummodò rore illo, in quo benedictus fuit Heſau, hominem animalem ſignificans? Suſcepturi enim legem paſci *Ioannis 6.* *Geneſ. 27.*

debuerunt cibo,eos ad illam ſuſcipiendam diſponente , ſed ſuſcepturi E-
uãgelium veſci debuerunt cibo,eos ad Euangelium quod vitam æternam
promittit præparante.

281 Cur Deus occidit populum ſuum in deſerto,illuc tanta celebritate
Numer. 32 adductum?Nónne quia ſic exigebant mala ipſorum opera?Vnde Prophe-
Pſalmo 94. ta canit:Tentauerũt me patres veſtri,probauerũt & viderunt opera mea:
quibus iuraui in ira mea,ſi introibunt in requiem meam.Sed quibus pec-
catis exacerbatus fuit Deus? An vituli adoratione?An incredulitate multi-
plici?An,quia comedebant indignè panem è cœlo præſtitum ? iuxta illud
1.Corin.11 Apoſtoli:Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bi-
bit.Non tantùm autem,quia manducauerunt indignè, ſed quia noluerũt
credere ſe poſſe obtinere terram à Deo promiſſam & exploratam,vt in li-
Num.13.14 bro Numerorũm legimus.Pari modo & ij qui non credunt ſe poſſe obti-
nere terram vitæ à Chriſto promiſſam,manducantes hũc vitæ panem,iu-
dicium ſibi manducant,& in huius mundi deſerto peribunt.

282 Qui ſtudẽt fabricare ſupra dorſum noſtrum,vt canit Dauid?Nón-
Pſalmo 128 ne ille de quo Petrus inquit : Aduerſarius veſter Diabolus, tanquam Leo
1.Petr.5 rugiens,circuit quærẽs quem deuoret,vnà cum ſatellitibus ſuis?Sed pro-
Albertus pter quæ peccata?Nónne propter omnia,& potiſsimè quando quis bibit
magnus. ſanguinem,& manducat carnem Domini indignè ? Vt benè ſentit Alber-
Pſalmo 68. tus ſuper illud:Et dorſum eorum ſemper incurua.Pręmiſerat enim Vates:
Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in retributiones & in ſcan-
dalum:obſcurentur oculi eorũ,ne videant. Quod clariſsimè noſtris tem-
poribus in multis cõprobauimus, qui propter hoc dati ſunt in interitum
Satanæ ſecundum carnem.Et vtinam non etiam ſecundum ſpiritum:nam
ibi ſubinfert Vates:Deleantur de libro viuentium,& cum iuſtis non ſcri-
bantur.

Threnor.1 283 Quæ viæ Sion (vt Ieremias ait)lugent,eo quòd non ſint,qui veniãt
ad ſolennitatem?Nónne Sion eſt locus& mons ille vbi inſtitutum fuit ſa-
cramentum corporis & ſanguinis Chriſti , & ordinatum hoc conuiuium
Matth. 26 in commemorationem conuiuantis,vt Matthæus refert?Sed cur conque-
ritur Vates,quòd lugeant viæ illæ eò quòd non ſint,qui veniant ad ſolen-
nitatem?Nónne frequentatur hoc conuiuium vbique terrarũ à fidelibus?
frequentatur vtique hoc conuiuium,ſed vtinam bene & cum ſolennitate
Cum ſolennitate autem ad hoc conuiuium vadunt illi,qui digni ſunt,qui
probant ſeipſos,vt dignè manducent:qui guſtant cœnam illam prout de-
cet,qui habent veſtem nuptialem,qui lotos habẽt pedes,& qui vniti ſunt
in charitate,ſicuti grana frumenti in illo pane.

Threnor.4. 284 Cur Ieremias ait , Paruuli petierunt panem, nec erat qui præberet
Matth. 19. eis?Nónne paruuli ij ſunt de quibus dicitur:Sinite paruulos venire ad me?
Hi enim malitię prorſus expertes merentur lac illud propinatum ab vbe-
ribus excelſis,quæ(vt alibi diximus)lactuerunt Prophetæ.Hi quoque in-
Cant.5.7. trare merentur in hortum,iuxta illud: Veni in hortum meum, & dabo ti-
Matth.19 bi vbera mea. Hortus autem iſte, regnum cœlorum eſt:quod(teſte Chri-

ſto) talium, paruulorum, ſcilicet eſt. Paruuli verò efficimur per pœnitentiam. Sicut ſcriptum eſt. Agite pœnitentiam, & appropinquabit vobis regnum cœlorũ. Quo pergentibus datur panis ille in viaticum. Sed matres, & qui genuerunt nos, non præbent huiuſmodi lac, aut panem. Sicut ſcriptum eſt. Lamiæ nudauerunt mammas: & tu, ſcilicet mater: quæ me genuiſti, facta es crudelis, tanquam ſtrutio in deſerto: quæ, ſcilicet denegat vbera filiis genitis. *Ibidem 3* *Thre.4*

285 Quomodò lapides ſanctuarii (vt Ieremias ait) diſperſi ſunt in capite omnium platearum? An de profanatione templi à Chaldæis facta loquitur Vates? An de malis Eccleſiæ prælatis eſt ſermo: qui (vt Chriſtus ait) circuneunt mare, & aridam: vt faciant vnum proſelitum: &, cum factus fuerit, faciunt illum filium gehennæ: malis videlicet exemplis, maliſque verbis, denegantes lac ſpiritualis cibi: implicatíque negociis ſæcularibus, adeò, vt Deo militare nequeant: vt inquit Apoſtolus. Nemo enim poteſt duobus Dominis ſeruire: Deo videlicet & Mammonæ: cœlo & terræ. *Ibidem* *Mat.23* *2.Timo.2* *Mat.6*

286 Quos filios Sion inclytos amictos auro primo deplorat Ieremias eſſe reputatos, vt vaſa teſtea? An de captiuitate Babylonica conqueritur Vates: in qua iuuenes Regij & Principes populi ſui fuerunt malè habiti? Sed quomodò tam ſanctus vir, qui nihil curabat niſi diuina, carminibus tragicis, tanta celebritate confectis, deplorauit calamitates & ærumnas temporales? An igitur deplorat caſum miſerabilem Eccleſiæ, & Chriſtianorum, qui in baptiſmo veſtiri ſolent auro, ideſt charitate prima: ſicut & Religioſi in Religionis ingreſſu: Sed dum proficere debent, deueniunt ad fragmenta vaſis teſtacei, cuius non inuenitur teſta, qua portetur parum aquæ è fouea, ideſt contritio aliqua, vel paruus igniculus ex incẽdio, ideſt parum priſtinæ charitatis, vt Iſaias inquit? Horum autem caſus oſtenſus fuit Regi Chaldaico in ſtatua illa, cuius caput erat aureum, pectus argenteum, venter æneus, crura ferrea, & pedes terrei: vt Daniel recẽſet. Hi enim incipiunt magno feruore charitatis, deueniúntque ad bene operandum ratione per argentum ſignificata: poſtea hypocriſi per æs, quo ſonatur ſine fructu ipſius, ſignificata auertuntur: deinde ad crudelitatem ferream tendunt: quia (Deo diſponente) vnde procuratur fauor, inuenitur odium: denique deueniunt in teſtam fragilem. *Thre.4* *Iſaiæ 30* *Dani.2*

287 Qua nigredine iidem ipſi obſcurati ſunt, qui erant niue cãdidiores? An, quia amittentes lucem illam, quæ omnes illuminat, deuenerunt ad noctem, in qua nemo poteſt operari, nec videre veritatem? An, quia amiſerũt verum ſacerdotium & dignitatem, qua ſeipſos Deo offerebant, & faciebant ſe filios ipſius: & relicta imagine ſummæ lucis aſſumpſerunt imaginem Principis tenebrarum? Hinc veſtimenta ipſorum alba & auro fulgentia obſcurata dicuntur. *Thre.4* *Ioannis 1.9*

288 Quomodò facti dicũtur peiores Sodomæis & Gomorreanis? Nónne, quia hi ad ipſum culmen malitiæ deuenerant, adeò, vt nihil penè mali poſſet ab eis vlterius addi, nec vltra tolerari poſſent in vita, nec grauiore *Thre.4*

Geneſis 19 ſupplicio puniri, quàm igne & ſulphure: ſicut Gomorręani? Sed nónne his peiores ſunt Chriſtiani ingrati? Iuxta dictum ſummæ Veritatis. Væ tibi Chorozaim, Væ tibi Betſaida: quia ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, in cinere & cilicio pœnitentiam egiſſent. *Mat. 11* *Luce 10* Ideò dico vobis, quòd Sodomæis in die iudicij remiſſus erit, quàm vobis.

Ioelis 1 *Iere. 2* 289 Quo fontes aquarum à Ioele exiccati dicuntur igne, ſpecioſa deſerti deuorante? An loquitur vates de fontibus irrigantibus prata & potantibus animalia? An de illo fonte eſt ſermo, qui ait. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ? Sed quomodò poteſt exiccari fons ille infinitus & indeficiẽs? Non quippè exiccatur, vt non habeat continuè ſuam aquam immenſam, ſed exiccatur quantum ad noſtram vtilitatem: quando videlicet, exigentibus ſic peccatis noſtris, obturantur meatus in nos influentes. Iuxta illud *Pſalmo 103* Auertente te faciem, turbabuntur: auferes ſpiritum eorum & deficient: & in puluerem ſuum reuertentur. Hinc diuina illa beneficia à Redemptore exhibita minimè percipimus eo modo, quo tradita ſunt.

Ieremiæ 2 *Hierony.* 290 Quos puteos aut ciſternas foderũt ij, qui à Deo in Ieremia improperantur? Nónne (vt Hieronymus ait) cum impoſſibile ſit animam humanam in aliquo non oblectari, amiſſo torrente voluptatis, quo potari ſolebamus, ad vana & futilia conuertimur: quæ meritò ciſternis confractis, & diſſipatis comparantur: cùm non aquas veræ voluptatis contineant (vt *Pla. in Gor.* longo ſermone diſputat Socrates in Gorgia) ſed potius dolores, pœnas & anxietates? Hæ autem ciſternæ ſunt voluptas, cupiditas & ſuperbia: quæ ſunt putei diabolici: de quibus in Geneſi habetur: vbi dicitur. Et vallis *Geneſis 14* השדים haſidim, ideſt dæmoniorum (pro quo vulgata traductio habet. Vallis ſylueſtris) habebat puteos, & puteos luti. Qui quidem putei poſtea repleti ſunt igne & ſulphure, quando ſubmerſit Deus Pentapolim illam Syrię: vbi erant ipſi putei. Et hoc magno myſterio factum eſt: vt videlicet intelligatur, quòd è lutuoſa hac voluptate ad ignem Inferni ſulphureum ac piceum deuenitur.

Oſeæ 6 *1. Cor. 15* 291 Quis & quando viuificabit nos poſt duos dies: vt Oſæas ait? Nonne inter alia beneficia, nobis per paſſionem Chriſti collata, id vnum fuit præcipuum, quòd morte ſua viuificauit nos? Iuxta illud Apoſtoli. Sicut in Adam omnes moriuntur: Ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. Sed qua vita? An illa, cui dedit principium ipſe Chriſtus reſurgens poſt duos dies, tertio videlicet: vt communiter exponitur? An (vt opinor) loquitur Propheta de viuificatione à morte, quam inducit peccatum? Id enim indicant præcedentia verba, quibus ait. Venite, reuertamur ad Dominũ, quia ipſe infirmauit, & ſanabit nos: percuſſit, & curabit nos. Viuificabit nos poſt duos dies, in die tertia ſuſcitabit nos. Sed cur die tertia? An propter tres partes pœnitentiæ? An, quia hic ternarius requiritur ad vitam condonandam in tertia die? Surrexit enim Chriſtus (inquit Apoſtolus) propter *Rom. 4* *Geneſis 22* iuſtificationem, aut viuificationẽ noſtram. Tertiáque die peruenit Abraham ad locum, vbi offerrę volebat filium in holocauſtum Deo gratũ. Vo-

cantur quoque filij Iſrael itinere triũ dierum. Et ter iubet Deus apparere in conſpectu ſuo omne maſculinũ. Et quòd de hac viuificatione loquatur Vates, ipſe innuit, dicens. Miſericordiam volo, & non ſacrificium. *Exod.5 & 34*

292 Cur inuocatur ab Ezechiele (iubente Domino) à quatuor vẽtis ſpiritus ſuper interfectos illos? An, vt innueret, ꝙ ex omni mundi plaga debebant mortui viuificari ab Authore vitæ? An (vt cũ Zohar ad ſecretiora penetralia introeamus) quia quando Deus fabricauit hominem (vt ipſe ait) aperuit portam Orientalem, vt inde lumen egrederetur, aperuítque Auſtrũ, vt inde ex lumine fortitudo egrederetur, & ex Aquilone magis corroboraretur, & ligaretur Occidens cum Aquilone & Auſtro? Vnde quatuor his plagis loquens Opifex, dixit Faciamus hominem. Hinc & reuiuificando iubet Deus Vati, vt inuocet ſpiritum viuificantem ab eiſdẽ quatuor plagis ſæpe in ſcriptura commemoratis. *Ezec.37* *Zohar.* *Geneſ.1*

293 Cur ibidem dicitur, quòd acceſſerunt oſſa ad oſſa, vnumquodque ad iuncturam ſuam? An, vt ſuis locis aptata redintegrarent corpus, & habile redderent ad vitam ſuſcipiendã? An, vt inde denotetur, quòd ſi volumus in corpore myſtico beneficium ſpiritus viuificantis, opus eſt, vt oſſa & mẽbra ſuis locis coaptẽtur? Nec enim debet locari pes, aut genu non videns in loco oculi, ideſt non debet fieri prælatus ignorãs, qui viam non videat pro ſe, nec pro aliis, nec conſiliarius ſurdus, qui nõ audiat verba legis. Nec locandus eſt in loco ſtomachi vel oris ille, qui neſciat diſtribuere cibum, membris omnibus conuenientem, & neceſſarium: ſed omnia ingluuie lupina velit pro ſe. Et ſic de aliis. *Ezec.37*

294 In quibus ſepulchris erant ſepulta cadauera illa? An in ſepulchris lapideis vel terreis? An (vt myſteria tangamus) in ſepulchris peccatorum? Quod cognoſcens Hieronymus ait. Ego latens in ſepulchro ſcelerũ meorum. Fabricat enim vnuſquiſq; ſibi ſepulchrũ, in quo clauditur, & ignem, quo torquetur: vt Origenes teſtatur, dicens. Sicut febricitans accendit ignem febriũ, eum torquentiũ, malis cibis, aut nimio labore: Sic & malus accendit ignem, quo inferno torquetur: vt Iſaias apertè perhibet dicens. Ecce vos omnes accendentes ignem: ambulate in lumine ignis veſtri, & in flammis quas ſuccendiſtis. Ab illis itaque ſepulchris ſuſcitat Dominus omnes, qui vocem ipſius ſuſcitantis audire volunt. *Hierony.* *Orige.* *Iſaie 50*

295 Quibus mortuis datur vita, & quibus interfectis reſurrectio: vt Iſaias ait? An de mortuis in peccato eſt ſermo: vt nuper dictum eſt? An de iis eſt ſermo, qui moriuntur morte illa Sanctorum in conſpectu Domini precioſa: vt Propheta canit? De qua morte Saluator ait. Si granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, multum fructum affert. Cui adſtipulatur Paulus, dicens. Mortui enim eſtis (vobiſmetipſis videlicet, & homini animali) & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto. An de vita loquitur, quæ denique danda eſt perpetua? Iuxta illud. Iuſti autem ibunt in vitam æternam. Poſtquam videlicet erepti erimus ab ærumnis & calamitatibus huius mundi, quæ dantur impiis: & propter impios. A quibus ærumnis hortatur nos declinare Deus, dum ſubinfert. Vade popule *Ibidem 26* *Pſal.115* *Ioannis 12* *Coloſſ.3* *Mat.25* *Iſaie 26*

meus, intra in cubicula tua: claude ſuper te oſtia, abſcondere modicū, donec pertranſeat indignatio mea. Sicut olim iuſſit Hebræos includi in domibus, poſtibus ſanguine agnorum mūnitis: & Noeh cōcludi in Arca: & Lot fugere in Segor: ſe videlicet à peccatoribus puniendis amouendo.

Exod.12 Gene.7.19

Iſaiæ 55 Ezech.18

296 Qua vita promittit Deus per os Iſaiæ victuram animam noſtram? Nónne de vita loquitur, quæ eſt contra mortem peccati nobis per mortem Chriſti donata? Et hoc, modò concurramus ad vitam iſtam operibus noſtris. Sicut per Ezechielem dicitur. Si auerterit ſe impius ab omnibus iniquitatibus ſuis, quas operatus eſt, vita viuet, & non morietur: illa videlicet morte, de qua paulo ſuperius. Anima, quæ peccauerit, ipſa morietur. Sed quomodò anima moritur? Nónne ſicut corpus viuit anima, ita anima viuit Deo, qui eſt omniū vita? In ipſo enim viuimus. Iuxta illud Abachuch. Iuſtus in fide, ideſt adhærentia cum Deo, viuit. Et Apoſtolus. Quòd autem viuit, viuit Deo. Et iterum. Exiſtimate vos mortuos eſſe peccato, & viuere Deo in Chriſto Ieſu.

Abac.2 Rom.6

Iſaiæ 55 Ierem.23

297 Quomodò (vt Iſaias ait) fecit nobiſcum Deus pactum ſempiternum, miſericordias Dauid fideles? Nónne hoc eſt pactum baptiſmi remittentis peccata virtute Chriſti patientis? Quod quidem pactum erit æternum, quia vltra ipſum, non erit aliud pactum, neque aliud teſtamentum. Quæ autem ſint miſericordiæ Dauid fideles facilè coniicitur, ſi ad illum Dauidem dirigamus oculos, de quo dicitur. Et ſuſcitabo Dauid germen iuſtum. Et quando fuit hoc? Audi quod ſequitur. In diebus illis ſaluabitur Iehuda, & Iſrael habitabit confidenter: & (quòd ſupra declaratum eſt) hoc eſt nomen, quo vocabunt eum: Adonai iuſtus noſter. Iuſtus quippè fuit ille diuinus, qui ſolus venit ad iuſtificandum nos: cuius miſericordiæ erunt & ſunt fideles, & permanentes: quia promittunt regnum & bona æterna.

Iſaiæ 64 1.Corin.2

298 Quam gloriam Chriſtus per paſſionem ſuam mortalibus comparauit? Nónne illam, de qua Iſaias ait. Oculus non vidit Deus abſque te, quæ præparaſti diligentibus te? Quibus verbis & Paulus innititur, dum de ipſa gloria cum Corinthiis loqueretur. Hinc concluditur, quòd ipſa gloria ea eſt, quæ videri nequit, neque conſyderari, neque depræhendi ſine Deo reuelante. Cùm ipſa, omnia iudicia humana excedat. Quod autem hanc nobis acquiſierit Chriſtus, communi ſententia omnes Theologi conſentiunt. Et quanquam regnum paratum fuerat à conſtitutione mundi (vt ipſe Chriſtus perhibet) clauſa tamen fuiſſet ianua, nec adipiſci ipſum potuiſſemus, niſi Chriſtus ianuam patefeciſſet, & aditum nobis ad ipſum tribuiſſet.

Theo. in tertio.d.19 Mat.25 Geneſis 5

299 Poſſumúſne probare gloriam corporis humani ex oraculis? Nónne de hoc clarum habemus exemplum in Henoch, & Elia, quorum animæ non ſeparatæ à corpore, ſed ipſo in melius tranſmutato conſcenderunt cœles, vt textus apertè de Elia loquitur? Pari modo de Iohanne legimus, quòd cùm in ſepulchro ſe condidiſſet, inuentum fuit ſepulchrum eius corpore vacuum, & manna ſcaturiens in apertum ſignum,

4.Reg.2

quòd corpus cum anima abierat. Hinc non ſine cauſa dixit Chriſtus. Si eum volo manere. Gloria enim corporum noſtrorum erit cœleſtis & ſpi- Ioan. vlt.
ritualis. Vnde neceſſe eſt, quòd ad ipſam ſuſcipiendam, corpus in naturam ſpiritualem transformetur. Iuxta illud Apoſtoli. Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale. 1. Corin 15

300 Tangitúrne aliquid particulariter de gloria illa ab aliquo Propheta? Nónne Iſaias ait. Et ſedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta? Pax quidem eſt maxima iucunditas, præſertim debellatis hoſtibus. Tabernacula autem fiduciæ erũt hoſtibus iam fugatis ac ſuppeditatis: firmatóque magno chaos inter ipſos ac beatos. Requies verò opulentiſſima erit ex manubiis, quas hoſtibus debellatis beati cœperint: quáſque à patre ditiſſimo iure hæreditario habuerint: & variis lucris acquiſierint. Iſaiæ 32

SECTIO SEPTIMA DE CHRISTO IVDICE.

QVis iudicabit orbem terræ in æquitate: vt propheta canit? Nónne ille, qui dixit. Omne iudicium dedit mihi pater? Et iterum. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Sed cur data fuit ei omnis poteſtas & ius iudicandi omnes? Nónne Iohannes declarat, ſubinferens. Dedit ei poteſtatem iudicium facere, quia filius hominis eſt? Et id ne mortales timeant iudicium Dei, cuius nec verbum ſufferre potuerunt: vt in Exodo legimus. Hinc propheta dixit. Non intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. propterea Deus mortalibus compatiens dedit iudicium Chriſto, infirmitate noſtra circundato. Iuxta illud Apoſtoli. Talem habemus pontificem, & iudicem videlicet, qui ſciat compati infirmitatibus noſtris. 301 Pſalmo 95 Ioannis 5 Mat. 28 Ioannis 5 Exod. 20 Pſal. 142 Hebræo. 4

302 Cur Chriſtus à Malachia dictus fuit teſtis velox, cum ſit omnium iudex? Nónne inquit Iohannes. Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo: pater, verbum, & Spiritus ſanctus? Quid ergo mirum ſi Chriſtus dicitur teſtis. Teſtatur enim pater æternus parcendo, quòd ſit pater miſericordiarum. Teſtatur Spiritus ſanctus infundendo gratiam, quòd ſit amor. Teſtatur & filius iudicando, quòd ſit ſapiens & iudex conſtitutus ſuper omnes. Velox autem dicitur, iuxta illud. Qua hora non putatis, filius hominis veniet. Et in Apocalypſi ait. Ecce venio citò, & merces mea mecum eſt. Quod dictum Malachiæ, in Targum habetur, Reuelabor ſuper vos citò, vt faciam iudicium. Malac 3 1. Ioan. 5 Lucæ 12 Apoc. 22

303 Cur Chriſtus dictus fuit non ſolùm verax, ſed veritas in abſtracto à propheta? An, quia ſicuti bonum & verum conuertuntur, & idem ſunt: ſic etiam ſummum bonum & ſummum verum & ſummum ens: quæ in abſtracto (vt dicunt Theologi) ratione infinitatis idem poſſunt dici? Et ſic Deus poteſt dici veritas & bonitas. Hinc Chriſtus dixit. Ego ſum veritas. Pſalmo 84 Theologi. Ioannis 14

Ibidem 8 Diabolus autem, quia malus & peſſimus, dici non poteſt mendacium vel
Augu. 14. de trini. falſitas in abſtracto: cum non habeat rationem infinitatis: Sed dicitur pater mẽdacij, & cum loquitur, mendacium loquitur, ſecundum quòd eius proprium eſt. An veritas eſt: quia prima regula omnium veritatum: vt Auguſtino placet? Hinc ei competit iudicium, cum errare nequeat, &, cùm habeat annexam humanitatem, non eſt adeò ſeuerus, ſed nouit compati
Ioannis 5 infirmitatibus noſtris. Iccirco ipſe ait, quòd pater dedit ei poteſtatem iudicium facere, quia filius hominis eſt, vt modò diximus.

Iſaiæ 9 304 Qua gloria Iſaias prædicat Chriſtum adeò exaltatum, vt factus ſit principatus ſuper humerum eius? An, quia fuit lux ambulantibus in tenebris, & habitantibus in regione vmbræ mortis: vt præmiſit? Quod & ipſe
Ioannis 8 9 confirmat, dicens. Ego ſum lux mundi. An, quia deprædatus eſt principem
Coloſſ. 2 *Numero 31* tenebrarum, vt Paulus conſentit cum Iſaia hic dicente. Sceptrum exacto-
Iſaiæ 63 res eius, ideſt Diaboli ſuperaſti? Sicut olim in figura fecit Moſes de Madianitis. Quæ prædatio fuit violenta intincto veſtimento ſanguine: ſicut alibi dicitur. An gloriam ſummam reportauit Chriſtus, quia exterminatis & ſupplicio æterno addictis impiis factus eſt princeps pacis, & pater futuri ſæculi? Quod Iohannes apertius reſerat, dicens. Nunc facta eſt ſalus &
Apoc. 12 virtus & regnum Dei noſtri & poteſtas Chriſti eius: quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum: qui vicerunt propter ſanguinem Agni. Iuxta illud Apoſtoli. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Ieſum
1. Cor. 15 Chriſtum Dominum noſtrum.

Iſaiæ 40 305 Cùm qua mercede (vt Iſaias ait) apparebit Saluator noſter? Nónne id ipſemet Saluator reſerat, dum ait: quòd futurus & vniuerſalis iudex hanc ſententiam contra reos dictabit. Ite maledicti in ignem æternum:
Mat. 25 qui paratus eſt, non vobis, ſcilicet ſed Diabolo & Angelis eius: iuſtis autem dicet. Venite benedicti patris mei: poſſidete paratum vobis regnum? Et hoc eſt, quod ſubinfert Vates. Et opus eius coram illo. Et de glo-
5 riam, quam ſuis fidelibus, & ſibi adhærentibus acquiſiuit, ſubnectit. Et vocabitur populus ſanctus, redemptus à Domino, per Crucem videlicet: ſicuti ſtatim ſubiungit, Angelos videlicet dicentes. Quis eſt iſte, qui venit de Edom, tinctis veſtimentis de Boſra? Quod alibi declaratum eſt.

306 Qui in extremo iudicio ponentur à dextris vel ſiniſtris eius? An diu
Prouer. 3 viuentes in dextera, & diuites & glorioſi in ſiniſtra? Iuxta illud Sapientis. Longitudo dierum in dextera eius, & in ſiniſtra eius diuitiæ & gloria.
Mat. 25 An in dextera collocabuntur ij, qui fuerint pij in proximum (vt ſatis clarè
Ibidem 20 diſcere poſſumus ex Euangelio) in ſiniſtra verò reprobandi: vt ibidem patet? Sed cur duo ex diſcipulis petierunt, vt alter ipſorum collocaretur in ſiniſtris? Sed nónne, quia malè petebant, dixit eis Chriſtus. Neſcitis quid petatis? Id verò non dixit eo, quòd quis malè collocaretur in ſiniſtris: ſed, quia hoc ad patrem pertinebat, qui in primæua diſtributione, gradum & menſuram vnicuique tribuit. Sicuti Izahac (vt omnes anti-
Ant. Theo. qui Theologi conueniunt) tribuit ſiniſtram: & omnibus, qui per ſangui-

nem & ſeueram vitam ad Deum ire contendunt, dummodò in alios crudeles non exiſtant.

307 Cur ipſe iudex, qui ſedere debet in medio, ſedet à dextris, vt Dauid canit? An, quia non potuit hoſtes plenè ſuppeditare? Sed, cùm habuerit omnem poteſtatem in cœlo & in terra, & expoliauerit (vt inquit Apoſtolus) omnes principatus & poteſtates, & traxerit omnia ad ſeipſum, quomodò non potuit? An igitur expectauit & expectat tempus: quo mors penitus deſtrui debet? Sicut olim Deus expectauit tempus, quo impleretur iniquitas Ammorrhæorum. Et hoc innuunt verba ſequentia. Donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum. An, quia Chriſtus non debebat eſſe iudex in cauſa propria? Hinc pater & ſi non iudicat quemquam (vt filius perhibet) iudicium tamen alicui committere potuit. An voluit ipſe primò remunerare filium, qui poſtea aliis mercedem daret? Vnde in Apocalypſi dicitur. Qui vicerit, faciam eum ſedere in throno meo, ſicut ego vici, & ſedeo in throno patris mei. *Pſal.109* *Mat.vlt.* *Coloſſ.2* *Geneſ.15* *Ioan.5* *Apoca.3*

308 Cur Ieremias ait, quòd hirundo, ciconia, turtur & huiuſmodi cognoſcunt tempus ſuum? Nónne id habent à natura illa, quam Auer. vocat intelligentiam non errantem? Et hoc, ſiue ſit illa vniuerſalis: quam Platonici vocant animam mundi: ſiue ſit particularis præſidens vnicuique: vt docent ſecretiores Theologi. Vnde colligitur, quòd omnia expectare debent tẽpus in cœlo decretum pro quocunque opere perpetrando, vt in Pſalmo dicitur. Ordinatione tua perſeuerãt dies, & omnia videlicet, quoniã omnia ſeruiunt tibi. Hinc ſcriptũ eſt. Sapiens expectabit tẽpus operandi, ſcilicet. Propterea Deus & Chriſtus omnium ſapientiſſimus ſuum tempus expectant, quia omnia tempus ſuum habent, vt Salomon ait. *Ieremiæ 8* *Auer.12* *Metaphy.* *Platoni.* *Sec.Theolo.* *Pſal.118* *Eccle.20* *Ecclſi.13*

309 Súntne numerati dies, & menſuratum tempus cuiuſcunque rei? Nónne clarè inquit propheta. Ecce mẽſurabiles ideſt numerabiles poſuiſti dies meos? Et Iob. Breues dies hominis ſunt: & numerus menſium eius apud te eſt. Conſtituiſti terminos eius, qui præteriri nõ poterunt. Sed cur in lege promittitur vita longa honoranti parentes: immò & deferenti matri auiũ, nedum propriæ, vt in Deuter. legimus? Nónne, quia abbreuiantur dies, quibus homo viuit in peccato, vt Zohar placet adducenti dictũ prophetæ. Dies formabuntur, & nihil in eis? Cùm ipſi dies non computentur in vita hominis: vt ſupra quoque diſſeruimus. Vnde ſicut numerati ſunt dies hominis particularis: Ita dies hominis vniuerſalis & Mundi totius. Hinc Deus expectat tempus ſuum. *Pſalm.38* *Iob 14* *Exod.20.* *Deute.22* *Zohar.* *Pſal.138*

310 Cur Deus & Chriſtus aliquãdo punit peccata, & aliquãdo non? An (vt Auguſtino placet) punit aliquando: vt ſe iudicem oſtendat: & aliqua differt, vt oſtendat aliquod eſſe iudicium futurum, in quo illa iudicabuntur? An expectat, quòd in aliquibus expleatur menſura? Iuxta illud. Et vos implete menſuram patrum veſtrorum. Et Iſaias. Et ponam in pondere iudicium, & iuſtitiam menſura. Quæ quidem menſura citiùs impletur, quando mala perpetrantur ſine bonis operibus, menſuram mali diminuentibus. Quando autem bonis aliquibus, eleemoſynis videlicet & *Auguſti.* *Mat.23* *Iſaie 28*

orationibus, redimuntur peccata: prolongatur menſura: quia ſcriptum
Exod 34 eſt, quòd Deus eſt longæ, ideſt tardæ iræ. Pro quo communis æditio ha-
Valerius Maxi. bet, patiens. Vnde non ſpernenda eſt illa Valerij vulgata, ſed celebris ſen-
tentia. Lēto enim gradu ad vindictam diuina procedit ira: tarditatémque
ſupplicij grauitate compenſat.

Mic. 311 Quis calcabit (vt Michæas ait) ſuper excelſa terræ? Nónne loquitur
Vates de Chriſto, vt ipſe in verbis præcedentibus indicat, dicens. Ecce
Dominus egredietur de loco ſancto ſuo? Nec enim poteſt aliquid moue-
Boe. in 3 ri, niſi corporeum. Hinc de ipſo Deo canit Boetius. Stabiliſque manens
Met. 9 das cuncta moueri. Sic igitur Deus mouetur in corpore. Deus autem fuit
Ioannis 1. in corpore illius: de quo dicitur. Et verbum caro factum eſt: & cuius no-
Iſaiæ 9 men vocatur Deus fortis in Iſaia. Quod clarius declarat Propheta, ſubin-
Mic. 1 ferens. Et omnia ſculptilia eius concidentur. Nec enim per alium idola
Iſaiæ 26 conciſa ſunt: & oracula ſiluerunt: niſi per Chriſtum: qui non reſpexit
vultum potentis. Hinc dicitur ſuper excelſa terræ. Cui adſtipulatur Iſaias
apertius loquens, ac dicens. Ecce Dominus egredietur de loco ſuo: vt vi-
ſitet iniquitatem habitatoris terræ. Hinc Paulus ait. Deus autem pacis
Rom. 16 (Chriſtus videlicet, qui princeps pacis dicitur) cōteret Satan ſub pedibus
Iſaiæ 9 veſtris velociter.

Pſalmo 117 312 Cur regnum promiſſum Iſraeli datum eſt gentibus? Nónne, quia la-
pidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? Et
hoc aſſignatur à ſumma veritate in cauſam verbi ſubſequentis, quod eſt,
Mat. 21 Auferetur à vobis regnum Dei: & dabitur genti facienti fructum. An, quia
regnum temporale promiſſum fuit illis, qui erant in figura & ſecundum
carnem: regnum autem æternum omnibus, qui in Chriſto Ieſū piè viuere
volunt: vt ex verbis ipſius Chriſti diſcere poſſumus? An, quia filij regni ſe-
Ibidem 25 cundum nomen ij ſunt, qui habent inſigne Abrahæ, ideſt circuncisionem:
aut inſigne Chriſti, quod eſt baptiſmus: filij autem regni ſecundùm verita-
tem ſunt ij, qui in veritate adhærent ſummo Regi Chriſto? Vnde ipſemet
Ibidem 8 Chriſtus à Centurionis fidę propulſatus ait. Multi ab Oriēte & occiden-
te venient, & recumbent cum Izahac & Iahacob in regno cœlorum: filij
autem regni eiicientur in tenebras exteriores.

Exodi 4 313 Cur Iſrael dicitur progenitus & peculiaris hæres Dei? An, quia pur-
gata fuit hæc familia à ſorde & veneno ſerpētis ab Atauo eius Abraham,
coniecta ſorde in Iſmahelem: & ab Auo Izahac, relicto veneno in Heſau:
& à patre Iahacob, qui vicit Samaelem, qui venenum Dei dicitur? Hinc
Geneſis 32 ipſe poſtea dictus fuit Iſrael, ideſt hæres Dei. Purgatúſque fuit iterum po-
pulus Iſrael à ſeruitute & iugo Ægyptiaco, lege in Sina data. An, quia cum
Deus alias gentes omnes ſub cura ſuorū ſeptuagintaduorum principum
dereliquerit, ſibi aſſumpſit Iſraeliticam familiam à principio? Iuxta illud
Deuter. 32 à Moſe decantatum. Quando diuidebat Altiſſimus gentes: quando ſepa-
rabat filios Adam: conſtituit terminos populorum: iuxta numerum filio-
rum Iſrael. Nam (vt Sapientes exponunt) omnes nationes conſtitutæ erāt
in circuitu Iſrael, numeris & proportionibus quibuſdam eis correſpon-
dentes,

dentes. Sequitur Moſes: Pars autem Domini populus eius, Iahacob funiculus hæreditatis eius. Hinc (vt Chriſtus innuit) ſalus datur tuntummodò filiis Abrahæ, vt Lucas narrat, quod alibi confirmatur à Chriſto, qui ait: Non veni, niſi ad oues quæ perierunt domus Iſraël. *Luce 19.* *Matth. 15*

314 Cur Hebræis vel Iſraeli ſolummodò ſalus datur, vt Zacharias ait? Nónne ex electione? ſicuti Moſes ſatis apertè ait: Te elegit Dominus Deus tuus, vt ſis ei populus peculiaris ex cunctis gentibus quæ ſunt ſuper terrã, cui adſtipulatur Paulus, dicens: Elegit nos ante mundi cõſtitutionem. Sed ſi ex electione id eſt, cur ablatum fuit ab eis regnum Dei (ſicut nuper declaratum eſt) cùm Apoſtolus dicat. Vocauit nos non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum propoſitum ſuũ & gratiam, quæ data eſt nobis à Chriſto Ieſu ante tempora ſecularia? non quippe ſaluamur ſine Dei vocatione & gratiâ: Sed ſi ingrati & indigni exiſtimus, quamuis vocati mittit Rex ad exitus viarum (vt in Matthæo dicitur) & alij vocantur. Quemadmodum etiam in Apocalypſi angelo Philadelphiæ dicitur: Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. *Luce 1* *Deuter 14* *Ephes. 1.* *2. Timot. 1.* *Matth. 22.* *Apocal 3*

315 Cur Deus ab initio plebem ſuam futuram, non fecit plebem ſuam, ſicut in Oſæa dicitur? Nónne omnis plebs Dei eſt? nam in Pſalmo dicitur: Domini eſt terra, & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuerſi, qui habitant in eo. Sed cùm omnes dotauerit libertate, quicunque reſpondet vocationi ſuæ, efficitur de plebe eius. Si verò ad electionem Dei reducere voluerimus negocium: nónne ipſe (teſte Apoſtolo) vult omnes homines ſaluos fieri? vnde quia dilexit mundum, miſit filium ſuum vnigenitum (inquit Iohannes vt omnibus ſalutẽ daret. Sed ſicut in naturalium fructuum productione, temporis ſucceſſionem expectat, dans omnibus vt matureſcãt, & aliquibus minus bonis prius (nam fabæ & ceraſa ante matureſcũt, quàm triticum vel vua) ſic fecit arboribus quas ipſe Deus pater plantauit. Primò enim dedit fructum Hebræis, poſtea Gentibus, nouiſsimè verò Chriſtianis. *Oſeæ 2.* *Pſalmo 23* *1. Timot. 2* *Ioannis 3.*

316 Cur dictum eſt in Malachia, Iahacob dilexi, Heſau autem odio habui, cùm à Sapiente dicatur: Nihil odiſti eorum quæ feciſti? Nónne odit Heſau, quia omnis immũditia patris congeſta fuit in ipſo: vt Iahacob mũdus remaneret (vt paulò ante tactum eſt) purganda tamen tempore ſuo? nam à patre ipſi eiulanti dictum eſt: Tempus veniet, cùm excuties & ſolues iugum ſcilicet ſeruitutis, è ceruicibus tuis. Quod factum fuit per Meſſiam ducem: nam multa turba (vt Marcus narrat) ſecũta eſt Ieſum, in qua numerantur Idumæi. Et illud à Dauide decantatum Chriſto poſſet aptari: In Idumæam extendam calciamentum meum, id eſt corpus, quod ipſe Chriſtus pro omnium ſalute tradidit. Quod Iſaias ante prædixerat, dicẽs: Idumæa & Moab præceptum manus eius (ſuſcipient videlicet) & filij Hammon obedientes erunt. Sed cui obedientes erunt? nónne ipſe Vates præmiſit, dicens: Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, ſuper quem requieſcet ſeptiformis ſpiritus: quod de Chriſto omnes interpretantur. *Malach 1.* *Sapient. 11.* *Geneſ. 27.* *Marci 3* *Pſalmo 59.* *Iſaiæ 11.*

317 Cur Heſau de ſtirpe Abraham electi priuatur (ſaltē ad tempus) hæreditate Dei? An id fuit fœlici ſua ſorte: quia in recompēſationem ſuæ ſeruitutis vocatus fuit ad regnum, non quidem figuratiuum, ſed verum, promiſſum & dandū à Chriſto Imperatore tam Idumæis quàm Iſraelitis? Sed
Matth. 15 cur dixit Chriſtus: Non veni niſi ad oues quę perierūt domus Iſrael? Nónne domus Iſrael ſunt omnes qui Deo militant, vt alibi declaratū eſt, & vocabulum Iſrael indicat? An per Heſau qui eſt Edom, intelligitur caro & ſanguis atque animalis homo, quem odio habere debemus, quouſque cedat ſpiritui, & in ipſum mutetur excuſſo iugo ſeruitutis, expectantes
Philipp. 3 (vt ait Apoſtolus) Saluatorem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ?

Malach. 1 318 Quid eſt Sehir, & cur, & vſquequo datur Heſau, vt Malachias meminit? Nónne Sehir turbinem, horrorem, pauorem, hircum, piloſum, faunum, dæmonem, & huiuſmodi dæmoniaca ſignificat, quæ dantur viuen-
Philipp. 3 tibus ſecundum carnem & ſanguinem? Quorum operum (vt Apoſtolus ait) finis eſt interitus, & ſtipēdium mors, vt alibi ait. Et (vt Scriptura, & Sa-
Roman. 6 pientes omnes cōueniunt) horum ſors eſt dæmoniaca, formidoloſa, horrore, dolore, & anguſtia plena. Hinc Chriſtus venit vt erueret hominem animalem de Sehir, & educeret in Ieruſalem, quę eſt viſio pacis & quietis.
Aug. contra quinque hæreſes Vnde Auguſtinus in perſona Chriſti ait: Cùm eſſes inimicus patri meo, recōciliaui te, inter ligna & lapides, i. in malo cultu inueni te, humeris meis portaui te. Quod à Moſi cantico tractum eſt, vbi dicitur: Aſſumpſit eum,
Deuter. 32. atque portauit in humeris ſuis. Quod Chriſtus fecit, vt primò fungeretur erga nos officio paterno, officio iudicis contra proteruos & ingratos tandem functurus.

319 Cur homini ad cœlū ordinato datur primò terra? Nam canit Vates:
Pſalmo 113. Cœlum cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum. Nónne homo poſitus fuit in regione hac media, terra videlicet, vt quàm mallet ſedem, ſibi compararet: in cœlo videlicet, aut in inferno, conſtitutus Dominus a-
Ethicor. 3 *Secre. theol.* ctuum ſuorū, vt Ariſtoteles perhibet? An (vt ſecretiores Theologi dicunt) cœlum cœli aut cœlorum) vt habet veritas literæ) Deus inhabitat: terram autem, non hanc feculētam, ſed terram viuentium dedit filiis hominum? Quæ quidem terra eſt pars cœli cœlorum, in quibus omnibus ſolus Pater
Matth. 6. inhabitat. Hinc non abſq; myſterio docuit nos Chriſtus dicere, Pater noſter, qui es in cœlis. Ad quam terram intrat non tantùm, quem Deus ele-
Ibidem 19. git, ſed quicunque vult, iuxta illud: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.

320 Quomodo (vt Pſalmographus canit) ſtant pedes noſtri in atriis Ie-
Pſalmo 121 ruſalem? An de Ieruſalem hac inferiori eſt ſermo? Sed cur id tanta celebritate decantatur, maximè cum his noſtris temporibus hæc Ieruſalem inhabitetur ab hæreticis, ſchiſmaticis & Hagarenis? An igitur de tendentibus ad Deum loquitur Vates, quorum affectus per pedes deſignati, ſunt ſemper lætantes in Ieruſalem illa ſuperna, quæ eſt vera mater noſtra? E conuerſo autē impij ſedent ſuper flumina Babylonis flentes & continuè mœ-

rentes,vt alibi dicitur:Et hoc pacto dignoſcuntur,qui Dei,quíue Diaboli ſunt:ſicuti doctor veritaris per alia verba indicat,dum ait: Qui ex Deo eſt *Ibidem 13. Ioannis 8.* verba Dei audit.Et ad alios inquit: Propterea vos nō auditis,quia ex Deo non eſtis. Et his dicunt angeli vel prædicatores: Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?

321 Quomodo & quando conſummata eſt malitia alicuius plebis reprobandæ,vt reprobetur? An completur nequitia plebis alicuius,quando tota eſt mala,nullo penitus bono exiſtēte,quod malitiam exoneret? ſicuti de populo Iudaico inquit Iſaias: A planta pedis vſque ad verticem non eſt *Iſaie 1.* in eo ſanitas. Vulnus & liuor & plaga tumens, non eſt circumligata lege & fræno,neque curata medicamine,bonorum operum, neque fota oleo, pietatis videlicet. Hinc ſequitur,Terra veſtra deſerta. Sic tempore diluuij *Geneſ. 6.* dicitur de populo illo. Vidēs autem Deus quòd multa malitia eſſet in terra,& cuncta cogitatio hominis intenta eſſet ad malū omni tempore, nec ſecus in Gomorrȩanis repertum eſt. An completur malitia per crimen læ- *Ibidem 19* ſæ maieſtatis,quando videlicet quis ſpreto Deo vero ſequitur deos extraneos,vt in Ieremia dicitur:Et verterunt ad me terga,& poſuerunt idola in *Ieremie 32.* domo mea,& ædificauerunt excelſa Bahal,& initiauerunt filios ſuos & filias Moloch? quod in multis oraculis inuenies.

322 Quare Deus olim Gentiles,& nunc Chriſtus tam acriter non punit extraneos,quàm domeſticos? Nónne extraneos puniuit,vt de Chananæis *Leuit. 18.* in Leuitico dicitur:Cauete ne faciatis abominationes iſtas quas fecerunt accolæ terræ qui fuerunt ante vos, ne vos ſimiliter euomat terra,cùm paria feceritis? Et ſi acrius punit domeſticos,nónne ſcriptū eſt: Quem amo, *Apocal. 3* corrigo & caſtigo? Et per Apoſtolum: Quem diligit Dominus,caſtigat. Et *Prouerb. 3. Hebre. 12* quanto maiori priuilegio quis donatus eſt,tantò grauius eſt ipſius peccatum,iuxta illud Satyricum: *Iuuenalis.*

Omne animi vitium tantò conſpectius in ſe
Crimen habet,quantò qui peccat maior habetur.

323 Cur dictum eſt per Iſaiam de Chriſto,Arundinem vento quaſſatam *Iſaie 42.* non confringet? *Matth. 12.9* Nónne, quia ipſe venit vocare peccatores,vt ipſemet teſtatur? Nam cùm ipſe inſtituerit Euangelium,quod eſt bonus & pius ſermo,de remiſſione videlicet peccatorum tribuenda,pœnitētiam & remiſſionem prædicauit,& prædicari iuſſit, vt videlicet arundinem,i.peccatorem,bonis operibus vacuum,non confringeret, ſed bonis repleret,vt ſaluos faceret eos qui perierant, ſicuti Gabriel reginæ cœlorum prædixerat: *Luce 19.* Ipſe ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Hinc remiſſius agit *Matth. 1.* in puniendo:ſed quantò quis magis ſecundum duritiam cordis,& cor impœnitens(vt inquit Apoſtolus)theſaurizat ſibi irā in die reuelationis ma- *Roman. 2.* gni iudicij Dei,tantò grauius ab ipſo iudice punietur.

324 Qua iuſtitia Chriſtus gaudet infœcūdo homine, cùm is lege dam- *Deuter. 7.* netur? An,quia carnalis propagatio, & vtraque familia à Deo prædordinata,iā genita erat? An,quia in lege animali & ſeruitutis, in qua expiatio per animalia fiebat,exquirebatur animalis prouentus, quamdiu prædomina-

batur terrenus & animalis homo, quando autem venit de cœlo cœleſtis
Ioan 12. & ſpiritualis homo, non tantùm non exquiſiuit fructus animales, ſed docuit animalem hominem penitus mortificandum, vt homo in ſpiritualem totus euaderet? & quia hoc eſt valdè difficile, vt ab omnibus fiat. Hinc
Math. 19 clamat Chriſtus in Matthæo (cùm de caſtrandis & continentibus ſermonem faceret) dicens: Qui poteſt capere capiat. Fructus autem & fœcunditatem hominis ſpiritualis exquirit, iuxta illud Præcurſoris: Facite dignos
Lucæ 3. *Ioannis 15.* fructus pœnitentiæ. Et alibi ipſe Chriſtus ait: Omnem, qui fert fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat. Quos fructus Paulus commemo-
Galat. 5. rat, dicens: Fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, & quæ ſequuntur.

Iſaiæ 56. 325 Qui eunuchi laudantur ab Iſaia? An ſunt eunuchi (vt exponunt Hebræi) illi qui nouerint tempus generandi, in nocte videlicet ſabbati? Quo tempore dicunt influxus generandi eſſe meliores, & id dicunt innixi verbis Prophetæ ſubinferētis: Qui cuſtodierint ſabbata mea, i. elegerint ſabbatũ pro genitura. Sed nónne ſubnectitur: Et elegerint quæ ego volui, & cuſtodierint fœdus meum? Fœlicem itaque ſortem promittit Deus cuſtodientibus fœdus, pactum, cæteráque ipſius mandata. Quamuis ſint eunuchi, & infœcundi fœcũditate illa animali, quam ipſe Deus non magnipendit, dummodò ſit fœcunditas bonorũ operum, pietatis videlicet in Deum
Matth. 25. & in proximum, quæ Chriſtus iudex remunerare promittit, vt Matthæus narrat.

Ibidem 5 326 Qua pietate & iuſtitia Chriſtus hortatur inimicos eſſe diligendos,
Ibidem 11 & orationibus adiuuandos, contra dictamen naturæ? An, quia à diebus Iohannis Baptiſtæ regnum cœlorum vim pati cœpit, & rapi à violentis, i. à tempore quo Præcurſor nunciauit ipſum Redemptorem eſſe in mundo, qui deduceret hominem animalem ad ſpiritualem? quod ſine vi fieri nequit. Vnde tantam vim homini animali ipſe Chriſtus iubet inferri, vt mortificetur penitus, & tranſmutetur in meliorem, & ſpiritualem atque cœleſtem: vt ſimul cum ipſo potiri poſſit præmio cœleſti ac diuino. Hinc correxit antiquorum ritum animalem legem proſequētem, vt ipſum hominem animalem in ſpiritualem tranſmutaret. An, vt nos filij Dei iam per regenerationem effecti, imitaremur patrem miſericordiarum, cuius proprium eſt dimittere? Propterea ſubinfert: Et eſtote perfecti, ſicut pater veſter cœleſtis perfectus eſt.

327 Qua iuſtitia inter bona opera Dei, tot mala permittuntur? Nónne, quia ſic à principio ordinatum eſt, vt malum eſſet cōtra bonum, & è con-
Eccleſia. 33 uerſo, vt in Eccleſiaſtico dicitur? Vnde in Iſaia Deus ait: Ego ſum creans
Iſaiæ 45. *Geneſ. 1.* malum, & faciens pacem, creans tenebras, & formãs lucem. Sed quomodo omnia quæ fecerat Deus, erant valdè bona, vt in Geneſi dicitur? Verum eſt, omnia quæ fecerat, non autem omnia quæ creauerat. Nam facere terminatur ad formam, quæ habet rationem boni: creare verò ad materiam aliquãdo, quæ habet rationem mali. Sed cur hæc mala à ſummo bono permittuntur? Nónne (vt Auguſtinus ait) ſicut ſilentium in Muſica or-

dinatur, vt cantus ſuauior reſumatur: ſic Deus ex omni malo permiſſo in natura ſemper trahit maius bonum, vt alibi inquit idem Auguſtinus? Niſi enim eſſet malum in mundo, quomodo comprobaretur bonitas Dei in remittendo, & prouidentia & ſapientia in reparando, & niſi fuiſſet culpa Protoplaſti, vbi appareret bonitas Redemptoris? Et niſi eſſet bonum remunerandum, & malum puniendum, quomodo datum fuiſſet Chriſto omne iudicium? *Aug. contra Fauſtum. Idem in Enchir.*

328 Cur Chriſtus rex pacis tot bella in mundo permittit? Nónne ipſe dixit: Non veni mittere pacem, ſed gladium? Vnde Apoſtolus ait: Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Nam manus eſt ſuper ſede יה iah, i. Dei bellans contra Hamalech à generatione in generationem: hinc ipſe Chriſtus ait: Qui non eſt mecum, contra me eſt. An igitur, quia ipſe bellauit, & triumphauit de hoſtibus, & nobis proteſtatur, quòd qui vicerit faciet illum ſedere in throno ſuo? Iure itaque indicitur bellũ à principe noſtro Chriſto, vt deuictis hoſtibus fruamur cum ipſo pace perpetua, iuxta illud Iſaiæ: Et requieſcet populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Si quis autem abutitur bello ſæuiens in proximum, & in Deum, imputetur ſibimetipſi. Nam gladius fit contra inimicos non contra ſeipſum. *Matth. 10. 2. Timot. 2. Exodi 17. Luce 11. Coloſſ. 2. Apocal. 3. Iſaiæ 32.*

329 Cur Deus permiſit tot deos dominari inter mortales ante Chriſti aduentum? An, quia Deus præfecerat ſeptuaginta duos principes ſeptuaginta duobus idiomatibus & populis, vnicuique videlicet præſidẽ ſuum, quem vnuſquiſque populus adorabat? An, quia Diabolus & ſerpens antiquus debellauerat hominem, & ſibi ſubiecerat? Hinc mortales non tantùm reuerebantur principes illos ſuperiores à Deo præfectos, ſed inferiores, qui ſunt in cratere immundo, ſuperiori oppoſito, & principi tenebrarum ſubiecto. E quorũ manibus eripuit nos Chriſtus, dicente Paulo: Qui eripuit nos è poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum ipſius dilecti filij ſui, qui nos tanquam redemptos, & illos tanquam iniuſtos deprædatores iudicauit. *Coloſſ. 1.*

330 Quomodo peccauit ille Serpens antiquus cum ſatellitibus ſuis? Nónne peccatum ipſorum fuit, quia inſurrexerunt contra Chriſtum, vt Iohannes apertè refert, dicens: Et Draco ſtetit vt deuoraret filium mulieris amictæ Sole? Demandatum enim erat (vt inquit Apoſtolus) omnibus angelis, vt adorarent eum iam conſtitutum heredem vniuerſorum. Quod recuſans facere Diabolus, & exiſtimans poſſe ſibi honorem illum vendicare, ceruicem erexit inſurgens in eum cum ſatellitibus ſuis. Contra quos Michael princeps militię Chriſti inſurrexit, pugnans vſque ad expulſionẽ eorum è cælo. *Apocal. 12. Hebræ. 1.*

331 Cur dixit Diabolus, Ponam ſedem meam ad Aquilonem? An vt ſe opponeret illi de quo dicitur: Deus ab Auſtro veniet? An, cùm ab Aquilone procedat omnis caſus & ruina, bene ad Aquilonem ſatagebat ponere ſedem vlula illa, vt inde facillimè rueret? Quod & euentu comprobatum eſt. Vlulam enim, & bene, interpretatur Hieronymus, & non luciferum. *Iſaiæ 14. Abac. 3. Ierem. 1. Hieronym.*

Siquidem ferre lucem nó poteſt ille, qui factus eſt princeps tenebrarum. Nec quando præſumebat in Deũ, lucifer erat, ſed vlula deputanda ad plá-ctum inferni ſempiternum. Fuit tamen filius auroræ; vt in veritate literæ habetur; quia productus ab aurora illius ſupremæ lucis, vitæ, & verbi in quo facta ſunt omnia.

Ezech 28 332 Quis Cherub (vt Ezechiel ait) eiectus fuit è lapidibus ignitis, & quibus? An de rege Tyri ſub nomine Cherub loquitur Vates? An de intelligé-*Hieronym.* tia ipſam ciuitatem & regnum regente, vt Hieronymus ſentit? Sed qualis erat hæc intelligentia, bonáne an mala? ſi bona, cur eiicitur? ſi mala, quomodo erat in paradiſo? Nónne (vt in textu dicitur) dũ eſſet bona erat in paradiſo, cùm autem præuaricata eſt malè regẽdo ſibi creditos videlicet, eie-*Iob 4* cta eſt: Sed quomodo ſunt angeli cõfirmati in gratia, vt nouitiores Theologi docent? Nónne inquit Iob: Ecce qui ſeruiunt ei non ſunt ſtabiles, & in angelis quidẽ ſuis poſuit mutationem, vt habet veritas literæ? pro quo vulgata traductio habet, reperit prauitatem. Hoc (inquient) fuit à principio. Sed hic Cherub non fuit eiectus à principio, cùm præfuerit Tyro longo tempore poſt mundi fabricam conditæ. Et ſi illi qui à princi-*Thadæus in* pio peccauerunt, ſunt iam detruſi in carceres tartareos, vinculis æternis *Epiſtola.* conſtricti (vt Thadæus perhibet) quos Angelos iudicabunt Apoſtoli, vt *1. Corin. 6* Paulus ait?

Ioan in. 5. 333 Quis iudicabit Angelos peccantes? An Apoſtoli, vt dictum eſt? An præcipue Chriſtus (cui commiſſum eſt à patre omne iudicium) & Apo-*2. Petr. 2.* ſtoli, tanquam aſſiſtentes? Quemadmodum & quando etiam homines in extremo iudicio iudicabuntur, vt Petrus perhibet, dicens: Angelis peccã-tibus Deus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum, tradidit cruciandos in iudicium reſeruari: ſicut & homines qui quamuis ſint *2. Timo. 4* in particulari iudicati, in vniuerſali tamen iudicio ſtabunt coram illo, qui (teſte Paulo) iudicaturus eſt viuos & mortuos.

2. Petr. 2. 334 Cur Chriſtus angelis peccantibus non ſuccurrit, ſicut hominibus? An quia pœnitentia duci nolunt? Sed vnde hæc animi durities, vt nequeát aut nolint pœnitentia duci? Nonne quia ſunt in termino (vt aiunt) à gratia præueniente, diſponéte, & cooperante penitus deſtituti? Sed cur non fuit datum eis ſpatium pœnitẽtiæ, ſicut & homini? An, quia nullus error, nul-*Geneſ 3.* láque fragilitas fuit in eis, vnde dicere potuerint. Mulier, quam dediſti mihi, ad hoc me induxit, aut Serpens decepit me, ſicut dixerunt Adam & Heua. quia nec tentáti ab alio, nec carne fragili circundati fuêre. An quia introducti iam fuerant in aulam regiam, decore, fortitudine, ſapientia & de-*Ezechi. 28* litiis pleni, vt de Cherub regente Tyrum dictum eſt? quò introducti dum peccant, irremiſſibile peccatum committunt, vt Paulus docet.

Hebræ 6 335 Si tot ſunt damnati, vbi miſericordia Dei? An in eo quòd remunerat *Pſalm. 144* vltra condignum, & citra condignum punit? Vnde ſemper pietas & miſericordia eius ſuper omnia opera ipſius, vt Propheta canit: Nec enim ſeue-*Augu. ibid.* ritas punitionis erit ſuper opera ipſius, ſed ſuper peccatum, quod eſt opus *Ephef. 2* peccantis, & non Dei, vt Auguſtinus ait: An, quia (vt Apoſtolus teſtatur)

omnes naſcuntur filij iræ?Hinc quos Deus ſaluat,ſua miſericordia ſaluat. An,quia ſaluat omnes ſaluandos ſola fece & ſcoria ad latrinas inferni demiſſa?quo ſenſu opinor dixiſſe Paulum: Quos præſciuit & prædeſtinauit *Roman.8.* cóformes fieri imagini filij ſui,quos autem prædeſtinauit,hos & vocauit: quos vocauit, hos & iuſtificauit. Vocauit itaque omnes capaces gloriæ, ſegregans argentum à ſcoria, & cibum nutrimenti à fece,& expurgans omne purgabile,vt idem Paulus docet,quando ait,quòd etiam ædificantes *1.Corin.3* lignum & ſtipulam purgabuntur per ignem,& ſalui fient.

336 Quod eſt delictum maximum à quo emundari orat Propheta? An *Pſalmo 18* eſt ſuperbia, vt Hieronymus & Auguſtinus conſentire videntur? *Hieronym. Auguſtinus.* An eſt idolatria,propter quam potiſſimè regna ſubuerſa ſunt,& regiones deſtructæ?Sed id peccatum nunquam legitur fuiſſe in Dauide Deo fideliſſimo, & ſecundum cor ipſius electo. An grande & maximum omniũ delictum *Actor 13* erat,quicquid lege & ſacrificiis purgari nequibat,ſed tantùm morte propria peccantis expiabatur, ſicut blaſphemia, adulterium, homicidium & huiuſmodi? quæ omnia Chriſtus purgauit, & tulit, ſicut expreſſè teſta- *Leuit. 20. et 24* tur Iſaias, dicens: Poſuit in eo Dominus iniquitates omnium noſtrûm. *Iſaiæ 53.* Vbi vtitur vocabulis huiuſmodi crimina denotantibus, quæ grandia erant, & nullis ſacrificiis purgabantur. Ab his itaque ſperabat mundari Propheta per meritum & paſſionem Chriſti.Ecce igitur,quomodo miſericordia & veritas præceſſerunt faciem Chriſti iudicis, ſicut ipſe Dauid cecinerat. *Pſalmo 88.*

337 Quæ ſunt onera illa quæ ab Iſaia enumerantur? Nónne ſunt onera & pódera peccatorum(vt bene ſentit Hieronymus) quæ vindictam & iu- *Hieronym.* dicium Dei clamant contra eos qui peccauerunt? Habet)inquit Ambro- *Ambroſius* ſius vnaquæque iniquitas vocem ſuam, quæ vindictã clamat contra peccantes,vt de Sodomæis dicitur:Clamor Sodomęorum venit ad me.Et de *Gene. 18.* Hebræis ab Ægyptiis oppreſsis dixit Deus. Clamor filiorum Iſrael venit *Exodi 3* ad me,vidíque afflictionem eorum qua ab Ægyptiis opprimuntur. Vnde in tribunali diuino decernuntur pœnæ & ſententiæ contra reos ferendæ. Quæ quidem ſententiæ intimantur Prophetis, denunciandæ, antequam executioni demandentur, ſi fortè peccatores conuertantur, & declinent ſententiam,ſicut de Niniuitis legitur, qui ad Ionæ verbum conuerſi ſunt. *Ionæ 3*

338 Quod eſt onus Iehuda præcipuè? Nónne ſub nomine Ariel,quæ eſt Ieruſalem(vt quibuſdã placet) deſcribitur onus Iehuda, cuius regnum e- *Iſaiæ 29.* rat in Ieruſalem: hinc dicit textus: Circumuallabo Ariel, & erit triſtis & mœrens.Quod declarans & confirmans ipſe ſummus iudex,ait:Circumdabunt te inimici tui vallo,& ad terram proſternent te,&coanguſtabunt *Lucæ 19.* te vndique,quod à Tito & Veſpaſiano factũ eſt. Cauſam autem euerſionis eorum aſsignat Hamos, dicens de Iehuda, quòd abiecerit legem Dei: *Hamos 2.* & de Iſrael quia vendidit iuſtum,i.Chriſtum argento.Vnde meruit abiici & repudiari tanquam adultera ſponſa,ſicut prædixerat Chriſtus: Aufere- *Matth.21.* tur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum.

339 Quid eſt Bozra & Edom?Nonne Edom eſt Idumæa,ſtirps videlicet

Heſau? ſicut ſcriptum eſt: Vocatũ eſt nomen eius Edom. Per Heſau autem in ſenſu myſtico intelliguntur omnes ſecundum carnem & ſanguinem viuentes. Bozra verò (vt Hebræi exponũt, & conſentit Hieronymus) eſt Roma, quæ totum mundum vindemiauit, primo gladio tẽporali, deinde gladio ſpirituali. Bozra enim vindemia interpretatur. An per Edom (vt Hebræis placet) Chriſtiani intelliguntur? quod poſſet concedi, ſanè intelligendo, quia videlicet vocati ſunt de gentilitate, vbi viuebatur ſecundum carnem & ſanguinem. An quia ſub Chriſto verificatum fuit oraculũ Izahac, quòd videlicet Heſau vel Edom excutere debebat iugum ſeruitutis & carnis è collo ſuo?

Geneſ. 25. *Hebræi* *Hieronym.* *Geneſ. 27*

340 Quis gladius dicitur inebriatus in cœlo, cur & quãdo? Nónne gladius eſt virtus, qua diuina iuſtitia executioni demandatur? Hinc de Chriſto omnium iudice conſtituto, Iohannes inquit: Et de ore eius gladius ex vtraque parte acutus exibat. Quæ virtus adimplendæ iuſtitiæ inebriari & accendi in cœlo dicitur: quando comprobatur completa eſſe malitia ſecundum clamorem, qui in aures Domini aſcendit. Et concinnè inebriari dicitur virtus illa, furore videlicet & ira. Nam (vt Chryſoſtomus ait) vbi ira non eſt, nec ſcientia proficit, nec iudicia conſtant, nec crimina compeſcuntur. Inebriatum itaque vidit Iſaias gladium hunc in cœlo, vbi non eſt tempus, niſi per reſpectum ad nos, qui ſumus in tempore, quorum clamores vel lachrymæ aſcendunt ad Deum, & in quos pro tempore diſpoſitionis noſtræ præmia & ſententiæ dantur.

Iſaiæ 34 *Apocal. 1.* *Chryſoſtom.*

341 Quam militiam viſitabit Deus, vt Iſaias ait? Nónne declarat id Vates dum ait: במרום Bemarom, i. in excelſis? Milites enim Dei ſunt intelligentiæ & virtutes cœlorum, quæ ſicut mouebuntur (teſte Chriſto) in iudicio vniuerſali, ita mouentur in iudicio priuato: nam nunquam punitur populus, aut perſona aliqua priuata, niſi prius amoueatur eius cuſtodia cœleſtis, aut derelinquatur ab ea. Hinc ab angelis cuſtodientibus Babylonem, vel quamcunque ciuitatem vel mentẽ confuſam in Ieremia dicitur. Curauimus Babylonẽ, & non eſt ſanata, derelinquamus eam. Et de Bozra & Edom dicitur: Omnis militia eorum defluet, ſicut defluit folium de ficu & de vinea, quia inebriatus eſt in cœlo gladius meus. Defluent autem huiuſmodi cuſtodes, aut quia amouebuntur à cuſtodia, aut quia punientur de mala cuſtodia habita, vt quibuſdam placet.

Iſaiæ 24. *Matth. 24.* *Ieremiæ 51* *Iſaiæ 34.*

342 De qua terra aut regione fiet victima illa ab Iſaia commemorata? An de Idumæa & Roma per Bozra ſignificata, vt ſupra tactum eſt? An de quocunque ſecundum carnem & ſanguinem viuente, per Edom vel Idumæam ſignificato? cùm iam decretum ſit (vt Paulus perhibet) quòd caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſint. Hinc ſcriptum eſt: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos fœni, quod videlicet inciditur & exiccatur. Per Bozra autem intelligitur omnis vindemians, non quidem vinum illud in domo Patris æterni ſumendum, ſed illud de quo Moſes canit: Vua eorum vua fellis, & botrus amariſſimus: fel draconum vinum eorum, & venenum aſpidum inſanabile. Quæ vinea aut vi-

Ibidem *1. Corint. 15* *Iſaiæ 40.* *1. Petr. 1* *Deuter. 32*

num venit de Sodoma, & de ſuburbanis Gomorræ, vt præmiſit. Cuius regionis homines ſecundum carnem & ſanguinem penitus viuebant: vt ex libro Geneſeos clarè elici poteſt. *Geneſis 19*

343 Quam vindictam faciet Deus de huiuſmodi? Nónne primò priuabuntur regno Dei: quod huiuſmodi poſſidere nequeũt? Poſtea priuabuntur cuſtodibus diuinis: per quos diuina beneficia ſuſcipere ſolebant. Tertiò macellariis tradentur dilaniandi, velut victimæ. Subſequenter ſuffocabuntur pice & ſulphure: & cruciabuntur igne inextinguibili. Quintò ab omni cœleſti ac diuino influxu penitus deſerentur. Denique ſic deſerti ab omni bono, replebuntur omnigena virtute inimica & torquente, deſignata per piloſos, Onocentauros, Lamias, Ericos, Strutiones, Dracones & dæmones ab Iſaia in textu commemoratos. *Iſaia 34*

344 Cùm Deus omnia præuiderit, cur creauit homines tam miſerabiliter caſuros? Non quippè creauit Deus eos vt caderent: ſed vt ſaluarentur. Cùm (teſte Apoſtolo) velit omnes homines ſaluos fieri. Verùm à principio ſtatuit in gloriam noſtram dare nobis coronam, non tantùm ex benignitate ſua: ſed ex operibus etiam, & victoria contrà inimicos in bello cõparanda. Cùm in maiorem honorem cedat coronato: quàm ſi ei ex ſola principis munificentia tribueretur. Cui lege ſe ſubiectum declarauit præcipuus hæres regni cœleſtis, dicens. Oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam. Quod cognoſcens eius præco Paulus, dixit. Oportet nos per multas tribulationes introire in regnum Dei. Inſuper ipſe Deus decreuit probare admittendos ad regnum. Iuxta illud Sapientis. Sicut vaſa figuli probat fornax: Sic homines iuſtos tentatio tribulationis. Hinc Propheta canit. Proba me Domine: & tenta me. *1. Timo. 2* *Lucæ 24* *Acto. 14* *Eccleſi. 27* *Pſal. 25*

345 Qua iuſtitia homo conceptus & natus eſt in peccatis: vt Dauid canit? Nonne, vt ei cederet in bonum: ſi velit? Iuxta illud. Diligẽtibus Deum omnia cooperantur in bonum. Ipſe enim Deus omnia concluſit in incredulitate & ſub peccato, vt omnibus miſereatur. Fœlicior nempè ſors hominis eſt ſub peccato cum tali tantóque Redemptore, & tam dignis ſubſidiis contra peccatum præparatis: quàm ſi fuiſſet cum ſola iuſtitia originali: vt aiunt. Hinc non ab re Gregorius exclamat dicens. O fœlix culpa: quæ talem ac tantum meruit habere Redemptorem. *Ibidem 50* *Rom. 8* *Ibidem. 11* *Gal. 3* *Greg.*

346 Cur permittet Deus filium perditionis, Antichriſtum videlicet, venire in mundum? Nónne, quia, quemadmodum indictum eſt bellum inter ſpiritum & carnem (vt Paulus ait) Sic etiam eſſe debet inter principẽ carnis Diabolum (qui inquantum carni prædominatur, Hazazel dicitur: pecuniæ verò Mammona: ambitioni autem Aſmodai) & inter eum: qui habet dominum ſuper ſpiritum: Chriſtum videlicet hominem cœleſtem, de cœloq; deſcendentẽ? Ipſe enim fuit vera manus, bellãs (vt Moſes perhibet) cõtra Hamalech à generatione in generationẽ. Pro quo ante eius aduentũ pugnauit Michael princeps militiæ ipſius. Stante autem bello permittitur hoſti, vt pugnet. Et, vt tandem pugna iſta terminetur, eo tempore, quo Pater æternus decreuerit, colliget antiquus hoſtis omne robur ſuum: & *Gal. 5* *Exodi 17* *Apoca. 12*

1.Theſſ 2 *1.Cor.15* collocabit in eo: qui erigetur contrà Chriſtum, & omne, quod dicitur Deus. Sicut Paulus teſtatur. Quo debellato inimica penitus deſtruetur mors: vt idem Paulus alibi docet.

347 Quod oraculum habemus de hoc filio iniquitatis? Nónne Deus iuſto iudicio voluit hunc ſceleſtiſſimum prænũciari per ſceleſtum Bilaham: qui *Nume.24* (Moſe referente) hæc de ipſo depromit. Heu quis viuet ab eo, ideſt à facie eius, qui ponet ſe Deum: vt habet veritas hebraica? Pro quo vulgata traductio habet, quando iſta faciet Deus. Venient, ſcilicet tunc naues de Italia, & affligent Aſſyrios: vaſtabúntque hebræos: & ipſe tandem peribit: interfectus videlicet à ſpiritu Ieſu: vt Paulus perhibet. *2.Theſſ.2*

Ibidem 348 Cur Antichriſtus inuadet præcipuè Aſſyrios & hebræos? Nónne ibidem primò erigetur filius Diaboli: qui ſemper conatus fuit ibi mentiri ſe Chriſtũ Deum, vbi ipſe primo per Propheta, poſtea per Chriſtum dedit oracula, diuina reuelauit, & hominem cœli participem effecit? hinc dicta eſt terra illa fluete lac, ſapientiam videlicet rerum diuinarum: & mel, guſtum ſcilicet ipſarum. hebræi autem, qui ſua obſtinatione & duritie obcæcati nolunt ſuſcipere verum Meſſiam eis promiſſum, iuſto Dei iudicio *Ibidem* decipientur à falſo: vt Apoſtolus ſatis clarè innuit.

349 Qua morte peribit hic filius iniquitatis: & quando? Nónne morte violenta: cum perhibeat Apoſtolus eum interficiendum à ſpiritu oris Domini Ieſu, ideſt à mandato egreſſuro ab ore ipſius: vel ab aliqua virtute *1.Cor.15* eius? Vnde ipſi erit gloria: cum debellauerit totum robur mortis. Iuxta illud. Nouiſſime autem inimica deſtruetur mors, à vita videlicet. Nam ſicut ipſe Chriſtus triumphauit de principibus & poteſtatibus: Ita triumpha- *Coloſſ 2* bit de Campiductore poſtremo & præcipuo. Quod erit poſt triennium *Mat 24* ſuæ manifeſtationis (vt dicitur) & fortè citius: vt ipſe Chriſtus innuit, dicens. niſi abbreuiati fuiſſent dies illi: non fieret ſalua omnis caro. Sed propter electos breuiabuntur.

Pſalmo 47 350 Quæ naues Tharſis, & quando conterentur, vt Dauid canit? Nónne naues Tharſis, ſunt naues maris (vt ſuprà hieronymo conſentientes declarauimus) quæ adducent ſceleſtum illum ad Aſſyrios? Sicut enim ille impius interficietur ſpiritu oris Domini Ieſu: Sic etiam naues eius conterentur illo ſpiritu vehemẽti. Vnde ſequitur Vates. In ipſis colliſis dolores parturientis, quia congregati erunt in vnum contra Dominum Ieſum. Sequitur Propheta. Sicut audiuimus & vidimus in Ciuitate, videlicet ſuperna: quam fundauit in æternum. Qua vindicta facta, & ſublato filio iniquitatis, & deſtructa morte, lætabitur mons Sion, ideſt præcipui in Eccleſia Dei, & filiæ Iehudæ, ideſt omnes animæ cõfitentes Deum, propter iudicia Domini. Quæ quidem iudicia faciet ipſe Dominus non ſolùm contra hunc criminoſum: ſed cõtra omnes facinoroſos. Inde hortatur propheta, vt hæc enarrentur cum gloria Iudicis in turribus ſupernis, & generatione altera, & in ſæculum ſæculi.

Iſaias 11 351 Habentúrne oracula clara, quòd Chriſtus ſit iudicaturus omnes? Nonne Iſaias poſtquam de virga & flore radicis Ieſſe, déque ſeptiformi

ſpiritu,ſuper ipſum quieſcente,locutus eſt, ſubinfert. Iudicabit in iuſtitia pauperes: & arguet in æquitate: Et alibi. Et omnem linguam cõtradicentem tibi iudicabis. Et Dauid, poſtquam de ſalutari, quod notum fecit Dominus, locutus eſt, ſubinfert. Quoniam venit iudicare terram: Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia, & populos in æquitate. Et poſtquam de filio à dextris Patris ſedente, & qui de torrente in via bibit, decantauit, intercinuit. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, Angelorũ videlicet cadentium, conquaſſabit capita in terra multorum. Vnde exaltabit caput. Et ab Ezechiele dicitur. Ecce ego iudico inter pecus & pecus arietum & hircorum. Quod adſtipulatur dicto Euangelij. Et ſtatuet oues à dextris: hædos autem a ſiniſtris. *Ibidem 54* *Pſal. 97* *Ibid. 109* *Ezech. 34* *Mat. 25*

352 Qua iuſtitia, aut pietate dicet Chriſtus. Ite maledicti in ignem æternum: Quomodò peccato in tempore perpetrato correſpondet ignis æternus? Nónne ipſe Chriſtus ſubinfert. Qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius: ſed non vobis? Si autem vos accendiſtis pro vobis: vobis imputetur. Hinc in Iſaia dicitur. Ambulate in flãmis, quas ſuccendiſtis. Et alibi. Concipietis ardorem: & parietis ſtipulam: ſpiritus veſter (inflammatus videlicet voluptate & ſceleribus) vt ignis deuorabit vos. Sed ſi iam paratus erat Diabolo, quomodò damnandi accendunt ipſum? Nónne conuerſando cum Diabolo acceperunt de ſuo igne: quem accenderunt in domibus & conſcientiis ſuis? An immiſſum à Diabolo ſuſceperunt apponentes ligna malorum operum? *Ibidem.* *Iſaiæ 50* *Ibidem 33.*

353 Quæ ſunt duæ caudæ titionum fumigantium: vt Iſaias ait? Nónne ſecundùm literam fuerunt Pechach filius Romeliæ Rex Iſrael: & Razim Rex Aſſyriorum? Pechach autem, qui aperiens interpretatur, nónne eſt Angelus mortis: qui aperuit, & latam viam perditionis fecit? An eſt os inferni dilatatum (vt ipſe Iſaias inquit) abſque vllo termino? Et hic eſt filius Romeliahu, ideſt excelſi tonitrui: aut filius ſuperbiæ. Razim verò peccatum diſſipans animam eſt. A quibus non eſſe timendum prædicat Iſaias. Et hoc propter filium Almæ: qui venit, vt remitteret peccata: & vt daret nobis victoriam contra illum apertorem terræ: arctans viam: nóſque cœleſtes faciens, vt non timeamus hiatus terræ apertæ, aut deglutiẽtis, nec timeamus ignem inde egredientem, qui non comburet niſi volentem. *Iſaiæ 7* *Ibidem 6*

354 Quæ eſt olla accenſa, Ieremiæ demonſtrata? Nónne eſt caldarium inferni, igne perpetuo ſuccenſum pro iis, qui non ſuſceperunt virgam vigilantem, Chriſtum videlicet? Succenſum autem dicitur ab Aquilone: vnde ignis & aurum venit: & vnde tranſgreſſio legis, quæ peccatum eſt, & vnde malum iuſtitiæ punitiuæ. Malum quippè punitis, bonum verò vniuerſo. Hinc per eundem prophetam ait Dominus. Ego adduco malum ab Aquilone. *Ieremiæ 1* *Iob 37* *Ieremiæ 4*

355 Cui aſſimilatur dolor damnatorum? Nónne ſcriptura ſolet comparare dolores magnos doloribus parturientis, vt Dauid canit? Et Ezechias obſeſſus à Rege Aſſyriorum dixit. Venerunt filij, non vſque ad partum (vt habet cõmunis traductio) ſed vſque ad משבר maſber, ideſt ad fra- *Pſal. 47.1* *4. Reg. 19*

ſturam vel aperturam oris vuluæ. Vnde maximus cauſatur dolor. Cui merito damnatorum dolor comparari poteſt: cùm ipſi, maximè Chriſtiani concœperint ex prima gratia: & coaluerit conceptus aliquibus bonis operibus. Sed non parturierunt, ideſt non perfecerunt opere, quod conceperant, ex negligentia, vel vitio. Apertúmque fuit os pariendi à Chriſto: qui dedit, vnde opera noſtra viuant, & Deo grata ſint. Et defecerunt in partu, laſciuiis, cupiditatibus, & huiuſmodi præpediti. Et mortui ſunt fœtus, ideſt opera eorum ſimul cum ipſis, doloribus non tranſeuntibus, ſed perpetuis.

Dion. de Ang. hier. Aggæi 2 356 Priuabuntúrne damnati omnibus bonis à ſummo iudice? Nónne inquit Dionyſius, quòd naturalia integra remanſerunt in Angelis damnatis, ablatis tantummodò gratuitis? Quod Aggæus ſatis clarè innuit per ſuam metaphoram, qua ait, quòd non benè operantes ex aceruo viginti modiorum reperient decem, & vas quinquaginta lagenarum habebit viginti: diminutione facta in ſubdupla proportione, & ſuperpartiente tertias. Quia ab huiuſmodi amouebũtur dona gratuita: quæ ſunt altera pars bonorum: aut gratuita omnia, & pars bonorum naturalium. Quia auferetur portio illa ſuperior (vt Plotino placet) qua intelligere poſſumus diuina, & benè operari. Quam ablationem Chriſtus innuit, dicens, quòd talẽtum præſtitum, auferetur ab eo, qui ſuffoderit ipſum in terra, nihil operando. Et hoc propter carentiam diuini aſpectus & influxus: quo damnati penitus priuabuntur. Hinc Dauid canit. Auertente autem te faciem, turbabuntur: auferes ſpiritum eorum, & deficient.

Plo. de bo. Mat. 25

Pſalm. 103 Ezech. 45 Pſalm. 38 Mat. 7 357 Menſurantes in Ezechiele quid menſurant? An naturalia, dies videlicet vitæ? Iuxta illud prophetæ. Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos. An menſurant opera? Iuxta illud ſaluatoris. Eadem menſura, qua menſi fueritis, remetietur vobis. An de talentis præſtitis eſt ſermo? Sicut Paulus innuit, dicens. Vnicuiq; noſtrum data eſt gratia ſecundũ menſuram donationis Chriſti. Sed ad quid hæc menſuratio? Nónne, vt iuſtus iudex reddat vnicuique ſecundùm opera ſua: ſicut ipſe cũ Apoſtolo ſuo Paulo teſtatur?

Ephe. 4 Matthei 16 Roman. 2

Iſaie 5 Aggæi 2 358 Cur Iſaias ait, ꝙ decem iugera vinearum facient laguncualam vnam: & triginta modij ſementis facient modios tres: cum in Aggæo fiat diminutio per ſubduplam & ſuperbi pariẽtem proportionem: in Iſaia autem per decuplam? Nónne, quia in Aggæo comparantur dona gratuita ad naturalia, in Iſaia verò dona naturalia ad præmium dandum beatis? Quod præmium promiſſum fuit in denario diurno: non quidem referendo ad monetam vel cenſum temporalem: ſed ad illas decem menſuras Archetypi. In quibus, ſecundum Theologos antiquos, beabuntur beati. Qui benè dicitur denarius diurnus: quia ibi eſt dies perpetuus ſine aliqua nocte: vt Iohannes perhibet. Damnatus itaque, huiuſmodi denario priuatus, in ſola ſua vnitate naturali remanebit.

Matthei 20 Theo. Ant. Apoca. 22

Danielis 3 Pſalm. 148 359 Cur inferni loca dicuntur loca ſilentum? An, quia ibi ſilent omnia bona? An, quia ſilent omnes à laudibus diuinis, conſortio creaturarũ priuati: quæ à pueris in fornace exiſtentibus, & à Propheta ad laudandum

Deum opificem ſuum inuitantur? Vbi enim in communi traductione habetur. Non mortui laudabunt te Domine:neque omnes, qui deſcendunt in infernum:in veritate literæ habetur. Neque omnes, qui deſcendunt in דומה dumach. Quod omnes communi ſententia ſilentium interpretãtur. Et hic vnus eſt ex ſeptem inferni locis hincinde à prophetis commemoratis:ſed ab antiquis Theologis maximè Zóhar collectis. Quos ſecuti Poetæ vacauerunt infernum, loca ſilentum. *Ibidem 113* *Theo. Ant. zohar.*

360 Cur fornax Chaldæorum accenſa dicitur cubitis quadragintanouem? An id euenit ex mera voluntate Regis? An (vt opinor) hæc myſticè ſcripta ſunt? Nam, cùm punitio fiat in ſeptuplo (vt canit Vates. Redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum. Et Sapiens. Et ſuper peccatores ſeptuplum) ad augendam pœnam quadratus ſeptenarius in quadragintanouem. Et hoc à Rege Babel, ideſt confuſionis, & principe tenebrarum: qui id facit tanquam miniſter iuſtitiæ diuinæ iubente Deo. *Dani. 3* *Pſal 78* *Eccleſi. 40*

361 Quomodò pueri illi in fornace poſiti permanſerunt illæſi, non timentes flammam illam? Nónne hoc deſcriptum fuit in documentum noſtrum: vt comprobemus veram eſſe illam Chryſoſtomi celebratam ſententiam. Nemo læditur, niſi à ſeipſo? Hinc (vt ſupra tetigimus) ab Iſaia dicitur. Ambulate in flammis, quas ſuccendiſtis. Niſi enim nos accenderimus flammas, lignis & ſtipulis, ipſas ſuperædificãtes (vt Apoſtolus ait) non timebimus ignem: neque malũ, neque ſupplicium aliquod. Iuxta dictum Saluatoris. Et ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Et alibi. Ecce dedi vobis virtutem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones: & nihil vobis nocebit. Et licet martyres tandem in cruciatibus ſuccubuerint: hoc tamen non in nocumentum ſed in triumphum & gloriam eis ceſſit. Ad quam quidem gloriam perfectiſſimè deuenitur per pleniſſimam corporis mortificationem. *Dan. 3* *chryſoſt.* *Iſaiæ 50* *1. Corin. 3* *Mar. vlt.* *Lucæ 10*

362 Reddétne Chriſtus iudex mercedem benè operantibus? Nónne Iſaias bis repetit. Ecce Dominus veniet, & merces eius cum eo? Et quæ ſit hæc merces, iam Abrahæ declarauerat ipſe Dominus, dicens. Ego ero merces tua magna nimis. Cui adſtipulatur illud Saluatoris. Merces veſtra multa eſt in cœlis, completa videlicet atque perfecta. Et ad id exprimendum Chriſtus promiſit in præmiũ laborantibus in vinea ipſius, denarium: qui eſt numerus completus: & vltra quem nullus alius eſt niſi repetitus. Sic vltra Deum nihil eſt, niſi quatenus Deus in ipſo eſt. Iuxta illud. Deus eſt quicquid eſt, & quicquid vides. Sed qua ratione Deus poteſt eſſe merces? An oſtendendo ſe (vt communiter Theologi dicunt) vt ibi beati habeant viſionem Meridionalem ac perfectam? An præbendo ſe in obiectum delectabile? An propter vnionem futuram? Iuxta illud, quod Chriſtus efflagitauit à patre, dicens. Rogo pater, vt, ſicut ego & tu vnum ſumus, ita & iſti vnum ſint in te. *Iſa. 40 62* *Geneſis 15* *Luca 6* *Mat. 20* *Ioannis 17*

363 Si Deus erit merces noſtra: ad quid promittit regnum? Nónne, vt regnemus cum illo in regno, de quo dicitur. Regnum tuum, regnum omnium ſæculorum? Sed, ſi ipſe regnabit, quomodo regnabimus nos? Et ſi *Pſal. 144*

nos regnabimus, vbi ſeruiores, & qui erunt? Nónne, ſi vnum erimus cum ipſo, & membra ipſius capitis, regnante ipſo regnabimus & nos? Et

Heb.1 Angeli, qui (teſte Paulo) ſunt adminiſtratorij ſpiritus, nónne miniſtri remanebunt? Nec enim aliud eſt regnum verum Dei, niſi Deus communicatus

Ant. Theo. & repertus in nobis, vt in antiqua Theologia habetur. Hinc (ni fallor) di-

Luce 17 xit verbum caro factum. Regnum Dei intra nos eſt.

364 Quomodò per Ieruſalem & téplum figuratur locus beatitudinis? Nónne Ieruſalem (quæ viſio pacis dicitur) benè repræſentat viſionem il-

Rom.14 lius pacis, de qua dicitur. Regnum Dei eſt iuſtitia & pax? Et alibi. Ipſe eſt

Ephes.2 pax noſtra, qui fecit vtraque vnum. Rurſúmque. Et pax Dei, quæ exuperat

Phil 4 omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra. Nec minus concinnè figuratur locus ille per templum: vbi noſmetipſos offerimus Deo in hoſtiam viuentem, ſanctámque, igne illo æterno tranſmutatos in eundem. An, quia per hunc locum, qui perpendiculariter ſub illo cœleſti templo exiſtit (vt alibi

2.Theſ.3 diximus) ſuſcipimus influxum: quo mediante illuc peruenire poſſumus, & vniri cum illo, qui Deus pacis dicitur?

Iſaia 28 365 Qua corona coronabuntur beati? Nónne Dominus erit corona noſtra? Iuxta illud Iſaiæ. Erit Dominus corona gloriæ, & ſertum exultationis reſiduo populi ſui. Sed quomodo Deus erit corona? Nónne, quia vi-

Apoc.2 tam æternam donabit eis? Vnde in Apocalypſi dicitur. Eſto fidelis vſque

Iaco.1 ad mortem: & dabo tibi coronam vitæ? Et Iacobus. Beatus vir, qui ſuffert

1.Pet.5 tentationem: quoniam, cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Petrus autem vocat coronam immarceſſibilem. Nam, qui habebunt regnum æternum, habebunt vitam æternam. Et hi coronam vitæ conſequentur: quæ datur in præmium mortificationis de ſeipſis factæ. Quæ corona erit ille: qui ſe promittit in mercedem: & in quo omnia conti-

Gregor. nentur. Hinc benè dixit Gregorius. Quid eſt, quod non videt, qui videt, in quo omnia videt?

Pſal.64 366 In quo potiſſimum conſiſtit beatitudo? An, quia beatus electus &

Thomas. aſſumptus eſt, vt habitet in atriis Domini: ſicuti canit Vates? An in viſio-

Scotus. ne Dei: vt Thomas aſſerit? An in viſione & amore: vt ſentit Iohannes Sco-

Ioannis 17 tus? Iuxta illud Saluatoris. Hæc eſt vita æterna: vt cognoſcant te ſolum

Auguſt. *Academici* Deum: & quem miſiſti, Ieſum Chriſtum. Vnde Auguſtinus ait. Viſio eſt tota merces. An (vt Academici volunt) in vnione cum Deo conſiſtit præcipuè beatitudo? Iuxta illud Prophetæ. Cuius participatio eius in idipſum

Pſal.121 vel vt (veritas Hebraica habet) Quæ coniuncta eſt ipſi ſimul. Hinc Chriſtus in poſtrema oratione ſua rogauit, vt idem eſſemus cum eo: vt Iohan-

Ioan.17 nes narrat.

367 Habuítne aliquis arrham iſtius beatitudinis dandæ: & ipſam com-

Ibidem 1 probauit? Nónne Iohannes ait. Vidimus gloriam eius, gloriam ſicut vni-

2. Pet.1 geniti à Patre? Et quando fuit hoc? Nónne (vt Petrus inquit) quando erant cum ipſo in monte ſancto: & vocem audierunt lapſam à magnifica gloria, dicentem, Hic eſt filius meus dilectus: in quo mihi benè complacui?

Mat.17 Viderunt enim Chriſtum transformatum: faciémque ipſius ſplendentem

ex gloria, qua repletus erat. Hinc veſtimenta eius facta ſunt alba ſicut nix. Et hi deducti fuerunt veluti exploratores, vt aliis referrent, & teſtarentur. Poſt quos & Paulus ex perſecutore factus fuit explorator illius gloriæ, & arcanorum, quæ vidit tantis myſteriis referta, vt ea non licuerit exprimere. Sicut ipſemet perhibet. *1. Corint. 15* *2. Corint. 12*

368 Comprobauítne quiſpiam hanc gloriam in veteri teſtamento? Nónne Moſi dictum eſt. Oſtendam tibi omne bonum? Sed quid eſt omne bonum? Nónne eſt bonum infinitum, quo qui fruitur, beatus eſt: quia habet quicquid vult? An vidit (vt clarè dicit textus) gloriam Dei: ſed hanc tranſeuntem? Vnde communiter nouitiores Theologi dicũt, quòd gloria Dei videri nequit à viatore, niſi per modum tranſeuntis. Nónne etiam hanc vidit Henoch, de quo ſcriptum eſt. Et ambulauit Henoch cum Deo: & non apparuit: quia tulit eum Deus, in ſe videlicet. Et adeò transformauit ipſum in ſe, vt adhuc dubitetur à ſapientibus Theologis, an ſit intelligentia ſeparata, an vnita cum Deo anima ipſius: quam nonnulli Mitatron eſſe aſſerere voluerunt. *Exod. 33* *Geneſis 5*

369 Quomodò terra eſt plena gloria Domini, ſicut & cœlum: vt in Iſaia dicitur? An, quia in quolibet illorum relucet Dei veſtigium? An, quia (vt Dorilaus pythagoræus inquit) machina hæc tota, eſt veluti organum: cuius flatus eſt Deus reboans ſua gloria in omnibus? Iuxta illud Ieremiæ. Cœlum & terram ego impleo. An per cœlum anima intelligitur in ſenſu morali: & per terram corpus: quorum vtrunque repletur gloria: vel hic (vt Moſi & Eliæ ſupra declaratum eſt contigiſſe) vel ſaltem in patria, poſt reſurrectionem? Nam tunc ipſe Deus erit glorificans: ſicut nunc eſt viuificans & replens. Hinc Orpheus dixit. *Iſaiæ 6* *Dorilaus.* *Ieremiæ 23* *Orpheus:*

Iupiter eſt quodcunque vides: quodcunque mouetur.

370 Cur Ieremias dixit. Templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt? Nónne, quia increpat Vates, nimis confidentes huiuſmodi templis: vt videntur innuere ipſius verba? Damnant enim eorum mendacia: non quia dicerent triplex eſſe templum: ſed quia ipſi confiderent, vita repugnantes iis, quæ requiruntur vt in ipſum quis ingrediatur. Eſt autem templum celeberrimum à Salomone fabricatum. Eſt ſecundò templum humanum: de quo Apoſtolus ait. Vos eſtis templum Dei. Eſt quoque templum ſupramundanum: de quo propheta. Dominus in templo ſancto ſuo: Dominus in cœlo ſedes eius. Et alibi. Et in templo eius omnes dicent gloriam. In templo, enim materiali offerebantur animalia. In templo cordis offeruntur orationes & bona vota. In templo cœleſti dedicamur penitus Deo in vnione perfecta. Quod eſt potiſſimum beatitudinis: vt ſupra tactum eſt. *Ieremiæ 7* *2. Corint. 6* *Pſal. 10, 28*

SECTIO OCTAVA DE VERBI DEI PRAEDICATIONE.

371 *Iſaia 55* QVOD verbum diuinum prædicandum eſt? Nónne illud, de quo
Iſaias ait. Et quomodò deſcendit imber & nix è cœlo, & illuc vl-
tra non reuertitur, ſed inebriat terram, & infundit eam, & ger-
Pſal. 32 minare eam facit: Sic erit verbum meum: quod egredietur ex ore meo:
non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcunque volui? An de verbo
eſt ſermo, quo factum eſt cœlum & terra? Sed verbum illud non fuit miſ-
ſum, niſi per virtutem explicatiuam, per vocem denotatam. An prædican-
dum eſt verbum illud, quod factum eſt caro, & inhabitauit in nobis? Iuxta
1. Cor. 1 illud Apoſtoli. Nos prædicamus Chriſtum crucifixum. Sed, cum ipſemet
Chriſtus & verbũ prædicauerit, quomodò prædicamus ipſum? Quadru-
plex (ni fallor) eſt verbum. Eſt enim verbum eſſentiale duplex, illud videli-
Ioannis 1 cet, de quo dicitur. Et verbum erat apud Deum. Et alibi. Verbo Domini
Pſalmo 32 cœli firmati ſunt. Alterum eſt velut vox, expreſſiuum illius. Et hoc eſt prę-
dicandum. Eſt quoque duplex notionale: vt aiunt. Alterum dictum in ſe:
quod eſt idea rerum agendarum. Alterum verò expreſſio idearum. Iuxta
illud. Dixit, & factum eſt. Nos igitur prædicamus non tantùm verbum,
Ibid. 148 quod factum eſt caro, denunciatum à prophetis, & explicatum ab Apo-
ſtolis: ſed etiam verbum, quo factus eſt mundus explicatum in creatu-
ras. Nam idem verbum, quod nos generauit, pariter quoque regene-
rauit.

Iſaiæ 55 *Ioannis 16* 372 Quomodò verbum diuinum non reuertitur, cum Chriſtus dicat.
Exiui à patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad
patrem? Reuerſum eſt quippè verbum eſſentiale vel perſonale eo modo,
quo venit. Nec enim venit per motum localem id, quod ſemper ſtabile
manet: ſed venit vniendo ſibi hominem illũ, quem vnitum reduxit in pa-
trem: cum quo idem eſt. Iuxta illud. Ego & pater vnum ſumus. Sed vox
Ibid. 10 ipſum verbum prædicans (quæ & ipſa verbum eſt, dicẽte Auguſtino. Ver-
Aug. 7 de Trini. bum, quod foris ſonat: ſignum eſt verbi: quod intus latet) minimè reuerti-
Hora. in arte poe. tur: vt canit Flaccus. Neſcit vox miſſa reuerti. Sicut nec præteritum tem-
pus, nec lapis iactus reuertuntur.

373 Quomodò verbũ Dei inebriat terrã & germinare eam facit? Nón-
ne verbum Dei, eſt ſapientia Dei: quæ aqua dicitur; ſicuti plæriſque in lo-
cis tactum eſt? Hinc, vt aqua, terram noſtram inebriat & irrigat. Eſt quo-
Lucæ 8 que ſemen, germinare eam faciens. Sicut ipſemet Chriſtus & verbum de-
clarauit, dicens. Semen eſt verbum Dei. Eſt quoque Sol & lux fouens
ipſam terram, vt germinet: dummodò amoueantur ſpinæ ſuffocantes
Ibidem (id eſt cupiditates terrenorum: ſicut ipſe declarauit) & terra non ſit la-
pidea nec dura: & ſemen non cadat ſecus viam, id eſt non ſuſcipiatur in
auribus tantùm: ſed in vera terra, & agello cordis, vomere bonæ volun-
tatis exculti.

374 Vbi habetur hoc verbum prædicandum? Nónne in vtroque teſta-

mento

mento ſibi inuicem correſpondente? ſicut Iſaias innuit dicens,quòd duo *Iſaiæ 6.*
Seraphini,duo teſtamenta ſignificãtes,clamabant alter ad alterum. Vtrũque enim teſtamentum reſonat laudes opificis, ſicut cœlum & terra,quæ ideò inuitantur à Propheta ad laudandum Deum. Aut ſicut reſpõdet idea *Pſalmo 148*
rerum,& amor exiſtens in Archetypo,imagini & amori creaturæ ipſi correſpondentis. Et quia lex & Euangelium, vtrumque videlicet teſtamentum,id exprimere intendit. Hinc ante omnia, & in principio ſcripturarum præmiſſa fuit mundi fabrica in laudem opificis decantanda. Quod pertinet ad vetus teſtamentum. Poſtea in nouo pertractatur de ipſa fabrica reparata, & reducenda in illud principium, à quo exordium ſumpſit.

375 Super quos montes aſcendere debent euangelizantes, aut prædicantes,vt à Nahum dicitur? *Nahum 1.* An ſuper montes,qui ſunt in circuitu Ieruſalem? Super quos montes cucurrerunt nuncij excidium Senacherib ſignificantes,vt in libro Paralipomenon legimus. *2.Paral.32.* An ſuper montes,i. cacumina virtutum? Quia ſi cuius vita deſpicitur (vt Gregorius ait) reſtat,vt eius *Gregorius* prædicatio contemnatur. An ſuper montes illos, de quibus Propheta: Montes excelſi ceruis,id eſt mundis corde,ſicut ſunt cerui? Pugnantibus *Pſalmo 103* autem contra Serpentem antiquum gladio ſpiritus, qui eſt verbum Dei, *Epheſ. 6.* (ſicut ipſi cerui contra ſerpentes more ſuo pugnant) datur conſcendere montes excelſos, vt in Canticis dicitur: Similis eſto dilecte mi hinnulo *Cantic.2.* ceruorum ſuper montes Betel, id eſt domus Dei: vel Batar (vt habet veritas Hebraica) id eſt diuiſionis,in duo videlicet audita à Propheta. Quæ *Pſalmo 61* ſunt, poteſtas Dei ad puniendos malos, & miſericordia ad ſaluandos bonos.

376 Qui ſunt montes æterni, à quibus Deus illuminat prædicantes, vt *Ibidem 75.* Propheta canit? An ſunt prophetæ & Apoſtoli, vt Auguſtinus & Hieronymus conſentiunt? *Auguſtin. Hieronym.* Qui montes (vt in veritate literæ habetur) dicuntur montes prædæ,illius videlicet prædæ, de qua loquitur Iahacob,vaticinãdo de Redemptore ſub nomine Iehuda, dicens: Ad prædam fili mi aſcendiſti,ad prædã videlicet animarum,eripiens eas è manu Diaboli. *Geneſ.49.* Ad quam prædam faciendam aſſumpſit Chriſtus Apoſtolos in coadiutores. Qui quidem Apoſtoli, quia fuerunt amici Dei, honorati & eleuati valdè,ideò dicti fuerunt montes prædæ. An montes iſti ſunt Sion & Moriah,de quibus inquit Iſaias: *Iſaiæ 2.* De Sion exibit lex,& verbum Domini,i. Euangelium,de Ieruſalem? loca ſunt æterna, denotata per hos montes, aut ſunt loca prædæ,quia inde venit virtus prædandi. Nam ſine virtute diuina mittente nihil poteſt facere prædicator, iuxta illud Apoſtoli: *Romano.10* Quomodo prædicabunt,niſi mittantur. Hinc Iſaias ait: *Iſaiæ 40.* Super montem excelſum, id eſt Chriſtum,aut Deum aſcende tu, qui euangelizas Sion, & euangelizas Ieruſalem, id eſt legem & Euangelium, vt dictum eſt. Quia ſine ipſo monte, *Ioannis 15.* id eſt Chriſto & Deo nihil poſſumus facere, ſicut ipſemet Chriſtus teſtatur.

377 Vnde habent prædicatores vt prædicent? *Iſaiæ 26* Nónne Iſaias id declarat,

dicens: A facie tua Domine concepimus, & peperimus ſpiritum ſalutis, & iuſtitiam non fecimus, vt ſcilicet mereamur facere id, ſeminare videlicet verbum Dei, vt producat fructum? Quemadmodum enim fœminæ niſi grauidatæ à viro, filios producere nequeunt, ſic nec prædicatores poſſunt
Galat. 4 ſemine diuino parturire filios (iuxta illud Apoſtoli: Filioli mei, quos iterum parturio) niſi grauidentur, & ſuſcipiant ſemen à facie Dei, verſi erga ipſum, ſicut fœmina erga virum, quando rectè concipit, iuxta illud: Con-
Zachar. 1. uertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Nam illi à quibus Deus auertit faciem, vel qui Deo terga vertunt, nec ſemen prædicandi, nec vim operandi quicquam ſuſcipere poſſunt. Ad quod ſemen ſublime ſuſcipiendum, in
Iſaiæ 2. montem conſcendendum eſt, vt Iſaias innuit, dicens: Venite aſcendamus ad montem Domini, & docebit nos vias ſuas.

378 Ad quem montem conſcendere nos inuitat Iſaias? An ad montem
Ibidem Sion, vnde venit lex? An ad montem viſionis, qui Moriah dicitur? An ad
Elchana. vtrumque, cùm vterque idem ſignificet? Mons enim Sion vnde venit lex, eſt verbum incarnatũ, in quo erat lex (vt Elchana ait) antequàm daretur. Pari modo & Moriah, mons videlicet viſionis Chriſtum ſignificat, hominibus demõſtratum tanquã montem ſuper omnes colles eleuatum: hinc iuſſum eſt in hoc mõte ædificari templum, vbi orationes & ſacrificia Deo grata offerebãtur. Vnde innuitur quòd per virtutem Chriſti tantummo-
Geneſ. 22 dò orationes & ſacrificia ſunt Deo grata. Vnde & in hoc mõte iuſſus fuit immolari Izahac, qui Chriſtũ pleriſque rationibus figurabat. Quod my-
Pſalmo 67 ſterium perpendens Pſalmographus, canit: Mons in quo beneplacitũ eſt Deo habitare in eo, etenim Dominus habitabit in finẽ, iuxta illud: Et pa-
Ioannis 14 ter in me eſt. Eſt igitur Chriſtus mons Sion & mons viſionis, qui videt & ſpeculatur omnia, quæ in mundo ſunt. Et eſt mons legis & ſacrificiorum, omniúmque denique bonorum: hinc, vt ad ipſum conſcendamus, non ab re nos Iſaias hortatur.

379 Cur Dauid elegit montem Sion tanquam ſibi peculiarem? Nónne contiguus eſt adeò mons Sion monti Moriah, vt plures montes dicantur & vnus ſint? ſicut in Deo vno ſunt plures proprietates, quarum quælibet
Iſaiæ 28. ſortitur nomen montis, vt de monte diuiſionis dicit Iſaias: In monte diuiſionum ſtabit Dominus. Et de his ſimul loquens ipſe Dauid, inquit: Le-
Pſalmo 120. uaui oculos meos ad montes, vnde veniet auxilium mihi. Quod auxilium vt ab vno Deo procedere intelligatur, ſubinfert: Auxilium meum à Domino qui fecit cœlum & terrã. Qui Deus nunc eſt mons Sion omnia ſpeculans, nunc oliuarum & pinguis omnia donans, nunc Moriah, ſeſe in filio mundo demonſtrans, & omniũ orationes & ſacrificia ſuſcipiens: hunc igitur montem tanquam vnicum refugium ipſe Dauid elegit.

Ibidem 110. 380 Cur initium ſapientiæ poſſidendæ ac prædicandæ eſt timor Domi-
Auguſtin. ni, vt Propheta teſtatur? An quia (vt Auguſtinus ait) ad omne rectè factum
Iſaiæ 66. amor & timor ducit? An quia (vt ſcriptum eſt) ait Dominus. Ad quem reſpiciam, niſi ad humilem, & manſuetum, & trementem ſermones meos? Omnium enim dominorum proprium eſt exquirere, reuerentiam & ti-

morem à ſubditis. An,quia timor(vt antiquos Theologos ſequar) pertinet ad primam menſuram diuinitatis, quæ ianua eſt ad intrandum in palatium regis?cuius nomen præponitur in omnibus laudibus celebrandis, quando dicitur:Domine,labia mea aperies:vbi non ponitur nomen illud magnum quadrilitetum,ſed hoc primæ menſuræ & ianuæ. Quod tamen profertur Adonai,ſicut & alterum,hinc vulgata traductio vnum pro alio confuſè ponit. *Ant. theo.* *Pſalmo 50.*

381 Quæ eſt cogitatio hominis,& quæ ſunt reliquiæ cogitationis eius, vt Propheta canit? An cogitatio hominis eſt propoſitum bene operandi, reliquiæ verò huius cogitationis, actus(vt aiunt)potentiis executiuis imperati,vt opere compleatur quod excogitatum eſt? An ſunt reliquiæ cogitationum,ſicut reliquiæ ſermonum,de quibus inquit Lucas de Chriſto quòd ſumens reliquias dedit diſcipulis, dicens: Hæc ſunt verba quæ ego locutus ſum vobis? Operabatur enim tradẽs reliquias ciborum,vt innueret quòd effectus & operationes ſunt reliquiæ ſermonum.Hinc à quibuſdam bene concluditur Theologiam eſſe practicam,& tendere in praxim, i.operationem,non tantùm in hoc mundo,ſed in æternitate,vbi oblectabimur in mercede bonorum verborum prædicatorum.An cogitatio prædicantium & ſi laudat Deum,feſtum tamen agunt reliquiæ prædicãtium, i.bona opera?ſicut de Ieſu dicitur:Cœpit facere & docere.Nam qui fecerit & docuerit,magnus vocabitur in regno cœlorum. *Ibidem 75* *Lucæ 24.* *Actor. 1.* *Matth. 5.*

382 Cur prædicator dicitur vox ab Iſaia? Nónne ſi prædicator manifeſtare debet verbum Dei,& cogitationẽ bonam quam fecit,oportet quòd ſit vox: quæ eſt (vt Ariſtoteles ait) nota manifeſtans conceptum mentis? Hinc Iſaias & poſtea Iohannes cõcionatores præcipui vox dicti ſunt: vox enim baiulat verbum ad aures auditorum, ſic & concionatores tanquam canales deferunt ad auditores verbum ipſum, quo generamur(iuxta illud Iacobi:Genuit nos verbo veritatis)& verbum quo ſanamur,vt Propheta canit:Miſit verbum ſuum & ſanauit eos.Quod verbum cryſtallum,id eſt duritiam cordis liquefacit. Quod eſt lucerna pedibus noſtris. Quod eſt ſemen omnium operationum noſtrarũ. Quod ſaluat animas noſtras,iuxta illud:Suſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras: ſi videlicet velimus ipſum ſuſcipere. Et omnia denique bona perficit verbum Dei. *Iſaiæ 40.* *1. Petr. 1.* *Ioannis 1.* *Iacobi 1.* *Pſalmo 106.* *147.118.* *Lucæ 8.* *Iacobi 1.*

383 Cur verbum Dei, & prędicator ipſius dicitur ſagitta acuta in manu potentis? Nónne Iſaias inquit: Poſuit me quaſi ſagittam electam. In pharetra ſua abſcondit me,& poſuit os meum quaſi gladium acutum? Quod idem cenſetur. Nam verbum Dei & prædicator ipſius penetrat vſque ad viſcera audientium , ſicut ſagitta vel gladius penetrat corpus & carnem vt tranſlatio ſit de corporali ad corporale,& de ſpirituali ad ſpirituale,de verbo videlicet ad animam . Hinc dixit Apoſtolus: Viuus eſt ſermo Dei, & efficax , & penetrabilior omni gladio ancipiti,pertingénſque vſque ad diuiſionem animæ ac ſpiritus,compagum quoque ac medullarum,hominis interioris videlicet, cuius animalis homo & corporeus typum gerit. *Pſalmo 126.* *Iſaiæ 49* *Hebræ. 4.*

Tranſlatio autem fit de vno ad aliud. Diuidit enim ſpiritum ab anima, animali videlicet, & ipſum reducit ad portionē illam ſuperiorem ac diuinam vt idem factus cum ea tandem & animalem hominem expurget & tranſmutet, ſed oportet quòd magna vi & efficacia moueatur ſagitta & gladius hic: propterea Propheta canit, In manu potentis. Nam verbum Dei tepidè prolatum eſt modicæ virtutis & efficaciæ.

Pſalmo 126

384 Cur dixit Deus Iſaiæ, Clama, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annūcia populo meo ſcelera eorum? Nónne ſicut clamor fit à magna virtute impellente vocem, ſic debet eſſe verbum prædicantis, magna efficacia, & ab intimis cordis emiſſum? iuxta illud, De profundis clamaui ad te Domine. An de profundis viſceribus? An de profundis & occultis ſacræ ſcripturæ, vt Hieronymus ſentit? An de profundis ſupremis? iuxta illud Apoſtoli: Vt poſsitis compræhendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit longitudo, latitudo, ſublimitas & profundum, verbi Dei videlicet à patre procedentis, & in nobis habitantis, & ad prædicationem impellentis, atque dicentis: Prædicate Euangelium omni creaturę. Quod quidem Euangelium eſt verbum miſſum ad ſanandum nos, vt Propheta canit.

Iſaia 58. Pſalmo 129 Hieronym. Epheſ 3. Marc. vlt. Pſalm. 106

385 Cur Prædicatores & angeli dicuntur filij excuſſorum, vel excitantes? Nónne prædicatores ſunt filij & ſucceſſores Apoſtolorum, quorum præcipuus clamat: Hora eſt iam nos à ſomno ſurgere? Et iterū, Surge qui dormis, & illuminabit te Chriſtus. Omnium enim prædicatorum Paulum ſequentium intereſt excitare dormientes à ſomno peccati, quod & angeli facere ſolent. An filij excuſſorum ſunt expediti & accincti ad bellum, vel excubantes ſuper milites? vt videntur interpretari ſeptuaginta ſuper Hezram, quibus conſentit Hieronymus: quod tamen idem eſt. Nam officium prædicatorum & angelorum eſt inuigilare ſuper cuſtodiam militum, & hortari eos ad bellum. Hinc angelo vel epiſcopo Sardis dicitur: Eſto vigilans, & confirma cætera quæ moritura erant.

Ibidem 126. Romano. 13 Epheſ. 5. Hieronym. Apoc. 3.

386 Quibus dicit Ieremias, Circuncidimini Domino? An populo ſuo id dixit, vt ſeruaret pactum à Domino cum patribus initum? Sed nónne aliò videtur tendere ſermo eius, cùm ſubinferat: Auferte præputia cordiū veſtrorum? Sermo itaque hic ad eos dirigitur præcipuè, qui circumciſi eſſe debent, non dicam in membro geniturę (cùm dicat Apoſtolus: Si circumcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit) ſed lingua, corde & opere, circūciſione quidem non manufacta, ſed ſpiritu. In lingua enim primò, iuxta illud quod Franciſcus Spiritu ſancto ductus iubet in regula, dicens de prædicatoribus: ſint examinata, & caſta eorum eloquia. Secundò in corde vt in Deuteronomio præcipitur: Et ad quid requiratur hæc circuncitio, ibidem ſubinfertur: Vt diligas Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, amputando videlicet amorem omnium rerum creatarum. Cui conſentit Paulus ad Romanos ſcribens: Et hinc deuenitur ad circunciſionem operum.

Ieremia 4. Geneſ. 17 Galat. 5. Franciſcus Deuter. 10 & 30 Roman. 2

387 Quo zelo prædicare debet concionator? Nónne de hoc ſumere poſſumus exemplum à Phinees & ab Elia? Horum enim alter in zelo Do-

mini confixit principem illum Zambri concumbentem cum Chozbi Madianite, vt in libro Numerorũ legimus. Alter verò in monte Carmelo occidi fecit quadringentos quinquaginta Prophetas Bahal, auertentes populum à vero Dei cultu, Achab regem Iſrael redarguit, pluuiam cõtinuit per tres annos, intrepidúſque mortẽ ſibi flagitauit. Vnde innuitur, quòd verus prędicator vbi honor Dei & animarum zelus intercedit, nec faciem potentis, nec mortẽ timere debet: ſicut Chriſtus docuit Apoſtolos, quos miſit ad prædicandum, dicens: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. *Numero. 25. 3. Reg 18. & 19. Matth. 10*

388 Num bene reprǽhendit Elias Ochoziam, & quo myſterio? Nónne legitur, quòd cùm ægrotaret Ochozias, miſit ad conſulendum Behelzebub Deum Hacharon relicto Domino? Vocabatur autem Behelzebub idolum illud, quaſi patronus muſcarum, quia dum ei ſacrificaretur, muſcę ad ſanguinem animalium vndique concurrebant. Quod nunquam contigit ſacrificiis Deo ritè factis. Hoc enim ſignificat cultum omnium qui colunt idolũ pecuniæ, ventris, aut cuiuſcunque rei creatæ, de quibus Propheta: Multiplicata ſunt idola eorum poſt quæ accelerauerunt. Contra hos omnes itaque prædicator intrepidus exclamare debet, & eis annunciare mortem, iuxta illud Iacobi: Peccatum cùm cõſummatum fuerit generat mortem. Cui Paulus adſtipulatur, dicens: Nam finis illorum mors eſt. Et iterum, Stipendia peccati mors. *4. Reg. 1. Pſalmo 15. Iacobi 1. Romano. 6 Zachar. 1.*

389 Licétne prædicatori aliquando contra peccãtes iraſci? Nónne ſcriptum eſt: Iratus eſt Dominus contra patres veſtros iracundia? Et iterum, Ego iraſcor contra gentes. Et per Nahum dicitur: Vlciſcens Dominus in hoſtes ſuos, & iraſcẽs ipſe inimicis ſuis. Non ſecus igitur agere debet prædicator & Propheta tenens vicem & locum ipſius Dei, qui iraſcitur (vt Iſaias ait) in Gabahon, i. in ſuperbos, vt faciat opus ſuum, increpando videlicet & puniendo. Et hoc, dummodò ira & excandeſcentia ſit abſque peccato, vt Apoſtolus cum Propheta docet. Nec enim peccãt ij qui iraſcuntur in zelo Dei, non exeuntes debitos limites exemplo Chriſti, qui nedum iratus eſt contra profanantes templum Dei, ſed facto ex funiculis flagello eiecit eos, vt Iohannes narrat. *Nahum 1. Iſaia 28. Epheſ. 4. Pſalmo 4. Ioannis 2.*

390 Licétne prædicatori detegere ſcelera auditorum? Nónne Deus id apertè præcipit Iſaiæ dicens: Et annuncia populo meo ſcelera eorum, & domui Iahacob peccata eorum? quod fecit & Dauid, cùm ſæpius repetat: Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Et alibi: Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mẽdax. Quia omnes ſunt peccatores, & per peccatum ſunt facti filij patris mendacij, i. Diaboli. Hos ſecutus Iohannes Baptiſta, Herodi dixit: Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Nec carcerẽ, aut mortem inde ſubſequentem timuit. Pari modo prædicator facere debet, ſed non temerè, quia (vt Hieronymus inquit) fruſtra niti, &c. odiũ quærere extremæ dementiæ eſt. *Iſaiæ 58. Pſalm. 5. 13. & 115 Matth. 14 Hieronym. in proleg. Hezre.*

391 Licétne prædicatori imprecari contra proteruos? Nónne Propheta in Pſalmo illo: Deus, laus mea, ne tacueris (pro quo mendoſa traductio *Pſalmo 108.*

habet, Deus laudem meam ne tacueris) multa mala imprecatur cõtra impios ac mendaces? nec quippe furens dicebat, quicquid in buccam veniebat, ſed Spiritu ſancto edoctus proferebat ea, quæ legerat in libro Domini: ſicut fecit Iſaias contra Edom & Bozra. An ſicut Deus dedit iudicibus cauſarum animæ, poteſtatem ligandi atque ſoluendi, ita dedit euangelizantibus poteſtatem condemnandi, maledicendi, liberandi ac prædicendi? Vnde vidimus multos effectus contigiſſe iuxta denunciata à prædicatoribus, nec cogitantibus quid dicerent.

Iſaiæ 34. *Matth. 18*

392 Quomodo poteſt hoc facere prædicator, cùm Deus ſibi tantúmodò reſeruet plantationem & euulſionem, vt ipſemet in Ieremia teſtatur? Nónne idem Deus ipſi Ieremiæ dixit: Ecce conſtitui te hodie ſuper Gentes, & ſuper regna, vt euellas & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes? Nónne etiam Paulus inter prædicatores præcipuus, ait: Ego plantaui? Nónne quoque Christus cui datum fuit iudicium à patre, dixit Apoſtolis: Sedebitis ſuper ſedes duodecim, iudicãtes duodecim tribus Iſrael? Et de ipſo cùm dicat Apoſtolus: Nemo poteſt ponere aliud fundamentum præter id quod poſitum eſt Chriſtus Ieſus: nihilominus ipſemet Apoſtolus alibi ait: Superædificati ſupra fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum. Quamuis igitur ſit vnus præcipuus plantator & euulſor, qui eſt Deus, multos tamen ſua clementia vult coadiutores, vt Chriſtus innuit.

Ieremiæ 45 *Ibidem 1.* *1. Corin. 3* *Ioannis 5.* *Matth. 19.* *1. Corin. 3* *Epheſ. 2* *Matth. 20.* *Lucæ 10.*

393 Quando prædicatores plantant, in quo fundo plantant, & à quo euellunt? Nónne plantata dicitur vinea Domini ſuper filio hominis & Dei, quem pater ſtabiliuit ſibi, vt canit Vates? Et alibi dicit: Et Cedri Libani quas plantauit. Libanus enim eſt hortus delitiarum, quem Deus plantauit (vt bene ſentit Hieronymus) ante mũdi fabricam, ſicut alibi declarauimus. Ab hoc autem fundo nonnulli euelluntur, quemadmodũ ex multis in libro vitæ ſcriptis aliqui delentur, reprobi videlicet, vt Propheta innuit, dicens: Deleantur de libro viuentium. Et quamuis pater principaliter plantet (vt dictum eſt, & Saluator teſtatur, dicens: Omnis plantatio, quam non plantauerit pater meus cœleſtis, eradicabitur, plantauerit inquam in fundo verbi diuini, quod omnia, teſte Paulo, portat, & in quo omnia præerant, antequàm in formas particulares & ſenſibiles explicarentur) attamen (vt diximus) alij etiam ibidem plantant, vice, virtute, & mandato ipſius præcipui plantatoris.

Pſalmo 79. & 103. *Hieronym. ſuper geneſ.* *Pſalmo 68.* *Matth. 15.* *Hebr. 1*

394 Quare Iſaias publicans gloriam Dei, ſectus fuit ad fontem Rogel, vt aliqui dicunt? An, quia loqui videbatur contra ſententiam Dei, dicẽtis: Non videbit me homo & viuet? Ipſe enim viuens dicebat ſe videre thronum & gloriam Dei. An hoc fuit in verum martyrium ipſius, teſtantis ea quæ ad Dei maieſtatem pertinebant? Hinc de ipſo & aliis multis loquitur Apoſtolus, dicens: Lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, & cætera quæ ſequuntur. Fuit enim verus martyr, ſicut & alij Prophetæ, de quibus Saluator ait: Filij eſtis eorum qui Prophetas occiderunt. Horum igitur veſtigia ſequi debent prædicatores ipſis Prophetis ſuccedentes, qui pro verita-

Exodi 33. *Iſaiæ 6.* *Hebræ. 11* *Matth. 23*

te mortem nullatenus formidare debent. Nec enim Iſaias blaſphemauit (vt obiiciebant ſibi mali) ſed præparatam nobis gloriam publicauit. Quemadmodum de Protomartyre narrat Lucas, quòd intuens in cœlum, vidit gloriam Dei præparatam prædicantibus, martyribus, & omnibus credentibus. Et hi non viuebant ſibi, id eſt homini animali, ſed Deo, quia mortem temporalem non timebant pro vita æterna ſibi comparanda. *Actor. 7*

395 Quomodo Iſaias tam ſanctus erat ſic pollutus, vt indigeret calculo ignito in expurgationem linguæ. An, quia immundus erat ex conſuetudine quam habebat cum populo iniquo, & polluto? An, quia ſi aſtra non ſunt munda in conſpectu Dei, multò minus qui habitãt domos luteas, & terrenum habent fundamentum, vt inquit Iob? An quia & ſi mũdus erat vita, non tamen adeò mundus, vt altiſſima ſacramẽta quæ videbat denũciare mereretur? An, quia prædicans huiuſmodi arcana debet eſſe pluſquã homo, & tranſmutatus virtute illa ignea, quam Chriſtus diffudit in Apoſtolos prædicaturos? qua quidem virtute roborati dicebant non ea, quæ ſolent homines cogitare, ſed ea quæ ipſe Spiritus ſanctus infundebat, iuxta illud Saluatoris: Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. *Iſaiæ 6.* *Iob 4.* *Matth. 10*

396 Licétne prædicatoribus inſanire? Nónne de Poetis cum Muſis laſciuientibus dixit ille eximius Poetarum: Inſanire libet? Vnde ſi Poetæ dicũtur inſani, multò fortius Prophetæ. Si enim poetæ (vt ait plato) ſua poemata decantare nequeunt, niſi excitati furore, qui eos ſuper hominem euehat, quantò magis Prophetæ qui non furore muſarum, ſed Spiritus ſancti inflammantis ducuntur? Vnde Eliſæus in quarto Regum volumine, inſanus dictus eſt. Et de Dauide legitur, quòd inſaniebat propter arcam Dei, quando reduxit eam de Gabahah in Ieruſalem, adeò vt propria vxor eius Michol proſpiciens per feneſtram ipſum Regem Dauidem nudum ſubſilientem, & inſanientem ipſum in corde ſuo deſpexerit. Quam ob rem ipſe Dauid ſublimatus fuit, & Michol deſpiciens concluſa fuit, ne pareret. Hinc paulus de prædicatoribus, prophetarum locum (vt dictum eſt) tenentibus, ait: placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes. *Virgilius.* *Plato.* *4. Reg. 9* *1. Paral. 15.* *2. Reg. 6* *1. Cor. 1.*

397 Cur per ſtultitiam prædicationis voluit Deus ſaluare credentes? Nónne id declarat ibidem Apoſtolus, dum ait: Nónne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi? Nam quod ſtultum eſt Deo, ſapientius eſt hominibus. Sed quæ ſtulta ſunt mundi, elegit Deus, vt confundat Sapientes. Via enim Dei & hominum adeò contrariæ ſunt, vt qui vnam approbat & ſequitur, aliam deſpiciat & fugiat. Oblectatur namque mundus doctis verbis & artificioſo dicendi lepore. De prædicatoribus autem Dei inquit Paulus: Prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis. Quærit mundus pompam: Deus autem deſpectum & humilitatem. Quærit mundus mollia, delitias & commoda. Vnde Chriſtus de Iohanne primo ipſius prædicatore loquens, ait: Quid exiſtis in deſer- *Ibidem* *1. Cor. 2.* *Matth. 11*

tum videre, hominem mollibus veſtitum? Ecce, qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt. Qui autem me prædicant videlicet, humilibus & abiectis. Denique mundus quærit ſapientiam carnis, Deus autem meliorem ac ſpiritualem, quæ mundanis ac Gentibus ſtultitia quædam videtur.

Pſalmo 50. 398 Quo ſpiritu debent vti prædicatores? Nónne illo quo Prophetæ, qui à Dauide dicitur ſpiritus principalis, aut (iuxta veritatem literæ) ſpiri-
Hieronym. tus voluntarius aut munificus, aut ſpiritus potens, vt Hieronymus vertit? Hic enim ſpiritus adeò prædicatori neceſſarius eſt, vt ſine ipſo prædicans nullã vim habeat: propterea Chriſtus diuinitate plenus non erubuit con-
Lucæ 4 fiteri de ſe dictũ fuiſſe illud Iſaiæ: Spiritus Domini ſuper me, eò quòd vn-
Iſaiæ 61. xerit me, euangelizare pauperibus miſit me.

* 399 Cur iuxta fluuium Chobar Ezechiel vaticinabatur ac prædicabat?
Ezechi.1. An caſu id factum eſt? An ad comprobandam veritatem rei geſtæ, locum & regionem expreſſit? An, vt ſacramentum rei more prophetico & ſcripturæ ſacræ tangeret? Vt videlicet innueret, quòd & ſi in terra Chaldæorum erat, vbi nec lac, nec mel, nec ſpiritus propheticus emanabat, & ſi in Babel, i. populo confuſo erat, tamen adinuenit locum, vbi ſpiritu prophe-
Geneſ.2. tico repleretur, iuxta videlicet fluuium Chobar, qui eſt Euphrates (vt Sapientes exponunt) veniens ab horto voluptatis, & exoriẽs à fonte illo vnde omnia bona. Hinc edocemur, quòd licet inter peccatores habitẽt prædicantes, non tamen deeſt eis influxus ſupramũdanus & diuini fontis, qui etiam inimicorum terrã perfluit, quáuis non irriget, niſi bene diſpoſitos.

400 Mutaténe debet aliquando prædicator aſpectũ ſuum? Nónne ha-
1.Reg.21 bemus quòd Dauid fugiens ad Achimelech dũ perſequeretur ipſum Saul, mutauit faciem ſuam & ſenſum, timens ne occideretur ab Achis rege Get qui dicebatur Abimelech? ſicut reges Ægypti primò dicti ſunt Pharahones, poſtea Ptolomæi, & nouiſſimè Sultani, ſic quoque Imperatores Latini Cæſares, & Indi Prȩſtanni, pro quo corrupto vocabulo dicitur preteiani. Mutauit igitur aſpectum pro conditione loci & temporis. Vnde cõ-
Pſalmo 33. poſuit pſalmum trigeſimum tertium, dicens: Benedicam Dominum in omni tẽpore, iubilationis videlicet vno modo, & tribulationis alio modo. Et hoc in doctrinam prȩdicatorum, qui non ſemper, nec vbique, nec cum omnibus eodem modo ſe gerere debent. Sed nunc grauiter cum prudẽtia docentes, nunc rationibus vrgentes, nunc mitiores affectus tentãtes, nũc excandeſcentes & ſemetipſos exaggerãtes, nunc laudes Dei & ſanctorum decantantes prædicare, nunc vitia damnare & exprobrare, nunc gloriam acquirendam præponere, nunc pœnam fugiendam abducere, & cum verbis ac rebus vultum accommodare ac mutare debent.

Ezech.2. 401 Quid verus concionator prædicare debet? Nónne habemus quòd expanſum fuit volumen coram Ezechiele ſcriptũ intus & foris, plenúmque lamentationibus, carminibus & væ? Hæc enim tria compræhendunt ea quæ concionatores prædicare debent. Nam aut Dei gloriam, Sanctos, & virtutes laudare debent (& hæc ſunt carmina) aut repræhendere ingra-

tos & peccatores(& iſtæ ſunt querelæ)aut comminando prædicere debēt malis iudicium & punitiones temporales, & æternas. Et iſta ſunt væ. Quæ omnia continentur in tota lege & ſcriptura. Quamuis Dauid ad duo reducat, dicens. Semel locutus eſt Deus: & duo hæc audiui. Quod alibi declaratum eſt. *Pſal. 61*

402 Cur Deus Ezechieli iuſſit, vt volumen illud comederet? Nónne Firmianus ait, quòd veritas eſt pabulum animæ, incredibili quadam iucunditate refertum? Cui adſtipulatur Saluator, dicens, quòd homo viuit ex omni verbo, quod procedit ab ore Dei. Hinc ſequitur ipſe propheta, dicens, quòd fuit dulce in ore ſuo, ſicut mel. Cui conſentiens Dauid, canit. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo. Comedimus autem, dum audimus verba Dei: deglutimus, dum cordi committimus: digerimus & in nutrimentum conuertimus, quando opere perficimus ea, quæ per ſacra Dei verba cognouimus. Et cum diuina ſint verba illa: Hinc aſſidua meditatione & opere complendo, quæ meditamur, diuini efficimur. *Ezec. 3* *Lactan. in 5.* *Matthæi 4* *Pſalmo 118*

403 Quibus ſenſibus prædicator exponere & prædicare debet ſcripturam ſacram? Nónne Ezechiel id docet, dicens ſe vidiſſe animal quadriformis vultus? Quod Gregorius exponit de quatuor Euangeliſtis. Sed nónne quoque de quatuor elementis & fundamentis ſcripturæ ſacræ intelligi poteſt, aut de quatuor ſenſibus per quatuor elementa ſignatis? Quorum quidem ſenſuum primus, literalis videlicet, per terram, vel Bouem terreum ſignificatur: moralis per aquam, ſiue Hominē aqueum: allegoricus per aerem, ſiue Aquilam aeream: anagogicus per ignem, ſiue Leonem igneum: non quippè terrenum, ſed ſupramundanum, in quo verus iuſtitiæ ſol habet domicilium. Et quia anagogicus ſenſus fortis eſt, & Regius, vt Leo: Hinc omnia de Rege ſuperno ſecundùm ipſum exponuntur. *Ezec. 1* *Grego. ibid.*

404 Cur Ezechiel inquit, quòd animalia illa ſcintillabāt, veluti æs candens? Nónne ſenſus hic multiplex æri comparatur: quia ſicut æs diuerſis ex mixturis conficitur: ſic ſenſus iſte diuerſis ex ſignificatis conſtat, candens autem & ignitus: vt canit propheta. Ignitum eloquium tuum vehementer. Cui adſtipulatur Sapiens, dum ait. Omnis ſermo Dei ignitus eſt. Quia videlicet procedit à Spiritu ſancto: qui ignis Dei eſt. Vnde ſicut æs candens tactum ac percuſſum ſcintillas emittit: Sic & diuinum verbum prolatum & exagitatum lingua proferentis, ſcintillas emittit, corda auditorum inflammantes. *Ezec. 1* *Pſalmo 118* *Prouerb. 30.*

405 Cur animalia huiuſmodi dicuntur ire & reuerti: & per quā viam? Nónne vadit diuinum verbum per vocem ad aures auditorū? Vnde ſi admittitur, remanet, & facit fructum, vel triceſimum, vel ſexageſimum, vel centeſimum (vt in Euangelio dicitur) ſin autem, reuertitur in beneficium proferentis. Sicut de pace Saluator perhibet, dicens. In quamcunque domum intraueritis, dicite. Pax huic domui. Et ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra: Sin autē, ad vos reuertetur: in beneficium *Ezec. 1* *Matthæi 13* *Lucæ 10*

videlicet veſtrum. An reuertitur verbum illud & ſemen diuinum cum fru-
Iſaiæ 55 ctu plurimo? Iuxta illud Iſaiæ. Verbum meum, quod egredietur ex ore meo, non reuertetur ad me vacuum.

406 Quibus metaphoris vſi ſunt prophetæ, & cur? Nónne Ieremias nunc ollam ſuccenſam, nunc virgam vigilantem, nunc lumbare putrefactum ſe vidiſſe perhibet? Et Iſaias per florem, radicem, butyrum, mel, vinum, argentum, ſcoriam & huiuſmodi, multa ſacramenta reſerat. Ezechiel quoque, Zacharias, & Iohannes per animalia ſua multa deſcribunt. Nouiſſimè verò Chriſtus Ieſus in vinea, ſemine, talentis, virginibus, ſagena, nuptiis & huiuſmodi multa arcana includit. Quæ quidem arcana non licet homini apertè pandere. Sed per analogiá, illa altiſſima myſteria adumbrantur ex ſymbolo, quod habent hæc corporea & ſenſibilia cum supramundanis & diuinis: quorum moduli vel fibræ ſi benè & à perito tangantur, ex ſenſibilibus iſtis cum diuinis ſuauiſſima harmonia reſultat.

Iſaiæ 58 407 Cur prædicatores dicuntur tubæ? Iuxta illud. Quaſi tuba exalta vocem tuam. Nónne, quia ſicut tuba tantùm ſonat, quantùm Tubicen eam implet flatu ſuo: Sic & verus prædicator ea dicit, quæ Dominus ve-
Ieremiæ 1 rus buccinator ponit in corde & in ore ipſius? Sicut apertè teſtatur Deus dicens Ieremiæ. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Totum autem tubarum myſterium & ordo deſcribitur in libro Numerorum. Nec ſine myſterio
Numero 10 tubæ illæ debent eſſe argenteæ: vt videlicet conformes ſint ſermonibus per eas denunciatis: de quibus propheta canit. Eloquia Domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum. Ductiles quoque eſſe debent: probatæ
Pſalmo 11 videlicet malleo tribulationis: & flexibiles ac reducibiles ad quæcunque. Sicut de ſeipſo teſtatur Paulus, dicens. Omnibus omnia factus ſum: & omnes Chriſto lucrifaciam.
1. Cor. 9

Numero 10 408 Quotuplex, & qualis eſt tubarum illarum ſonus, & quid ſignificat? Quamuis multiplex in libro Numerorum deſcribatur: tamen ad duos principales modos reducitur, quorũ alter תקע techach, alter verò תרועה teruah ab Hebræis dicitur. Eſt enim techah ſonus continuus non conciſus. Et hic ſignificat diuinum influxum: quem Iſraelitæ ciere intendebant. Teruah verò eſt ſonus reſumptus & repetitus: qui aliquam repetitionem influxus ſignificat. Quemadmodum fiebat tempore Iobilei: quo repetebatur influxus, qui tempore intermedio ceſſauerat.

Ibidem 409 Quando & quomodo clangebatur tubis? Nónne in libro Numerorum de tempore & modo clangoris earum plenè deſcribitur? Primò enim vnico clangore conuocabantur principes exercitus, in quibus vnie-
Virgilius. batur populus. Clangore autem conciſo mouebantur caſtra & vulgus, de quo dicitur. Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus. Tertiò, ſequentibus his clangoribus conciſis mouebantur tentoria ordine ſuo. Quartò, quando congregandus erat populus in vnum, clangore continuo & nullatenus conciſo clangebatur: ad denotandum vnionem, quæ debebat eſſe inter eos, qui congregabantur. Quintò, dum ire vellent ad bellum, ſonus conciſus iubebatur, diuiſioné & dimicationé denotans. Ratio auté huius

clangoris aſſignatur, dum ſubinfertur. Et erit recordatio veſtri coram Domino Deo veſtro. Non quia Deus remotus à ſenſibus delectatur tubis: ſed quia gaudet vociferatione, quam faciunt prædicatores, dum principes aut populum ad Deum reuocant: aut mouent caſtra militum Dei, ad pugnandum, nunc ex iſta, nunc ex alia parte contra malignos hoſtes.

410 Cur clangi tuba in Neomeniis iubetur? Iuxta illud Buccinate in Neomenia tuba. Nónne in veritate hebraica habetur cornu? Quod iudico tubam reflexam: nec tubã æris directi. Iuxta illud. Non tuba directi, non æris cornua flexi. Cornu itaque vel tuba reflexa clangebatur in inſigni & præcipuo die ſolennitatis menſis ſeptimi: decima videlicet die lunę, qui dicebatur dies remiſſionis: quæ fiebat ſecundum reflexionem illam, quam Saluator docet, dicens. Dimitte nobis debita noſtra: ſicut dimittimus. Hinc tempore Iobilei & remiſſionis habendæ Deus iubebat omnes ſeruos ac debitores liberos dimitti. Quod facere debent prædicatores, ſicut Saluator ait. Oportet prædicari remiſſionẽ in nomine Ieſu in omnem gentem. In omni quoque nouilunio hac tuba clangendum erat: quia omnis illa renouatio lunæ eſt cum magno myſterio, alibi declarando, *Pſalmo 89* *Ouid. in 1. Metamor.* *Leui. 25* *Matthei 6* *Leuit. 25* *Luca vlt.*

411 Quo mentis exceſſu cõcionator prædicare debet? Nónne id innuit Propheta, dum ait. Ibi Beniamin adoleſcentulus in mentis exceſſu? Quod omnes communi ſententia de Paulo interpretantur. Hinc non ſine myſterio ſcribitur, quòd, dum ei demandaretur prædicationis officium fuit raptus & eleuatus in exceſſum mentis: vt indicaretur, quòd doctrina, quam multã didicerat ad pedes Gamalielis, non ſufficiebat ei ad tantum myſterium verbi Dei perficiendum: niſi altius ſpiritu Dei ſubleuaretur. Aut (ſicut habet veritas hebraica) ibi Beniamin paruulus illis dominans, inferioribus ſcientiis videlicet, vt ſuperiorem attingeret: & exceſſu quodam mentis omnia facillimè pertractaret. Nec enim prædicator concionando diſcere debet: ſed antè: vt Hieronymus docet, dicens. Multo tẽpore diſce, quod doceas. *Pſalmo 67* *Actor. 22* *Hierony.*

412 Cur prædicator habere debet pedes Ceruorum? Iuxta illud. Perfecit pedes meos tanquam Ceruorum. Nónne cerui ſunt animalia omnium mundiſſima, agilia, & fortia: quales & prædicatores eſſe debent? Mundi videlicet, ne prædicantes aliis, reprobi inueniantur: & ne eorum prædicatio contemnatur. Iuxta illud. Si cuius vita deſpicitur, reſtat, vt eius prædicatio contemnatur. Mundi quoque, vt diuina penetrare poſſint. Iuxta illud Saluatoris. Beati mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt. Agiles, vt conſcendere poſſint montes excelſos: de quibus propheta. Montes excelſi ceruis. Et illum potiſſimè montem, de quo Iſaias. Venite aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iahacob: & docebit nos vias ſuas (mandatorum videlicet, iuxta illud. Viam mandatorum tuorum cucurri) & ambulabimus in ſemitis eius, perfectioris vitæ ſcilicet. Denique prædicatores fortes eſſe debent, vt Cerui: & pugnare viriliter contra ſerpẽtem antiquum, & contra vitia. Iuxta illud Apoſtoli. Fortes facti ſunt in bello, caſtra verterunt exterorum. *Pſal. 7* *Greg.* *Mat. 5* *Pſal. 103* *Iſaia 2* *Pſal. 118* *Hebrei 11*

413 Cur prædicatores habere debent oculos Aquilarum? Nónne ſicut Aquila reſpicit in ſolem irreuerberatis oculis: Sic & verus Concionator habere debet oculos non cóniuentes ad omnem lucem, quemadmodum (vt Plotinus ait) ij, qui de nouo excitati à ſomno nequeūt valdè lucida intueri: quouſque paulatim aſſueſiant? Prædicatores enim adeò debent eſſe initiati, & lucem illam diuinam habere domeſticam, vt facilè, & quaſi pro libito in eam aſpicere poſſint. Inſuper Aquila (vt Moſes ſcribit) portat pullos humeris, & docet eos volitare, vtq; exemplo ſuo doceat, ſuper eos volitat. Sic & prędicator portare debet filios, quos generat: vel ſaltem onus eorum. Iuxta illud Apôſtoli. Alter alterius onera portare. Hinc Ezechieli clarè dicitur à Deo. Portabis iniquitatem domus Iſrael: cui videlicet prædicauerat. Doceréque debet concionator filios verbo & exemplo. Sicut Christus fecit: vt Lucas narrat.

Plo c. 9. de pulchro. *Deuter. 32* *Gal. 6* *Ezec. 4* *Actu. 1*

414 Cur etiam prædicator habere debet pennas columbarum: vt propheta canit. Quis mihi dabit pennas, vt columbæ? Nónne omnes tenētur, veluti paſſeres, declinare laqueos venantium? Sicut idem Vates canit. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium. Venatores enim, Diaboli ſunt, qui proponunt eſcam, ideſt oblectamēta rerum inferiorum, tenſis laqueis: vt capiant comedentes eſcam appoſitam: Sed prudens, velut paſſer non attendit ad eſcam, ſed ad laqueos protenſos: quos vt fugiat, abſtinet ab eſcis, & decipulis illis. Prædicatores verò, non contenti declinare laqueos, aſſumunt pennas columbæ illius, de qua in Pſalmo dicitur. Pennæ columbæ deargentatæ: & poſteriora eius in pallore, vel virore auri. Argentum enim (vt diximus) verbum Dei eſt, ex quo prædicatores faciunt ſibi alas, volantes ſuper aerem, immò ſupra cœlum. Sed attendere debent, vt poſteriora ſua, ideſt exempla, quæ relinquunt, ſint fulgentia, velut aurum ignitum, ideſt inflammata charitate.

Pſalmo 54 *Ibidem 123* *Ibidem 67*

415 Quomodo Deus ſe habet erga peccatores? Nónne Chriſtus id clarè reſerat, dicens. Qui ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cœlorū: qui autem fecerit, & docuerit: hic magnus vocabitur in regno cœlorum: reportans videlicet præmium, non tantùm de bonis operibus à ſe factis: ſed de omnibus bonis ab iis perpetratis: quos ipſe edocuerit & excitauerit? Minimus autē erit prædicans mandatum, & ſoluens illud. Cùm id malum ſit: tum quia ſcandalizat & retrahit eos, quos docuit, à bonis operibus: tū, quia nulla ignorantia excuſatur: tum quia reperitur reus criminis læſæ Maieſtatis, dum infidelis depræhenditur in diſpenſatione ſibi credita. Vnde quanto quis magis illuſtratus fuerit, tantò maior erit eius culpa: & tanta poſſet eſſe eius illuſtratio: quòd culpa eius fieret irremiſſibilis: ſi rectè ſentit Paulus.

Mat. 5 *Hebr. 6*

416 Quomodo prædicator ſe habere debet cum auditoribus? Nónne vnico verbo id exprimit Dauid, dicens. Sumite Pſalmum: & date tympanum? Accipite videlicet laudem, quam pro Deo fundimus: & date vos, vt ſuſtentemus tympanum corporis noſtri. Iuxta illud Apoſtoli. Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus: æquum eſt, vt nos carnalia veſtra metamus,

Pſalmo 80 *1. Cor. 9*

Nam qui altari ſeruiunt, de altari participare debent: quia iuſſit Dominus vt qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuant. Hinc ſcriptum eſt. Non obturabis os boui trituranti. An attenuandum eſt corpus inediis & ieiuniis, vt ſonet verba Dei, ſicut tympanum & cithara? Iuxta illud Iſaiæ. Venter meus, quaſi cithara, ad Moab ſonabit. Oratio enim & prædicatio multum valet aſſociata ieiunio & eleemoſyna: quando fieri poteſt. Vt à Raphaele docemur. *Deuter. 25* *Iſaia 16* *Tobia 12*

417 Quales Prophetæ & prædicatores ſancti decantantur in oraculis? Nónne de ipſis loquitur Pſalmographus, dicens. Alienati ſunt peccatores à vulua: errauerunt ab vtero? Non quidem à vulua & vtero corporeo matris: ſed ab illa vulua, de qua Iahacob, benedicens Ioſeph, ait. Benedicat te Deus benedictionibus vberum & vuluæ. Vulua enim eſt fons pietatis in Archetypo: de quo ſub nomine viſcerum inquit Zacharias. Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri: quibus viſitauit nos. Erant autem prædicatores à vulua: quando non propter amorem Dei & charitatem proximi prædicant, ſed propter pompam vel lucrum. Vnde Hieronymus. Omnis falſa prædicatio quærit lucra. Errant verò ab vtero: quando aliunde ſumũt ea, quæ prædicant, quàm ab vtero matris Eccleſiæ: quæ præbuit nobis ſacros canones vtriuſque teſtamenti, cum decretis ac ſententiis ſanctorum. Hinc Apoſtolus. Neque intenderent fabulis. Et iterum. Ad fabulas autem conuertentur. Et Petrus. Non indoctas fabulas ſecuti notã facimus virtutem Chriſti: ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis. *Pſal. 57* *Geneſis 49* *Luca 1* *Hierony.* *1. Timo. 1* *2. Tim. 4* *2. Petr. 1*

418 Quomodò filij Sion inclyti, amicti auro primo, conuerſi ſunt in vaſa teſtea: vt deplorat Ieremias? Nónne (præter ea, quæ alibi dicta ſunt) filij Sion, quæ ſpecula interpretatur, prædicatores ſunt, conſtituti in ſpecula ſuper gregem Domini (vt in Ieremia & Ezechiele dicitur) qui amicti debent eſſe auro primo & perfecto, ideſt charitate? De quo auro in Apocalypſi dicitur. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, vt locuples fias. Conuertuntur autem in vaſa teſtea, quando terreni efficiuntur, & ea, quæ terrena ſunt, ſapiunt confundentes populos malis exemplis. Vnde Redemptor ait. Væ vobis Phariſæi hypocritæ, qui circumitis mare & aridam, vt faciatis vnum proſelytum: & cùm factus fuerit, facitis eum filium gehennæ, malis exemplis videlicet. *Thre. 4* *Ieremie 61* *Eze 3 33* *Apoca. 3* *Matthei 23*

419 Quomodò hi crudelitate lamias vincunt? Nónne rationem aſſignat Ieremias, ſubinferés, ꝙ lamiæ præbent mammas catulis ſuis: hi verò fiunt crudeles, vti ſtrutiones: quæ faciunt oua, ſed non fouent: & (quod peius eſt) nedum non enutriunt, ſed deſtruunt & occidunt, ſcandalizantes eos, quos ædificare deberent? De quibus Chriſtus ait. Qui autem ſcandalizauerit vnum ex his puſillis, qui in me credunt, expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. *Thre. 4* *Matthei 18*

420 Quare ſenex ab Iſaia vocatur caput: Propheta autem vanus cauda? An de longæuo, & multorum dierum viro loquitur Vates: vt videtur innuere textus? Non quippè. Sed de illa ſenectute eſt ſermo, de qua inquit Sapiens. Senectus venerabilis eſt non diuturna: neque numero annorum *Iſaia 9* *Sap 4*

computata. Nam vera ſenectus eſt vita immaculata: vt ipſemet Sapiens perhibet. Et huiuſmodi viri (velint, nolíntve mali) præponuntur, honorantur, & in capite collocantur. Quia honor?vt ait Ariſtoteles) eſt præmium virtutis. Hinc propheta canit. Nimis honorati ſunt amici tui Deus, nimis confortatus eſt principatus eorum. Propheta autem & prædicator vanus ponitur in cauda vilificatus. Cùm (teſte ſumma veritate) huiuſmodi vocetur minimus in regno cœlorum.

Ethic.4
Pſalmo 138
Matthei 5

421 Cùm Chriſtus dicat. In nomine meo dæmonia eiicient. Et alibi. Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnẽ virtutem inimici: qua virtute mali dæmones à prædicatoribus fugantur? An virtute verbi Dei, quod mali ſpiritus ferre nequeunt? An quia prædicatores tranſmutantur in eandem imaginem, quæ eſt filij Dei, terrifica omnibus inimicis eius? Nam (vt Zohar aſſerit) qui gerunt imaginem Dei mundam, terrorem incutiunt hoſtibus humani generis, & inimicis Dei. Qui autem ipſam imaginem conculcant ac fœdant, ipſi quoque à dęmonibus conculcantur. Tranſmutantur verò prædicatores in imaginem, quæ eſt filij Dei. Cùm ipſe filius & verbum ſit intelligentia & cognitio, quam habet intellectus diuinus de ſua eſſentia: quæ preſentata ipſi intellectui memoria fœcunda à Theologis dicitur & pater. Pari modo verus prædicator volẽs docere diuina neceſſe eſt vt ferè ſemper cogitet de Deo, & producat verbum de diuinitate ea perfectione, qua poteſt. Et ſic ſuſcipit imaginem filij: & tanto magis in eam transformatur, quanto magis aſcendit à claritate in claritatem.

Mar. vlt.
Luce. 10
Zohar

422 Fugantúrne etiam mali dæmones per aliquam virtutem verborum ſacrorum? Nónne Dauid fecit multos Pſalmos ad collidendam hoſtilem virtutem & potiſſimè Pſalmum nonageſimum, qui incipit. Qui habitat in adiutorio vel in abſconſione Altiſſimi, in vmbra Sadai morabitur? Pro quo vulgata traductio habet. In protectione Dei cœli cõmorabitur. שדי Sadai enim eſt nomen, dæmonibus valdè terrificum: cuius virtutem (vt Sapientes norunt) hæreditauit Chriſtus per nomen Ieſu. Hinc Paulus ait, quòd Chriſtus tantò melior Angelis eſt effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditauit. Et in hoc nomine (vt alibi idem Paulus inquit) flectitur omne genu, cœleſtium, terreſtriũ, & infernorum. Quod nomen intelligentes & prædicantes terrorem malis ſpiritibus incutiunt. Idque prædicandum demandatum eſt prædicatoribus: vt de Paulo apertè dicit Chriſtus. Húc elegi, vt portet nomen meum coràm gentibus & Regibus & filiis Iſrael. Et Petrus. Non eſt aliud nomẽ ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri, niſi nomen Ieſu videlicet

Pſalmo 90
Sapientes.
Hebræ. 1
Philip. 2
Acto. 9
Ibidem 4
Pſalmo 10

423 De quibus loquitur Propheta, dum ait. Quoniam, quem perfeciſti, deſtruxerunt? An de Diabolo, qui per peccatum, venenum & mortem deſtruere quærit hominem, quem Deus ad imaginem ſuam perfecit? An de detractoribus eſt ſermo, qui etiam virtutes, & dona data hominibus (quorum laus Deo debetur) ſuffocare conantur? An de prædicatoribus vanis loquitur Vates, quibus dedit Deus talenta operãdi & lucrandi: & nihilo-

Geneſis 1

minus nedum non lucrantur abſcondentes talétum Domini ſui:ſed abutuntur in malum & in perditionem aliorum?

424 Qui impij exaltantur, ſicut cedri Dei: vt propheta canit? Nónne potiſſimè prædicatores facundi & mali, qui per tempus ferè adorantur in terris, vt Dij: ſed, cum non habeant radicem in fundo conuenienti, conſequuntur, quod ipſe propheta ſubinfert. Et tranſiui, & ecce non erant: quæſiui, & non eſt inuentus locus eorum? Hi enim exciduntur, & proiiciuntur in ignem. Iuxta illud Saluatoris. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Sed quæ arbor non faciat fructum bonum, alibi ipſemet declarat, dicens. Ego ſum vitis, & vos palmites: Si quis in me non manſerit, mittetur foras, & areſcet, & igni traditur: quia ſine me nihil poteſtis facere. In Chriſto igitur vero fundamento & fundo plantari debet, quicunque fructum bonum facere vult. Pſalmo 35 Mat. 7 Ioannis 15

425 Cur Ezechiel factus fuit mutus erga populum proteruum? An, quia (vt Sapiens ait) vbi non eſt auditus, non eſt effundendus ſermo? Quorſum tendit illud Saluatoris. Nolite ſanctum dare canibus. Nec enim vero ſunt effundenda verba. An, quia ſicut propter peccata populi Deus permittit regnare hipocrytam (vt in Iob dicitur) ſic ſubtrahit (vt Gregoriut inquit) verbum prædicantis: quando populus eſt indignus. Immò voluntariè & de induſtria aliquando ſubtrahendum eſt. Quemadmodũ verbo & exemplo docet nos Apoſtolus dicens. Quoniam repuliſti verbum Dei, & indignos vos iudicaſtis vita æterna: ecce conuertimur ad gentes. Ezec. 3 Eccleſi 32 Matthæi 7 Iob 34 Greg. Actor. 13

426 Vbi datus fuit ſpiritus propheticus aut prædicandi: Nónne in terra promiſſionis lacte & melle affluente? Alibi enim, quam in terra promiſſionis (vt Hebræi dicunt) non eſt datus ſpiritus propheticus. Sed nónne prophetauit Ezechiel & Daniel in terra Chaldæorum: & Moſes in Ægypto & in deſerto: cui nec fuit ſimilis: vt Deus perhibet? Nónne & paulus antè portam Damaſci ſuſcepit ſpiritum prædicandi? Datur itaque hic ſpiritus in quocunque loco: veræ & ſupernæ Ieruſalem ſubiecto: illis videlicet, qui ad pacem ſupernam aſpiciunt. Nam propriũ prædicantium eſt euangelizare pacem, & hortari mortales ad pacem cum Deo, Angelis & hominibus habendam. Quemadmodum fecit ille, de quo dicitur. Pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terris ſunt. Hinc Iſaias cum paulo ait. Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Et de Chriſto inquit Apoſtolus. Ipſe eſt pax noſtra: & veniens euangelizauit pacem vobis, qui longè fuiſtis, & pacem iis, qui propè. Hebræi Numero 12 Actor. 9 Coloſſ. 1 Iſaia 52 Romano. 10 Ephe. 2

427 Cur terra promiſſionis redolet per multa milliaria in mari: vt comprobauimus, & experti Nautæ teſtantur? An, quia herbis odoriferis eſt repleta? An, quia ſic habet regio illa à ſe? An id eſt propter ſacramentum & myſteriũ ſpiritus, qui ibi, aut figurata terra (vt nuper dictum eſt) diffundi ſolet? Quo quidem ſpiritu repleti redolent. Iuxta illud Apoſtoli. Chriſti bonus odor ſumus. Odor videlicet ille, quem ſuauiſſimum ſolet ſuſcipere Deus: vt ſæpius ſcriptũ eſt. Et odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis. 2. Cor. 2

Bonorum operum videlicet, & oblationum, quæ fiunt Deo cum beneficio & bono exemplo aliorum. Quod cum fecerit Chriſtus ſuper omnes: Hinc in perſona Eccleſiæ canitur in Canticis. In odorem vnguentorum tuorum currimus: Et de ipſo Chriſto inquit Apoſtolus. Tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Quod proprium prædicatorum eſt.

Cant. 1 *Ephes. 5* *Pſal. 103* *Lu. 6* *Ad Titum 1*

428 Quis dat eſcam pullis coruorum? Nónne Propheta cum Deo loquens, ait. Omnia à te expectant, vt des illis eſcam in tempore? Sed nónne (vt Lucas narrat) quando Chriſtus voluit paſcere turbam, eum ſequentem, benedixit panes & piſces, dedítque diſcipulis, vt turbæ apponerent? Et Paulus loquens de cibo verbi Dei, in quo potiſſimè paſcitur homo, ait. Manifeſtauit verbum ſuum in prædicatione, quæ credita eſt mihi, ſecundum præceptum Saluatoris noſtri Dei. Hoc igitur pabulum verbi Dei prædicatores adminiſtrant pullis coruorum, ideſt filiis peccatorum: qui quamuis nigri ſint, attamen conſequuntur gratiam, dummodò inuocent Deum, qui prædicatur. Iuxta illud Apoſtoli. Omnis, qui inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit.

Rom. 10

429 Cur Iſaias dixit. Væ mihi, quia tacui? Nónne Ieremias inquit. Bonum eſt præſtolari cum ſilentio: Et Dauid. Humiliatus ſum, & ſilui à bonis. Et alibi. Lætati ſunt, quia ſiluerunt. Sed nónne hanc controuerſiam dirimit Sapiens, dum ait. Tempus loquendi, & tempus tacendi? Pari modo eſt cauſa loquendi, & cauſa tacendi. Loqui enim debet homo accuſando peccata ſua: quæ ſi tacet, cedit ei in detrimentum. Iuxta illud Prophetæ. Quoniam tacui, non confitendo videlicet peccata mea, inueterauerũt oſſa mea, dum clamarem tota die, orando videlicet & prędicando. Loqui quoque debet homo, quando ex officio, maximè prædicandi, incumbit ei. Vt clarè docet Apoſtolus, dicens. Væ mihi, ſi non euangelizauero: neceſſitas mihi incumbit. Et Ezechieli dicit Deus. Si dicente me ad impium, morte morieris: & non annunciaueris, ſanguinem eius de manu tua requiram.

Iſa. 6 *Tore. 3* *Pſalm. 38 & 106* *Eccleſi. 3* *Pſal. 31* *1 Cor. 9* *Eze. 33*

430 Quod eſt mare magnum, in quo naues dicuntur nauigare, vel pertranſire? An eſt illud ſupremum mare & collegium aquarum ſupramũdanarum: vnde omnia producta ſunt? vt alibi dictum eſt? An eſt hic Mundus ſpacioſus littoribus, & plenus reptilibus variis & innumeris, aut plenus inſidiis illius, cui ſunt nomina mille, & millē, immò penè infinitæ nocendi artes? Qui ſemper non vt Leuiatan, ſed vt Leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Quod quidem mare aliquando conturbatur ab ipſo Deo, vt probentur nauigantes. Iuxta illud Prophetæ. Qui conturbas profundum maris. Vt habet communis æditio. Et alibi. Fulgura multiplicauit, & conturbauit eos.

Pſal. 103 *1. Pet. 5* *Pſal. 64 & 17*

431 Quæ naues (vt Propheta canit) per hoc mare magnum pertranſeũt? An naues Mercatorum? Sed quid hoc ad mentem Prophetæ, qui diuina & myſtica ſolummodò decantat? An igitur naues ſunt prædicatores? Iuxta id, quod dicitur de anima, forti negociatrice in rebus diuinis. Facta eſt quaſi

Ibid. 103 *Prou. vlt*

quaſi nauis inſtitoris de longè portans panem ſuum. Panem vtique cibi cœleſtis & verbi Dei, quem portat de longè, cùm ſolùm à cœlo veniat verbum Dei nobis ſubminiſtrãdum. An (vt Auguſtinus ſentit) naues iſtę ſunt *Auguſtin.* Epiſcopi, quorum intereſt cibare populũ pane cœleſti? Verùm tunc temporis quando antiſtites prædicabant (quemadmodum tempore Auguſtini) naues erant Epiſcopi: ſed cùm ipſi neglexerint præbere cibũ cœleſtem populis, prædicatores ſucceſſerunt eis. Vnde cùm ipſorum interſit cibare populum verbo Dei, quod eſt verus animæ cibus, ipſi meritò naues nobis neceſſaria portantes, dici poſſunt.

432 Quæ arbores mittent radices deorſum, & facient fructum ſurſum, *Iſaiæ 17.* vt Iſaias ait? An de arboribus communibus loquitur Vates? Sed cur hoc, omnibus etiam ruſticulis notũ inter tot oracula grauiſſima inſeritur? Ad quid etiam ſubinfert Vates: Quia de Sion exibunt reliquiæ, & ſaluatio de monte Sion? An igitur eſt ſermo de arboribus plantatis à Deo, cedris videlicet Libani præcipuis? Quæ quidẽ arbores ſunt prædicatores mittẽtes radices deorſum, inter peccatores & mundiales, & inde reportãtes ſurſum i. in cœlo fructu operũ & ſeminis, deorſum & terreis hominibus ſeminati.

433 Habéntne prædicatores ex officio pꝛædicationis aliquod pręcipuũ *2. Reg. 12.* lumẽ? Nónne habemus quòd Dauid Spiritu ſancto plenus, correctus fuit à Natan Propheta, ipſo vtique longè inferiore? Et id, quia tunc Natã fungebatur officio prędicatoris, Dauid autem nequaquam, immò peccatoris typum tenebat. Quamuis dixerit: Et Spiritum ſanctum tuum ne auferas à *Pſalmo 50.* me, non vltra videlicet reſtituendum. Iam enim pro illo tempore ablatus fuerat, cùm ipſe cum peccato ſtare nequeat. Hinc & de Caipha, quamuis malo, Iohãnes ait: Et prophetauit, cùm eſſet pontifex anni illius. Hoc quoque in multis comprobatum eſt, qui prædicantes multa vera prædixerũt, *Ioannis 11* alioquin verò minimè.

434 Qui Sol & quomodo cognouit occaſum ſuum, vt Propheta canit? *Pſalmo 103* An de hoc ſole, quem videmus, eſt ſermo? Sed quomodo cognoſcit ipſum corpus (vt aiunt) inanimatum? An forſitan loquitur Vates de intelligentia ipſum regente? Sed nónne videmus & nos quando occidit? Ad quid igitur id inter tot celeberrima inſeritur? An itaque de illo ſole lóquitur, de quo alibi idem Propheta canit: In ſole poſuit tabernaculum ſuum? Qui *Ibidem 18.* ſol eſt ſedes & domus Iahacob, in qua (Gabriele teſte) Chriſtus regnare *Lucæ 1.* debet. Qui locus à Dauide & ab Iſaia תפארת Tipheret nominatur, i. pulchritudo, ſpecioſitas & omnis gloriæ influxus. Et hoc eſt illud pulchrum, à quo omnia pulchra (vt Platonicè loquamur) quod quærebat Socrates ab Hippia. Qui quidem ſol tunc occidit alicui, quando non influit. Sicuti *Socr. in Hippia maiori.* cognouit Chriſtus, verus ſol, influxũ virtutis ſuæ, quando dixit: Quis me tetigit? Sentitur autem occaſus & continentia luminis in prædicatore, *Marci 5.* quando ad pompam prædicat, aut fœditatibus coinquinatus lumen illud ſuſcipere nequit. An verus ſol Chriſtus cognouit occaſum ſuũ, i. mortem ſuam, quam pro nobis voluntariè ſubiturus erat? iuxta illud Iſaiæ: Oblatus eſt, quia ipſe voluit. *Iſaiæ 53.*

Pſalmo 79. 435 Cur tanto affectu petit Dauid, vt Deus oſtendat ei faciem ſuam? Nónne quia à facie Dei (vt dictum eſt) concipiunt omnes maximè prædicatores, ſpiritū ſalutis? Sed quomodo poteſt quis videre faciem illius qui Moſi dixit: Nō videbis faciem meam, ſed poſteriora mea? Nónne ipſemet *Exodi 33* *Numer. 12* Deus de eodem Moſe dixit, quòd cum eo loquebatur facie ad faciem? Multiplex eſt ergo Dei facies (vt in Scriptura habetur) & totidem poſteriora. Eſt enim facies verbi & rationum idealium, cuius poſteriora ſunt creaturæ. Eſt quoque facies diuina nudæ eſſentiæ, quam nemo vidit, nec (vt opinor) videbit, quia eſt ſub ratione infinita, non perceptibilis ab intellectu finito. Et huius poſteriora ſunt veſtimenta quamplurima, de quibus alibi dictum eſt. Eſt etiam facies præſentiæ, de qua Apoſtolus: Videbimus *1. Cor. 13.* facie ad faciem. Poſteriora autem eius ſunt imagines, viſiones, ſpecula, ænigmata & reuelationes quæ fiunt nobis in hoc mundo. Eſt denique facies aperti influxus, vnde concipimus & grauidamur: & hanc petebat ſibi oſtendi Dauid. Sunt etiam poſteriora eius, de quibus ipſe Dauid *Pſalmo 103* canit: Auertente autem te faciem, turbabuntur.

SECTIO NONA DE NOVITER ET NOVISSIME FACIENDIS A CHRISTO.

436 HABEMVS ne oracula, quòd Chriſtus debuerit mutare pactum Circunciſionis? Nónne Deus in Iſaia dixit: Montes *Iſaia 54.* commouebuntur, & colles contremiſcent, miſericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non mouebitur? Et in Geneſi: Eritque pactum meum in carne veſtra in fœdus æternum. *Geneſ. 17.* *Ieremia 31* Sed nónne in Ieremia dicitur: Ecce dies veniunt (dicit Dominus) & feriam domui Iſrael, & domui Iehuda fœdus nouum, non ſecundum pactum, quod pepigi cum patribus veſtris? Et quando hoc fuerit, per Iſaiam declaratur, dum de vncto à Spiritu ſancto, & miſſo ad prædicandum *Iſaia 61.* loquitur. Quod Chriſtus de ſeipſo interpretatur, vt Lucas refert. Poſt quæ ſubinfert: Fœdus perpetuum feriam eis. Quod fœdus fuit *Luca 4* Baptiſmus, iuxta illud: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. *Marc. vlt.* Manet autem fœdus perpetuum in radice, ſed renouatum fuit in ſtipite vel ramis.

Exodi 14 437 Cur populus Iſrael traductus fuit per mare, quod Ægyptiis fuit ſepulchrum? An, quia Deus proceſſit per viam iuſtitiæ ſeueræ, vbi non fit alicui beneficium ſine damno alterius, vt alibi tactum eſt? An id fuit in figuram veri baptiſmatis, in quo anima deſignata per Iſraelem populum Dei, ſaluatur: corpus autem, vel animalis homo in Ægyptiis figuratus, conſepultus iacet? iuxta illud Apoſtoli: Conſepulti ſumus cum illo per baptiſmum *Roman. 6* *coloſſ. 2.* in mortem. Et alibi: Circunciſi eſtis, non in expoliatione carnis, ſed

in circuncíſione Chriſti,conſepulti ei in baptiſmo,in quo & reſurrexiſtis, quoad animam videlicet, per fidem operationis Dei,qui ſuſcitauit illum à mortuis,& conſequenter nos membra eius. Quoniam in Chriſto omnes nos viuificabimur, dummodò moriamur cum eo in baptiſmo, iuxta illud : Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. *1. Cor.15.*

438 Cur Iſrael non fuit ibi ſepultus? Nónne Iſrael (vt ſępius dictum eſt) partem rationalem, vel ſpiritualem ſignificat, quæ mori non debet, ſed tantùm ablui à fœditate contracta, aut ex radice primi parentis, aut per operationem deturpantem, animalis autem homo per Ægyptios deſignatus, mori debet, vt pleriſque in locis dicitur? Ait enim Apoſtolus: Scientes quòd vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, & vltra non ſeruiamus peccato. Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato. Si autem mortui ſumus cum Chriſto, credimus quòd ſimul reſurgemus cum eo. Hinc non ſine cauſa idem Apoſtolus alibi ait, quòd omnes mare tranſierunt, & omnes in Moſe baptizati ſunt in nube & in mari. Sed iſti meliorem hominem figurãtes, euaſerunt ſubmerſionem, illi verò conſepulti remãſerunt, quouſque de omnibus fiat vnum ouile & vnus paſtor, vt Saluator ait. *Roman.6.* *1.Corin.10.* *Ioannis 10.*

439 Mutari debuítne ſabbatum in Lege & Prophetis adeò celebratum? Non quidem mutanda erat requies ſeptimi diei, qui ſabbatum dicitur: Sed abſque læſione legis mutabilis erat dies, vt docent etiam Rabbini Hebræorum. Nam (vt etiam ſuprà diſſeruimus) ſi fortè quiſpiam oblitus fuiſſet diei ſabbati in via, dummodò quieſceret die ſeptimo, legem obſeruabat, quæ ordinauit ſabbatum in memoriam requiei, quam fecit Dominus ſeptimo die ab omni opere quod patrauerat. De mutatione autẽ huius diei ſatis clarè in Oſæa dicitur: Et ceſſare faciam omnem ſolennitatem eius, Neomeniam & Sabbatum. Quod nunc oculata fide videmus, experimentóque comprobamus. Et de meliori ſabbato in Iſaia dicitur: Et vocabis ſabbatum delectabile, vel delicatum, vt habet vulgata traductio. Quod quidem ſabbatum melius eſt priori ſabbato, & eſt dies, quam nos dominicam vocamus. *Rab. Heb.* *Exodi 31.* *Geneſ.2.* *Oſeæ 2.* *Iſaiæ 58.*

440 Sumúſne penitus à ſabbato abſoluti, vt quidam Neoterici dicunt? Nónne id videtur aſſerere Paulus, dũ ait: Quòd neomenię & ſabbata ſunt vmbræ futurorum, quæ ceſſant adueniente luce? Sed nunquid vana eſt inſtitutio & obſeruatio celebritatis diei dominici ab Apoſtolis citra ſemper in Eccleſia obſeruata? Non quippe. Nam inſtitutiones antiquæ ab Apoſtolis Spiritu ſancto plenis potiſſimùm emanarũt, & præcipuè iſta, vt Canoniſtę aſſerunt. Quæ quidem celebritas meritò inſtituta eſt altiori ratione quàm multi opinentur. Nam obſeruare aliquot dies adeò frequẽter naturale quoddam opus eſt. Naturale enim eſt (vt Ariſtoteles ait) quod fit in pluribus & frequenter. Conuenientiſſimè itaque hic Saturnius dies, qui ab Hebræis olim obſeruabatur, apud Chriſticolas in ſolarem diem commutatus eſt. Cùm Religio Chriſtiana à Sole ſupramundano vim & *Coloſſ.2.* *Phyſic.2.*

influxum ſuſcipiat, ſicut Hebræorum ſynagoga à Saturno. Ideò ipſi (vt dictum eſt) ſabbatum, Saturni diem obſeruabant, nos autem Solis diem colimus. Nam & inſtitutor huius religionis Sol à Malachia dicitur, non vtique hic nobis viſibilis, ſed melior qui ab ipſo Malachia & ab Eccleſia Sol iuſtitiæ denominatur.

Malach. 4

441 Mutandæne erant neomeniæ? Nónne in Oſæa dictum eſt: Ceſſare faciam neomenias? Quas iam mutatas perhibet paulus ſimul cum Sabbato, dicens: Nemo vos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbatorum, quæ ſunt vmbra futurorum, corpus autem Chriſti, id eſt pertinentia ad corpus Chriſti. Quod ſecundum rationem animalem ſanctificatum & expurgatum fuit per legem, ad quam omnia prædicta pertinent. Sed Chriſtus per Euangelium ſanctificare intendit corpus, quo ad ſpiritualem & meliorem partem, per virtutem quidem Solarem, cuius Lunaris erat vmbra, vel reuerberata lux. Cùm Luna non luceat, niſi per virtutem Solis adhuc occulti, ipſam colluſtrantis. Hinc orto Sole ceſſat lux illa Lunæ accommodata, vel reuerberata.

Oſee 2.
Coloſſ. 2.

442 Quomodo obſeruabantur neomeniæ? Nónne neomenia nouilunium eſt, quod terdecies in anno occurrens celebrabatur ab Hebræis, qui Lunam (vt nuper diximus) obſeruabant? iuxta id quod in Geneſi dicitur, vbi de luminaribus agitur. Et ſint in ſigna & tempora, & dies & annos, hinc propheta canit: Fecit Lunam in tempora. Sed cur Sol non dicitur diſtinctor temporum? immò dicitur & eſt. Cùm ab ipſo anni, dies & horæ diſtinguantur, & menſes quoque, iuxta introitum ipſius Solis in aliquod duodecim ſignorum, ſicut olim diſtinxit Cæſar. Quamuis per quartum horæ vel circa, trãſeunte ſole in anno, vltra trecentos ſexagintaquinque dies & horas ſex, reperiatur variatus introitus ſolis (à Cæſare citra) per quindecim vel decem & octo dies, quot fluxerunt centenaria annorum à Cæſare huc uſque vel circa. An igitur loquitur propheta de temporibus ſolennitatum, diſtinctis per Lunam, quæ Hebræi מועדים mohadim appellant?

Geneſ. 1.
Pſalmo 103.

445 Cur ex tribus ſolennitatibus legalibus duæ tantùm obſeruantur, tertia penitus abolita? Nónne celebratur primum paſca, non quidem in memoriam tranſitus populi Iſraelitici ex Ægypto, ſed vt rememoretur trãſitus quem fecimus, duce Chriſto, è vita hac corruptibili ad meliorem ſortem? Ad quã quidem ſortem inuitat nos Apoſtolus, dicens: Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite. Secundum quoque paſca celebramus, non in memoriam fructuum primitiuorum, qui offerri ſolebant, ſed in recordationẽ Spiritus ſancti Apoſtolis miſſi. Vnde ornati ſunt cœli Apoſtolici, corroboratúmque fuit Eccleſiæ fundamentum. Cùm autem tertiæ ſolennitati mẽſis Septembris, quæ ſub vmbraculis ab Hebræis celebrabatur, nihil ſucceſſerit à nobis commemorandum, ipſa penitus in Euangelio ſubticuit. Subticuiſſent & aliæ niſi aliquid ad Euangelium ſpectans in ipſis celebrandum occurreret. Et de iis quæ Euangelio non ſer-

Coloſſ. 3.
Leuit. 23
Actor. 2

uiunt,ait Apoſtolus: Nemo vos iudicet in parte diei feſti,aut neomeniæ, *Coloſſ 2.*
vel ſabbatorum,quæ ſunt vmbra futurorum.

444 Mutandúmne erat ieiunium? Nónne ſemel in anno,decima ſcilicet die ſeptimi menſis,Septembris videlicet, ordinatum fuit ieiunium à Deo, *Leuit.16.*
vt in Leuitico habetur? vbi dicitur: Menſe autem ſeptimo(quem תשרי tiſri Hebræi vocant)decima die menſis affligetis animas veſtras, per ieiunium videlicet.Et id ad remiſsionem peccatorum impetrandam. Hinc vocabãt ipſum diem יום הכפורים iom hachepurim, id eſt diem remiſsionum vel *Ibidem 23.*
propitiatorium: propterea ibidem ſubinfertur: Erítque hoc legitimum *Ibidem 16.*
ſempiternum vt oretis,ſcilicet vos ſacerdotes,pro filiis Iſrael,& pro cunctis peccatis eorum ſemel in anno.Sed cùm remiſsio pleniſsima facta fuerit à Chriſto per paſsionem,in mẽſe Martio toleratam: hinc ad ipſum mẽſem tranſlatum fuit ieiunium, non tantùm vnius diei, ſed quadraginta. Quia ipſe Chriſtus prius huiuſmodi ieiunium celebrauit, vt Matthæus *Matth.4.*
teſtatur.

445 Quomodo ieiunium illud fuit legitimum ſempiternum, ſi ab Eccleſia mutatum fuit? Nónne(vt alibi declarauimus) לעולם leholam ſignificat ſpatium vitæ,vel mille annorũ ad plus? Quamuis vulgata traductio habeat ſempiternum. An(ſi cõtendere quis velit de illo ſempiterno) dicemus præceptũ durare,ſicuti & fœdus ſigni mutato ſigno in melius, vt dictum eſt? nam præceptum de ieiunio manet, quãuis tempus ſit mutatum in melius,& ipſum ieiunium ampliatum, quia & ampliata eſt ieiunij cauſa, remiſsio videlicet in ampliſsimam, à qua omnis remiſsio habet efficaciam. Vnde bene ſentit Apoſtolus, qui ait, quòd illa erant vmbræ futurorum,qui bus ipſæ vmbræ cedere debebant. *Coloſſ. 2.*

446 Si ieiunium fuit ordinatum ſemel in anno, cur Zacharias meminit *Zachar.8.*
ieiunium quarti, ieiunium quinti, ieiunium ſeptimi, & ieiunium decimi? Nónne(vt cum Hieronymo hîc conueniamus) quærẽda eſt veritas hiſto- *Hieronym.*
riæ ab Hebręis,ex quorum conſuetudine hæc ieiunia introducta fuerunt, nec retexenda ſunt mendacia de prognoſticatione vel vaticinio, quod à Zacharia nec fuit excogitatum. Obſeruabant enim Hebræi, & vſque in hodiernum diem obſeruant quinque ieiunia. Primum eſt legale,demandatum in menſe Septembri, vt dictum eſt.Secũdum eſt quarti menſis(Iunij videlicet,quem תמוז Tamuz Hebræi vocant) inductum ad impetrandã remiſsionem peccati,propter adorationem vituli cõtracti. Propter quod *Exodi 32.*
Moſes abiecit & confregit tabulas. Quo etiam menſe diruti fuerunt mu- *Ieremiæ 52*
ri ciuitatis à Chaldæis,vt Ieremias meminit.In quinto autem menſe(Iulio *Num.13.14*
videlicet,quem Hebræi אב Ab vocant)orta eſt ſeditio propter explorato- *Ieremiæ 52*
res terræ ſanctæ. Quo etiam menſe à Nabuchdonoſor,& multis poſt ſeculis à Tito & Veſpaſiano templum Ieroſolymitanum fuit deuaſtatum, & aratus locus.In ſeptimo verò menſe(vltra ieiunium הכפורים hachepurim)fuit indictum ieiunium ex morte Godoliæ, vt in quarto Regum vo- *4.Reg.25*
lumine,& à Ieremia ſcribitur. In decimo autem menſe (Decembri videli- *Ieremiæ 41*
cet,quem Hebræi טבת tebet vocãt) indictum fuit ieiunium ab Eſter,per- *Eſter 4.*

petuis temporibus obſeruandum. Ad quorum patrum exemplum Eccleſia diuerſa ieiunia inſtituit.

447 Eſtne mutatum etiam ſacrificium? Nónne Paulus id expreſſè declarat, dicens: Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorum bonorum per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id eſt nō huius creationis, neque per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta? Quod Malachias antea prædixerat, dicēs: Et erunt offerentes Domino ſacrificia in iuſtitia, (id eſt iuſtificantia. Nam legalia teſte Paulo, non iuſtificabant) Et placebit Domino ſacrificium Iehuda & Ieruſalem (id eſt confitentium Deum, & eorum, qui ſub principe pacis erunt) ſicut dies priores, & anni antiqui, antequàm videlicet homines peccarent, vt Hieronymus ſentit.

Hebr. 9. Malach. 3. Galat. 2. Hieronym.

448 Cur & quomodo mutatū eſt ſacrificium? Nónne cur hoc factum ſit declarat Apoſtolus, dicens: Neceſſe fuit exemplaria cœleſtium his mūdari, ipſa autem cœleſtia melioribus hoſtiis quàm iſtis? Illa enim ſanguinē animalium mundabantur, hæc autem ſanguine Chriſti filij Dei expiata ſunt. Quomodo autem id effectum ſit ipſemet referat, dum ait: Non per ſanguinem animalium, ſed per proprium ſanguinem, nō ſæpius, ſed ſemel introiuit in ſancta. An ſacrificium multorum animalium mutatum eſt in panem & vinum, iuxta ordinem & ritū Melchizedech? Sed cur in panem & vinum? An quia hæc duo magis habent rationem cibi & potus, quàm cætera? An, quia panis & vinum vtrumque ſacrificium, matutinum videlicet ac veſpertinū deſignant, aut dextrum & ſiniſtrum, ſiue Auſtrum gratiæ impetrandæ per panem, & Aquilonem iuſtitiæ ſeueræ placandæ per vinum? Sed nónne vtrumque offerebatur in Lege? vtique. Sed non ea excellentia qua nunc offertur.

Hebr. 9.

449 Eſtne mutatum etiam templum? Nónne id expreſſè perhibet Apoſtolus, dicens: Intrauit Ieſus in tabernaculum nō manufactum, id eſt non huius creationis, ſed in ſancta: Nec in ſancta manufacta (vt paulò inferius ait) quæ ſunt exemplaria cœleſtium & verorum, ſed in ipſum cœlum, vt appareat vultui Dei pro nobis. Quod ipſe Chriſtus declarauit Samaritanæ, dicens: Veniet hora, & nunc eſt, quando neque in monte hoc, neque Ieroſolymis adorabitis patrē, ſed in ſpiritu & veritate, facti iam Dei templum, vt Paulus ait: Cui adſtipulatur Xiſtus Pythagoræus. Aut in templo quod eſt ipſe Deus, vt inquit Iohannes: Et Dauid canit: Dominus in templo ſancto ſuo, Dominus in cœlo ſedes eius. In cœlo vtique, quod ſecretiores Theologi תפארת Tipheret vocant, quod eſt ipſum pulchrum, à quo omnia pulchra, & ipſe Deus. Varia ſunt enim ibi templa, vt Zohar ſcribit.

Ibidem. Ioannis 4. 1. Corin. 3. Xiſt. Pyth. Apoc. 21 Pſalmo 10 Secret. theol. Zohar

450 Eſtne mutatum etiam Sacerdotium? Nónne Paulus id quoque declarat, dicens, quòd Chriſtus fuit Sacerdos non ſecundum ordinem Aharon, ſed ſecundum ordinem Melchizedech? Manifeſtum eſt autem (vt ipſe Paulus ait) quòd ſecundum ordinem Melchizedech ſurrexit alius Sacer-

Hebr. 6. 7.

cerdos:qui non ſecundum legem carnalis mandati factus eſt,ſed ſecundũ virtutẽ vitæ indiſſolubilis,& hic iureiurando,alij ſine iureiurando.Quod igitur iam prænunciatum fuerat à Dauide,hìc declarat Apoſtolus: A quo habemus oraculum & doctrinam. Et hoc ab Iſaia, more potius hiſtorico quàm prophetico prædictum fuerat.Nam in fine oraculorum ſuorum,vbi de gloria Gentibus prædicanda agit,ſubinfert:Et aſſumam ex eis in Sacerdotes & Leuitas, dicit Dominus, quia ſicut cœli noui & terra noua, quæ ego ſtare faciam coram me(dicit Dominus Deus)ſic ſtabit ſemen veſtrum & nomen veſtrum.Et erit menſis ex menſe, & ſabbatum ex ſabbato,i.dies vna pro alia in ſabbatum. *Pſalmo 109* *Iſaiæ 66.*

451 Eſtne mutata lex? Nónne ex Pauli aperta ſententia mutata videtur? Tranſlato(inquit)ſacerdotio neceſſe eſt, vt & legis trãſlatio fiat.Sed quomodo verbum Domini manet in æternũ,vt Propheta canit?Et quomodo verificatur dictum Chriſti:Nõ veni ſoluere legem,ſed adimplere?An fortè de lege ſacerdotali loquitur Apoſtolus, vt ipſemet videtur innuere, dicens:Lex enim conſtituit homines Sacerdotes,infirmitatem habẽtes,ſermo autem iuſiurãdi,qui poſt legem eſt,filium in æternum perfectum? An per legem Paulus teſtamentum intelligit?Quod ipſe innuit,dicens:Nunc autem melius ſortitus eſt miniſterium,i.ſacerdotium,quantò & melioris teſtamenti Mediator eſt. Quod confirmat oraculo Ieremiæ,dicentis: Ecce dies veniunt (dicit Dominus) & conſummabo ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Iehuda teſtamentum nouum,non ſecundum teſtamentum quod feci cum patribus eorum. *Hebr.7.* *Pſalmo 118* *Matth.5.* *Hebræ.8.* *Ieremiæ 31*

452 Cur teſtamentum mutatum eſt, & in quale? Nónne,cur mutatum ſit,ſubinfert Ieremias, à Paulo ibidem citatus, dicens: Quoniam ipſi non permanſerunt in teſtamento meo,ego neglexi eos? Teſtamentum autem illud conſtituebat patres hæredes terræ inferioris promiſſæ, quod neglexerunt.Nam primò quando exploratores retulerunt,quæ viderãt in promiſſa terra,adeò illam contempſerũt,vt indignatus Deus iurauerit, quòd nullus eorum intraret in ipſam, niſi Ioſueh filius Nun, & Caleb filius Iephune,vt in libro Numerorum legimus.Poſtea multoties tranſgreſſi ſunt præcepta ipſius Dei,iure teſtamentario data.Vnde arca vbi erat Lex dicebatur arca teſtamenti.In ſubſtituto verò teſtamẽto promittitur nobis regnum cœlorum,dummodò ſeruemus pactũ fidei & baptiſmi,iuxta illud: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. *Ibidem Hebræ.8.* *Num. 13.14* *Marc. vlt.*

453 Fuít ne confirmatum huiuſmodi teſtamentum?Nónne Paulus id apertè declarat,dicens:Teſtamentum in morte cõfirmatur? Alioquin non valet teſtamentum viuente eo qui teſtatus eſt. Hinc lecto mandato legis à Moſe omni populo,accipiens ſanguinem vitulorum & hircorum, cum aqua & lana coccinea & hyſopo ipſum quoque librum & omnem populum aſperſit,dicens:Hic eſt ſanguis teſtamẽti,quod mandauit vobis Deus vt in Exodo legimus. Morte enim animalium confirmatũ eſt teſtamẽtum ſanctificans hominem animalem.Sed teſtamentum rerum cœleſtium cõfirmatum eſt intercedente morte hominis cœleſtis: Chriſti videlicet filij *Hebræ.9* *Exodi 24*

Dei viui. Hinc ait Apoſtolus: Vt morte intercedente in redemptionem earum præuaricationum quæ erant ſub priori teſtamento, repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt æternæ hæreditatis.

454 Súntne mutata præcepta cæremonialia? Nónne Theologi omnes vno ore id aſſerunt? Sed ſi mutata vel abolita eſt lex, vel ſaltem ex parte, quomodo Chriſtus venit eam adimpleturus, vt ipſe ait? Non quippe mutata eſt lex cæremoniarum, ſed cæremoniæ, in meliores videlicet cæremonias? Nam quicquid virtutis erat in agnis, hircis, vitulis, paſſeribus, columbis, ſpiris, laganis, ſimila, oleo & huiuſmodi, perfectiſſimè fuit & eſt in Chriſto, qui eſt quoddam totum, vt Dionyſius inquit. Hinc ipſe Chriſtus dixit: Cùm exaltatus fuero à terra (oblatus videlicet in ſacrificium ſuper ara crucis) omnia & omnium virtutem traham ad me ipſum. Nam ipſe oblatus ſatisfecit pro omnibus, & perfecit omnia.

Theologi. *Matth. 5.* *Dionyſ. de diui. nomin.* *Ioannis 12*

455 Súntne mutata præcepta iudicialia? Nónne hoc clarè patet, cùm amplius nõ lapidetur adultera, nec blaſphemus, nec abutens beſtia & huiuſmodi qui in lege plectebantur? Sed vnde hæc mutatio iudicij, cùm ſcriptũ ſit: Ego Dominus, & non mutor? Manet quippe idem iudiciũ, eadémque ſententia contra hos ſceleſtos: Sed cùm Redemptor ſoluerit pro eis debitum, vigore illius abſolutionis iam factæ abſoluuntur & liberãtur à pœnis in lege taxatis, ſtante ſemper lege, quæ requirit pœnam vbi culpa fuit. Et hanc pœnam ſuſcepit ipſe Chriſtus caput pro omnibus membris: iuxta illud: Languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit.

Leuiti. 20. & 24. *Malach. 3.* *Iſaiæ 53.*

456 Quomodo precibus Moſi orantis Deus pepercit populo idolatræ, morte & deſtructione digno? An quia tantùm valuit oratio Moſi deprecantis, & memorantis promiſsionem factam patribus de terra ſancta poſteris tradenda? An id fuit ex merito Chriſti venturi in mundum ſuo tempore, ſed occiſi ab origine mundi, vt Iohannes ait? Nec enim aliqua remiſſio fit abſq; Euangelio, & Euangeliũ totum dependet ab illo, in cuius nomine ſolummodò oportet homines ſaluos fieri, vt Petrus docet. Vnde nõ ſolùm hæc remiſsio, ſed quæcunque ſub lege, aut ante legem facta eſt, virtute & meritis vniuerſalis redemptoris facta fuit, vt ſuprà declarauimus.

Exodi 32 *Apocal. 13* *Actor. 4*

457 Cùm per Moſem orantem remiſsio impetrata fuerit, cur dicit Deus in Ieremia, quòd non vult parcere populo, licet Moſes & Samuel intercedant? Nónne orante Daniele promiſit Deus parcere populo ſuo per Gabrielem, qui & hebdomadarum myſterium propoſuit? Et ad orationẽ Ionæ pepercit Niniuitis? Et domui Achab, qui immania ſcelera perpetrarat, partim pepercit ad orationem & humiliationem ipſius ſceleſtiſsimi, adeò vt dixerit Eliæ: Nónne vidiſti Achab humiliatum coram me? ideò non inducam malum in diebus eius. An igitur paratus eſt exaudire ante promulgationem ſententiæ? Sed ipſa promulgata non flectitur. Quamuis magni viri intercedant. Et hoc eſt, quod per Ieremiam dicitur: An ſine merito redemptoris non exaudit, nec Moſem, nec Noeh, nec Iob, nec Danielem orantem? Hinc Daniel ait: Neque in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces, ſed in miſerationibus tuis multis. Quarum quidem miſerationum

Ieremiæ 15. *Daniel. 9* *Ionæ 3.* *3. Reg 21* *Daniel. 9*

potiſſima fuit miſſio filij ſui: de cuius aduentu ſtatim meminit, etiam tempus per hebdomadas ſuas deſcribens.

458 Quomodo Deus (vt deplorat Ieremias) occidit omne pulchrum? An de Ieruſalem inferiori eſt ſermo: quæ à Chaldæis expoliata fuit, pulchrioribus occiſis, vel in captiuitatem abductis: An (vt ad myſticum ſenſum vertamus ſermonem) quando homo peccato mortali ſubiicitur, tunc auffertur ab eo omne bonum & pulchrum? Quod verum pulchrum (ſecundum Platonicos) eſt ipſe Deus: qui ab anima peccante recedit. An (vt allegoricè loquamur) tradidit Deus omne pulchrum in mortem: quia Apoſtolos & omnes eius præcipuos & pulcherrimos ſub martyrio & morte concluſit? Quod Chriſtus antè prædixerat, dicens. Tradet frater fratrem in mortem & inſurgent filij in parentes, & morte eos afficient: & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. *Thre. 2* *Platonici.* *Mar. 13*

459 Cur Chriſtus vult cultores ſuos per multas tribulationes introire in regnum Dei? An, quia (vt Gregorius ait) quod fornax auro, quod lima ferro, & quod flagellum grano, hoc facit tribulatiò homini iuſto? An, quia lege ſancitum eſt, vt non poſſimus gaudere in vtroque regno, mundano videlicet ac cœleſti? Hinc quantò magis homo ſeipſum priuat gaudiis in hoc mundo, tanto maiorem portionem ſibi reſeruat in ſæculo futuro? Quemadmodum Abraham diuiti, petenti refrigerati linguam à Lazaro, dixit. Recepiſti bona in via tua, & Lazarus ſimiliter mala. Nunc verò hic conſolatur, tu autem cruciaris. Propterea Dauid canit. Secundùm multitudinem dolorum meorum conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam. *Actor 14* *Gregor.* *Luce 16* *Pſalmo 93*

460 Fuítne patribus indicta tribulatio? Nónne Deus deduxit populum ſuum per deſertum quadraginta annis: antequam introduceret ipſum in promiſſam terram, veri regni, veræ pacis & veri gaudij figuratiuam? Sed tendentibus ad veram terram viuentium aliter decertandum eſt. Hinc Prophetæ, qui aliquatenus viderunt diuina, & ad ipſa aſpirarunt, per viam violentiæ & martyrij deducti fuere: vt Saluator perhibet, dicens. Ecce ego mitto ad vos Prophetas & ſapientes & ſcribas, & ex eis occidetis & crucifigetis & flagellabitis. Et Apoſtolus, Lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt. Circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus. *Numero 14* *Mat 23* *Hebræi 11*

461 Quomodò Deus ſtatuit timenti ſe viam, quam eligit: vt Propheta canit? An (vt Plato innuit) quia reuertenti animæ ad corpus, vt melius expurgetur, datur optio vitæ & ſtatus, vt eligat quam malit? An, cum varia ſint itinera perducentia ad Deum, vnicuíque datur norma viuendi iuxta viam, quam eligit. vt Paulus innuit, dicens. Qui ſine vxore eſt, & cœlibem videlicet vitam ducere ſatagit, ſolicitus eſt, quæ Domini ſunt, quomodò placeat Deo. Qui autem cū vxore eſt, ſolicitus eſt, quæ ſunt mundi, quomodò placeat vxori. Et mulier innupta & virgo cogitat, quę Domini ſunt vt ſit ſancta corpore & ſpiritu. Vnde duabus ſororibus dixit Chriſtus, pri- *Pſalmo 24* *Plato.* *1. Corint. 7*

mò ei, quæ vitam actiuam elegerat. Martha, Martha ſolicita es, & turbaris
Lucæ 10 erga plurima. Alteri autem, contemplatiuæ videlicet. Porrò vnum eſt neceſſarium, vacare, ſcilicet ſoli Deo.

Pſalmo 134 462 Mutauítne Deus populum? Nónne canit Vates. Quoniam Iahacob elegit Dominus, & Iſrael in poſſeſſionem ſibi? Et plæriſque in locis
Ibidem 66 habetur, quòd Iſrael eſt hæreditas eius peculiaris. Sed nónne idem Prophe-
Iſaiæ 66 ta alibi dixit. In omnibus gentibus ſalutare tuum? Et Iſaias. Annunciabũt gloriam meam gentibus: quæ nó audierunt de me. Et per Oſæam dicitur.
Oſeæ 2 Vocabo non plebem meam plebem meam. Et quomodò hoc? Nónne Ba-
Matthei 3 ptiſta exponit, dicens. Potens eſt Deus ex lapidibus iſtis, Gentilibus videli-
Ibidem 21 cet, ſuſcitare filios Abrahæ, & Iſrael videlicet? Vnde Deus non mutat populum Iſrael: ſed ex non Iſrael facit Iſrael. Sed nónne ſcriptum eſt. Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum? Nónne gens faciens fructum eſt Iſrael, militans videlicet ſub Deo aut hæres Dei? Nam Iſrael vtrunque ſignificat: vt ſupra declarauimus.

Ieremiæ 13 463 Quid eſt lumbare, quod veſtiuit Ieremias, & poſtea abſcondit in petra Euphratis? Nónne eſt populus Iſrael (ſicut ipſe Deus declarat in textu) quem ſibi adhærere fecerat, ſicut illud cinctoriũ adhæret lumbis? Sed cur abſcondi iubetur in foramine petræ in ripa Euphratis? Nónne, quia populus ille præuaricans ſaluari debebat in petra illa, quæ (vt Apoſto-
1. Cor. 10 lus ait) erat Chriſtus? Sed cur computruit? An forſitan, quia petra illa non curauit de eo: nec ſeruauit ipſum? Sed nónne dicitur in capite ſequẽti. Quare futurus es quaſi colonus in terra: Et iterum. Tu autem in nobis es Domine, & nomen tuum inuocatum eſt ſuper nos. An computruit, quia
Ieremiæ 14 mori debebat, vt viueret meliori vitæ? Et hoc virtute lapidis illius, de quo dicitur. Qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur: vt ſcilicet melius redintegretur. Et lapis iſte eſt ripæ fluminis egredientis è paradiſo, &
Matthei 21
Geneſis 2 emanantis à fonte illo vitæ: cuius virtute omnia viuificantur.

464 Cur Deus per tam vile exemplum explicuit negocium adeò ſublime? An, quia, cum in Deo nihil turpe ſit, exemplo aliquo dehoneſtari nequit: nec in illis, quæ ſibi membra & actus humanos vendicauit, eſuriem videlicet, ſitim, laſſitudinẽ & huiuſmodi? Immò per animalia quoque muta effigiari voluit: per agnum videlicet, ouem, leonem & huiuſmodi. An, vt myſterium, innueret, quòd videlicet populus Iſrael, dum ipſum debitè coleret, cætera membra, quæ ignominioſa erãt in idolis, honeſtabat? Hinc & ipſe Chriſtus non erubuit fateri ſe veſtitum & cibatum ab erogantibus
Ibidem 25 eleemoſynas. Quod figuratum fuit in Noeh: cuius nuditas operta fuit pal-
Geneſis 9 lio duorum filiorum, ideſt conuerſione Gentilium: vt Hieronymus in al-
Hieronym. tercatione contra Luciferianum diffuſè diſſerit.

465 Cur Gentes, quibus Deus per Chriſtum oſtendit gloriam ſuam, non fuerunt à principio illuminatæ? Nónne videmus ſolem, vnicam mundi totius lampadem, omnia, omnémque mundi partem illuſtrare; non ta-
Eccleſiæ. 1 men omnes ſimul & ſemel, ſed nunc regionem Orientalem, nunc Occidentalem, nunc Meridionalem, & nunc Aquilonarem? Vnde Sapiens ait,

Generatio præterit,& generatio aduenit. Oritur ſol & occidit: & ad locum ſuum reuertitur ibique renaſcens gyrat per Meridiem, & flectitur ad Aquilonem. Pari modo facit verus ſol iuſtitiæ Chriſtus: qui omnes homines illuminat, diuerſis tamen & congruis temporibus. Vnde idem Sapiens proſequitur, dicens. Luſtrans vniuerſa, in circuitu pergit ſpiritus: & *Ibidem*
in circulos ſuos reuertitur.

466 Quæ eſt meretrix illa, de qua Nahum Propheta meminit? Nónne *Nahum 3*
eſt ciuitas Niniue, aut Babylon, aut quæcunque regio peccatrix: cui per *Ieremiæ 3*
Ieremiam dicit Dominus. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, & ego ſuſcipiam te? Sed cur Deus dimiſit populum aliquem fornicari, vt ipſum poſtea ſuſciperet? Nónne, quia (vt *Rom. 5*
inquit Apoſtolus) vbi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia? *Zohar.*
Hac de cauſa (vt Zohar inquit) permiſit Deus terram ſanctam & electam poſſideri à Chananæis maledictis: & duxit populum in Ægyptum: antequam ſplendore legis ipſum illuſtraret: permittítque denique totum genus humanum infici labe peccati: vt per gratiam liberati mortales meliorem ac ſublimiorem gradum ſortiantur. Quæ myſteria ſiquis cognoſceret, cognoſceret vtique, quòd Deus omnia cum beneficio creaturarum diſponit. Quod Deus volens oſtendere Moſi, hoc ſcire cupienti, dixit. Oſtendam tibi omne bonum, ideſt omnia benefacta fuiſſe: vt ſupra *Exo li 33*
diſſeruimus.

467 Quæ princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo: vt Ieremias more tragico conqueritur? An de Ieruſalem loquitur, in qua regnarunt Dauid & Salomon: qui alias prouincias ſibi ſubiecerant? An de familia Iſraelitica eſt ſermo: quæ lactabatur immediatè à Deo, aliæ verò prouinciæ & nationes mediante ipſa (vt ſcribitur in Zohar, & in eo libro, cui titulus eſt porta lucis) nunc autẽ facta eſt ſub tributo, ſeruiens omnibus nationibus? Cùm vbique terrarum diſperſa ſit, ſemper ſeruiens ſub vectigalibus & tributis, quæ Hebræi ſoluunt principibus nationum. Sed (vt ad moralem ſenſum conuertamur) nónne anima eſt princeps omnium creaturarum (cum omnia homini ſint ſubiecta) Sed, quando in peccatum cadit, eſt ſeruiens Diabolo & peccato: Iuxta illud Saluatoris. Qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati: & Diaboli videlicet, qui ad peccatum eum induxit.

Thre. 1 — *Zohar* — *Porta lucis.* — *Pſalmo 8* — *Ioannis 8*

468 Quis & quomodò deſtructus fuit ab emundatione: vt Propheta *Pſal. 88*
canit: Nonne loquitur de Chriſto Domini, ideſt populo Dei vncto chriſmate: quod Hebræi Sachinam vocãt: vt diximus? Qui populus deſtructus fuit ab emundatione: quam Hebræi טהר Tahar vocant. Et hæc requirebatur in ſacrificio, in ſacrificante, & in loco, vbi ſacrificabatur cuius contrariũ eſt טמאה Tumah, quod apud Latinos pollutum aut immũdum interpretatum eſt. Tunc enim populus Dei deſtructus & priuatus fuit emundatione quando ductus eſt captiuus in terras pollutas, priuatus ſacrificiis & cultu diuino. Et hoc præcipuè à mille & quingẽtis annis citra, propter immane ſcelus contra Meſſiam & Chriſtum Domini perpetratum. Quam ſententiam incurrunt omnes ſubiecti ſordibus peccatorum.

Ibidem *Thre.1* 469 Quomodò exaltata eſt dextera deprimentium eum: vt Dauid canit? Nónne id declarat Ieremias, dicens. Facti ſunt hoſtes eius in capite: & inimici eius locupletati ſunt? Quod verificatum eſt non tantùm de Chaldæis deprædantibus Ieruſalem, & de Tito & Veſpaſiano obſidentibus & deſtruentibus ipſam, & captiuantibus populum: Sed de quocunque principe, qui ob eorum duritiem & impœnitens cor deprimit, expellit, & eos malè (vt decet) tractat. Quia iam traditi ſunt in captiuitatem. Nec enim debet quiſquam contra Dei ſententiam præſumere. Hinc eis fauentes tandem malè ſe habent: fauentes, inquam, in vſuris, & aliis multis, quæ illicitè faciunt.

Nahum 1 *Geneſis 2* 470 Quæ flumina & cur in deſertũ vadunt: vt Nahum perhibet? Nónne quatuor flumina (vt in Geneſi dicitur) egrediuntur è voluptatis horto ad irrigãdã vniuerſam terrã, non aqua hac materiali, ſed aqua illa, de qua *Iohannis 4* Saluator ait. Qui biberit ex aqua, quam ego dedero, fiet in eo fons aquæ *Ibidem* ſalientis in vitam æternam? Hæc autem aqua vitæ & ſalutis ante Meſſiæ *Lucæ 19* aduentum ſolos Iudæos irrigabat (quia ſalus ex Iudæis eſt: & ſalus domui Zachæi data dicitur, eo quòd & ipſe eſſet filius Abrahæ) Gentilibus tunc temporis aridis remanentibus, niſi quatenus ab Hebręis aliquid ſuſcipiebant. Adueniente autem Chriſto, tunc aqua hæc irrigauit vniuerſam terram, & loca arida & deſerta à diuino influxu. Vbi, tanquàm in locis propriis, habitabant dæmones, vpupæ, Harpyiæ, Lamiæ, & omne dæmonum genus: quorum proprium eſt habitare loca deſerta. Nam huiuſmodi erãt plena idolis dæmoniorum. Hinç habetur quemadmodum populus in melius mutatus ſit: ſicut & alia, quæ commemorata ſunt. Iuxta illud Iohan-*Apoc. 21* nis. Et dixit, qui ſedebat in throno. Ecce noua facio omnia.

Ieremiæ 23 *Apoc. 19* *Iſaiæ 53* 471 Quando (vt Ieremias ait) ſuſcitabitur Dauid Rex iuſtus & ſapiens, faciens iudicium & iuſtitiam in terra: & cur ſic nominatus? Nónne id completum fuit in Chriſto, qui dicitur Rex Regnum & Dominus dominantium? Iuſtus autem ab Iſaia dicitur, vbi habetur. In ſcientia ſua iuſtificabit *Iohannis 5* *Mat 12* ipſe iuſtus ſeruos meos, & iniquitates eorum ipſe portabit. Fecítque iudicium: cum omne iudicium dederit ei pater. Et fuit ſapiens ſuper omnes ſapientes. Sicut ipſemet teſtatur, dicens. Ecce pluſquam Salomon hic. Vocatus quoque fuit Dauid, qui manum per ghemeteriah, ideſt per numeros *Exodi 17* *Lucæ 1* importat. Fuit enim manus ſedens ſuper ſede Dei à dextris patris, pugnãs contra Hamalech, ideſt Diabolum à generatione in generationem: vt in Exodo habetur. Cuius continuæ pugnæ Dauid in ſuis præliis typum geſſit. An dictus fuit Dauid, quia ſicut Iohannes venit in ſpiritu & virtute Eliæ præcedentis: Sic Dauid præiuit in ſpiritu & virtute Chriſti ſubſequentis: Hinc ſæpè de Chriſto vaticinans ipſe Dauid loquitur in perſona propria. In cuius Chriſti virtute fecit hymnos apud omnes nationes celeberrimos: tanquam præambulam quoddam ſalutis in omnes gentes ab ipſo Chriſto conferendæ.

Ieremiæ 33 472 Quando completũ fuit illud Ieremiæ alibi tactum de ſalute Iehudæ & Iſraeli danda, poſtquam germinauerit Dauid germen iuſtitiæ? An

fuit completum oraculum in primo Chriſti aduentu? Sed quomodo eſt ſaluatus Iehuda,& Iſrael habitat confidenter: vt ibidem dicitur? An igitur verus Iehuda eſt ille, qui confitetur Chriſtum,& verus Iſrael ille, qui militat ſub Deo? An hoc intelligitur non de principio regni Chriſti, ſed de toto eius progreſſu? Nam poſtquàm cœpit regnare, ſemper regnauit & regnat ſedens à dextris Dei, donec omnium aſſumat perfectum dominium. Iuxta illud Apoſtoli. Oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius. Tunc enim regnabit patenter. An regnat per ſemen ſuum, ideſt regeneratos ab eo pontifices ac prælatos? Et hoc pacto verificatur oraculum, dicens. Sicut nunquam erit irritum pactum meum cum die & nocte: Sic non deficiet ex Dauide filius, qui regnet in throno eius. Quo ſenſu intelligitur illud veri Dauidis. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua. *1. Corint. 15* *Ieremia 33* *Luca 22*

473 Vnde habuit Dauid, quòd venerit ad tãtum gradum? Nónne id fuit ex electione? Iuxta illud Apoſtoli. Elegit nos ante mundi conſtitutionem. Sed nónne ſicut præuidetur homo, ſic poſſunt etiam præuideri operationes, propter quas ſaluatur? Nónne Theologi dicunt, quòd nihil mouet Deum ad prædeſtinandum hominem: quia nullo obiecto extrinſeco moueri poteſt? Cùm ſola mera volũtate eligat & prædeſtinet. Iuxta illud prophetæ. Saluum me fecit, quoniam voluit me. Et iterum. Saluum faciet eũ, quoniam vult eum. Sed nónne Deus in Zacharia ait. Cõuertimini ad me, & ego conuertar ad vos? Omnes itaque Deus eligit & vocat gratia præueniente: Sed niſi cooperemur electioni & vocationi, non habebimus gratiam cooperantem & iuſtificantem. Et hoc clarè patet in duobus Regibus: quorum vnus, Saul videlicet, electus fuit ad regnum. Sed, quia voci Dei non obediuit, ablatum fuit ab eo regnum. Alter verò, Dauid videlicet, quia obediens fuit, confirmatus fuit in regno. Præueniẽtis igitur electionis non eſt ratio: effectus autem conſequentis ratio eſt cooperatio noſtra ſimul cum Deo. *Ephes. 1* *Theologi.* *Pſalmo 17 & 21* *Zac. 1*

474 Cur Dauid electus fuit de Betlehem ad regnandum ſuper Iſraelem & Idumæam? Nónne, quia geſſit typum elegantiſſimum illius, qui eſt verus panis vitæ, qui venit ad præſtandam vitam & regnum Iſraeli, ideſt homini ſpirituali, & Edom, ideſt homini animali: Edom enim (vt ſæpius dictum eſt) carnem & ſanguinem, vel animalem hominem ſignificat. Venit autem ad dandam ſalutem vtrique. Iuxta illud. Homines & iumenta ſaluabis Domine. Quæ quidem ſalus & vita datur ex pane illo, de quo ſcriptum eſt. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Ideò venit de Betlehem, quæ domus panis interpretatur. *Pſalmo 35* *Ioannis 6*

475 Cur hic Propheta veritatis vocat omnes mortales vanos ac mendaces: cum Iohannes dicat. Gaudeo, quòd audiam filios meos in veritate ambulare? Et prophetæ omnes nónne loquebãtur veritatem? Nónne cum Deus ſit veritas & Diabolus pater mendacij (vt Chriſtus ait) hinc, cum primus parens venenum ſerpentinum ſuſceperit, quo totam poſteritatem infecit, omnes homines illo veneno deprauati, mendaces ſunt? Si verò ab *Pſalmo 115* *3 Ioannis* *Ioannis 8*

illo expurgati, Deo veritati adhærent, tunc veraces ac diuini ſunt. Quales fuerunt prophetæ, qui non à ſemetipſis loquebantur. Sed quæcunque ſuggerebat illis ſpiritus ſanctitatis ac veritatis.

Ionæ 3 476 Nónne Ionas fuit mendax Niniuitis, quia prædicauít eis ruinam, poſt quadraginta dies futuram, quæ minimè euenit? An, quia non obediuit primæ voci Dei mittentis ipſum ad Niniuitas, inuentus fuit mendax? Non quippè aufugit à Deo: Sed declinauit à tribunali iuſtitiæ, ne eſſet Aſſyriis tam durus nuncius. Aufugit autem in Tharſis, non quippè ciuitatem illam Ciliciæ, Paulo glorioſam: ſed in mare. Sic enim Tharſis interpretatur: vt benè ſentit Hieronymus. Sed cur id fecit? An, vt fugeret ſpiritum propheticum: qui non deſcendit in mare: vt aliqui Hebræorum dicunt? Sed, cum ipſorum ſecretiores Theologi dicant, quòd in mari ſit vna quatuor portarum cœli, relinquemus eos, vt conueniant, antequàm eis adhęreamus. An igitur fugit ad mare & ad aquas, quæ ad tribunal miſericordię pertinent: vt Niniuitis veniam impetraret? Quod & fecit, ſuſcepta prius in ſe ſententia pro Niniuitis. Hinc dixit. Propter me venit hæc tempeſtas. Mittite me in mare ſuſcepturum videlicet pro Niniuitis ſententiam. Sicut Chriſtus pro humano genere in ſe ſententiam ſuſcepit. Propterea dixit. Non dabitur vobis ſignum, niſi ſignum Ionæ prophetæ. Et ſicut Chriſtus, quamuis pro omnibus obtinuerit veniam, prædicari tamen voluit pœnitentiam per Præcurſorem: Ita Deus voluit prædicari Niniuitis pœnitentiam per Ionam: vt vtrique per reuerſionem ad Deum mutationem ſententiæ confirmarent. Fuit igitur Ionas verax propheta proclamans Dei ſententiam, quæ mutata eſt, & ablata ab eis, qui mutata vita reuerſi ſunt ad Deum.

Hieron. ſuper pſal. 47 — *Sec. Theolo.* — *Ionæ 1* — *Mat. 12* — *Ibidem 3*

477 Cur in tertio millenario, & dimidio quarti abundauit prophetia? An, quia decuit, vt in tertio & quarto millenario ij, qui ex oraculo Eliæ, debebant eſſe ſub lege, vigerét etiã prophetia, quæ media fuit inter legem & Euangeliũ atque Chriſtum prophetatum? An, vt cõcors eſſet ſucceſſus humani generis cũ ſucceſſit ętatis particularis hominis? In principio enim quod eſt penè tertia pars vitæ, in pueritia & adoleſcentia videlicet, homo eſt vacuus omni virtute. Sicuti mundus in duobus primis millenariis, fuit vacuus lege, prophetis & Euangelio: iuxta Eliæ oraculum. Et ſicut homo in ſecunda parte ætatis, iuuentute videlicet ac virilitate, incipit moderari ſe legibus, ac vigere ingenti ac excellenti ſpiritu: Sic & mundus in duobus his ſecundis millenariis, tertio videlicet ac quarto, decoratus fuit lege & prophetiis. Et ſicut homo in primo & ſecundo ſenio mentem adeptus, occulta penetrando, quieſcit in vera rerum doctrina: Sic etiam mundus in quinto & ſexto millenario gaudet in patefactis arcanis: amoto figurarum & vmbrarum velamine: vt Apoſtolus ait.

1. Cor. 3 — *Danielis 9.*

478 Quomodò prophetiæ aut viſiones ſunt ſigillatæ & terminatæ: vt Daniel ait? Nónne, quando ſigillantur literæ, confirmantur, & datur eis robur, & terminantur, ita vt nihil amplius eis addi poſſit? Pari modo aduueniente Chriſto (ſicut Gabriel prædixerat) iñ fine ſeptuaginta hebdomada-

rum annorũ videlicet, corroboratæ ſunt prophetiæ omnes, & adimpletæ in ipſo. Sicut ipſe Chriſtus oſtẽdit duobus diſcipulis ſecum in Emaus euntibus. Incipiens enim à Moſe & prophetis (vt Lucas narrat) interpretatus eſt illis ſcripturas. Sunt nanque prophetiæ tunc adeò terminatæ, vt nihil eis addi queat. Hinc Iohannes in reuolutione Pathmotica prædicens, quæ dicenda erant de Chriſto, & de Eccleſia ſua, in calce libri appoſuit. Qui addiderit ad hæc, addat ei Deus plagas. Quibus verbis innuit quòd prophetia eſt adeò terminata, vt nihil ei addi poſſit. *Luce 24* *Apoc. vlt.*

479 Eſt ne completa omnis prophetia? Nónne dixit Chriſtus. Neceſſe fuit impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moſi, Prophetis & Pſalmis de me? Sed, ſi omnis prophetia in Chriſto fuit adimpleta, quid prophetauit Iohannes in Apocalypſi? An igitur completa fuerunt omnia, quæ prædicta erant de primo Chriſti aduentu? Sed Iohãnes prophetauit de progreſſu Eccleſiæ iam fundatæ: & de iis, quæ facturus eſt ipſe Chriſtus in ſecũdo aduentu: & de fabrica regni & ciuitatis ſupernæ, nobis donãdæ. Et de huiuſmodi complendis per Chriſtum extant aliquot oracula Prophetarum nondum completa, ſed complenda. Vt illud Sophoniæ. Reddam populis labium electum: vt inuocent omnes nomen Domini, & ſeruiant ei humero vno. Quod erit: quãdo (vt Chriſtus ait) fiet vnum ouile & vnus paſtor, deſtructa penitus inimica morte. Hoc interim iubet pater ſtare Chriſtũ à dextris eius (vt Apoſtolus inquit) donec redigat omnes inimicos eius ſub ſcabellum pedum eius, ideſt ſub terram: quæ eſt ſcabellum pedum Dei: vt ipſe in Iſaia ait. *Luce 24* *Sopho. 3* *Ioannis 10* *1. Corin. 15*

480 Quando habitabit (vt Iſaias ait) Lupus cum Agno? An id erit in ſecundo Chriſti aduentu? Sed videtur, quòd de primo loquatur Vates. Præfert enim illud, quod omnes interpretantur de primo aduentu, ſcilicet. Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcẽdet: & requieſcet ſuper eũ ſpiritus Domini: & quæ ſequuntur, vſque ibi. Et habitabit Lupus cum Agno. Sed nónne neceſſario de ſecũdo aduentu intelligitur id, quod interſerit Vates. Et ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium, ideſt Antichriſtum? Sicuti Paulus exponit, de ipſo loquens, dum ait. Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui. An igitur de vtroque aduẽtu, aut de perpetuo Chriſti regno loquitur oraculum: ſub quo habitat Lupus cum Agno, ideſt duritiies iuſtitiæ cum leni miſericordia? Iuxta illud. Miſericordia & veritas obuiauerũt ſibi: iuſticia & pax oſculatæ ſunt. Et hæc ſedes & domus Iahacob, in qua Gabriel prædixit Chriſtum eſſe ſeſſurum. *Iſaie 66* *Ibidem 11* *2. Theſſ. 2* *Pſalmo 84* *Luce 1*

481 Quando reſtituetur regnũ Iſrael: ſicut Lucas innuit? An hoc intelligitur de regno temporali? Sed, cum mutatũ fuerit dominiũ illud lunare, creſcens vſque ad Dauidem & Salomonem, & decreſcens vſque ad Sedechiam in regnum ſolare, quod eſt ſub Chriſto Ieſu ſole iuſtitiæ (qui natus eſt, nobis, & qui eſt verus Dauid, germen iuſtũ, faciens iudicium & iuſtitiam) non debet retrotrahi regnum hoc, nec reduci ad lunare mobile: cum ſtabilitum ſit in ipſo vero ſole Chriſto Ieſu. An igitur intelligi debet *Actor. 1*

hoc de regno, ſub iſto ſole Chriſto acquiſito? Sicut Ieremias expreſſè innuit, dicens. In diebus illis germinare faciam Dauid germen iuſtum. Et
Ieremiæ 33 immediatè ſubinfert. In diebus illis ſaluabitur Iehuda: & Iſrael habitabit confidenter. Sed quomodò Iſrael, qui nunc diſperſus eſt ſub iugo ſeruitutis, habitat confidenter? Nónne per Iſrael intelligitur (vt alibi diximus) omnis Deo militans, vel hæres Dei? Cuiuſmodi ſunt Chriſtiani: quibus à ſumma veritate promiſſum eſt regnum: & datũ in pignus & arrham corpus & ſanguis ipſius Teſtatoris. Hi autem, qui diſperſi ſunt Hebræi, reliquiæ Iſrael dicuntur.

Iſaiæ 10 *Sopho. 3* *Zac. 14* 482 Quando reliquiæ Iſrael (vt Iſaias ait) ſaluæ fient? Et ſi non citius, ſaltem quando (vt Sophonias ait) inuocabunt omnes nomen vnum, & adorabunt Deum humero vno. Quod etiam Zacharias teſtatur, dicens. In die illa erit Dominus vnus: & nomen eius vnum. Sed quando hoc erit? Nónne ipſe Zacharias paulò ſuperius inquit. Erit vna dies, quæ nota eſt Domino? *Actor. 1* Nam (vt Chriſtus dixit) non eſt noſtrum noſſe tempora vel momenta: quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Et id, quia aliquando differendum, aliquando abbreuiandum eſt tempus, pro qualitate præmiandorum, ſiue puniendorum. Quod differre vel abbreuiare ad patrem propriè ſpectat, qui habet plenitudinem poteſtatis.

Thre. 3 *Iſaiæ 30* 483 Cur bonum eſt (vt Ieremias ait) præſtolari cum ſilentio ſalutare Domini? An, quia virtus magis roboratur in ſilentio? Iuxta illud Iſaiæ. In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra. Nam ſicut vires diſtrahuntur in multiloquio & voluptate: ita colligũtur in ſilentio & auſteritate. An, quia cum Deo non eſt importunè agendum: ſed expectandum eſt cum ſilentio & ſpe ſalutare eius? An, quia princeps pacis expectandus eſt cum ſilentio, pace, & quiete? Tumultus enim, verboſitas, lites & huiuſmodi ſunt effectus
1. Corin. 3 vitæ carnalis. Iuxta illud Apoſtoli. Cùm enim ſit inter vos zelus & cõtentio, nónne carnales eſtis: & ſecundum hominem ambulatis?

Pſalmo 17 *Iſaiæ 66* 484 Cur aſcendiſſe dicitur Dominus ſuper nubem, aut ſuper alas vẽti? An, quia ſupra nubes & ventos reſidet? Cùm pro ſede habeat cœlum: in cuius ambitu omnes nubes & venti continentur. An ſuper nubes aſcendit & deſcendit, agens nobiſcum, quia & ipſe opera eius obteguntur: ſicut ſol
Actor. 1 à nube obtegitur? Hinc dum aſcendit ad cœlos, & loca nobis occulta (vt Lucas narrat) nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum, id eſt diſcipulorum
Pſalmo 17 aſtantium: quia nec ipſi poterant plenè apprehendere myſterium gloriæ, ad quam aſcendebat. Quod apertè tangit Propheta, dicens. Volauit ſuper alas venti, poſuit tenebras latibulum ſuum: in circuitu tugurij eius ob-
Iob 22 *3. Reg. 8* ſcuritatem aquarum, & denſitates nubium. Hinc & Iob ait. Quaſi per caliginem iudicat: & nubes latibulum eius. Sic & gloria Domini apparuit in templo, velata caligine & nube. Vnde innuitur, quòd non ſolùm ipſe Deus apparet nobis in caligine, quia compræhẽdi nequit: ſed omnia opera eius ſunt nobis occulta, & præcipuè oracula. Sicut ipſe Deus in Iſaia apertè
Iſaiæ 55 perhibet, dicens. Sicut exaltantur cœli à terra: ſic exaltatæ ſunt viæ meæ à viis veſtris, & cogitationes meæ à cogitationibus veſtris. Ambulare quoque

que dicitur ſuper alas venti, vel ſpiritus, quia quicquid agit circa nos, agit mediante ſpiritu, qui ſpiritus eſt mediũ quoddam inter nos & ipſum Deũ, quemadmodum alibi diximus. *Pſalmo 103*

485 Cur Ieremias videtur ſemper habere cor triſte, & loqui cum amaritudine animi? An, quia ſuapte natura atra bili moleſtabatur? An quia demandatum ei fuerat vaticinari triſtia, ruinam videlicet Ieroſolymæ, templi, ac populi Dei? quæ omnia tragicè in Threnis decantauit. An quia abductus fuit in captiuitatem, quam non patiebatur ſachina ſua, i. diuina inhabitatio, quam ſummoperè dolebat perdere? Quamuis Hebræorum nõnulli aſſeruerint Sachinam illam ſemper fuiſſe cum populo Iſraelitico in captiuitate, decepti ex eo quòd Ezechiel & Daniel in captiuitate vaticinati ſunt. Ipſi enim ibi fuerunt, non captiui, ſed liberi, vt de Daniele expreſſè dicitur in principio ſui voluminis, vbi habetur, quòd ipſe nutritus fuit liber in aula regia. Nec authoritates ab ipſis adductæ militant, niſi ꝙ Deus ſemper habuit curam de ipſis, non autem quòd habitauerit in eis eo modo quo intelligitur Sachina. An Ieremias triſtis erat præuidens ingratitudinem non ſolùm illius Hebraici populi, qui duræ ceruicis erat: ſed etiam eorum qui Chriſtum ſuſcepturi erant, & ab eius doctrina & cultu adeò receſſuri, vt vix veſtigia Chriſtianitatis remãſura eſſent? quod noſtris temporibus clarè vidimus. *Daniel. 1.*

486 Cur Ieremias optabat ſe mortuum fuiſſe in vulua matris? An, quia exiſtimabat (vt aliqui ſentiunt) animas fœliciori ſorte præexiſtere in vẽtre matris, quàm extra? cùm exiens (vt dicunt) bibat è Lethæo gurgite, & obliuiſcatur omniũ bonorum. Sed nónne Hieronymus damnat opinionem hanc, collocans ipſam inter hæreſes? An igitur (vt aliqui Hebræi aſſerunt) quia data fuit ſententia contra Ieruſalem, quando ipſe Ieremias natus eſt? Hinc dolebat de ſua natiuitate, tanquam de occaſione tantæ ſtragis. An, quia deſtinatus erat vt proclamator eſſet tantę ruinæ? Nã melior eſt mors (vt Sapiens perhibet) quàm vita amara, & requies æterna, quàm languor perſeuerans. *Ieremiæ 20* *Hieronym.* *Eccleſiaſt. 30*

487 Cur omnes peccatores habent ſemper cor amarum, & deſcendunt vſque ad portas mortis, vt Propheta canit? An quia dereliquerũt fontem aquarum viuentium Dominum, vnde omnes veram conſolationem accipiunt? An, quia (vt Hierocles, Cato Cenſorinus, & multi Sapientes perhibent) diſſidentes ſecum nulli conuenire poſſunt? Priuantur enim harmonia & concentu, in quo omne oblectamentum conſiſtit. Hinc Proculus ait: Improbus ſecum ipſo conſentire non poteſt. Cúmq; ſecum ipſo ſemper pugnet, nimirum cum aliis conſentire non poteſt. Sed cùm Ieremias (vt dictum eſt) ſemper videatur in amaritudine eſſe, potéſtne inde adiudicari peccator? non quippe. Nam lugent boni ex zelo, cum quo luctu ſtat delectatio & beatitudo, iuxta illud: Beati, qui lugent. Lugẽt quoque damnati, nullo refrigerio alleuiati, cùm centralis ſit ipſorum dolor. Ieremias igitur concors cum Deo, & inde lætus, dolebat de aliorum perditione, & veri cultus deſtructione. Quem dolorem habent veri pœnitentes, aut pro *Pſalmo 106* *Ieremiæ 17* *Hierocles in carm. pyth.* *Cato Cenſ.* *Proculus in lib. de anima & dæmon.* *Matth. 5.*

ſuis,aut pro aliorum delictis,ſicut deChriſto dicit Iſaias:Dolores noſtros
Iſaiæ 53. ipſe portauit. Qui dolor rectus perducit vſque ad portas cœli, dolor autem peruerſorum, & perſeuerantium in malo perducit vſque ad portas mortis & inferni.

Daniel.8 488 Cur Gabriel apparuit Danieli in אילי Vlai? Nónne, vt aperiret occulta myſteria,quod ipſius proprium eſt?Sed in Vlai,quod eſt veſtibulum vel porticus templi, vt indicaretur quòd Daniel nōdum intrauerat in verum templum Dei,quod eſt Chriſtus, per quem nos mēbra eius facti ſumus quoque templum ipſius Dei,cùm mediante ipſo Chriſto Deus habi-
1.Corin.3. *Daniel.9* tet in nobis.De quo templo multa prædixit ipſe Gabriel,videlicet,quemadmodum erat deſtruendum per paſſionem, & deinceps reædificandum per reſurrectionem,iuxta illud Saluatoris:Soluite templum hoc,& in tri-
Ioannis 2. bus diebus excitabo illud. Tempus enim iſtius diſſolutionis præter alios prædixit,dicens:Et poſt hebdomadas ſexaginta duas occidetur Chriſtus. De reædificatione autem ait: Hebdomadæ ſeptem, & hebdomadæ ſexaginta duæ erunt, & rurſum ædificabitur platea & muri, templi videlicet,
Hebræ.9. & tabernaculi non manufacti,ſicut Apoſtolus inquit:Poſt ſexaginta nouem igitur hebdomadas, in ſeptuaginta iam ſuperius definitas, prædixit hæc omnia futura. Quod patet bene ſupputanti hebdomadas annorum à Daniele vſque ad Chriſtum. De quo verò templo futuro, illa prædixit in Vlai,i.in veſtibulo,non intrans in templum,quia nihil prædixit de iis,quæ fieri debebāt per Chriſtum,niſi quòd ſigillari debebat prophetia, & conſummari peccatum,& deleri iniquitas.

Daniel. 9 *2.Reg.12* *Ioan. vlt.* 489 Cur Daniel dictus fuit Vir deſyderiorum? An quia amabilis Deo? ſicut Salomon dictus fuit ידידיה Iedidiah,i.dilectus Deo,& Iohannes vocatus fuit diſcipulus dilectus. An fuit vir deſyderiorum,in hoc à Gabriele commēdatus,quia deſyderabat non tantùm reædificationem templi materialis, quæ fuit facta ſub Zorobabele & Nehemia poſt ſeptem hebdomadas,ſed veram reædificationem veri templi & Eccleſiæ, quæ ſub Chriſto fieri debebat in hebdomada ſeptuageſima? Deſyderabat (inquam) victoriam & triumphum quem conſecuturus eſt Chriſtus de Antichriſto,
1.Cor.15. abſorpta penitus(vt Apoſtolus ait)inimica morte. Quem Antichriſtum ipſe Daniel vocat ſtatuam deſolationis, ſicut ipſe Chriſtus exponere vide-
Matth.24. tur,dicens:Cùm videritis abominationem deſolationis,dictam à Daniele Propheta,ſtantem in loco ſancto.

Daniel 10. 490 Quis fuit ille princeps regni Perſarum,qui obſtitit Gabrieli viginti & vno diebus,& quomodo? An fuit aliquis homo princeps militiæ perſarum?Sed quid homo cū Angelis? An igitur fuit intelligentia regni Perſarum?cùm vnaquæque natio habeat in tutorem & præſidem, aliquā intelligentiam cœleſtem. Sed quomodo & quibus armis potuit vnus è ſe-
Lucæ 1. ptuaginta duobus principibus reſiſtere Gabrieli,qui eſt vnus è ſeptē principibus primis qui throno Dei aſtant?Reſtitit quippe nō armis & viribus ſed ratione,citās ipſum ad tribunal Dei,& oſtēdens ſuis rationibus,ꝙ populus ille nō merebat adhuc à captiuitate liberari. Sed cur viginti & vno

diebus? An forſitan, vt in hoc trino ſeptenario, numero quidem remiſſionis, impetraretur venia ab iis, qui orabant pro populo illo, & quod in primo vel ſecundo ſeptenario impetrari nequiuerat, impetraretur in tertio?

491 Cùm venerit Sanctus ſanctorum, quidnam ceſſabit: prout ex Daniele elicere poſſumus? An ceſſabit vnctio? iuxta illud commune dictum. Cùm venerit Sanctus ſanctorum, ceſſabit vnctio veſtra. Sed id neque reperitur in codicibus Hebręis, neque in Latinis. Vtrobique autem habetur quòd completis ſeptuaginta hebdomadis vngetur Sanctus ſanctorum, & ceſſabit peccatum, iniquitas & impietas. Quæ omnia ceſſarunt, quia huiuſmodi peccata per mortem Meſſiæ expiata ſunt: cùm per legem expiari nequirent, niſi morte committentium intercedente. Et ideò oraculum ait Septuaginta hebdomadæ determinatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper ciuitatem ſanctam tuam, vt conſummetur præuaricatio, & finem accipiet peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia mundorum, ſuperni videlicet & inferioris, & ſigilletur viſio & prophetia, per authentica complementa videlicet. *Daniel. 9.*

492 Cur, quomodo & quando fuit creata rationalis creatura, quæ anima dicitur? Nónne quia immenſæ bonitati diuinæ munificentia competebat, qua non tantùm in ſeipſa gauderet, ſed in plura ſe diffunderet? Cùm bonum ſit ſuapte natura diffuſiuum, vt Dionyſius, Hierocles & Boetius cum aliis ſapientibus conueniunt. Nec enim contentus fuit Deus multiplici creaturarum gradu, donec ad ſupremum deuenerit, hominem videlicet, cui ſuiipſius expreſſam tribuit imaginem. Et hoc ſolo iuſſu fecit, iuxta illud Prophetæ: Ipſe dixit, & facta ſunt. Quo autem tempore id factum ſit, ſcitu difficile eſt. An igitur infundendo creat pro vniuſcuiuſque corporis diſpoſitione, vt videtur ſentire Auguſtinus, & cum eo communis Theologorum ſchola? An creauit à principio? iuxta illud Sapientis: Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul. Sed ſi omnes animæ à principio ſunt creatæ, vbi reſident, quouſque corporibus infundantur? An igitur creata fuit moles quænam animarum ſimul, adeò vt nullam amplius animam Deus creet? ſicut ſcriptũ eſt: Ceſſauit Dominus Deus ab omni opere, quod creauerat ad faciẽdum, ſi licet pro tempore, iuxta illud: Pater meus vſque modò operatur & ego operor, ſcilicet infundendo, conſeruando, paſcendo, & cætera faciendo. *Dionyſ. de diui. nomin. Hierocl. in carm. Pyth. Boetius in 3. Met. 9 Geneſ. 1 Pſalmo 148 Auguſtin. Eccleſiaſt. 18 Geneſ. 2. Ioannis 5.*

493 Si ſic eſt quid eſt anima illa vniuerſalis? An eſt (vt Peripatetici volunt) ille intellectus agens, vnicus in omnibus abſque anima particulari? Sed ſi ſic, nónne perit tota philoſophia moralis & Theologia? cùm non in illo vniuerſali ſed particulari conſiſtat virtus honoranda & præmiãda, & vitiũ puniendum & damnandum. An igitur eſt anima illa vniuerſalis, quã Plato ideam vocat? ſicut eſt maſſa vitri in fornace, ex qua formantur varia & diuerſa vaſa particularia. Quæ quidem anima redacta in particularem formam perdit cognitionem, quam habebat illa vniuerſalis. Hinc ab Academicis & antiquis Poetis dictum eſt animam bibere è lethæo gurgite obliuionis. Nec enim videtur, quomodo opinio illa de noua anima- *Peripatet. Plato.*

Geneſ.2. rum creatione defendi poſſit cũ dicto Scripturæ, quòd ceſſauit Dominus Deus ab omni opere quod creauerat ad faciendum.

494 Vnde veniunt omnes animæ infundendæ? Nónne ab ore Dei? ſicut *Ibidem* ſcriptum eſt: Et inſufflauit Dominus Deus in nares eius ſpiraculum vitarum: nam homo ille vniuerſalis quem Scriptura Adam vocat, primò crea- *Secr.theo.* *Geneſ.2.* tus fuit, & poſitus (vt ſecretiores Theologi dicũt) in ſede vel throno Dei. Dicit enim Scriptura, poſtquàm habetur de hominis creatione. Et homo non erat in terra, qui coleret eam. Poſtea ſequitur: Et formauit Deus hominem puluerem de terra, quantum ad corpus videlicet, & inſufflauit in nares eius animam vel ſpiraculum vitarum: Nec dicit, creauit. Quamuis grauiſſimi viri dicant, quòd inſufflando creauerit. Sed hæc ex Scriptura elici non poſſunt.

495 Suntne in cœlo rationes ideales tantùm in verbo, an ideæ & formæ reales? Nónne (ſi recentiores Theologos, & communem vſum ſequi voluerimus) dicemus eſſe ſolummodò rationes ideales rerum agendarum *Auguſtin.* *ſuper Iohã. 1.* in verbo, vt lógo ſermone diſſerit Auguſtinus ſuper illud Iohannis: Quod factum eſt, in ipſo vita erat? Si autem antiquiores Theologos & Platonicos admittere lubet, dicendum eſt, quòd ſunt in cœlo formæ reales, & ideæ, non particularium indiuiduorum, ſed ſpecierum, nec tantùm hominis idea, quam Adam vocant, ſed animalium quæ Behemot, & piſciũ, quæ *Iob 40.* Leuiatan in Iob dicitur: Sicut, quando ad Iob veniemus, Deo fauente latius reſerabimus: quem Plato imitatus idem, ſub aliis tamen verbis, perhi- *Plato in Timæo.* bet dicens: Quot igitur & quales mẽs ideas inſpicit, totidem & tales hoc mundo contineri oportere excogitauit. Sunt autem quatuor. Vna quippe Deorum cœleſtium genus continet, alia volatile & aëriuagum, tertia aquæ liquoribus accommodatum, quarta terrenorum animantiũ genus. *Idẽ in Phædone.* In quarum comparatione hæc terrena & inferiora ſunt (vt ipſe Plato ait) longè deteriora, putredine & ſalſugine quadã corrupta. Vnde animæ, quæ illinc proueniunt, cùm hîc quieſcere nequeant, ad originem ſuam deuenire ſatagunt, iuxta illud Sapientis: Et ſpiritus reuertitur ad Deum, qui de- *Eccleſiaſtes 12.* dit illum.

496 Anima cur reuertitur in Deum? Nónne, quia vnumquodque con- *Geneſ 3* tẽdit reuerti ad principium ſuum? Hinc de corpore è terra ſumpto inquit *Eccleſiaſtes 1.* Deus: Puluis es, & in puluerem reuerteris. Et aquæ fluuiorum, quę ortum habent à mari, contendunt ad ipſum reuerti, iuxta illud Sapientis: Omnia flumina intrant in mare. Et iterum: Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur. Et (vt ibidem proſequitur Sapiens) oritur Sol & occidit, & ad locum ſuum reuertitur: Sic & Spiritus non tantùm reuertitur ad cœlũ, ſed *Ioannis 6.* ad eam manſionem & locum, vnde præcipuè exiuit, vt Pythagoræis placet. Quod & Chriſtus de ſeipſo atteſtatur, dicens: Exiui à Patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Nec extra ſuum locum quicquam quieſcere poteſt. Hinc cùm anima quieſcat in throno *Apoc.3.* Dei (vt in Apocalypſi dicitur) concludi poteſt cum antiquis Theologis thronum Dei eſſe locum animarum vnde venerunt.

497 Per quam ſcalam homo poteſt in Deum conſcendere? Nónne per ſcalam virtutum?iuxta illud Prophetæ:Ibunt de virtute in virtutem videbitur Deus deorum in Sion. Quam forſitã ſcalam vidit Iahacob in Betel, in cuius faſtigio,velut in Sion vel ſpecula videbaturDeus,vt Propheta canit:Nam hæc eſt ſcala, de qua Auguſtinus particularẽ tractatum ædidit, ſcala videlicet paradiſi,quam quatuor gradibus conſummat, prout à Saluatore ſe didiciſſe fatetur,qui ait:Quærite, & inuenietis:pulſate, & aperietur vobis. Quærite,legendo videlicet, quia in Scriptura habemus omnia quæ nos ad fœlicitatem ducunt. Et inuenietis,meditando & opere exequendo. Pulſate,orando & petendo vim & fauorem illius qui dixit:Sine me nihil poteſtis facere.Et aperietur vobis, contemplando,illa videlicet æterna ſpectacula,vt Ricardus exponit. *Pſalmo 83. Geneſ. 28. Auguſtin. Matth. 7. Ioannis 15. Ricardus.*

498 Quibus alis anima reuertitur ad Deum, à quo exiuit? An alis intellectus & voluntatis? An(ſecundum Platonem)actibus earum potentiarũ, ſpeculatione videlicet & operatione virtutum? An alis columbarum,quibus volare deſyderabat Propheta,dicens:Quis mihi dabit pẽnas,ſicut columbę,& volabo,& requieſcam,in loco videlicet mihi proprio & à principio præfinito? An alis amoris Dei & proximi, vt ſentit Hieronymus? An alis aquilæ? iuxta illud Deuteronomij: Sicut Aquila prouocans filios ſuos ad volandum,& ſuper eos volitans expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum. Quæ Aquila eſt Spiritus ſanctus (vt ſecretiores Theologi interpretantur) quam alio nomine Sachinam vocant, de qua pleriſque in locis tactum eſt. *Plato. Pſalmo 54 Hieronym. Deuter. 32 Secr. theol.*

499 Cùm(ſecundum Apoſtolum)opera noſtra & paſſiones,quas toleramus,non ſint cõdignæ ad futuram gloriam, ad quam properamus,quibus pedibus currere,& quibus alis ad eam volare poſſumus? An igitur nõ alis à nobis confectis,ſed gratia Dei condonatis volamus? Hinc notanter dixit Propheta:Quis mihi dabit pennas ſicut columbę?Nam recognouit illas à datore omnium bonorum dandas. An attractu quodã aſcendimus? iuxta illud Saluatoris : Nemo venit ad me, niſi Pater meus traxerit eum. An igitur attrahit latione communi,de qua dicitur ab Apoſtolo:Portans omnia verbo virtutis ſuæ? An latione particulari? ſicut Saluator in parabola ouis amiſſæ innuit,dicens: Quòd inueniẽs eam imponit in humeros ſuos gaudẽs.Et quis portat oues niſi ſummus paſtor,Chriſtus Ieſus?quod contemplans Auguſtinus in perſona Chriſti, ait : Cùm eſſes inimicus Patri meo reconciliaui te, humeris meis portaui te, Patri meo reddidi te, à quo ſcilicet veniſti. Quod Moſes iam prædixerat,dicens: Portauit eum in humeris ſuis.Et anteà:Portauit te Dominus Deus tuus,vt ſolet homo geſtare paruulum ſuum,donec venires ad locum tuum. An portat,exonerãdo nos onere peccatorum, quo exonerata anima cœlum conſcendit, naturali inclinatione ſibi à principio indita?Hinc Iſaias ait:Poſuit in eo Dominus iniquitates omnium noſtrûm. *Romanor. 8. Pſalmo 54 Ioannis 6. Hebre. 1. Luca 15 Auguſti. in libro contra quinque hæreſes. Deuter. 32 & 1. Iſaie 53.*

500 Quæ generatio nõ præteribit donec omnia prædicta fiant, vt Saluator inquit? An per generationem intelligitur vita communis hominum *Luca 21.*

Pſalmo 89. de qua Moſes in oratione ſua ait: In potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor? An per generationem intelligitur ſeculum antiquum, homini à principio deſtinatum, mille videlicet annorum, cui multi ante diluuium appropinquarunt, vt in Geneſi legimus? Sed nónne *Geneſ. 5.* iam præterierunt mille, quingenti & triginta ſex anni poſt Chriſti natalem, & tamen hæc non ſunt completa? An ergo intelligitur de noua generatione, de qua ipſe pater huius nouæ generationis ait: Oportet vos *Ioannis 3.* naſci denuò? Nam, niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Hac igitur generatione ſub patre noſtro Chriſto (poſt quam alia non dabitur.) complebuntur omnia quæ ſcripta ſunt.

TOMVS QVARTVS DE EVANGELIO.

SECTIO PRIMA DE VNIVERSALIBVS CIRCA EVANGELIVM.

CVR Chriſti doctrina vocatur Euangelium? An (vt communiter dicitur) quia eſt bonus ſermo, & bona nunciatio? Sed nónne omnis ſermo Scripturæ ſacræ bonus eſt? cur igitur hic ſermo antonomaſticè bonus dicitur? Nónne, quia in ipſo promittitur bonum infinitum, vita æterna, pax cũ Deo, remiſſio peccatorum, & gratia Dei, per quam datur vita? iuxta illud Apoſtoli: Gratia Dei eſt vita æterna, quæ datur per Ieſum Chriſtum (vt idem Apoſtolus ait) circa quem & de quo eſt totum Euangelium. Hinc Iohannes ait: Lex per Moſem data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt: per quã legem nemo iuſtificatur (vt Paulus ſæpius repetit) ſed quilibet iuſtificatur per gratiam à Chriſto impetratam, & in Euangelio prædicatam. Primum *Roma. 6. 7.* *Ioannis 1.* *Roman. 3.* *Galat. 2.*

2 Quæ eſt via legis, & via Euangelij? Nónne lex eſt præceptum faciendi, & non faciendi? cuius bifarij mandati tranſgreſſio peccatum eſt, iuxta illud Apoſtoli: Vſque ad legem peccatum non erat in mundo, nam peccatum non imputabatur, cùm lex non eſſet. Lex autem ſubintrauit, vt abundaret delictum. Euangelium verò (vt nuper diximus) dat remiſsionem & gratiam. Sed cur Deus dedit legem in occaſionem peccati? Nónne tanti fuit antidotum gratiæ, vt omnĩ malo & peccato per legem cõmiſſo præponderauerit? hinc ſubinfert Apoſtolus: Vbi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia, vt ſicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iuſtitiam in vitam æternam per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Et alibi: Concluſit omnia Deus in incredulitate & ſub peccato, vt omnibus miſereatur. Vt igitur gratiam & miſericordiam ſuam, quam ſuper omnia opera ſua conſtituit, Deus oſtenderet, peccatum permiſit, & omnia ſub eo concluſit. *Roman. 5.* *Ibidem* *Ibidem 11.* *Galat. 3.* *Pſalmo 144*

3 Lex & Euangelium quando habuerunt originem? Nónne lex & verbum Domini (vt propheta canit) manet in æternũ, & ſemper fuit? Quamuis à Moſe ſuo tempore promulgata fuerit: De Abraham enim qui fuit ante promulgationem legis, inquit Deus, quòd obedierit voci ſuæ, & cuſtodierit præcepta & ceremonias, atque totam legem ſeruauerit. Adam quoque non peccaſſet, niſi lex ei data fuiſſet de fructu ſcientiæ boni & mali nõ comedendo. Nec Diabolus peccaſſet in cœlo, niſi datum ei fuiſſet mandatum. De quo Apoſtolus ait: Et cùm introduceret primogenitũ in orbẽ terræ, dixit: Et adorent eum omnes angeli Dei. Vnde ſicut lex fuit ab æterno, promulgata tamen populo per Moſem tẽpore ſuo: Sic Euangeliũ per Apoſtolos promulgatũ, à principio fuit cũ lege in virtute Agni, *Ibidem 118* *Geneſ. 26.* *Ibid 2. 3.* *Apoc. 12* *Hebræ. 1.*

Apoc.13 qui (vt Iohannes inquit) occiſus fuit ab origine mundi. In cuius quidem
Gen ſ.3 Agni virtute(vt alibi diximus)factæ fuerunt tunicæ, peccatum & nudita-
Exodi 32 tem primorum parentum tegentes, dimiſſa fuit noxa populo idolatranti
2. Reg.11. & 12. in deſerto, remiſſa fuit culpa Dauidi homicidæ & adultero, & omnis denique remiſſio, quæ ſub lege aut ante legem facta eſt, ipſius Agni virtute facta fuit. Nam omnis remiſsio (vt ſuprà diximus) ad Euangelium ſpectat.

4 Cur arcta dicitur via Euangelica, quæ videlicet ducit ad vitam? Nónne is qui nedum docuit hanc viam, ſed ſemetipſum viam fecit, ait: Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue? An igitur hæc via arcta eſt in principio (inſtar literæ Pythagoræ) latior in medio, latiſsima verò ac ſuauiſsima in fine? An quia iter ad vitam eſt per opus bonum, quod contingit fieri vno modo tantùm, in nullam videlicet partem declinando, malum autem multiſariã fit, vt Ariſtoteles docet? An arcta eſt hæc via, quoad hominem animalem in ſeruitutem redigendum & mortificandum (vt Chriſtus & Apoſtolus eius Paulus docent) ſuauis autem, quoad hominem ſpiritualem, corroborandum & confouendum?

Matth.7. *Ioannis 14* *Matth.11* *Ethicor.2* *Ioannis 12* *1.Corin.9.*

5 Cur à diebus Iohannis Baptiſtæ (vt Saluator ait) regnum cœlorũ vim pati cœpit, & à violentis rapi? An quia ipſe primus (vt Matthæus & Lucas ſcribunt) cœpit pœnitentiam prædicare, vt per illam cœlorum regnũ acquireretur: quod patribus nequaquam promiſſum fuerat? An, quia in regnum cœlorum & ſpirituale intratur per mortificationẽ noſtri animalis, quod ſpirituale capere nequit? Iſta autem mortificatio per vim quandam poſt aduẽtum Iohãnis fieri cœpit. Quod minimè exigebatur à Patribus, quibus tantummodò regnum terrenũ & figuratiuum promiſſum fuerat.

Matth.11. *Ibidem 3.* *Lucæ 3*

6 Cur denominamur potius Chriſtiani à Chriſto, quàm Ieſuani à Ieſu? Nónne nũc denominamur Chriſtiani ab vnctione & chriſmate, quod ſuſcipimus, quãdo militiæ Chriſti aſcribimur? In patria verò (vt nonnulli opinantur) Ieſuani vocabimur. Tunc enim ipſius melioris nominis virtutẽ & influxum ſuſcipiemus. Hîc autem ſuſcipimus influxum & chriſma neceſſarium nobis ad operandum, & acquirendum gradum illum ſuperiorem. Et quia ſuſcipimus hoc ab eo, in quantũ Chriſtus & vnctus eſt: hinc chriſtiani nunc denominamur. De quo chriſmate expreſſè canit Vates: ſicut vnguentum in capite, Chriſto videlicet, quod deſcendit in barbã, barbam autem Aharon, & omnium regalium Sacerdotum potiſsimè, quod deſcẽdit in orã veſtimenti eius, i. ad infimos quoſq; plebis. Quod Iohãnes vnico verbo explicat, dicens: De plenitudine eius omnes nos accepimus.

Pſalmo 132 *Ioannis 1.*

7 Cur dum aſcribimur militiæ Chriſti denominamur à cognomine, & non à nomine? An, ſicut milites aſcripti militiæ temporali denominantur à ſtipendiis, quæ ſuſcipiunt, vt ſtipendiarij à ſtipendiis (quos vulgus ſoldatos à ſolidis appellat) ſic & nos Chriſtiani denominamur à chriſmate & ſymbolo, quod ſuſcipimus dum Chriſti militiæ aſcribimur? An, à charactere, quem veluti ſymbolũ, quo ab aliis diſtinguamur, ſuſcipimus? quod ſymbolum vel character eſt chriſma ſeu lumẽ illud diuinum, de quo Pro-

pheta canit. Signatum vel eleuatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. Quod lumen eſt radius quidam diuinitatis, alio mo do dictus chriſma:quo vngimur,& Chriſtiani atque diuini efficimur. qua dignitate nulla maior. Ipſum autem chriſma procedit à virtute nominis illius : de quo canitur. Oleum vel vnguentum effuſum nomen tuum. *Pſal. 4*

8 Quam dignitatem conſequimur, dum Chriſti militiæ aſcribimur? Nónne id declarat ipſe Chriſtus dicens. Inter natos mulierum non ſurrexit maior Iohanne Baptiſta. Qui autem minor eſt in regno cœlorum maior eſt illo? Iohannes enim fuit pluſquam Propheta, non minor Patriarchis, pœnitentiæ via, par Angelis, Euangelij vox & præcurſor Domini. Verumtamen ſumma Veritas præfert ei minimum in regno cœlorum, ideſt minimum inter eos: quibus diuinitas, poſtquam verbum caro factum eſt, communicata fuit? Nam (vt Pauli verbis vtar) prius eramus paruuli ſub tutoribus & actoribus: vſque ad hoc tempus: quo pater æternus deſtinauit ad nos filium ſuum: vt nos participes ſuæ diuinitatis efficeret. Iuxta illud ipſius Apoſtoli. Participes enim Chriſti effecti ſumus. Et inde hæredes Dei : cohæredes autem Chriſti : vt ipſe Apoſtolus alibi ait. Et hoc per diuinitatem nobis communicatam , potiſſimè in baptiſmate : quod proprie regnum cœlorum eſt. Nam antiqui Theologi participationem Dei regnum cœlorum vocant. Quæ quidem participatio per Chriſtum facta eſt: vt nos euehat ad longè præſtantiorem dignitatem , quam fuerit quæcunque priorum Patrum dignitas: & etiam vltra gradum Angelicũ. Nam Angeli nuſquam hæredes Dei dicuntur. *Cant. 1* *Mat. 11* *Ibidem* *Gal. 4* *Hebræi 3* *Rom 8* *Ant. Theolo.*

9 Cur hoc donum & ſalutis pignus datum fuit in aqua & fide? Sicut ſcriptum eſt. Qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit. An, quia per aquam lauamur à ſordibus? Sed quomodo poteſt hæc aqua elementaris abluere ſordes animæ? An igitur (vt etiam alibi dictum eſt) lauamur exterius hac aqua ſenſibili, veluti ſacramento & ſigno quodam veræ aquæ: quæ eſt verbum & ſapientia Dei? De qua vera aqua per Ezechielem dicitur. Effundam ſuper vos aquam mundam : & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris. Et huic aquæ adiungitur ignis Spiritus ſancti. Iuxta illud. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum cœlorum. Patres enim antiqui participes fuerunt ſolius Spiritus ſancti: nec ad filium venerunt. Hinc maior eſt illis: qui minor eſt in hoc regno cœlorum : in quod intratur per filium & Spiritum ſanctum. De fide autem infra dicetur. *Mar. vlt.* *Ezec. 36* *Ioannis 3*

10 Cur Chriſtus (teſte Iohanne) venit non in aqua ſolum, ſed in aqua & ſanguine? Nónne (cum omnia mundentur in ſanguine: vt Paulus ait) voluit nos primo mundare per ſanguinem? Iuxta illud Iohannis. Qui lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Vnde adeò lauit totum genus humanum: vt amplius ſanguinis effuſione non indigeamus. Quæ quidem ſanguinis effuſio fiebat ad placandos accuſatores Tribunalis iuſtitiæ ſeueræ: quibus Chriſtus ſanguine ſuo adeò ſatisfecit: vt Iohannes dicat. Proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum. Et hoc (vt ipſe Iohannes ſubinfert) propter *1. Ioannis 5* *Hebræi 9* *Apoc. 1* *Ibidem 12*

Matthæi 11 ſanguinem Agni. Poſtea verò tradidit aquam, à nobis ſuſcipiendam in ſuaue lauacrum. Iuxta illud. Iugum enim meũ ſuaue eſt. Nam cum hac aqua venit gratia, pietas, clementia, ſapientia, & cætera, quæ ex eodem fonte
Ant. Theo. ſcaturiunt: vt antiqui Theologi docent.

Ephe. 2 11 Quis fuit fortior, Adámne ad homines inficiendos: an Chriſtus ad redimendos? Nónne fuit graue Adæ peccatum: propter quod (vt Apoſtolus ait) omnes naſcimur filij iræ? Sed nónne maior fuit virtus Chriſti ſanctificantis & redimentis? Ipſe enim non tantum iram Dei placauit, ſordes lauit, ſanauit vulnera, ſed maiora etiam chariſmata, quam in Protoplaſte
Rom. 5 amiſeramus, attulit. Sicut Paulus expreſſè teſtatur, dicens. Si enim vnius delicto multi mortui ſunt: multò magis gratia Dei & donũ in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit. Et iterum. Si vnius delicto mors regnauit per vnum: multò magis abundantiam gratiæ & donationis & iuſtitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum. Et tandem concludens, ait. Vbi abundauit delictum: ſuperabundauit & gratia.

1. Corint. 15 12 Si maior fuit virtus Chriſti ſanantis, quam Adæ inficientis: cur non omnes ſaluantur in Chriſto: ſicut omnes per Adam mortui ſunt? Nónne
Lati. Doct inquit Apoſtolus. Sicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Chriſto omnes viuificabuntur? Qui ergo morti & ſupplicio æterno addicētur? Nónne (vt Latini doctores aſſerunt) Chriſti redemptio mille mundis ſuffeciſſet: ſed ſalus illa collata non prodeſt, niſi volentibus illam ſuſcipere? Sed, ſicut Adæ peccatum efficaciter omnes infecit: nónne quoque Chriſti redemptio deberet omnes efficaciter ſaluare? Cùm fortior à Paulo dicatur: vt nuper diſſeruimus. Nónne Chriſti virtus fuit & eſt efficax: dum ſaluat omnes ſaluandos, demiſſa ſola fece, ad gloriam inepta, ad latrinas (vt ita dicam) inferni? Sicut enim in omni cibo ſunt excrementa, quę reiiciuntur: Sic eſt in nobis, qui effecti ſumus pabulum illius: qui ignis comedens di-
Deutero. 4 citur. Omnes quidem excoquit, comedit, & ſaluat per ignem (vt Apoſto-
1. Corint. 3 lus ait) etiam ſi lignum & ſtipula ſit. Si verò lapis vel ferrum incombuſtibile ſit, aut fex nullo modo concoquenda, ad ſeceſſum demittit. Ita, vt omnes ſaluandos ſaluet: ſicut etiam alibi diſſeruimus.

Ibidem 5 13 Quid dicemus de iis, ad quos Chriſti notitia non peruenit? An cum
Pſalmo 116 Apoſtolo dicemus. Quid ad nos de iis, qui foris ſunt, iudicare? Nam eos, qui foris ſunt (vt ipſe ſubinfert) Dominus iudicabit. Sed nónne propheta canit. Laudate Dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi.
Rom. 10 Quoniam (omnes videlicet dicere poſſunt) confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius? Quæ miſericordia fortior eſt, quam Adæ peccatum: quod tranſiuit in omnes. Et hæc miſericordia virtute & fama præualuit, di-
Iſaia 65 cente Paulo. Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum: prædicantium videlicet nomen Chriſti. Et vlterius procedens Apoſtolus, ſubinfert oraculum Iſaiæ, vice Dei dicentis. Inuentus ſum à non quærentibus me: palam apparui iis, qui me non interrogabant. Et iterum. Tota die expandi manus meas ad populum incredulum

& contradicentem mihi. Vnde Deus non ſolum vocanti, ſed etiam contradicenti ſuccurrit.

14 Si Chriſtus pro ſolo Iſrael venit: quomodò ſaluantur gentes? An (vt aliqui dicunt) venit præcipuè pro ouibus errantibus domus Iſrael: conſequenter autem pro aliis? Sed illa dictio, niſi, eſt excluſiua, non admittens conſequenter. Sed nónne Paulus ait. Non eſt diſtinctio Iudæi & Græci. Nam idem Dominus omnium: diues in omnes, qui inuocant illum? An igitur domus Iſrael eſt, nedum familia eorum, qui è lumbis Iſrael exierunt (eam multi indigenæ dicebantur Iſraelitæ) ſed omnium, qui ſunt hæredes Dei, aut pro Deo militant? Quod vera nominis Iſrael interpretatio indicat: ſicut etiam alibi diſſeruimus. Et hoc tam de figurata, quam de figuratiua familia intelligitur. *Matthæi 15* *Rom 10*

15. Cur ab Adam peccatum: à Chriſto verò iuſtitia venit? Nónne placuit Deo à principio ſtatuere malum contra bonum: & è conuerſo: vt Sapiens teſtatur? Et hoc, non tam in natura, quam in politia mundi & Chriſti: vt longo ſermone in diſputationibus Clementis: & ab Euſebio Pamphilo diſſeritur. Materia enim prima poſita fuit contra actum primum: crater inferior contra ſuperiorem (vt Triſmegiſtus & Pla. docent) corpus contra animam: Diabolus contra Angelum bonum: homo inducens peccatum & mortém contra hominem dantem vitam & reſurrectionem. Iuxta illud Apoſtoli. Quoniam quidem per hominem mors & per hominẽ reſurrectio mortuorum. Sic homo animalis contra ſpiritualem: & terrenus contra cœleſtem: vt ſemper melior tandem præualeat: ſitque indicium ſummæ bonitatis: quæ præualet omni malo: & ſummæ ſapientiæ, quæ ex omni malo bonum ſcit eligere. *Eccleſi. 33* *Clemens. Euſeb. in trac. particu.* *Triſmegi. Plato. 1. Corint. 15*

16 Cur (teſte Paulo) ſalus gentibus datur ex peccato Iſrael? An, quia Iſraelitæ ſe exhibuerunt indignos? Iuxta illud eiuſdẽ Apoſtoli Hebræos alloquentis. Quoniã indignos vos iudicaſtis æterna vita: ecce conuertimur ad gentes. An, quia & pro gentibus venit ſalus: vt idem Pau. inferius conſentit? Cui adſtipulatur Iſaias, dicens. Veniam ad congregandas omnes gentes & linguas, vt videant gloriam meam. Sed quomodò id fuit ex peccato Iſrael? An fortè, quia conſumpta fuiſſet virtus ſaluandi in Iſrael, niſi peccaſſet? Sicut elicitur ex verbis ipſius Apoſtoli ſubinferentis. Diminutio eorum diuitiæ gentium. Sed cur immediatè dicit. Quanto magis plenitudo eorum? An igitur, quia ſalus præordinata fuit pro domo Iſrael, eo modo, quo ſupra declaratum eſt: quæ naſci debuiſſet ex lumbis Iſrael: niſi obſtitiſſent eorũ peccata? Vnde ipſis impedientibus, & vocationi diuinæ non annuentibus nati ſunt hæredes Dei ex variis gentium familiis. Et ſic ex peccato Iſrael ſalus ad gentes tranſiuit: quæ fœlicior fuiſſet: ſi omnes huiuſmodi ex lumbis Iſrael nati fuiſſent. Et ad hoc opinor Paulum alluſiſſe. *Rom. 11* *Actio. 13* *Ibidem 28* *Iſaiæ vlt.*

17 Cur Criſtus ait, quòd publicani & meretrices præcedent Phariſæos & Principes ſacerdotum in regno Dei? Nónne ipſe Chriſtus ſubinfert rationem, dicens. Publicani & meretrices crediderunt: vos autem nec pœnitentiam habuiſtis, vt crederetis? Vnde eo magis deiiciẽtur Phariſęi & *Matt. 21*

ſacerdotes, quo maiora dona luminis naturalis, doctrinæ & gratiarum acceperunt. Nec enim obſtat peccatũ vel actus meretricius ſaluti: quæ præparata fuit omnibus peccatoribus. Sicut ipſe Chriſtus teſtatur, dum ait. Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores. Cui Paulus adſtipulatur, dicens. Ieſus Chriſtus venit in hunc mundum: vt peccatores ſaluos faceret. Immò plus gaudij perhibetur eſſe coram Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente: quam ſupra nonagintanouem iuſtis.

Ibidem 9
1. Tim. 1
Lucæ 15

18 Cur tempus & negociũ Meſſiæ fuit & eſt adeò occultũ? An, quia omnes per fidem ſaluari debent? Quæ fides non eſſet, ſi omnia clarè paterent. An, quia non decebat, nec decet altiſſima ſacramenta, & profunda arcana omnibus publicari? Hinc Apoſtolus ait. Loquimur Dei ſapientiam in myſterio abſconditã: quam nemo principum huius ſæculi cognouit. An, vt homo natus ad laborem, hunc præcipuum laborẽ præ cæteris haberet: vt meditãdo die noctúque in lege Domini, inquireret, & inueniret illud: tantoq; charius ei eſſet: quãto maiori cũ labore & induſtria ipſum reperiſſet?

1. Cor. 2
Iob 5
Iob 3

19 Ad quid Meſſias venit? Nónne id declarat Iohannes, dicens. Sic Deus dilexit mundum: vt filiũ ſuum vnigenitum daret: vt omnis, qui credit in illum non pereat, ſed habeat vitam æternam? Duas enim rationes aſſignat. Altera eſt, ne homo in peccato pereat. Altera verò, vt vitam æternam habeat. Sed à quo peccato erepti ſumus per aduẽtum Chriſti? Nónne primò à peccato originali: quod contraximus indelebile & irremiſſibile abſque ſupernaturali prouiſione? Cùm peccatum primi parentis, qui nos infecit, fuerit in ſpiritũ ſanctũ. Ipſe enim introductus fuerat in paradiſum voluptatis? quem Paulus, antiquos Sapiẽtes æmulatus, vocat ſæculum futurum. Quò deueniens homo ſi peccat: impoſſibile eſt (vt ipſe Apoſtolus ait) ipſum per pœnitentiam releuari. Hinc non per reuerſionẽ ad Deum, quam nos pœnitentiam vocamus, remiſſum fuit Adæ peccatũ: Sed eius aut contra ipſum datam ſententiam ſuſcepit Chriſtus vſque ad pleniſſimam ſatiſfactionẽ. Quod nemo vnquam huiuſmodi ſorde coinquinatus facere potuit. Nec enim erat in aliquo tanta virtus: quæ hanc infirmitatem expurgare poſſet, niſi in capite Chriſto. Nam caput (vt alibi diximus) medelam pro ſalute omnium membrorum ſuſcipere ſolet. Pari modo per aduẽtum Chriſti expiati ſumus ab illis peccatis: quæ deleri non poterant per ſacrificia: ſed ſola morte committentium expiabantur. Quod fecit ipſe Chriſtus moriens pro omnibus: ſicut Iſaias prædixerat.

Hebræi 6
Iſaiæ 53

20 Quomodò per aduentũ Chriſti habemus ſecundũ beneficiũ: quod eſt vita æterna? Nónne per peccatũ Adæ omnes mortui eramus? Sicut ſcriptũ eſt. Quacũque hora de ligno comederis, morte morieris. Quod & Paulus plæriſque in locis repetit. A qua morte Chriſtus nos liberauit. Iuxta illud eiuſdẽ Apoſtoli. Liberauit me à lege peccati & mortis. Vnde ipſemet Chriſtus ait. Ego veni, vt oues meę vitam habeant, & abũdantius habeãt. Sed quam vitam tradidit nobis? Nónne illam, quæ eſt contra mortẽ peccati? Sed quomodò tribuit eam? Nónne præbendo nobis nouã genituram, nouum ſtatutum, & nouam vitã? Hinc dixit Nicodemo, quòd oportebat

Geneſis 2.3
Rom. 8
Ioannis 10
Ibidem 3

naſci denuo:& quòd nullus poterat intrare ad vitã :niſi renaſceretur per
aquam,ideſt filium & Spiritum ſanctum.

21 Fuítne alia cauſa aduentus Meſſiæ, præter prædictas? Nónne mon- Coloſſ.1.
ſtruoſum & acephalum fuiſſet corpus humani generis abſque illo, qui(vt Ibidem 2
Apoſtolus ait)conſtitutus eſt caput corporis Eccleſiæ, nedum militantis,
ſed etiã triumphantis?Sicut ipſe Paulus teſtatur, dicẽs. Ipſe eſt caput om- Hebræi 1
nis principatus & poteſtatis.Nónne ipſe quoque eſt hæres vniuerſorum: Rom.8
per quẽ nos cohæredes ipſius facti ſumus, & hæredes Dei?Iuxta illud Apo
ſtoli.Heredes quidem Dei,cohæredes autem Chriſti.Nónne etiam ipſe eſt
Dominus & primus,cui tota creata Dei familia correſpondet:tam in pri- Coloſſ.1
mæua productione, quam in regeneratione? Quod paulus horum ſacra-
mentorũ non ignarus paucis verbis explicat,dicens.Ipſe eſt imago Dei in-
uiſibilis, primogenitus omnis creaturæ : in quo ſunt condita vniuerſa in
cœlis,& in terris, viſibilia & inuiſibilia:ſiue throni,ſiue dominationes, ſi-
ue principatus,ſiue poteſtates:omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt. De
regeneratione quoque ſubinfert. Placuit in ipſo omnem plenitudinẽ in- Ibidem
habitare:& per eum reconciliari ſeu recapitulari omnia in ipſum : pacifi-
cans per ſanguinem crucis eius,ſiue quæ in cœlis,ſiue quæ in terris ſunt.

22 Moſes ſcripsítne de Chriſto?Nónne ipſe Chriſtus Iudæorũ incredu- Ioannis 5
litatem repræhendens , ait. Si crederetis Moſi:crederetis forſitan & mihi.
De me enim ille ſcripſit?Hinc,dũ vellet duobus diſcipulis, in Emaus eun-
tibus,oracula,quæ de ipſo erant,reſerare:incipiẽs(vt Lucas narrat)à Mo- Lucæ vlt.
ſe & omnibus prophetis interpretabatur illis ſcripturas. Nónne etiam ip-
ſe dixit, verbum quidem ſummopere aduertendum. Iod vnum aut vnus Mat.5
apex non præteribit à lege:donec omnia fiant:compleantur videlicet per
me:qui non veni ſoluere legem,ſed adimplere, & perficere ipſam totam?
Vnde diſcere poſſumus,quòd tota lex vſque ad minimum apicem ſeu Iod
de Chriſto loquimur.Quod patet benè ſcienti interpretari.

23. Cur ſcriptura Moſis incipit à ב bet?An caſu id factum eſt? An potius Zohar
cum myſterio? Cùm myſterio vtique celeberrimo : vt Zohar & Elchana Elchana.
præcipui Hebræorum doctores docent. Hinc enim innuitur, quòd ſa- Coloſſ.1
pientia & Dei verbum , quod caro factum eſt, ſit illud, in quo (vt A-
poſtolus ait) condita ſunt vniuerſa : & in quo omnia præexiſtebant, ve-
luti in domo : quæ בית bet ab Hebræis dicitur. Vnde ſapientes dixerunt, Ioannis 1
quòd ב bet, domum ſignificans, ſit ſigillum ſapientiæ & verbi diuini:in Pſal.103
quo omnia præexiſtebant:& per quod (teſte Iohanne) omnia facta ſunt.
Quod & Dauid præcinuit, dicens. Omnia in ſapientia feciſti. Quam ſa-
pientiam Elchana filium vocat:qui idem eſt,quod verbum : à quo (vt nu-
per diximus)omnia facta & reparata fuerunt.

24 Quidnam innuit ſcriptura,quando ait.Sit lux? Nónne per hanc lu- Geneſis 1
cem de verbo incarnato loquitur? Sicut expreſſè declarat Iohannes, di- Ioannis 1
cens. Omnia per ipſum , verbum videlicet , facta ſunt:& ſine ipſo factum
eſt nihil. Quod factum eſt, in ipſo vita erat : & vita erat lux. Ecce igitur,
quomodò Euangeliſta declarat , quòd verbum, vita & lux idem ſunt : per

quæ omnia producta fuerunt. Nam in verbo ſunt ideæ rerum producendarum: vt omnes Theo. conſentiunt. Eſt etiam verbũ vita, prębens omnibus, vt viuant. Eſt quoque lux, præbens formas & particularia lumina rebus, vt videantur & appareant, quid ſint. Quod verbum, cum in primæua generatione omnia, mediante Spiritu ſancto opifice produxerit, ipſo quoque mediante factum eſt caro: vt & regenerationem quoque perficeret.

Theologi. *Pſalmo 32*

25 Ad quos factus eſt ſermo Dei, dicentis. Dominamini piſcibus maris, & volucribus cœli? Nónne id referat Dauid, dicens. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius? Et de quo loquatur Vates, declarat Apoſtolus plæriſque in locis, quòd hoc dictum eſt de Chriſto. Sed nónne (vt omnes conſentiunt) quilibet homo eſt cæterarum creaturarum Dominus? Non igitur hoc videtur dictum fuiſſe de ſolo Chriſto. Sed nónne ipſe eſt hæres vniuerſorum (vt Paulus ait) nos autem ipſius cohæredes? Ipſe enim eſt verus omnium Dominus: nos autem Domini ſumus per adhærentiam ipſius: & quatenus membra ipſius ſumus.

Geneſis 1 *Pſalmo 8* *1. Corint. 15* *Epheſ. 1* *Hebræi 12* *Ibidem 1* *Rom. 8*

26 Quid nam intelligit Moſes per lignum vitæ, & per lignum ſcientiæ boni & mali? Nónne arbor vitæ, fluuius vitæ, fons vitæ, panis vitæ, & ipſa vita idem ſunt? Sed nónne Chriſtus dixit. Ego ſum panis vitæ. Ego ſum vita? Eſt igitur ipſe Chriſtus arbor vitæ, & fons vitæ. Eſt quoque (vt etiã alibi diximus) arbor ſcientiæ boni & mali: quia in ipſo eſt lex: & ſunt regulæ æternæ (vt Aug. ait) quarũ obſeruatio eſt bonum, tranſgreſſio verò malum. Et cum in ipſam arborẽ parentes primi peccauerint: nónne & per ipſum Chriſtum ſub nomine tunicæ pelliceæ habuerunt remedium ſui erroris: Nam (vt alibi quoque diximus) ex merito ipſius Agni, qui tulit peccata mundi, confectæ fuerunt illæ tunicę: quibus cooperta fuit nuditas & ignominia parentum. Et ſic diſcurrendo per ſingula, quę longum eſſet retexere, vbique videbimus Moſem de Chriſto ſcripſiſſe.

Geneſis 2 *Ioan. 6. 14* *Aug. 9. de Tri. & 12. de Ci. Dei.*

27 Cur Deus mundum fabricauit? Nónne, vt oſtẽderet bonitatẽ ſuam? Non enim ab externis cauſis (vt Boet. & Hieroc. teſtãtur) impulſus: ſed ex mera bonitate ſua mundum fabricauit. Et hoc, quantum ad cauſam impellentem ſiue ſuadentem. Verum cauſa finalis (quæ potiſſima eſt) ea fuit: vt ſapientiam ſuam, quam filiũ eſſe diximus, extra manifeſtaret. Hinc propheta canit. Omnia in ſapientia feciſti. Et, vt per eandem mundum ipſum repararet. Vnde Apoſtolus vocat Chriſtum, Dei virtutem & ſapientiam. Et iterum paulò inferius ait. Vos eſtis ſcilicet redẽpti in Chriſto Ieſu: qui factus eſt nobis ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio & redemptio. Et, vt per ipſum beatemur omnes, & Dei participes efficeremur.

Boe. in 3. Met. 9 *Hieroc.* *Pſalmo 103* *1. Corint. 1*

28 Vnde fuit hæc nouitas in Deo: vt mundum creauerit? An in tempore decreuit fabricare ille: qui per Malachiam dixit. Ego Dominus: & nõ mutor? De quo etiam Dauid canit. Tu autem idem ipſe es, ſemper videlicet. Nam cœli peribunt & mutabuntur: tu autẽ in æternum permanes. Quem æmulatus Boetius, ait.

Mala. 3 *Pſalmo 101.* *Boe. in 3. Met 9*

Terrarum cœliquè ſator: qui tempus ab æuo
Ire iubes, ſtabiliſque manens das cuncta moueri.

An igitur ſtabilis fuit in ſapientia: qua omnia ab æterno præuidit, nulla in
ea facta mutatione: ſed mutabilis fuit in re: quę accepit eſſe ad extra: prout
in verbo & ſapientia erat ab æterno? Hinc Plato ſapientiſſimus ſcriptum
reliquit. Quod in Deo eſt prouidentia & ſapientia æterna, in cœlis eſt fa- *Plato.*
tum: in rebus verò particularibus contingens & nouum.

29 Quid atteſtantur in cœlo pater, Verbum & Spiritus ſanctus: vt Io- *1. Ioannis 5.*
hānes ait? Nónne pater atteſtatur, quòd nos eius filij ſumus, geniti per ſa-
pientiam & verbum ſeu filium eius: vt Iacobus aſſerit? Et hoc, dum per ip-
ſum nos continuè paſcit. Ipſius, enim eſt hæc cura. Iuxta illud Saluatoris. *Iaco. 1*
Pater veſter cœleſtis paſcit volatilia cœli: & multò magis vos: qui plures, *Matthæi 6*
ideſt digniores eſtis illis. Atteſtatur filius, quòd filij ipſius patris ſumus,
dum docuit nos ipſum orare, dicētes. Pater noſter, qui es in cœlis. Et dum
inuitat nos ad poſſidendum paternum regnum. Atteſtatur autem Spiritus *Ibidem*
ſanctus, quòd nos viuimus in ipſo, dum nobis in eo, quòd ſpiritus vitæ eſt, *Ibidem 25*
vitam continuam præbet. In eo verò quòd Spiritus ſanctus eſt, teſtimo-
nium & vim præbet, quòd ſanctificari poſſimus & debeamus. Iuxta illud *Rom. 5*
Apoſtoli. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritū ſanctum, *Actor. 1*
qui datus nobis. Sicut promiſſum fuerat à Chriſto dicente. Accipietis vir-
tutem ſuperuenientis Spiritus ſancti in vos.

30 Quid teſtātur in terra, ſpiritus, aqua & ſanguis: vt Iohannes inquit? *1. Ioan. 5*
Nónne hæc tria idem ſunt cum ſuperioribus: ſub aliis tamen vocabulis *Abraham in*
expreſſa? Quamuis enim ſpiritus ſit tertia perſona (vt habetur in frequenti *libr. de for-*
vſu) tamen ſpiritus præcipuus eſt pater: à quo procedit ille, qui Spiritus *zohar*
ſanctus & tertia perſona communiter dicitur. Hinc Abraham dixit. Spiri-
tus de ſpiritu. Et (vt Zohar probat) pater eſt ſpiritus & aer: à quo venit lux
illa: quæ dicitur filius. Nam ab אויר auir, quod eſt aer, venit אור or, quod eſt
lux: remanente in auir י Iod, quod vim paternam indicat. Cùm quo filio
ipſe pater producit ſpiritum ſanctum. Aqua verò (vt ſæpe diximus) eſt ſa-
pientia vel filius. Sanguis autem, in quo reſidet ſpiritus vitalis, ſpiritū Dei
repræſentat. Teſtimoniū igitur perhibet ſpiritus patris, ꝙ Chriſtus rede- *Ioannis 8*
merit nos. Sicut ipſe Chriſtus ait. Teſtimonium perhibet de me: qui miſit *Ibidem 3*
me pater. Teſtimoniū perhibet aqua, qua lauit nos: & quā nobis in potum
tribuit, vt produceret in nobis ſpiritum ſalientē & deducentē in vitā ęter-
nā. Teſtimoniū denique perhibet ſanguis ipſius pro nobis tam ſufficiētèr
oblatus: vt non amplius opus ſit nobis offerre ſanguinem pro peccatis.

31 Cur regeneratus & renouatus fuit homo in aduentu Chriſti? Sicut *Ioannis 3*
ipſemet ait. Oportet vos noſci denuo. Nónne ſicut olim genitus homo *1. Corint. 15.*
fuerat à patre terreno ſecundum hominem animalem: Ita regenerari de-
buit à patre cœleſti ſecūdum hominem ſpiritualem & cœleſtē? Iuxta illud
Apoſtoli. Primus homo de terra terrenus: ſecūdus homo de cœlo cœleſtis.
Qualis terrenꝰ, tales & terreni: qualis cœleſtis, tales & cœleſtes. Sed nónne
anima noſtra producta fuit à Deo, omniū formarū datore? Quid ergo o-
portuit iterū naſci? producta quidē erat productione cōmuni, quā natura-
lē vocāt, ſicut & beſtiarū animæ productæ fuerūt. Quod nō ſufficiebat ad

hoc,vt hæredes Dei,& cohæredes Chriſti eſſemus. Ideò oportuit nos renaſci,& filios Dei fieri:vt ipſius Dei idonei hæredes eſſemus.

Matthæi 9
Lucæ 5

32 Cur Chriſtus dixit.Nemo mittit vinum nouũ in vtres veteres? Nónne Chriſtus duo exempla dedit Phariſæis murmurantibus,quòd diſcipuli ipſius non ieiunarent:ſicut diſcipuli Iohannis?Alterum, enim fuit,quòd non benè ſuitur neque coniungitur pannus nouus cum veteri. Alterum verò, quòd non eſt mittendum vinum nouum in vtres veteres.Ex quibus quidem exemplis concluſit, quòd rigiditas & ſeruitus legis antiquæ non conueniebàt cum noua Euangelij libertate. Vnde infertur, quòd cum Euangelium ſit nouum dogma, nouum teſtamentum,nouus ſtatus, nouáque promiſſio non debet dari homini ſub antiqua ſeruitute legis exiſtenti: ſed tantummodo homini per nouam & liberam regenerationem renouato.

Eliæ oraculum.

33 Cur Chriſtus in quarto millenario venit: vt communiter aſſeritur? An,vt compleretur Eliæ vaticinium ab Hebræis celebratum, & alias à nobis adductum: quod videlicet duo millia annorum eſſe debebant inanes,ideſt ſine lege:duo millia verò ſub lege?In fine cuius quarti millenarij debebat venire Meſſias ſub quo curreret mundus adhuc duobus millenariis,ante millenarium ſabbatarium: vt vnicuique diei fabricæ millenarius annorum correſponderet. Sicut à Moſe & Petro edocemur. An,quia ſicut ſol iſte viſibilis productus fuit die quarto:Sic ſol iuſtitiæ, cui hic viſibilis reſpondet,oriri voluit millenario quarto cum ipſo quarto die conueniente?

Pſalmo 89
2. Petr.3
Geneſis 1

Gal 4

34 Si Chriſtus venit in quarto millenario,quomodò (vt Apoſtolus ait) venit in plenitudine temporis? Nónne venit (vt ſupra diſſeruimus) circa finem quarti:præueniens videlicet tempus circiter trecentos annos? Nam moris eſt pientiſſimi Dei lento gradu ad vindictam procedere:cum miſericordia autẽ & gratia præuenire. Iuxta illud Prophetæ. Miſericordia eius præueniet me. Et iterum. Præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis. Hinc mali ſpiritus clamabant. Cur veniſti ante tempus torquere nos fili Dei?Sed ſi præuenit,quomodò plenitudinem temporis expectauit? Nónne (vt etiam alibi diximus) plenitudo fuit, intercedente miſericordia & pietate: qua (vt dictum eſt) præuenire ſolet Deus: vt eius proprium eſt? Hinc Eccleſia canit. Deus, cuius proprium eſt miſereri ſemper & parcere.

Pſalmo 58
Ibidem 20
Matthæi 8

35 Cur Chriſtus naſci voluit ex ſola muliere?An(vt paſſim dicitur) quia ſicut primus homo ex nullo parente humano prodiit: prima verò mulier ex viro tantummodò: Sic Chriſtus ex muliere tantum naſci voluit? Sed nónne videtur Sapientibus hæc ſolutio inepta,& Meſſia penitus indigna? Nam cum ipſe ſit caput, non comparatur nec annumeratur cum ſingulis membris.Et ſi annumeratur, non deteriori ſed meliori ſorte annumerari debet.Indignius namque videtur naſci ex muliere ſola,quàm ex viro ſolo aut ex vtroque, vel à Deo immediatè produci:ſicut primus homo productus fuit, An igitur natus eſt ex muliere, Deo vicem viri ſupplente (vt reſerauit

ſerauit Gabriel,dicens:Spiritus ſanctus ſuperueniet in te,& virtus altiſsi- *Lucæ 1.*
mi obumbrabit tibi) vt tantò dignior eſſet natus,quantò dignior erat parens fœcunditatem præſtans? An, quia forſitan vtraque vis,maſculea videlicet ac fœminea remanſit in virgine? cùm non fuerit ſecta eo modo, quem Plato in Sympoſio docet, prout tamen à Moſe didicerat, ſicuti alibi reſerauimus. *Plato.* Hinc Maria non fuit tradita, nec tradenda viro in coniugium,ſed in curam tãtummodò. An(vt more noſtro loquamur) quia fuit in ea pleniſsimè,vterque & geminatus homo,animalis videlicet & fœmineus, ſpiritualis & maſculeus? *1. Corin. 15* De quo apertè Paulus & Hieronymus ampliſsimè ſcribunt. *Hieronym. in proœ. Canticor.*

SECTIO SECVNDA DE CHRISTO DEO.

QVO oleo vnctus fuit Ieſus præ participibus ſuis,vt Propheta canit? 36 Nõ quippe oliuarum oleo,ſed diuinitate,quæ oleum in Scriptura ſacra ſepius nominatur: *Pſalmo 44* hinc Sapiens canit:Oleum effuſum nomen tuum, *Cantico 1.* id eſt virtus nominis tui,quæ diuinitas eſt,vt veri Sapientes exponunt.Nam miracula & prodigia quæ fiunt in nominibus diuinis, nõ fiunt per virtutes characterum,ſed per diuinam virtutem per characteres illos denotatam,qua diuinitate & quo chriſmate omnes vnguntur. Omnia enim ſunt plena Deo,peculiarius autem homo. Et hic quantò melior eſt,tãtò magis de diuinitate participat.Redemptor autem cùm fuerit Dominus omnium, præ omnibus participibus hac diuinitate meritò vnctus eſt.Hinc ab Hebræis Meſsias,à Gręcis verò Chriſtus,id eſt vnctus per antonomaſiam dictus eſt.Vnctus autem & linitus fuit verbo,quod carnem & animam ipſius Chriſti aſſumpſit ipſam perfundens.

37 Quomodo(vt Iohannes ait)verbum caro factum eſt? *Ioannis 1.* An mutatum eſt in carnẽ?ſicut videtur innuere Paulus,dicens: *Philipp. 2.* Exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens. An ſenſum illius ſententiæ eſt. Et verbum fuit in carne? Nam (vt opinor) ab interprete malè traductum fuit hoc verbum, *Geneſ. 1.* ſicut illud Geneſeos: Fiat lux. Pro quo in veritate literæ habetur: Sit lux, omnia videlicet colluſtrans. Quæ lux eſt illa, de qua Iohannes noſter ait: Et vita erat lux.Nec enim ipſa facta fuit, ſed rebus communicata.Sic verbum non fuit factum, ſed communicatum carni, id eſt animæ carni circumamictæ.In qua carne non fuit,ſed apparuit exinanitus ipſe Deus,cùm re vera nihil diminutus fuerit.

38 Cur & quomodo redemptor dictus fuit Himanuel,butyrum & mel comedens? *Iſaiæ 7.* Nónne Himanuel nobiſcum Deus interpretatur? *Ieremiæ 23* Quamuis enim ſemper Deus omnia repleat (vt Ieremias ipſius Dei perſonam agens, perhibet dicens: Cœlum & terram ego impleo) nihilominus in aduentu Meſsię,Deus eſſe nobiſcum dictus fuit,quia peculiari quodam modo fuit in Redẽptore,ſicut ipſe peculiari atque perfectiori chriſmate vnctus fuit. An, quia Deus in aduentu Meſsiæ ianuas cœli aperuit, adeò vt non tan-

tùm ipſum, ſed omnia mẽbra eius peculari quodam modo diuinitas perfuderit & vnxerit? Hinc Chriſtiani dicimur, id eſt chriſmate & diuinitate vncti. Butyrum autem lac & mel comedit, quia ſapientia diuina per lac
Coloſſ. 2. deſignata, in ipſo pleniſsimè fuit, iuxta illud Apoſtoli: In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſciẽtiæ abſconditi: comedit etiam mel, quod eſt guſtus ipſius ſapientiæ, quem habuit ſuper omnes, ſicut & prę cæteris viguit ſapientia.

39 Quomodo intelligitur illud Iſaiæ: Et vocabitur Deus fortis, pater
Iſaia 9 futuri ſeculi? An hìc eſt malè interpretatum (vt contendunt aliqui proterui Hebræi) אל גבור El ghibor, Deus fortis? Sed nónne apud eos אל El ſignificat Deum & fortem: Incongrua quippe foret locutio ſi diceretur: Et vocabitur fortis fortis. Vnde illud El bene apud nos interpretatur
Baruch 3. Deus, ſicut apertè Baruch ait: Hic eſt Deus noſter, qui ſcilicet in terris vi-
Ieremia 14 ſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Et Ieremias, Tu autem in nobis es Domine, & nomen tuum inuocatum eſt ſuper nos. Et cui loquebatur Ieremias? Illi vtique, cui paulò antè dixerat. Quare colonus futurus es in terra, & quaſi viator declinans ad manendum?

Ibidem 31. 40 Cur dixit Ieremias: Fœmina circumdabit virum? Nónne ipſemet innuit, dum præmittit quòd Dominus creabit aut faciet quoddam nouum ſuper terram? Nouum videlicet hominem è cœlo cœleſtem: nouum, quia natus nouo modo: nouum, quia omnia innouauit: nouum, quia non fuit purus homo, ſed Deus homo, aut homo Deus. Sicut enim Chriſtus fuit vir in vtero materno, id eſt debita viri ſapientia & cognitione refertus, ita fuit diuinitate plenus: alioquin non potuiſſet innouare pactum quod Deus cum patribus fecerat. De quo in ſequentibus ipſe Ieremias longo ſermone diſſerit. Nec enim poteſt quiſpiam inire pactum verum cum alio, niſi ſit in poteſtate ipſius dare, quod in pacto promittit. Sed in hoc nouo pacto promittitur ſeruãtibus illud vita æterna, quæ à ſolo Deo dari poteſt. Igitur qui hoc nouum fœdus pepigit Deus eſt.

Ioan. 14. 15. 41 Cur Chriſtus iubet, vt omnia petamus à patre in nomine ipſius,
Ibidem 17 cùm patres petere cõſueuerint in nomine Dei? Nónne hinc concludimus Ieſum eſſe Deum? Loquens enim cum patre ait: Manifeſtaui nomen tuum hominibus. Verumtamen non patris ſed ſuum nomen proponit, in quo
Marci vlt. petamus à patre neceſſaria, & in quo operari prodigia debeamus. An igi-
Philipp. 2 tur ſibi nomen Dei indebitè vendicauit? Non quippe (ait Apoſtolus) rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo. Nam pater dedit illi nomẽ, quod eſt ſuper omne nomen: rerum videlicet creatarum, aut nomen illud quadriliterum, ſiue tetragrammum. Ipſius enim magni nominis duæ literæ expreſſæ ſunt in nomine Ieſu, י iod videlicet & ו vau. Dimiſſa verò fuerunt duo ה he, quorum alterum indicat amorem mutuum Patris & Filij, per י iod & ו vau denotatum, alterum verò vim productiuam fabricæ. Hinc
Hebræi. Hebræi dicunt quòd in ה he, id eſt in virtute Opificis per ipſum denotata, Deus mundum fabricauit. In quorum duorum ה he loco in nomine Ieſu interpoſitum fuit ש ſim, quod eſt pricipium שבת Sabat, i. requiei.

Vnde innuitur, quòd Ieſus venit ad nos, non vt nexus Patris & filij, neque vt Opifex mundi, ſed daturus requiem. Sicut ipſemet teſtatur, dicens: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. *Matth. 11.*

42 In quo nomine Patres ſolebant aliquid à Deo petere? Nónne à mūdi fabrica vſque ad Abraham ſolebat inuocari nomen אלהים Elohim? In quo nomine vel per quod nomen fabricatus eſt mundus. Vnde bis triciéſque nomen Elohim in fabrica repetitur, iuxta triginta duas ſemitas, in quibus ſcribit Abraham productum fuiſſe mundum, ſicut alibi quoque diſſeruimus. Interfuit autem hoc nomē ſeueræ iuſtitiæ, fabricæ, vt omnia ſuis ponderibus, numeris ac menſuris librarentur. Quod tanquam recens & authorem fabricæ patres inuocabant. *Abraham in lib. de forma.*

43 Cur ab Abraham vſque ad Moſem inuocatum fuit nomen שדי Sadai? ſicut ſcriptum eſt: Apparui Abraham, Izahac & Iahacob in El Sadai. Pro quo communis æditio habet, in Deo omnipotente. Hinc Izahac volens benedicere Iahacob, ait: El Sadai benedicat tibi. Pro quo etiam vulgata æditio habet, Deus omnipotens. Pari modo Iahacob benedicens Ioſeph, dixit: El Sadai benedicat tibi benedictionibus cœli deſuper. Dedit autem Deus hoc nomen nouum Abrahæ, quem renouauit, vt nomen eius indicat (ſicut alibi declarauimus) & cui dedit nouum fœdus. Quod nomen (quamuis diuina nomina interpretari propriè nequeant) ſiquidem interpretari voluerimus, hæc erit eius interpretatio. Deus ſufficiens. Vnde innuitur quòd illud nomen ſufficiebat, quouſque aliud reuelaretur. *Exodi 6.* *Geneſ. 28.* *Ibidem 49.* *Ibidem 7*

44 Cur à Moſe vſque ad Chriſtum datum fuit nomen quadriliterum ineffabile, videlicet יהוה? An, vt per ipſum Moſes cum prodigiis & portentis (ſicuti in cœleſti curia decretum fuerat) educeret populum ex Ægypto? In ipſo enim omnia mirabilia fiunt, vt ampliſsimè ſecretiores Theologi ſcribunt. Quamuis modum non doceant, & vix aliquatenus innuant. An (vt aliàs dictū eſt) quia in ipſo debellandus erat Amom mino ſiue Mammona Ægypto præſidens? An, quia in ipſo danda erat lex, cuius omnia verba ex eo reſultant? ſicuti rami, ramuſculi, frondes, gemmæ, flores & fructus ab vno arboris trunco prodeunt, vt apertè ſcribit author libri, qui Porta lucis inſcribitur. An, vt per ipſum illuſtrarentur Prophetæ? cùm ipſum ſit nomen ſupramundani Solis omnia colluſtrantis. Hoc igitur tempore huiuſmodi de cauſis nomen illud excelſum datum fuit. *Secr. Theo.* *Porta lucis*

45 Quæ myſteria continentur in nomine ישו Ieſu, theologizando per numeros? Qui modus apud Hebræos celebratiſsimus eſt, dictus Ghemateriah. An (vt aliqui ſemper humi ſerpētes aſſerunt) hæc ſunt hominū placita à myſteriis penitus aliena, An in ipſo nomine continentur ſacramēta: ſicut & in aliis ſacris ac diuinis nominibus? Vnde hūc philoſophādi modū proſequuntur Pythagoras Plato & omnes Academici. Sed quæ ſunt hæc *Hebræi.* *Pythagoras. Plato.*

myſteria? Nónne prima ipſius nominis litera eſt י iod, quæ decem importat, & denarium illum celeberrimum innuit, qui eſt finis omnium numerorum, & cui debentur decimæ tanquam cauſæ finali & beatificanti? Vltima verò litera eſt ו vau, quæ ſex reddit, numerum quidem perfectũ, quo (vt Auguſtinus diſſerit) creatus eſt mundus, & quæ arborem vitæ ſignificat, illam videlicet arborem, de qua ſcriptum eſt. Ego ſum vita. Media autem litera eſt ש ſin, quæ tercentũ præſtat. Et hæc innuit remunerationem quæ fit per centenarium ter complicatum, tres diuinitatis perſonas innuens, quarum viſio eſt merces noſtra. Hinc Saluator de eo qui ipſi perfectè adhæſerit loquens, ait: Centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Vita enim æterna eſt diuinitas illa continens tres perſonas, quarum cuilibet reſpondet centenarium, adeò vt explicentur in trecenta, vnitati eſſentiæ counita, & collecta in illud vnum quod omnibus ſummoperè neceſſarium eſt, vt Chriſtus Marthæ dixit.

Augu. ſuper Geneſim. *Ioannis 14.* *Matth. 19.* *Lucæ 10.*

46 Quomodo Meſſiæ nomen dicitur nouum, ſicut ab Iſaia prænuciatum fuerat? Nónne Dauid Chriſti perſoná agens, canit: In capite libri ſcriptum eſt de me? Cui adſtipulatur Paulus, dicens: Ipſe eſt primogenitus in multis fratribus. Et alibi clarius: Qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ. Si igitur ipſe eſt omnibus antiquior, nónne etiam nomen eius omnium antiquiſſimum eſſe debet? An igitur nouum dicitur Meſſiæ nomen, quia nõdum in terris fuerat auditum? An, cùm per nomen ſæpenumerò apud Sapientes (vt etiam ſuprà diximus) virtus Dei intelligatur, vocatus fuit Meſſias nomine nouo, quia venit cũ virtute noua nedum faciendi miracula (quia in nomine tetragrãmo multa per Moſem & alios facta ſunt miracula) ſed cum virtute noua facilius & perfectius remittendi peccata, aperiendi cœlos, pacificandi omnia quę in cœlis & quæ in terris ſunt, attrahendi omnia ad ſe, & multa huiuſmodi faciendi, quæ nunquam aliàs facta fuiſſe leguntur.

Iſaiæ 62. *Pſalmo 39* *Romano. 8.* *Coloſſ. 1.* *Ibidem.* *Ioannis 12.*

47 Habetúrne per aliam viam quàm per oracula, quòd nomen Meſsiæ debeat ſic ſcribi ישו? Nónne fauet nobis via numerorum apud Sapientes, (vt dictum eſt) celeberrima? nam literæ nominis ישו Ieſu reddunt trecenta ſexdecim, & totidem reddunt literæ tetragrammi cum literis nominis matris Ieſu, quæ Hebraicè dicitur מרים Miriam. Hinc Gabriel dixit ei: Virtus altiſsimi obumbrabit tibi, & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei.

Lucæ 1.

48 Cur nomen Ieſu eſt adeò dæmonibus terrificum? Nónne quia nomen שדי Sadai ipſis dæmonibus valdè terrificum in ipſis continetur? hinc Pſalmus nonageſimus contra malos ſpiritus æditus, incipit: Qui habitat in abſconſione altiſsimi, in vmbra Sadai commorabitur: pro quo vulgata æditio habet, Dei cœli: cuius quidem nominis literę reddũt trecenta quatuordecim. Cui numero ſi addatur binarius, numerus quidẽ materiæ, vel biſarij corporis (vt more Platonico loquamur) redditur numerus trecentorum ſexdecim, quot importat nomen Ieſu, quod ſignificat diuinitatem incarnatam vel incorporatam, iuxta illud: Verbum caro factum eſt.

Pſalmo 90 *Ioannis 1.*

49 Nomen Ieſu ſine illis duobus ה he nominis quadriliteri cadítne à dignitate diuina? Non quippe. Nam Paulus horum ſacramentorum cōſcius dixit: Dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen. Interpoſita enim fuit inter duas literas quadriliteri, loco duarum literarum prætermiſſarum, ש ſim. Quæ litera (vt dictum eſt) שבת ſabat, id eſt requiei principium eſt. Et hoc in figura valdè myſterioſa factum eſt. Vnica enim eſt litera tres ramos habens. Et hæc innuit Trinitatem perſonarum in vna eſſentia. Quarum trium perſonarum virtus in Ieſu habetur concluſa, non tantùm ex Auguſtini ſententia, dicentis: Opera Trinitatis ad extra ſunt indiuiſa, ſed ex ſacris oraculis. Dixit enim Gabriel: Virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ecce Pater. Et expreſſè: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te. Quorum videlicet virtute paries filium, qui dicetur & erit filius Dei. Nam cum ipſo ſemper fuit virtus paterna, iuxta illud: Qui me miſit, pater videlicet, mecum eſt. Fuit quoque ſemper Spiritus ſanctus: ſicut dictum fuit Iohanni, Super quem videris Spiritum deſcendentem & manentem, hic eſt, ſcilicet filius Dei & redemptor qui baptizat in Spiritu ſancto.

Philipp. 2. *Auguſtin.* *Lucæ 1.* *Ioannis 8* *Ibidem 1.*

50 Cur voluit Chriſtus (præter ea quæ diximus (vt in nomine eius patrem omnia peteremus? Nónne quia omnigena aliorum nomium virtus in ipſo Ieſu nomine concluditur? Nec enim tantùm virtus ſanctiſſimæ Trinitatis, ſed omnium diuinorum numinum virtutes in ipſo reperiuntur: ſicut ab Iſaiæ oraculo bis edocemur, ait enim: Requieſcet ſuper eū ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, & quæ ſequuntur. Nam ibi omnem ſeptenarium illum diuinum enumerat. Et alibi: Appræhendent (inquit) ſeptem mulieres virum vnum, id eſt ſeptem dona & numina Spiritus Dei, vt bene ſentit & interpretatur Origenes. Quod ipſe Chriſtus vnico ſermone reſerauit, dicens: O mnia mihi tradita ſunt à Patre meo. Et alibi: Et mea omnia tua ſunt, & tua mea ſunt.

Ibidem 15. *Iſaiæ 11.* *Ibidem 4.* *Origenes.* *Matth. 11.* *Ioannis 17*

51 Cùm ſit tam potens hoc nomen, in quo iubemur petere, cur multi petentes non exaudiuntur? An, quia malè petunt? Hinc duobus diſcipulis dictum fuit. Neſcitis quid petatis. Cui adſtipulatur Iacobus, dicens: Petitis, & non accipitis, eò quòd malè petatis. An, quia petentes, peccatores & indigni ſunt? Hinc dixit ille, vtroque oculo illuminatus. Scimus quòd peccatores Deus non exaudit. An quia non ſufficit ipſum nomen verbis exprimere, ſed oportet ipſum intentione & cognitione inuocare? iuxta illud: Protegā eum, quoniam cognouit nomen meū. Vnde de hoc ampliſſimè ſecretiores Theologi ſcribunt. An, quia requiritur quòd habeamus ſymbolum cum nômine in quo petimus? iuxta illud Apoſtoli: Nemo poteſt dicere Dominum Ieſum, niſi in Spiritu ſancto, niſi videlicet ſit in ipſo nomine ſancto ſanctificatus.

Matth. 20 *Iacobi 4.* *Ioannis 9.* *Pſalmo 90* *Secr. Theo.* *1. Corin. 12*

52 Quomodo diuinitas humanitati Chriſti coūnita fuit? An in vnitate ſuppoſiti, vt commûniter nouitiores Theologi docent? Imaginantur enim nonnulli ipſorum tria eſſe in homine, naturam videlicet, naturam ſingularem, quam hæcheitatem vocant, & rationem perſonæ, quæ (vt ipſi aſſerunt) conſiſtit in duplici incommunicabilitate, ſpecifica videlicet &

Theo. in prima diſtin. 3.

indiuiduali, quã appellant quo & quod. Et hanc dixerunt aduenisſe Chriſto à diuinitate, vel à verbo, aut à perſona ſecunda Trinitatis illi ſingulari humanitati vnita. Subtilis quidem imaginatio: Verùm quantum veritati proxima ſit, iudicent Sapientes. Nam quomodo perſcrutari vel loqui potuiſſent antiqui de hac vnione, cùm nomen perſonæ vel hypoſtaſis (teſte *Hieronym.* Hieronymo) ante Damaſi Papæ tempora ſuſpectum eſſet, vel ſaltem non haberetur in vſu? Nónne igitur perpulchrè Iacobus docet nos huius ver- *Iacobi 1* bi vnionem, dicens: Suſcipite inſitum verbum? ſicut enim ſtipes ſylueſtris & ſterilis per inciſionem ſurculi fructiferi frugifer redditur, ſic & humana natura ſterilis & infructuoſa per hoc verbum in ea inſitum, frugifera facta eſt.

Ioannis 13. 15. vel 17. 53 Si verbum inſitum fuit in priuato ſtipite Chriſti, quomodo natura humana (vt modò dictum eſt) effecta eſt tota frugifera? Nónne hac ſolùm de cauſa Chriſtus à nobis exegit, vt eſſemus ei vniti in fide, i. fidelitate & adhærentia perfecta & in charitate? ſic enim & non aliter virtus verbi inſiti diffundetur in omnes ramos huius myſticæ arboris, & in omnia membra huius myſtici corporis: vnde omnes fructum ſuum afferent, ſicut ipſe *Ibidem 15* Saluator ait: Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multũ, quia ſine me nihil poteſtis facere.

54 Poteſtne admitti, & quomodo doctrina Theologorum ſcholaſticorum de vnione hypoſtatica? Nónne habemus à Peripateticorum duce, *Ariſtot.* quòd operationes fiunt à ſuppoſito? Cùm igitur videamus in Chriſto aliquas operationes, omnem humanam & creatam virtutem penitus tranſcendentes, nónne neceſſariò fatendum eſt illas à ſuppoſito vel à perſona diuina proceſſiſſe? Sed de iis quæ operatus fuit Moſes vltra omnes vires creatas, adeò vt Memphitici Sapientes coacti fuerint confiteri, quòd di- *Exodi 8.* gitus Dei eſſet illic, quid dicemus? Nónne cum Moſe erat Angelus (vt in *Ibidem 23* Exodo legimus) qui & ipſe eſt perſona, per quam Deus, vel quæ in virtute Dei operatur? Vnde & legem ipſe Deus per Angelum dedit, iuxta illud A- *Galat. 3.* poſtoli: Lex data eſt per angelos in manu Mediatoris.

55 Quomodo dignoſcere poſſumus in Chriſto fuiſſe magis perſonam *Exodi 23* diuinam quàm angelicam? Nónne id ex oraculis habemus? Nam ad Mo- *Ioannis 1.* ſem (vt nuper dictum eſt) angelum miſſum fuiſſe legimus. De Chriſto autem Iohannes inquit, quòd verbum diuinum affuit, nedum in anima, ſed etiam in carne ipſius. Nónne etiam hoc indicant opera, quæ ipſemet in *Ibidem 10* comprobationem ſuæ diuinitatis adduxit, dicens: Opera quæ ego facio, ipſa teſtimonium perhibent de me? Et paulò poſt: Si non vultis (inquit) mihi credere, operibus credite, vt cognoſcatis & credatis, quia pater in *Ibidem 14* me eſt, & ego in patre. Sed nónne ipſemet ait: Qui credit in me, opera quæ ego facio ipſe faciet, & maiora horum faciet? Quomodo igitur ex operibus diuinitatem eius comprobare poſſumus? Nam idem poſſet concludi de quocunque operante per fidem, ſicut ipſe promiſit. An ita- *Marci vlt.* que (vt Sapientes concludunt) non propriè ex operibus, ſed ex modo operandi arguere poſſumus diuinitatem Chriſti? Præcipiendo enim

& non inuocando ipſe operatus eſt. An etiam, quia tribuit vt in nomine ipſius alij operentur? Quod fieri nequiret, niſi nomen eius diuinam virtutem contineret. Nam (vt alibi diximus) Moſes omnia portenta fecit in nomine quadrilitero. Sic & omnes poſteriores Prophetæ. Nullus autem in nomine alicuius puræ creaturæ miracula operatus eſt. *Ibidem*

56 Quomodo (vt Apoſtolus ait) Chriſtus eſt diues in omnes qui inuocant illum? Nónne, quia ipſe fuit plenus diuitiarum? Non quidem earum quas tinea demolitur, conſumit ignis, & fures effodiunt & furantur, ſed theſaurorum ſupramũdanorum, de quibus ipſe Apoſtolus inquit. In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. Nec tantùm ſapientiæ, ſed meritorum, virtutum, & omnium bonorum pro ſe & pro omnibus ei adhærentibus, iuxta illud Iohannis: De plenitudine eius omnes nos accepimus. Vnde Paulus cum Epheſiis agens, ait: Gratificauit nos Pater in Filio ſuo dilecto, in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius, & remiſſionem peccatorum ſecundum diuitias gratiæ eius, quæ ſuperabundauit in nobis. Nec tantùm habuit diuitias gratiæ & meritorum, ſed etiam diuinitatis, per quam ipſi adhærentes operantur ea quæ ſolus Deus facere poteſt. *Roman.10* *Coloſſ.1* *Ioannis 1.* *Epheſ.1.*

57 Vnde habuerunt Chriſto credentes, vt tot & tanta miracula operarentur? Nónne hoc habuerunt ex fide? ſicut ipſe Chriſtus teſtatur, dicens: Signa autem eos qui crediderint, hæc ſequentur. In nomine meo dæmonia eiicient, & quæ ſequuntur. Hinc Paulus dixit: Sancti per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, & cætera quæ ſequuntur. Vbi multa commemorat facta à ſanctis per fidem. Sed cùm non amplius tot mirabilia à fidelibus fieri videamus, éſtne igitur mortua fides? Nam (teſte Iacobo) fides ſine operibus mortua eſt: non quidem ſine operibus miraculoſis, ſed ſine operibus correſpondentibus fidei, & ad ipſam pertinentibus, cùm vera fides non conſiſtat in ſola credulitate. Nam (vt ipſe Iacobus paulò ſuperius ait) dæmones credunt & contremiſcunt. Vera igitur fides conſiſtit in firma inhærentia, fidelitate, & vnione cum Deo, adeò vt virtus ipſius diffundatur in omnes verè credentes & ei adhærentes. Hinc amici Dei operabantur per virtutem ipſius Dei communicatam ipſis, qui Deo adhærebant & vniti erant. Sicut enim virtus rationis exiſtens in capite, rationabiliter in omnibus membris operatur, adeò vt moueantur ſecundum dictamen ipſius rationis exiſtentis in capite, (nam membra non ſunt rationis capacia, niſi quatenus capiti adhærent.) Sic nec quiſpiam mirabilia aliqua operari poteſt: niſi Deo & capiti Chriſto adhæreat. Qui Chriſtus iccircò caput corporis Eccleſiæ dictus eſt. *Marci vlt.* *Hebræ.11.* *Iacobi 2.* *Epheſ.5.*

58 Si Chriſtus eſt Deus, cur dixit ſe habere doctrinam à Patre? Durum quippe eſt loqui de iis quæ captum humani ingenij tranſcendunt. Cuiuſmodi eſt ſermo de Dei filio, quẽ nemo nouit, niſi pater: vnde tãtùm loquemur, quantũ ipſe dignatus fuerit reuelare. Nõne igitur ipſe dixit: Omnia *Ioannis 7.* *Matth.11.*

mihi tradita ſunt à Patre meo: Et iterum, Exiui à Patre, & veni in mũdum.
Ibidem Ioannis 16. Si itaque eſſe habuit à Patre, cur dubitatur de doctrina & ſapiẽtia, quæ & ſi Filio communicata eſt, eadem tamẽ eſt quę in patre reperitur? cùm ambo ſint vnum, in eſſentia videlicet infinita. *Ibidem 10* Ratione cuius infinitatis idem reperitur in ambobus: quod aliquatenus exemplo exprimi poteſt. Nam eadẽ lux eſt in ſole & quæ nobis cõmunicatur. An, cùm duo ſint in Chriſto, homo videlicet & Deus, in eo quòd homo, ſuſcepit doctrinam à Patre producente verbum eidem homini coniunctum?

Matth. 17. 59 Quo Dei teſtimonio Chriſtus declaratus eſt Deus? Nónne per vocẽ Patris, dicentis: Hic eſt filius meus dilectus? Sed nónne etiam de populo *Exodi 4.* Iſraelitico dixit Deus: Filius meus primogenitus Iſrael? Non quippe de Iſrael ſubinfertur, quod de Ieſu, videlicet, in quo mihi bene complacui. Nõ *Pſalmo 15* enim Deus ſibi complacet in creaturis (cùm ipſe ſit fœlix ſine creaturis) ſed ſibi complacet in verbo producto, quod amat & à quo amatur per amorem qui eſt Spiritus ſanctus. Sed nónne ſcriptum eſt de ſapientia Dei. *Prouerb. 8* Deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum? Sunt quippe delitiæ Dei producendo hominem & implendo ipſum muliplici bonitate. Quæ delitiæ ſunt in ſeipſo, & proueniunt à ſeipſo communicante, non autem ab eo, cui communicantur, ſed de filio dicitur: In quo mihi bene complacui.

Matth. 17 60 Habemúſne aliud teſtimonium idem comprobans? Nónne Moſes legiſlator Chriſti transfigurationi interfuit, vt indicaretur ꝙ lex perhibuerit teſtimonium de ipſo? Interfuit & Elias eximius Prophetarum, vt innueretur, quòd Prophetæ idem fecerint. Hinc dum ipſe Chriſtus vellet *Lucæ 24.* duobus diſcipulis declarare, qualis fuerit, incipiebat (vt Lucas ait) à Moſe diſcurrens per omnes Prophetas, & mirabili & lympido ſenſu interpretabatur ſacramenta, ſub velamine Scripturarum latentia. Interfuerunt quoque ambo honorantes ipſum, & ipſi cedentes, vt indicarent, quòd lex cedere debebat Chriſto. Qui venit, nõ vt ipſam euacuaret (vt aliqui dicũt) ſed vt adimpleret ac perficeret, compleretq; ea quæ lex & Prophetæ præfigurauerant & prædixerant de ipſo.

61 Quomodo Chriſtus ſemetipſum transfigurauit? Nónne tranſmuta- *Matth. 17.* uit corpus ſuum in eam ſortem, quam vnuſquiſque noſtrûm ſortiri debet *1. Corin. 15.* in reſurrectione. Quando corpus noſtrum ſurget in nobilitate, in gloria, *Theolô. 49. diſt. quarti* in claritate, & cæteris dotibus vel conditionibus à Paulo & à Theologis *Matth. 17* ſcholaſticis enumeratis. Quod indicauit ſplendor faciei eius, quæ (vt Matthæus narrat) reſplenduit ſicut Sol. Fœlicius enim reſplenduit Chriſti fa- *2. Corin. 3.* cies, quàm Moſi, quamuis & ipſa (teſte Apoſtolo) valdè ſplenduerit. Et adeò inualuit ſplendor ille, vt veſtimẽta eius viderentur alba, ſicut nix. Qui ſplendor prouenit ex diuinitate quæ in ipſo fulgebat. Oſtendit enim eam *Philipp. 2* quam in ſe continebat gloriam: quamuis eam compreſſerit inter mortales degens, cum quibus habitu inuẽtus fuit vt homo, & cum mortali corpore, quod pro illa gloria & vita donanda, morti tradidit. Quam gloriam *Deuter. 17.* futuram oſtendere voluit tribus teſtibus, cùm in ore duorum vel trium *Matth. 18* ſtet omne verbum.

62 Cùm Euangeliſtæ dicant, quòd poſt ſex dies Chriſtus ſemetipſum transfigurauit: à quo die enumerantur illi dies? Nónne ab eo die, quo dixit. Sunt quidam de hic ſtantibus, qui non guſtabunt mortem: Cùm enim hoc videretur naturæ legibus repugnare (nam ſtatutum eſt hominibus ſemel mori) ne iudicaretur impoſſibile, voluit diſcipulis ſtatum immortalitatis oſtendere: vt tempore ſuo huius veritatis teſtes eſſent. Hinc Petrus de hoc monumentum perpetuum reliquit. Accipiens (inquit) à Deo Patre honorem & gloriam, voce delapſa ad eum huiuſcemodi à magnifica gloria. Hic eſt filius meus dilectus. Quam vocem audiuimus è cœlo allatam: cum eſſemus cum ipſo in monte ſancto. Sed cur poſt ſex dies Chriſtus transfigurari voluit? Nónne (vt Origeni placet) ad innuẽdum ſex dies fabricæ: quibus (vt alias diſſeruimus) ſex millenarij reſpondent: poſt quos, die videlicet octauo, connumerando primum à quo incepit (nam ſex ſunt intermedij tanquam interualla) dabitur nobis gloria: quæ à Chriſto tunc præmonſtrata fuit?

Ibidem 17 *Mar.* 9 *Mat.* 16 *Hebr.* 9 *1. Pet.* 1 *Origenes.*

63 Quæ nubes lucida (vt Matthæus narrat) obũbrauit Apoſtolos? Cùm proprium nubis ſit obtegere & obſcurare: quomodo erat lucida? An forſitan fuit nubes illa, de qua propheta canit. Qui ponis nubem aſcenſum tuum? Quod aliqui interpretantur de nube: quæ Chriſtum aſcendentem in cœlum ſuſcepit: vt Lucas narrat. Sed quomodò communis nubes, quę non tranſcendit infimam aeris regionem, potuit ipſum in cœlum ſubuehere? An igitur nubes lucida fuit virtus illa: de qua Gabriel Mariæ dixit. Et virtus Altiſſimi obumbrabit tibi? Quæ virtus in Altiſſimo ſubtiliſſima, immo incorporea & diuina eſt: ſed nobiſcum agens denſatur in nubem. Sicut corpus noſtrum ſenſibile exquirit. Nubes itaque illa fuit virtus patris & filij, obumbrans Apoſtolos: vt ſufferrent diuina. Quamuis ceciderint in facies ſuas timentes. Nam forſitan diuinis inſueti, mortui eſſent: niſi nubes obumbrans eos defendiſſet. Hinc legimus, quòd patres in deſerto protecti fuerunt à nube, ne opprimerentur à gloria Dei: qui illos præibat.

Matthei 17 *Pſalmo* 103 *Actor.* 1 *Luca* 1 *Exod.* 13

64 De quo exceſſu Moſes & Elias loquebantur cum Chriſto: quem (vt Lucas narrat) completurus erat in Ieruſalem? An de laboris exceſſu: qui tam arduus fuit, vt aliquando feſſus (teſte Iohanne) ſedere coactus ſit? An de exceſſu patientiæ: qua ſuſtinuit immaniſſimos cruciatus vſque ad mortẽ? An de exceſſu doloris: de quo Ieremias. Magna eſt velut mare contritio tua: quis medebitur tui? An de exceſſu amoris: qui adeo immenſus fuit, vt animam pro amicis dederit? Quo amore (ipſo teſte) nullus maior. De quo Ieremias, perſonam eius agens, ait. Recordare diem tranſgreſſionis meæ, abſynthij & fellis. Cui grata anima reſpondens, inquit. Memoria memor ero: & tabeſcet in me anima mea.

Luca 9 *Ioannis* 4 *Thre.* 2 *Ioannis* 10 *Ibidem* 15 *Thre.* 3

65 Cur errauit Petrus, dicens. Faciamus hic tria tabernacula? Nam (teſte Euãgeliſta) neſciebat quid diceret. An, quia (vt communiter dicitur) nondum erat aperta paradiſi & beatitudinis porta: ad quam aperiẽdam Chriſtus venerat? An, quia tẽpus erat pugnandi: nec quieſcẽdi in tabernaculis?

Luca 9 *Mar.* 9

An,quia tantummodò curabat de hoſpitio illorum trium, omnibus aliis reiectis? An,quia contentus videbatur tribus duntaxat tabernaculis:cum tamen multa ſint in domo patris: vt filius perhibet? An, quia per tria ta-
Ioannis 14 bernacula volebat ſeiungere legem à prophetis, & vtroſque ab Euange-
Matth. 22 lio:cum tamen omnia hæc in vno & eodem concludi debeant?Nam(teſte ſumma veritate) lex & Prophetæ dependent ab amore Dei & proximi: quem vnicum,totum Euangelium intendit.

Iſaiæ 22 66 Quæ ſunt claues Dauid:quibus clauditur & nemo aperit, & è con-
Ibidem. uerſo:vt Iſaias ait?An claues iſtæ ſunt poteſtas temporalis occidendi & liberandi:qualis fuit in Dauide? Sed cum huiuſmodi claues promiſſæ fuerint Eliachim Sacerdoti filio Elchiæ:quid ad ipſum poteſtas occidendi &
Mat.16 viuificandi: quæ ad Regem potius quam ad ſacerdotem ſpectat? An igi-
Apoc 3 tur (vt alias diximus) de clauibus, quas Chriſtus Petro dedit, eſt ſermo? Duplicem enim dedit ei poteſtatem, ligandi videlicet & ſoluendi animas:vt Matthæus refert. Quæ poteſtas ſolius Dei eſt: quia ipſe ſolus poteſt remittere peccata. Hinc Iohannes ait. Hæc dicit Sanctus & verus: qui habet clauem Dauid:& qui aperit, & nemo claudit: claudit, & ne-
1. Reg.30 mo aperit. Sed cur hæ claues dicuntur Dauid: qui fuit non ſacerdos, ſed
2. Reg.6 Rex?An,quia & ipſe aliquando functus eſt ſacerdotis officio?Nam induit ephod: & Arcam Dei conduxit(vt in primo & ſecundo Regum volumine
Iere.23 legimus) & cultum Dei ampliauit:hymnóſque vbique gentium in honorem Dei decantandos compoſuit. An per Dauid intelligitur non filius Ieſſe,ſed ille, de quo in Ieremia dicitur. Et ſuſcitabo Dauid germen iuſtum?
Exod.17 An per Dauid intelligitur manus & virtus illa: quæ eſt ſuper ſedem Iah, ideſt Dei bellans contra Hamalech,ideſt antiquum hoſtem à generatione in generationem:vt in Exodo legimus?

Ioannis 4 67 Super quo fonte ſedit Ieſus laſſus ex itinere? An ſuper fonte iuxta
Pſalmo 35 portam Samariæ(vt Iohãnes ſcribit)exiſtente? An(vt altius cõſcendamus) hinc innuitur quòd ſedebat ſuper fonte illo,de quo propheta canit. Quoniam apud te eſt fons vitæ? Nam in ipſo ſemper quieſcebat. Alioquin dolores & labores illos,quos pro nobis tulit, ſufferre nequiuiſſet: nec opera-
Theologi. tus fuiſſet omnium ſalutem. Cùm omnes Theologi aſſerant opus illud fuiſſe pluſquam humanum:nec à puro homine fieri potuiſſe.

Ioannis 4 68 Cùm multi Patriarchæ & Prophetæ ritè & verè Deũ adorauerint:
Geneſis 22. cur Chriſtus dixit,quòd ſuo tempore eſſent veri adoratores:qui adorarẽt patrem in ſpiritu & veritate,non autem in templo nec in monte? Nónne adorauit Deum in veritate Abraham,qui obtulit filium, & Moſes, qui legem & cultũ Dei tradidit,& Dauid,qui pſalmos vbique & ſemper decan-
Hebræi 9 tandos compoſuit? An igitur adorare in veritate eſt adorare Deum verum
Iſaiæ 2 non per ænigmata,nec per figuratiua ſacrificia,ſed amoto omni velamine figurarum,cum ſacrificio figurato & vero,oblato nõ in tabernaculo ma-
Ioannis 15 nufacto ſed cœleſti,nec in monte, Garizim vel Moriah, ſed in monte,in vertice montium (vt Iſaias ait) preparato, ideſt Chriſto eleuato ſuper omnes colles,ideſt Sanctos,in quo(ipſo iubente) omnia petimus à patre? Ait

enim. Quicquid petieritis patrem in nomine meo,dabit vobis. Quod non eſſet, niſi virtus diuinitatis eſſet in ipſo: vt ſuprà diſſeruimus.

69 Quis eſt fons aquæ ſalientis in vitam æternam: de quo Chriſtus meminit? An eſt (vt Iohannes declarat) ſpiritus, quem accepturi erant credentes? Sed quomodò fons aqueus eſt ille ſpiritus: qui ſemper in Scriptura ignis denominatur? An igitur eſt ſpiritus Ieſu, qui aqua eſt, differens ab illo ſpiritu igneo? An Spiritus ſanctus in eo quòd docet & ſapientiam præſtat, fons aqueus eſt? Sed quomodo bibentibus illam aquam filij proſilit iſte fons ſpiritus? Quid (quæſo) eſt Spiritus ſanctus, niſi amor patris & filij, ex cognitione, quam habet Deus de ſeipſo, reſultans? Sicut itaque Deus cognoſcens ſe producit verbum & inde amorem, qui eſt ſpiritus: Sic aqua ſapientiæ, quam nobis propinat filius, veræ ſapientiæ fons ex cognitione, quam habet de Deo, amorem generat & ſpiritum Dei in ſe: qui ſalire facit hominem, huiuſmodi aquam bibentem, mente dum viuit in Deum: poſt mortem verò in vitam æternam. Qui fons eſt ignis dum inflammat & accendit: & eſt aqua dum docet: vt dictum eſt. Hinc Chriſtus dixit. Ignem veni mittere in terram. Et alibi. Ille vos docebit omnia. Qui ſpiritus cum non poſſit procedere niſi à fonte diuinitatis, concluditur quòd ille, qui propinat aquam, vnde ſalit iſte ſpiritus, Deus ſit. *Ibidem 4* *Ibidem 7* *Lucæ 12* *Ioannis 14*

70 Cur Chriſtus longum ſermonem habere voluit cum Samaritana: & tanta ei myſteria reuelare? An, vt præberet nobis exemplum, ne ſpernamus quempiam ſalutem cupientem: ſit vir vel mulier, iuſtus vel peccator, domeſticus vel alienigena? An, vt ſicut Serpens antiquus ſumpta occaſione à muliere totum genus humanum infecit: Sic & ipſe Chriſtus ſumpta occaſione à muliere liberaret & redimeret omnes Samaritas illos: ſicut Euangelica pandit hiſtoria? An (vt altius conſcendamus) vt innueret, quòd colloquium diuinum multoties incipit à muliere: ideſt à parte ſenſitiua? Iuxta illud Apoſtoli. Fides ex auditu: auditus autem per verbum Chriſti. Quod videlicet auribus noſtris intonatur. *Ibidem 4* *Geneſis 3* *Rom 10*

71 Quomodo mulier (vt Lucas narrat) ad tactum veſtimenti Ieſu ſanata eſt? Nónne, quia virtus diuinitatis, quæ erat in Ieſu Chriſto, redundabat nedum in corpore ſed etiam in veſtimento? Nam, cum mulier ad tactum veſtimenti ſuſcepiſſet ſanitatem: ſenſit Chriſtus virtutem, quæ exierat. Hinc dixit. Tetigit me aliquis. Nam & ego noui virtutem de me exiiſſe. Quod multi cognoſcentes rogabãt (vt Marcus refert) vt fimbriam veſtimenti ipſius tangerent. Quotquot autem ipſum tangebant: ſanabantur. *Lucæ 8* *Ibidem* *Mar. 6*

72 Quæ veſtimenta erant hæc: vnde tanta virtus exibat? An vnum erat tunica inconſutilis: quam baptiſmum alibi ſignificare diximus, ſacramentum quidem non reiterabile: alterum verò erat tunica diuiſibilis, ſacramentũ videlicet pœnitentiæ, toties, quoties opus eſt, reiterabile? Ab his enim duobus veſtimentis diſtillat ſanitas animæ. Veſtimentáque dicuntur huiuſmodi ſacramenta, quia nuditatem noſtram & peccata tegunt.

An eſt veſtimentum illud, de quo Propheta canit. Amictus lumine, ſicut
Pſalmo 103 & 92 veſtimento. Et illud, de quo alibi idem Vates. Induit Dominus fortitudinem: & præcinxit ſe virtute? Quibus veſtimentis nobiſcum agit: cum ipſum nudum apprehendere nequeamus. An veſtimenta illa ſunt decẽ proprietates aut veſtes, quas Deus induit, dum mundum creauit: & dum agere cum creaturis decreuit? A quibus veſtimentis (vt ſecretiores Theologi
Sec. Theol. tradunt) prouenit, quicquid nobis communicatur. Quæ omnia cum in
Matthæi 11 Chriſto concluderentur, cui pater omnia dedit, non potuit quippiam ex ipſis emanare: cùm ipſe Chriſtus ſentiret. Hinc non ſine cauſa dixit, quòd ſenſerat ex ſe virtutem exiiſſe. Quod quantum concludat diuinitatem in
Luc. 8 eo fuiſſe, iudicent Sapientes.

Matthæi 21 73 Poteſtne cõcludi diuinitas Chriſti ex illo Oſiana à pueris decantato? Nónne cuilibet nos adiuuare valenti dicere poſſumus Oſiana, ideſt Salua nos? Sed nónne ſtante peccato Adæ humanis viribus irreparabili nemo poteſt ſperare ſalutem, niſi ab homine Deo? Sed vnde hoc? An, quia ſeries diſpoſitionis diuinæ ſic exigebat? An, quia tota maſſa generis humani infecta non poterat expiari, niſi per hominẽ cœleſtem, è cœlóque venientem? An, quia (vt ſupra diximus) ſolius Dei eſt remittere peccata? Vnde nec Apo
1. Cor 15 ſtolis data fuit poteſtas remittendi peccata: niſi in virtute Spiritus ſancti.
Ioannis 20 Hinc Chriſtus præmiſit. Accipite Spiritũ ſanctũ. Deinde ſubintulit. Quo-
Matth. 21 rũ remiſeritis &c. Pueri itaq; à Spiritu ſancto acti (vt ipſe Chriſtus innuit) ſaluari flagitabãt ab eo, qui erat homo Deus. Propterea ſacerdos, qui vice Dei peccata remittit, antiquitus vngi iuſſus fuit, chriſmate videlicet Spiritus ſancti & diuinitatis: vt ſupra diſſeruimus. Quod & nũc obſeruatur.

74 Quomodò Chriſtus moriens voce magna (vt Matthæus refert) cla-
Ibidem 27 mare potuit? Nã homo aut ſuffocatus aut deficiens moritur: & ſic moriẽs
Ioan. 10 nullatenus emittere clamorẽ poteſt. Nónne moriẽs Chriſtus clamauit: vt
Ibidem 12 oſtenderet ſe nõ ex oppreſſione vel debilitate mori, ſed ex voluntate? Iuxta illud. Poteſtatẽ habeo ponendi animam meã: & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Clamauit autẽ magna voce: vt omnia ad ſe traheret: ſicut ipſe prædixerat. Nam inter cætera, quæ attrahere ſolent, annumeratur
Luc. 16 clamor: vt alibi diſſeruimus. Qui clamor auditus fuit nedũ ab aſtantibus,
Mat. 27 ſed etiã à patre: qui ſpiritũ eius ſuſcepit. Auditus quoque fuit à cœlo: quod tunc apertũ fuit ab Angelis, qui fœlicius portarunt animam ipſius, quam animã Lazari in ſinũ Abrahæ. Auditus fuit ab inferno: qui reddidit mortuos ſuos. A terra quoque auditus eſt: quæ mota eſt & ſciſſis lapidibus & monumẽtis reddidit corpora, quę antè ſuſceperat. Auditus fuit à gentibus ex quibus Centurio dixit. Verè filius Dei erat iſte. Auditus quoque fuit à lege: cũ velum Templi illam obtegẽs ſciſſum ſit: reſeratis legis & prophetarum ſacramentis. Auditus denique fuit à toto mundo, omníque poſteritate omnium: qui ad hunc clamorem cucurrerunt ad Chriſtum.

Ibidem 75 Cur patiente Chriſto velum tẽpli ſciſſum dicitur à ſummo vſq; deorſum? An, quia omnia abhorruerunt mortẽ Chriſti capitis? Vnde omnia elemẽta, ſydera & reliqua oĩa pati viſa ſunt. An (vt ad ſacramẽta veniamus) q.a

moriens & conſummans opus redemptionis(vt ipſemet perhibuit, dicẽs. Conſummatum eſt)per Spiritum ſanctum (quem miſit tempore ſuo cœlum conſcendens)omnia legis ſacramenta, & prophetarum oracula reſerauit?Iuxta illud Apoſtoli. Nos verò omnes reuelata facie gloriam Domini ſpeculamur, cõſcendentes à claritate in claritatem:quouſque transformemur in eandem imaginem,quæ eſt filius Dei. Cùm data ſit nobis poteſtas filios Dei fieri,imitantes illum, qui Deus factus eſt homo. Et vtinam verã Theologiam proſequerentur Chriſtiani:nec inanem Philoſophiam ſecundum elementa huius mundi,non autem ſecundum Chriſtũ:vt Apoſtolus ait.Huiuſmodi enim doctrina & rationes naturales ſunt ſuperſtitiones quędam,hominũ intellectus magis implicantes quam illuſtrantes. *Ioannis 19* *2.Corint.3* *Ioannis 1* *Coloſſ.2*

76 Qua virtute Chriſtus à terra exaltatus fuit?Nónne diuina virtus exigebatur:vt omnium ſacrificiorum virtutem ad ſe attraheret? Tanta enim fuit virtus paſſionis Chriſti:vt commemoratio ipſius ſufficiat pro omnibus ſacrificiis legalibus:quæ omnia ſua peculiari ratione(vt ſuprà diſſeruimus)ſancita fuerunt.Hinc quam bellè Dionyſius vocat Chriſtũ quoddam totũ. Attraxit quoque ad ſe Chriſtus moriens omnia numina, & omnes virtutes cœleſtes.Sicut Paulus, horũ ſacramentorũ non ignarus referat, dicens. Expolians principatus & poteſtates traduxit confidenter, palàm triũphans illos in ſeipſo. In ſeipſum videlicet reducens omnium illorum virtutem.Quæ virtus continendi omnia actu(vt aiunt) proprium Dei eſt. Nã homo continet omnia poteſtate:vt Mercurius docet,& Sapiẽs innuit. *Dion. de diuin. s no.* *Coloſſ. 2* *Mercurius* *Sap 10*

77 Cur poſt Chriſtum oracula ſiluerunt? Nónne (vt ſcriptum eſt) poſuit Deus inimicitias inter ſemen mulieris,& ſemen ſerpentis, proteſtans, quòd per ſemen mulieris(Chriſtum videlicet,vt alibi diſſeruimus) conterendum eſſet caput ſerpentis? Vnde ipſe Chriſtus ſerpentis caput conterens, ipſum è mundo eiecit adeò vt amplius nequeat cultũ ab hominibus exigere,nec dare reſponſa.Et hoc factum eſt,vt omnia numina,ſuperiora & inferiora,numini Chriſti cederent:ſicut in Harmonia diſſeruimus.Nec offendatur quiſpiam : quòd dixerim alia numina. Cùm Paulus dicat. Siquidem ſunt Dij multi & Domini multi. Poſtea de veritate numinum ſubinfert. Nobis tamen vnus Deus pater, ex quo omnia,& nos in illo:& vnus Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum. *Geneſis 3* *Canticorũ 2* *To.2.c.15 vel 16* *1.Cor. 8*

78 Quomodò & qua authoritate miſit Chriſtus Apoſtolis Spiritũ ſanctũ?Nonne,quia(vt recentiores Theol.docent)eius eſt mittere perſonam diuinã:cuius eſt & producere?Hinc pater à nullo mittitur:cũ à nullo producatur. Filius autem à ſolo patre mittitur:à quo ſolummodo productus eſt.Spiritus verò ſanctus à patre & filio:cum ab vtroque productus ſit. A patre quidẽ mittitur:ſicut ipſe filius ait. Paracletus autẽ Spiritus ſanctus: quem mittet pater in nomine meo. Et infrà, cum de Spiritu ſancto adhuc ageret,oſtendit,quòd etiam ipſe eum miſſurus eſſet,dicens.Niſi ego abiero,Paracletus non veniet ad vos:ſi autem abiero,mittam vobis eũ.Miſſus autem fuit in linguis igneis tãquam arcanorum Dei interpres.Iuxta illud. Ille ſuggeret vobis omnia:& docebit vos omnia. Et, vt inflãmaret corda *Theol.recentiores.* *Ioannis 14* *Ibidem 16* *Ibidem 14*

non tantum eorum,in quos deſcendebat,ſed eorũ,qui audituri erant ver-
Actor.2 ba eorum,quos ipſe edocuerat,in ignis ſpecie miſſus fuit: vt Lucas narrat.
Ad Titũ 3. *Peripat.c. de ſuperbia & c.de qualitate.* 79 Quomodò(vt Apoſtolus ait)Spiritus ſanctus in nobis abundè diffu-
ſus eſt? An,contra Peripateticorũ dogma, Spiritus ſanctus mera ſuperbia
ſuſcipit(vt aiunt) magis & minus:quod proprium qualitatis eſt:vt ipſi di-
cũt? An ipſe vnicus,eſt diuiſibilis in partes:quod quantitatis cõtinuæ pro-
1.Corint. 12 priũ eſt? An,quia ſeipſum inſeparabiliter cõmunicãs,chriſmata ſua diffun-
dit plus vel minus:prout Iubet? Sicut docet idem Apoſtolus,dicens. Diui-
dẽs ſingulis prout vult. Et ne hoc videatur impoſſibile iuxta peripatetico-
rum dogma,id cõprobamus in anima:quæ vnica diffunditur in mẽbra va-
ria diuerſimodè,& ſecundũ plus & minus. Et quamuis anima dicatur tota
in qualibet parte:cõſentiunt tamen omnes philoſophantes, ꝙ magis reſi-
det in corde & capite,quam in aliis mẽbris. pari modo & hic Spiritus Dei:
qui mũdi anima ab aliquibus Academicis dicitur. Sed(nulli dubiũ)eſt ani-
ma & vita corporis eccleſiæ. Et hic magis diffuſus fuit in capite Chriſto
quam in aliis mẽbris. Iuxta illud prophetæ. Vnxit te Deus Deus tuus oleo
lætitiæ , i. chriſmate Spiritus ſancti præ participibus tuis. Et poſt Chriſtũ
Pſalmo 44 hic Spiritus Dei ſuper omnes perfudit Beatã virginẽ:quæ(vt Hiero. ait) eſt
Hieronym. *Lucæ 1* collũ huius corporis. Hinc dixit Gabriel. Spiritus ſanctus ſupuenit in te.
poſtea perfuſi ſunt Apoſtoli abũdè,tanq̃ præcipua corporis ipſius mẽbra.

80 Vnde tot hominũ millia attracta ſunt ad martyrium? Nónne, quia
cupiebant conformari Chriſto capiti? Sed vnde tantus feruor deſyderij: vt
nullũ martyrij genus ei durũ foret: & alacriter ſuſtinerent illatã ſibi mor-
Ethic.3 tẽ:quæ eſt vltimum terribiliũ : & quam etiã ipſe Chriſtus horreſcens ro-
Lucæ 22 gabat patrẽ,vt trãsferret ab eo calicẽ tam diræ mortis? Nónne id declarat
Grego. Greg.dicens. Poſt aduentũ Spiritus ſancti cuius fortitudinis & cõſtantiæ
Ioannis 18 fuerint homines,apparet in petro:qui ad vocẽ vnius mulieris Chriſtũ ne-
Actor.5 gauit,ſed Spiritu ſancto perfuſus conuentũ magiſtratuũ non timet,dicẽs.
Obedire oportet Deo magis quam hominibus? Et omnes Apoſtoli ibant
gaudẽtes à cõſpectu cõcilij:quoniã digni habiti ſunt pro nomine Ieſu cõ-
tumeliam pati. Hoc itaq; Spiritu ſancto roborati Apoſtoli & ſancti non
ſolum tormenta non timuerunt : ſed ipſa alacriter ſuſceperunt. Quod
Chriſtus timuit,à patre derelictus : vt cum dolore humanam redemptio-
nem operaretur. Sicut decretum in cœlo fuerat. Hinc ipſe in Cruce cla-
Matthæi 27 mauit. Deus Deus meus vt quid dereliquiſti me?

coloſſ.1 81 Quod eſt maximũ omniũ ac præcipuũ donum nobis à Chriſto tradi
tũ? An,quia nos liberauit à peccato & à poteſtate tenebrarũ(vt paulus ait)
à quibus nulla ope humana eripi poteramus? Sed nónne id parũ eſſet : niſi
Theo.19 diſ.tertij. alio nos veheret? An igitur,quia portas paradiſi aperuit? Sed quid hoc erat
niſi illuc intraremus? An itaq;(vt Theol. cõmuniter aſſerunt) quia meruit
nobis gratiã & gloriam? Hoc quippè magnũ eſt. Sed & ſi gratiã & gloriam
Lucæ 10 nobis meruit:nõ tamẽ ipſam habem⁹, niſi aliud intercedat. An ergo nobis
gaudendũ eſt (vt ipſe Chriſtus ait) quia nomina noſtra ſcripta ſunt in cœ-
lo? Vnde artham quodammodo gloriæ obtinendæ habemus. Sed adhuc

(niſi fallor) aliud reperitur maius donum:illud videlicet, de quo ipſe Re-
demptor ait.Regnum Dei intra vos eſt.Quod regnum eſt ipſe Deus (quo *Ibidem 17*
nihil maius)vt non modo ex Chriſti verbis hic & alibi elicimus:ſed ab an-
tiquis Theol. apertiſſimè edocemur.Hinc Iohannes inquit. Videte, qua- *Ant.Theo.*
lem charitatem dedit nobis pater:vt filij Dei nominemur & ſimus.Quod *1.Ioannis 3*
eſt per illum,qui dedit nobis poteſtatem filios Dei fieri. *Ioannis 1*

82 Chriſtus cuius rei teſtis verus ac fidelis eſt (vt Iohannes ait) & apud *Apo.1.& 3*
quem?An patri teſtatur, quòd ſatisfactio facta pro delictis noſtris ſit iuſta *Ibidem 21*
& æqua? An quòd ſimus ſufficienter à ſordibus expurgati adeo vt conue- *Rom 3.*
nienter intrare poſſimus in regnum illud , in quod nihil coinquinatũ in-
troire poteſt?Et hoc eſt, quod Paulus cum Romanis agens, ait. Iuſtificati
gratis per gratiam ipſius per redemptionem,quę eſt in Chriſto Ieſu:quem
propoſuit Deus propitiatorem per fidẽ in ſanguine ipſius,ad oſtenſionem
iuſtitiæ ſuæ propter remiſſionem præcedentiũ delictorũ in ſuſtentatione
Dei,ad oſtenſionẽ iuſtitiæ eius in hoc tẽpore:vt ſit ipſe iuſtus & iuſtificãs
eũ,qui eſt ex fide Ieſu Chriſti.Qui videlicet pro nobis teſtatur:vt dictũ eſt.

83 Cur Chriſtus vult quòd in facie Eccleſiæ habeamus aquam, in teſti-
monium iuſtificationis noſtræ?Nónne, quia Chriſtus,qui eſt aqua ſupre-
ma ac diuina lauans animas noſtras,vult quod per aquæ elementum,cum *Ioannis 3*
aqua ſuprema ſymbolũ habẽs,videamur iuſtificati coram iis, qui ſecundũ
ſenſum tantũmodo iudicant.Et,ne credamus,ꝙ aqua elemẽtari purgetur
& renouetur anima,Spiritũ ſanctum addit,dicens.Niſi quis renatus fuerit
ex aqua & Spiritu ſancto:non intrabit in regnum Dei. Nec enim Spiritus
ſanctus cõgeneus eſt ipſi aquæ elemẽtari:vt ſimul debeant copulari. Nec
aqua corporea lauat ſordes animæ.Lauamur itaque, renouamur ac rege-
neramur ſecundũ ſpiritũ in Chriſto Ieſu homine cœleſti & ſpirituali : qui
eſt vera aqua ſupramũdana. In cuius rei ſignũ aquã corporeã ſuſcipimus.
Hinc baptiſmus dicitur ſacramentũ:quod eſt ſacræ rei ſignũ.Vt oẽs theol. *Theologi.*
cõſentiũt:&nos alibi diſſeruimꝰ.Abſtergimur autẽ poſtea igne Sp̃s ſancti.

84 Cur Chriſtus dixit.Ego principiũ:qui loquor vobis?An,quia primo- *Ioannis 8*
genitus omniũ creaturarũ:vt Paulꝰ innuit?An, quia principiũ in quo facta *Coloſſ.1*
ſunt omnia? Sicut prima litera deſcriptionis fabricæ indicat:quę eſt ב bet,
ſigillũ videlicet ſapiẽtiæ,Dei filij,& verbi carne humana veſtiti.Nã ſicut il-
la litera eſt principiũ totius deſcriptionis:ſic ſignificatũ per literã eſt prin- *Ioannis 1*
cipiũ totius operationis,verbũ videlicet,per quod(teſte Iohãne)facta ſunt
omnia.Et ipſummet eſt principiũ reparationis vniuerſi:& principiũ omniũ *Ibidem 15*
noſtrarũ bonarũ actionũ.Hinc apertè dixit. Sine me nihil poteſtis facere.
Speramus quoque ipſum fore principium beatitudinis & finis cõſequẽdi. *Ibidem 1*

85 Quæ plenitudo manet in Chriſto & quomodo?An plenitudo gratię? *Coloſſ 2*
Iuxta illud Iohãnis. Vidimus gloriã eius,gloriã quaſi vnigeñiti à patre,ple-
nũ gratiæ & veritatis. An plenitudo diuinitatis? Sicut Paulus teſtatur, di-
cens. Quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Si
igitur plenꝰ eſt diuinitate:nõne diuinitas eſt in eo?ſed quomodo plenꝰ eſt?
An ſicut aĩa replet corpus & oĩa mẽbra vita quadã? Sed nónne hoc modo

Deus omnia replet? Iuxta illud Ieremiæ. Cœlum & terram ego impleo.
Ieremiæ 23 An igitur repletus fuit diuinitate: ſicut Spiritus ſanctus repleuit Apoſtolos, de quibus dicitur. Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto? Sed quomodo *Actor. 2* ij & alij, de plenitudine ipſius acceperunt? An igitur repletus fuit diuinitate, ſicut cerebrum & cor repletur anima: & per illud alia omnia mēbra?
Ioannis 1 Et hoc modo de plenitudine eius omnes nos accepimus: vt Iohannes ait.

SECTIO TERTIA DE CHRISTO BELLANTE ET REGE PACIS.

86 SI Christus eſt Rex Salem & pacis: quomodo venit bellans & pugnans? Nónne eſt communis ſententia, & commune adagium. Bellamus, vt pacem habeamus? Christus enim ſu- *Coloſſ. 1* ſcepit bellum, vt omnia pacificaret: ſiue quæ in cœlis, ſiue *2. Tim. 2.* quæ in terris ſunt: vt Apoſtolus inquit. Bellauit quoque, vt *Lucæ 24* adipiſceretur coronam: ſtante edicto à Paulo promulgato. Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Quam legem ſimul nobiſcum ſubire voluit. Sicut ipſemet perhibet, dicens. Oportuit Chriſtum pati, anguſtias *1. Corint. 15* videlicet & bella: & ita intrare in gloriam ſuam. Bellauit etiam, vt vincens *Apoca. 8 & 12* daret nobis, debilibus & inualidis militibus principium & virtutem victoriæ obtinendæ. Iuxta illud Apoſtoli. Deo autem gratias: qui dedit nobis victoriam per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

87 Quando Chriſtus pugnare cœpit? Nónne (vt Iohannes ait) quando facto ſilentio in cœlo præliatus eſt Michael cõtra ſerpentem antiquum? *Pſalmo 83 & 148* Sed quod ſilentium factum fuit? An, quia omnes attendebant prælio & exitui pugnæ? An, quia tam boni Angeli cum Michaele, quam mali cum Dracone ſemotis omnibus aliis incumbebant pugnæ? Vnde & ſiluerunt, ceſſantes à laude illa: de qua propheta canit. Qui habitant in domo tua Domine: in ſæcula ſæculorum laudabunt te. Et iterum Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eũ omnes virtutes eius. Sed ſi pugnauit Michael, quomodò pugnauit Chriſtus? Nónne illa pugna illata fuit à ſerpente ipſi Chriſto? Sed cum Chriſtus eſſet adhuc tenellus, & nuper à matre æditus *Apoc. 12 Hebræ. 1* (vt Iohannes innuit) Princeps militiæ ipſius Michael pugnam pro eo aggreſſus eſt contra hoſtem ipſius Ieſu: qui nolebat parere edicto à patre æterno facto: de quo Paulus cum Hebræis agens meminit. Et cum introduceret (inquit) primogenitum in orbem terrę dicit. Et adorent eum omnes Angeli Dei.

Ge ſis 32. 88 Quomodò pugnauit Michael cum Dracone? An gladiis & ſagittis, aliíſque bellicis inſtrumentis? An voluntate & mente? Qualis fuit pugna Iahacob cum Angelo ſecum luctante: vt in Geneſi legimus. Tota enim illa pugna fuit (vt dictum eſt) Chriſti cauſa: quem aliqui admittebant in Imperatorem

-peratorem & ducem, alij verò nequaquam. Quæ pugna facta in cœlo, facta fuit poſtea in horto voluptatis, quando videlicet Adã ſuggeſtione Serpentis qui fuit caput omnium rebellantium, voluit comedere & deuorare lignum ſcientiæ boni & mali, quod Chriſtus eſt, vt alibi diximus. Voluit enim tanquam primus homo & parens omnium ſibi vendicare illum primum locum qui Chriſto reſeruabatur. Quod ſpiritu quodam diuino, Bernardus diuinorum contemplator, inter quercus & fagos cognoſcens, ſuper illud Ionæ: Propter me venit hęc tempeſtas, pulcherrimè Chriſtum inducit dicentẽ: Propter me venit hęc tẽpeſtas in cœlo inter angelos. propter me venit hæc tẽpeſtas in paradiſo voluptatis cũ homine. Ideò mitte me in mare vt quietentur fluctus commoti. Hinc non ab re Chriſtus adiudicauit negocium Ionæ fuiſſe potiſſimum ſignum & exemplar ſuæ reſurrectionis & redemptionis. *Ibidem; Bernardus Ionæ 1. Matth. 12*

89 Cùm Diabolus cõtinuè pugnet cum Michaele, etiam firmato Chriſti regno, quid intẽdit in hac pugna? Nónne vt & nos declinemus à Chriſto & abſcindamur ab eo tanquam membra putrida, ne habeamus partẽ gloriæ à qua ipſe expulſus fuit? ſicut è conuerſo Michael cõſtitutus princeps ſuper omnes animas ſuſcipiendas ſatagit eas Imperatori ſuo reddere. Nónne etiam Draco quærit præferre partem ſenſitiuam ſibi domeſticam & amicam? Vice verò verſa Michael intendit præferre ſpiritum, vt caro & animalis homo in ſeruitutem redigatur. Nónne quoque quærit Diabolus ſpiritum carni ſubiicere, vt vtrúque poſſideat? Ex aduerſo autem Michael conatur corpus in naturam ſpiritus transmutare, vt ipſum ſimul cum anima Deo tandem reddat. Et hæc fuit altercatio à Michaele cum Diabolo de corpore Moſi facta, quam Thadæus refert. *Thad. 1.*

90 Cur (præter ea quæ alibi diximus) Diabolus voluit ponere ſedem ad Aquilonem, vt Iſaias ait? Et ſi hoc dixit Iſaias de Nabuchdonoſor, nihilominus poſtquam Doctores communi ſententia id interpretantur de Diabolo eos proſequentes dicimus, quia ab Aquilone eſt caſus: cùm inde ſit tranſgreſsio legis, & punitio tranſgreſſoris. Hinc Ieremias dixit: Ab Aquilone pandetur omne malum, tam pœnæ quàm culpę videlicet. Expreſsius autem Iſaias ait: Ab Aquilone fumus veniet, fumus videlicet ſuperbiæ & peccati, & non eſt qui effugiat agmen eius: cùm Diabolus inde cadens cadere fecerit Protoplaſtum & cum eo totam poſteritatem. Illuc quoque conatus eſt deducere Chriſtum, quando dixit ei: Si cadens adoraueris me, dabo tibi omnia regna mundi. Nam caſus omnis (vt dicta repetam) ab Aquilone prouenit. Vnde etiã regnum mundi & theſaurus omnis: hinc non ſine cauſa dixit Iob: Ab Aquilone aurũ venit. Quod quidem aurũ eſt præcipuum theſaurorũ, & ad regna cõparanda medium valdè opportunum. *Iſaiæ 14. Ieremiæ 1. Iſaiæ 14. Matth. 4. Iob 37.*

91 Quis eſt liber bellorum Domini, de quo in libro Numerorũ fit mentio? An eſt Pentateuchus ipſe, ſeu liber Ioſuæ, Iudicũ aut Regum, vbi deſcribũtur multa bella iuſſu Dei facta? An (vt verius credo) verus liber bellorum Domini eſt Euãgelium ſiue liber noui teſtamenti, in quo deſcribitur bellum illud ſummi Imperatoris Chriſti, ſupremum omniu bellorum *Numer. 21.*

cùm deuicerit & eiecerit principem mundi,exſpolians principatus & poteſtates, & liberans captiuos è manibus hoſtium humani generis, aſcendénſque in cœlum cum triumpho,ac ſecum captiuos ducens,vt Propheta canit. Vnde verificatū eſt id quod dicitur, vbi de libro Domini fit mentio,videlicet:Sicut fecit in mari rubro, ſic faciet in torrentibus Arnon.In mari enim rubro ſuffocauit Ægyptios,defenſis ac liberatis Hebræis,ſic faciet in torrentibus Arnon,quod maledictio eorum interpretatur, quādo videlicet maledictis impiis,& in ignem æternum deiectis, liberabit iuſtos dignā mercedē eis tribuens,deuicta penitus inimica morte,vt Paulus ait.

Pſalmo 67. Numer. 21. Exodi 14. 1. Cor. 15

92 Quos conflictus in mundo Chriſtus habuit? Nónne primus conflictus à Matthæo deſcribitur,quē habuit in deſerto?Et hic triplex fuit:nam Draco ille,qui(vt ſuprà dictum eſt)in cœlo contra Michaelē pugnauerat, & in horto voluptatis contra primum hominem,omnes vires,vt & Chriſtū deuinceret,adhibuit.Tria enim ſunt robora antiqui hoſtis,olim mundi principis,quę recenſet Iohannes dicens:Omne quod eſt in mundo,aut concupiſcentia carnis eſt, aut concupiſcentia oculorū, aut ſuperbia vitæ. Secundum quæ tria(vt etiā alibi diximus) Diabolus tria nomina ſortitur. In eo enim quòd prævalet in diuitiis,dicitur Mā̄mona,in carne Hazazel, & in ambitione Aſmodai,ideò vocatur canis tricerberus,& habet virgam tridentem,ſicut Poetæ ex antiquæ Theologiæ promptuariis depromētes dixerunt. Vnde cum his tribus exercitibus aggreſſus eſt Ieſum in deſerto. Primò enim bellum carnis ei intulit, deſcriptum ſub velamine lapidum, quos transmutandos in panes obtulit,nam gula ad carnem ſpectat. Venit etiā cum turma ſuperbiæ, dum ipſum ſupra pinnaculū templi adductum hortatus eſt,vt ad faſtū inde ſe deiiceret abſq; læſione. Tertiò cū acie auatiæ pariter ac ſuperbię inuaſit eū,dū omnia regna mūdi ei oſtēſa promiſit.

Matth. 4. 1. Ioannis 2. Poetæ.

93 A quo ſpiritu(vt Matthæus narrat)ductus eſt Ieſus in deſertum,vt ibi tētaretur,& in quod deſertum? Nónne in quarto Regum volumine legimus,quòd ad radices cuiuſdā montis tranſit aquarum riuulus quōdam amariſsimus, ſed ſale ab Eliſæo dulcoratus adeò vt non amplius mortiferæ fuerint huiuſmodi aquæ:Super quem montem conſcendit Ieſus,vt ieiunaret,& bellum cum antiquo Serpēte iniret,vt fama eſt,& pictura,quā oculis propriis cōſpeximus,edocemur. Quò ductus fuit à ſpiritu ſuo,ſpiritu tamē ſancto inflammato,vt viriliter pugnaret, victoriam eam reportans,qua venenum toti humano generi ab hoſte propinatū amoueret, & dulcorantem gratiam tribueret: ſicut in figuram mutatio illa amaritudinis aquarum in dulcedinem facta ab Eliſęo,qui Dei mei ſaluatio interpretatur,præceſſerat. Vera enim ſalus Ieſus fuit,qui(teſte Gabriele)ſaluū fecit populum ſuum à peccatis eorum. De quo ſpiritu ipſum Ieſum(vt dictum eſt) inflammante Iſaias, perſonam ipſius agens,ait:Spiritus Domini ſuper me,eò quòd vnxerit me, euangelizare pauperibus miſit me, vt ſanarem contritos corde,& prædicarem captiuis remiſsionem.

Matth. 4. 4. Reg. 2. Matth. 3. Iſaiæ 61. Lucæ 4.

94 Pugnans Ieſus cum Diabolo fuítne ſuffultus diuinitate,an ab ea derelictus? Nōne ſicut in cruce(vt ſuprā diſſeruimus) à patre derelictus fuit,

Matth. 27.

vt pateretur(nam ſi cum patre fuiſſet beatus,pœnas vtiq; nullas ſenſiſſet) ſic in hoc congreſſu derelictus fuit à patre?Nec enim fuiſſet laus vincẽtis, ſi adiutus & ſuffultus virtute illa diuina bellaſſet:nec obſtat illa Damaſceni ſententia,quòd Ieſus nunquam dimiſerit ſemel aſſumptum. Nam ſicut quando homo dormit,anima dimittit ipſum naturales operationes exercere,nec tamen derelinquit ipſum,nec abit illa anima viuificãs:ſic diuinitas non receſſit à Chriſto,ſed dimiſit eũ pugnare, ſitire, eſurire,fatigari ex itinere & huiuſmodi pati:aderat tamẽ ei gratia diuina,qua merebatᷣ, ſicut & cęteri homines q̃ ipſum ſecuti ſunt gratia Dei ſuffulti meruerũt,quãuis ij lõgiſſimo interuallo Chriſtũ ſecuti ſint.Nec n.Chriſtus ſecundũ diuinitatẽ(qua beatus erat)ſed ſecundũ volũtatẽ humanã gratia repletã meruit. *Damaſcen.*

95 Qua ſubiectione, quóue obſequio poſt partã victoriã angeli Chriſto miniſtrarũt, vt Matthęus refert?An ex illa priſtina ſubiectione qua dictũ eſt:Et adorent eũ omnes angeli Dei, vt Paulus cũ Pſalmographo meminit?An ex ſubiectione noua?cùm deuicto hoſte in primo conflictu,cœperit eſſe caput corporis Eccleſię,& habere principatũ,de quo Apoſtolus ait:Ipſe eſt caput omnis principatus & poteſtatis.Et hic fuit primus congreſſus,de quo ipſemet Victor dixit:Venit enim princeps mundi huius,& in me non habet quicquã:cùm videlicet omnimodã victoriã de ipſo obtinuerim.Alius quoque conflictus in cruce factus eſt, de quo ipſemet prædixerat:Nunc princeps mũdi huius eiicietur foràs.De cuius pugnæ triumpho Paulus cum Coloſſenſibus agens,longo ſermone diſſerit. *Matth. 4.* *Hebræ. 1.* *Pſalmo 96* *Coloſſ. 2* *Ioannis 14.* *Ibidem 12.* *Coloſſ. 2.3*

96 Quomodo Chriſtus mundi principem foras eiecit(vt ipſemet prædixit)cùm adhuc multos ſub ditione ſua teneat,& ad malũ inducat?Nónne(vt ſuprà diſſeruimus)quia ab eo abſtulit omnẽ cultum , vt amplius nõ adoretur,ſicut antea,nec poſsit reſponſa dare,nec alia multa operari,quæ antea ſolebat?ſicut ipſi mali dæmones nedũ confeſsi ſunt ſancto Cypriano quondã Mago,qui poſtea Epiſcopus ſanctiſsimus fuit,ſed etiã quibuſdam Hebræis doctiſsimis huiuſmodi vacantibus : quorũ nonnulli relicta non tantũ arte Magica, ſed hebraiſmo ſecuti ſunt Chriſtũ,quem ipſi mali dæmones cõfitebantur victorẽ & exſpoliatorem virtutis eorũ , vt Paulus perhibet. Quãuis autẽ Chriſtus antiquũ hoſtẽ deuicerit, reliquit tamẽ ei poteſtatẽ tentandi,vt & nos certantes lucremur coronã , quæ (teſte eodẽ Paulo)ſolùm legitimè certanti datur.Et hoc quãdiu durabit pugna mortaliũ pro corona adipiſcẽda.Hoc interim triumphat ipſe Chriſtus in dextera patris ſedens,bellatoréſq; in eius militia proſpiciens.Et hoc eſt quod dixit Apoſtolus:Oportet autẽ illũ regnare,donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius. Nam tunc i. nouiſsimo tempore deſtruetur mors, id eſt Diabolus,qui eſt mors,& angelus mortis, *Ioannis 12.* *Coloſſ. 2.* *2.Tim 2* *1.Corin.15*

97 Quomodo angelus mortis à Chriſto moriente deuictus fuit? Nónne quia ſicut inducta fuit mors in humanũ genus,eò quòd primus omniũ parens ceſſerit mulieri & parti ſenſitiuæ,quæ eſt homo animalis:ſic & primus omnium regeneratorũ parens,animalem hominẽ morti tradens vitã quã Adã ipſi cedẽs amiſerat,recuperauit? Vnde expulſa & deuicta morte,

deuictus quoque fuit ille qui mortis habebat imperium. Quod autem ex morte animalis hominis producendus eſſet fructus vitæ, ipſemet vitæ dator, dum de gloria & triumpho, quem in cruce habiturus erat, cum Andrea & Philippo ageret, declarauit dicens: niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. Si autem mortuum fuerit multum fructum affert: corpus namque ipſius Chriſti, mortificandum in cruce, fuit granum frumenti, & panis vitæ, cùm per ipſum mortificatum, totum genus humanum in nouam vitam pullulauerit.

Ioannis 12.

98 Cur primus homo expoſitus pugnæ, debellatus fuit? An quia vt dictum eſt) nimis indulſit parti muliebri & animali? An vt omnes diſcerent, quòd ſine capite Chriſto (ſicut ipſemet perhibet) nihil poſſint facere, nec victoriam ex bello reportare? Si enim reueritus fuiſſet arborem ſcientiæ boni & mali (quam pleriſque in locis Chriſtum eſſe diximus) forſitan victoriæ compos fuiſſet. An (vt etiam ſuprà diſſeruimus) voluit Deus omnia in incredulitate & ſub peccato concludere (ſicut ait Apoſtolus) vt omnibus miſereatur, & omnes teneantur Chriſto redemptori? Ipſe enim eripuit nos è poteſtate tenebrarum, & donauit virtutem, vnde poſſimus victoriam de hoſte reportare, ſicut reſerator arcanorum Paulus teſtatur, dicens: Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

Geneſ. 3
Ioannis 15.
Roman. 11
Galat 3.
Coloſſ 1.
1. Corin. 15

99 Qua lege, & cur poſuit Deus pugnam inter carnem & ſpiritum, vt Paulus meminit? An quia (vt idem Paulus ait) non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit? An vt cùm eadem ſit pugna inter carnem & ſpiritũ, quę fuit & eſt inter Michaelem principem animarum & Draconẽ principem partis animalis, vincentes carnem & hominẽ animalem, vinceremus Diabolũ, & inde cum Chriſto & principe eius Michaele regnaremus? Lex autem decertandi (ni fallor) ea eſt, vt victor ſuas proprietates victo donet. Si enim vincit corpus, dat animæ leuiſſimæ grauitatẽ, vt deſcendat ad infernum, dat paſsibilitatem, vt patiatur ab igne, dat obſcuritatẽ, vt crucietur in tenebris, dátque ſeruitutem, vt detineatur à loco & tortoribus. Si verò ſpiritus vincit, dat corpori leuitatẽ, vt cum eo cœlum conſcendat, dat claritatem, quia fulgebunt iuſti (teſte Sapiente) in regno illo claritatis, dátq; immortalitatem & incorruptionẽ, ſicut meminit Apoſtolus, dicens: Cùm autem mortale hoc induerit immortalitatem, & corruptibile hoc induerit incorruptionem, tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt: Abſorpta eſt mors in victoria, mors inquam, non tantùm corporea, ſed mors quę Diabolus eſt: nam ſic triumphantibus amplius nocere non poterit.

Galat. 5.
2. Timo. 2.
Sapient. 3
1. Corin. 15.

100 Quo fauore aut qua temeritate caro pugnat contra ſpiritum? An, quia ad pauca, immò ad nulla reſpicit? Hinc facillimè pugnam init, iuxta illud Peripateticum: Ad pauca reſpiciẽtes de facili enunciant. An quia allecta & impulſa ab antiquo Serpente, ſicut Heua? An quia mota ab obiecto præſenti, quod facilius & citius mouet? Sed cùm ſpiritus, cõtra quem caro pugnat, ratione ducatur, habeátque non tãtùm Michaelem, ſed Deũ ſua gratia fauentem, cur toties ſuccũbit? Nónne, quia (teſte Ariſtotele) bo-

Ethicor. 2.

num cōtingit vno modo, malum autem multifariam? Vnde caro vna percuſſione vincit, ſpiritus autem non eſt victor, niſi continuo & perpetuo conflictu. Hinc Deus ſpiritui compaſſus remedium pœnitentiæ adhibuit, vt ſanato vulnere, in reiterata pugna victor exiſtere queat.

101 Fuítne ſolus Adam in paradiſo voluptatis pugnans? Quamuis de ipſo tantummodò in Scriptura ſacra fiat expreſſa mentio, nihilominus & alij fuêre, quilibet videlicet, qui guſtauerunt (vt ait Apoſtolus) virtutes ſeculi venturi. Hebræi namque hortum voluptatis ſeculum venturum vocant, quò niſi alij intraſſent, non diceret Apoſtólus: Qui guſtauerunt virtutes ſeculi venturi: has enim guſtauerunt omnes, de quibus Iohannes inquit: Vidimus gloriam eius. Illuc intrauit Paulus, quando euectus fuit vſque ad tertium cœlū. Quò deuenire nequiuiſſet, niſi per paradiſum voluptatis tranſiiſſet, vt Sapientes norunt. Illuc quoque intrauit Moſes & omnes Prophetæ, vbi ille legem quam tradidit, & iſti oracula quæ prædicarunt didicerunt. Huiuſmodi autem error, dum ſuccumbunt irreparabilis eſt (vt docet Apoſtolus) quia per pœnitentiam non tollitur. Hinc ſubinfert ipſe Apoſtolus: Rurſum crucifigentes filium Dei. Quorum verborum veritas eſt, quòd ſicut Adæ peccatum non per pœnitētiam ipſius, ſed per paſſionem Chriſti ſuſcepit remedium, ſic & error cuiuſcunque illuc introducti non deletur per pœnitentiam. Sed remedium paſſionis Chriſti ad delendum ipſum opus eſſet. *Gen. ſ. 5* *Hebræ. 6* *Ioannis 1.* *2. Cor. 12.* *Hebræ. 6*

102 Qui illuc introducti ſunt, poſſúntne tentari & impugnari? Nónne primus parens illic tentatus & debellatus fuit? Sed cùm ſtatus paradiſi voluptatis ſit adeò ſublimis & cœleſtis, nec terreſtris (vt aiūt) quomodo poteſt illuc accedere Diabolus eos tentaturus? cùm locus eius (teſte Iohanne) non ſit inuentus amplius in cœlo. Fuit quippe (vt alibi diſſeruimus) Adam mente in paradiſo (ſicut Moſes, Prophetæ & Apoſtoli, qui illuc introierunt) ſed corpus & animalis homo erat in terra. Hinc magno ſacramento ſcriptum eſt, quòd antiquus Serpens acceſſit ad mulierem, i. partem animalem, quæ erat in terra. Propterea cautè loquitur Moſes, dicens quòd Deus poſuit hominem in paradiſo voluptatis, nulla facta mentione de muliere. Sed nónne facta fuit mulier è coſta viri in horto voluptatis? Sumpta quippe fuit è viro illic exiſtente, vnde non fuit ibi collocata, niſi per concomitantiam viri, ibidem collocati. Sicut (Deo fauente) collocabitur corpus & animalis homo in regno beatitudinis, ſequēs ſpiritum illius regni & beatitudinis capacem. Et hoc ſi immutabitur, & ſpirituale ſurget vt Paulus docet. *Apoc. 12.* *Geneſ. 3.* *Ibidem 2* *Ibidem* *1. Cor. 15.*

103 Cur mulier illuc introducta non fuit, & quomodo inde expulſa, ſi illuc nunquam introiuit? Nónne quia paradiſus voluptatis eſt obiectum ſolo intellectu & portione ſuperiori & virili perceptibile? Hinc mulier, quæ (vt ſæpius diximus) partem animalem ſignificat, illuc introducta non dicitur, niſi in quātum eſt vnita viro, & per concomitantiam ipſius, vt dictum eſt. Et eo modo, quo per virum introducta fuit, eodem modo cum viro eiecta eſt. Sed nónne mulier vera eſt capax beatitudinis? Non quippe *Geneſ. 3.*

in eo quòd mulier, quòd animalis, quòd paſſiuum quoddam eſt. Sed in eo tantùm quòd de portione ſuperiori participat, & ſuſcipit à viro cuius ipſa eſt imago, vt Apoſtolus ait: Sicut homo illuc intrat per Chriſtum, cuius imaginem tenet.

1. Corin. 11.

104 Quomodo mulier potuit ſumere ex ligno ſcientiæ boni & mali in horto voluptatis plantato, ſi illic nō fuit? An, quia (vt diximus) ibi fuit per viri concomitantiam? An, quia & ſi prædicta arbor ſiue lignū eſt plantatū in paradiſo voluptatis, ramos tamē ſuos quouis extēdit? Sicut enim Deus exiſtens in ſeipſo replet cœlum & terram, ſic & Chriſtus (quem iam diximus eſſe arborem ſciētiæ boni & mali) quāuis ſit homo cœleſtis & in cœlo plantatus, virtus tamē eius quouis diffunditur, dicēte Iohanne: De plenitudine eius omnes nos accepimus. Vnde alibi idem Iohannes loquens de ipſo ſub metaphora arboris propè ſedem Dei plantatæ, dicit quòd folia eius erant ad ſanitatē gentium. Nec enim in cœlo ſunt gentes ſanandæ, ſed virtus eius quocunq; extenditur, vſque ad ægrotantes in domibus his terrenis ac luteis. Hinc & pari modo in ipſis terrenis domibus habitantes poſſunt deuorare ipſam arborem, committendo aliquid contra ipſam.

Ieremiæ 23
Ioannis 1.
Apocal. vlt.

105 Cur Deus à principio nō fecit hominem impeccabilem & ſine pugna? An quia (vt Anſelmi verbis vtamur) Deus non potuit facere aliū Deū? Sed nónne rectius dictū fuiſſet, quia non potuit fieri alius Deus? nam impotētia non eſt ex parte illius qui omnipotēs eſt, ſed ex parte rei quæ manifeſtam contradictionem non admittit. Impeccabilis enim & immobilis eſt ſolus Deus, qui eſt prima regula contingentiū. Vnde ſi homo contineret illam primam regulam, nō eſſet factus neque creatura, ſed creator. An quia homo eſt meliori ſorte donatus dum liber eſt, quàm ſi ad alterutram partem determinatus eſſet? Hinc & Angeli (ſaltem à principio) fuerunt liberi. Homo igitur tanto maiori priuilegio eſt dotatus, quantò pluries venit ad igneam fornacem contradictionis probandus. Hinc ipſi vincenti promittitur corona & regnum, quod angelis non legitur eſſe promiſſum. Imò ipſi dicūtur administratorij ſpiritus, miſſi in miniſterium eorum, qui hæreditatem ſalutis capiunt.

Anſelmus.
Apocal. 3
Hebræ. 1.

106 Cur anima introducitur in corpus ex carne & ſanguine compactū vnde multa oriuntur? An quia eſt forma, quæ ſine ſubiecto ſtare nequit? Sed quomodo tamdiu ſtat à corpore ſeparata? An fortè ſtat reūniēda? Sed ſi ſtat ſine ſubiecto, ergo non dependet eſſentialiter à ſubiecto, nec neceſſariò exquirit ſubiectum, quia ſine ipſo ſtare nequiret? An igitur anima infunditur in corpus tanquam in vas fuſorium, vt ibi probetur & purificetur igne corporeo ſibi aduerſo, ſicut aurū in vaſe ignito. Nam ignis quaſi inimicus quidam omnia deuorare quęrens, dum aurum perfectum deuorare nequit omnia quæ aurum deturpant & deterius faciunt, conſumit, ipſum aurum putum relinquens. An locatur in corpore ſibi aduerſanti, vt bellans & vincens conſequatur coronā, quæ non datur niſi legitimè certantibus (vt diximus) & vt detur ei conſeſſus in throno Dei, vt Chriſtus perhibet, dicens: Qui vicerit, faciam eum ſedere in throno meo, ſicut &

2. Timo. 2.
Apoc. 3

ego vici,& ſedeo in throno patris mei?

107 Quanta purificatione opus eſt animæ, vt debitũ finẽ ſortiri queat? Nónne quouſque reſtituatur priſtinæ mũditiæ, cum qua in corpus intrauit? Sed ad quid collocatur in corpore, vt per ipſum ad priſtinam munditiam reducatur? Nónne ad maiorem munditiã venit per corpus? Sed nónne ſcriptum eſt: Corpus quod corrumpitur, coinquinat, vel (vt in litera habetur) aggrauat animam? Nónne quamuis veſtimẽtum videatur inquinari, *Sapient. 9* quando ſaponis acrimonia linitur, nihilominus aqua accedente, quod videbatur inquinare, expurgat? Pari modo & ſi anima videtur à corpore fœdari, interueniẽte tamen aqua ſapientæ & gratiæ diuinæ, melius expurgatur anima, quàm ſi defuiſſet huiuſmodi corporis coinquinatio. Quod quidẽ corpus anima debellans fit domina omnium rerũ corporearũ, cùm omnium corporeorum virtus in humano corpore reperiatur, ſicut omnium ſpirituum vires in anima rationali reperiuntur. Hinc homo meritò *Phyſic. 8* paruus mundus dicitur, cùm omnia, quæ in mundo ſunt, contineat, iuxta *Sapient. 10.* illud Sapientis: Dedit illi virtutem continendi omnia.

108 Si ſalus datur ex fide (vt videntur innuere multæ authoritates Scripturæ ſacræ) cur mandata traduntur obſeruanda? An (ſicut Aquilonares *Theo. Aqui.* Theologi dicũt) vt per obſeruationem præceptorum corpus purificetur? Sed nónne nimis abſurdum eſt, quòd finis operantis animę ſit expurgatio corporis? Nam (ſicut omnes Naturales conſentiunt) finis eſt nobilior iis, *1 mag. mora-* quæ ſunt ad finem. An igitur mãdata ſunt tradita, vt totum hominem re- *lium. c. 1* gant & purificent? cùm aliquot (vt apparet) appetitus animales compęſcant (vt ea quæ adulteriũ, furtum, homicidium, & huiuſmodi prohibẽt) alia verò data ſint, vt animam dirigant in Deum, cuiuſmodi ſunt omnia, quæ ad diuinum cultum pertinent. Nec ſola fides pręſtat ſalutem (cùm ſi- *Iacobi 2.* ne operibus mortua ſit) ſed vnit nos cum illo, cuius fauore opera noſtra condigna mercede præmium vitæ ſuſcipiunt.

109 Si omnia in beneficium hominis ordinata ſunt, cur (teſte Iohanne) *Pſalmo 8.* totus mundus in maligno poſitus eſt? Nónne mundi ſignificatio eſt adeò *1. Ioannis 5* æquiuoca, vt facilè inde oriatur deceptio & difficultas intelligẽtiæ? Mundus enim alius archetypus eſt, de quo Iohannes loquitur, dum ait, quòd *Ioannis 1.* Deus erat in mundo, i. in ſemetipſo. Alius mundus eſt hæc machina tota bona, de qua Iohannes proſequitur, dicens: Et mundus per ipſum factus eſt. Alius mundus eſt homo, qui paruus mundus nominatur, vt nuper diximus. Et de hoc loquitur Iohannes dicens: Totus mũdus in maligno poſitus eſt, i. tota hominum maſſa in maligno poſita eſt, quia infecta ab antiquo Serpẽte. A qua infectione liberari nequit, niſi renaſcatur ex filio Dei. Quod apertè reſerat Iohannes, dum ait: Scimus quòd omnis qui natus *1. Ioan. 5.* eſt ex Deo, non peccat: ſed generatio Dei conſeruat eum, & malignus, i. Diabolus non tanget eum. Poſtea ſubinfert: Et mundus totus, i. omnis homo carnalis poſitus eſt in maligno ſcilicet peccato.

110 Si filius Dei omnes regenerauit, vnde adhuc tot & tanta mala? Non eſt ambigẽdum, quin redemptor omnes ſanauerit, dicẽte Propheta, Miſit *Pſalmo 106.*

verbum ſuum, & ſanauit eos. Cui adſtipulatur Apoſtolus dicens, Si enim
Rom.17.5 vnius delicto mors regnauit per vnum, multò magis abundantiam gratię accipientes in vita regnabunt per vnũ Ieſum Chriſtum. Et paulò poſt: ſicut per vnius delictum in omnes homines fuit cõdemnatio, ita per vnius iuſtitiam in omnes homines intrauit iuſtificatio. Verùm, quia medela huius infirmitatis quæ conſiſtit in anima, non datur niſi volẽtibus. Hinc nolentes ipſam non ſanãtur. Quamuis medicus omnibus ſanitatem obtulerit, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis. Propterea ipſe ait: Qui crediderit, i. mihi adhæſerit & baptizatus fuerit, i. lauacrũ ſuſceperit omnibus præparatum, ſaluus erit. Qui verò non crediderit, i. mihi adhærere noluerit, condemnabitur.
Matth. 11
Marci vlt.

Ieremiæ 14 111 Cur Deus qui vbique regnat, dicitur futurus colonus & peregrinus à Ieremia? An fuit peregrinus præſentia ſua particulari in hac valle miſeriæ, veluti ſi rex ad cellam vinariam & huiuſmodi loca, quamuis ſua, iret, eſſet velut peregrinus, quia inſuetus illuc accederet? An quia fuit habitu inuentus vt homo, nũquam aliàs viſus? Nam patribus loquebatur per angelos, hinc Paulus ait: Multifariam multíſque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, nouiſſimè loquutus eſt nobis in filio. An, quia ipſe iuſtus venit ad peccatores ſibi peregrinos & alienos? An, quia ipſe filius quem nemo nouit, niſi pater, manifeſtauit ſe hominibus, antea à cognitione ipſius alienis? hinc inter eos tanquam peregrinus fuit.
Philipp.2
Hebr.1
Matth.11.

Iſaiæ 11 112 Cur Chriſtus dicitur fuiſſe virga è radice Ieſſe egreſſa? An quia id ſymbolum habuit cum Dauide, vt multa quæ de ipſo dicũtur de Chriſto intelligantur? Hinc à Ieremia Chriſtus vocatur Dauid, vt ſcriptum eſt: Suſcitabo Dauid germen iuſtum: quod intelligi nequit niſi de Chriſto, vt omnes conſentiunt. A quo non diſcrepans Iſaias, dixit, quod eſt virga egreſſa è radice Ieſſe, qui fuit pater Dauid, ex quo peculiariter dicitur veniſſe Chriſtus velut alter Dauid. An (vt altius conſcendamus) quia ישי ies apud Hebræos ſignificat illud, quod eſt, & diu vel ſemper durat? Nec enim alius eſt qui habeat verũ eſſe niſi Deus, à quo omnia alia dependent, & eſſe habent per participationem ipſius qui verè eſt. Nec aliquis gaudet æterna duratione, niſi Deus: cùm cętera omnia menſurentur tempore vel æuiternitate, vt aiunt. Vnde ſenſum verborum Iſaiæ eſt: Egredietur virga è radice Dei, qui verè eſt, & in æternum manet. An Chriſtus voluit dici de radice Ieſſe, cuius filius primus fuit, qui de ſtirpe regia regnauit, typũ elegantiſſimum regni Chriſti gerens, vt alibi diſſeruimus.
Ieremiæ 23.

Apocal.19 113 Cur Chriſtus à Iohanne dicitur Rex regum & Dominus dominantium? An quia ipſe eſt ſapientia patris, de qua ſcriptum eſt: Per me reges regnant, & potẽtes decernunt iuſtitiã? nec enim quiſpiam poteſt eſſe rex niſi ſapiens, vt Plato ampliſſimè probat. Vnde quantò quis ſapientior eſt, tantò melius & perfectius regnat. An quia ipſe caput omnium exiſtens, omnibus præſtat vt regnent, aut operentur quicquid operantur? An, quia ipſe conſtitutus fuit à Patre hæres & Rex vniuerſorum, alij verò corregnantes & cohæredes? Sed quid dicemus de impiis regnantibus? Nónne
Prouerb.8
Plato in Alcibiade.
Hebr.1

(vt Origenes ait) ſpiritus Dei in eo quòd eſt ſpiritus vitæ, omnibus tribuit, vt viuant:in eo autem quòd eſt Spiritus ſanctus, non ſe communicat, niſi bene diſpoſitis? Pari modo & verbum in eo quòd eſt principium rerum, omnia portat & omnia ſuſtinet:in eo autem quòd eſt regenerator & renouator,ſeſe tantummodo iis, qui volunt eſſe membra eius viuentia,exhibet. *Origenes* *Hebr.1*

114 Cur Chriſtus à Gabriele prænunciatus fuit? An,quia Gabriel Lunæ præſidens conuenienter miſſus fuit ad eam,quæ Luna & Regina cœli dicitur? An,quia eius officium eſt interpretari arcana? Hinc (vt alibi deſſeruimus)ad Ioſeph & ad Daniele miſſus fuit,vt interpres eſſet ſecretorum, quæ oſtenſa fuerunt per ſomnium Pharaoni Regi Ægypti & Nabuchdonoſor Regi Babylonis. Vnde ſicut ipſe nunciauit Zachariæ Præcurſoris ortum:Sic quoque nunciauit Mariæ illum, cuius ille fuit Præcurſor. An, quia Gabriel nuncius eſt loci illius ſupramundani, qui à ſecretioribus Theologis regnum dicitur,& à Chriſto (vt alibi diximus) regnum cœlorum vocatur? Hinc quàm bellè nuncius regni ad denunciandum conceptum & partum Regis Regum omnium miſſus fuit. *Luca 1* *Geneſis 41* *Danielis 4* *Luca 1*

115 Cur Chriſtus à Magis & Regibus in auro, myrrha & thure adorari voluit: ſicut à Propheta prænunciatum fuerat? Nónne, quia ipſe erat verus Rex Regum? Ideò voluit, vt vix natus à Regibus adoraretur. Qui Reges moti fuerunt à cœlo hæc omnia diſponente. Hinc Euangeliſta narrat,quòd ducti fuerunt à ſtella,quæ cœleſtis erat, & præter ordinem naturæ producta fuerat. Sicut & præter naturæ ſeriem in morte ipſius Sol obſcuratus fuit: & tenebræ ſuper vniuerſam terram factæ ſunt. Vnde hunc ordinem mirabilem obſeruauit.Sicut enim oriente Chriſto nox illuſtrata fuit (vt Euangeliſta refert) Ita moriente ipſo, dies obtenebrata fuit: vt hinc diſceremus,quòd ipſe ſit vera lux, omnia colluſtrans: vt Ioannes ait. Munera autem illa tria ſignificabant ea, quæ peculiaria erant in Chriſto: aurum videlicet regnum, thus Sacerdotium, myrrha verò, à corruptione aliena, immò alia præſeruans, diuinitatem:quæ omnia conſeruat & ſuſtinet. *Mat.2* *Pſalmo 71* *Mat.2* *Luca 23* *Matthæi 27* *Luca 2* *Ioannis 1*

116 Cuiates fuerunt hi Reges: & cur Chriſtum adorarunt? Nónne(ſi Prophetam ſequi voluerimus) fuerunt Sabæi & Arabes? Ait enim Reges Arabum & Saba dona adducent. Si verò Euangeliſtæ verbis inniti voluerimus: Perſæ fuerunt. Cùm vocabulum illud, Magus, perſicum ſit, & ſapientem ſignificet: qui videlicet ſecretiori philoſophiæ incumbit. Idem enim eſt Magus apud Perſas,quòd Gymnoſophiſta apud Indos,Sacerdos apud Ægyptios,Philoſophus apud Græcos,& Propheta vel חכם Chacam apud Hebræos. Qui Perſæ expertiſſimi in rebus inferioribus, & cœleſtibus, videntes nouum effectum Stellæ productæ arbitrati ſunt eam productam in ſignum alicuius magni Principis nati. Hinc à longinquis partibus venientes tranſierunt per Arabiam: vbi forſitan ſocios ſumpſerunt: & portarunt munera Regia, quibus ipſum Chriſtum,tanquam Regem, adorarunt:innuentes quòd Chriſtus vix natus ſubegiſſet ſibi Reges: quo- *Pſalmo 71* *Matthæi 2*

rum ipſi, tanquam primitiæ, venerunt ad ipſum. Idem enim & alij Reges facere debebant. Sicut propheta innuit, dicens. Et adorabunt eum
Pſalmo 71 omnes Reges: omnes gentes ſeruient ei. Quod proculdubio erit: quando inimici eius ponentur ſcabellum pedum eius: vt Paulus ait. Nec E-
1.Corint.15. uangeliſta Prophetæ contradicit. Cum ex vtraque regione, Perſide videlicet longinquiori & Arabia propinquiori, Sapientes & Reges veniſſe potuerint.
Mathæi 2
117 Cum Chriſtus fuerit Rex & Dominus omnium: cur fugit in Ægyptum? An, quia paſſurus ſponte pro humano genere venerat, vix natus perrexit in Ægyptum: quæ anguſtiæ, & non tenebræ (vt aliqui dicunt) interpretatur? An voluit primò conduci in Ægyptum ea ratione, qua Abraham, Iahacob, & plærique alij (vt alibi diximus) illuc confugerunt: ſuſcepturus videlicet influxum naturali fluentem: vt illo corroborato fortior redderetur ſpiritus in ipſo collocatus? Qua quoque ratione natus fuit homo primò ex patre terreno, & ſuſcepit legem, hominem animalem ſanctificantem: antequam renaſceretur ex homine cœleſti, & per Euangelium ſpiritus ſanctificaretur. Sed cum Chriſtus fuerit (vt aiunt) plenus omnigena perfectione ab inſtanti conceptionis: quid indiguit
Lucæ 2 Ægypti vel alterius loci influxu? Hic reſpondeat Lucas, qui ait. Ieſus autem proficiebat ſapientia, ætate & gratia apud Deum & homines. An ſicut ipſe naſcens iuit in Ægyptum: Sic ſponſa eius vix renata ex aqua & Spiritu ſancto vim oſtendit in Ægyptum: cuius idola primò fuerunt deſtructa? Sicut Iſaias longo ſermone prædixerat, de Ægypti onere
Iſaiæ 19 loquens.
Ioannis 18
Pſalmo 23 118 Cum Chriſtus ſit Dominus omnium: cur dixit regnum ſuum non
Ibidem 8 eſſe de hoc mundo? Nónne mundus & omnes habitantes in eo per ipſum
1.Corin.15 facti ſunt? Omnia quippè, quæ facta ſunt, ipſius ditioni ſubiiciuntur: vt ſcriptum eſt. Domini eſt terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo. Et iterum. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius. Quod Paulus de Chriſto dictum fuiſſe declarans, addit, quòd omnia ſubiecit ei, præter ipſum, qui ſubiecit omnia. Ea autem, quæ deprauata declinant à rectitudine, quam eis à principio Deus indidit, de mundo hoc, moribus deprauato intelliguntur: cuius princeps erat mala forma ſiue
2.Cor.6 malus dæmon. In his igitur non regnat nec vult regnare Chriſtus. Iuxta illud Apoſtoli. Quæ conuentio Chriſti ad Belihal? Sub ditione tamen ſua ipſos tenet, ſuo tempore iudicandos. Iuxta illud. Data eſt mihi omnis po-
Mat.vlt. teſtas in cœlo & in terra.
Lucæ 9 119 Cùm Chriſtus eſſet Dominus omnium: cur omnibus & adeò ſe abdicauit, vt diceret. Filius hominis non habet, vbi caput reclinet? Nónne, quia & ſi Dominus omnium: volens tamen oſtendere nobis vitam cœleſtem amplectendam, omnibus inferioribus ſe abdicauit: vt non tantum verbo, ſed exemplo doceret: quomodò vitam cœlibem proſequi poſſemus? Primò enim exemplo docuit, prius obſeruans,
Acto.1 quam doceret: poſtea verbo, dicens. Niſi quis renunciauerit omnibus, quæ

poſſidet:non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et id,ne partem aliquam habe-
remus cum Mammona,cuius ditioni, magno myſterio, hæc temporalia *Luca 14*
aliquo modo ſubiiciũtur: dum videlicet per indirectam viam acquirũtur.
Hinc mali dæmones gloriantur habere ſub ditione ſua omnes theſauros
furto acquiſitos, ex cupiditate ſepultos,quorum Dominus non cognoſ-
citur,& in mari merſos,iuſto Dei iudicio:& conſequenter omnes,indebi-
ta lucra exercentes. Cùm id non fiat ſine aliquo furto. Ne igitur cum
Mammona horum Principe conſortium haberemus, docuit Chriſtus fa-
cto & verbo his omnibus eſſe renunciandum. Et rationem aſſignauit, di-
cens. Non poteſtis Deo ſeruire & Mammonæ. *Matt.6*

120 Qua corona (vt in Canticis dicitur)coronauit Chriſtum mater ſua *Cant.3*
in die deſponſationis ſuæ? Nec enim Chriſtus in carne viuens alicui Spon- *Apoc.21*
ſæ coniunctus fuit: vt eo die mater eum deſponſate potuerit. An igitur
ipſe deſponſauit Sponſam illam, de qua Iohannes ait. Vidi ciuitatem ſan-
ctam Ieruſalem,deſcendentem è cœlo,à Deo paratam, ſicut ſponſam or-
natam viro ſuo? Quam ſpõſam ſibi deſponſauit in cruce:poſtea in cœlum
conſcendens, coniunxit eam ſibi glutino Spiritus ſancti. Et tunc trium-
phans de maligno,ducénſque ſecum captiuitatem, obtinuit thronum:de *Pſalmo 67.*
quo ipſe ait. Vici & ſedeo in throno patris mei. Et tũc fuit coronatus glo- *Apoca.3*
ria & honore à matre, ſuperna videlicet Ieruſalem. Cùm ipſa ſibi applau
dens eum in Regem ſuſceperit.

121 Cur Deus deſponſare dignatur ſibi animam: quæ iam ei fidem fre- *Sapien.11*
git? An,quia ſic exigit clementia ſummi Principis, vt nullum ſpernat, ni- *Luca 15*
hílque oderit eorum,quæ fecit:ſed diſſimulet peccata hominum propter
pœnitentiam: ſuper qua fit tam celebre gaudium in cœlo coram Angelis
Dei? An,quia Deus nihil ducit in iniuriam, niſi quatenus in detrimentum
animæ noſtræ vergit? Ipſi enim nihil nocere poteſt, nihíl ipſum coinqui-
nare. Conuerſam itaque animam non abhorret. Cùm nihil damni nihíl-
que iacturæ inde ſuſcipiat. Nam ipſam mundat & ſanctificat, antequam
ſuſcipiat. Sicut docuit Petrum nolentem admittere Cornelium gentilem
ad fidem,declarans, quòd ſicut omnia animalia immunda purificauerat: *Actor.10*
Sic & omnes animas gentiles & immundas expiauerat.

122 Quomodo Chriſtus Rex nobis appropinquare fecit regnum cœ-
lorum? Nónne ex pœnitentia? Vnde præcurſor eius ait. Agite pœnitẽtiam:
& appropinquabit regnum cœlorum. Quæ vera pœnitentia non conſi-
ſtit in pœna & afflictione corporis vel animæ, ſed præcipuè in reuerſione *Matth. c.3*
ad Deum. Sicut per peccatum auertitur homo. Quem actum Hebræi *Ezec.18*
proprio vocabulo תשובה teſſubah, ideſt reuerſionem vocant. Vnde ab *Ioelis 2*
Ezechiele in veritate literæ habetur. Quacunque hora peccator reuerſus
fuerit ad me. Pro quo vulgata æditio habet ingemuerit vel pœnitentiam
egerit. Nam nihil aliud dicit Ezechiel, quam Ioel. Vbi bene traductum
habetur. Conuertimini ad me in toto corde veſtro. Et per Zachariam di- *Zac.1*
citur. Conuertimini ad me. Et ego conuertar ad vos. Verùm ad iſtam per-
fectam reuerſionem ſequitur dolor & diſplicẽtia malè actorũ. Hinc ſub-

infertur in Ioele. In ieiunio & fletu: & ſcindite corda veſtra. Quem actum Doctores non ab re contritionem vocant: quæ eſt attritio & dolor cordis ſimul cum gratia. Hac igitur via intratur ad regnum cœlorum.

123 Quid eſt regnum cœlorum? An eſt Eccleſia ſacramentis dotata: vt eſt vulgata ſententia? An eſt gratia Dei: ſicut alij aſſerunt? An (vt verius
Lucæ 17 opinor) eſt diuinitas illa mortalibus communicata: quam Hebræi nunc
1. cor. 12 Sachinam, ideſt inhabitationem Dei, nunc verò מלכות Malchut, ideſt regnum vocant? Hinc Chriſtus Hebræos alloquens vſus eſt vocabulo apud eos, cum quibus loquebatur, frequentatiſſimo, dicens. Regnum Dei intra vos eſt. Diuerſimodè enim Deus mortalibus ſe communicat: vt clariſſimè docet nos Apoſtolus, dicens. Alij datur ſermo ſapientiæ, alij genera linguarum, alij gratia ſanitatum, alij interpretatio ſermonũ: & huiuſmodi, quæ ibi commemorat. Et quamuis (vt ipſe Apoſtolus ait) hæc omnia tribuat vnus atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult: per diuerſos tamen canales hæc varia chariſmata infundit. Illum verò locum vel
Ant. The. fontem, ex quo omnibus datur ſpiritus Dei & gratia eius, antiqui Theo-
Ioannis 1
Ibidem 14 logi regnum nominant: & de hoc reor dixiſſe Chriſtum. Quòd autem nedum gratia Dei ſed ipſa diuinitas habitet in nobis, Iohannes expreſſè teſtatur, dicens. Verbum caro factum eſt: & habitauit in nobis. Et ne ſit contentio de inhabitatione verbi per Ieſum Chriſtum facta videamus, quid ipſe Chriſtus dicat. Siquis (inquit) diligit me, ſermonem meum ſeruabit: & pater meus diliget eum: & ad eum veniemus: & mãſionem apud eum faciemus.

Matthæi 5. 124 Cur regnum cœlorum promittitur patientibus propter iuſtitiam? An, quia amore Dei pati eſt potiſſimum fidelitatis & adhærentiæ cum ipſo Deo, ſignum? Hinc notanter dixit Chriſtus, propter iuſtitiam: non autem propter crimen, aut facinora, propter quæ multi ſæpe pati ſolent. An, quia ærumnis & calamitatibus æquanimiter toleratis adeò expurgatur homo: vt mundus mereatur fieri conueniens templum puriſſimi Dei? An, quia tribulationibus animalis homo & caro ſpiritui inimica caſtigatur, & ipſi ſpiritui ſubiicitur, adeò vt in ipſum tempore ſuo immutari poſſit, & totus homo fieri capax regni cœlorum & Dei? An, quia bona,
Lucæ 18 hac regula diſtribuuntur, vt potientes temporalibus priuentur æternis?
Actor. 14. Iuxta id, quod Abraham diuiti illi dixit. Fili recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic conſolatur: tu verò cruciaris. Hinc Apoſtolus dixit. Oportet nos per multas tribulationes introire in regnum Dei.

Mat. 5 125 Quæ terra mitibus in poſſeſſionem promittitur? An eſt terra, quam
Pla. in Phædone. calcamus? An terra patribus promiſſa? Sed nónne præteriit iam figura?
Pſal. 26 An igitur eſt terra illa ſuprema: quam Plato tantis laudibus proſequi-
Ibidem 103 tur: & quam Dauid vocat terram viuentium? In hac enim terra (vt ali-
Mat. 15 bi diſſeruimus) plantata eſt arbor vitæ, arbor ſcientiæ boni & mali, & omnes cedri Dei, quas ipſemet plantauit. Iuxta illud ſummæ Veritatis. Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus cœleſtis, eradicabitur,

Qui locus dicitur terra, non quia grauis & ad centrum tendens: ſed quia ex ea omnes arbores & plantæ Dei pullulant. Quā terram poſſeſſuri ſunt mites, non hiſpidi & duri. Hinc ſcriptum eſt, quòd Iahacob lenis dilectus fuit à Deo: Heſau verò hiſpidus & piloſus odio habitus. Quamdiu videlicet in ſua duritie perſeuerauit: vt alibi diſſeruimus. *Mat.1* *Geneſis 27* *Matthæi 5*

126 Cur regnum cœlorum etiam pauperibus ſpiritu promittitur? Nónne pauperes multimodi ſunt? Alij enim ex ignauia quadam ad inopiam deueniūt. Alij, quia nimis prodigi. Alij ſunt pauperes ſpiritu & debiles, adeò, vt parum vel nihil ſpeculari queant. Alij ſunt diuites rebus, mente verò pauperes. Cùm diuitias non habeant tanquam poſſeſſores, ſed tanquam diſpenſatores: nec eis indebitè afficiantur. Iuxta illud Pſalmographi. Diuitiæ ſi affluant: nolite cor apponere. Et his datur regnum cœlorum: ſicut & iis: qui ſunt pauperes rebus & mente. Hinc perpulchrè dixit Chriſtus. Beati pauperes ſpiritu. Alioquin nec Abraham: nec Izahac, nec Dauid, nec multi alij diuites noſtri temporis eleemoſynarij & paſtores pauperum, regnum Dei poſſiderent. Nec obſtat dictum Saluatoris de difficultate ſeu impoſſibilitate, quam habet diues ad intrandum in regnum cœlorum: veluti camelus ad intrandum per foramen acus. Id enim intelligitur de iis, qui non poſſident diuitias, ſed ab ipſis poſſidentur. Sicut (teſte Seneca) febricitans non poſſidet febres, ſed ab ipſis poſſidetur. *Pſalmo 61* *Mat.5* *Ibidem 19* *Seneca.*

127 Cur miſericordibus miſericordia promittitur? An, quia clementiſſimus moderator non patitur vnici à mortalibus miſericordia & pietate? Cùm ipſa Deo quoddam proprium & peculiare ſit. Sicut Eccleſia canit. Deus, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere. An, quia ſtat lex illa immutabilis, à Redemptore promulgata. Eadem mēſura: qua menſi fueritis, remetietur vobis? Vnde ſecundum hanc regulam docet nos ipſe Redemptoa, vt orantes dicamus. Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Quæ regula (teſte Zohar) nunquam deficit: licet aliæ omnes aliquando ceſſare poſſint. *Matthæi 5* *Ibidem 7* *Ibidem 6*

128 Cur ſitientibus iuſtitiam ſaturatio promittitur? An ſummus Prouiſor, qui omnibus etiam animalibus rationis expertibus, nullis accedentibus meritis, præparat eſcam tempore opportuno, deficiet iis, qui ſunt fideles in domo eius? Sed cur præcipuè ſaturatio promittitur iis, qui eſuriunt iuſtitiam? Nónne, vt obſeruetur lex ab ipſo Principe Chriſto lata: qua dicitur. Quærite primo regnum Dei, & iuſtitiam eius: & hæc omnia adiicientur vobis? Et illa, quæ nuper adducta eſt. Eadē menſura, qua menſi fueritis, remetietur vobis. Quæ regula (vt diximus) nunquam deficit. Vnde ſi nos zelamus honorem & cultum Dei (qui potiſſimè in iuſtitia conſiſtit) cogitur ipſe Deus (vt ita dicam) per regulam illam inuariabilem zelare commodum noſtrum, ſaturando nos non ſolùm corporeis cibis: ſed quodcunque honeſtè deſyderare poſſumus, tribuendo. Iuxta illud. Iacta cogitatum tuum in Domino: & ipſe te enutriet. *Pſalmo 103* *Lucæ 12* *Mat.5* *Ibidem 6* *Ibidem 7* *Pſalmo 54* *Matthæi 5*

129 Quomodo mundis corde promittitur viſio Dei: cum ſcriptum ſit. Non videbit me homo: & viuet? Nónne Auguſtinus & alij perhibent ali- *Exodi 33* *Auguſt. ad Paulinum.*

Ioannis 1 *1.Corint. 11* quos in vita mortali vidiſſe Deum? Quibus Iohannes adſtipulatur, di-
Coloſſ.3 cens. Vidimus gloriam eius ſcilicet Chriſti. Nam gloria Chriſti eſt ipſe Deus: vt Paulus innuit. An igitur (vt etiam alibi diximus) non videbit Deum homo viuens ſenſibus animalibus: ſed mortuus morte illa precioſa, de qua Apoſtolus. Mortui eſtis: & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto? Et hoc (ni fallor) idem eſt, quod habere mundum. Cùm mundari ab
Galat.2 omnibus voluptuoſis & mundanis affectibus ſit mori mundo & carni. Hinc Apoſtolus ait. Chriſto crucifixus ſum Cruci: viuo autem iam non ego: viuit verò in me Chriſtus. Nec enim Deus, qui fecit nos ſibi tẽplum, renuit habitare in nobis, & oſtendere ac præbere ſe nobis: niſi quatenus ipſe ſummè purus videt in nobis aliquam maculam ſummæ ipſius puritati repugnantem.

Matthæi 5. 130 Cur pacifici peculiariter filij Dei vocantur? An, quia Chriſtus Rex pacis non admittit in filios, niſi pacificos: nec vult cohęredes in regno pacis, niſi eos qui pacem amplectuntur & proſequuntur? An, quia ſicut proprium Dei eſt veritas & pax: Ita proprium Diaboli eſt mendacium & litigium? Hinc Chriſtus dixit pharisæis mendacibus & litigioſis. Vos ex parte Diabolo eſtis. Vnde per regulam contrariorum, veridici & pacifici
Ioannis 8 merito filij Dei cenſeri debent.

Matthæi 5 131 Cur regnum cœlorum promiſſum pœnitentibus & pauperibus ſpiritu, etiam patientibus propter iuſtitiam promittitur? Nónne, quia ex eadem radice prodeunt hæc, quæ in verbis diuerſa videntur? Pœnitentiam enim agere eſt remouere affectum ab omnibus creatis. Quod in rei veritate idem eſt, quod eſſe pauperem ſpiritu, ideſt nihil affectare ex iis, quæ in mundo ſunt. Huiuſmodi verò in Deum collecti omnia extrinſeca par-
Actor.5 uipendunt, adeò vt non ſolùm aduerſa mundi æquanimiter ſufferant: ſed oblectentur priuatione commodorum, aut oppreſſione hominis animalis: qui à Deo meliorem hominem retrahit. Hinc verè adhærentes Deo paſſionibus animalis hominis lætantur. Quorum primi ac præcipui fuerunt Apoſtoli; de quibus Lucas ait. Ibant Apoſtoli gaudẽtes à conſpectu concilij: quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Et huiuſmodi ab inferioribus ſeparatis regnum cœlorum aperitur: quod (vt diximus) eſt ſuſcipere Deum in ſe, ſemota omni contrarietate: quæ eſt oblectatio in creaturis.

Mat.18 132 Cur Chriſtus ait, quòd niſi efficiamur ſicut paruuli, non intrabimus in regnum cœlorum? An, quia paruuli remoti ſunt ab aſtutia & veneno ſerpentino deturpante, & ingreſſum ad regnum cœlorum prohibente? An, quia paruuli parentibus obſequentes neſciunt rebellionem, immò omni amore eos proſequuntur? Quod opus eſt iis, qui regnum cœlorum intraturi ſunt, Nec enim rebelles, ſed Patri obſequentes eſſe debènt, Et hoc idem, ſub aliis tamen verbis, ipſe Chriſtus alibi dicit. Si quis di-
Ioannis 14 ligit me, ſermonem meum ſeruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus. Quem Dei aduentum ad nos regnum cœlorum eſſe iam declarauimus.

133 Quem denarium promittit Dominus vineæ laborantibus in ea? An fortè eſt aliquod numiſma, operi totius diei reſpondens? Sed quid hoc ad ſalutem, de qua parabola illa tractat? An igitur hic denarius eſt ſalus promiſſa: vt ſentit Origenes, nulla tamen huius applicationis adducta ratione? An eſt merces illa, de qua Deus Abraham dixit. Ego ero merces tua magna nimis? Ipſe enim Deus ſummè vnicus agens nobiſcum extenditur in decem fontes (vt ipſe Abraham ſcribit) vnde omnis irrigatio in omnes creaturas venit. Quæ irrigationes multifariæ ſunt: ſicut ſunt multigenæ creaturæ, reducendæ tandem ad illas multas manſiones, quæ ſunt (teſte Chriſto) in domo patris. Et hic eſt denarius, quo (ni fallor) omnes remunerantur. Diurnus autem dicitur: quia (vt Iohannes inquit) nox non eſt illic. Hinc Auguſtinus diuidit mercedem illam, ideſt viſionem ipſius Dei, in matutinam, veſpertinam & meridionalem: nocte penitus ſecluſa. *Mat. 20* *Origenes.* *Geneſis 15* *Abraham in li. de formatione.* *Ioannis 14* *Apoc. 21 & 22* *Aug.*

134 Quid eſt illud præmium centuplum, præter vitam æternam promiſſum? An id intelligitur de remuneratione rerum temporalium? Sed nónne & ſi multos videmus ſortitos meliorem ſortem, quam pro Chriſto reliquerint, in multis tamen non cernimus hanc remunerationem in centuplum factam? An igitur centuplum accipere dicuntur ij, qui omnia propter Dei amorem deſpiciunt: quia contemnentes omnia omnium domini efficiuntur? An ſicut in domo patris (vt Chriſtus ait) eſt quoddam nouum vinum, nouíque fructus (vt Iohannes perhibet) Ita ſunt omnia alia noua? Sicut Plato ampliſſimè ſcribit, addens, quòd fructus & alia, quæ hic habentur ſunt verorum & cœleſtium vmbræ tenuiſſimæ. Quibus veris rebus remunerabuntur adhærentes Chriſto, remuneratione centenaria. Ipſe verò Chriſtus remunerationem millenariam à patre ſuſcepit. Iuxta illud Sapientis. Mille tibi Selomo, vero videlicet Regi pacis: & ducenta iis, qui cuſtodiunt fructus eius, ideſt qui fideles ſunt in vinea ipſius. Et hæc dabuntur præter vitam æternam, quæ eſt vera gloria beatorum. Hinc propheta canit. Gloria & diuitiæ in domo eius. *Matthæi 19* *Ibidem 26* *Apoca. 22* *Pla. in Phædone.* *Cantico. 8* *Pſalmo 111*

135 Quæ multæ manſiones ordinatæ ſunt in domo patris? An ſunt manſiones pro Apoſtolis, pro Martyribus, Prophetis, Virginibus, & huiuſmodi: vt nonnulli ſentiunt? Sed ad quid huiuſmodi ſeparatio? Nónne magis oblectarentur ſimul vniti & congaudentes? Cùm in beatis non ſit liuor, iurgium, odium vel perdendi timor: quibus de cauſis ſolent conſtitui manſiones ſeparatæ. An igitur ſunt manſiones multæ: cum multipliciter & variè ſint remunerandi Beati? Iuxta illud Apoſtoli. Sicut Stella differt à Stella in claritate: ſic Sanctus à Sancto in gloria. An ſicut varij ſunt fontes particulares, à quibus emanant animæ (quamuis vnus ſit fons primarius & præcipuus Deus viuus) ſic & ad varia loca redeunt eiuſdem domus & regni beatitudinis? Quod quidem regnũ ampliſſimum eſſe non dubitamus. Quales autem ſint hæ mãſiones ille ſolus nouit, qui ipſas diſpoſuit: & ij tantum, quibus ipſe dignatus eſt reuelare. Iuxta illud Iſaiæ. Oculus non vidit Deus abſque te, quæ præparaſti ex- *Ioannis 14* *1. Corint. 15* *Iſaiæ 64*

pectātibus te. Quamuis huiuſmodi manſiones deſcriptæ fuerint à Iohan-
Apoc.21 ne ſub typo diuerſorum lapidum precioſorum.

Theol.recentiores. 136 Quomodo ſunt præparatæ variæ manſiones pro varia animarum
Sapien.8 conditione? Cùm animæ ſint omnes eiuſdem conditionis ac perfectionis:
Matthæi 25 vt nonnulli recentiores Theologi docent. Nónne dixit Sapiens. Ab initio
ſortitus ſum animam bonam? Et Chriſtus. Vni dedit (inquit) quinque talenta, alij duo, alij verò vnum: vnicuique ſecundum propriam virtutem. Sed nónne varia ſunt dona gratuita, non naturalia? Sed, cum per talenta communi expoſitione intelligantur dona gratuita, quid intelligitur per virtutem propriam vniuſcuiuſque? Nónne virtus aut gradus naturalis: cui
Grego.ibi. (vt Grego. placet) dona gratuita reſpondent? Sed nónne (vt Peripatetici
Metaph. ſica 8 dicunt) ſpecies ſe habent ſicut numeri: in quibus vno variato ſpecies quoque numerorum variatur? Hoc quippè contingit in numero vocali vel materiali, non autem in numero naturali vel formali, quibus numeris diſtribauntur ſpecies. Nam horum numerorum vnitas eſt diuiſibilis: vt patet in Muſicis, ſemitonium venantibus. Tunc enim diuidunt vnitatē, qua nouenarius excedit octonarium: vnde reſultat tonus. Qui Muſici procedunt per numeros naturales: ſicut & Phyſici.

Matthæi 13 137 Cur ſeminantium ſemen diuinum alij colligunt triceſimum, alij ſexageſimum, & alij centeſimum fructum? An, quia Redemptor docere nos volens varietatem fructus à ſeminantibus colligendi, alludit ad regionem planitiei Galilææ: vbi colliguntur fructus eadem varia menſura à Chriſto memorata? An, vt Hieronymo, Pythagoræos imitanti placet) triginta ad coniugatas referuntur, quæ quaſi molli oſculo cum viro ſeſe confederantes ab eo numero ad digitos reducto pinguntur: ſexaginta verò ad viduas,
Hier. contra Iouinia. lib. 1 quæ, eo quòd in tribulatione ſunt poſitæ, ſuperiori digito deprimuntur: cētenarius autem ad virgines, quia iiſdem digitis, quibus & læua, ſed non eadem manu circulum facientes, virginitatis coronam exprimunt? An, quia cum omnes in vineam Domini intrantes denario diurno conueniāt: hic variè datur? Aliquibus enim complicatus per ternarium ſanctiſſimæ
Matthæi 20 Trinitatis datur: & ecce triginta. Aliquibus datur complicatus per ſenarium, numerum primò perfectum, & ecce ſexaginta. Aliquibus autē complicatur in ſeipſum: & ecce centenarius. Vnde idem eſt præmium, vario tamen modo diſtributum.

138 Quod conuiuium præparat Deus & Chriſtus iuſtis & amicis ſuis?
Sec. Theolo. An eſt tabula, vel myſterium id, quod ſecretiores Theologi dicunt? Quòd videlicet Deus præparat iuſtis in conuiuium, piſcem, bouem, & auem, & hos omnes maximos, quos ipſi ſecretiores Theologi vocant שור עבר לויתן בריוכנה Bariochnch Sor habar leuiatan. Quod equidem fabulam vel figmētum quoddam iudicarē, niſi Chriſtus hæc eadem innueret. Nam de aue
Matthæi 22 & boue, vbi de veris nuptiis celebrandis agit, loquitur dicens. Tauri mei
Lucæ 24 & altilia occiſa ſunt. Et de piſce poſt reſurrectionem à Luca & Iohanne fit
Iohannis 21 mentio. Nec de multitudine piſcium aut toto piſce fit ſermo: ſed de parte
Iob 40 tantummodò huius piſcis, qui dicitur leuiatan: deſcriptus in Iob à Moſe

magnus

magnus & immẽſus. Et bos adeò magnus deſcribitur ab ipſo Moſe & ab *Ibidem*
antiquis Theologis, vt fluuium vnica ingurgitatione abſorbeat, & herbas mille montium vno die depaſcat, quæ omnia ſuo loco (Deo fauente) declarabimus. Auis autem adeò magna deſcribitur, vt altitudinem maris excedat, quæ omnia ſunt plena myſteriis. E quibus ſaltem aliquam partem adumbrantes, dicimus quòd iuſti paſcentur huiuſmodi, quoad partem animalem, quando potientur omni virtute, quæ in aues, cicures, aut piſces diffunditur. Pars verò melior gaudebit influxu angelorum, & ipſius diuinitatis & gloriæ Chriſti, in bello acquiſitæ.

139 Cur in fine Canticorum dantur mille Selomo, vt in veritate literæ *Cantic. vlt.*
habetur? Nónne Selomo, qui pax ſibiipſi interpretatur, eſt ille verus Rex pacis Chriſtus, qui habet pacem à ſeipſo, i. à diuinitate in ſeipſo exiſtente? Nam aliunde quàm à Deo vera pax haberi nequit, iuxta illud ab Eccleſia celebratum, Da nobis illam quam mundus dare non poteſt pacem. Huic igitur qui eſt pax ſibiipſi, & omnia (teſte Paulo) pacificauit in cœlo & in *Coloſſ. 1.*
terra, datur millenarius, cubus videlicet ſupremi numeri, i. denarij, vltra quem alius reperiri nequit numerus ſimplex, ſed repetitus. Et hic numerus attribuitur Deo in eo quòd eſt finis vltimus omnium, datur & Chriſto, cuius prouincia fuit perducere nos ad hunc finem. Et mirabili ſacramento in lingua ſancta eodem modo profertur hic numerus, quo & prima litera alphabeti, quæ vnũ numeri quidem principium, importat: nam א aleph character prolatus, אלף aleph videlicet, mille ſignificat. Vnde innuitur, quòd idem eſt vnus & mille, principium & finis, quamuis alia & alia ratione.

140 Cur ducenta dantur cuſtodientibus fructus vineæ? Nónne, ſi pro- *Cantic. vlt.*
mittitur centenarium præmium relinquentibus ſua pro amore Dei, me- *Matth. vlt.*
ritò duplicatur præmium iis qui alios cuſtodiunt, ſiue ſint angeli, ſiue ſint *Iſaiæ 62.*
prælati? De quibus Iſaias ait: Super muros tuos Ieruſalem conſtitui cuſtodes. His autem duplicatur præmium, & datur primum centenarium, quia faciunt, ſecundum verò, quia docent, & alios ad bonum inducunt. Hinc ſummus remunerator ait: Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur *Matth. 5.*
in regno cœlorum, propter videlicet duplicatum præmium.

141 Quo prælio acquiritur corona promiſſa, & quomodo diſcere poſſumus huiuſmodi prælium? Nónne eiuſmodi præliũ nobis indictum eſt, vt Propheta confiteatur imperitiam ſuam, & laudet Deum, à quo in hu- *Pſalmo 143*
iuſmodi ſe inſtructũ fatetur, dicens: Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum? Nec enim (teſte Paulo) nobis eſt colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem (tantum- *Epheſ. 6*
modò videlicet) ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarũ harum contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Et modum pugnandi contra huiuſmodi docet nos ipſe Paulus, à quo non recedemus, ait enim: State ſuccinctis lumbis, i. ligate omnem concupiſcentiã: *Ibidem*
per quam in muliere figuratã Serpens iniit primum bellum cum homine, *Geneſ. 3*
& victor fuit: calciatóſque debemus habere pedes, i. affectus in præpara-

ſionem Euangelij, quod omnimodam affectuum mortificationem exquirit. Tertiò ſumendum eſt nobis ſcutum fidei, credendo Deum nobis adiutorem fore, & præmium victoribus paratum. Quartò lorica iuſtitiæ nobis eſt ſumenda, nam ſemper animaduertere debemus, ne ab æquo & iuſto declinemus. Quintò galeam ſalutis, i. Chriſtum Saluatorem ſumere
1. Cor. 15. debemus, per quem habemus victoriam. Vnde ipſum & patrem inuocare debemus in fauorem, vt ſint capiti noſtro veluti galea potiſſimè. Sextò ſumendus eſt gladius ſpiritus, qui eſt verbum Dei. Quo gladio Imperator
Matth. 4. noſter Chriſtus docuit nos hoſtis tela confringere. Nã ipſe in triplici prælio ſibi illato ſemper gladio ſpiritus dimicauit, & hoſtem proſtrauit. Ante omnia autem orationi & obſecrationi (vt Apoſtolus ſubinfert) ſemper in-
Sapien. 8. ſiſtendum eſt. Nam (teſte Sapiente) nemo continens nec victor eſſe poteſt niſi Deus det.

142 Quibus muneribus Imperator noſter Chriſtus milites ſuos deco-
Geneſ. 1. rat? Nónne primò dedit nobis ſymbolum imaginis ſuæ? Secundò conſti-
Pſalmo 8 tuit nos ſuper opera manuum ſuarum. Tertiò proprios miniſtros dedit in cuſtodes, angelos videlicet. Quartò regenerauit nos, donans nouum inſigne militiæ. Quintò præceſſit nos, bellans & proſternens hoſtem, vt inde facilem haberemus victoriã. Sextò arma tradidit, quibus decertaremus. Septimò quietem & coronam vincentibus præparauit.

143 Quo honore proſequitur Imperator Chriſtus eum, qui ex bello victoriam conſequitur? Nónne primò facit eum liberum à ſeruitute peccati & Diaboli? Secundò fugata morte donat vitam. Tertiò conſtituit ipſum regni ſuperni hæredem. Quartò patri conciliat, & ad præſentiam ipſius adducit. Quintò tranſmutat in Deum. Sextò deducit ad præmium & ob-
Pſalmo 16. iectũ, in quo ſolo ſatiari poteſt homo, iuxta illud: Satiabor, cùm apparuerit gloria tua. Septimò ipſum adeò in regno cõfirmat, vt nunquam hoſtẽ
Ibidem 67 aut priuationem timeat. Hinc Propheta huius ſacramenti nõ ignarus, canit: Aſcendiſti in altum, cœpiſti captiuitatem, dediſti dona hominibus.

144 Qua via præmium ingens breui acquiri poteſt? Nónne vnicum & perfectiſſimum iter eſt charitas intenſa? Et hæc duplex eſt, Dei videlicet amor & proximi, in quo omnia quæ in lege & Prophetis ſcripta ſunt) ipſo
Matth. 22. præmiatore teſte) concluduntur. Hinc omnia, quæ à nobis exigit, in hoc
Ioannis 15 vno concluſit, dicens: Hoc mando vobis vt diligatis inuicem. Nam amor eſt ignis quidam, qui appoſito combuſtibili ſtatim creſcit in immenſum, Quod nihil aliud facere poteſt.

145 Erúntne pauci, an multi ij qui æternæ gloriæ compotes reddentur?
Matth. 22. An forſitan pauci, ſicut Chriſtus innuere videtur, dicens: Multi ſunt voca-
Ibidem 7 ti, pauci verò electi? Et iterùm: Arcta eſt via quæ ducit ad vitam, & pauci inueniunt eam. Sed nónne Iohannes poſtquam vidit centum quadraginta quatuor millia ſignatorum ex omni tribu, ſubinfert. Poſt hæc vidi tur-
Apocal. 7 bam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gẽtibus, tribubus, populis & linguis ſtantes ante thronum, amictos ſtolis albis, & palmæ, ſcilicet erant, in manibus eorum? Nec enim palmæ dantur niſi

præmiatis. Quorum ſi Iohannes vidit turbam magnam & innumerabilem, quomodo ergo ſunt pauci? Nónne etiam ipſemet Chriſtus proteſtatur, dicens: Quos dediſti mihi non perdidi ex eis quenquam? Pater autem *Ioan.17.13*
donauit ei omnia præter ſeipſum, qui donauit, vt Apoſtolus ait: Quomo- *1.Cor.15.* *Hebræ.2.*
do igitur paucos ſaluat? Omnes itaque (vt etiam ſuprà diſſeruimus) ſaluabuntur præter feces, in ſeceſſum demittendas, ſubtracta prius ſubſtantia omnis cibi, in menſa Domini reponendi: nec enim damnabuntur, niſi feces huius mundanę molis, & ſaluabuntur omnes ſaluandi. Quamuis pauci ſint electi in duces aliorum, qui deſcribuntur à Iohanne centum qua- *Apoc.7.*
draginta quatuor millia. Et quamuis pauci inueniant viam vitæ, immò (vt Baruch ait) nullus eſt, qui poſſit ſcire viam eius, niſi videlicet ipſo docēte, ſicut ſtatim ipſe Baruch ſubinfert: Et tradidit illam Iahacob puero ſuo, & *Baruch 3*
cætera quæ ſequuntur.

146 Quo ſymbolo diſtincti ſunt milites Chriſti? Nónne duplici ſymbolo? Alterum enim eſt in anima impreſſum, character videlicet baptiſmi. De quo Iohannes inquit: Habentes nomen patris eius ſcriptum in fron- *Apocal.14.*
tibus ſuis. Alterum verò ſymbolū exterius erat in primitiua Eccleſia, quādo inſurgebant multi pſeudoapoſtoli ſeducentes multos, ſicut Chriſtus *Matth.24.*
prædixerat. Vnde ne quis ab iis ſeduceretur, ſtatuerunt Apoſtoli (vt Hie- *Hierony. ad*
ronymus perhibet) ſignum mutuò dandum. Quod quidem ſignum voca- *Laur papam*
runt ſymbolum, duplici ratione. Altera eſt, quia vnuſquiſque Apoſtolo- *de fide.*
rum poſuit partem. Altera, quia erat in ſignum inter commilitones ſecretè poſitum, vt comprobaretur eſſe verus Chriſtianus, quicunque daret ſymbolum, i. confeſſionem articulorum, qui credendi ſunt. Quod ſymbolum ſcripturæ credere noluerunt, nec alta voce proferre in Eccleſia, ne falſus aliquis addiſceret & in ſignum daret. Et hac ratione conſueuit Eccleſia ipſum ſymbolum Apoſtolicum ſubmiſſa voce dicere. Vt autem cantaretur publicè Eccleſia decreuit tradere cantandum illudmet ampliatum, & voce tantùm, non re mutatum, primò ſemper ſubmiſſa voce proferendo.

SECTIO QVARTA DE CHRISTO PATRE DOCTORE ET PASTORE.

CHRISTVS fuit ne verus pater noſter? Nónne ipſe dixit: V- 147
nus eſt pater veſter qui in cœlis eſt? De patre enim æterno, *Matth.23*
ſuo necnon & omnium noſtrûm loquebatur. Hinc non videtur ipſe velle vocari pater, vnde petrus inquit: Benedictus *1.Petr.1.*
Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecūdum miſericordiam ſuam magnā regenerauit nos in ſpem viuam per reſurrectionem Ieſu Chriſti. Sed cùm ipſe Chriſtus dicat: Niſi quis renatus fuerit ex *Ioannis 3.*
aqua & Spiritu ſancto, per quam aquam pluries declarauimus intelligi *Ibidem 10*
debere verbum & filium Dei, nónne & ipſe videtur pater nos regenerans?

An igitur cùm ipſe & pater vnum ſint, quicquid facit vnus facit & alter? An nos exiſtentes filij verbi, ſumus quoque filij patris ipſius verbi? ſicut omnes ab Abraham vel Iſrael originem trahentes dicuntur filij ipſorum.
Matth.1 Quamuis plurimis generationibus à patribus diſtent, pari quoque modo
Ioannis 1. Chriſtus dictus fuit filius Dauid. Fuit itaque verbum per quod facta ſunt omnia ſimul cum patre, à quo omnia pater primæ genituræ. Fuit quoque & eſt pater ſecundæ genituræ, ſicut in generatione animalis huius, Adam fuit primus pater. De quibus ambobus loquitur Apoſtolus, dicens: Pri-
1.Cor.15 mus homo de terra terrenus, ſecūdus homo de cœlo cœleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni, ſcilicet filij, qualis cœleſtis, tales & cœleſtes.

148 Quomodo Chriſtus deſponſauit ſibi Eccleſiam, vt nos regeneraret? Nónne Apoſtolus cùm de matrimonio primorum parentum ageret,
Epheſ.5. dixit: Hoc ſacramentum magnum eſt Chriſti & Eccleſiæ? Nec tantū fuit
Geneſ.2. ſacramentum, ſed expreſſiſſima figura, omnia videlicet repræſentans, ſicut enim vxor Adæ è latere ipſius dormiētis extracta fuit, & veluti filia ab eo producta, poſtea ei in vxorē aſſignata, ſic & Eccleſia è latere Chriſti dor-
Auguſtinus mientis in cruce extracta fuit. Nam inde (teſte Auguſtino) omnia ſacramēta emanarunt, & vim ſuſceperunt. Quæ ſponſa fuit collectio Apoſtolorū & diſcipulorum qui progeniti fuerunt ab eo tanquam filij, & poſtea formati in ſponſam & vxorem quæ alios generaret & pareret. Quibus Apo-
Matth.28. ſtolis iam Chriſti ſponſæ factis, virtutē generandi dedit, quando dixit: Baptizate eos in nomine patris & filij & Spiritus ſancti. In quo baptiſmo regeneramur, inter quos generantes & parturientes fuit Paulus, qui Galatis
Galat. 4 ſcribens, ait: Filioli mei quos iterum parturio.

149 Quomodo regeneramur in baptiſmate? Nónne ſicut aqua eſt prin-
Geneſ.1. cipium genituræ naturalis vniuſcuiuſque animæ (ſicut ſcriptum eſt: Producant aquę ſerpituram animæ viuentis) ſic & per aquam Chriſtus voluit nos regenerare? Quæ quidem aqua non eſt hęc elementaris, ſed ea quę ſupra cœlū eſt, à qua hæc inferior habet vim. Regeneramur enim aqua, quæ eſt ſapiētia & Dei verbum, iuxta illud Iacobi: Genuit nos verbo veritatis.
Iacobi 1. Cuius veræ ac ſupramundanæ aquæ hæc corporea, qua in baptiſmate aſpergimur, eſt ſacramentum, vt alibi diximus.

Epheſ. 2 150 Si Chriſtus eſt pater, cur dicitur lapis fundamenti? Nónne lapis fundamenti dicitur principium ſolidum cuiuſcunque fabricæ corporeæ vel incorporeæ? Sed nónne generare (vt apud Hebręos eſt frequētatiſſimum)
Deuter.25. eſt quoddam fabricare? iuxta illud Deuteronomij: Sic fiet homini, qui nō ædificat domum fratris ſui, i. qui non vult generare filios fratri ſuo cum vxore ab eo derelicta. Non igitur impropriè nec inconcinnè Chriſtus, pater ſpiritualis generationis, fundamentum huius fabricæ generatiuæ dicitur. Hinc ſcriptura appellat nos aliquādo regeneratos, aliquando autem
Ephеſ.2 collocatos in fabrica fundata ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, ſed præcipuè ſupra fundamentum primarium Chriſtum.

151 Qui ſunt maiores, filij Adæ, Abrahæ, Iſraelíſne, an filij Chriſti? Nónne (ſi de tempore loquamur) illi proculdubio potiores ſunt? Si verò de di-

gnitate, nónne regenerati à Chriſto ſunt maiores? Quo ſenſu opinor Chriſtum dixiſſe, cùm de Iohanne Baptiſta loqueretur. Nullus ſurrexit maior inter natos mulierum Iohanne Baptiſta. Et id comparando ipſum patribus antiquis. Comparando autem regeneratis in Chriſto, ſequitur quod dictum eſt. Sed qui minor eſt in regno cœlorum, maior eſt illo. Regnum enim cœlorum (vt alibi diximus) ſignificat diuinitatem nobis communicatam, & aliquando collectionem ſanctorum, quibus ipſa diuinitas communicata eſt. Sicut eſt verorum Chriſtianorum Eccleſia, qui non ſolùm dicuntur, ſed ſunt Chriſtiani, id eſt vncti chriſmate diuinitatis. Quomodo autem Iohannes fuerit maior inter eos qui ſurrexerunt, non eſt huius ſpeculationis, quia altiſſimum ac profundum myſterium eſt. *Luce 7. Matth. 11.*

152 Vbi in Scriptura celebratur coniugium & ad quid? Nónne, producto homine & muliere, dictum eſt: Creſcite & multiplicamini, & replete terram? Et iterum vbi de particulari productione vtriuſque coniugis agitur, formato homine ex puluere terræ ſubinfertur: Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium, quod ſtet ex aduerſo ipſius, ad generationem videlicet filiorum faciendam: pro quo vulgata æditio habet. Simile ſibi. Quod myſterium cognoſcens Paulus, ait: Hoc ſacramentum magnum eſt Chriſti & Eccleſiæ. Hinc Chriſtus totum negocium regni cœlorum comparauit nuptiis, quas fecit rex filio ſuo. Et Iohannes claudens omnia myſteria Scripturæ ſacræ in Apocalypſi, cui ſub interminatione plagarũ iubet ne quicquam addatur, ait: Gaudeamus & exultemus, quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit ſe. Vnde innuitur nos non poſſe adipiſci regnum illud æternum ſine regeneratione, in hoc cœleſti coniugio per nouos & cœleſtes parentes facta. *Geneſ. 1 Ibidem 2 Epheſ. 5. Matth. 22. Apocal. 22. & 19.*

153 Quomodo cum his nuptiis ſtare poteſt illud verbum Chriſti & ſponſi: In cœlo non nubent neque nubentur, ſed erunt ſicut angeli Dei? Nónne ordo rerum is eſt, vt adueniente ſignato ceſſet ſignum, & adueniente veritate ceſſet figura? Hinc Apoſtolus veritatis Euãgelicæ non ignarus, cùm de matrimonio præcipuè ageret, inquit: Pręterit enim figura huius mundi. Nam hæ carnales nuptiæ ſunt figura & ſacramentum verarum nuptiarum, quæ in cœlo celebrantur. Hinc ipſis aduenientibus ceſſabit hæc copula carnalis. Sed nónne Chriſtus dixit: Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet? Vnde innuitur quòd hæ nuptiæ carnales celebrantur in cœlo. Decernitur quippe in cœlo, quænam eſſe debeat coniunx vniuſcuiuſque in carnali connubio, ſicut decernuntur omnia, quæ in hoc mundo fiunt, ſiue quo ad animalia, ſiue quo ad plantas. Veruntamen plantæ vel animalia hæc in cœlo non generantur, pari modo nuptiæ carnales in cœlo decernuntur. Sed in terra celebrantur in ſignum & ſacramẽtum verarum nuptiarum, vt dictum eſt. *Matth. 22 1. Corint. 7 Matth. 19*

154 Qui regenerantur in hoc coniugio, Iſraelitæne ſoli, an etiam cæteri homines? Nónne Iſraelitæ ſoli? iuxta illud Chriſti: Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael. Sed nónne Propheta canit: In omnibus gentibus ſalutare tuum, ideò confiteantur tibi populi omnes: Et Apoſto- *Ibidem 15 Pſalmo 66*

Rom.3.10 lus: An Iudæorum Deus tantùm? nónne & gẽtium? Et clarius poſtea: Nam idem Dominus omnium, diues in omnes qui inuocãt illum. Vnde ad hoc *Oſeæ 2* *Roman.9* referãdum ipſe Apoſtolus adducit illud Oſææ: Vocabo non plebem meã plebem meam. Sed quomodo Deus non ſuum populũ fecit ſuum? Nónne quia regenerauit etiam eos qui non erant ex plebe ſua, & fecit vernaculos ſuos & de domo Iſrael? nã Iſrael (vt alibi diſſeruimus) ſignificat hæredem Dei, aut militantem ſub Deo. Hinc omnes per baptiſmum regenerati meritò domus Iſrael dici poſſunt.

Matth.19. 155 Quo iure Apoſtoli iudicabunt duodecim tribus Iſrael, ſicut Chriſtus perhibet? An ex mera voluntate patris æterni & Chriſti? Sed quomodo & quàm iuſtè dabitur eis poteſtas iudicandi parentes & maiores? Non quippe veluti filij iudicabunt patres ſuos, ſed veluti patres iuriſdictionem habebunt in filios ab eis regeneratos. Nam licet Chriſtus promiſerit Apoſtolis huiuſmodi dignitatem, non tamen tradidit priuſquàm eos per vniuerſum mundum deſtinauerit vt prædicarent, docerent, & generarent *Mat.vlt.* omnes meliori genitura, ſicut ſcriptum eſt: Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & Spiritus ſancti. Et ſic ea ratione, qua Chriſtus dans virtutem regenerandi omnes, dicitur vniuerſalis pater & iudex, primariúmque omnium fundamentum, ſimiliter Apoſtoli, veluti executores primarij huius nouæ regenerationis, effecti ſunt patres, iudices & ſecundaria fundamenta. Duodecim verò Tribuum præcipuè erunt patres ac iudices, quia prædicarunt in duodecim regionibus mundi, ſubiectis duodecim ſignis cœleſtibus, quibus ipſæ tribus, mi- *Cant.2.10.* *7.c.11.13.* rabili ſacramento in Harmonia explicato, reſpondent.

156 Quomodo fit hæc regeneratio? Nónne in generatione aliquid noui producitur? Corpus enim formatur ex parentum ſemine, anima à Deo infunditur, & tertium quid reſultat (vt Philoſophi docent) quod dicitur homo, quod alio vocabulo tertiam entitatem ipſi vocant. Sed in regeneratione hac quid noui producitur? An noua quædam anima, ſeu aliquod *Pſalmo 50.* tertium ens? An nouus ſpiritus? iuxta illud Prophetæ: Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. Si enim in pœnitente fit renouatio & creatio quædam noua, nónne multò magis in regenerato? Sed, cùm anima iam præexiſtat, quid noui producitur? An for- *Auguſtinus* ſitan ſpiritus, qui (vt habetur in libro de ſpiritu & anima) differt ab ani- *Heb.4* ma? Vnde & per virtutem ſermonis Dei (vt Apoſtolus ait) ſeparatur ab ea. Inquit enim quòd ſermo Dei pertingit vſque ad diuiſionem animæ ac ſpiritus. Spiritus itaque in regenerato aut renouatur, aut de nouo pro- *Roman.8* ducitur, iuxta illud Apoſtoli: Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorũ Dei, in quo clamamus Abba pater. Ipſe enim ſpiritus de nouo generatus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei per iſtam nouam regeneratio- *Ioannis 1.* nem, ſicut Iohannes ait.

157 Quem librum tenet Deus & Chriſtus tanquam pater? Nónne conſueuere patres naturales libris inſerere natalem diem filiorum & nomina

ipſorum? Quod forſitan didicerunt ſupremi patris ſpiritu afflati, qui in libro ſuo omnes filios deſcribit, iuxta illud Prophetæ: Et in libro tuo omnes ſcribentur. Quod quidem magnipendendum eſt, iuxta illud Saluatoris: Nolite gaudere, quòd ſpiritus ſubiiciuntur vobis, gaudete autem, ꝙ nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Nã de ſalute ſua certior factus eſt, quicunque habet nomen in libro vitę ſcriptum, cùm de repudiatis & reiectis ſcriptum ſit: Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur. *Pſalmo 138* *Lucæ 10* *Pſalmo 68*

158 Cur Chriſtus prætulit matri eos qui audiunt & cuſtodiunt verbum Dei? An id dixit proſequẽdo quendam dicendi modum? Sed hoc nõ conuenit tantæ maieſtati & indeterminatæ ſapiẽtiæ, cuius nedum omne verbum ſed omnis quoque actus eſt documentum noſtrum. An igitur, quia audientes & cuſtodientes verbum Dei, concipiunt ipſum, vt tempore ſuo pariant? Quod maius eſt, quàm concepiſſe & lactaſſe corpus Chriſti, vel Chriſtum hominem. Et in hoc præfertur audiens & cuſtodiens verbum Dei. Nec enim is ſimpliciter eſt maior matre Chriſti. Nam & ipſa audiuit & cuſtodiuit verbum Dei prolatũ ab angelo Gabriele, cui dixit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Magnum quippe eſt verbum Dei in nobis, quia per ipſum regeneramur & efficimur filij, vt ſuprà dictũ eſt: quod Chriſtus pręponderat propriæ genituræ ſecundũ carnem. *Lucæ 11.* *Ibidem 1.*

159 Quam portionem filius prodigus conſumpſit cum meretricibus? An portionem rerum temporalium? Sed ad quid damnatur diſſipatio rerum temporalium, quibus tam ſedulò renunciare nos Chriſtus hortatur? An igitur cum Heſau diſſipauit primogenituram, portionem videlicet ad meliorem hominem pertinentem? Sed quomodo huiuſmodi portio conſumi cum meretricibus potuit? Nónne pertinent ad hominem meliorem intellectus, ratio, diſcurſus, voluntas, amor, memoria & huiuſmodi? Quæ omnia diſſipantur quando rebus voluptuoſis ad animalem & deteriorem hominem ſpectantibus implicantur, tum quia pereunt, nullum fructum, imò damnum ex eis reportando, tum quia debilitantur in huiuſmodi omnes vires illæ. Cuius rei figurã refert Daniel de Balthaſar, qui omnibus vaſis templi abutebatur in delitiis & voluptatibus. Et hæc eſt portio & primogenitura, quẽ Heſau vendidit Iahacob pro rubeo edulio, i. pro carnis & ſanguinis voluptate. *Ibidem 15* *Ibidem 14* *Geneſ. 25.* *Daniel. 5.* *Geneſ. 25*

160 In quam regionem longinquam abiit filius prodigus, à patre ſeiunctus? Nónne Deus pater eſt vbique? Hinc Propheta canit: Si aſcendero in cœlum, tu illic es, ſi deſcendero in infernum ades. In quam ergo regionẽ potuit ire, longinquam à patre Deo, vt innuit parabola? Nónne (vt Ambroſius ait) longius ire eſt à ſe recedere, nec regionibus ſed moribus ſeparari, ſtudiis diſcretum eſſe non terris, & interfuſo luxuriæ æſtu diuortia habere ſanctorum? Hinc primus fratricida, ſceleris immanitate deuictus, contra ſemetipſum proferens ſententiam, Deo dixit: Ecce eiicis me hodie à facie terræ. Diſcipuli quoque Chriſti in paſſione dubitantes, ab ipſo receſſerunt, ſicut ſcriptum eſt: Omnes relicto eo fugerunt. Poſt reſurrectionem autem (teſte Iohanne) ad ſemetipſos abierunt. Vnde concluditur *Lucæ 15.* *Pſalmo 138* *Ambro ſuper Lucam.* *Geneſ. 4* *Matth. 26* *Ioannis 20.*

quòd diſcedere à Deo eſt quærere extra ſe Deum, quem homo in ſe habet & cuius téplum vnuſquiſque factus eſt, reuerti autem ad ſemetipſum eſt reuerti ad patrem.

161 Quales debent eſſe filij Chriſti? An ſufficit eis nomen Chriſti? Sed *Hieronym.* væ illis (vt Hieronymus ait) qui renati fonte baptiſmatis tãtummodò falſò chriſtianitatis nomine funguntur. Veri enim Chriſtiani eſſe debent, vncti videlicet chriſmate ſpiritus ſancti, & diuinitate pleni. Quod eſſe non poteſt, niſi quis obſeruet ea, quę promiſit antequàm hoc chriſmate vngeretur. Promiſit enim renunciare Diabolo mundo, & pompis eius, id eſt *Ioannis 12.* ambitioni, voluptati & auaritiæ quæ in mundo ſunt, & ad mundum pertinent, & ad eum, qui princeps mundi dicitur, Diabolum videlicet, cum quo chriſma diuinitatis nullatenus conuenire poteſt. Hinc in baptiſmate exquiritur abiuratio & renunciatio omnium illorum, quæ renunciatio *Hieronym.* fit publicè per ſacramenti verba, iuxta illud Hieronymi: Recordare diem tyrocinij tui, quo ſepultus in baptiſmate per ſacramenti verba iuraſti.

1. Petr. 2. 162 An ex eo, quòd vncti ſumus chriſmate ſacro, dicamur & ſimus regales Sacerdotes, vt Petrus inquit? Nóne, ſi propter chriſma habemus vnctionem ſanctam quæ Sacerdotem facit, illam etiam conſequimur dignitatem, ad quam habendam non ſufficit vnctio ſacramentalis, ſed vnctio intrinſeca diuinitatis, de qua verus ac ſummus Sacerdos ait? Spiritus Do- *Iſaiæ 61.* mini ſuper me, eò quòd vnxerit me? Sed licet quis ſuſcipiens ſacramẽtum *Lucæ 4.* chriſtianitatis re ipſa vngatur diuinitate, éſtne ideò Sacerdos? Nónne hoc videtur innuere Petrus? Sed cur ad hoc quòd quis in Eccleſia ſit Sacerdos noua vnctione opus eſt? An vt in Eccleſia ſeruetur ordo & hierarchia de- *Dionyſius.* bita, vt Dionyſius docet? An, quia non contenti patres chriſmate, quod in baptiſmo ſuſcipiunt Chriſtiani, ad hoc quòd quis fungatur Sacerdotio voluerunt quòd adhuc ampliori diuinitate repleretur per chriſma illud Sacerdotale, adeò vt oblatio vel commemoratio oblationis veri corporis Chriſti ad ipſum iure pertineat? Nam oblationem ſuiipſius in hoſtiam viuentem, ſanctam & immaculatam vnuſquiſque Chriſtianus facere poteſt *Romanor. 12* ſicut Paulus docet.

163 Cùm Chriſtus effectus ſit omnium pater, & iubeat filium obſequi patri, ſicut ipſe ſemper ſtuduit facere patris ſui voluntatem, quomodo ve- *Matth. 10* nit ſeparare filium à patre, vt ipſe perhibet? Nónne quia regenerati efficimur filij melioris patris quàm carnalis, hominis videlicet cœleſtis è cœlo deſcendentis, æquum eſt vt præponamus patrem digniorem, cuius gratia ſolummodò relinquere poſſumus patrem carnalem? Maiorem enim ab illo cœleſti, quàm à carnali patre hæreditatem expectamus.

164 Quomodo filij verbi æterni poſſunt odiſſe tam celebrem patrem? Nónne per verbũ æternum totus mundus & omnes habitantes in eo pro- *Ioannis 1* ducti ſunt? iuxta illud Iohannis: Omnia per ipſum facta ſunt. Vnde hunc mundum, tanquam proprij filij opificium, adeò dilexit æternus pater, vt proprium filium pro ſalute ipſius traderet, ſicut Iohannes perhibet. Ve-

runtamen dixit ipſe mundi Redemptor. Si mundus vos odit, ſcitote, quòd me priorem vobis odio habuit. Sed vnde hoc odium? Nónne in mundo *Ibidem 7* minori, qui ſumus nos, id diſcere poſſumus? Nã in ipſo mundo minori eſt *Ibidem 15* anima diligenda, & eſt corpus vel animal noſtrum odio habendum. Quorum typum geſſerunt Iahacob & Heſau: de quibus ſcriptum eſt. Iahacob dilexi: Heſau autem odio habui. Eſt quoque in homine ſpiritus, *Mal.1* qui natura Deum diligit, & in Deum tendit: & eſt concupiſcentia vel *Gal.5* caro, quæ ſpiritui aduerſatur tanquam inimica. Pari quoque modo in mundo maiori eſt portio diuina, quæ eſt collectio filiorũ Dei: qui Deum diligunt & ab eo diliguntur: & eſt portio filiorum mundi & Diaboli: qui Deum oderunt, & à Deo odio habentur. Hinc Chriſtus omnia cognoſcens, de vtriſque dixit. Ego pro eis, ſcilicet qui Dei ſunt, rogo: non pro mundo. *Ioannis 17*

165 Cur aliqui ex hoc mundo odio habendi ſunt, & aliqui diligendi? An diligendi ſunt prædeſtinati, & odio habendi præſciti: vt recentiores Theologi communiter aſſerunt? Sed nónne Paulus ait. Quos præſciuit, hos & prædeſtinauit? Vnde igitur illa diſtinctio præſcitorum & prædeſtinatorum? Nónne Paulus id innuere volens, adducit in exemplum Iahacob *Rom.8* *Ibidem 9* & Heſau: de quibus, antequam boni vel mali quicquam egiſſent, dictum *Mal.1* eſt. Iahacob dilexi: Heſau autem odio habui? Sed ſi Deus odio perpetuo Heſau inſequitur, cur Izahac in ſpiritu dixit. Viues in gladio & arcu tuo, *Geneſis 27* & ſeruies fratri tuo: tempúſque veniet, cum excuties iugum è collo tuo? Sed nónne reponendi in ſiniſtra, quibus ſummus Iudex dicet. Ite maledicti in ignem æternum: erunt perpetuo odio inuiſi? Sed nónne Sapiens *Matthæi 25* ait. Nihil odiſti eorum, quæ feciſti? Nónne Auguſtinus ait. Erit quippè *Sapien.11* *Aug. ſuper* miſericordia & amor Dei ſuper omnia opera ſua: ſi tu tollis opera tua, *Pſalmo 144.* ideſt peccato odio habenda & punienda? Nec enim (vt reor) vlli damnantur, quia Deus oderit ipſos: nec quia præſciuerit: nec quia præparauerit eis pœnas. Cùm de igne in pœnam peccatorum dando dictum ſit. Qui paratus eſt Diabolo & Angelis eius. Nec dicit hominibus: quia (teſte Paulo) Deus vult omnes homines ſaluos fieri. Prædeſtinati autem ſunt, qui *Mat.25* diligunt patrem ipſos diligentẽ. Iuxta illud Saluatoris. Si quis diligit me, *1.Tim.2* *Ioannis 14* pater meus diliget eum: & ad eum veniemus. Et huiuſmodi quoque ſunt à nobis diligendi.

166 Cur Iohannes præcipua prærogatiua præ cæteris à Chriſto dilectus fuit? *Ibi.19.21* Nónne Chriſtus diligebat eum, quia diligebatur ab eo? Sicut de *Lucæ 7* peccatrice dictum eſt. Remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Quem amorem oſtendit, dum ipſi vſque ad Crucem & mortem indiuiduus comes ſemper fuit: aliis ipſo relicto fugiẽtibus: vt Marcus narrat. *Mar.14* Sed hic amor Iohãnis intenſior fuítne à natura ad hoc procliui, an induſtria acquiſitus? An (vt opinor) vtrinque fuit? Sicut enim Deus in primęua diſtributione dedit quoſdam fieri Apoſtolos, alios Prophetas, & huiuſmodi *Ephe.4* (ſicut Paulus diſſerit) ſic alium diſpoſuit pronum ad fidem, vt Petrum, alium ad contemplationem, vt Iacobum & Magdalenam, alium

i.Cor.12 Rom.12 ad amorem, vt Iohannem, alium verò ad feruorum prædicandi, vt Paulum diuidens ſingulis, prout vult. Iuxta illud Apoſtoli. Omnia autem membra non eundem actum habent. Quamuis vnumquodque membrum neceſſarium ſit in corpore myſtico. Satis autem eſt, quando vnuſquiſque proſequitur munus, quod ſortitus eſt.

Ioannis 2 167 Cur Chriſtus in conuiuio nuptiarum aquam in vinum conuertit? An, vt ſe admirandum exhiberet? Iuxta illud. Hoc initium ſignorum fecit Ieſus. Sed quomodò Chriſtus faſtum & applauſum quæſiuit? An igitur id fecit, vt nuptias comprobaret, veluti ſacramentum magnum matrimonij cum Eccleſia (vt diximus) contracti? An, vt oſtenderet ſe eſſe veram vitem: Ibidem 15 ſicut poſteà apertè declarauit? Sicut enim vitis eſt veluti ſtillicidiũ quoddam diſtillans aquam in vinum: ſic Chriſtus inſipidam diuerſarum gentium aquam diſtillauit in vinum, non quidem malè inebrians, ſed in domo patris æterni ſumendum. De quo propheta canit. Calix meus inebrians Pſalmo 22 Cant.5 Pſalmo 35 quam præclarus eſt. Ad quã ebrietatem inuitamur in canticis, vbi dicitur. Bibite & inebriamini chariſſimi. Et quæ ſit hæc ebrietas declarat ipſe Vates alibi, dicens. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Vt igitur Chriſtus indicaret ſe velle adducere nos ad hoc conuiuium, principium ſignorum voluit eſſe mutationem aquæ in vinum. Quo quidem vino ſancta ebrietate inebriantur iuſti.

Ad Titum 2 168 An Chriſtus functus ſit officio boni patris erudiens nos? Nónne Paulus ait. Apparuit gratia Dei & Saluatoris noſtri, omnibus hominibus erudiens nos? Sed quam doctrinam præbuit? Nónne illam, quam à patre accepit? ſicut ipſemet perhibet, dicens. Mea doctrina nõ eſt mea: ſed eius, Ioannis 7 Ibidem 8 Ibidem 15 qui miſit me. Quòd autem hanc docuerit, ipſe teſtatur, vbi ait. Sicut docuit me pater, hæc loquor. Et iterum. Quæcunque audiui à patre meo nota feci vobis. Ad quem ſapientiæ gradum nullus vnquam peruenit. Multi enim ſunt ſapientiæ & intelligentiæ Dei gradus: ex quibus Abraham trigintaduos enumerat. Abrahã in libr. de formatione. Vnde ad aliquot ipſorum ipſe Abrahã Moſes & alij prophetæ deuenerunt: ad ſupremos autem gradus, qui pertinent ad patrem & filium, nullus patrum conſcendit: neque Moſes, qui familiari cum Deo colloquio vtebatur: vt omnes antiqui Theologi conſentiunt. Quod Num.12 Matthæi 11 Chriſtus apertè reſerat, dum ait. Nemo nouit filium niſi pater, neque patrem quis nouit niſi filius, & cui voluerit filius reuelare.

169 Cùm Chriſtus ſit arbor ſcientiæ boni & mali (vt ſæpe diximus) quomodo habuit doctrinam à patre? Nónne ſicut arbor omnem vim ſuam trahit à ſemine, confota & irrigata terra à ſuperno influxu: ſic Chriſtus virtutem ſeminariam habuit à patre? Ipſe enim pater memoria fœcunda dictus, ſemen aut germen produxit in arbore illa: quæ irrigata fuit, & continuè irrigatur ab influxu ſuperiori, patris videlicet ipſum filium Pſalmo 2 continuè producentis. Sicut Doctores ſanè exponunt dictum prophetæ. Ego hodie genui te. Nam pater ſemper generauit & quotidie generat filium. Quemadmodum ſol ſemper produxit & continuè producit radios ſuos. Fouetur autem hæc arbor, quæ Chriſtus eſt, in terra viuentium:

quæ eſt diuina eſſentia, ei à patre communicata. Vt benè Sapientes exponunt illud Chriſti. Quod dedit mihi pater, maius eſt omnibus, ideſt diuina eſſentia. *Ioannis* 10

170 Cur hæc arbor ſita dicitur in medio paradiſi? An, quia Chriſtus eſt perſona media inter patrē & Spiritum ſanctum? An (vt ſecretiores Theologi declarant) quia in Archetypo eſt quoddam ſpatium immenſum habens dextrum gratiæ, & ſiniſtrum iuſtitiæ: in medio autem eſt arbor vitæ, vitam præbens: & arbor ſcientiæ boni & mali? Quæ arbores idem ſunt, diuerſis tamen vocabulis propter varios effectus nominatæ. Nam Chriſtus in eo, quòd continebat verbum omnia viuificans, ſeſe vitam & panem vitæ nominauit: in eo autem, quòd ſe omnium iudicem declarauit, fuit arbor ſcientiæ boni & mali. Nec enim ſcit bene iudicare: qui non nouit bonum à malo dignoſcere. Vt igitur Chriſtus apertè innueret ſe tenere hunc locum medium, naſci voluit in medio animalium: diſputare in medio doctorum: verſari in medio diſcipulorū: mori in medio latronum: & tandem iudicaturus omnes ſtabit in medio bonorum & malorum: vt vnicuique tribuat quod ſuum eſt. *Geneſis* 2 *Sec. Theo.* *Ioan.* 6. 14 *et* 5.

171 Cur Chriſtus loquens de Regina Saba & de ſapientia Salomonis, dixit. Ecce pluſquam Salomon hic? Nónne Deus Salomoni dixit. Dedi tibi cor ſapiens & intelligens, adeò vt nullus ante te ſimilis tui fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit? ſed nónne ex aduerſo dixit pater ipſius Salomonis Meſſiam alloquens. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitię præ participibus tuis, oleo videlicet illo, quod ſapientiam præſtat. Iuxta illud Iohannis. Vnctionem habetis à ſancto, & noſtis omnia. Et paulò poſt. Non neceſſe habetis, vt aliquis vos doceat: quia vnctio eius docet vos de omnibus. An igitur intelligere debemus, quòd in illo ſapientiæ genere, quam alibi vinum vocauimus, nullus excelluit Salomonem? Nam in genere ſapientiæ, quæ lac à veris Sapientibus nominatur, rerum videlicet diuinarum cognitio (vt ſupra diſſeruimus) Dauid Salomonem exceſſit: Chriſtus verò Dauidem & omnes. Hinc de ipſo peculiariter ait oraculum. Butyrum & mel comedet: vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum. An cum Chriſtus ſit caput, non debet aliis membris comparari? Ipſe enim tanquam caput in omnia membra influit: & ab ipſo omnes accipiunt. Iuxta illud Iohannis. De plenitudine eius omnes nos accepimus. *Matt.* 12 3. *Reg.* 3 *Pſal.* 44 1. *Ioan.* 2 *Iſaia* 7 *Ioannis* 1

172 Quo myſterio Regina Saba venit audire ſapientiā Salomonis? Nónne venit ex Arabia, in qua data fuit lex (iuxta illud Apoſtoli. Sina mons eſt in Arabia) & acceſſit Ieruſalē, vbi datum fuerit Euāgelium, indicans, ꝙ lex tandem venire debebat ad Euangelium: quo ipſa lex grauida erat? Nec enim vnquam fuit lex ſine Euangelio, nec Euangelium ſine lege. Hinc Chriſtus perhibet, quòd non venit tollere vel abolere legem, ſed adimplere ac perficere. Cùm alterum ſit in altero veluti rota Ezechielis in medio rotæ. Coniūcta quoque ſunt Euangelium & lex in vno & eodē fonte: à quo vtrunque illorū emanauit. Hinc Paulus, horum ſacramentorū non ignarus, ait. Sina mons eſt in Arabia cōiunctus ei, quæ nunc eſt Ieruſalem. 3. *Reg.* 10 *Gal.* 4 *Matthæi* 5 *Ezec.* 1 *Gal.* 4

Quod de Ieruſalem & Sina inferiori intelligi nequit. Cùm(vt etiam alibi diſſeruimus)ab inuicem per quindecim dietas diſtent. Sed de ſuperno fonte intelligitur:à quo lex & Euangelium emanarunt. Vnde ipſe Paulus ſubinfert. Quæ ſurſum eſt Ieruſalem:quæ eſt mater noſtra. Et alibi ait, quòd petra propinans aquam legis, Chriſtus fuit,ideſt diuinum verbum. Bibe-
1.Corin.10 bant(inquit) de ſpirituali conſequenti eos petra. Petra autem erat Chriſtus. Ipſe verò in Ieruſalem lac Euangelicum in potum præbuit.

3.Reg.10 173 Cur ſcriptum eſt,quòd audiens Regina ſapientiam Salomonis non habebat vltra ſpiritum? An,quia lex eſt adeò abſorpta in Euangelio, vt vltra non viuat lex niſi in ipſo Euangelio? Omnis enim ipſius legis cultus in Euangelio concluſus eſt. An,vt inde doceamur, quòd ſi volumus ſapientiam Euangelicam percipere, oportet quòd moriamur nobis & viuamus
Coloſſ.3 Chriſto? Sicut Apoſtolus innuit,dicens. Mortui eſtis: & vita veſtra abſcó-
1.Corin.1 dita eſt cum Chriſto. Et iterum,cum de Chriſti ſapientia loqueretur, ait. Perdam ſapientiam ſapientum: & prudentiam prudentum reprobabo. Nónne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi? In ſapientia videlicet Euangelij,in quo ſapientes mundi & ſapientes legis cæcutiunt & delyrãt. Hinc ipſe Apoſtolus ſubinfert. Nos prædicamus Chriſtum crucifixũ) qui videlicet eſt Euangelij fundamentum) Iudæis quidem ſcandalum: gentibus autem ſtultitiam:ipſis verò vocatis Iudæis & Græcis Dei virtutem,& Dei ſapientiam.

Dani.11 174 Quæ eſt terra fluens lac & mel? An fuit terra illa patribus promiſſa, quam Daniel vocat צבי zebi, ideſt ſpecioſam? Pro quo communis æditio habet: glorioſam. In ipſa enim fluxit ſapientia Prophetarum & Euangelij, particulari influxu irrigata: quia perpendiculariter fonti illi ſupremo (vt aliqui aſſerunt) ſubiecta eſt. An vera terra fluens lac & mel fuit Chriſtus, qui ſecundum carnem inde oriundus fuit: ſecundem ſpiritum verò à ſupremo fonte & patre: vt ipſe perhibet,dicens. Exiui à patre
Ioannis 16 & veni in mundum? Hinc propinauit lac ſapientiæ rerum diuinarum, &
Coloſſ.2 mel,ideſt guſtum ipſarum. In ipſo enim(teſte Paulo) continentur omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei.

1.Cor.1 175 Quomodo Crux Chriſti euacuatur in ſapientia mundi: vt Apoſto-
Geneſis 3 lus ait? An, quia ſapientia mundi viget aſtutia quadam illius, qui dictus fuit aſtutus ſuper omnia animantia terræ: crux verò Chriſti gaudet ſimplicitate maxima? An, quia mundi ſapientia eſt de corruptibilibus:ſapien-
Actor.1 tia verò crucis, per quam aperta eſt nobis ianua æternæ beatitudinis, eſt de æternis & incorruptibilibus? An, quia ſapientia mundi gaudet applauſu & honore:ſapientia verò crucis oblectatur contumeliis? Hinc Apoſtoli ibant gaudentes à conſpectu concilij: quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. An, quia ſapientia mundi fauet carni & ſanguini:quorum omnimodam mortificationem ſapientia crucis docet? An, quia ſapientiæ mundi finis eſt interitus ac perditio:finis verò ſapiẽtiæ crucis eſt vita æterna.

176 Quomodò Chriſtus totam legem ſeruauit? Nónne ipſe nos apertè

docuit, dicens quòd Iod vnum aut vnus apex non præteribit, ideſt non omittetur ab eo, ex lege tota videlicet: donec omnia fiant & compleantur, ſcilicet per ipſum? Quæ & ſi alibi diffuſius explicauimus, hic tamen compendioſè perſtringemus. Inter literas enim Alphabeti hebraici minor eſt Iod: qua minores ſunt apices, vitam & ſpiritum dictionibus præbentes. Nam literæ ſunt veluti partes corporis: apices verò ſpiritus & vita. Hinc itaque docemur quòd nec minima pars rerum animalium & corporearum, quæ ſunt oblationes materiales ſacrificiorum & munerum, quæ fiebant in lege, per literas denotatæ, nec ſenſus aliquis ſpiritualis & viuus legis, per apices deſignatus præteribit aut omittetur, quin in Chriſto compleatur. Quo ſenſu alibi dixit ipſe Chriſtus. Cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. Omnem videlicet virtutem eorum, quæ in lege ad pacificanda ſuperiora offerebantur. Hinc offerens ſeipſum in ara crucis pacificauit omnia (vt inquit Apoſtolus) quæ in cœlis & quæ in terris ſunt. Vt autem indicaret omnia ſenſa ſcripturæ ſacræ ſpiritualia vel allegorica in ſeipſo fuiſſe completa in cruce clamauit, dicens. Conſummatum eſt. Et ſtatim velum templi, quod myſteria antiqua occultabat, à ſummo vſque deorſum ſciſſum fuit. *Ioannis 12* *Coloſſ. 1* *Ioannis 19* *Mat. 27*

177 Sapientia Chriſti quid præſtitit ſapientiæ Salomonis, & aliorum? Nónne ſapientia Chriſti à patre communicata, & idem cum diuina eſſentia, ſapit illud infinitum ipſius eſſentię? Vnde non poteſt dici quantũ differat ab aliis, quia diſtat in infinitum. In Chriſto enim eſt ſapientia, quæ eſt filius Dei. In qua ſapientia (vt alibi diſſeruimus) ipſe Deus mundum fabricauit. Pater autem ipſi Chriſto dedit illud, quod maius eſt omnibus: vt ipſemet perhibet. Quod quidem maius eſt eſſentia diuina & concomitans ſapientia. Chriſto igitur capiti data fuit ſapientia maior quacunque alia. Sicuti ſapiẽtia hominis, vt eſt in capite, longè excedit eam, quæ eſt in quocunque alio membro. Nam quamuis vigeat aliquid ſapientiæ in membris humanis, quæ prudentia quadã mouentur: ipſa tamen prudentia & ſapientia vera in capite reſidet: vmbra autẽ eius in reliquis mẽbris. Sic vera ſapiẽtia eſt in capite Chriſto: in aliis autem hominibus eſt quædam vmbra. Et ſicut omnia mẽbra corporis diriguntur & illuſtrantur à capite: ſic omnes mortales diriguntur & illuſtrantur ab ea luce capitis: de qua dicitur. Erat lux vera: quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. *Ioannis 10* *Ibidem 1*

178 In quo potiſſimo ſigno cognoſcitur veritas & diuinitas Meſſiæ? Nónne veritas in ſigno Ionæ prophetæ & cognoſcitur: vt ipſe inquit? Sicut enim Ionas ſpontè ſe obtulit mari, vt pateretur pro Niniuitis, quibus quærebat remiſſionem: Sic Chriſtus ſubiit turbatum mare (iuxta illud. Omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me) vt toti humano generi remiſſionem impetraret. Et quamuis veniam nobis obtinuerit: dixit tamen. Pœnitentiam agite: & appropinquabit vobis regnum cœlorum. Sicut & Ionas Niniuitis, quibus veniam impetrauerat, iubente Deo, dixit. Agite pœnitentiam. Quod myſterium ſupra declarauimus. Diuinitas autem ex doctrina præcipuè cognoſcitur: quæ talis eſt vt omnẽ humanam ſapientiam *Matthæi 12* *Ionæ 1* *Pſalmo 87* *Matthæi 4* *Ionæ 4*

Ioannis 7 excedat & diuinitatem ſapiat. Sicut ipſe Chriſtus fatetur, dicens. Mea do-
1. Cor. 2 ctrina non eſt mea: ſed eius, qui miſit me. Quæ quidem doctrina & ſi non percipitur ab animali homine: qui (teſte Paulo) nō percipit, quæ Dei ſunt: percipitur tamen à ſpirituali: qui (vt ipſe Paulus ait) iudicat de omnibus. Et eiuſmodi ſunt, qui ſuſceperunt lucem, omnes homines illuminantem. Vnde animalis homo à Iohanne vocatur tenebræ, quæ hanc lucem non
Ioannis 1 compræhendunt: neque ea, quæ per ipſam lucem demonſtrantur.

Ibidem 15 Eccleſi. 15 Iaco. 1 Pſalmo 118 179 Quomodò Chriſtus ſermone ſuo lauit diſcipulos ſuos? Sicut ipſe fatetur, dicens. Vos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis, Nónne, quia verbum vel ſermo Dei eſt ſapientia illa, quæ aqua ſapientiæ ſalutaris dicitur? Quæ quidem aqua non tantum potat, ſed generat (iuxta illud Iacobi. Genuit nos verbo veritatis) & illuſtrat: vt Propheta canit. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis. Et iterum. Declaratio ſermonum tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis. Illuminando autem expellit tenebras ignorantiæ & peccati: & inde lauat & mundat proprietate quadam aquea: qua viget ſermo & ſapientia Dei.

1. Ioannis 2 180 Quo oleo liniti Apoſtoli & alij Chriſti diſcipuli ſciebant omnia: vt Iohannes ait? An oleo oliuarum? An chriſmate, quo vngimur, quando Chriſtianæ militiæ aſcribimur? Sed ſi ſic: cur non omnes Chriſtiani callent omnia? An igitur chriſmate Spiritus ſancti, de quo ipſe Apoſtolis di-
Ioannis 14 xit. Ille ſuggeret vobis omnia: & docebit vos omnia, quæcunque dixero vobis? Sed cur non docebat eos filius? Nónne, quia ipſe loquebatur in eo gradu ſapientiæ, ad quem (vt ſupra diximus) nullus mortalium pertingere poteſt? Hinc ipſe dixit. Nemo nouit filium niſi pater. Et alibi. Multa ha-
Matthæi 11 Ioannis 16 beo vobis dicere: ſed non poteſtis portare modo: ex ore videlicet meo prolata, ſed portabitis à Spiritu ſancto ſuggeſta. Hinc ſubinfert. Cùm au-
1. Ioannis 2 tem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Et de hoc Iohannes loquitur, vbi ait. Vnctionē habetis à ſancto: & noſtis omnia. Supremam itaque doctrinam docuit nos Chriſtus: quam vt caperemus, per Spiritum ſanctum nos diſponere & inſtruere voluit.

Matthæi 4 181 Quibus retibus & quibus hamis Chriſtus iubet homines à nobis eſſe capiēdos: vt Matthæus innuit? An retibus, funiculis contextis, & hamis ferreis vel æneis? Sed quomodo huiuſmodi, animas trahunt? An igitur concionibus, variis ſententiis verbi Dei in modum retis contextis? Hæc enim ſunt retia fortiſſima, quibus humani piſces capiūtur. Hamus autē ferreus eſt diuina virtus, ſub eſca humanitatis latens: quæ multo plures homines
Oſeæ 11 capit, quam dum nuda appareret. Hinc per Oſæam dicitur. In funiculis
Ioannis 3 hominis traham eos, in vinculis charitatis. De qua charitate Iohannes ait. Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.

182 Cur Sophiſtæ Dialectici, ſapientiam Chriſti, & occultiſſima Scri-
Plato. pturæ ſacræ ſenſa percipere nequeunt? An, quia (vt Plato ait) diuina ſunt
Proc. de in- per oracula ſuſcipienda? An, quia (ſecūdum Proculi ſententiā) rationes ra-
uent. Patris. dicitus in ſenſibus fundatæ & compoſitæ intellectualem illam naturam à

ſenſibus remotam nec capere nec concludere poſſunt? Nec enim aliquid diuinitatem præcedit,per quod (vt Ariſtoteles docet) quicquam de diuinitate probare poſſimus. Vnde circa diuina deficit omnis humana ſapientia. Sicut enim ſol non videtur niſi in lumine ſolis: Sic Deus & diuina non videntur niſi in lumine diuino. Hinc Pſalmographus canit. In lumine tuo videbimus lumen. *Poſter.2* *Pſalmo 35*

183 Vnde tot hæreſes inſurgũt in fide Chriſti? Nónne, quia dogma Chriſtianum eſt ſubtile & Mercuriale: vt Aſtronomi & nonnulli Theologi dicunt? Nec forſitan inſulſè. Non quidem intelligendo de hoc Mercurio inter Venerem & lunam poſito, ſed de Mercurio ſupremo: qui ab Hebræis יסוד Ieſod, id eſt fundamentum dicitur. Fundamentum vtique illud, de quo Apoſtolus inquit. Fundamentum aliud nemo ponere poteſt: præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Quod fundamentum tam profundum eſt: vt videri nequeat à ſapientibus huius mundi. Iuxta illud. Abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus. Hinc præſumentes de ſeipſis in errores facillimè labuntur. Inquirentes autem humiliter illa adipiſcuntur. Iccirco ipſe Chriſtus ſubinfert. Et reuelaſti ea paruulis. *Aſtronom.* *1. Corint.3* *Matt.11*

184 Cur nõ poſſumus cogitare aliquid ex nobis quaſi ex nobis: vt Apoſtolus ait? Nónne, quia omnia habemus à primo fonte, quo ad eſſe & operari? Eſt enim Deus illud ens, à quo omnia entia: illud bonum, à quo omnia bona: illud pulchrũ, à quo omnia pulchra: & illud iuſtũ, à quo omnia iuſta: vt egregiè cõcludunt Academici. Ideò tantũ operatur cauſa ſecũda, quantũ prima influit, à qua omnis operatio. Et ſicut non poſſumus excogitare illud, quod nõ eſt: ita nec poſſumus excogitare illud, quod non vidimus. Sed cũ Deũ nullus videre poſſit (iuxta illud Iohannis. Deum nemo vidit vnquam) ideo non poſſumus extẽdere cogitatum noſtrũ in ipſum, niſi quatenus ipſe per radium ſuum nobis inſinuauerit: quis & qualis ſit. Si igitur aliquid boni facimus aut cogitamus, hoc prouenit à gratia vel lumine Dei præueniente: ſicut Propheta canit. Miſericordia eius præueniet me. Hinc ſubinfert Apoſtolus, quòd ſufficientia noſtra ex Deo eſt. *2. Cor.3* *Ioannis 1* *Pſal.58* *2 Cor.3* *Ioannis 2*

185 Cur Chriſtus ait. Nondum venit hora mea? Nónne Canones prohibent dierum & horarum obſeruationes? Sed nónne propheta elegit & eligere nos docuit horas orandi, dicens. Veſpere, mane & meridie? Et iterum. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. An igitur Eccleſia id prohibuit, ne incurramus ſuperſtitionem aliquam: vt etiam alibi diſſeruimus? Cùm noſtrũ non ſit noſſe tempora vel momenta: vt Chriſtus diſcipulis dixit. Sed cũ Chriſtus omnia nouerit: nónne abſque ſuperſtitionis periculo tẽpora obſeruauit? Quæ quidem tẽpora ſi quis debita ratione obſeruaret, non ſolùm non peccaret, ſed fauorẽ ſuſciperet. Hinc pater æternus expectauit tempus mittendi filium ſuum. Iuxta illud Apoſtoli. At vbi venit plenitudo tẽporis: miſit Deus filium ſuum. Pari quoque modo ordinauit paſca in plenilunio: diem remiſſionis in menſe ſeptimo, Septẽbri videlicet: Iobileum in anno quinquageſimo: & multa huiuſmodi: vt in his conformes ſuperni faciliorem & abundantiorem influxum ſuſciperemus. *c. non obſeruetis.26. q.6* *Pſal 54* *& 118* *Actor.1* *Gal.4*

Matthæi 6 *Auguſti. de quinque ſep.* *Matthæi 5*

186 Qualem orationem nos Chriſtus docuit? Nónne eam, quæ omnem ſapientiam & captum humanum excellit? Per eam enim (vt Auguſt. docet) inſtruxit nos expellere ſeptem peccata capitalia: impetrare ſeptem virtutes, quatuor cardinales, & tres theologicas: & obtinere ſeptem beatitudines. Nam vna eſt reiterata. Ideò vulgo dicuntur octo. Item modum dedit, quo ſeptem dona Spiritus ſancti obtinere poſſimus. Vnde ipſe Auguſtinus ad Probam virginem ſcribens oſtendit, qualiter per orationem dominicam flagitamus à Deo obſeruationem omnium præceptorum: complementum omnium figurarum, & victoriam de quocunque bello per antiqua bella effigiato. Sicuti (Deo fauente) alibi declarabimus.

Auguſt. ad Probam.

Matthæi 6 *Ieremiæ 9*

187 Cur Chriſtus docet clauſo oſtio orandum eſſe? An forſitan de oſtio ſenſuum intelligit per quos multoties non bonum ſed malum intrat? Iuxta illud Ieremiæ. Aſcendit mors per feneſtras noſtras, ideſt ſenſus: vt omnes exponunt. An, quia per ſenſus capere nequimus ea, quæ in oratione flagitamus: cum hæc excedant omnem virtutem & captum ſenſuum noſtrorum? An per oſtium claudendum intelligitur quòd ſolitaria debet eſſe oratio, & in abſcondito: vt pater, qui videt in abſcondito reddat nobis: ſicut ipſe Chriſtus ait? An, vt claudendo oſtium declinemus omnem ſtrepitum, impedientem dulcia colloquia: quæ in oratione inter Deum & hominem fiunt? Solet enim Deus nobiſcum ſubmiſſè loqui: & adeò tenui voce, vt vix audiatur. Sicut diffuſè loquitur Gregorius exponẽs illud Iob. Dictum eſt mihi verbum abſconditum: & venas ſuſurrij eius audiuit auris mea. Strepitus autem perturbans & impediens eſt duplex. Nam alter eſt mundani tumultus. Alter verò & peior, eſt vitiorum mentem perturbantium: adeò vt nullatenus à mente turbata Deus audiri poſſit. Hinc iubet Chriſtus, vt offerens munus Deo, orando videlicet, prius reconcilietur fratri: cum quo altercationem habet: ne ſtrepitus altercationis illud opus impediat.

Matthæi 6. *Greg. ſuper Iob 4* *Matthæi 5*

Ioannis 4

188 Qui ſunt veri adoratores, quos Chriſtus exquirit? An (vt ipſe ait) ſunt ij, qui adorant patrem in ſpiritu & veritate? Sed nónne omnes adorarunt & adorant patrem, primum videlicet, in Archetypo illo diuino? Et hoc etiam docet nos Proculus, citans magnum Theodorum: qui dicebat omnia orare præter primũ. In quẽ ſcilicet orationes rectæ omniũ diriguntur. Quod & Chriſtus docuit, dicens. Cùm oraueritis dicite. pater noſter. Nec vult filius vt orationem in ipſum dirigamus. Cùm & ipſe pro nobis oret. Ego (inquit) pro te rogaui Petre. Et Iohannes. Aduocatum habemus apud patrem, Dominũ Ieſum Chriſtum iuſtum. Vnde, & ab Hebræis in libro, cui titulus eſt Porta lucis, docemur orationem in patrem cum emolumento noſtro maximo dirigere. Non igitur videntur dici veri adoratores: qui patrem duntaxat adorant. An itaque veri adoratores ſunt ij, qui non curant de loco particulari, de monte videlicet Garizim, aut Templo vbi erant influxus particulares per intelligentias ibi aſſiſtentes: ſed habẽt liberum acceſſum ad patrem per ſpiritũ? Quam facultatem præbuit nobis

Proc. in lib. de orat. & precibus. *Mat. 6* *Luca 22* *1. Ioannis 2.* *Porta lucis.*

bis

bis Chriſtus,dum orantes miſit ad patrem immediatè,nam per ipſum(teſte Apoſtolo)habemus acceſſum in ſpiritu ad patrem. *Matth 6.* *Epheſ.2.*

189 Cur Chriſtus tanti facit duorum vel trium conſenſum? An intelligit de conſenſu viri & mulieris ad tempus,vt orationi vacēt, ſicut Origenes de mente Apoſtoli ſentit? An duo ſunt anima & corpus, quæ conſentiunt,quando corpus in ſeruitutem redactum ſpiritui conſentit. Vnde totus homo ſpiritualis & conformis Deo effectus,atq; ipſi domeſticus,meretur ab eo impetrare, quod petit. Trium autem conſenſus eſt(ſecundum Academicos & ſecretiores Theologos) quando anima inferior conuenit cum ſpiritu,& ambo cum portione ſuperiori vel ſynderefi,quam Hebræi neſſama vocant. An quādo vterque homo, ſpiritualis videlicet & animalis,conuenit cum Deo? Tunc enim eſt vox Deo gratiſſima,quia ab inſtrumento bene chordato procedit,ſicut bene ſentit Origenes: Et è conuerſo quando inſtrumentum eſt diſſonum. An intelligitur de duobus vel tribus per charitatem in vnū conueniētibus? ſicut ſuprà in 2. tomo diſſeruimus. *Matth.18.* *Origenes.* *1.Corint.7* *Academici* *Secr.theol.* *Origenes.*

190 Cur Chriſtus iuſſit diſcipulos ſuos ire ſine ſacculo, baculo & pera? Nónne per ſacculum interdicit omnem ſolicitam curam congregandi,vt veri filij Dei effecti confidant patri,qui omnia nouit, quibus filij indigēt: vt ipſe Saluator ait? Baculum quoque interdicit, vt ſint pacifici,& conſequenter filij Dei,ſicut alibi docuit,dicēs: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Hinc dixit Apoſtolus: Nemini dantes vllā offenſionē. Nónne quoque in pera prohibita interdicit omne commerciū , cùm māmona Dei inimico habendum,vt alibi expreſſè docet. Non poteſtis(inquit)Deo ſeruire & mammonæ? Quam doctrinā hominē ad filiationem Dei conſequendā docentē,nemo principū huius ſeculi(vt ait Apoſtolus) cognouit. *Luce 9.* *& 10.* *Matth.6.* *Ibidem 5* *2.Cor.6.* *Matth. 6.*

191 Qua doctrina Chriſtus docuit vnumquemque tollere crucem? Nō quippe ſapientia mūdi,quæ carnalia ſapit,ſed ſapientia quadam noua carni & ſanguini , mundóque ac Diabolo inimica. Et quæ eſt hac vera crux? Nónne omnis operatio,quæ carnem & animalem domat, omnes appetitus hominis animalis reprimens, vt eum in ſeruitutem ſpiritus redigat? Et hoc vt ipſe animalis homo tandem in ſpiritum tranſmutatus beari poſſit ſimul cum ſpiritu in obiecto illo , quod animalis homo nequaquam percipit. Ad quem ſapientiæ gradum , qui penitus diuinus eſt,nullus Sapientum huius mundi deuenit. *1.Corin. 2* *Matth.16* *Luce 9.*

192 Cur Chriſtus docuit nos mori , vt viuamus & fructum faciamus ? Nónne,quia conſtamus ex duplici homine , animali videlicet vel carnali inter quos eſt perpetua pugna, quouſque ſpiritualis præualeat,& animalē mortificet, vel ſaltē in ſeruitutē penitus redigat? Nec enim pax & quies daretur,ſi prȩualeret animalis,cui non competit dominium. Hinc ſemper ſynderefis malo remurmurans clamat cōtra animalis hominis tyrannidē. Vnde Iſaias ait: Impij quaſi mare feruens,quod quieſcere non poteſt. Non eſt pax impiis,dicit Dominus Deus. Cui adſtipulatur Auguſtinus dicens: Iuſſiſti Domine,& ita eſt vt omnis inordinatus animus ſibiipſi pœna ſit. Propterea ipſe Chriſtus docuit animalem hominem per crucem compti- *Ioannis 12.* *Iſaiæ 57.* *Auguſt. 1. confeſ.*

mendum & mortificandum, vt penitus ſecundum ſpiritum viuentes efficiamur digni Deo. Ex quibus verbis concluditur ſapientiam huius patris & Doctoris noſtri Chriſti fuiſſe diuinam & prorſus ſuper hominem.

Lucæ 14. *Ioannis 18.* 193 Cur Chriſtus docuit diſcipulos ſuos renunciare omnibus, quæ poſſidebant? An, vt eſſent conformes ſuo principi & magiſtro, qui dixit: Regnum meum non eſt de hoc mundo? An vt ab omnibus curis liberi ac expediti, melius Deo vacarent? Vnde & antiquitus Leuitis interdictum fuit *Numer. 18* *2. Timo. 2.* omne dominium rerum temporalium, ſicut in libro Numerorũ legimus. Quod Apoſtolus clara voce reſerans ait: Nemo militans Deo implicet ſe negociis ſecularibus. An, vt inde doceret, quòd vult diſcipulos ſuos omnino eſſe cœleſtes? cùm intendat eos omnibus mundanis & terreſtribus abdicare. Quod nullus vnquam ſciuit aut facere potuit, niſi hic homo totus diuinus atque cœleſtis. An vt ab omnibus terrenis & creatis vacantes replerentur Deo, cuius virtute cunctis creaturis imperare poſſent?

194 Cur Chriſti imitatores nec miracula faciunt, nec creaturis imperant, ſicut ipſe promiſerat? *Marci vlt.* An forſitan, quia fides deficit, vt vulgò dicitur? Sed nónne pro fide Chriſti videmus pleroſque multa & grauiſſima ſuſtinere? An igitur, quia amiſimus ſymbolum & conformitatem nominis Ieſu, quæ exquiritur ad hoc quòd per ipſum nomẽ operemur? *1. Cor. 12.* Ait enim Paulus: Nemo poteſt dicere Dominum Ieſum (vt videlicet dici debet) niſi in Spiritu ſancto, i. niſi plenus ſit Spiritu ſancto, prout humanus captus ſe extendit. An, quia non habemus ipſius nominis cognitionem, quæ in operando exquiritur? *Pſalmo 90* iuxta illud Prophetæ: Protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. *Ioannis 17* Sed cur Chriſtus non docuit nomen ſuum? Nónne docuit, vt ipſemet perhibet dicens: Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi? Nam patris nomen manifeſtando, nomen ſuum docuit, eò quòd patris nomen in nomine ipſius (vt aliàs reſerauimus) *Marci vlt.* includatur. Hinc abſque rapina ſibi nomẽ Dei vendicauit, dicens: In nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis, & quæ ſequuntur. Nã hęc omnia (vt alibi diximus) in virtute ſolius magni nominis tetragrammi fiebant: cuius quidẽ nominis virtutẽ ipſe Chriſtus (vt alibi explicauimus) *Philipp. 2.* hæreditauit. Hinc non ab re Paulus de ipſius Chriſti Ieſu nomine loquẽs ait, quod datum fuit ei à Deo nomen, quod eſt ſuper omne nomen.

195 Si Chriſtus nomen ſuum (vt modò dictum eſt) docuit, cur nullus videtur ipſum ſcire, cùm nullus per ipſum operetur? Nónne, quia cùm huius diuini nominis cognitio ea ſit quæ non poſſit haberi niſi in virtute Spiritus ſancti, patres, quibus datũ eſt noſſe myſteria, pleni Spiritu ſancto, *Matth. 7.* memoréſque ſententiæ Domini Ieſu dicentis: Nolite ſanctum dare canibus, videntes quòd ij qui videbãtur Eccleſiæ columnæ, cœpiſſent ſeruire Mãmonæ, vendicantes ſibi temporalia contra legem & Euangelium, & inde prolabentes ad ea quę ex diuitiis ſuboriuntur mala, exiſtimarunt eos indignos, & ideò diuini nominis Ieſu virtutẽ manifeſtare noluerunt? Vnde di- *1. Ioan 2.* ſponente Deo illius nominis cognitio & vnctio illa, quæ (vt Iohannes inquit) docebat de omnibus Chriſticolis in deſuetudinẽ abiit. Hinc ipſa pri-

uati humanis doctrinis vacare cœperunt non curantes ſcire myſteriũ huius ſacri nominis,aut aliorum ſacratiſſimorũ Dei nominum.Quod ſi quis cognoſceret,intelligeret,cur(teſte Paulo)omne genu velit nolitue,cœleſtium,terreſtrium & infernorum in nomine Ieſu flectatur. *Philipp.2*

196 Cur Christus excandeſcens eiecit oues & boues,& cathedras vendentium columbas euertit? An,quia & ſi dilecta ſemper ab eo fuerit ouis, & bos Deo gratus fuerit in ſacrificio legali,& in columbæ ſpecie Spiritus ſanctus apparuerit,nihilominus non tanquã inuiſa, ſed quia inde violabatur templum Dei,illa omnia eiecit? Vnde docemur,quòd etiam quæcunque bona abiiciẽda ſunt,vbi intercedit aliquis defectus honoris Dei, vel diuini cultus, qui (vt Origenes ſentit) profanatur nedum per actum peccati,ſed per indebitum rerum temporalium vſum . An id fecit,vt doceret nouum cultum,in quo nec animalia nec aues exiguntur, ſed cordis puritas & munditia & ſpiritus Dei,in quo veri adoratores adorant patrẽ? An(vt ad allegoriam tranſeamus)vt doceremur,quòd à mẽte noſtra,quæ eſt templum Dei, abiicere debemus omnes affectus animales, & omnem negociationem? iuxta illud Pauli : Nemo militans Deo implicet ſe negociis ſecularibus. *Ioannis 2.* *Matth.21* *Lucæ 3.* *Orige.ſuper Matth.21.* *Ioannis 4* *2.Timo.2*

197 Cùm Christus omnia nouerit, cur nefariũ Iudam ad Apoſtolatum vocauit? An,vt doceret quòd ex vocatione non ſaluatur homo , niſi facta vocationi correſpondeant? An,vt poſteros doceret, quòd licet inter multos aliquis reperiatur malus,non tamen collegium vel ſocietas tota damnari debet? Vnde inoleuit adagium in defenſionem ſpiritualium collegiorum:Inter Apoſtolos fuit Iudas. An, vt oſtenderet ſe eſſe in medio mãſionum? quarum prima & ſuprema completa eſt omnibus bonis,infima omnibus malis,media verò ex vtrorúmque admixtione conſtat. An, vt Scripturæ implerentur? iuxta illud: Quos dediſti mihi,ego cuſtodiui,& nemo ex eis periit niſi filius perditionis , vt Scriptura impleatur , illa videlicet Pſalmographi:Et epiſcopatum eius accipiat alter.Et illa Geneſeos:Tu inſidiaberis calcaneo eius.Iudas enim(vt alibi diſſeruimus)corporis Christi calcaneus fuit.Hinc ne corpus diminuto pede claudicaret,Mathias in ipſius locum poſtea ſuffectus fuit. *Ioannis 17.* *Pſalmo 108.* *Geneſ 3.* *Actor.1.*

198 Quid Ieſus ſcribebat in terra, & cur, quando mulier adultera ei oblata fuit? Nónne(vt omnes conſentiunt) ſcribebat peccata eorum qui adulteram accuſabant,vt vnuſquiſque legeret peccata ſua,ſicuti prædicantibus Apoſtolis audiebat vnuſquiſque linguam ſuam, in qua natus erat,vt Lucas narrat? Quod fuit maximum diuinitatis indicium,eò quòd oſtẽdit ſe cognitorem cordis ſecretorum, quod ſolius Dei eſt,iuxta illud: Homo videt ea quæ patent,Deus autẽ intuetur cor. Vnde Ieremias ait: Prauũ & inſcrutabile cor hominis,quis cognoſcet illud ? Niſi ille videlicet,de quo ſtatim ſubinfertur:Ego Dominus ſcrutans cor.Hinc Iohannes optimè de ipſo Chriſto concluſit, dicens: Nec opus erat vt quis teſtimoniũ perhiberet de homine:ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine. *Ioannis 8.* *Actor.2* *1.Regum 16* *Ieremiæ 17* *Ioannis 2.*

199 In qua lingua ſcripta fuerunt dogmata Chriſti ? An in Hebræa,

Hier. in epiſtol. ad Damaſ. pap. & in prolo. ſuper quatuor Euang. à Matthæo, à Luca verò & Iohanne in Græca, à Marco autem, ſecundum aliquos in Latina, vt communiter Doctores authoritate Hieronymi ſufſulti dicũt? Ait enim Matthæum ſcripſiſſe in Iudæa, & ideò Hebraicè, Lucam verò in Achaia, & Iohannem in Aſia, & ideò Græco ſermone conſcripſiſſe. Marcus autem (vt aliqui dicunt) in Italia ſcripſit, & ideò Latino ſermone dictaſſe fertur. Verùm (ni fallor, & niſi authoritati & decreto ſanctę Eccleſiæ cõtradico) mihi videtur, quòd ſicut lex & prophetiæ omnes Euangelium præuenientes ſcriptæ ſunt in lingua Hebræa, quæ ſancta vocatur, ſic & Euangelium legi correſpondens Hebraicè ſcriptum ſit, vt veluti duo Seraphini clament & concinent alter cum altero ſuauitate mirifica. Nec deſunt qui in comprobationem huius perfectiſſimę conſonantiæ aſſerunt totidem literas ſingulares reperiri in lege, quot in nouo teſtaméto, & vtrumque teſtamentum confectum eſſe ex totidem א aleph & totidem ב bet, & ſic de ſingulis literis, vt intelligatur quòd in Euãgelio ſit mutatus modus, non autem ſubſtantia rei.

Ioannis 13. vlt. Hieron. in prolo. ſuper quatuor Euangel. 200 Cur tam diligenter narratur, quòd Iohannes ſuper pectus Domini recubuerit? An, quia (vt Hieronymus ait) de pectore illo ipſe Iohannes bibit fluenta Euangelij & doctrinam, in qua velut Aquila ſuper omnes eleuatur? An, quia diligens & dilectus oblectabatur adhærere fonti amoris, qui eſt cor in pectore reſidens? An per hoc pectus (vt ex arcanis antiquis aliquid promamus) indicatur pectuſculũ illud deductionis? pro quo com*Leuit. 7. & 10* munis æditio habet, eleuationis. Deducebatur enim (vt in Leuitico habemus) ante & retrò, dextrorſum & ſiniſtrorſum, in modum videlicet crucis, quam deductionem lex vocat תנופה tenuphah. Quod quidem pectuſculum ſic deductum non comedebatur niſi à Sacerdotibus, vnctis videlicet ſacro chriſmate, i. diuinitate. Qua vnctione vnctus fuit Iohannes, vt *Ioannis vlt.* depromeret illa diuina quæ deprompſit. Et hæc vnctio corpus eius ab oleo ardenti, & ab omni corruptione præſeruauit, vt ſic remaneat, donec redemptor reuertatur, ſicut ipſe perhibet.

Deute. 8. Matth. 4. Lactant. in 5. & in 1. 201 Paſcimúrne verbo, & quomodo Chriſtus nos ipſo pauit? Nónne ſcriptum eſt (ſicut etiam Chriſtus meminit) Non in ſolo pane viuit homo ſed in omni verbo, quod procedit ab ore Dei? Hinc Lactãtius ait: Veritas eſt pabulum animæ incredibili quadam iucunditate refertum. Et iterum: Nullus ſuauior animæ cibus eſt, quàm cognitio veritatis. Habet enim vnumquodque pro conuenienti cibo obiectũ ſibi proportionatum & delectabile, nam Serpens paſcitur terra, ſicut ſcriptum eſt: Terram comedes *Geneſ. 3.* omnibus diebus vitæ tuæ. Ciconia paſcitur reptilibus, Cicada rore, Apes *Virgilius* floribus & maximè thymo. Hinc Poeta canit:

Dúmque thymo paſcentur apes, dum rore cicadæ.

Bos paſcitur herba, Aues granis, Piſces aqua & luto, Deus verò corde & *Deuter. 4* anima humana: eſt enim ipſe ignis comedẽs. Homo autẽ bifarius, quò ad partem animalem paſcitur pane, vino, carnibus & huiuſmodi, quò ad partem verò intellectiuam paſcitur verbo veritatis, quod potiſſimè eſt verbũ Dei & oraculum in omni ſyncera veritate fundatũ & prolatum, adeò vt

diſſolui nequeat,iuxta illud Saluatoris:Non poteſt ſolui Scriptura.Et alibi: Cœli & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. Et cùm Chriſtus aquam ſapientiæ & doctrinæ ſalutaris nobis propinauerit,nónne & ipſe nos verbo pauit? *Ioannis 10* *Matth 24*

202 Cur anima vel intellectus veritate paſcitur? Nónne, quia vnumquodque fouetur ab eo loco vnde emanauit? nam corpus noſtrum è terra formatum,fructibus terræ nutritur & alitur. Piſcis quoq; ex aqua trahens originem, aqua cibatur & confouetur. Pari modo & anima prouenìens à datore formarum,qui eſt fons veritatis,vel ab illo ſupremo verbo quod carne circumamictum ait: Ego ſum veritas, ab eodem fonte,paſcitur,nutritur,& cōfouetur:cibus enim ordinatus fuit in ſuſtentaculū partis deficientis. Vnde ſicut deficeret corpus, niſi continuo cibo ſuſtentaretur, ita anima cadit à perfectione ſua, niſi alatur proprio cibo veritatis, quantum ad intellectum, & gratiæ quantum ad voluntatem. Hinc ſummus Doctor & Pater noſter docuit nos, vt inter cætera quæ à Deo petimus,hoc quoque peteremus,dicentes: Panem noſtrum quotidianum,vel continuum da nobis hodie,ſine quo videlicet anima viuere nequit. *Ioannis 14* *Luce 11.*

203 Cur Chriſtus iuſſit cibandos ab eo diſcumbere ſuper fœnum? An vt cibum commodius ſumerent?Sed cùm omnia à Chriſto geſta ſint cum myſterio & in doctrinam noſtram,nónne aliud ſenſum exquirendum eſt? An igitur cùm fœnum denotet carnem(iuxta illud Iſaiæ)Omnis caro fœnum)quæ ſemper ſpiritui aduerſatur,vt ſpiritus abſque impedimento capere poſſit accommodatum ſibi cibum,oportet qūòd ſedeat ſuper carnē, i.ſuper animalem hominem redigendo ipſum in ſeruitutem, & amouēdo vel comprimendo omnē rebellionem? nam quātò magis debilitatur animalis homo, tantò magis melior & ſpiritualis præualet. Hinc dixit Apoſtolus:Cùm infirmor, i. debilitor in homine animali, tunc fortior ſum,in homine videlicet ſpirituali. *Matth.14.* *Iſaiæ 40* *Galat.5* *2.Corint. 12*

204 Quid innuunt quinque panes, & duo piſces, quos paſtor noſter Chriſtus turbæ,ſuper fœnum ſedenti,diſtribui iuſſit? An caſu inuenti fuerunt hi quinque panes? An myſterioſè, vt abſque dubio credendum eſt? Quinque enim panes quibus anima paſcitur,ſcriptura ſacra cōmemorat: nā primus eſt panis cōpunctionis:de quo Propheta canit:Cibabis nos pane lachrymarum.Secundus eſt panis Scripturę ſacræ,& verbi Dei,de quo nuper diximus. Quem panē deguſtauerat ille,qui dixit:Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo. Tertius eſt panis gratiæ & diuini influxus,quem petere nos docuit Chriſtus,vt modò diximus.De quo pane idem Propheta cecinit, dicens: Et panis cor hominis confirmet. Saturabuntur ligna Adonai,& cedri Libani,quas plantauit,ſ.pater æternus, iuxta illud:Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cœleſtis,eradicabitur. Quartus panis eſt ille,de quo dicitur: Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane,viuet in æternū. Quintus eſt panis gloriæ,de quo dicitur: Vt edatis & bibatis ſuper menſa mea in regno meo. Piſcis autem eſt ille qui præparatus eſt in conuiuio iu- *Matth.14* *Pſalmo 79* *Ibidem 118* *Matth 6* *Pſalmo 103.* *Matth.15.* *Ioannis 6* *Luce 22.*

ſtorum, vt alibi diſſeruimus. Et hic eſt duplex, quia primò in hoc ſeculo, deinde in futuro de huiuſmodi piſce comedere poſſumus.

205 Cur Chriſtus corpus ſuum in cibum & ſanguinem in potum nobis dedit? Nónne cùm nos noua generatione regenerauerit, nouum quoque regeneratis cibum pręparauit? Nam (vt diximus) vnumquodque ſuſtentatur ab eo fonte, vnde venit: cùm igitur à Chriſto regenerati ſimus, ab ipſo quoque alendi ſumus. Nec dicatur quòd ſicut à primo parente ſecũdum animalem hominem generati ſumus, ſic quoque ab ipſo paſci deberemus. Non enim à primo parente penitus originem traximus, niſi quatenus ipſe fuit mediũ & inſtrumẽtum quoddã naturale. Nam corpus noſtrum è terra formatum eſt, & fructibus illius paſcitur. Anima verò à fonte veritatis veniens, illa nutritur, vt paulò ſuperius exarauimus. Cùm itaque in regeneratione iſta geniti ſimus ex aqua quæ eſt ſapientia, Filius Dei & veritas, & Spiritu ſancto qui eſt amor & gratia, veritate & amore neceſſariò paſcimur. Et quia Chriſtus totũ hominem regenerare voluit, etiam animalẽ partem, vt eam in ſortẽ ſpiritualem traduceret, hinc præbuit nobis in cibum, corpus ſuum iam ſpirituale effectum. Nam alioquin à manducantibus conſumeretur. Id enim proprium eſt naturæ corporeæ, vt videlicet communicata & diuiſa diminuatur. Spiritualis autem è cõuerſo, vt patet de amore, doctrina, & cibo corporis Chriſti, iam ſpiritualis (vt dictum eſt) effecti, de quo canit Eccleſia, nec ſumptus conſumitur.

Ioannis 6

Ibidem 3.

206 Cur omne ſacrificium legale concluſum fuit in pane puro, & vino aqua mixto? An quia inter eſculenta potiſſimùm eſt panis, & inter pocula vinum? An, quia panis propinquiſſimus eſt naturæ corporeæ carnis, & vinũm ſymbolum habet cum ſanguine. Quæ duo, carnem videlicet & ſanguinem, ſummus ſacerdos Chriſtus pro omnium expiatione, & purgatione peccatorum, quæ potiſsimè contrahuntur ex ſanguinibus & voluptate carnis, in ara crucis obtulit. An, quia nihil eſt in cibis & potibus per quod magis repræſentari poſsit vnio, quam Deus & Chriſtus in membris ſuis exquirit, quàm per panem, ex multis granis in vnum redactum, & vinum, quod pari modo ex multis vuæ granis ſeparatis, in vnũ exprimitur? An, vt indicaretur ſummum nutrimentum, quod datur animæ per hoc ſacrificium panis & vini nobis in cibum traditum?

207 Quod nutrimentũ habetur potiſsimè ex cibo ſacramẽtali? An nutrimentũ corporale? an ſpirituale? an vtrũque ſimul? Nónne corporale habetur ex virtute panis ibi remanente? Si enim cõſecraretur magnus panis, nónne poſſet quis ex ipſo naturaliter viuere? Sed natura id facit ex virtute ſacramentali. Aſſeuerant enim nonnulli aliquos, multos dies & menſes ſacramento Euchariſtiæ dũtaxat fuiſſe nutritos. Verùm ſacramentũ hoc ad id tantùm fuit inſtitutũ, vt ex ipſo melior homo vel deterior in meliorem mutatus & regeneratus nutriatur, ſicut ſuprà diſſeruimus. Quod nutrimentum ſuſcipit anima bene diſpoſita, ſine diminutione ipſius cibi, vt dictum eſt ſuperius. Sicut viuentia omnia fouentur à virtute ſolis, abſque diminutione aliqua ipſius virtutis ſolaris.

208 Quomodo Euchariſtiæ ſacramentũ eſt mors malis,& vita bonis,vt Eccleſia canit,& quomodo ex eo mẽbra varia vniũtur?Nónne hoc expreſ ſſe patet in multis,quæ natura bona ſunt,& tamẽ alicui proſunt,alteri verò nocent?Lumẽ enim ſolis delectabile & beneficũ eſt,attamẽ oculis lippientibus & malè diſpoſitis nocet. Vinũ lætificat cor hominis,ſuperfluè tamen hauſtũ,& malè diſpoſitis nocet,vt vulneratis & patiẽtibus pleureſim,febres acutas & huiuſmodi. Et hoc,quia omnia diſproportionata & contrariantia diſſidio quodã pereũt ſimul,aut alterũ illorũ.Hinc cibus & panis vitæ,ab homine morti ſubiecto aſſumptus, diſsidet cũ eo in præiudiciũ ipſius:cùm ipſepanis pati nequeat,ſicuti lux ſolis nõ offenditur à luto nec à ſtercore, iccircò Apoſtolus ait:Probet autẽ ſeipſum homo,& ſic de pane illo edat,& de calice bibat.Qui enim manducat & bibit indignè, iudiciũ ſibi mãducat & bibit.Vnio autẽ nõ fit ex vi cibi illius, ſed panis ille ex multis granis cõfectus,vnionẽ quę eſſe debet inter ſumẽtes,indicat.

Eccleſiaſtes 11.
Pſalmo 103.
1.Cor.11.

209 Cur iubet Eccleſia vt vnuſquiſque ſumat Euchariſtiam ieiunus,niſi infirmitate aliter cogente?An ob reuerentiam quandam?An ne cibus iſte ſpiritualis cibo corporeo cõmiſceatur? An quia ſi medicinæ corporeæ plerunque ieiuno ſtomacho dantur, vt citius & melius operentur,multò magis cibus hic in beneficiũ animæ aſſumptus,vt melius vegetetur in ſpirituale nutrimentum,liber eſſe debet,nec ab aliquo cibo compreſſus? An quia ieiunium habet neſcio quid energiæ Deo gratæ?Hinc non ab re Saluator dixit acriora dæmonia eiici non poſſe niſi per orationem & ieiuniũ. Nec Moſes legẽ impetrauit niſi ieiunus. Et multa huiuſmodi narrat Hieronymus facta fuiſſe intercedente ieiunio.

Matth.17.
Hieron.lib. 1.contra Iouinianum.

210 Cur Calixtus ordinauit ieiunium quatuor temporum? An id fecit ex proprio marte? An patres æmulatus eſt conuenienti ratione ſuaſos,vt ſcilicet per ieiunium & orationem quæ ipſum conſequitur, & eleemoſynam horum ſociam conuenientem,mortales ſanctificarentur in quatuor anni cardinibus, quando ſcilicet Sol eſt in æquinoctio vernali & autumnali,& quando eſt in ſolſtitio æſtiuo & hyemali? An,vt Chriſtiani conciliarent ſibi nouos cuſtodes in tutelam mundi præpoſitos? ſicut enim ſingulis tribus horis quolibet die mutãtur angeli cuſtodes (vnde non de cuſtodia militum,ſed horum meliorum cuſtodum dixit Chriſtus.Et ſi in ſecunda vigilia,& ſi in tertia venerit)ſic etiam ſingulis tribus menſibus mutantur cuſtodes mundi,quo ſenſu dixit Iob:Ecce qui ſeruiunt ei,non ſunt ſtabiles.Et in angelis quidem ſuis poſuit mutationem, pro quo communis æditio habet:Reperit prauitatem.

Lucæ 12.
Iob 4.

211 Quomodo Chriſtus proditorem reuelauit? Nónne duo ſigna ad proditorem cognoſcendum tradidit Ieſus? Alterum enim fuit:Qui intingit mecum manum in paropſide. Alterum verò,Cui intinctũ panem porrexero.Quorum alterum,temeritatis indicium erat,ponere videlicet manum in paropſide vna cum præceptore & Domino. Alterũ verò ſignum, ſcilicet buccella tincta,indicabat proditoris mentẽ cõturbatã & infectã. Nec tincta fuit buccella cõtinẽs corpus Chriſti,quia illud immaculatũ e-

Matth. 26
Ioannis 13.

rat,ſed alia non conſecrata, quam tradidit. An,ſi illa conſecrata fuit,tincta erat,non quia maculam aliquam pateretur, ſed quia ſine ſui infectione ſuſcipientem inficiebat?iuxta illud Apoſtoli: Qui mãducat & bibit indignè,iudicium ſibi manducat & bibit. Hinc non ſine myſterio Euangeliſta ſubinfert:Et poſt buccellam introiuit in eum Satanas.

1 Cor. 11. *Ioannis 13*

212 Cur Chriſtus(vt Matthæus narrat)eſuriem paſſus eſt? An vt oſtenderet ſe eſſe verum hominẽ,non ſuſtinẽs ieiunium poſt quadraginta dies? Quod etiam Moſes & Elias fecerunt. An, vt inde hoſtis antiquus nanciſceretur occaſionem pugnandi cum nouo Adam,vt damnum primo Adę & toti poſteritati illatum ſarciretur?Bis enim(vt etiam ſuprà diſſeruimus) Chriſtus & hoſtis antiquus congreſſi ſunt. Nam primus congreſſus fuit poſt hoc ieiunium,de quo loquens ipſe princeps noſter Chriſtus, ait: Venit enim princeps mundi huius,& in me non habet quicquam. Alter congreſſus fuit in cruce,in qua eum penitus deuictum eiecit,ſicut ipſe prædixerat,inquiens:Nunc princeps mundi huius eiicietur foràs. Eſuriem quoque ſuſtulit,vt nos plenius & vberius paſceret, faciens ſeipſum cibum,de quo ait: Per me ſi quis introierit,ſaluabitur:& ingredietur, ad diuinitatẽ videlicet,& egredietur ad humanitatẽ, & vtrobique paſcua inueniet. Nã ego ſum paſtor bonus.

Matth. 4. *Ioannis 14.* *Ibidem 12* *Ibidem 10.*

213 Cur Chriſtus volens (myſterio alibi reſerato) præbere vinum nuptiis,iuſſit impleri hydrias aqua? An,quia non poterat producere vinum, niſi materia aquæ præſuppoſita?Sed cùm mundum ex nihilo fecerit(iuxta illud Iohannis: Omnia per ipſum facta ſunt) nónne quoque potuiſſet vinum ſine aqua facere?An igitur id fecit,vt innueret(quod & alibi fecit)ꝙ ipſe naturæ author mediis vel cauſis naturæ ſemper vtitur, quouſque natura ipſi ſuffragatur?Hinc & ad informãdos oculos cæci nati accepit puluerem conficiens lutum, ex quo & totum primum corpus humanũ confectum eſt,ſic & in cibo & potu diuino nobis præbẽdo accepit panem & vinum.Vnde docemur non eſſe quærenda miracula,vbi natura ſuffragari poteſt,quia id eſt abuti diuina virtute,& curioſitati vel gloriæ vanę cedere,quæ miracula abſque neceſſitate appetit.

Ibidem 2 *Ibidem 1* *Ibidem 9.* *Geneſ. 2.* *Matth. 26.*

214 Quo myſterio ſtatutę fuerunt ſex hydriæ in nuptiis illis?An(vt Auguſtinus ſentit) ſex hydriæ ſex ætates denotant repletas aqua inſipida obſcuræ cognitionis Scripturarum,quam Ieſus in bonum vinum conuertẽs Scripturas ſapidas & lætificantes corda reddidit? Quæ hydriæ capiebant binas vel ternas metretas,i. duas familias, Hebræorũ videlicet ac Gentiũ, aut tria idiomata,Hebraicum, Græcum & Latinum, à quibus omnia alia dependent.Hinc Chriſtus voluit his tribus idiomatibus cauſam ipſius titulo crucis inſcribi,vbi omnium ſalutem operatus eſt. An per ſex hydrias (vt Origeni placet)ſex illi fontes intelliguntur,ex quibus omnia à principio prodierũt per ſex dies ipſis correſpõdentes,vt apud ſecretiores Theologos,quorũ ſapientiam ipſe Origenes redolet,triuiale eſt?qui fontes per legem repleti erant aqua, per Euangelium verò vino & ſanguine Chriſti, quo redempti ſumus,repleti fuerunt.

Ioannis 2. *Auguſtinus ibidem.* *Ioannis 19.* *Origenes*

215 Cur Chriſtus iuſſit hydrias illas aqua repleri? An (iuxta ea, quæ nuper diximus) quia aqua eſt materia vino proxima? Nam quid eſt vinum, niſi aqua per vitem diſtillata? Vnde in iam diſpoſitam materiam forma introducta fuit, ſine multa elongatione à progreſſu naturali. An (vt myſteria referemus) vt indicaret ſacramentum, in nuptiis cum Eccleſia contractis celebrandum: vbi intendebat commutare aquam legis in vinum & lac Euangelicum? Nec abſque myſterio educta fuit à Moſe (iubente Deo) aqua è petra. Hinc Paulus horum ſacramentorum non ignarus, ait. Bibebant autem de ſpirituali conſequenti eos petra. Petra autem erat Chriſtus. Nam verbum Dei nondum carne veſtitum, veluti petra fundamenti, propinauit aquam legis, dictam aquam ſapientiæ ſalutaris: carne verò circumamictum conuertit aquam in vinum: quod nunc ſanguinem, nunc lac, quod eſt ſanguis depuratus, ſcriptura vocare ſolet. Hinc præbens calicem, dixit. Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti. Et paulò poſt. Non bibam ex hoc genimine vitis. De quibus Iſaias ait. Emite abſque vlla commutatione vinum & lac. Et Salomon. Bibi (inquit) vinum meum cum lacte meo. *Ioannis 2* *Numero 20* *1. Corint. 10.* *Eccle. 15* *Mat. 26* *Iſaia 55* *Cant. 5*

216 Cur conuerſio aquæ in vinum, ſupplicante gratiarum matre, facta eſt? An, quia ſicut clementia diuina ſingulis annis aqua in vinum conuertitur: ita intercedente matre gratiarum in conuiuio illo facta eſt illa conuerſio ſacramentalis? An, quia ſicut interueniente prima muliere infecta toti humano generi venenum propinatum eſt: ita intercedēte hac muliere penitus expurgata aqua in vinum conuerſa fuit: ſignificans ſanguinem illum, qui ad tollendam omnimodam infectionem effundendus & propinādus erat? Vnde ſicut per hominem mors & per hominem reſurrectio mortuorum: ita interueniente muliere donata eſt mors: & interueniente muliere principium myſterij vitæ datum fuit. *Ioannis 2* *1. Corint. 15*

217 Quod torcular poſitum fuit in vinea: vt hoc vinum exprimeretur? An torcular eſt altare, turris verò templum: vt Hieronymus ſentit? An torcular eſt lex prebens duabus tabulis? An (vt reor verius) torcular fuit crux: vbi Chriſtus expreſſit vinum illud, ſanguinem videlicet ſuum precioſum? ſicut ſatis apertè Iſaias innuit, dum inducit Angelos Chriſto aſcendenti dicentes (vt Dionyſius exponit) Quare rubrum factum eſt indumentum tuum: ſicut calcantium in torculari? Quibus reſpondens ait. Torcular calcaui ſolus. Nam ſolus ipſe Chriſtus ſuſtinuit tormentum crucis in redemptionem humani generis. Nec voluit habere coadiutorem, ne aliis, ſed ipſi ſoli Redemptori teneremur. Hinc Paulus ait. Palam triumphans illos, ideſt de illis in ſeipſo. Vnde perbellè crux fuit torcular: quia in ipſa totum vinum ſanguinis Chriſti expreſſum fuit. *Matthæi 21* *Hiero. ibi.* *Iſaia 63* *Dio. de An. ge. hierar.* *Coloſſ. 2*

SECTIO QVINTA DE CHRISTO REDEMPTORE, SACERDOTE ET HOSTIA.

218 QVARE diuino decreto humani generis redemptio per lignum facta eſt? Nónne (ſicut Eccleſia canit) vt qui in ligno vincebat, & per ipſum genus humanum infecerat, per lignum quoque vinceretur: & expiaretur homo? Sed quod lignum fuit hoc? Fuítne lignum aliquod combuſtibile? Sicut de cruce dicitur, quòd fuit compoſita ex cedro, cupreſſo, oliua, & palma. Sed quid hæc ligna materialia ad ſalutem animarum? An igitur de lignis illis eſt ſermo: de quibus Propheta

Pſalmo 103 canit. Et cedri Libani, quas plantauit, ſcilicet Pater æternus, ne eradicen-

Matthæi 15 tur: vt in Euangelio dicitur? Lignum enim & arbor eodem vocabulo dicuntur ab Hebræis, עץ hez videlicet: Quarum arborum prima ſecundum externam fœturam fuit Adam, in quo vicit Diabolus: ſecunda verò ratione fœturę externæ, ſed dignitate & decreto mentis diuinæ prima, fuit

1. Cor. 15 Chriſtus in quo victus fuit Diabolus. Quod Apoſtolus clarè reſerat, dicens. Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio

Ibidem mortuorum. Nam per Chriſtum fuit data nobis victoria: per crucem autem, tanquam per inſtrumentum & patibulum.

Grego. in Homil. 219 Cur redemptio per paſſionem facta fuit? Nónne, quia (teſte Gregorio) contraria contrariis curantur? Vnde ſicut homo in delitiis exiſtés prę-uaricatus eſt: ſic Chriſtus per paſſionem præuaricationem expiauit. Et ſi-

Philip. 2 cut primus homo nimis ſe extulit: ſic Chriſtus profundè ſe humiliauit. Et

Geneſis 3 ſicut Adam Deo rebellis fuit: ita Chriſtus obediens fuit vſque ad mortem.

Lucæ. 22 Et ſicut Adam deceptus fuit à forma mala, ſerpente videlicet: ita Chriſtus confortatus fuit à forma bona, Angelo videlicet, à patre (vt Lucas narrat) miſſo. Denique ſicut Adam contempto Deo quæſiuit commodum pro-

Hebr. 11 prium: ſic & Chriſtus ignominia contempta & commodo proprio paruipenſo penitus ceſſit patri ſic iubenti.

Lucæ 22 220 Quomodo Chriſtus obtulit ſeipſum in mortem; ſponténe, an co-

Iſaiæ 53 actus? Nonne coactus diuino decreto? Sicut ipſemet perhibuit, dicens. Et quidem filius hominis ſecundum quod definitum eſt, vadit. Sed nónne Iſaias ait. Oblatus eſt, quia ipſe voluit? Si ergò voluit, quomodo coactus eſt? Nonne voluit: quia decreto paterno conſenſit? Sicut manifeſtè patet in oratione, quam fecit, dicens. Pater mi, ſi non poteſt tranſire

Mat. 26 calix iſte niſi bibam illum (ecce neceſſitas) fiat voluntas tua. Ecce voluntas bibendi calicem: vt à decreto patris ſic iubentis non diſcedat. Sic quoque Mercator neceſſitate ſalutis conſequendæ coactus, merces in mare ſponte proiicit.

221 Cur Chriſtus cum tanto ſuo damno, tormento & dolore (vt videtur) nobis vitam reſtituit? An, vt oſtenderet eam maximam charitatem,

Ioannis 15 quam docuit eſſe, quando quis animam ſuam pro amicis ponit? An, vt

doceret nos, quanta debeamus pro animarum ſalute pati? An, vt ſignificaret nobis, quam paruipẽdenda ſint omnia, quæ hominẽ animalem affligunt: immo quòd ſint apperenda? Hinc apertè dixit. Beati, qui perſecutionem patiũtur propter iuſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. *Matthæi 5*
An tanta ſpontè tulit: vt gloriam conſequeretur? Nam alioquin ipſam cõſequi non potuiſſet. Sicut ipſemet perhibuit, dicens. Nónne hæc oportuit Chriſtum pati: & ita intrare in gloriam ſuam? *Lucæ 24*

22 Quomodo Chriſtus per crucem in gloriam ſuam intrauit? Nónne Apoſtolus de ipſo loquens, ait. Quem conſtituit hæredem vniuerſorum? *Hebr. 1*
Et hoc idem ipſemet teſtatur, dicens. Ego diſpono vobis regnum: ſicut diſpoſuit mihi pater meus, ab æterno videlicet. Et (quod plus eſt) nedum ipſi ſed omnibus electis fuit ab æterno præparatum regnum. Sicut ipſemet perhibet ſe dicturum. Venite benedicti patris mei: poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Datum quippè fuit regnum Chriſto tanquam hæredi & primogenito, & nunquam rebelli. Quod vtique obtinuiſſet, licet nunquam paſſus fuiſſet, quia ei iure hæreditario competebat: ſed non illuc intraſſet cum gloria victoriæ, & triumphi Redemptoris & liberatoris: cum qua intrauit, adeò, vt omnes ipſi tanquam ſerui & redempti teneantur. Vt igitur in hanc gloriam intraret, neceſſario paſſus eſt. Vnde victoriam & triumphum conſecutus fuit. *Lucæ 22* *Matthæi 25.*

223 Cur, & quod nomen datum fuit Chriſto, quod eſt ſuper omne nomẽ: vt Apoſtolus ait? Nónne id declarat ipſemet Apoſtolus: qui, cũ dixiſſet, quòd Chriſtus factus fuit obediens vſque ad mortem crucis, ſtatim ſubintulit. Propter quod & Deus exaltauit illũ: & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen? Hoc itaque nomẽ Chriſtus acquiſiuit, quia ſuper omnes paſſus eſt: & ſuper omnes meruit. Immò omnibus nobis, vnde mereri poſſimus dedit. Iuxta illud Apoſtoli. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Sed quod nomen eſt iſtud? An hoc eſt nomen Redemptoris? Nam omnes, tam cœleſtes quã terreſtres, ei tenentur. Vtroſque enim redemit. Sicut Paulus alibi perhibet, dicens. Pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terris ſunt. An nomen iſtud fuit nomen diuinitatis, ei à patre condonatũ? Sed quomodo hoc nomen meruit in paſſione: cum illud prædinatũ & prænunciatum fuerit ab Angelo (iubente Deo) antequam conciperetur? Sicut etiã Iſaias prædixerat. Et vocabitur tibi nomen nouũ, quod os Domini nominauit. An igitur nomen illud diuinũ habuit à principio ratione diuinitatis & verbi, quod carnẽ aſſumpſit: non autẽ ratione carnis aſſumptæ, niſi quatenus per crucem mortificauit ipſam carnem? Nam ex ipſa mortificatione multos fructus attulit: ſicut ipſe prædixerat. Inter quos fructus hic fuit, quòd tunc mortuus in ſortem meliorem transmutatus fuit: in qua etiam in ipſo homine triumphante meruit ratione tranſmutationis illo nomine potiri. Quo etiam nomine promittit decorare vincentes: vt in Apocalypſi dicitur. Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei: & ſcribam ſuper eum nomen meum nouum. *Phil. 2* *1. Cor. 15* *Col. 1* *Lucæ 1 & 2* *Iſaiæ 62* *Ioannis 12* *Apoc. 3*

224 Quomodo Chriſtus per mortem ſuam nobis vitam reddidit? Nónne (vt ſupra diſſeruimus) quia ſicut Adam cedens & adhærens deteriori parti occidit meliorem (iuxta oraculum. Quacunque hora comederis, de ligno ſcientiæ boni & mali videlicet, morte morieris: non quippe morte corporis, quia ſuperuixit adhuc nongentis triginta annis, ſed morte animæ, quæ eſt, quando homo ſeparatur à Deo, qui vita eſt, & adhæret Diabolo, qui dicitur & eſt mors) ſic è conuerſo Chriſtus, pater melioris hominis, vt huic faueret, tradidit deteriorē, qui fuerat cauſa mortis, in mortem: vt mortificato hoc in ſe & in tota poſteritate melior homo viueret? Et ſic per mortem vitam donauit.

Geneſis 1
Ibidem 5

225 Ex iis, quæ Chriſtus pro nobis tulit, quid fuit omnium duriſſimum? An, quia ſanguinem fudit, & animam tradidit? Sed cum voluntariè id fecerit (nam poteſtatem habebat ponendi animam, & iterum ſumendi eam) non multus fuit hoc dolor niſi per accidens aut per conſequens. Dolor enim (teſte Auguſtino) eſt, qui accidit ex rebus, quæ nobis inuitis occurrunt. Vnde homo non poteſt verè dolere immediatè, ſed velle aliquid, vnde ſequatur dolor. Et ſic pœnitens non propriè vult dolorem: ſed vult non peccaſſe. Vnde ſequitur dolor: qui eſt per accidens. Hinc omnes martyres, qui ſpontè ſe martyrio expoſuerunt, & ſi dolorem in carne ſenſerūt, in mente tamen nequaquam: quia gaudentes ibant ad mortem. An igitur fuit maximus omnium dolor, quia Chriſtus videbat ſe pro ingratis pati: quod nullatenus volebat? Et hac (vt reor) ratione rogauit patrē, vt transferetur ab eo calix paſſionis. Cùm tot videret ingratos, etiam Apoſtolos, qui dormientes non curabant in illo arduo negocio vigilare ſecū. Quamuis alibi aliam rationem adduxerimus.

Ioannis 10
Auguſt.
Lucæ 22

226 Cur Chriſtus carne & ſanguine potius quam anima nos redemit? An, quia corpus & ſanguis fuit ſufficiens precium? An, quia peccatum contractum fuit in carne & ſanguine? Hinc non ſine cauſa Adam criminatus fuit mulierem, ideſt partem animalem, quæ fuit occaſio ſui erroris. Et ſic Chriſtus expiauit peccatū per eas rimas, per quas intrauerat. Quam carnem & ſanguinem, offerens ſemetipſum Deo, adeo expiauit & purificauit, vt illa dederit in cibum & potum, in purificationem carnis & ſanguinis noſtri.

Geneſis 3

227 Cur Chriſtus animam non tradidit: cum libera voluntas, quæ eſt in anima, conſummauerit peccatum? Nónne animam tradidit: ſicut ipſemet teſtatur, dicens. Animam meam pono pro ouibus meis? Vnde Iſaias quoque ait. Si poſuerit pro peccato animam ſuam. Sed quomodò ſeruauit dogma, quod tradidit, dicens. Quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur: animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Nónne eſt anima, quā non tradidit, ſcilicet melior & ſuperior, & de hac loquitur dictū adductū: & anima, quā tradidit in mortē, ſcilicet deterior: & de hac loquitur textus Iſaię adductus? Nam ſuperior mori nō poteſt morte, qua Chriſtus mortuus eſt, ſed inferior: illa videlicet, de qua in Leuitico dicitur, Anima carnis in ſanguine eſt, Et in repetitione legis. Sanguis animaliū pro

Ioannis 10
Iſaiæ 53
Matthæi 16
Leuit. 17

anima eſt. Hanc igitur animam Chriſtus in mortem tradidit: aliam verò non tradendam, niſi ipſi, qui dedit eam, patri reſtituit, dicens. Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. *Deuteron.* 12 *Luca* 23

228 Quomodo Chriſtus (vt Paulus ait) gratis redemit nos: cũ animam, corpus, ſanguinem & ſe totum pro nobis tradiderit? Nónne Iſaias ait. Gratis venundati eſtis, Diabolo videlicet: & ſine argento redimemini, ideſt ſine aliquo precio? Sed nónne idem paulus alibi ait. Empti enim eſtis precio magno? Et Iohannes. Hi empti ſunt ex omnibus. An igitur hic duo conſyderanda ſunt. alterum enim eſt redemptio & liberatio reatus, quo Tribunali diuinæ iuſtitiæ tenebamur: ad quem tollendum, Chriſtus ſoluit precium ipſi Tribunali: quod ſanguinem pro peccatis exquirebat. Alterum eſt, quòd nobis communicauit redemptionem, quam fecit abſque vlla commutatione. Iuxta illud Apoſtoli. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. *Rom.* 3 *Iſaia* 52 1. *Corint.* 6 *Apoca.* 14 *Rom.* 3

229 Quod eſt myſterium rupis à Moſe percuſſæ? Nónne (teſte Paulo) petra illa erat Chriſtus: qui à patre percuſſus fuit? Iuxta illud Iſaiæ. propter ſcelus populi mei percuſſi eum. Sed quomodò Moſes ipſum percuſſit? Nónne in figuram? Cùm vicem Dei tunc teneret in eo, quòd legem Dei tradidit. Sed ſi vicem Dei gerebat, quomodò peccauit, adeò vt peccati veniam interpretari nequiuerit, quo ad pœnam? Quæ pœna (vt etiam alibi diſſeruimus) fuit, vt populum in promiſſam terram nõ introduxerit. Nónne, ſicut lex eſt occaſio & virtus peccati (vt Apoſtolus ait) lata tamẽ à Deo, & digito ipſius ſcripta: ſic Moſes dando legem tribuit occaſionem peccati: propter quod lapis ille Chriſtus percuſſus fuit? ſed cur Moſes luit pœnam, non introducendo populum? Nónne, vt indicaretur, quòd ſicut lex non introducit in regnum Dei: ita nec legiſlator? Nemo enim (inquit Apoſtolus) per legem iuſtificatur. Immo per legem abundauit delictum. Iuſtificati autem ſumus per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Lex itaque, quæ iram Dei operatur, percuſſit petram: cuius percuſſione collatum fuit remedium, contra peccatum per legem inductum. *Numero* 20 1. *Corint.* 10. *Iſaia* 53 *Roma.* 4. 5 1. *Corint.* 15 *Exodi* 31 *Ro.* 3 & 5 *Ibidem* 4

230 Cur Chriſtus legitur fleuiſſe, riſiſſe verò nunquam? An, quia ſapientiſſimo omniũ non conuenit riſus? Iuxta illud Sapiẽtis. Fatuus in riſu exaltat vocem ſuam: vir autem ſapiens vix tacitè ridebit. An fleuit memor documenti, quod dederat, dicens. Beati, qui lugent. Cùm igitur in pectore Chriſti laterent omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ: & cum ipſe venerit paſſurus dolores omnium atrociſſimos, pro lætitia nobis in æternũ danda, non remanſit in eo locus riſus alicuius. *Luca* 19 *Eccle.* 21 *Mat.* 5 *Coloſſ.* 2

231 Cur Chriſtus ante paſſionem pedes diſcipulorum lauit? Nónne, vt diſcipuli accederent digni ac mundi ad ſacramentum, quod inſtituere intendebat: ne eis contingeret illud Apoſtoli. Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit? Hinc de Iuda, qui non erat lotus (vt Chriſtus innuit, dicens. Vos mundi eſtis: ſed non omnes) ſcriptum eſt. Et poſt bucellam introiuit in eum Satanas. Sed quid lotura pedum ad munditiam animæ? Nónne per pedes intelliguntur affectus (vt omnes ferè *Ioannis* 13 1. *Corint.* 11 *Ioannis* 13 *Ibidem*

conſentiunt)quos mundos habere debent ij, qui ſacramentum hoc ſuſcipere volunt: Immò quotquot oblaturi ſunt aliquid Deo? Sicut monet nos ipſe Chriſtus, dicens. Si offers munus tuum ante altare, & recordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid aduerſum te: vade prius reconciliari fratri tuo. Vnde docemur, quòd qui diuina pertractare cupiunt, nedum exterius, ſed interius mundi eſſe debent. *Matthæi 5*

Lucæ 2 *Hebræi 12* 232 Cur Chriſtus poſitus fuit in cruce, tanquam ſignum, cui contradiceretur: ſicut Simehon prędixerat? An poſitus fuit in ſignum, in quod omnes dirigere debent ſagittam intentionis ſuæ? Sicut docet Apoſtolus, dicens. Curramus ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in authorem fidei & conſummatorem Ieſum: qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contempta. An poſitus fuit in ſignum & vexillum terrificum contra hoſtes humani generis? Iuxta illud Iſaiæ. Leuabit Dominus ſignum in nationes: & congregabit profugos Iſrael: vt videlicet ſub ipſo militét. Et paulo ſuperius. Ecce radix Ieſſe, qui ſtat in ſignum populorum. Hinc conſueuerunt Chriſticolæ, timentes hoſtem, ſigno crucis ſe munire. Contradicitur autem huic ſigno ab iis, de quibus Apoſtolus. Nos (inquit) prædicamus Chriſtum crucifixum: Iudæis quidem ſcandalum: gentibus autem ſtultitiam. Quibus verbis omnia genera contradicentium cruci Chriſti complexus eſt. *Iſaiæ 11* *1. Cor. 1*

Matth. 27 *Iſaiæ 53* *Lucæ 22* *& 2* 233 Cur Chriſtus paſſus eſt inter duos latrones? An, vt ſcriptura impleretur, dicens. Et cum iniquis deputatus eſt? Quod & ipſemet prædixerat: vt Lucas narrat. An, vt in patibulo adimpleretur dictum Simehonis, quòd videlicet Chriſtus venerat in ruinam & reſurrectionem multorum in Iſrael? In ruinam enim obſtinatorum venit: qualis fuit latro malus poſitus à ſiniſtris: qui nullatenus motus eſt ab iis multis, quæ videbat, ſignis. In reſurrectionem autem credentium venit: qualis potiſſime fuit latro, à dextris ſtans: qui dixit. Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum. Nam credens, licet peccato mortuus ſit, reuiuiſcit. Iuxta illud Chriſti. Qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, viuet. De obſtinatis autem & credere nolentibus ait ipſe Chriſtus. Si non veniſſem, & locutus eis non fuiſſem: peccatum non haberent. Nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo. An mundum redimens Chriſtus in medio viri boni & latronis fuit: vt indicaret, quòd venturus iudex ſtabit in medio bonorum & malorum: in hos duram ſententiam laturus, illos autem præmiaturus? Sicut ipſemet teſtatur. *Ibidem 23* *Ioannis 11* *Ibidem 15* *Matthæi 25*

Ioannis 19 *Pſal. 21* 234 Cur manus, pedes, atque latus Ieſu duro ferro perforantur? An, vt ſcriptura impleretur, dicens. Foderunt manus meas, & pedes meos? An, quia tria potiſſime, quæ ſunt in corpore humano, vnde peccatũ præcipuè egreditur, expianda fuerunt? Primò enim eſt cor: de quo ſcriptum eſt. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta falſa teſtimonia & blaſphemiæ: quæ coinquinant hominem. Secundò ſunt affectus, per pedes (vt nuper diximus) ſignificati. Sicut enim affectus rectus eſt principium omnium bonorum: ita obliquus eſt origo omnium *Matthæi 15.*

malorum. Iuxta illud ſaluatoris. Si oculus tuus, ideſt intentio (vt rectè ſentit Ambroſius) ſimplex fuerit: totum corpus tuum, ideſt opus lucidũ erit. Si verò nequam fuerit: totũ corpus tuum tenebroſum erit. Hinc prudenter Auguſtinus ait. Duo amores fecerunt duas ciuitates: amor Dei vſque ad contemptum ſui ciuitatem Dei: amor ſui vſque ad contemptum Dei ciuitatem Diaboli. Tertiò ſunt manus, quibus mala executioni tradũtur. Et cum etiam alia membra corporis, cordi præbeant occaſionem malorum: in aliis quoque membris Chriſtus pati voluit. In ore enim & lingua paſſus fuit: dum felle & aceto potatus eſt. In oculis: dum velatus fuit. In auribus audiens contumelias, irriſiones, & ignominias. In naribus, ſentiens fœtorem multiplicẽ carceris: ſed potiſſimè fœtorem ſpurciſſimum peccantium in ipſum. In capite quoque: ſpinis pungentibus coronatus? vt Iohannes refert.

Ibidem 6 *Amb. ibi.* *Aug. de Ci. Dei in prin.* *Matt. 27* *Mar. 14* *Ioannis 19*

235 Cur Chriſtus, in quem deſyderant Angeli proſpicere, fuit velut leproſus & vultu velatus? vt Iſaias prædixerat? Nónne, cũ lepra (vt alibi diſſeruimus) ſignificet omnimodam peccati infectionem, dicitur ſuſtuliſſe lepram, ideſt omnigenum peccatum in ſe? Iuxta illud eiuſdem Iſaiæ. Poſuit in eo Dominus iniquitates omnium noſtrum. Velatus autem fuit vultus eius vt expurgaret peccatum protoplaſti: qui tranſgreſſus eſt præceptum Dei, videre affectans, vltra quam debuerat. Hinc oculi ipſius Redemptoris diuinæ prouidentiæ ſerie velati fuerunt. An, quia illuſores illi tanto aſpectu indigni erant?

1. Petr. 1 *Iſaiæ 53* *Ibidem.*

236 Cur principes conuenerunt in vnum aduerſus Ieſum? An, vt adimplerentur, quæ de eo ſcripta erant? Canit enim propheta. Aſtiterunt Reges terræ, & principes conuenerunt in vnum: aduerſus Dominum & aduerſus Chriſtũ eius. Et Sapiens ait. Dixerũt impij. Circumueniamus iuſtũ, quoniam contrarius eſt operibus noſtris. An, quia principes illi, præuaricatores & inuidi, effecti fuerant membra illius malæ formæ, quæ principem vitæ & pacis vbique inſecuta eſt? In cœlo enim (vt Iohannes narrat) quærebat eum deuorare: & in terra ſtuduit ipſum in præcipitium & præuaricationem deducere. Hinc ipſe Diabolus, qui in ipſum præualere non potuit, in membra ipſius prænaluit & præualet: ſed gratia illius (vt Paulus ait) datur nobis victoria contra proteruum hoſtem: ſi volumus.

Matthæi 26 *Pſal. 2* *Sapien. 2* *Apoc. 12* *Matthæi 4* *1. Cor. 15*

237 Cur datus fuit Galli cantus in ſignum negationis Petri? An, vt Chriſtus vaticinaretur tanquam verus Propheta negocium hoc: ſicut & multa alia, quæ ipſi ſuperuentura erant? Nam mortem & reſurrectionem ſuam antea prædixerat. An, cum omnia acta & geſta Chriſti ſint plena ſacramantis, hoc ſignum tradidit, vt indicaret Galli cantum, qui fit in mente omnium peccantium, per ſyndereſim & portionem ſuperiorem remurmurantem? Quam portionem Gallum vocant Sapientes: qui interpretantur dictum Socratis, quod moriens (teſte Platone) dixit. Gallum Æſculapio debeo: reddite. Et benè Gallus vocatur lumen illud: quod à ſupramundano Sole procedit. Cùm inter Solares aues Gallus primum locum teneat. Hinc præco eſt lucis: quæ inde venit. De qua luce Iohannes ait.

Lucæ 22 *Ibidem 8* *Pla. in fine Phædri.* *Ioannis 1*

Gal.3 Erat lux vera: quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc
Deut.21 mundum.

238 Quomodò Chriſtus, qui omnes benedicendos benedicturus erat, ſub maledicto ſtetit: vt paulus ait? Nónne ſcriptum eſt. Maledictus omnis,
Geneſis 22. qui pendet in ligno? Hinc Apoſtolus apertè ait. Chriſtus factus eſt pro
Gal.3 nobis maledictum: quia maledictus omnis, qui pendet in ligno. Sed nónne dictum fuit Abrahæ. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ? Nam Paulus id exponens ait. Non dicit. In ſeminibus, quaſi in multis: ſed quaſi in vno ſemine, quod eſt Chriſtus. Maledictum itaque factus fuit ipſe Chriſtus: quia ſuſcepit in ſe ſententiam, quę peccatis noſtris debebatur. Et eam tulit in ſe, vt nos à ſententia maledictionis liberaret: & daret nobis benedictionem. Vnde ſubinfert Apoſtolus. Vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Ieſu. Vera enim maledictio eſt ſententia puniens malefacta: & benedictio, ſententia præmians benè geſta. Quod elicitur ex iis, quæ dicturus eſt ſummus Iudex puniendis. Videlicet. Ite maledicti.
Mat.25 Et præmiandis. Venite benedicti.

2.Cor.5 239 Cur Apoſtolus ait, quòd pater æternus Chriſtum, ſummè benedi-
Iſa.c.53 ctum, peccatum fecit? Ait enim. Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit. An, quia videbatur peccator? ſicut Iſaias dixit, quòd apparuit tanquam leproſus. Sed paulus non dicit. Vidimus eum, tanquam peccatorem: ſed quòd pater fecerit ipſum peccatum. An igitur ſenſum eſt, quòd pater fecit eum peccatarium, ideſt ſacrificium pro peccato? Nam apud Hebręi חטא Chata ſignificat peccatum & ſacrificium pro peccato. Quo verbo paulus, hebræarum rerum non ignarus vſus fuit.

Hebr.6 240 Quomodo morte Chriſti nouum teſtamẽtum confirmatum fuit? Nónne, quia teſtans mortuus eſt? Hinc Paulus ait. Vbi teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. Teſtamẽtum enim in mortuis confirmatur. Duo nanque teſtamenta fecit Deus. Alterum fuit, quo tradidit regnum & terram figuratiuam. Et hoc confirmatum fuit morte figurati-
Rom.8 ua animalium: quæ in ſacrificiis offerebantur. Alterum verò fuit regni & patriæ veræ. Iuxta illud Apoſtoli. Hæredes quidem Dei: cohæredes autem Chriſti. Et hoc teſtamentum confirmatum fuit vera morte ipſius teſtatoris Chriſti Ieſu: qui nobis hæreditatem hanc promiſit. Hinc non figuratiua ſed vera morte confirmatum fuit huiuſmodi teſtamentum. Iuxta illud
Hebr 9 Apoſtoli. Neceſſe fuit exemplaria cœleſtium, his ſcilicet animalibus, mundari: ipſa autem cœleſtia melioribus hoſtiis quàm iſtis.

Ioannis 11 241 In quo fuit dura Chriſti mors? Nónne in animali homine ſecũdum
Luca.22 quem ipſe Chriſtus lachrymatus eſt, ſanguinem ſudauit, & factus eſt in agonia, recogitans quæ ventura erant ſuper eum: vt Euangeliſtæ narrant? Secundum quam inferiorem partem dixit. Triſtis eſt anima mea vſque ad
Mat.26 mortem. Et iterum. Tranſeat à me calix iſte. Verùm ſecundum ſuperiorem
Ibidem. dixit patri. Fiat voluntas tua. Sicut antea dixerat. Animam meam pono
Ioannis 10 pro ouibus meis. Portio enim ſuperior non condolet. Si vera Plotinus
Plo. 5. c. de virtutibus. docet: quem omnes ferè Doctores ſequuntur. Ait enim quòd in viro perfecto

fecto melior pars non dolet neque timet. Quod & Iohannes innuit, dicens: Perfecta charitas foràs mittit timorem. Hinc Apoſtoli omnes Spiritu ſancto roborati (vt Lucas narrat) ibant gaudētes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Vnde & Laurentius ex prunis accenſis non dolorem, ſed refrigerium reportauit. Agatha quoque lætanter ibat ad carcerem, tanquam ad epulas inuitata. Si igitur hoc in membris factum eſt, nónne multò magis in capite reperiri debuit? Doluit autem Chriſtus in animali homine, quia dolores noſtros portare venerat, ſicut Iſaias prædixerat, futura tanquam facta prænuncians. Tantúmque & eo modo doluit, quantum & quomodo quis ritè perfectus dolere poteſt. 1. Ioannis 4 Actor 5. Laurentius Agatha. Iſaiæ 53.

242 Cur Chriſtus in cruce conqueſtus eſt ſe à patre derelictum? An id dixit, quia negauerat ei pater, quod petierat, vt videlicet transferret ab eo calicem? Sed cùm iam ceſſiſſet voluntati paternæ, cur poſtea conqueſtus eſt ſe derelictum à patre? An igitur, quia derelictus à tribunali pietatis traditus fuit iuſtitiæ ſeueriſſimæ, vt expediebat etiam ipſi? Sicut ipſemet poſtea declarauit, dicens: Oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam. An, derelictus fuit à diuinitate, vt verè pateretur? Nam ei coniunctus (ſicut etiam alibi diſſeruimus) præualente diuinitate verè pati non potuiſſet. Cùm ipſi diuinitati coniuncti non patiantur, ſed beentur. Matth. 27 Lucæ 22 Ibidem 24.

243 Cur Chriſtus exaltàri voluit, ſicut Serpens? Nónne, vt ſicut mors à Serpente venerat: ſic à Serpente quoque oriretur vita? Hinc Eccleſia canit: Vt vnde mors oriebatur, inde vita reſurgeret. Sed quomodo à lethali Serpente vita prouenire poteſt? Nónne ſicut Serpens habet venenum, pari quoque modo habet antidotum veneni: Quātò magis autem venenoſum eſt animal, tantò maius eſt eius antidotum. Quod patet in Tyro, ex cuius carne fit tyriaca. Pari modo in hac maſſa humani generis fuit venenum lethale in primo homine, & in ſecundo antidotum veneni, iuxta illud Apoſtoli: Sicut in Adam omnes moriūtur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. Ioannis 3 1. Corint. 15

244 Cur Chriſtus Serpenti comparatur? Nónne ſi agno, oui, Leoni & Aquilæ aſſimilatur, Serpenti quoque æquiparari poteſt, non in parte nocua & mala, ſed bona, vt modò diximus: ſic & nos ipſe Chriſtus hortatur, vt Serpentibus aſſimilemur, dum ait: Eſtote prudentes ſicut Serpentes. An æquiparatur Serpenti illi ſuperiori & bono, de quo, & de toto eius genere ſcriptum eſt: Et creauit Deus dracones magnos, vt literæ veritas habet? pro quo communis æditio habet, Cete grandia. Nihil enim eſt in terra & cratere inferiori adeò nocuum, quin habeat in ſupremis bonum ipſi correſpondens, iuxta illud Sapientis à nobis pluries adductum. Contra malum bonum eſt. Sicut igitur (teſte Paulo) datur homo terrenus & homo cœleſtis, ſic quoque datur Serpens terrenus & Serpens cœleſtis. De quo in Iob dicitur: Obſtetricante manu eius egreſſus eſt Serpens בריח beriach, i. vectis vel tortuoſus, vt habet vulgata traductio. Hinc Aſtrologi ... Matth. 10 Geneſ 1. Eccleſiaſt 33 1. Cor. 15 Iob 26.

qui dixerunt Serpentem eſſe in cœlo, in cuius capite Luna dicitur fauſta, in cauda verò infauſta. De quo alibi.

Matth. 27 245 Cur Chriſtus mori voluit hora nona? An (vt quibuſdã placet) quia ſicut veniens ad hoc obſcurum ſeculum elegit medium obſcuræ noctis, ita recedens ex hoc mundo ad perpetuam lucem, elegit tempus medium diei, quo lux ſolis magis fulget? Sed cùm duodecim horæ ſint diei (vt ipſemet Chriſtus perhibet) *Ioannis 11* & manè incipiat à media nocte vſq; ad meridiem: veſper autem à meridie vſque ad mediam noctem, ex quibus partibus, *Geneſ. 1.* veſpere videlicet & manè tota dies naturalis (ſicut in Geneſi legimus) integratur, hora quippe nona non eſt meridies ſecundum Hebræos & Aſtrologos ſed hora duodecima. Nam hora nona ſecundum ipſos eſt tertia ante meridiem. An igitur elegit horam illam, quando ſol eſt in maximo aſcenſu & exaltatione, vt patiens illa hôra innueret, quantum ex illa morte exaltari debebat? *Philipp. 2.* iuxta illud Apoſtoli: Propter quod & Deus exaltauit illum.

246 Quando incipiebat ſabbatum paſcæ? Nónne à Meridie (vt modò *Geneſ. 1.* diximus) illius diei, quem nos diem Veneris appellamus? Principium enim diei eſt veſper, ſicut ex Scriptura docemur, & ex obſeruatione Aſtronomorum, apud quos principium diei incipit à Meridie. Quem ritum obſeruat Eccleſia, quæ in die feſtũ aliquod præcedenti, non multò poſt meridiem, veſperas feſti ſubſequẽtis celebrat, quod etiam apud Hebręos obſeruabatur. Ideò ipſi fregerunt latronum crura, vt ante Meridiem morerentur, ne remanerent cadauera ſuper ligno in ſabbato, quod à meri-*Ioannis 19.* die incipiebat, quod feciſſent & Ieſu, ſed (vt Iohannes narrat) inuenerunt eum iam mortuum. Curarũt autem eos de cruce deponere, & tradere ſepulturæ, antequàm dies feſti, ſabbati videlicet, inciperet. Hinc Iohannes proſequitur, dicens: Ibi ergo propter paraſceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, poſuerunt Ieſum. Quod & de aliis factum fuiſſe non dubitamus. Et ſic, accipiendo partem pro toto, Ieſus tribus diebus in ſepulchro manſit, parte videlicet aliqua diei Veneris, toto ſabbato, & Dominica vſque ad manè, i. poſt mediam noctem.

247 Cur Iudæi dicebant Chriſto: Si filius Dei es, deſcende nunc è cru-*Matth. 27.* ce? An inſani dicebant quicquid eis in buccam veniebat? Sed, cùm Euangeliſtæ Spiritu ſancto afflati, multis dimiſſis (vt Iohannes ſcribit) ea tan-*Ioan. vlt.* tùm quæ maiora myſteria continebant, deſcribere curarint, nónne aliud ſenſum exquirendum eſt? An igitur tentabant eum vt è cruce deſcẽderet? *Matth. 4* ſicut Diabolus tentauit ipſũm, vt è pinnaculo templi ſe deiiceret. An id dicebant, vt comprobarent, an eſſet verus Meſſias, quem expectabant omnibus dominaturum, & regnum & dominium ipſis daturũ? Chriſtus autem non attendebat eis, inſiſtens pugnæ cum antiquo Serpente initæ, cuius victoria reportanda erat per mortem animalis hominis, per cuius oblectamenta ipſe præualuerat.

Ioannis 19. & 7. 248 Cur Chriſtus in cruce conqueſtus eſt, dicens: Sitio, cùm ipſe conſueuiſſet clamare & dicere: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat? An ſitiebat

corpore ille qui animam potare ſtudebat aqua gratiæ & ſapientiæ ſalutaris? An ſitiebat (vt Bernardus ait) ſalutem & gloriam noſtram? An ſitiebat *Bernardus* priſtinam gratiam, qua olim perfuſus erat à patre? nam tunc ſublata erat, ſicut ipſe innuit, dicens: Quare dereliquiſti me? An ſitiebat pugnans cum *Matth. 27.* Serpente antiquo, veluti Ceruus quando pugnat cum Serpente? de qua ſiti Propheta canit: Quemadmodum deſyderat Ceruus ad fontes aquarum. *Pſalmo 41.* Et quia Chriſtus pugnauit veluti Ceruus inimicus veneni & Serpentis. Hinc Pſalmographus illi Pſalmo, in quo præcipuè decantat myſteria paſſionis & crucis, præponit huiuſmodi titulum. Super Ceruam auroræ, Pſalmus Dauid. Pro quo communis æditio habet, Pro ſuſceptione matutina. *Ibidem 21*

249 Cur Chriſtus Ieroſolymam paſsioni prælegit? An, quia Ieruſalem (vt ſuprà diſſeruimus) in medio mundi ſita eſt? Hinc, vt redemptionis beneficium æqua lance omnibus impartiret, in medio mundi ſalutem operari voluit, iuxta illud Prophetæ: Operatus eſt ſalutem in medio terræ. An *Ibidem 73.* quia Ieruſalem ædificata fuit à Sem, qui fuit Melchizedech, vt Hieronymus, & multi Hebræorum communi ſententia aſſerunt? *Hieronym.* Hinc, poſtquam iureiurando ſacerdos factus fuit ſecũdum ordinem ipſius Melchizedech, *Pſalmo 109.* voluit offerre ſacrificium ſuum in eo loco, quem ipſe pro habitaculo elegerat. An, vt ibi offerret ſacrificium dirigendum recta linea in templum ſupranſundanum, ſub quo perpendiculariter (vt alibi diximus) pendet Ieruſalem? Quod templum videns Iohannes in viſione ſua Pathmotica, ait: *Apocal. 15* Apertum eſt templum tabernaculi teſtimonij in cœlis. Et antea induxerat Chriſtũm hæc verba proferentem: Qui vicerit, faciam illum columnam *Ibidem 3* in templo Dei mei. In quod templum intrauit ipſe Ieſus, iuxta illud Apoſtoli: Introiuit in ipſum cœlum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis. *Hebr. 9* In quod tabernaculum non manufactũ introiuit non per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per propriũ ſanguinem, vt ipſe Apoſtolus paulò antè inquit.

250 Cur Chriſtus omnes ad crucem tanquam ſibi chariſsimam inuitat? *Lucæ 14.* An ideò dilexit eam, quia in ipſa moriens acquiſiuit nomen, quod eſt ſuper omne nomen, in ipſaque triumphauit de principibus & poteſtatibus *Philipp. 2.* mundi omnes illas cum maximo triumpho (vt Paulus ait) expolians? An *Coloſſ. 2* quia in ipſa ſaluauit creaturas rationales ſibi chariſsimas? An nos inuitat ad hunc modum pugnandi & comparandi gloriam, tanquam omnium perfectiſsimum? quod genus pugnæ ideò ipſe, mundi regnũ & imperium ſibi comparaturus, elegit: de qua quidem cruce eſſet grandis ſermo, & interpretabilis ad dicendum.

251 Cur Chriſtus pientiſsimus ſanguine ſeruorum ſuorum oblectari videtur? An quia expiatio legitima animarum in ſanguine fieri debet? iuxta illud Apoſtoli: Omnia penè mundantur in ſanguine ſecundum legem. Et *Hebr. 9.* meritò: Cùm per carnem & ſanguinem viguerit concupiſcentia & peccatum. Hinc non ſine myſterio Moſes narrat peccatum habuiſſe originẽ in *Geneſ. 3* humano genere à muliere, per quam (vt alibi diximus) concupiſcentia

carnis & ſanguinis deſignatur. Nec id fuit contra pietatem, quia non cenſetur impius medicus, ſi cum flebotomia & alia ſanguinis effuſione infirmum curare ſtudeat. An quia Chriſtus noluit diſcedere à lege, quam non venerat ſoluere ſed adimplere? Lex enim iubet omnia expiari per ſanguinem, vel proprium vel animalium. Sed cùm ipſe plenè & ſufficienter pro omnibus (vt ſæpè diximus) ſanguinē fuderit, cur ſanguinem martyrū exegit? An, vt ij qui poſt Chriſtum primaria Eccleſiæ iecēre fundamenta magis ipſi vnico fundamento conformes eſſent? An vt compleret māſiones illas plurimas in domo patris exiſtētes diuerſis habitatoribus, aliquas Patriarchis, alias Prophetis, nonnullas doctoribus, quaſdam etiam martyribus, ipſis conuenientes, reſeruatis aliis coniugatis, viduis, virginibus, aut cœlibatum ducentibus.

Math. 5.

252 Angeli quomodo expiati fuerunt? An per ſanguinem, vt Paulus innuit, dicens: Pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terris ſunt? Sed ſi ſanguis exquiritur in expiationem peccati, quod per ſanguinem contrahitur, cur angeli per ſanguinem expiantur, cùm ipſi carne & ſanguine careant? Nónne Paulus ait: Pacificans, non autē expurgans? Pacificauit enim accuſatores noſtros, qui in cœlo coram tribunali diuino exquirebant ſanguinem in expiationem peccatorum noſtrorum, quem lex (vt dictum eſt) nō ſine magno myſterio & rerum ſerie exquirit. Expurgantur itaque per ſanguinem, quæ per ſanguinem inquinata ſunt, quæ autem per ignem ſuperbiæ, igne expiantur, alia verò per aquam, ſicut in libro Numerorum dicitur: Omne quod tranſire poteſt per flammas, igne expurgabitur, quicquid autem ignem ſuſtinere non poteſt, aqua expiationis ſanctificabitur. Hinc Paulus non dicit abſolutè: Omnia, ſed penè omnia mundantur in ſanguine. Angeli enim ſuperbiæ, igne expiantur, qua expiata quomodocunque pacificati ſunt.

Coloſſ. 1

Numer. 31.

Hebr. 9

253 Si ſalus datur Hebræis vel Abrahinis, i. iis qui ex Abraham deſcenderunt, quomodo venit Saluator pro Iſraelitis pereuntibus ſolummodò? nam ipſe Saluator dixit: Salus domui huic facta eſt, eò quòd & ipſe ſit filius Abrahæ. Ab Abraham autem deſcenderunt Iſmahelitæ, Idumæi, Madianitæ, & alij ex Chetura progeniti. Qui omnes ſuſceperunt & ſuſcipiūt pactum circuncisionis. An venit præcipuè pro Iſraelitis, & conſequenter pro aliis, vt aliqui dicūt? An (vt alibi diſſeruimus) venit pro Iſraelitis, i. pro omnibus militantibus ſub Deo, vel hæredibus Dei, vt vera interpretatio vocabuli ſonat? Pari modo ſaluantur & ij qui per ſanguinem purgati ſunt (vt dicit lex) ſiue per aquam (vt Chriſtus perhibet) aut per ignem, vt Apoſtolus innuit. Vnde reperitur triplex baptiſmus, fluminis videlicet flaminis & ſanguinis.

Luca 19.
Matth. 15.

Ioannis 3.
1. Cor. 3.

254 Quæ via ducens ad vitam eſt arcta? An eſt obſeruatio mandatorum Dei perfecta? iuxta illud: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Hæc enim via eſt adeò arcta, & tam pauci per eam ingrediuntur, vt Iſaias dicat: Omnes nos quaſi oues errauimus, tranſgreſſores videlicet mandatorum Dei. An arcta eſt via Euāgelij, quia conſiliis magis aſtringimur. Hinc ſcriptum

Math. 7
Ibidem 19
Iſaiæ 53.
Pſalmo 13.

eſt: Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. An eſt via crucis, ad quam inuitamur, vt nuper dictum eſt? Nam pauci ingrediuntur per eam, nullus, niſi vi quadã trahatur (iuxta illud Chriſti: Nemo venit ad me, niſi pater meus traxerit eum) *Ioannis 6* aut vi quadam compellatur, ſicut ipſe Chriſtus alibi ait: Compelle eos intrare. *Luca 14* Nulla itaque reſtat via per quam multi ſaluari poſſint, niſi via, quam fecit Chriſtus per crucem, per quam viam pauciſſimi ingrediuntur, trahuntur autem multi, iuxta illud Iſaiæ: Liuore eius ſanati ſumus. Qua pur- *Iſaia 53.* gatione facta ad cœlum trahimur.

255 Cur tam benignè pater (vt Chriſtus narrat) ſuſcepit filium è regio- *Luca 15* ne longinqua veniẽtem? An, vt omnibus innoteſcat clementia ſummi patris, qui dicitur pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis? An, vt intelligamus, quòd non ex operibus iuſtitiæ quę fecimus nos, ſed ſecũ- *2. Corint. 1* dum ſuam miſericordiam Deus ſaluos nos fecit, vt Paulus ait? Vnde nemo *Ad Titum 3.* debet operibus confidere, nec ſpem ſalutis amittere, licet opera tanti patris conſpectu digna non fecerit. Sed ad quid opera, ſi ſalus datur gratis? Manent quippe mira diuinæ prouidentiæ ſerie præmia vnicuique præparata, ſed neceſſe eſt vt ea ſuſcipientes ſint cooperatores gratiæ.

256 Cur Chriſtus tam benignè peccatricẽ, adulteram, atque latronem *Luca 7.* ſuſcepit? An vt indicaret ſe pro omnibus peccatoribus veniſſe? ſicut aper- *Ioannis 8.* tè proteſtatus eſt, dicẽs: Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores. An, vt in- *Luca 23.* *Matth. 9.* nueret quàm grata ſit Deo & angelis pœnitentia? ſicut ipſemet reſerauit, *Luca 15.* dicens: Gaudium eſt in cœlo coram angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta nouem iuſtis. Vnde dicunt ſapientes Hebræi, quòd cùm tractaretur in diuinis de mũdi fabrica, & præuiſum fuiſſet hominem, propter quem facta ſunt omnia, caſurum, dictum fuit non eſſe fabricãdum mũdum pro rebelli, ſed miſericordia Dei locuta eſt dicens: Faciamus תשובה teſſubah, i. reuerſionem ad Deum, per quam ſaluari poſſit homo, quam reuerſionem nos pœnitentiam vocamus. Hinc Saluator veniens præmiſit præcurſorem, dicentem: Agite pœnitentiam. *Matth 3.4* appropinquabit enim regnum cœlorum. Quod verbum ipſe quoque repetere voluit, dum prædicare cœpiſſet, veluti ſi ab eo tota ſalus penderet.

257 Cùm tã benignus fuerit hic pater noſter Chriſtus erga omnes, cur tam durus ac ſeuerus fuit contra Phariſæos hypocritas? An quia ſimulata *Ibidem 24.* ſanctitas duplex eſt iniquitas? An, quia hypocritæ duo nefanda ſcelera cõmittunt? Alterum enim eſt, quia intendunt (ſi poſſibile foret) decipere nedum homines, ſed ipſum Deum. Alterum eſt, quia intendunt vendicare ſibi iuſtitiam quam non habent, cæteros etiam iuſtos condemnantes, quod expreſſè declarauit Chriſtus exemplo illius Phariſæi, dicentis: Non ſum *Luca 18.* ſicut cæteri homines, & velut hic Publicanus. An, quia hypocritæ nimis de ſe præſumentes, nolunt agnoſcere peccatum, cuius ſe ſciant indigere venia, vt pro ipſa humiliter Deum deprecentur? Nam ipſa non obtenta à Redemptore non datur ſalus. Vnde peccatum ipſorum eſt quaſi

in Spiritum ſanctum. Contemnunt enim Dei miſericordiam & virtutem redemptionis.

258 Cur multi redemptione fruſtrantur? An ex moleſtia, tentatione, & bello, quod infligitur à Leone illo rugiente, qui nomina mille, & mille nocendi artes habet? hinc Sapiens dixit: Inuidia Diaboli, mors introiuit in orbem terrarum. Sed cùm iam ab illo vulnere ſanati ſimus, & effectus ſit hoſtis tam debilis, vt (teſte Hieronymo) non vincat niſi volentem, nónne alia exquirenda eſt ratio? An igitur, quia pro omnibus non eſt exhibita redemptio, ſed pro illis tantùm quos pater tradidit filio? hinc ipſe ait: Quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quenquam. Et iterum: Quos dediſti mihi, ego cuſtodiui, & nemo ex eis periit, niſi filius perditionis. Sed cùm pater omnes tradiderit filio, præter ſeipſum, qui tradidit (vt inquit Paulus) & cùm Deus velit omnes homines ſaluos fieri (vt ipſe Paulus alibi ait) cur nõ omnes ſaluantur? Nónne quia Deus non vult ſaluare & attrahere niſi volentes? Hinc concluditur illud, quod per Oſæam dicitur: Perditio tua ex te Iſrael.

Sapien. 2. *Hierony. ad Euſtoch.* *Ioan. 18. 17.* *1. Cor. 15.* *1. Timo. 2* *Oſea 13*

259 Cur Chriſtus dixit: Quæcunque petieritis patrem in nomine, dabit vobis? An quia pater adeò diligit filium, vt audito ipſius nomine, ſtatim cõcedat petita in nomine eius? An quia per nomẽ Ieſu datur remiſſio peccatorũ (vt Petrus perhibet, dicens: Remiſſionẽ peccatorum accipere per nomen eius) & per ipſum habetur ſalus, vt ipſe Petrus alibi teſtatur, dicẽs: Non eſt aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri niſi videlicet iſtud? An (vt aliàs diximus) quia tota virtus diuinorum influxuum reperitur in nomine Ieſu? Hinc ipſe Chriſtus per nomen ſuum tradidit Apoſtolis virtutem miracula & prodigia faciendi, dicẽs: In nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis, & quæ ſequuntur. Quod nomen (vt alibi diſſeruimus) acquiſiuit ipſe operans redemptionẽ humani generis, ſicut Apoſtolus reſerauit, dicens: Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illũ, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen.

Ioann 15. 16 *Actor. 10* *Ibidem 4* *Marc. vlt.* *Philipp. 2*

260 Cur pientiſsimus paſtor Chriſtus habuit tã diligẽtem ouiũ ſuarum curam, vt perditã quæſierit, & humeris portauerit, vt ipſe innuit? An, cùm ſit bonus, omnibus ſemper oblectatur benefacere, quoad poteſt? An, quia vnuſquiſq; opifex ſuapte natura diligit opus ſuũ, & naturalis magis quàm artificialis, cùm magis de ſuo ponat? Hinc maximè diligit opus ſuum opifex ſummus, qui magis ponit de ſuo, prębẽs eſſe, quod maius eſt, quàm eſſe tale quod præſtat pater, aut eſſe accidentale quod præbet artifex. Cùm igitur verbũ Dei factũ caro, interfuerit hominis creationi, eíque eſſe præbuerit cũ imagine ſua, interfuerit quoq; & interſit regenerationi, præbẽs melius eſſe, ſpirituale videlicet atq; diuinũ, nónne meritò diligit hominẽ.

Luca 15.

261 Quo ſigno ſaluantur Chriſticolæ ab omni malo hoſtili? An illo ſigno de quo Propheta canit: Signatum vel eleuatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine? Sed ſi ſignum illud ſufficiebat, cur venit Chriſtus nos redempturus? An igitur ſignum crucis nos ab hoſte protegit? Et hoc non

Pſalmo 4.

de cruce materiali,ſed de diuina,i.myſterio in cruce celebrato intelligitur Nam ibi effuſus fuit ſanguis redemptoris in expiationem animarum,& in pacificationẽ eorum quæ ſunt in cœlis & in terris,vt Apoſtolus ait: Quo *Coloſſ.1* ſigno ſanguinis ſaluati fuerunt Iſraelitæ ab excidio primogenitorum Ægypti.Nam iuſsit Deus (vt in Exodo legimus) liniri poſtes ſanguine agni, *Exodi 12* figurantis(vt alibi diſſeruimus)agnum illum,qui tulit peccata mundi.Per hunc enim agnum & ſanguinem acquiſita nobis fuit ſalus,vt edocemur à Paulo,qui ait: Per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna *Hebræ. 9.* redemptione inuenta. Nec tamen ſpernẽdum eſt ſignum crucis, quod eſt in vſu.Illud enim ſignat & repræſentat omnia myſteria quæ in cruce figurata redemptor noſter operatus eſt.

262 Quos cuſtodes,& qua virtute Deus poſuit ſuper muros Ieruſalem vt in Iſaia legimus? An loquitur Vates de cuſtodibus ſuper muros Ieruſalem inferioris poſitis,vt nonnulli aſſerunt? An id per allegoriam intelligitur de Eccleſia Dei, ſuprà cuius muros & propugnacula poſuit ipſe Deus non tantùm paſtores & antiſtites ſed angelos? ſicut docet nos Iohannes *Apocal.2.3* ſcribens ſeptem angelis ſeptem Eccleſiarum Aſiæ, in tutelam & Eccleſiarum & Epiſcoporum eis præſidentium datis. Et quia hæc Eccleſia diſtributa eſt in duodecim præcipuas portiones, quibus & antiqua familia & cœlum ipſum partitum eſt:hinc(vt ipſe Iohãnes in calce viſionis ſuæ perhibet) nomina duodecim angelorum erant in portis duodecim ſupernæ Ieruſalem,è cœlo deſcendentis, cuſtodientes videlicet ciuitatem ab infeſtantibus,ne extrinſecus inferatur moleſtia, maior quàm ciues introcluſi ferre poſsint,iuxta illud Apoſtoli:Fidelis autem Deus eſt, qui nõ patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis. Et hi cuſtodes nos defendunt virtute Imperatoris in cruce triũphantis,ſicut ipſe Apoſtolus innuit,dicens: Deo autem gratias,qui dedit nobis victoriam per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

Iſaiæ 62. *Ibidem 21* *1.Cor.10.* *Ibidem 15.*

263 Homo quo ſtatu melior eſt,præſeruatúſne à peccato, an correctus *Ieremiæ 1.* poſt peccatum? Nónne abſque arrogantia Ieremias ait ſe in vtero matris fuiſſe ſanctificatum?Pari modo Eccleſia celebrat Iohannem, eò quòd infans acceſſerit ad deſertum, ne leui ſaltem famine vitam macularet poſſet. Contendunt quoque nonnulli commendare matrem Chriſti, eò quòd à peccato originali præſeruata fuerit.Sed nónne ex aduerſo Dauid qui graue crimen adulterij & homicidij commiſit,laudatur ore Dei,dicentis:Inueni hominem ſecundum cor meum?Pari modo de Moſe olim homicida *Actor. 13* & qui magiæ(vt dicitur)aliquando operam dedit, ſcriptum eſt: Non ſurrexit ei Propheta ſimilis,neq; ſurget. Si quoque ſors hominis melior fuiſ- *Deute.vlt.* ſet ſine peccato,nõ quippe diſpoſuiſſet Deus,vt homo in peccatum caderet.Nec ab re dixit Gregorius,O fœlix culpa, quæ talem ac tãtum meruit *Gregorius.* habere redemptorem.O certè neceſſarium Adæ peccatum, quod Chriſti morte deletum eſt.Quod ſacramentum innuens Paulus ait:Lex ſubintrauit,vt abundaret delictum. Et quare hoc?Nonne quia(vt ipſe ſubinfert)v- *Roman 5* bi abundauit delictum,ſuperabundauit & gratia?

264 Quid clamabant pueri Hebræorum in die palmarum? Nónne(vt
Matth.21 Eccleſia canit,& Euangeliſtæ narrant)dicebãt,Oſanna?Sed quid ſibi vult
Ioannis 12 Oſanna? nihil enim apud Hebræos vel apud Latinos ſignificat. Vnde hic error vitio ſcriptorum aut malè interpretantium euenit. Dici enim deberet Oſianu, i. ſalua nos, vel Oſiana, i. ſalua quæſo. Sed quo ſpiritu ducti
Matth.21 pueri illi id dicebant?Nónne ſpiritu Dei,vt Chriſtus innuit adducens pro
Pſalmo 8 ipſorum defenſione illud Prophetæ:Ex ore infantium & lactantium perfeciſti laudem?Et cur ramos oliuarum proſternebant? Nónne eodem ſpiritu acti præbebant oliuas, quæ pietatem & clementiam ſignant, ſicut & aſinus,quem equitabat? חמור chamor enim (vt alibi diſſeruimus)literis reuolutis dicit רחם rechem,quod pietatẽ ſignificat. Vnde pietas, quam Redemptor equitabat,& pietas à pueris obiecta,pietáſque ab eis proclamata indicabat,quòd imminens redemptionis opus ſumma pietate conſummandum erat.

SECTIO SEXTA DE CHRISTO IVDICE.

265 CVR à ſummo patre datum fuit Chriſto omne iudicium? An
Ioannis 5. quia hæres patris,conſtitutus eſt Dominus vniuerſorum,o-
Pſalmo 8. mnibus ſub ipſius pedibus ſubiectis, vt à Propheta & pau-
1.Cor. 15. lo docemur? An quia ratione ſapientiæ ipſi attributæ,iudi-
Hebr.1.2 cium ei competebat?hinc de ſeipſo inquit oraculum:Butyrum,i.lac ſapientiæ:& mel, i.ſaporem & dulcedinem rerum diuinarũ co-
Iſaiæ 7 medet,vt ſciat,iudicando videlicet, reprobare malum & eligere bonum. An datum fuit Chriſto omne iudiciũ,quia Deus & homo eſt?Vnde in eo, quòd Deus,errare nõ poteſt, in eo autem quòd homo ſcit compati infir-
Hebr.4 mitatibus noſtris,vt paulus innuit: propterea ipſe Chriſtus ait, Poteſtatẽ
Ioannis 5. dedit pater ei,ſcilicet filio,iudicium facere,quia filius hominis eſt. An da-
Ibidem tum fuit ei omne iudicium, vt omnes honorificent filium,ſicut honorificant patrem, vt ipſemet perhibet? An ei tanquam capiti datum fuit omne iudicium?nam iudicium regẽdi membra collocatur in capite. An,quia eſt princeps regũ terræ,vt Iohannes ait?Principis enim intereſt iudicare ſub-
Apoc.1. ditos. An quia per ipſum facta atque redempta eſt humana creatura. Vnde meritò data fuit ei poteſtas iudicandi eam.

266 Quod ſolium Chriſto iudicanti dabitur,dextrúmne vel ſiniſtrum,
Matth.25 an medium?Nónne ſi in dextra ponet oues& in ſiniſtra hœdos,ipſe ſtabit
Lucæ 1. in medio?Hinc oraculum Gabrielis dixit:Regnabit ſ.Ieſus in domo Iahacob in æternum.Iahacob enim in archetypo, ſiue in ſupernis mãſionibus medium tenet inter Abraham qui dextram tenet, & Izahac qui ſiniſtram poſſidet. Et quàm optimè iudex ſedere debet inter dextram pietatis & ſiniſtram iuſtitiæ, vt hanc cum illa contemperet. Sed cur dixit ei pater(vt
Pſalmo 109 propheta canit)Sede à dextris meis? Nónne ad id reſpondet paulus,dicẽs:
1.Cor.15 Oportet illum ſic ſedere, gaudentem videlicet fœlicitate dexteræ, quo-

uſque mors abſorbeatur, & ipſe veniat vt iudex: quia, ſcilicet tunc ſuppeditatis inimicis ſedebit in medio: non autem in dextera, nec in ſiniſtra?

267 Quomodò datur dextra læuáque in Deo: qui ab omni figura corporea & ab omni ſitu abſolutus eſt? An id dictum eſt per ſimilitudinem quandam: quæ in nobis reperitur? Sed nónne omnia tenent ſaltem Dei veſtigium, & facta ſunt ſecundum exemplaria ſupernorum? Sicuti magno myſterio de Tabernaculo fabricando dictum fuit Moſi. Inſpice, & fac ſecundum exemplar: quod tibi in monte monſtratum eſt. Ideæ enim, quæ in Deo ſunt (vt Auguſtinus & recentiores Theologi ſentiunt) ſunt exemplaria rerum producendarum. Vnde omnium rerũ, quæ hic inferius ſunt, vera ratio & exemplar in Deo requirendum eſt, non ea nota aut lege corporea, qua ſunt hic inferius: ſed longè meliori. Dextera itaque Dei eſt pietas, ſiniſtra verò ſeueritas: caput eſt Deus pater: pedes autem effectus & influxus à dextera prouenientes. Eſt quoque Auſter clementiæ: Aquilo legis & punitionis: Oriens creationis & illuſtrationis: Occidénſque redemptionis. Vnde ea, quæ ſunt in homine, ſunt in mundo, meliori nota: in Deo verò perfectiſſima. *Exod. 25* *Augu.*

268 Cur filiis Zebedęi petentibus: vt alter eorum ſederet ad dexteram, alter autem ad ſiniſtram Ieſu, dictum fuit. Neſcitis quid petatis? An, quia petebant, quod nondum meruerant? Hinc Chriſtus dixit eis. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Nam ipſum bibenti datur præmium. Sed nónne ipſe Chriſtus dixit. Calicem quidem meum bibetis? Attamen quod petebant, eis promittere noluit. An igitur, quia petebant, quod aliis præparatum erat? Hinc dixit eis Ieſus. Sedere ad dexteram vel ad ſiniſtram meam non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à patre meo. An, quia ambo reponendi erant in dextera? Ideò malè petebãt, quòd alter illorum locaretur in ſiniſtra: maledicendus videlicet & puniendus. *Matt. 20*

269 A quibus accuſabimur in die iudicij? Nónne ab antiquo ſerpente, qui eſt Diabolus, & ab Angelis eius: Hi enim cum expulſi fuerint à diuino conſpectu, inuidia pleni non ſolum quærunt nos diſtrahere ab illo conſpectu, tentãdo & ad malum inducendo: ſed accuſando ſeueriſſimè, etiam de quacunque minima re. Quod expreſſè perhibet Iohãnes, dicens. Iratus Draco in mulierem, Eccleſiam videlicet aut matrem regenerantis nos: abiit vt faceret bellum cum reliquis de ſemine eius. De quo paulo ſuperius dixerat. Proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum: qui accuſabat illos ante conſpectum Dei die ac nocte. Accuſabunt quoque nos conſcientiæ noſtræ. Iuxta illud Apoſtoli. Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum: & inter ſe inuicem cogitationum accuſantium aut defendẽtium in die cum iudicabit Deus occulta hominum. Accuſabit & lex. Sicut Saluator innuit, dicens. Eſt qui accuſat vos Moſes, ideſt lex per Moſem data. Contra verò hos accuſatores dati ſunt nobis tres defenſores. Nam contra Diabolum accuſantem habemus Michaelem defendentem & pugnantẽ: vt longo ſermone Iohannes diſſerit. Contra conſcientiam accuſantem *Apoc. 12* *Rom. 2* *Ioannis 5* *Apoc. 12*

habemus ſanguinem Chriſti, qui pro nobis teſtatur:quòd eo redempti ſumus. Contra legem verò condemnãtem habemus aduocatum Chriſtum: vt Iohannes perhibet, dicens. Aduocatum habemus apud patrem, Ieſum Chriſtum: iuſtum, qui eſt propitiatio pro pecatis noſtris.

1. Ioannis 2

270 Examinabuntur & diſcutientúrne omnia in extremo iudicio à Chriſto iudicante: & quomodò? An diſcutientur ſingillatim omnia geſta? Sed nónne hoc videtur quodammodò impoſſibile, vel ſaltem longiſſimi temporis negocium? An igitur id fiet per Angelos? Sed nónne ad Iudicem ſpectat audire accuſationes & defenſiones? An igitur libri conſcientiæ aperientur: vt Iohannes ait, futura, quaſi iam facta deſcribens Et libri (inquit) aperti ſunt: & iudicati ſunt mortui ex iis, quæ ſcripta erant in libris ſecundum opera ipſorum. In quibus libris apparebit tota cauſa diſcuſſa, ſic diſponente Deo. Vnde nihil reſtabit pertractandum: ſed tantum erit promulganda ſententia, omnibus ad breuiſſimam concluſionem redactis: quòd videlicet mortales fecerint aut non fecerint debitum in Deum & proximum.

Apoc. 20

271 Cui aduerſario docet nos Chriſtus conſentire, dum ſumus in via? Nónne aduerſarius noſter (vt omnibus notum eſt) Diabolus eſt: cui ſimul cum pompis & blanditiis eius in baptiſmate renunciauimus? Quotieſcunque igitur in iis, quibus renunciauimus, oblectamur: accipimus aliquid ex iis, quæ ad ipſum Diabolum ſpectant: & damus ei iuſtam cauſam querelæ coram ſummo iudice. Vnde, niſi reddamus ei, quod ſuum eſt: iuſte trademur tortori, vt reddamus vſque ad nouiſſimum quadrantem. Conſentimus autem huic aduerſario: quando relinquimus aut damus ei, quod ſuum eſt: voluptates videlicet, ambitionem & nummos: vel eos in cibos pauperum erogamus, Dei honore & pietate ducti. Tunc enim præcipuus rerum omnium Dominus, Deus id gratius habet: quam ſi Diabolo reliquantur. Hinc Chriſtus hortatur nos facere amicos ex Mammomona iniquitatis.

Mat. 5
1. Pet. 5
Luce 6

272 Cur Chriſtus dixit. Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo: Nónne per Cæſarem intelligitur ille, qui mundo præſidet: cuius princeps eſt Diabolus: vt Chriſtus bis teſtatur? Iubet igitur Chriſtus, tanquam verus iudex, vt reddamus Deo, quę Dei ſunt: animam videlicet, cum omnibus eam conſequentibus, vel etiam corpus, in ſeruitutem ſpiritus prius redactum: Cæſari vel Diabolo principi mundi huius, numiſmata, voluptatem carnis, ambitionem, & omnia, quæ ad mundum hunc corruptibilem ſpectant, relinquentes. Sicuti in baptiſmate per ſacramenti verba promiſimus: vt modò dictum eſt.

Ibidem 20
Ioannis 12 & 14

273 Cur iudex à Iohãne deſcribitur podere veſtitus? Nónne poderis eſt talaris tunica? Et hanc duplicem tribuit nobis Chriſtus in tegmẽtum totius corporis, & omnium membrorum ſuorum. Altera eſt inconſutilis ſignificans baptiſmum ſemel dandum: & non reiterandum. Altera eſt diuiſibilis, ſignificans pœnitentiam, quotieſcũque per peccatũ nudati ſumus reiterandam. Sicut alibi quoque diſſeruimus. Quæ veſtimenta præbuit

Apoc. 1

nobis Chriſtus Redemptor, antequam veniat, vt iudex. His igitur veſtimentis induti, & tecta nuditate noſtra, conſtanter apparere poterimus coram Chriſto iudice, dicentes cum Apoſtolo. Quis accuſabit aduerſus electos Dei? Deus eſt, qui iuſtificat: quis eſt, qui condemnet? Chriſtus Ieſus, qui mortuus eſt, immò qui & reſurrexit, qui eſt ad dexteram Dei, interpellat pro nobis. Adeo, vt ſalutem ſperare poſſimus. Hinc propheta canit. Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Alioquin enim non poſſemus coram iudice illo ſtare. Sicut alibi idem Vates canit. Non intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. *Rom 8* *Pſal. 31* *Ibidem 142*

274 Quæ eſt abominatio deſolationis ſtãs in loco ſancto: de qua Chriſtus meminit? Nónne Antichriſtus erit ſumma abominatio & horrendum monſtrum? Nam audebit eleuare ſe ſuper omne, quod dicitur Deus: vt Paulus ait. In hunc igitur Diabolus totis viribus conabitur colligere omnes vires ſuas: vt præualeat (ſi fieri poterit) contra Deum: cui à principio ſemper inimicatus eſt: dabítque ei omnem ſibi poſſibilem fauorem. Hinc Paulus ſubdit. Cuius aduentus erit ſecũdum operationem Satanæ in omni virtute & ſignis ac prodigiis mendacibus: & in omni ſeductione iniquitatis. Præſtabítque ei Mammona omnem fauorem auri, argenti & theſaurorum, quos colliget ex opibus ſepultis, furto ablatis, & ſubmerſis: vt nonnulli ſapientes aſſerunt. *Matthæi 24* *2. Theſſ. 2*

275 Ad quid Deus promittet venire hanc abominationem? Nónne (prę-ter ea, quæ alibi diximus) quia Deus res naturales ita condidit, vt eas proprio motu currere ſinat: & rationales creaturas, vt vnaquæque ſuo arbitrio viuat? Vnde quamuis Deus omnia moderetur: voluntatem tamen liberam relinquere voluit tam Angelorum quam hominum: permiſítque aduerſarium in rebus, vt appareat quid boni & quid mali: & per ipſum boni exerceantur, & improbi puniantur. Et quia in aduẽtu huius abominationis profuga erit fides, & charitas tepeſcet, in punitionẽ malorũ iſte Antichriſtus permittetur venire. Hinc ſubinfert Apoſtolus. In ſeductionẽ iniquitatis iis, qui pereũt, eo ꝙ charitatẽ veritatis nõ receperũt: vt ſalui fierẽt. Ideo mittet illis Deus operationẽ erroris, vt credãt mendacio, vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati. *Mat. 24* *2. Theſſ. 2*

276 Cur Chriſtus hortatur, vt tunc, qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes? An (vt literã ſequamur) quia atroci perſecutioni reſiſtere non poterũt? An (vt ad myſticũ ſenſum tranſeamus) quia abominatio hæc (vt Origenes & Hieronymus conſentiunt) eſt mala & peruerſa interpretatio Scripturæ ſacræ? Qualis hac noſtra tempeſtate facta eſt. Senſum itaque ſecundum iſtos eſt. Tunc qui in Iudææ ſunt, ideſt in pura confeſſione non valentes iudicare, quæ ſint recta & vera ſenſa, fugiant ad montes, illos videlicet, de quibus ſcriptum eſt. Illuminãs tu mirabiliter à montibus æternis. Qui mõtes ſunt ſancti & veri Doctores: qui nõ proprio ſed Dei ſpiritu illuſtrati, eloquia ſacra, non cũ ſcandalo, ſed cum ædificatione Eccleſię interpretati ſunt. An, vt qui in ſimplici fide ſunt, currant ad montes, ideſt *Mat. 24* *Origenes. Hiero. ibi.* *Pſal. 75*

culmina virtutum: quibus poſſint ſe defendere, & huic inimico veritatis reſiſtere.

Mat.24. 277 Cur Chriſtus ait. Qui in tecto ſunt, non deſcendant tollere aliquid de domo ſua: & qui in agro non reuertantur tollere tunicam ſuam: Nónne innuit, vt qui in tecto ſunt & in culmine virtutum, non retrogrediantur? Retrogreſſio enim ſemper eſt damnabilis. Iuxta illud ſummæ veritatis. Nemo mittens manum ad aratrum & aſpiciens retro, aptûs eſt regno Dei. Quod dictum fuiſſe opinor de temporibus iſtis, quibus ſeductores nonnulli conátur multos abducere à perfectionis via ad lutulentam & obſcœnam: à cœlibatu ad carnalem viam: & à ſpirituali ad ſenſualem. Hortatur quoque, vt qui ſunt in agro vel in vinea Domini, non reuertantur, vt tollant tunicam ſuam, priſtinæ videlicet & animalis conuerſationis. De qua tunica in canticis habetur. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa?

Luce 9

Cant.5

1.Cor.15 *Geneſis 3* 278 Quæ inimica mors (vt Paulus ait) deſtruetur: & quando? Nónne inimica mors eſt Diabolus: qui mors & Angelus mortis dicitur? Inimica autem hæc mors dicitur, quia poſuit Deus inimicitias inter ipſum Diabolum & ſemen mulieris. Quæ inimica mors & ſi per paſſionem Chriſti è regno mundi huius eiecta fuit (vt ipſe Chriſtus proteſtatus eſt, dicens, Nunc princeps mundi huius eiicietur foras) non tamen penitus deſtructa eſt. Nam ei relicta fuit poteſtas tentandi, & aduerſandi ſanctis. Vnde facto vltimo conatu in Antichriſto, abominatione illa ſæuiſſima (vt dictum eſt) deſtructa abominatione, collidetur penitus & deſtruetur ipſa inimica mors: adeò, vt neque regnare in mundo, neque vllum amplius ſeducere poſſit. Et tunc poſitis omnibus Chriſti inimicis ſub pedibus eius, vbique ipſe regnabit triumphator, puniens inimicos & malos, & beatificans bonos.

Ioannis 12

2.Theſſ.2 279 Quomodo deſtruetur hæc inimica mors? Nónne id declarat Apoſtolus, dum ait. Quem Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui: & illuſtratione aduentus ſui deſtruet eum: cuius aduentus erit ſecundum operationem Satanæ? Vbi duo tanguntur, ſpiritus videlicet & illuſtratio. Nam ſicut verbo Domini, cœli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum: & ſicut regeneratus eſt mundus vel homo in aqua ſapientiæ filialis & Spiritu ſancto: ſic deſtruetur inimica mors ſpiritu vitæ, & Princeps tenebrarum illuſtratione diuinæ & veræ lucis: reſtituetúrque per lucem fides & ſapientia: & per ſpiritum charitas & amor, quibus præcipuè beabuntur omnes, beandi videlicet.

Pſalmo 32

Ioannis 3

280 Cur tempus iudicij eſt tam occultum? Nónne, quia eſt in poteſtate patris? Hinc Iudex Apoſtolis dixit. Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momẽta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Et alibi clarius. De die autẽ illa & hora nemo ſcit, neque Angeli cœlorum: niſi pater ſolus. Sed cur eſt in poteſtate patris? An, quia ordo iuſtitiæ exigit: vt pœnitentibus differatur vel amoueatur pœna, & ſententia peccato reſpondens? Quod eſt in ſola poteſtate patris: qui toti Tribunali iuſtitiæ præſidet: à quo omnes iudican-

Acto 1

Matth.24.

tes dependent. Vnde ſicut poteſt mutari ſententia, poteſt etiam mutari tempus iudicandi. An, quia ſic exigit iniquitas impij: vt ex improuiſo in nequitia ſua depræhendatur? Sicut ipſe iudex perhibet. Eſtote parati: *Lucæ 12* quia, qua hora non putatis, filius hominis veniet. Et iterum. Sicut fa- *Ibidem 17* ctum eſt in diebus Noch: & in diebus Lot: ſic erit dies, in qua reuelabitur filius hominis. Nec erit impiis iuſta querelæ cauſa, ſi ex improuiſo depræhendentur. Cùm iam omnes præmoniti fuerint, vt ſint parati. Et id ſumma prouidentia factum eſt: vt non ſolùm ſimus parati hora aduentus iudicis: ſed toto tempore, vt ſemper benefacientes, ipſum intrepidi expectemus.

281 Eſtne aliqua coniectura huius futuri Chriſti aduentus? Nónne id habemus ex Eliæ oraculo, apud Hebræos celebratiſſimo, & in eorũ Tal- *Talmud.* mud recondito, ſæpiúſque à nobis adducto? Ipſe enim per cõiecturas dierum fabricæ venatur iudicij tẽpus, potius innuens quam exprimens. Nam præſupponit tot millia annorum fore in curriculo temporis totius mundi: quot dies fuerunt in fabrica ipſius. Iuxta illud Moſi. Quoniam mille *Pſal. 89* anni in conſpectu tuo, tanquam dies heſterna quæ præteriit. Cui adſtipu- *2. Pet. 3* latur Petrus. Ait igitur Elias. Duo millia annorum inanium, ideſt ſine lege: *Eliæ oraculum.* duo millia ſub lege: & duo millia ſub Meſſia. Nec reſtat niſi millenarius ſabbatarius: de quo Iohannes in Apocalypſi meminit. *Apoc. 20*

282 Si à tempore Pauli vſque ad diem iudicij erant interpoſita circiter tria annorum millia, cur ipſe dixit. Tempus breue eſt? An dicitur breue tempus reſpectu æternitatis, cui omne tempus comparatũ, inſtans quod- *1. Corint. 7* dam videtur? An (vt videtur intentio Pauli) ſermo eſt de vita humana quæ breuiſſima eſt? Iuxta illud Iob. Homo natus de muliere, breui viuens tem- *Iob 14* pore. Et paulò poſt. Breues dies hominis ſunt. Hinc ipſe Apoſtolus nobis perſuadet minimè curandum eſſe de vxoribus, nec de iis, quæ ad rem vxoriam, mundum & voluptatem ſpectant. Cùm ſit breuiſſimum vitę noſtræ tempus, quo Deo ſeruimus, reſpectu æternæ beatitudinis, quam expectamus. Nam ſicut ipſemet Apoſtolus reſpectu immenſi præmij no- *Rom. 8* bis dandi nihilipendit paſſiones, quas in hoc mũdo patimur, dicens. Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: ſic dicit, quòd tempus, quo meremur, breue & quaſi nihil eſt reſpectu æternitatis: qua beatitudine fruemur.

283 Quid innuunt ſigna illa futuri iudicij à Chriſto data? Nónne ſep- *Mat. 24* tem à Matthæo enarrantur? Primum enim ſunt prælia & conſpirationes gentium in gentes. Secundum, perſecutio bonorum. Tertium, ſcandalum multorum. Quartum, odium inter proximos. Quintum, ſeductio multa per pſeudoprophetas. Sextum, frigefacta charitas. Septimum, abominatio deſolationis. Quæ omnia ab vna radice prouenire videntur: & vnam indicant ſæuiſſimam peſtem, quæ nos incautos plærúque torquet: amorem videlicet proprium & inordinatiſſimum. Prælia enim oriuntur, quando quis vult ſibi vendicare, quod non debet: & tunc boni huic malo reſiſtentes vexantur. Tertiò inſurgunt ſcandala, quando homo ſequitur illi[illegible]

ſtum appetitum ſuũ. Quarto ſequitur odium inter malè litigantes. Quintò deceptio, ſeductio & fraus. Iuxta illud poetæ, Dolus an virtus quis in hoſte requirat? Sexto refrigeſcit charitas, radix omnium bonorum. Quæ omnia ſunt diſpoſitiones ad ſuſcipiendam abominationẽ illam & filium iniquitatis: amota omni diſpoſitione ad veniam impetrandam & ad tempus vindictæ protrahendum.

Virgilius

Lucæ 16 — 284 Vſque ad tempus iudicij, vbi ſtabunt animæ iuſtorum: quæ nõdum diuino conſpectu dignæ ſunt? An ſtabunt in ſinu Abrahæ: vt in Euangelio dicitur? Sed quid eſt Abrahæ ſinus? Non quidem pars veſtimenti intelligitur, ſed pars quædam ſuis littoribus vallata. Sicut dicitur ſinus Arabicus, Perſicus, Hadriaticus & huiuſmodi. Littora autem vallantia ſinum hunc apud patres fuerunt fœdus circuncifionis. Et quia circunciſio data primò fuit Abrahæ: Hinc ſinus ille ab Abraham denominatur. Illic enim ſtabãt patres bene meriti: quouſque per Chriſtum aperta fuit ianua patriæ ſupernæ. Nunc autem ſi quis eſt ſinus, quò Chriſtiani nondum benè expiari reducuntur: ille vallatus eſt littoribus baptiſmi & meritis Chriſti. Vnde non amplius Abrahæ, ſed Chriſti ſinus dici debet. Qui locus nunc vulgò purgatorium appellatur.

Geneſis 17.

Ibidem 3 — 285 Quid habetur de purgatorio in ſcriptura ſacra: & vbi eſt? Nónne (vt ſane intelligentibus patet) ibi innuitur, vbi dicitur, quòd Deus poſuit in paradiſo voluptatis Cherubinum cum rhomphea verſatili? Nam rhomphea verſatilis (vt alibi diximus) eſt reuerſio ad Deum, ſeu pœnitentia peccatorum: ſine qua nemo poteſt ad paradiſum reuerti. Et hæc eſt in manu Cherubinorum, ideſt ſacerdotum, qui Chriſti veri Cherubini vicem gerunt. Nec ſine myſterio rhomphea dicitur flammea, vel ignita. Cùm igne potiſſimè purgemur. Iuxta illud Apoſtoli vniuſcuiuſque opus, quale fuerit, ignis probabit. Non vtique ignis hic communis, ſed animæ conueniẽs de quo (vt opinor) Iſaias ait. Ambulate in lumine ignis veſtri, & in flammis, quas ſuccẽdiſtis. Et, vt intelligatur, quòd hæc expurgatio erit etiam poſt mortem, ſubdit propheta. In doloribus dormietis. Dormiunt nanque mortui excitandi. Iuxta illud Apoſtoli, Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & cæteri qui ſpem non habẽt. Quo igne expiati fuerunt Nadab & Abihu combuſti vſque ad mortem: vt ſuo loco dictum eſt. Vnde concluditur quòd purgatorium aliquibus datur in vita, aliquibus poſt mortem: & vbicunque animæ purgantur, ibi eſt eorum purgatorium.

1. Cor. 3

Iſaiæ 50

1. Theſſ. 4

Leuit. 10.

1. Cor. 15 — 286 Cum Paulus dicat. Omnes quidem reſurgemus: qua virtute fiet hæc reſurrectio? Nonne virtute Chriſti? Sicut ipſe Paulus paulò ſuperius teſtatur, dicens. Chriſtus ſurrexit à mortuis, primitiæ dormientium. Quoniam quidem per hominẽ mors, & per hominẽ reſurrectio mortuorum. Quod etiam alibi confirmat, vbi ait. Ipſe Dominus in iuſſu, ſuo videlicet, & in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet è cælo: & mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi. Sed nonne opera Trinitatis ad extra ſunt indiuiſa: vt recentiores Theologi dicunt? Nónne ſicut in creatione mundi

Ibidem

1. Theſſ. 4.

(quamuis dicatur, quòd omnia per verbum facta ſunt) conuenit tota Trinitas (iuxta illud Apoſtoli. Ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt omnia) ſic etiam in reſurrectione conuenient omnes perſonæ? Chriſto autem præcipuè huiuſmodi ſuſcitatio attribuitur: quia omnes à morte peccati ſuſcitabit. Sicut idem Apoſtolus ait. In Chriſto omnes viuificabuntur. Intererunt quoque Angeli, tanquam miniſtri. Scriptum eſt enim. In voce Archangeli & in tuba Dei. Quæ tubæ ſunt ipſi Angeli: vt alibi diſſeruimus. Nam ipſi ſunt inſtrumenta: Deus autem flatus reboans. *Ioannis 1* *Pſalmo 32* *Rom. 11* *1. Cor. 15* *1. Theſſ. 4*

287 Surgéntne omnes cum capillis? Nónne Chriſtus ait. Capillus de capite veſtro non peribit? Sed ſi ſurget quod ſpirituale (vt ait Apoſtolus) quid ornamentum capillorum in corpore, iam ſpiritualem ſortem induto? An igitur (vt benè ſentit Origenes) de melioribus capillis loquitur Chriſtus: in quibus eſt vis & fortitudo noſtra? De quibus capillis melioribus Salomon canit. Comæ capitis tui, ſicut purpura Regis, iuncta canalibus, ſuperioribus videlicet. Per hos enim capillos meliores, tanquàm per radices irrigamur & nutrimur à ſuperioribus fontibus, ſicut arbor à terra inferiùs per radices nutritur. Hinc Ariſtoteles dixit hominem eſſe arborem inuerſam: quia videlicet ſuperne nutritur. Et hic capilli nô deerunt nobis ſuſcitatis. *Lucæ 21* *1. Corint. 15* *Origenes.* *Cant. 7* *Lucæ 12* *Pſal. 138*

288 Cur hi capilli omnes numerati dicuntur? Nónne, quia omnia opera & cogitationes noſtræ penduntur & numerantur à Deo? Hinc Propheta canit. Imperfectum meum viderunt oculi tui: & in libro tuo omnia ſcribentur: quamuis occultiſſima. Sicut paulò ante innuit, dicens. Non eſt occultatum os meum à te, quod feciſti in occulto. Oſſa enim, capilli & dentes pari paſſu ambulant. Cùm hæc omnia ſignificẽt quaſdam vires interiores: quas Deus punit aut remunerat. Quo ſenſu dixit Ieremias. Confregit ad numerum dentes meos. De quibus dẽtibus & capillis cũ magno myſterio in canticis fit ſermo. Sicut ſuo loco (Deo duce) declarabimus. Numerati ſunt igitur hi capilli, & à ſuſcitatis reſumentur: vt præmium vel pœnam condignam factorum ſuorum vnuſquiſque referat. *Thre. 3* *Acto 23* *Matthæi 22*

289 Cur Phariſæi aſſerebant reſurrectionem, quam Sanducæi negabãt? Nónne, quia Phariſæi à פרץ Paraz ſic denominati, quod diuidere ſignificat iam diuiſi à triuali turba vacabant ſacris & diuinis eloquiis, veritatem reſurrectionis docentibus? Ait enim Iob. Credo, quòd Redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum: & rurſum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum ſaluatorem. Vnde nullatenus videbant, quomodo poſſent conſequi ſæculum futurum, quod ſperabant, niſi per reſurrectionem & reuerſionem animarum ad corpora, ea meliori ſorte, qua poſſent frui delitiis paradiſi voluptatis: quas non in terra ſed in cœlo firmiter eſſe credebant. Cognoſcebant quoque, quòd ex debito iuſtitiæ totum indiuiduum remunerandum erat: ſicut totum indiuiduum laborat, & fatigatur in bonis operibus. *Iob 19* *Pſal. 56* *& 107*

290 Quo tempore & quota hora Chriſtus ſurrexit à mortuis? Nónne in aurora diei dominicæ: ſicut propheta canit. Exurgam diluculo? Quæ

hora fuit quadrageſima ab hora mortis vel ſepulturæ. Nam ſepultus fuit antequam inciperet ſabbatū, quod incipiebat a meridie (vt ſupra dictum eſt) in extremo videlicet diei Veneris : qui terminabatur in ipſo meridie. Stetit itaque Chriſtus in ſepulchro à fine diei Veneris per vigintiquatuor horas totius ſabbati, quod terminabatur in meridie ſequenti : & ab ipſo meridie vſque ad mediam noctem diei dominicæ. Quo tempore fluxerunt duodecim horæ, & poſt mediam noctem hora quarta. Quæ omnes horæ ſimul computatæ ſunt quadraginta. Et ſic multa verificantur. Primò, quòd ſurrexit diluculo. Secundo, quòd tetigit de tribus diebus. Tertio, quòd compleuit numerum quadragenarium : qui ſolet dari in comprobationem veræ mortis. Quem numerum ipſe Chriſtus in multis

Matthei 4 obſeruauit. Hoc enim numero abſoluit ieiunium. Hoc ſtetit in ſepulchro:

Acto. 1 vt modo diximus. Hoc numero dierum ſtetit in mundo poſt reſurrectionem.

291 Cur à Chriſto, Moſe & Elia in ieiunio, & à Deo in deducendo populo per deſertum quadragenarius numerus obſeruatus fuit? Nónne, quia iſte numerus eſt afflictionis & expurgationis? Hinc in ieiunio fuit

Deut. 25 obſeruatus: & obſeruabatur in percuſſione rei: vt lex Deuteronomica iubet. Quod adhuc ab Hebræis obſeruatur : & obſeruatum fuit in Paulo. Sed, quia ciuis Romanus erat (vt alibi diximus) quadraginta vna minus

2. Cor. 11 percuſſiones habuit. A iudæis (inquit) quinquies quadragenas vna minus

Matthei 4 accepi. Iccirco obſeruatus fuit hic numerus à Chriſto, Moſe & Elia in ie-

Exod. 34 iunio : nouiſſimè autem ab Eccleſia. Quamuis ipſa produxerit ieiunium

3. Reg. 19 vſque ad quadraginta ſex dies. Hic quoque numerus celebratus fuit à

Exod. 24 Deo. Tenuit enim Moſem in monte ieiunum quadraginta diebus & no-

& 34

Num. 14 ctibus : antequam dederit eis primas & ſecundas tabulas. Tenuit quoque populum in deſerto quadraginta annis : antequam in promiſſam terram ipſum introduxerit : vt ibi per hunc numerum purificaretur: in quo combinatur denarius per quaternarium, ideſt numerus completus per numerum radicalem. An, vt per denarium influxuum ſuperiorum corpus quadrifarium purificaretur.

Lucæ 24 292 Cur Chriſtus voluit probare reſurrectionem ſuam per comeſtionem piſcis & faui mellis? Comedebátne verè, an ſimulatè? Si ſimulatè, quam probationem reddebat veritatis reſurrectionis? Si autem verè comedebat, quomodo digeſtio fiebat in corpore glorificato? Quomodo vegetabat cibus ille? Et de fece cibi quid fiebat? An Chriſtus glorificatus exhibebat corpus ad placitum, nunc viſibile, nunc inuiſibile, nunc palpabile nunc veluti ſpiritum introeuntem per ianuas clauſas, nunc comedens, & nunc nullo cibo indigens? Quod proprium eſt corporis glorioſi. An trāſ-

Pſal. 103 mutatum fuit corpus illud animale in naturam ſpirituum? De quibus ſpiritibus propheta canit. Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos

Deut. 4 flammam ignis: de natura videlicet illius, de quo ſcriptum eſt. Dominus Deus tuus ignis comedens eſt. Qui ignis ſicut deuorabat penitus ſacrificia patrum; ſic etiam corpus Chriſti in illum ignem conuerſum deorabat

bat cibum illum. Come dit autem piſcem, præfigurans illũ, qui ſimul cum boue & aue (vt ſuprà diſſeruimus) in conuiuio iuſtorum præparatur. Fauum autem mellis guſtauit, vt indicaret, quòd verus guſtus ſpiritualium, per mel denotatus, dabitur fœlicius ſuſcitatis quàm viatoribus.

293 Cùm Chriſtus eſſet ſemper beatus, cur viuens veſcebatur (vt legitur) pane, vino & carne? An quia hæc tria potiſſimè pertinent ad hominis ſubſtantiam fouendam? An, vt doceret nos, quos cibos manducare debeamus viatores? Nam & hoc expreſſè declarans, ait primò de pane: Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. De carne verò: Niſi mãducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis. De vino autem: Accipite & bibite ex hoc omnes ex hoc videlicet calice, qui ſanguinem meum pro vobis & pro multis in remiſſionem peccatorum fundendum continet. *Ioannis 6.* *Ibidem.* *Matth. 26*

294 Quomodo Chriſtus antequàm reſurgeret ad inferos deſcendit? An deſcendit cũ corpore & anima? Sed quomodo corpus ſtetit in ſepulchro? An deſcendit anima ſola? Sed quomodo anima, cui non competit locus, moueri potuit de loco ad locum, cùm ſolius corporis ſit propriè motus localis. An igitur deſcendit virtualiter tantùm, vt aliqui recentiores Sapientes, antiquorum ſuffulti ſententiis, aſſeruerunt? Nam ſpiritus eſt in loco non circunſcriptiuè (vt aiunt) ſed virtualiter, & in tanta loci diſtantia eſt: in quantam virtus eius extendi poteſt. Sed cùm virtus Chriſti tanta ſit, vt in cœlo exiſtens extendatur vſque ad altaria noſtra, nónne quoque exiſtens in terra, ad inferos vſque extẽdi potuit? An Platonicos imitantes dicemus, quòd anima illa deſcendit cum corpore cœleſti, quod ipſi vehiculum animæ vocant? quod corpus, quamuis cœleſte, motum admittit.

295 Quid eſt vera reſurrectio? An (vt Damaſcenus ait) eſt partium ſeparatarum reiterata vnio? Quod declarãtes dicimus, quòd in morte fit ſeparatio animæ à corpore, & tertiæ entitatis ab vtroque, quæ quidem tertia entitas ab anima & corpore coünitis reſultat. Sed ſi hæc eſt vera reſurrectio, quomodo verificabitur illud Apoſtoli: Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale? Et iterum: Omnes quidem reſurgemus, ſed nõ omnes immutabimur. Quibus verbis apertè docemur, quòd non tantũ fiet iterata partium ſeparatarum vnio, ſed etiam trãſmutatio quædam in meliorem ſortem. An igitur duplex eſt reſurrectio, alia videlicet communis, (vt decernit Damaſcenus) & alia iuſtorum, in qua erit trãſmutatio vel immutatio, quæ (teſte Paulo) non erit in omnibus? An potius erit immutatio in omnibus? ſicut ipſe Paulus innuit, dicẽs: Quomodo reſurgunt mortui, & quo corpore? Inſipiens tu, quod ſeminas non viuificatur, niſi prius moriatur. Ergo omnes tranſmutabũtur, ſicut tranſmutatur ſemen in plãtam? Tranſmutabuntur quippe omnes in ſortem incorruptibilem, ſed non in ſortem ſpiritualem, niſi beatificandi. *Damaſcen.* *1. Corint. 15.* *Ibidem*

296 Fuítne verè ſuſcitata filia Archiſynagogi, de qua Chriſtus dixerat: Non eſt mortua puella, ſed dormit? Nónne, ſi per reſurrectionem intelligamus iteratam partium ſeparatarũ vnionem (vt Damaſceno placet) verè *Matth. 9.*

reſurrexit: ſi verò de reſurrectione quę fiet cum tranſmutatione intelligatur, tunc illa puella nõ fuit ſic ſuſcitata, ſed cum aliis ſuſcitabitur? Sed cur Chriſtus ſuſcitauit eam in domo, negans ipſam eſſe mortuam, & ſtrictiſſimè præcipiens ne cui diceretur negociũ, vt Marcus narrat? Nónne id myſteriosè factum eſt: Puella enim ſignificabat peccatum cordis, nondũ extra propalatum. Iccircò ad eius ſuſcitationem non adhibuit Chriſtus niſi patrem & matrem puellæ & Apoſtolos, eiectis omnibus aliis domeſticis & extraneis. Vnde innuitur quòd Deus pater cui omnia nota ſunt, & qui miſericordiam facit, pœnitenti intereſſe debet. Per matrem verò intelligitur Sacerdos abſoluens & gerens vicem matris Eccleſiæ & Chriſti ſponſi, qui interfuit cnm Apoſtolis, repræſentantibus rempublicam cœleſtem, ſuſcitationem illam confirmantem, iuxta illud: Quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis.

Marc. 5. *Ibidem* *Matth. 16 & 18*

297 Cur ſuſcitatus narratur filius viduæ ad portam ciuitatis & publicè? Nónne per hunc denotatur ille qui mortuus eſt peccato publico, i. opere extrinſeco conſummato? hinc magno cum myſterio ſcriptũ eſt, quòd aderat ibi turba tumultuãs. Additur quoque, quòd Ieſus tetigit loculum, & ſtare fecit: quod indicat ceſſationem à peccato. Poſtea ſubinfertur exclamatio, qua dictum eſt: Adoleſcens, tibi dico, ſurge. Vnde clarè innuitur quòd Chriſtus aliquid magis appoſuit hîc, quàm in ſuſcitatione filiæ Archiſynagogi, nam illi dixit: Tabita chumi, i. reſpice, ſurge. Adoleſcẽtulo autem voce alta imperauit, dicens: Tibi dico, ſurge.

Lucæ 7 *Marc. 5*

298 Cur ſcriptum eſt, quòd Ieſus ſuſcitauit Lazarum, iam in ſepulchro quatriduanum & fœtentem? Nónne per hunc deſignatur peccatum habituatum, citra tertium facilè reducibile, & ad quartum iam deductũ, de quo per Hamos ſæpius dictum eſt. Super quarto autem non conuertam? hinc ad demonſtrandam difficultatẽ ſuſcitandi huiuſmodi, præmiſſa fuit oratio, quam Chriſtus patri fecit, lachrymarum effuſio, ſicut ſcriptum eſt. Et lachrymatus eſt Ieſus, deinde exclamatio magna, qua dixit: Lazare veni foras. Aduertendus quoque eſt hic ordo, ſtatus, & deſcriptio perſonarũ. Peccatum enim cordis (vt dicta repetam) ſignatur per puellam, peccatum operis per adoleſcentem, peccatum autem habituatũ & ſæpius iteratum per hominem iam prouectæ ætatis. Sed ſi Lazarus ſignificat peccatũ reiteratum, quomodo erat amicus Chriſti tam ſancti? Nónne ipſe Chriſtus dixit: Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores?

Ioannis 11 *Hamos 1. 2* *Ioannis 11* *Matth. 9.*

299 Suſcitabuntúrne Iohannes Henoc & Elias, quorum mortem non legimus? Nónne cùm Paulus dicat: Omnes quidẽ reſurgemus, ſi ij veniunt in numero omnium, & ipſi ſuſcitabuntur: ſi verò per illud omnes intelliguntur ij tantummodò qui mortui ſunt nequaquã ſuſcitabuntur? At morietur (inquies) cùm ſecũdò venerint in mundum. De aduentu quidẽ Eliæ habemus, & quòd Iohannes abſolutus erit à morte vſq; ad ſecundũ Chriſti aduentum, ſatis clarè ex Euangelio elicimus, ſed de horum morte nihil habetur in Scripturis, neque videtur vnde id elici poſſit. An igitur cùm iã tranſmutati ſint in meliorem ſortẽ, & eam ad quam iuſti per munditiam

1. Cor. 15. *Malach. 4.* *Ioan. vlt.*

& vehementiſſimum amorem deuenire debent, id ſufficit eis pro morte, quæ indicta eſt, vt per eam in melius tranſmutemur? Nec credendũ eſt, ꝙ Elias qui iam corpore in náturam ſpiritus mutato cœlum conſcendit, redeat ad ſtatum mortalẽ. Suffecit enim ei ad tranſmutandum ignis ille quo vectus eſt in cœlum. Idem quoque de Iohanne & Henoch dicere poſſumus, qui priuilegio quodam ſingulari trãſmutati ſunt. De quo priuilegio nullus triſtari vel conqueri debet: hinc Chriſtus Petro dixit, Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? Habet enim æditio Græca, ſi nó autem, ſic: vt vulgò Latini codices habent. *4. Reg. 2.* *Ioan. vlt.*

300 Viri Niniuitæ cur & quomodo ſurgent in iudicio cum generatione Hebræorum, vt Chriſtus ait? Nónne omnes ſurgent? Non eſt ſenſum ꝙ ſimpliciter ſurgent, ſed quòd in iudicio inſurgent contra generationẽ illã Hebræorum, improperantes duritiam eorum, cùm ipſi ad prędicationem Ionæ cõuerſi ſint, Iudæi verò ad prædicationem Chriſti minimè. An quia oratio & interceſſio Ionæ ſaluauit Niniuitas, oratio autem Chriſti non profuit Iudæis? Et hoc, non quia oratio Ionæ fuerit efficacior oratione Chriſti, ſed quia Iudæi qui ſemper duræ ceruicis fuerunt, adeò erant indiſpoſiti, vt oratio & prædicatio Chriſti eis minimè prodeſſet. An forſitan, quia Chriſtus non rogauit pro eis, ſicut de Apoſtolis loquẽs, ait: Ego pro eis rogo, non pro mundo? In quo quidem nomine mundi concludebantur Iudæi à Deo alienati. Sed cur pro ipſis non rogauit? Nónne quia in reprobum ſenſum dati erant, & ad ſalutem penitus inepti? Sed nónne de induratis inſtar cryſtalli Propheta canit: Emittet verbum ſuum, & liquefaciet ea? Hoc quippe verum eſt, dummodò ij non apponant obicem, Spiritui ſancto voluntariè reſiſtentes, ſicuti Iudæi ſemper reſtiterunt & adhuc reſiſtũt, hinc Stephanus eis dixit: Dura ceruice & incircunciſi cordibus & auribus vos ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis. *Matth. 12* *Ionæ 3.* *Ioannis 17.* *Pſalmo 147* *Actor. 7*

301 Cur Niniuitis, Tyriis ac Sidoniis non fuit prædicatum verbum Dei & Euangeliũ? An quia Chriſtus non venerat niſi ad oues perditas domus Iſrael? Sed nónne ipſe Chriſtus dixit: Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent virtutes quæ factæ ſunt in te, in cinere & cilicio pœnitentiã egiſſent? An igitur dilata fuit prædicatio Phœnicibus & Niniuitis, quia oportebat primò prædicari Euãgelium Iudæis, vel Hebræis, vt ſcriptum eſt: Iudæo primùm & Græco? Per Græcos enim intelliguntur omnes gentes. Et meritò cùm Iſraelitæ fuerint populus primogenitus, ſicut ſcriptum eſt: Filius meus primogenitus Iſrael. Poſtea verò quàm Iudæi fuerunt indigni, Euangelium deuolutum fuit ad gentes, ſicut apertè Paulus & Barnabas teſtantur, dicentes: Vobis oportebat loqui verbum Dei, ſed quoniã repellitis illud, & indignos vos iudicatis æterna vita, ecce conuertimur ad gentes. *Matth. 15.* *Ibidem 11* *Roman. 2* *Exodi 4.* *Actor. 13*

302 Quæ ſunt claues iudicãdi, & quibus datæ fuerunt? An ſoli Chriſto? iuxta illud Iohannis? Hæc dicit ſanctus & verus, qui habet claues Dauid, & qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit, Sed quæ ſunt claues Dauid? Nónne ſunt poteſtas iudicandi? Nam in iudicio ſoluitur *Iſaia 22.*

aliquando reus, aliquādo verò ligatur. Quod per ſimilitudinem verarum clauium dictum ſit, quibus iudices ſpirituales claudunt vel aperiunt infectos lepra peccati, vt alibi dictum eſt. Sed nónne Chriſtus dixit Apoſtolis: Quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo, & quæcunque ligaueritis, erunt ligata? Et Petro præcipuè: Tibi dabo (inquit) claues regni cœlorum. Nónne etiam ipſis Apoſtolis dictum eſt. Sedebitis ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael? Et Apoſtolus ait: An neſcitis, quòd angelos iudicabimus, quantò magis ſecularia? An igitur multi iudicabūt, vt recentiores Theologi dicunt? Chriſtus enim erit præcipuus iudex, Apoſtoli verò aſſiſtentes, Niniuitæ quoque & regina Saba improperantes. Hinc (vt ſuprà diſſeruimus) Chriſtus dixit: Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt eam. Et paulò poſt: Regina Auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſtā, & condemnabit eam.

Matth.18 *Ibidem 16.* *Ibidem 19* *1.Cor.6.* *Matth.12.*

303 Vnde tanta vis in his clauibus, vt portæ inferorū præualere nequeant aduerſus eas? Nónne id declaratur, dum dicitur: Quæcunque ligaueritis & ſolueritis in terra, ligata & ſoluta erunt in cœlo? Sed cur inferi non præualent aduerſus eas? An, quia traditæ ſunt huiuſmodi claues ab eo, qui triumphauit de omnibus inferis, exſpolians virtutes & poteſtates eorum, vt Paulus ait? An quia corroboratæ ſunt claues & omnia dona, à Chriſto ſuis ſectatoribus data per orationem illius, qui dixit: Scio pater quòd ſemper me audis? ipſe enim dixit: Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua, id eſt omnia ad fidem & nouum teſtamentum, quod erexi, ſpectantia.

Ibidem 16. & 18. *Coloſſ.2.* *Ioannis 11* *Lucæ22.*

304 Cùm multi iam iudicati ſint ab Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus in terris, & confirmata fuerit in cœlis ſententia, iudicabuntúrne iterum hi à Chriſto? Nónne Apoſtolus ait: Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, iudicandi videlicet? hinc ipſe ſubinfert: Itaque vnuſquiſque noſtrûm pro ſe rationem reddet Deo. Et alibi clarius: Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſq; propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum ſiue malum. Sed nónne vulgò dicitur, quòd Deus bis idipſum non iudicat? An igitur vt aliqui dicunt, iudicabuntur tunc publicè ij, qui aliquando priuatim iudicati fuerunt? An approbabitur tunc iudicium à ſummo iudice, quod fecerunt miniſtri ipſius? An, vt omnibus ſatisfiat, aperientur tunc libri, vbi apparebūt facta omnium eſſe ſecundum eorum merita remunerata, & videbitur quòd vnicuique reddita ſit conueniens merces? De quorum librorum apertione Iohannes ait: Et libri aperti ſunt, & iudicati ſunt mortui ex iis quæ ſcripta erant in libris, ſecundum opera ipſorum. Oblectatur enim Deus, vt acta vniuſcuiuſque coram tribunali iuſtitiæ publicè diſcutiātur, vt omnibus innoteſcat, quàm iuſtè & clementer ipſe iudicet.

Roman.14. *2.Cor.5* *Apocal.26*

305 Cur malorum aliqui puniuntur & iudicantur in hoc mundo, aliqui verò impunè tranſire videntur? Nónne hoc multis ſanctis & Dei lumine colluſtratis viris admirationem attulit? hinc Abacuch ait: Quare non re-

Abac.1

ſpicis ſuper iniqua agentes,& taces,deuorante impio iuſtiorem ſe?Et Dauid canit : Mei autem penè moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei. *Pſalmo 72*
Quia zelaui ſuper iniquos,pacem peccatorum videns.Et tandem concludens ait : Hoc labor eſt ante me, donec intrem in ſanctuarium Dei,& intelligam in nouiſſimis eorum. Nec enim quiſpiam in via id intelligere potuit,niſi reuelante Deo,hinc non modò hi,ſed Ieremias, Auguſtinus,Hieronymus & Moſes id inueſtigarunt.Et hæc(vt etiam alibi diſſeruimus)eſt *Exodi 33*
gloria Dei,iuſti videlicet regiminis,quam petiit videre Moſes. Propterea cùm ei ſtanti in petra magno myſterio(vt ſuprà diximus) oſtenderet Deus omnimodam rerum ſeriem,coactus fuit laudareDeum terdena laude clementiæ ſuæ apud Hebræos celebratiſſima.Iis autem ad præſens omiſſis id ſolum dicemus,quòd multa hîc relinquũtur à Deo impunita, in extremo iudicio tandem iudicanda. *Ibidem 34.* *Matth. 25.*

306 Cur locandi in dextra dicuntur oues? An,quia (vt Origenes ſentit) ouis eſt animal manſuetum? An,quia eſt animal nulli nocuum,ſemper autem beneficum?Quod opus beneficum proteſtatur ſummus iudex ſe diſcuſſurum & remuneraturum,dicens: Dediſtis mihi cibum , potum,veſtimentum,& huiuſmodi,quæ à Mattheo recenſentur. Hinc neſcio quo ſpiritu ductusPlato id ſemper perſuadebat,epiſtolis ſuis huiuſmodi titulum præponẽs.Benefacere omnibus,nemini autem nocere,ſcilicet hortamur. An quia ouis eſt animal pium:hinc pij & miſericordes, pietatem à Deo in dextra conſecuturi,à tribunali pietatis, quod eſt in dextra Dei, oues dicti ſunt. *Ibidem.*

307 Cur collocandi in ſiniſtra, & maledictionem ſuſcepturi dicuntur hœdi? An quia hœdus eſt animal laſciuum, petulans, & ad libidinem procliue? An quia eſt animal dæmoniacum?Hinc prouectæ ætatis dicitur hircus,Hebraicè autem & in lingua myſterioſa dicitur שעיר Sehir, vocabulũ quidem commune cum Diabolo,& cum loco,in habitationem Heſau odio à Deo habito dato.Moſes enim & Malachias dicunt, quod habitatio Heſau fuit in mõte Sehir. An quia hœdus vel hircus ſignificat partẽ illam animalem,vbi reſidet fomes peccati . Hinc antiquitus in ſacrificiũ vel expiationem peccati hœdus vel hircus offerebatur . Nos autem (vt Paulus hortatur)ipſaminet partem per hœdũ ſignificatam offerre Deo debemus. Obſecro(inquit)vos per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem,ſanctam,Deóque placentem. *Geneſ. 36.* *Malach. 1.* *Leuit. 16* *Roman. 12*

308 Cur præmiandi benedicentur à patre? An(vt Origenes ſentit)vt benedictionis eminentia oſtendatur ? cùm pater maior ſit Chriſto & conſequenter omnibus. An,vt indicetur quis ſit primus omniũ benedictionum fons?ipſe enim eſt pater miſericordiarũ,& Deus totius conſolationis? An, vt oſtendatur,quòd à patre ratũ habebitur omne iudiciũ& ſententia filij? ſed cur dicit:Venite benedicti patris mei?Nónne(vt alibi diximus)quia omnis præmiandus benedicetur,& omnis damnandus maledicetur? *Matth. 25.* *Orige. ibid.* *2. Corin. 1.*

309 Cur damnandi maledicentur? Nónne quia vera benedictio & vera maledictio non conſiſtit in verbis ſed in effectibus ? Hinc ſuſcepturi præ-

mium benedicentur,damnandi verò maledicentur. Iccircò ſcriptum eſt:
Deuter.21. Maledictus qui pendet in ligno:nam qui ſuſpendebantur,damnabantur,
ſuppliciũ reportaturi.propterea Paulus dixit: Chriſtus factus eſt pro no-
Galat 3. bis maledictum. Quorũ verborum ſenſum eſt,quòd Chriſtus ſuſcepit in
ſe ſententiam & ſuppliciũ mortis, vt à ſententia illa, & pœna peccato de-
bita liberaremur,quod etiam ſuprà declarauimus. Hinc ipſe Paulus præ-
mittit:Chriſtus nos redemit à maledicto legis.

Matth.25. 310 Expectabúntne omnes ſententiam à Chriſto ferendam?Nónne cla-
Ibidem 19. rè patet ex Euangelio,quòd omnes bifariam diuidentur? nam præmiandi
ſtatuentur in dextra,damnandi verò in ſiniſtra. Sed cùm Apoſtoli iudica-
turi ſint duodecim tribus Iſrael,an & ipſi iudicabuntur?Nónne & ipſi ſu-
ſcipient illam partem ſententiæ, qua dicetur:Venite benedicti patris mei,
poſſidete paratum vobis regnum?Sed quid erit de paruulis nõ baptizatis,
qui non merentur(vt communiter Doctores aſſerunt)pœnam ſenſus?Vn-
Ioannis 3. de nec in ignẽ mittendi,nec in regno præmiandi erũt,dicente iudice: Niſi
quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto,non intrabit in regnum cœ-
lorũ.Nónne,cùm triplex ſit baptiſmus(vt Theologi concludũt)ſanguinis
videlicet,fluminis & flaminis,poteſt etiã homo renaſci ſine aqua elemen-
tari & ſenſibili,quæ(vt alibi diximus)eſt tantũmodò veræ aquæ ſignũ?Iis
igitur qui nequeũt aqua fluminis ablui,ſufficit aqua,quã promiſit ille,qui
Ibidem 4. dixit:Qui biberit ex aqua, quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ ſalientis
in vitam æternam.

311 Terminabuntúrne omnia per ſententiam illam in iudicio vniuerſa-
li ferendam?Terminabuntur quidem omnia iudicãda,poſt redditam vni-
cuique mercedem laborum ſuorum competẽtem.Sed ſi poſt ſex millena-
Apocal.20. rios laboris,ſuccedet millenarius ſabbatarius(de quo Iohannes meminit)
fiétne iudicium poſt hunc millenarium ſabbatarium,an ante?Id à nemine
adhuc explicatum reperi,nec facilè determinari poteſt,cùm vtrinque ſint
rationes euidentes.Nam completo labore,æquum eſt vt merces vnicuiq;
Leuit.19. laboranti reddatur. Scriptum eſt enim: Non morabitur opus mercenarij
tui apud te vſque mane.Ex aduerſo autem,ſi ante millenarium ſabbatariũ
terminatum erit iudiciũ,& reddita vnicuique merces, quid fiet de iis,qui
ſeruient Deo in millenario illo ſabbatario? Seruiéntne gratis, an dabitur
illis merces? Quòd ſi dabitur,erítne nouum poſtea iudicium,& noua diſ-
cuſſio meritorum?Et ſi hoc determinari nequeat, non eſt mirũ,cùm ſum-
Matth.24 mus iudex dicat.De die autem illa & hora nemo ſcit, neque angeli cœlo-
Marci 13. rum,neque filius(vt Marcus ait)niſi ſolus pater.

Matth.7 312 Quínam erunt plures,benedicendíne an maledicendi?Nónne(ſicut
Ibidem 22 etiã alibi diſſeruimus(verba Saluatoris innuere videntur,quòd pauciores
Apoc.7. erunt ij qui benedicentur? cùm pauci ſint qui ingrediantur per viam du-
cẽtem ad cœlum,paucique ſint electi reſpectu multorũ vocatorũ, paucí-
que deſcribãtur à Iohanne ſignati,duodecim millia videlicet ex vnaquaq;
tribu.Sed nónne cùm ipſe Iohãnes poſtea viderit turbã magnã, quam di-
numerare nemo poterat, præualere videntur præmiandi,& in regnũ ante

thronũ Dei introducendi? Nec mirũ, ſi ſignati numerentur millenario per duodenariũ complicato, cùm hoc potius ad myſteriũ, quàm ad numerũ terminatũ referatur. Cœlũ enim & cœleſtia omnia (vt nõ modò Iohannes & Ezechiel docent, ſed etiã Plato) menſurãtur duodenario, diuina autem millenario, cubo videlicet ſupremi & diuini denarij, vt Sapientes norunt. Vt igitur bene figurẽtur habitatores cœleſtes, beati in Deo effecti, dinumerantur per numerũ cœleſtẽ atque diuinũ, duodenariũ videlicet & millenarium, non autem vt numero determinẽtur, ſed potius vt magno myſterio aliquatenus depingatur. Nam quis crederet ciuitatem illam ſupernam magnam & immenſam concludi duodecim millibus ſtadiorũ, in lõgitudine, latitudine & altitudine, vt Iohannes deſcribere videtur? *Ezech. vlt. Plat. in 6. de legibus. Apoc. 21.*

313. Quæ ſunt illa centum quadraginta quatuor millia deſcriptorum à Iohanne? An ſunt virgines (vt vidẽtur innuere verba ipſius) & qui cũ mulieribus nõ ſunt coinquinati? Sed nónne nõ tantũ de illis centũ & quadraginta quatuor millibus, ſed de tota turba magna ipſe Iohãnes anteà dixerat, ꝙ erant amicti ſtolis albis, & quòd lauerãt & dealbauerãt eas in ſanguine agni? quãuis de electis illis inferius dicat, quòd virgines ſunt. Et hoc non intelligitur de virginitate, quæ corporis integritatem ſignificat, cùm id caſtitatis genus damnatũ eſſet tẽpore quo tribus illæ vigebant. Ipſis enim indictum erat vt creſcerent & multiplicarent. An igitur per hos intelliguntur infantes ab Herode in finibus Bethlehemiticis occiſi, vt videtur innuere Eccleſia, quæ hanc lectionem eorũ ſolennitati applicauit? Sed quomodo tot millia infantiũ occiſa fuerunt in finibus illius paruulæ Betlehẽ? An igitur cũ iis enumerãtur ij qui mortui ſunt infantes? Sed quomodo dealbauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni, qui tunc nõ erat? Nónne (teſte Iohanne) occiſus fuit agnus ab origine mũdi? An Iohannes loquitur de iis qui non conſenſerunt parti animali, per mulierẽ (vt ſæpius diximus) ſignificatæ? Et ſi aliqua coinquinatio in ipſis fuit, expiati fuerunt ſanguine agni. Et de numero harum virginum (vt reor) ſunt illæ, quarum quinque prudentes in Euangelio commemorantur. *Ibidem 14. Ibidem 7. Ibidem 14. Deuter. 7. Apocal. 13. Matth. 25.*

314 Qui ſunt præcipuè ij ſic numerati? Nónne ſunt ij qui legitimè certarunt, maximè aduerſus carnẽ & ſanguinẽ? Vnde meliori & digniori corona decorati ſunt, & tam ſtrenui fuerunt in bello, vt inde deuenerint ad gradum & ſtatum, quò aſſumpti cantabant canticũ, quod alij milites minus ſtrenui cantare nequibant. Differunt enim ſancti in patria (vt inquit Apoſtolus) ſicut ſtella differt à ſtella in claritate. *Apocal. 14. 1. Cor. 15.*

315 Quodnam cãnticum cãtabant ij? An fortè canticum vocale, vt nõnulli aſſerunt, interpretantes illud Prophetæ; Exultationes Dei in faucibus eorum, de cantico vocali? Sed quid vox & inſtrumentum ad exprimendum cõceptum quem vnuſquiſque beatorum abſque voce exprimere poteſt, ſicut de angelis dicunt Theologi noſtri, & Platonicorum nonnulli? Nã Chriſtus de beatis loquens ait: Erunt ſicut angeli Dei. Et quomodo decantant innocentes illi vel alij martyres organis corporeis, cùm videamus eorum corpora apud nos iacere? An igitur canticum eorum eſt *Pſalmo 149. Matth. 22.*

numeris ſublimioribus, diuinis videlicet, cōmenſuratum? Quibus numeris potentiæ intellectiuæ cum obiecto illo ſupremo, in quo beantur, conueniunt. Qui autem robuſtiores fuerūt, & magis ſtrenui victores in prælio, magis colluſtrati ſunt in patria, & ad ſuperiorem gradum beatificantis obiecti deueniunt, clarius illo fruētes, quò inferiores illis deuenire nequeunt, vt nuper diximus.

316 Damnandi addicentúrne æternæ pœnæ? Quomodo Deus clementiſſimus, qui ſemper citra condignum punire dicitur, pœnam æternā peccato temporali infliget? An fortè peccatores, quia Deum infinitum & æternum offenderūt, pœna æterna & infinita punientur? Sed quamuis obiectum ſit æternum, culpa tamen non eſt æterna. An igitur puniētur igne æterno, ſed pœna temporali, culpæ temporali correſpondente? Et ſic verificabitur comminatio ſummi iudicis dicturi: Ite maledicti in ignē æternum. Sed cùm ſubtractum erit ab eis illud lumen, vel portio ſuperior, vel intellectualis radius (vt Plotinus vocat) quo mediante Deum cognoſcimus, & bonum operamur, quomodo poterunt auertere eorum voluntatem à malo & dirigere ipſam in Deum? Si igitur voluntas eorum erit perpetuò mala, nónne meritò in pœna perpetua ſtabunt?

Matth. 25
Plotin. in libro de homine.

317 Cur damnati manducabunt linguas ſuas præ dolore, vt Iohannes ait? An quia (vt ſcriptum eſt) mors & vita in manibus linguæ ſunt? Quod Iacobus longo ſermone confirmat & explicat. Sed nónne magis imputatur nobis peccatum opere conſummatū, quàm lingua prolatum? Cur ergò non dicuntur cruciari potius manibus quàm lingua? An igitur per linguam intelliguntur virtutes expreſsiuæ mali conceptus fabricati in corde vnde exeunt omnia mala, & ſimiliter virtutes executiuæ bonarū cogitationum, ideò dicitur, quòd mors & vita ſunt in manibus linguæ. An, quia ceſſante omni alia cōcupiſcentia, oculorum videlicet & carnis, reſtabit in damnatis lingua, qua continuè maledicent? ideò in ipſa cruciatus eorum peculiarius & expreſsius deſcribitur? Hinc Iohānes ſubinfert: Et blaſphemauerunt Deum præ doloribus & vulneribus ſuis.

Apoc. 16.
Prouerb. 18
Iacobi 3
Apocal. 16.

318 Cur damnati ſtridebunt dentibus, vt Saluator ait? An (vt Hieronymus ſentit) per linguam, quæ cruciatur, oculos flentes, & dentes, quibus damnati ſtridebunt, intelligitur veritas corporis ſuſcitati? An (vt Origeni placet) ſtridebunt dentibus, quibus acerbitatem malitiæ manducauerūt? hinc de huiuſmodi Propheta canit: Dentes eorum arma & ſagittæ, & linguæ eorum gladius acutus. Sed quid verè per dētes intelligitur? Nónne ſicut per oſſa naſcentia & creſcentia cū corpore, vires naturales ipſum corpus proſequentes intelliguntur: ſic per dentes poſt formatum corpus & natum hominem generatos, & ante mortem multoties cadentes, intelliguntur vires acquiſitæ ad bonum vel ad malum, vt alibi diximus? Vnde, quia has vires quas homo deberet comparare in bonū, in malum acquiſiuit cum culpa & peccato, in illis præcipuè damnatus torqueri dicitur. Si autem in bonum ipſis homo vteretur, ipſum hominem fœliciter cōſequerentur, ſicut de Moſe ſcriptum eſt: Nec dentes illius moti ſunt.

Matth. 8. 13
Hieronym.
Origenes
Pſalmo 56.
Deuter. vlt.

319 Poterúntne damnati videre Deum? Nónne ex iis, quæ dicuntur in Euangelio, cuius titulus eſt ſecundum Lucam, videre poterunt? Nam diues ille in inferno exiſtens vidit Lazarũ, qui erat in ſinu Abrahæ. Sed quomodo diues ille videbat vltra illud magnũ chaos firmatũ inter eos? Nónne, quia chaos illud non erat ex diſtantia loci, ſed ex diſtantia ſtatus? Sæpe enim contingit, quòd in eadem domo aliquis valde gaudeat, alius vero nimio dolore afficiatur. Hinc coniicitur, quòd pœna damnatorũ, ſiue gaudium Beatorum non conſequitur locum ſed ſtatum. Quod confirmari poteſt ex verbo Chriſti latroni dicentis. Hodie mecum eris in paradiſo. Nam ipſe Chriſtus non aſcendit in cœlum, niſi in quadrageſimo die poſt reſurrectionem. Sed ſi damnatus videt gloriam Beatorum, nónne gaudet? Nónne refrigerium ſentit? Sed quomodo quis poteſt ſentire gaudium ex re irrecuperabiliter amiſſa, & ſibi penitus denegata? Immo inuidia & æmulatione reprobi torquebuntur: ſicut ſcriptum eſt. Stabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, gementes, & præ anguſtia ſpiritus, dicentes. Hi ſunt, quos aliquando habuimus in deriſum. Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorũ eſt. *Luca 16* *Ibidem 23* *Acto. 1* *Sap. 5*

320 Quo igne cruciabuntur damnati? Nónne igne illo, qui Diabolo & Angelis eius præparatus eſt: vt in Euangelio dicitur? ſed quis eſt hic ignis? An (vt Pythagoreis placet) eſt illa lux, quæ dilatata in ampliſſimo loco ſupramundano Beatos lætificat: coarctata autem in centro illo inferni obſcuratur, comburit, & cruciat? ſicut enim radius ſolis in concauum ſpeculum directus inflammat & ignem accendit appoſito combuſtibili: ſic & hi miſeri adhærentes terræ & concauo ipſius per affectum nimium terrenorum & voluptatis, quæ ex carne terrea eſt, ſe oppoſuerunt luci illi reuerberanti ex concauo & centro illo terræ infimo: quod ideo denominatur infernus, ideſt inferior locus. Et ſic ipſimet accendunt in ſe ignem illum: vt Origenes ait. Quod didicerat ab Iſaia, dicente. Ambulate in lumine ignis veſtri, & in flammis, quas ſuccendiſtis. *Mat. 25* *Origenes* *Iſaiæ 50*

321 Quomodo ignis ille inferni corporeus (ſi quis eſt, vt dicitur) torquebit animas? An, vt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ: ſicut Gregorius ſentit? An, vt obiectum triſtabile: ad cuius præſentiam animæ detinebuntur vi & ab inimico ipſarum Deo? Vnde dolor & indignatio enſurget: ſicut nonnulli recentiores Theologi dicunt. An ſecundum Platonicos, quia anima nunquam erit abſque ſuo vehiculo, ideſt corpore cœleſti: quo mediante mouetur de loco ad locum, audit, videt, & ſentit delectationem ex obiecto delectabili: triſtitiã verò ex obiecto triſtabili? An per immutationem? Nam poſitum eſt bellum inter carnem & ſpiritum: quorũ alter concupiſcit aduerſus alterum: hac tamen lege (vt ſupra diſſeruimus) quòd is, qui vicerit, det proprietates ſuas victo. Si enim vicerit ſpiritus dabit corpori immortalitatem, & incorruptibilitatem: vt ait Apoſtolus. Cùm autem mortale hoc induerit immortalitatẽ, & corruptibile hoc induerit incorruptionem. Et tandem ſpiritus dabit corpori omnes proprietates ſuas ſi- *Grego. in Dialogo.* *Gal. 5* *1. Cor. 15*

cut ipſe Apoſtolus paulo ſuperius innuit. Surget(inquit) corpus ſpirituale, gaudens videlicet ſubtilitate, leuitate, claritate & huiuſmodi. Quas proprietates Theologi vocant dotes corporis glorificati. E conuerſo autem ſi præualuerit caro, dabit ſuas malas proprietates ſpiritui: grauitatem videlicet, vt deſcendat ad infernas partes: obſcuritatem, quia in tenebris erit: & paſſibilitatem, quia patietur ab igne corporeo. An, quia æſtuabunt virtute illius lucis, quæ in cœlo dilatata lætificat: & in inferno coarctata cruciat: vt modò de Pythagoræorum mente diximus?

322 Quomodo Sapientes, qui variè de inferni igne ſenſere, conuenire poſſunt, & an omnes verum dixerunt? Nónne omnes cóueniunt? Quamuis vnuſquiſque ſuo modo id expreſſerit. Eſt quippè ignis ille inſtrumentum torquens (vt Gregorio placet) & eſt obiectum triſtitiam inferens: vt Iohannes Scotus opinatus eſt. A quo quidem igne tanto vnuſquiſque acrius torquebitur, quanto magis corporeus effectus erit eius ſpiritus. Et erit hic ignis inferni crucians virtus quædam illius, qui in cœlo lætificat. Sicut virtus animæ, quæ in cerebro intelligit, in ventre digerit, & feces in ſeceſſum dimittit.

323 Torquebuntúrne damnati aliis tormentis & elementis quam igne? Nónne ſcriptum eſt, quòd armabit ſe creatura, omnis videlicet, ad vltionem inimicorum? Hinc Iob, de ſpiritibus punitis agens, ait. Sic in tenebris quaſi in luce ambulant. Ecce tormentum aeris per tenebras. Secundò de terra ſubinfert. Maledicta ſit pars eius in terra. Et de aqua & igne ſimul ſubdit. Ad nimium calorem tranſibunt ab aquis niuium. Vnde poetæ decantarunt eſſe quatuor flumina iuxta quatuor elementa, reos & damnatos torquentia: de quibus Homerus canit.

Sapien. 5
Iob 24

Sic vbi tartareas Acherontis voluit in vndas
Se Phlegeton, ſtygióque ſimul deductus ab alueo
Cocytus, gemino qua rupes ſcinditur amne,

Hom. in 10 Odyſſea

Quorum fluuiorum Phlegethon igneus eſt: Cocytus aereus: Acheron terreus. Styx verò, quæ alibi dicitur palus, aquea eſt. Quamuis alij aliter ſenſerint. Et de his ſcribens Proculus ait. Quæ in cœlis ſunt elementa, ſummitates & excellentiæ elementorum ſunt: ea, quæ ſub orbe Lunæ, ex ſecundo ordine: illa verò, quæ infra terrã ſunt, infimum quoddam, ac veluti fex elementorum: vbi mali cruciantur.

Procul. in Timæum.

324 Quomodò à quatuor elementis rei cruciabuntur, & cur? Nónne, quia corpus ex quatuor elementis compoſitum eſt: Sed animæ quomodo nunc ab illis cruciantur? An, quia (vt more Platonico loquamur) annexæ ſunt ſuo vehiculo, corpori videlicet cœleſti, quod ex quatuor elementis, quamuis cœleſtibus conſtat? An, quia animæ induerunt naturam corpoream eo modo quo ſupra dictum eſt? Cruciantur autem à terra concludente eos veluti in carcere: & ab aqua ſuffocante, & ſupra modum frigefaciente: ab aere verò ſuis tenebris horrorem incutiente & reboante propter vlulatus, ſtridorem dentium, blaſphemias, & minas dæmonum; ab igne autem torquente & æſtuante.

325 Quæ eſt maxima damnatorum pœna? An cruciatus ab elementis inflictus? An terribilis hoſtium aſpectus? An eſt priuatio nedum aſpectus diuini, ſed influxus diuinæ bonitatis? Nam ſicut Deus benedicendo, omnia bona influit: ſic maledicendo, omnia bona ſubtrahit. Hinc ſummus Iudex damnatis dicet. Ite maledicti, priuati videlicet omni benigno influxu. *Matthæi 25* Propterea canit Vates. Auertente autem te faciem, non influendo videlicet, omnia turbabuntur: auferes ſpiritum eorum: & deficient. *Pſal. 103* Sicut enim corporibus malè diſpoſitis omnia cedunt in tormentum & damnum, etiam ij, qui ſanis ſunt optimi cibi: ita damnatis omnia cedent in tormentum & detrimentum, ablato ab eis omni bono influxu: vt dictum eſt.

326 Súntne Beati in quiete, an in motu vel augmento aliquo? An fortè ſunt in quiete? Cùm enim ad finem vltimum, & obiectum illud, omnia continens, & in quo omnes beari poſſunt, deuenerint: quid amplius eis quærendum eſt? Quid melius inuenire poſſunt? An creſcunt? Nam (teſte Sapiente) iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſq; ad perfectam diem. *Prou. 4* Vnde concludere poſſumus illud Origenis, quod puerorum animæ, quæ non peruenerunt ad perfectam ætatem, in patria proficiendo aſcendunt, vt ſol ad meridiem: donec occurrant ad ætatem plenitudinis Chriſti: vt Paulus innuit. *Orige. 2 Periar.* *Ephe. 4* Alioquin non eſſent pefecti nec beati. Cùm beatitudo ſit ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus. Et quamuis ad ſummum obiectum Beati deuenerint: non tamen ſtatim obiectum illud infinitum ab intellectu finito & determinato exhauritur. Et ſic quoque beati proficiunt.

327 Eſtne liuor & æmulatio aliqua inter Beatos? Nónne ex Euangelio habemus, quòd filius patri ſemper obſequens inuidit, & contriſtatus eſt de iis, quæ pater clementiæ impenderat filio, è regione longinqua reuertenti? *Lucæ 15* Nónne quoque ſunt altercationes in cœlo, dicente Moſe, quòd manus eſt ſuper ſede יה Iah, ideſt Dei pugnans pro Domino contra Hamalech à generatione in generationem? *Exod. 17* Cui adſtipulantur ea, quæ ſecretiores Theologi (vt alibi dictum eſt) docent: quod videlicet nec bellum nec pax nec quippiam aliud in terris fit, quin prius fiat & determinetur in cœlis. Hinc Gabriel Danieli dixit: Princeps regni Perſarum, ideſt intelligentia Perſis præſidens, obſtitit mihi, viginti & vno diebus. *Dani. 10* An igitur, quia illa diſſidia & bella fiunt per diſcurſum rationis, cui vnuſquiſque Beatorum ſtatim cedit vel expectat tempus diuina ratione decretum (vt de Gabriele modo dictum eſt) non ſunt ibi altercationes, quæ abducant hoſpites à pace? Alioquin regnum illud non diceretur nec eſſet regnum pacis & quietis. Pari modo & de fratre cõtriſtato, licet figuret filium exiſtentem in patria, & de conquerentibus, quòd nouiſſimi in vineam Domini conducti remunerentur eadem mercede, qua ipſi, qui portarũt pondus diei & æſtus, dicendum eſt. *Matth. 20*

328 Cur ſemen Abrahæ ſaluandum comparatur Stellis? An, quia ſicut Stellæ à nobis numerari nequeunt: ſic nec ij, qui ex ſemine Abrahæ nati

ſunt? An, quia beandi aliquatenus cum Stellis conueniunt? Quod non ignorauit ille, qui poſtquam vidit arcana Dei, dixit. Sicut Stella differt

1. Cor. 15 à Stella in claritate: ſic ſanctus à ſancto in gloria. Quod Daniel antea

Danielis 12 dixerat. Fulgebunt (inquit) iuſti, ſicut Stellæ in perpetuas æternitates. An, quia ſicut Stellæ ſunt quædam lumina à Sole prouenientia, vel radij quidam Solares, reuerberantes ex corporibus illis (ſicuti de Luna per Eclipſim ipſius apertè comprobatur) ſic & animæ Beatorum ſunt quaſi radij quidam ſummæ lucis ſplendentes in corporibus, & reuerberantes lucem vſque ad ipſam ſummam lucem, vitam & Deum? Et hoc contingit omnibus, dummodo corpora ſint purificata & munda. Alioquin obtenebreſcunt animæ, & cum corporibus in perpetuas tenebras detruduntur.

Mat. 18 329 Quomodo intelligitur illud Saluatoris. Angeli eorum ſemper vidēt faciem patris mei, qui in cœlis eſt? An fortè ſunt in cœlis & in terris Angeli? An, cum incorporeum non circunſcribatur loco, nec loco aliquo determinetur, ſed eſt, vbicunque virtus eius extenditur, Angeli poſſunt virtute ſibi à Deo tributa tueri nos, & videre faciem patris? Qui quidem pater quãuis ſit in cœlis præcipuè, nihilominus vbiq; eſt: vt omnis Theologorum ſchola concludit. An per Angelos intelliguntur illi radij primæ lucis, qui in ſe ſunt Angeli ideſt nuncij Dei: in nobis autē ſyndereſes & luces quædã omnes illuminantes & contra omne malũ remurmurantes? Nec id diſtat à ratione: ſi admittantur ea, quæ Pythagoræi de luce perhibent. Ipſa enim lux alium & alium eſſendi modum in diuerſis induit. Vnde lux illa, quæ in cœlis beatificat, in inferno cruciat & comburit: vt alibi diximus.

330 Quod eſt ſæculum venturum: ad quod deueniendi Hebræi ſibi ſcientiam vendicant? Nónne eſt illud, quod poſt iudicium expectamus, regnum videlicet cœlorum, nobis à conſtitutione mundi præparatum? Sed quomodo illuc poſſit homo, in via exiſtens, deuenire (vt ſecretiores Theo

Hebr. 6 logi profitentur, & Paulus innuit) inueſtigandum eſt. Ait enim Paulus, ꝙ

2. Cor. 12 qui guſtarunt bonum verbum Dei, virtutéſque ſæculi venturi, & prolapſi ſunt ad pœnitentiam renouari non poſſunt. Quas quidem virtutes & ipſe guſtauit, quando vidit arcana Dei. Vnde illuc intrauit per modum tranſeuntis (vt aiunt) non autem per modum permanentis: quia fuiſſet beatus.

Iſaia 6 Nónne & in ipſum intrauit Moſes? Nam inde legem habuit: & facie ſplen-

Lucæ 17 duit. Nónne & illuc intrauit Iſaias: quando vidit Dominum ſedere ſuper ſolio excelſo & eleuato? Nónne etiam Saluator dixit. Regnum Dei intra vos eſt? Nam regnum Dei eſt ſæculum venturum. Quod quidem regnum

Matth. 5 eſt intra illos, qui adeo ſunt mundo corde, vt Deum intueri poſſint. Iuxta

& 4 illud Saluatoris. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Hinc ipſe Chriſtus alibi ait. Agite pœnitentiam. purificantes videlicet voſipſos, quia appropinquabit vobis regnum cœlorum. Nam regnum cœlorum (vt modo diximus) eſt verum ſęculum venturum, dictum alibi hortus voluptatis: in quem mente intrauit Adam, & intrauerunt prophetæ, & multi amici Dei: vt alibi diſſeruimus.

331 Quæ merces datur bene operantibus? Nónne datur beatitudo: Beatus autem (vt Auguſt. inquit) eſt qui habet vel adeptus eſt, quicquid vult. *Augu.* Sed cum voluntas noſtra finita non poſſit adipiſci niſi finitum: igitur (vt videtur) quid finitum datur merentibus? Sed nónne Deus Abrahæ dixit. *Geneſis 15* Ego ero merces tua magna nimis? Et Chriſtus. Hæc eſt vita æterna, vt co- *Ioannis 15* gnoſcant te Deum verū, & quem miſiſti, Ieſum Chriſtum. Vterque enim eſt infinitus. An igitur, cum Deus in denarium extēdatur, nunquam ab infinitate & vnitate ſua diſcedēs, ipſe eſt denarius, laborantibus in vinea Do- *Mat. 20* mini promiſſus? Nam ipſe Deus & ſi idem eſt, diſtribuit tamen & præbet ſeipſum (prout vult) in primæua diſtributione: in remuneratione autem prout vnuſquiſque meretur. Vnde non datur ſe totū vnicuique ſecundum rationē infinitatis, ſed ſecundum portionem quandam, eo modo, quo portio poteſt eſſe in Deo. Eſt autem in Deo portio reſpectu accipientis, non *Pſal. 141* autem dantis. Hinc Dauid canit. Dixi, tu es ſpes mea, portio mea in terra viuentium: non tantum videlicet eorum, quæ mihi cōtingere poſſunt: ſed eorum, quæ ex Dei bonitate mihi debentur.

332 Quæ ſunt māſiones illæ multæ in domo Dei (teſte Chriſto) exiſten- *Ioannis 14* tes, & quis eas fabricauit? Nónne, ſi pro loco, in quo Beati reſident, intel- *Geneſis 1* ligantur manſiones, vtique eas fabricauit ille, de quo ſcriptum eſt. In principio creauit Deus cœlum & terram? Nam in cœlo locantur omnes Beati. Si vero de gradu præmiorum eſt ſermo: nónne omnes gradus in eo fundantur, qui omnia fabricauit? Nam ipſe variis modis in diuerſos ſe diffundit: & ſicut Rex diuerſa miniſteria diuerſis diſtribuit: ſic & ſummus moderator alios quidem dedit fieri Apoſtolos, alios Prophetas, alios Do- *Ephe. 4* ctores: & ſic de ſingulis gradibus, quos Apoſtolus commemorat. Vnde Deus vnicuique in patria ſuſcepto manſionem cōuenientem aſſignat. An manſiones illæ multæ ſunt illæ decem diuinæ annumerationes? Vnde merces illa (ut modo dictum eſt) dicitur denarius. Hæ autem annumerationes ſeu manſiones reducuntur in cubum, millenarium videlicet illum, dė quo in Canticis dicitur. Mille tibi Selomo: qui videlicet es pax tibiipſi & pa- *Cant. vlt.* cem aliis præſtas.

333 Súntne in manſionibus illis plures viſiones Dei, an vna tātum? Nónne, ſi naturale illud dogma ſequi voluerimus, ꝙ ab vno eodē modo ſe habente nō poteſt procedere niſi vnum, dicemus, quòd Deus omnibus vnico modo ſe demonſtrat? Hoc quippè verum eſſet, ſi Deus naturaliter ad extra ageret eodem modo ſemper ſe habens: ſed cum liberè agat, nónne diuidit chariſmata & prębet ſeipſum ſingulis prout vult: vt Apoſtolus ait? *1. Cor. 12* Vult autem, quod decet. Decet verò, vt præbeat ſeipſum vnicuique ſecundum meritum & captum ipſius recipientis. Nec enim poteſt idem obiectum vnaquęque potentia æque apprehendere. Alioquin: cum vnum ſit ſcibile in vnaquaque ſcientia: omnes in ea eſſent æque inſtructi, cuius oppoſitum expreſſè videmus. Quod euenit, quia vnuſquiſque pro captu ſuo intelligit. Nec vult Deus magis intelligi ab vnoquoque, quam eius meritum captus exigat.

334 Vera gloria beatorum in quo conſiſtit? An igitur in cognitione, vel
Thomas. viſione Dei: vt Thomas ſentit? Iuxta illud Chriſti nuper adductum. Hæc
Ioannis 17 eſt vita æterna, vt cognoſcant te Deũ verum: & quem miſiſti Ieſum Chri-
Scotus *Platonici.* ſtum. An in amore & fruitione: vt Scoto placuit? An in transformatione
& vnione: vt platonici docent? Quod ſuo loco (Deo fauente) explicabi-
mus. Vt autem aurum Sapientum dicta in vnum conuenire videantur di-
cimus, quòd beatitudinis principium eſt in cognitione, progreſſus in frui-
tione, complementum verò in vnione. Et hoc quantũ ad eſſentialia. Con-
ſequentia autem ipſam beatitudinem quam plurima ſunt: æuiternitas vi-
delicet, duratio, incorruptibilitas, agilitas, claritas, ſubtilitas corporis, im-
mo tranſmutatio in ſortem ſpiritualem, corona multiplex, pro ſtatu &
conditione cuiuſlibet, ſiue martyrum, ſiue doctorum & huiuſmodi. Quæ
August. omnia concludit Aug. vno ſermone dicẽs. Beatus eſt, qui habet, quicquid
vult: & quicquid videlicet deſyderare poteſt. Nam beatitudo (vt ſupra di-
ximus) eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus.

335 Quis nam in cœlo Deo propinquior eſt? An Seraphinorũ chorus: vt
vulgo aſſeritur? Sed nónne nomen illud eſt officij: nõ autem perſonarum?
Apoc. 1 An ſunt illi ſeptem ſpiritus, Deo ſemper aſtantes: vt in Apoc. & Tobia le-
Tob. 2 gimus? An eſt ille Angelus, qui Moſi loquebatur: quem Hebræi שר הפנים
מטטרון Mitatron ſar hapanim, ideſt principem facierum vocant? Eius enim
intereſt introducere benemeritos ad faciem principis Dei. Et hoc me-
Num. 12 diante Moſes Deo facie ad faciem locutus eſt: vt in libro numerorum di-
citur. An ſupremum locum inter creata tenet beata Virgo Dei genitrix,
Cant. 1 quæ dicitur exaltata ſuper omnes choros Angelorum? Ipſa enim fungitur
Tom. 5. c. 6 officio Mitatron: vt in Harmonia diſſeruimus. Sic nanque nominatur,
Sec. Theo. qui ſupremum locum apud Deum in regno beatitudinis tenet: vt ſecre-
tiores Theologi perhibent. Nec enim abſque reuerentia Chriſtus habet
Luce 2 matrem in cœlis: qui in terris exiſtens, erat (vt Lucas narrat) ſubditus illis,
parentibus videlicet,

336 Fundamenta ſupernæ Ciuitatis quæ ſunt, & quomodo congluti-
nata ſunt? Nónne ſupra illud primum & vnicum fundamentum, quod po
1. Cor. 3 ſitum eſt, Chriſtus Ieſus videlicet, iacta ſunt Apoſtolorum & propheta-
rum fondamenta? Iuxta illud Apoſtoli. Superædificati ſupra fundamen-
Ephe 2 tum Apoſtolorum & prophetarum. Vtraque enim familia vtriuſque te-
ſtamenti fundata eſt in illo cœleſti duodenario: quo cœleſtia omnia (vt
Pla. in 6. de Legibus. Plato & Iohannes conueniunt) diſtribuuntur. Glutinum autem ipſorum
Apoc. 21 fundamentorum, & totius ædificij, charitas eſt, aut virtus illa diuinitatis:
quæ ſicut amore diuidit: ita amore conglutinat. Sicut de ſole finxere poe-
tæ, quòd habet Dionyſiacam virtutem diuidentem, & Apollineam coü-
nientem. Nam Deus verus ſol amore ſe diuiſit & diffudit in multa: &
amore illa multa in ſe conglutinare & vnire intendit.

337 Collocantúrne Beatorũ animæ in choris Angelorũ? Nónne Theo-
logi communi ore aſſerunt, quòd vnaquæque anima ad eum gradum
Angelorum aſſumitur: quẽ in hac vita meruit? Sed cur hoc? An, quia opera

ipſius ſunt eiuſdem generis?Nam ſi quis amoris opera egerit, ad Seraphinorum chorum:ſi doctrinæ,ad Cherubinorum ordinem(vt aiunt)admittetur.Et ſic de reliquis. An,quia ex illo choro habuit Angelum cuſtodem? An,quia deſcēdens anima illa in corpus(vt Pythagoræ placuit) induit naturam illius chori per quem tranſiit? Sicuti radius ſolaris per vitrum coloratum tranſiens induit colorem vitri illius.Sed nónne ſunt aliæ turmæ & exercitus Angelorũ, quem illi nouem à Dionyſio & Iamblico memorati? Nam ſunt ſeptem Angeli principes throno Dei aſtantes cum ſuis exercitibus & aciebus magnis(vt ſecretioribus Theologis placet) & ſeptuaginta,de quibus Hieronymus meminit ſuper illud. Circumamicta varietatibus.Sunt quoq; (vt Daniel ait) millia millium Deo miniſtrantium, & totidem aſſiſtentium. Et hoc, non quòd ipſo numero concludantur, ſed dicuntur diſtributi illo numero diuino ipſi Dei miniſtri.Et ſic non tantum ad nouem choros, ſed ad omnem ordinem & exercitum Angelorum reuertentur animæ, per quos tranſierunt, aut à quibus fauorem ſuſceperunt. *Diony.de Ang.hier. Iamblicus. Hier. ſuper Pſal 44 Dan.7*

338 Vidéntne omnes Beati eſſentiam Dei? Nónne recentiores Theologi id communiter aſſerunt? Sed quomodo intellectus creatus & determinatus poteſt attingere(vt aiunt)diuinam eſſentiam: quæ eſt formaliter infinita?Nónne Chriſtus ait.Nemo nouit patrem neque filium, niſi quatenus ipſe reuelauerit?Non enim dicit,oſtenderit.Et ſi nemo ad filium vel patrem peruenit,qui nõ ſunt formaliter infiniti ſed per eſſentiã,quãto minùs ad eſſentiã nudam,omnẽ captũ finitum excedentẽ,quis deueniet? Sed nónne(vt Apoſtolus ait)videmus nunc per ſpeculũ in ænigmate:tunc autẽ facie ad faciem?Si videre facie ad faciem eſſet videre eſſentiã,vtique ſoluta eſſet quæſtio. Sed nónne Moſi,qui cũ Deo facie ad faciem loquebatur,dixit Deus. Non videbit me homo & viuet? Rurſúmque oſtendit ei omne bonum, vt promiſerat: attamen dixit illi.Non videbis faciem meam: ſed poſteriora mea. Eſt ergo(vt ſupra diſſeruimus) multiplex Dei facies. Alia enim eſt,quæ in patria videbitur(vt dixit Apoſtolus)& alia,quam optabat hic videre propheta,dicens.Oſtende faciem tuam,& ſalui erimus.Et hanc quærendam aliis perſuadebat,dicens.Quærite faciem eius ſemper. Eſſentia verò vnica eſt, & penitus ſolitaria. Vnde videre faciem non eſt videre eſſentiam. *Matthæi 11 1.Cor.13 Exod.33 Pſal.79 & 104*

339 In qua viſione beantur ij,qui ſunt in patria? An fortè in viſione eſſentiæ diuinæ:quam aliqui exiſtentes in via viderũt per raptũ & exceſſum mentis:vt de pluribus Aug.meminit,vbi de videndo Deo agit? Sed nónne Deus per Iſaiam ait.Hoc,ideſt ipſum,quod eſt, eſt nomẽ meum:quod denotat ipſam eſſentiam nudam, & gloriam meam,hanc videlicet,alteri nõ dabo,vt habeat,ſcilicet proprium eſſe & independens,aut vt ipſam eſſentiã ſic nudã depræhendat?Hinc ſecretiores Theo.concludunt, ꝗ Deũ nudũ nec videre,nec de ipſo effari quis poteſt. Nec enim æquũ eſt (vt aiunt) ꝗ quis videat Regẽ nudum:nec paruipendendũ putant, ſi quis videat ipſum veſtitũ veſtimẽtis gloriæ ſuæ:quæ quãplurima ſunt: vt alibi diximus. *Auguſti. ad Paulinã de Videndo deo Iſaia 42 Sec.Theo.*

Quibus quidem veſtimentis iccircò ſe Deus induit: vt oſtendat ſe nobis, qui capere nequimus nudam illam & infinitam eſſentiam: cum qua nos finiti non habemus proportionem. Quamuis aliqui dicant, quòd habemus proportionem attingentiæ. Non enim potentia attingere poteſt obiectum, niſi ſit ei proportionatum. Hinc Beatus non videt proportione attingentiæ infinitum illud obiectum: ſed videt id, quod attingere poteſt: & eo modò, quo poteſt.

Aug. 12. de Ci. Dei. Geneſis 15 Aug. ſuper Gene. 340 Mentes beatorum beantúrne in ſolo Deo, an etiam in creaturis? Nónne contenti eſſe debent videntes obiectum illud, in quo omnia vidẽt & in quo continentur omnia, quæ deſyderari poſſunt? Sicut longo ſermone diſſerit Auguſtinus. Hinc Deus Abrahæ dixit. Ego ero merces tua magno nimis. Sed nónne ipſemet Auguſtinus alibi ait, quòd triplex erit *Polit. 7* Beatorum viſio: veſpertina videlicet, ideſt creaturarum in ſeipſis, matutina, ideſt creaturarum in verbo, & meridionalis, ideſt ipſius verbi propriè? An igitur beantur illi ciues in ipſo Deo: in quo ſolo eſt fœlicitas? Teſte *Pſalmo 15* enim Deo (inquit Ariſtoteles) nõ eſt fœlicitas in rebus exterioribus. Nam ipſe eſt fœlix ſine aliqua re exteriori: vt propheta canit. Oblectantur autem Beati in creaturis, cum Deo iam vnitis. Sicut oblectantur oculi corporei non tantum in ſole ſed etiam in radiis ſolaribus. Hinc Saluator ait. *Ioannis 10* Per me ſi quis introierit, ſaluabitur: & ingredietur, ſcilicet ad diuinitatem: & egredietur, ad creata videlicet: & vtrobique paſcua inueniet.

341 Quæ ſunt & quid operantur veſtes diuinæ, & quomodo quis in ipſis beari poteſt? Nónne diuinæ veſtes Deum, alias præ fulgore immenſo (vt dictum eſt) inuiſibilem, nobis viſibilem præbent? Nam ſi non poterant aſpicere filij Iſrael in faciem Moſi ob ſplendorem vultus eius (vt paulus *2. Cor 3 Exod. 34 1. Timo. 6* inquit) in quo videlicet ſplendebat paruus radius diuinitatis, ſed neceſſe erat velari faciem: quid dicendũ eſt de luce illa diuinitatis immenſa: quam ideo ipſe paulus vocat inacceſſibilem: quia apprehendi & attingi nequit à nobis? Neceſſe eſt igitur vt contegatur, ſi videri debeat. Contegitur autem aliquando lumine, rebus creatis viſibili: vt Vates canit. Amictus lumine ſicut veſtimento. Aliquando veſtitur veſtimentis albis pietatis, cle*Pſal. 103* mentiæ & amoris: aliquando rubeis iuſtitiæ & fortitudinis: aliquãdo pur*Sec. Theo.* pureis, donorum videlicet Spiritus ſancti (vt ſecretiores Theologi exponunt) aliquando viridibus vitæ & gloriæ, aliquando concinnitate & decore Regio: vt iterum propheta canit. הוד והדר Hod vehadar induiſti, *Pſalmo 103* ideſt concinnitatem & decorem. Pro quo communis æditio habet. Confeſſionem. Et multa huiuſmodi veſtimenta Deus induit: quibus agens nobiſcum tot tantáque oblectamenta tribuit: quot & quanta capere poſſumus. Fœlicius autem Beati in aſpectu illarum veſtium oblectantur & beantur.

342 Qua voce Beati laudant deum? Non quippe voce hac communi (vt ſupra diſſeruimus) ſed illa, qua Moſes clamabat. Nam ipſi nullam vocem *Exodi 14 Thre. 2* proferenti dixit Deus. Quid clamas ad me? Vnde Ieremias ait. Clamauit cor eorum ad Dominum. Cor enim clamat affectu. Vnde ſicut Deus loquitur

quitur nobiſcum,imprimendo per lumen ſuum eam cognitionem,quam vult nos habere (vt Dionyſio placet) aut producendo effectum amoris, claritatis, ſublimitatis & huiuſmodi: Sic nos laudamus Deum, gratias agendo, diligendo, & in ipſum affectus noſtros debita concinnitate dirigendo. Quod beati perfectius. ac melius faciunt. Nec enim Deus in tota Lege & Euangelio nos aliud docet, quàm fieri ſibi conformes & concinnos, vt omnia quæ ſunt inter Deum & nos, ſint ſuauiſſimi concentus ex inſtrumentis ritè conchordatis reſultantes, vt alibi diximus. *Dionyſius.*

343 Qua ætate apparebunt ſuſcitati ante tribunal Chriſti? An (vt aſſeritur) in ætate perfecta triginta annorum? iuxta illud Apoſtoli: Donec occurramus in virum perfectum, in ætatem plenitudinis Chriſti. Sed ſi ætas Chriſti fuit plena in triceſimo vel triceſimo tertio anno, ætas Dauid fuit plena in ſeptuageſimo, Abraham in centeſimo triceſimo ſeptimo, Moſi & Aharon in centeſimo viceſimo, Adæ in nongenteſimo triceſimo, Matuſalem verò in nongenteſimo ſexageſimo nono, igitur plenitudo ætatum non eſt æqualis? An fortè virtute Dei omnes apparebũt in illa ætate Chriſti perfecta & virili? Sed quid determinari oportet de ætate eorũ, qui abſoluti à tempore viuent in perpetuas æternitates? An fortè de ætate qua in regnum beatitudinis intratur, eſt ſermo? Sed nónne huiuſmodi ætatis plenitudo eſt, quando quis curſum conſummauit? Curſus autem aliquando ſerius, aliquando citius conſummatur, iuxta illud Sapientis: Conſummatus in breui expleuit tempora multa, ſicut igitur curſus Chriſti completus fuit in triginta tribus annis: ſic vniuſcuiuſque plenitudo completur curriculo supernè determinato. *Epheſ. 4* *Sapient. 4*

344 Cùm (teſte Propheta) Beati laudent Deum in ſecula ſeculorum, ſúntne aliquando ex iſta continua laude feſſi? Nónne ſicut intelligentiæ mouentes orbes ex illa continua motione non defatigantur (vt Philoſophi conſentiunt) quia agunt, quod ſibi proprium eſt. Sic nec beati Deum continuè laudantes fatigantur? cùm eis id proprium ſit, dicente Propheta: Qui habitant in domo tua Domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Laſſitudo enim prouenit ex violentia, quando paſſum reſiſtit agẽti, quod minimè continget in patria, hinc ibi nulla erit laſſitudo, ſed oblectamentum perfectum. *Pſalm. 83* *Ibidem.*

345 Gaudéntne maiori honore in patria, qui plura paſsi ſunt? Nónne dicitur in Euangelio, quòd ij qui venerunt hora vndecima, acceperunt eundem denarium diurnum, qui datus eſt eis, qui hora prima venerunt, & pondus diei & æſtus portarũt? Sed nónne regula naturalis eſt, à qua Deus non diſcedit, ſicut ſimpliciter ad ſimpliciter, ita magis ad magis, & maximè ad maximè? ſicut igitur (vt nonnulli etiam recentiores docent) Deus dat centum pro vno, ſic dabit ducenta pro duobus, & mille pro decem, ſemper remunerando in centuplo, proportione quidem geometrica, nec ipſe erit acceptator perſonarum, ſicut pleriſque in locis ſacra teſtantur eloquia. Et quamuis denario dicantur remunerari nouiſsimi, ſicut & primi, non tamen eiuſdem precij ſunt illi denarij. Nam vniuſcuiuſque beati *Matth. 20* *Topic. 2.* *Roman. 2.* *Epheſ. 6* *Coloſſ. 3*

præmium reſultat ex denario archetypi, non tamẽ eadem menſura & eodem precio, ſed pro captu & meritis recipiẽtium (vt ſuprà dictum eſt) ſeruata ſemper (vt diximus) proportione geometrica.

346 Qua gloria & quo honore beati coronantur? cùm Propheta dicat: Gloria & honore coronaſti eum. Nónne hoc de Chriſto dictũ eſt: vt Paulus ſentit? Sed cùm Chriſtus diſpoſuerit nobis regnũ, ſicut diſpoſuit ei pater, nónne conſequenter coronam promiſit? hinc Apoſtolus de ſeipſo ait: In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Et in Apocalypſi dicitur. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. An igitur hæc corona eſt videre faciẽ patris, ſicut angeli noſtri vident? pater enim in antiqua Theologia dicitur corona ſuprema. An hæc corona eſt aliquod inſigne præcipuum? ſicut de martyribus, doctoribus, & virginibus recentiores Theologi dicunt, quòd habebunt aureolam, coronam videlicet minorem ipſis conuenientem, vt aiunt. Quod ſatis cõſentaneum eſt, quamuis locus, vnde hoc accipiunt, ſatis impertinens videatur. Id enim ex libro Exodi eliciunt, vbi, dum de arca fabricanda agitur, dicitur: Facies coronam interraſilem quatuor digitorũ, & ſuper illam, alteram coronam aureolam. Hæc autem aureola non eſt martyrũ vel doctorum, ſed arcæ, quę nullam ſimilitudinem cum martyribus, doctoribus, aut virginibus habet, nec conuenientia niſi verbalis.

Pſalmo 8. *Hebr. 2.* *Lucæ 12.* *2. Timo. 4.* *Apocal. 3.* *Matth. 18* *Exodi 15*

347 Habetúrne in Scriptura de corona beatorum mentio aliqua? Nónne Chriſtus de Doctoribus ait: Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum, aliis videlicet ſupereminẽs? Et hæc erit gloria & corona ſingularis. Et de ſufferentibus martyrium vel perſecutiones qualeſcunque, quod eſt quoddã martyrij genus, dixit ſummus remunerator. Beati eſtis, cùm maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos mentientes propter me, gaudete & exultate, quoniam merces veſtra multa eſt in cœlo, præ aliis videlicet. De virginibus autem Iohannes ait, quòd cantabant canticum, quod nemo alius cantare poterat. Vndẽ innuitur, quòd in hoc aliis præſtant. Et hæc eſt eorum corona.

Matth. 5. *Ibidem* *Apoc. 14.*

348 Quibus muris ſuperna regio concluditur? Nónne Iohannes, poſtquàm deſcripſit pauimentum ſupernæ ciuitatis ex auro confectum, deſcribit parietes ex lapidibus precioſis conſtructos, ſicut & fundamenta. Sed hos ex iaſpide tantùm, illa verò ex variis lapidibus precioſis Apoſtolis conuenientibus, vt alibi reſerauimus? Vnde innuitur, quòd virtute Apoſtolorum continebuntur illi cœleſtes ciues, non tantùm qui partiti ſunt per duodena millia ſignatorum, ſed etiam tota turba magna & innumerabilis, quæ proceſſit à duodecim tribubus Iſrael (pro cuius ſalute ſe veniſſe Chriſtus ait, intelligendo eo modo, quo alibi intelligendum eſſe declarauimus) ſicut ab Apoſtolis omnes illæ Tribus iudicabuntur, vt Matthæus refert. Et quia illa turba ex multis eſt collecta, eiuſdem tamen ſpeciei, ideò per iaſpidem multigenum & multicolorem deſignatur.

Ibidem 21. *Matth. 15.* *Ibidem 19*

349 Mutatúrne quis ab officio in illa ſuperna curia, an ſemper in eodẽ perſeuerat? Nónne varietas & viciſsitudo temporum & rerum tollit faſtidiũ? ſicut Eccleſia canit: Et temporum das tempora, vt alleues faſtidiũ. Vnde ſic opinari de illis ſupernis ciuibus non erit abſurdũ, pręſertim cùm id expreſſè habeamus ex Scriptura, dicente: Ecce, qui ſeruiunt ei non ſunt ſtabiles, & in angelis quidem ſuis poſuit mutationem, pro quo vulgata æditio habet: Reperit prauitatem. Alij verò dicũt: Poſuit ſplendorem. Mutantur enim cuſtodiæ & officia, vt alibi diximus. Sed cùm beati deuenerint ad illud obiectum infinitum, quid vltra ex huiuſmodi mutatione acquirunt? Nónne Doctores ſuper illud Petri: In quem deſyderant angeli proſpicere, dicunt, quòd ſemper deſyderant, quia quantò magis vident, tantò amplius eis videndum reſtat? ſicut contingit iis qui nauigant mare magnum, aut qui perambulant planitiem immenſam, à qua quamuis non diſcedãt, noua tamen ſemper oblectamenta ſuſcipiunt, ſic etiam beati ex huiuſmodi mutatione magnam frugem, magnámq; voluptatem ſentiũt. Nec igitur mirum eſt, ſi in illo infinito pelago diuinitatis ſemper aliquid noui, quo oblectentur, adinueniãt. Sed quomodo ſunt in termino, ſi ſemper proficiunt? Nónne ſunt in termino, quò ad obiectũ adeptum, ſed non quò ad immenſitatem ipſius? *Iob 4* *1. Petr. 1*

350 Quis nos coronabit in patria? An fortè mater? cùm ſcriptum ſit: Videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua in die deſponſationis ſuæ. Sed nónne Dauid de Chriſto & conſequenter de membris loquens cum Deo, ait: Gloria & honore coronaſti eum? An igitur coronabimur à Deo patre iubente, filio adiudicante, & matre approbante? Quæ quidem mater eſt illa, de qua Apoſtolus ait: Quæ ſurſum eſt Ieruſalem, quæ eſt mater noſtra. Hæc enim eſt collectio vera illius ſponſæ Chriſti & matris, quam Iohannes deſcendentẽ è cœlo vidit. Nam applaudentes omnes cœleſtes illi ciues ob coronam nobis à Deo datam, noua quadam corona nos coronabunt. *Cantic. 3* *Pſalmo 8.* *Galat. 4.* *Apocal. 21.*

351 Cur anima adhærens Deo iucundatur & exultat? An, quia Deus eſt obiectum ei conueniens, & in quod ordinata eſt? iuxta illud Auguſtini aliàs à nobis adductum: Feciſti Domine cor meum ad te, & inquietum eſt, donec quieſcat in te. An propter conſonantem amicitiam quæ eſt inter Deum & hominem, qui eius gerit imaginem? Id enim omnium amicorum commune eſt, quorum conſuetudo adeò delectabilis eſt. Sicut è conuerſo homo ſola præſentia inimici triſtatur, ſicut ouis ad præſentiam lupi, & ſicut homo in nocte ſentiens præſentiam humani generis hoſtis, vt ſæpiſsimè contingit. An quia Deus eſt obiectũ menti ſuper omnia proportionatum, eo videlicet modo quo ſe vnicuique cõmunicat, vt potentia & virtus ipſum capere poſsit? *Auguſtin.*

352 Mens quando fit diuina, in hoc ſeculóne, an in futuro? Nónne mens (vt infrà latius Deo duce, diſſeremus) eſt intellectus noſter cum Deo vnitus, adeò vt ſuſcipiat radios ipſius diuini intellectus nos colluſtrãtis, amoto omni impedimento? quod etiã homini in hac vita cõſtituto, cõtingere

poteſt. Sicut contigit Moſi, Dauidi, veris Prophetis, Apoſtolíſque omnibus ac primæuis illis diſcipulis, quibus ſcribens Iohannes, ait: Vnctionem
1. Ioan. 2. habetis à Sancto, & noſtis omnia. Inter quos erat & ille qui dixit: Pſallam
1. Cor. 14. ſpiritu, pſallam & mente. Hunc quoque gradum conſequuntur omnes
Matth. 5. mundo corde, de quibus ſcriptum eſt: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.

353 Qui mentem conſecuti ſunt, qua iactura ipſam perdunt? An, obſcuratur tantummodò eorum intellectus, ſublato penitus lumine ipſum colluſtrante? An priuantur gratia, bene & meritoriè operandi? Quod fit (ſecundum Plotinum) virtute intellectus, portionis videlicet ſuperioris, quã Mercurius mentem vocat. An iactura maxima eſt, quia perdens mentem, illam amplius recuperare nequit? ſicut edocemur à Paulo, quamuis id ſub aliis verbis explicet. Ait enim: Impoſſibile eſt enim eos, qui ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt etiam donum cœleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti, & guſtauerunt bonum Dei verbum, virtutéſque ſeculi venturi, & prolapſi ſunt, rurſus renouari per pœnitentiam. Quæ omnia à Paulo commemorata ad mentem, & ad illum, qui introductus eſt ad Dei arcana intelligenda, ſpectant.

Plotin. in libro de homine. Mer. in Py. Hebr. 6

354 Cur mentem amittentes (vt modò diximus) per pœnitentiam renouari nequeũt? Nónne, quia huiuſmodi facti participes Spiritus ſancti peccant in Spiritum ſanctum? Nam (vt dicitur) qui peccat per ignorantiam, peccat in filium, cui attribuitur ſapientia: qui peccat per fragilitatem, peccat in patrem, cui attribuitur potentia: qui verò peccat per malitiam, peccat in Spiritum ſanctũ, cui attribuitur bonitas. Qui igitur facti ſunt Deo familiares, & à ſecretis ipſius, & quibus reuelata ſunt reuelanda, non poſſunt peccare per ignorantiam. Vnde tantò grauius fit eorum peccatum, quantò maiorem iniuriam inferunt Domino ſuo, qui ſecreta ſua eis reuelauit. Hinc (vt alibi diximus) peccatũ Adæ, qui introductus fuerat in hortum voluptatis, fuit crimen læſæ maieſtatis, & irremiſſibile, redimibile tamen per opus æquiualẽs, aut maius, cuiuſmodi fuit paſſio Chriſti. Pecca-
Numer. 20 tum quoque Moſi petram percutientis, cui Deus præceperat vt tantũmodò loqueretur, punitum fuit pœna irremiſſibili, ne videlicet populum in
Deuter 32. promiſſã terrã introduceret. Moſes enim qui impetrauit veniã pro maiori
Exodi 32. parte eorum, qui vitulum adorauerant, non potuit impetrare remiſſio-
3. Reg. 13 nem illius pœnæ. Sic & vir Dei, qui venerat in Bethel ad Ieroboham, quia comedit cibum contra præceptum Domini, deuoratus fuit à Leone ex ſententia Dei irremiſſibili. Nec tamen huiuſmodi æterno ſupplicio addicti fuerunt, ſed luerunt pœnas abſque remiſſione vſque ad perfectam expiationem.

355 Cur Chriſtus ait: Exiui à patre & veni in mundum, iterum relinquo
Ioannis 16 mudum & vado ad patrem? Nónne, quia (vt aliàs dictum eſt) vnumquodque reuertitur ad locum, vnde exiuit? Vnde docemur, quòd anima tendit in Deum, quia ab ipſo exiuit. Sed quid dicemus de malis animabus ad infernum pergentibus, quæ à Deo elongantur? An forſitan, quia ex Diabo-

lo natæ ſunt huiuſmodi animæ? iuxta illud Chriſti: Vos ex patre Diabolo eſtis. Sed nónne hic eſt error Manichæorum explodendus, non autem admittendus? Vnde verba Chriſti ſanè intelligenda ſunt. Alia eſt enim generatio naturalis, ſecũdum quam omnia ſunt à Deo. Alia per tranſmutationem ſeu vim quandam regeneratiuam ſuperuenientem, ſecundum quam homines, qui ſecundum carnem ex Adam nati erant, renati ſunt in ſpiritu per Chriſtum, ſicut igitur corpus terreum, quod debebat reuerti in terrã, tranſmutatur per vim ſpiritus, & tandem ſurget ſpirituale, vt cum ſpiritu beetur, ſic anima nata ex Deo, & reuerſura in ipſum, per malitiam efficitur diabolica, & filia Diaboli. *Ibidem 8.* *1. Cor. 15.*

356 Cur dixit Apoſtolus: Quis eſt qui aſcendit, niſi qui prius deſcendit ad inferiores partes terræ? An de Chriſto ſolo eſt ſermo? ſed de iis qui cum Chriſto aſcenderunt, quid dicẽdum eſt? Nónne & ſpiritus illi reuerſi ſunt ad Deum qui dedit ipſos, vt Sapiens ait? An igitur dictum Pauli ad omnes extenditur? cùm omnes animæ (vt ſecretiores Theologi dicunt) ab alta ſede Dei deſcendant. Quæ quidem ſedes Dei eſt Sol ſupramundanus, de quo Propheta canit: In Sole poſuit tabernaculum ſuum. Vnde portiones ſuperiores animarum veniunt ad corpora noſtra, ſicut radij à Sole deſcendunt vſque ad nos. Et hoc, ſiue per creationem (vt Auguſtinus & complures alij Theologi aſſerunt) ſiue per productionem, vt dicunt ij qui conantur ſaluare verba Moſi, quibus ait: Et ceſſauit Deus ab omni opere, quod creauerat ad faciendum, pro tempore videlicet. *Epheſ. 4* *Eccleſi. vlt.* *Pſalm. 18* *Auguſtinus.* *Geneſ. 2*

357 Chriſtus ad patrem aſcendens qualia dona hominibus dedit? ſicut Propheta & Apoſtolus teſtantur. An dedit dona Spiritus ſancti, quẽ miſit decimo die poſt aſcenſum? An dedit donum linguarum, virtutem expellendi dæmones, ſanandi ægros & huiuſmodi, quæ Marcus refert? Sed nónne hæc dona Chriſtus docuit non eſſe plus æquo æſtimanda, dicens: Nolite gaudere, quia ſpiritus ſubiiciuntur vobis? Et donum linguarũ paruipendendum eſſe teſtatur Apoſtolus qui ait: Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans aut cymbalum tinniens. An igitur donum magnipendendum, eſt amor & virtus Spiritus ſancti? Nam per ipſum adeò transformamur, vt reſurgamus ſpirituales & capaces gloriæ Dei, ſicut ipſe Chriſtus fuit, iuxta illud Apoſtoli: Saluatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ. *Pſalmo 67* *Epheſ. 4* *Marc. vlt.* *Luca 10* *1. Corin. 13* *Philipp. 3*

358 Cur Chriſtus dixit: Niſi ego abiero, Paracletus non veniet ad vos? Nónne quia ſic rerum ſeries exigebat, vt vnus poſt aliũ mitteretur? quod in nobiſmetipſis comprobamus. Nam amor ſubſequitur verbum & intelligentiam, cùm voluntas amans non feratur niſi in præcognitum: hinc venit prius verbum carne circumamictum, vt lauaret & doceret nos, poſtea venit ſpiritus vt abſtergeret, inflammaret & immutaret. Sed licet Spiritus verbum ſequatur, cur dixit: Niſi abiero, ac ſi ambo non poſſent ſtare ſimul? Niſi poſſent habitare ſimul, non dixiſſet ipſe Chriſtus: Ad eum ve- *Ioannis 16* *Ibidem 14*

nicmus & manſionem apud eum faciemus. Sed ordo rerum deſcribitur. Quod patet in exemplo adducto de lotione & abſterſione. Nam niſi abeat verbum & aqua ſapientiæ lauans, non venit ignis abſtergens & inflammans. Vnde innuitur, quòd is qui actualiter vacat contemplationi, non poteſt exercere opera charitatis. Icciricò, dum operi incumbere vult, oportet, quòd à contemplatione ceſſet. Quæ quamuis (teſte ſumma veritate) ſit optima pars, tamen habens opus adiunctum, eſt quoddam totum & perfectum.

Luca 10.

Ioan. 11. 359 Cur Chriſtus ait: Scio pater quòd ſemper me audis? An quia petere ſciebat? Hinc, cùm non peteret niſi conuenientia & Deo placita, ſemper merebat exaudiri. An, quia filius cui pater indulgere ſolet? An quia vir rectus quærens ſemper facere voluntatem patris, ſicut ipſemet fatetur, dicens: Quæ placita ſunt ei, patri videlicet, facio ſemper? Nam qui facit voluntatem Dei, cultor eius exiſtens, hunc ipſe Deus exaudit, vt dixit ille qui vtroque oculo illuminatus fuerat. An, quia non modò filius, ſed quicunque aditum habet ad patrem miſericordiarum, ſemper exauditur? Hinc vt exaudiamur, docet nos, vt dum oramus, ad ipſum patrem accedamus.

Ibidem 8 *Ibidem 9* *Matth. 6.*

Ioannis 8 *Ibidem 10* 360 Cur Chriſtus dixit: Qui me miſit, mecum eſt, nec relinquit me ſolum? An quia vnum & idem erat cum patre in eſſentia: ſicut ipſemet alibi fatetur, dicens: Ego & pater vnum ſumus. An, quia vt homo ſemper fuit cum patre, quia nunquam ab eius diſceſſit volũtate? Vnde nunquam ab ipſo derelictus eſt. Pater enim nullum derelinquit, niſi eum qui per mala opera ab eo recedit. Et de huiuſmodi conqueritur ipſe pater, dicens: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. Quod declaratur exemplo illius patris qui (vt Saluator perhibet) habebat duos filios, quorum alteri dixit: Fili tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt. Nec alterum dereliquit, niſi derelictus ab eo, & redeuntem alacri vultu ſuſcepit, donans ei ſtolã primam vt videlicet nuditatem ex peccatis contractã tegeret. Vnde celebrari iuſſit aduentum eius, vt innueret gaudium quod fit ſuper peccatore pœnitentiã agente, & ad patrem reuertente. De quo gaudio ipſe Saluator paulò ante dixerat.

Ieremiæ 2 *Lucæ 15.* *Ibidem.*

361 Quare Chriſtus nunquam peccauit? An ex diuinitate, cui vnitus erat? An ex abundanti gratia, vt nonnulli ex recentioribus Theologis aſſerunt? Sed cur magis id attribuitur gratiæ, quæ eſt forma accidẽtalis, quàm diuinitati? Cùm in diuinitate verbi continerentur omnium agendorum & euitandorum regulæ, vt multi Sapientes cõueniunt. Hinc Chriſtus dictus eſt, & fuit arbor ſcientiæ boni & mali, vt alibi diſſeruimus. Cùm igitur ipſe eſſet regula, veritas, via, oſtium intrãdi ad Deum, & norma bene rectéque viuendi, ab ea declinare non debuit, nec fas erat. Nec enim ſola gratia, ſed etiam veritate & diuinitate adeò plenus fuit, vt non modò non peccauerit, ſed peccantes iuſtificauerit. Nam ſi Apoſtolos repleuit Spiritu ſancto, vt vltra non peccauerint mortaliter (vt tenetur) nónne multò

magis ipſe repletus fuit Spiritu ſancto, ſemper in eo permanente, vt nunquam errare potuerit?

362 Cur Apoſtolus ait: Gratia Dei ſum id quod ſum? Nónne hîc videtur, quòd Apoſtolus omnia attribuat gratiæ? quod aliis pleriſque in locis confirmare videtur. Sed nónne ipſemet alibi dicit: Deus eſt, qui operatur omnia in omnibus? Nónne Deus eſt principale agens, operator & artifex? Hinc ipſe Apoſtolus alibi inquit, quòd ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Et quia Deus operatur in nobis gratis, ſine ſpe retributionis, cùm bonorum noſtrorum (teſte Propheta) non egeat, ideò dicitur operari per gratiam. Cur igitur attribuitur effectus modo operandi, & non operanti? An fortè, quia gratia eſt effectus & habitus in nobis productus operans, & coadiuuans? Sed ſi homo calefiat à Sole vel ab igne, & remaneat in eo calor, ab altero illorum productus, quo calore confotus ipſe homo aliquid operetur, cui debet attribui illud opus, Solíne vel igni calefacienti, an calori immiſſo? Nónne magis tribuere debemus opus artifici, quàm inſtrumento? cùm itaque Deus operetur per gratiam, nónne operatori præcipuo debetur laus, & non inſtrumento, neglecto artifice?

1. Cor. 15 *Ibidem 12* *2. Cor. 3.* *Pſalmo 15.*

363 Qua virtute Chriſtus nos iuſtificauit, vt ſtare poſſimus ante tribunal eius? Nónne ipſe redemit nos ſanguine ſuo? Ait enim Iohannes: Chriſtus dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Et Apoſtolus: Empti enim eſtis precio magno, id eſt ſanguine Chriſti, vt omnes exponunt. Sed cur animas ſanguine redemit? Nónne conuenientius fuiſſet, ſi animas anima redemiſſet, ſicut Iſaias prædixerat. Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum? Omnia quippe (vt ſuprà diſſeruimus) tradidit, ſuo remedio vnicuique conuenientiſſimè aſſignato. Animam enim tradidit, vt animas noſtras liberaret, ſanguinem fudit, vt expurgaret peccatum per ſanguinem contractum, & placaret tribunal iuſtitiæ, ſanguinem petens pro expiatione peccati per ſanguinem contracti, vt etiam alibi diximus, carnem etiam dedit in cibum, tanquam antidotum contra venenum ſuſceptum in cibo vetito, quem ſumpſit Protoplaſtus.

Roman. 14 *Apocal. 1.* *1. Cor. 6.* *Iſaia 53* *Geneſ. 3.*

364 Qua virtute Chriſtus reſurrexit? Nónne virtute propria, ſicut ipſemet prædixerat, dicens: Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam? Quod ratione diuinitatis, ipſius humanitati annexæ, factum eſt. Ipſius enim proprium eſt reducere animam ad corpus, & præſtare nouum eſſe illi compoſito, quo quis homo dicitur. Nam triduo illo quo Chriſtus in ſepulchro fuit (vt noſtri recentiores Sapientes conueniunt) non fuit homo, deficiente (vt aiunt) illa tertia entitate, quæ reſultat ex vnione animæ & corporis. Quòd autẽ reſurrectio fiat virtute Chriſti tradita à Deo in ratione diuinitatis, declarat Paulus, dum de nobis ſuſcitandis loquitur, dicens: Quoniam ipſe Dominus, i. Chriſtus in iuſſu, præcipiẽdo videlicet, & in voce archangeli, tanquã miniſtri. Et ne quis dubitet, qua virtute id fiet, ſubinfert. Et in tuba Dei, præſtãtis videlicet virtute, deſcẽdet è cœlo, & qui mortui ſunt in Chriſto, reſurgẽt primi.

Ioannis 10 *1. Theſſal. 4*

Lucæ 23. 365 Chriſtus poſt quàm reſurrexit, vbi moratus eſt, quouſque cœlum conſcẽdit? An in paradiſo deliciarum? nam latroni veniam & gratiam petenti dixerat: Hodie mecum eris in paradiſo. Sed cùm paradiſus deliciarum (vt etiam aliàs diximus) ſit omnis locus, vbicunque mens noſtra introducitur ad ſecreta Dei, & cũ eo oblectatur, nónne potuit eſſe in quocunque loco? Hinc legimus, quòd modò erat in horto cum Maria, modò ibat in Emaus cum duobus diſcipulis, modò erat in monte Sion, apparẽs Apoſtolis, & Thomæ incredulitatem redarguens, modò erat ad mare Galilææ docens Apoſtolos capere piſces, & fieri piſcatores hominum. Sed cur tam variis in locis apparere voluit? Nónne, vt oſtenderet virtutem corporis glorificati? Quo gaudens poteſt adeſſe vbicunque voluerit, & etiam pluribus in locis ſimul, imitans naturam ſpiritus, qui tot in locis adeſſe poteſt, in quot virtus eius extenditur, vt Sapientes aſſerunt. Non igitur mirum eſt, ſi in tot altaribus & ſacramentis ſimul Chriſti corpus adeſſe poſſit.

Ioannis 20
Lucæ 24.
Ioan. 20 21

366 Cur Chriſtus ſuſcitatus variis ſub figuris ſe diſcipulis oſtẽdit? Nónne, vt oſtenderet naturam corporis glorificati? Hoc enim gaudens, poteſt illud iam ab omnibus phyſici corporis legibus abſolutum in quam formam maluerit formare. Hinc ipſe Chriſtus nunc ſe palpabilem reddidit, nunc tenuem & ſubtiliſſimum oſtendit, ianuas clauſas pertranſiens. Habens autem hanc poteſtatem variis ſub formis ſe multis oſtendit, prout res exigebat, omnibus omnia factus (vt de ſeipſo perhibet Apoſtolus) vt omnes lucrifaceret. Mulieri enim cum in horto quærenti, & floribus oblectanti, in forma hortulani apparuit. An voluit apparere in forma hortulani, vt indicaret, quòd ſicut pater à principio plantauerat hortum voluptatis rationabilibus arboribus conſitum (ſicut ſcriptum eſt. Et cedri Libani quas plantauit) ita & ipſe erat nouus plantatur per regenerationem, de qua iam dictum eſt? Oſtendit autem ſe peregrinum peregrinantibus, incredulo Thomæ tanquam doctorem redarguentem, piſcantibus diſcipulis tanquam piſcium comeſtorem. Hinc dixit eis: Pueri nunquid pulmentarium hebetis?

Ioannis 20.
1. Cor. 9.
Ioannis 20.
Pſalmo 103
Ioannis 21

367 Quæ myſteria Chriſtus aperiebat diſcipulis in Emaus euntibus? Nónne omnia ſingillatim retexere compendioſum problema non permittit? Vt tamen aliqua ſummatim referemus, dicimus quòd per Moſem & Prophetas oſtendit eis, quomodo Deus permiſit primum hominem abundare delicto, vt in ſecundo qui ipſe erat ſuperabundaret gratia, quæ hominẽ fœliciorem redderet, quàm fuerat ante delictũ, vt Paulus perhibet: quod indicat illud verbum ſuperabũdauit, quo ipſe Paulus vtitur. Præterea reſerauit eis quòd erat neceſſe ipſum pati, vt intraret in gloriam ſuam, oſtẽdítque eis quanta in ipſa paſſione operatus eſſet, pacificans videlicet omnia quæ in cœlis & in terris ſunt, vt Apoſtolus ait: Inſuper declarauit eis quod venerat & reſurrexerat, vt daret principiũ reſurgendi poſt mortem fœliciori ſorte, quàm erat homo antequã mortẽ incurreret. Ad hæc oſtẽdit eis, qua virtute ipſe ſurrexerat, & q̃ fœliciter aſcẽſurus erat ad patrẽ, vt

Lucæ 24
Roman. 5
Coloſſ. 1

inde ſanctum mitteret Spiritum: quáque poteſtate iudicaturus eſſet mundum: & redditurus vnicuique ſecundũ opera ſua. Quod etiã aliis diſcipulis manifeſtauit, dicens. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. *Mat. 28*

368 Quomodo cognouerunt Chriſtum illi diſcipuli in fractione panis: vt Lucas narrat? An (vt nonnulli dicunt) quia ipſe conſueuerat benedicẽs panem, frangere & diuidere ipſum abſque gladio? Sed cum Deus & Chriſtus (vt omnes Sapientes conueniunt) non oblectentur facere miracula, niſi quatenus neceſſitas exigit, non eſt veriſimile, quòd ſemper benedicendo panem Chriſtus miraculum faceret. Voluit enim naturæ legibus conformiter viuere: lactari à matre, educari à parentibus, paſci ab amicis, & cætera huiuſmodi facere. An igitur id fecit ſacramentaliter, vt indicaret, quòd præbens panem & cibũ ſcripturæ ſacræ fregerat & aperuerat cruſtam velaminis ipſius ſcripturæ ſacræ? Hinc dixerunt illi diſcipuli. Nónne cor noſtrum ardens erat in via: dum aperiret nobis ſcripturas? An, quia ſic fractum cibum ipſius ſcripturæ ſacræ præbuit, vt ſentirent illa non potuiſſe in cor peruenire aliunde, quam à Chriſto Deo? *Luca 24* *Ibidem*

369 Quo myſterio Iohannes cognouit Chriſtum in magna captura piſciũ? An, quia tale miraculũ temporibus illis factũ non fuerat: nec vnquam perpetratum fuiſſe legitur, An, quia Iohannes Chriſti dilectus, & ei familiaris, in operibus, in modo operandi, in geſtu, in præſentia ſpiritus, ſentiebat & cognoſcebat eum? Sed cur dixit eis Chriſtus. Mittite in dexteram nauigij rete? Nónne, vt diſcerent, quomodo piſcari deberent homines, ſtatim piſcatores ipſorum euaſuri? Sicut iam promiſerat Petro & Andreæ dicens. Faciam vos fieri piſcatores hominum. Piſcati enim erant legales viri vſque tunc in ſiniſtra duræ legis. Vnde per Euangelium & gratiam piſcandum erat in dextera clementiæ, pietatis, & miſericordiæ. Cùm (teſte Iohanne) gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta ſit. *Ioannis 21* *Ibidem* *Mat. 4* *Ioannis 1*

370 Aſcendente Chriſto, qua voce dicebant Angeli. Viri Galilæi, & quæ ſequuntur? An erat vox ſenſibilis, à corpore aereo (vt nonnulli dicunt) aſſumpto formata? Sed quomodo tam repente Angeli aſſumentes corpora formant arterias, pulmonem videlicet, palatum & huiuſmodi: quæ ad formationem vocis requiruntur? An igitur, quia Angeli habent (vt aliqui ſentiunt) ſua corpora cœleſtia: quibus faciunt opera ad corpus ſpectantia? An (vt nonnulli Sapientes aſſerunt) conceptum & ſonum auribus auditorum imprimebant: virtute naturali, qua id facere poterant, ſibi à Deo condonata? An, ſicut reboant tonitrua in ære ſine animalibus arteriis: ſic poterant Angeli reboare, & facere vocem articulatam in auribus aſtantium? *Act. 1* *Ioannis 5*

371 Qua virtute Chriſtus cœlum conſcendit? An virtute peculiari ſibi à patre tradita? Sicuti & iudicium ei à patre traditum fuit: vt ipſemet perhibet. Quod conuenit ſententiæ Angelorum dicentium. Hic Ieſus, qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet, ideſt ea virtute veniet, ad iudicandum videlicet, qua aſcendit. Hinc ſubinfertur. Quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum. An aſcendit virtute & voluntate propria, nullam *Actor. 1*

reſiſtentiam ſentiens in corpore iam in naturam ſpiritus cōmutato? Vnde tam facilè poſſet quis cum corpore glorioſo & ſpirituali effecto in cœlum aſcendere, quam & mente poteſt.

372 Qua virtute, & quomodo Chriſtus miſit Spiritum ſanctum, quinquageſimo die poſt reſurrectionem? Nónne miſit ea virtute, qua & ipſum producit? Iuxta communem Theologorum regulam. Eius eſt mittere, cuius eſt producere. Hinc pater à nullo productus, à nullo miſſus legitur.
Mat.15 Filius autē à patre productus, à patre quoque miſſus eſt: vt plæriſque in lo-
Gal.4 cis legimus. Spiritus verò ſanctus ab vtroq; productus, ab vtroque quoq;
Ioannis 14 miſſus legitur. Quòd enim ſit miſſus à patre, ipſe Chriſtus perhibet, dum
Ibidem 15 ait. Paracletus autem Spiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo. Et ꝙ ipſemet filius miſerit, ipſe quoq; teſtatur dicens. Cùm autem venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre. Illum etiam miſit per effectus particulares, illuſtrando videlicet mentes diſcipulorum, inflammādo corda, & conſolidando propoſitum eorum, adeò vt nec iudicum minas, nec carnificum tormenta amplius timerent. Miſit verò ipſum quinquageſimo die, numero quidem ſibi magno myſterio attributo. Nam Spiritus ſanctus venit à loco quinquaginta portarum (vt ſecretiores Theologi dicunt) in
Exod 33 quas nemo intrauit: nec Moſes adeo Deo familiaris: vt cum eo facie ad faciem loqueretur. Ipſe enim (vt alibi quoque diximus) vſque ad quadrageſimam nonam portam ſolummodo aſcendit. Penetrauit autem omnes il-
Hebr.4 las Chriſtus Ieſus, de quo Apoſtolus inquit. Habentes pontificē magnum qui penetrauit cœlos, Ieſum filium Dei. Nec enim opinor ipſum loqui de cœlis materialibus: ſed de manſionibus & cœlis ſupramūdanis. Quorum octauum tenet Spiritus ſanctus: filius nonum: pater autem decimum & ſupremum. Ad quem patrem cum acceſſerit filius, neceſſe eſt, vt omnes
Ibidem 1 alios cœlos penetrauerit. Ipſe enim filius (vt Paulus ait) ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis.

Ioannis 16 373 Quomodo intelligitur illud Chriſti. Cùm venerit Spiritus veritatis, arguet mundum de peccato, de iuſtitia & de iudicio? Nónne id declarat ipſemet Chriſtus dum ait. Arguet de peccato: quia non crediderunt in me? Quorum verborum ſenſum eſt, quòd cum à peccato non poſſumus liberari niſi per meritū Chriſti: Hinc non credentes in eū remanēt in peccato, & iudicio ſubiacēt. Sequitur Chriſtus. De iuſtitia verò, nō ſeruata videlicet, quia vado ad patrem: redditurus videlicet rationem de omnibus, quā iniuſtè egerint. An (vt opinor) in veritate literæ habebat צדקה zedachah? Quod vocabulum, quamuis aliquando interpretatum ſit iuſtitia, quę צדק zedech hebraicè dicitur, tamen ſignificat pietatem & cultum, quem Deo & proximo exhibere debemus. Hinc, quia non fuerat exhibitus à populis illis debitus cultus ipſi filio Dei, qui vnum cum patre ad ipſum aſcēdebat, dixit, quòd Spiritus ſanctus arguturus erat mundum de zedachah, ideſt
Mar.vlt. cultu ipſi non exhibito, Sequitur Chriſtus, quòd arguet mundum de iudicio: facto videlicet contra illos, qui non crediderunt in Chriſtum, Iuxta illud. Qui verò non crediderit, cōdemnabitur. Ideo ſubinfert, Quia prin-

ceps huius mundi, qui videlicet ſeduxit ipſum mundum, ne crederet in eum iam iudicatus eſt.

374 Qua virtute mortui in die iudicij reſurgēt? An virtute Chriſti? Iuxta illud Apoſtoli. Quoniam quidem per hominem mors & per hominem reſurrectio mortuorum. Et ſicut in Adam omnes moriūtur: ita & in Chriſto omnes viuificabūtur. Sed cum opera Trinitatis ad extra (vt aiunt) ſint indiuiſa, nónne concurret tota Trinitas? Vtique. Intererit enim pater, qui tribuit omnem poteſtatem filio: vt ipſemet fatetur, dicens. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Concurret etiam Spiritus, cui dictū eſt iubente Deo. A quatuor ventis veni ſpiritus, & inſuffla ſuper interfectos iſtos, vt reuiuiſcant. Interueniet Chriſtus iubens. Intererunt quoque Angeli: ſicut ipſe Chriſtus teſtatur, dicens. Et mittet, filius Dei videlicet, Angelos ſuos cum tuba & voce magna: & congregabunt electos à quatuor ventis, à ſummis cœlorum vſque ad terminos eorum. *1. Cor. 15* *Mat vlt.* *Ezec. 34* *Matth. 24*

375 Cur Propheta canit. Ideò non reſurgent impij in iudicio? An, quia non iudicabuntur impij? Sed nónne impij erunt ij, quibus Chriſtus dicet. Ite maledicti in ignem æternum? An igitur, quia non reſurgent impij ad iudicandum cum iuſtis? Hinc ſubinfert Vates. Neque peccatores in concilio iuſtorū. Sed nónne Chriſtus ait. Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt eam: quia egerunt pœnitentiam in prædicatione Ionæ? Ergo impij erant? Erant quippè impij antè pœnitentiam, ſed poſtquam egerunt pœnitentiam, non erant amplius impij. Et ſic ſurgent in iudicio ad condemnandam vel improperandam generationem Iudæorum, vel ad approbandam ſententiam Chriſti. *Pſal. 1* *Matth. 25* *Ibidem 12*

376 Cur Chriſtus tam puniendos quam remunerandos ſub parabola quinque virginū deſcripſit? An (vt nonnulli ſentiunt) propter quinq; ſenſus? An, quia Deus in ה he, quod quinq; ſignificat, mundū fabricauit? Ideò tam boni, quam mali illo numero diſtribuuntur. An, quia ſupramundani fontes, à quibus omnia proueniunt, denarij ſunt? Quinque enim in dextera ſunt influentes bonitatem, clementiam & gratiam, & quinque ſapiunt naturā ſiniſtræ, diſcutientes & punientes. Hinc Chriſtus puniendos in ſiniſtra, beandos autē in dextera ſtatuet. Et quāuis Deus & Chriſtus habeat iuſtitiā & miſericordiā mutuo amplexas & ſe inuicem oſculantes: nihilominus in die iudicij aut puniet cū ſiniſtra, aut remunerabit cū dextera. Ad hos igitur, tanquā ad præcipuos fontes omniū, alludit quinarius iſte numerus. Sed cur virgines dicuntur? Nónne quia quilibet iudicabitur iuxta opera, quæ anima ſpōtè, non autem coacta fecerit? Nā ſi Diabolus vel aliquod mēbrum eius coegerit aliquē ad malum, inde nō punietur. Sicut dixit Lucia Spiritu ſancto plena. Nō coinquinatur corpus niſi de conſenſu mētis. Pari modo ſi Deus dederit aliquod donū alicui, vtputa Apoſtolatū, prophetiā & huiuſmodi, nō inde præmiabitur: quia Iudas Apoſtolus & Bilahā propheta dānati cenſentur. Sed eorū, quæ ſpontè (vt modo diximus) interueniente tamen diuina gratia, vnuſquiſq; fecerit, mercedem accipiet. Hinc Apoſtolus ait. Quæ enim ſeminauerit homo, & hæc metetur. *Ibidem 25* *Ibidem* *Pſal. 84* *Lucia* *Gal. 6*

Greg. ſuper Mat. 377 Qui nam ſeuerius in extremo iudicio iudicabuntur? Nónne ij, qui maiora dona in vita ſuſceperint? Quod apertè fatetur Gregorius dicens. Lectio Euangelica nos admonet, ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo accepiſſe aliquid cernimur, ab Authore mundi grauius inde iudicemur. *Sap. 6* Hinc Sapiens ait. Potentes potenter tormenta ſuſtinebunt. Potentes videlicet in virtute & donis. *Luce 10* Quo ſenſu Saluator inquit. Væ tibi Chorozaim, væ tibi Betſaida: quia ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, olim in cinere & cilicio pœnitentiam egiſſent. *Ioannis 15* Ideò Tyro & Sidoni remiſſius erit in iudicio, quam vobis. Et alibi. Si non veniſſem & locutus eis non fuiſſem, peccatum, tam graue videlicet, non haberent. Nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo.

Mat. 21 378 Cur Chriſtus maledixit ficui, fructum non habenti? Nónne per ficum (vt alibi diximus) intelligitur humanum genus, quod in principio produxit, vti ficus, lac & groſſos immaturos amariſſimos: in Adam videlicet, primo omnium parente: qui tale venenum ſuſcepit & protulit, vt totam poſteritatem infecerit? Ab hac igitur ficu plantata in terra viuentium, putata caſtigationibus, tótque exculta donis, circunſepta lege, irrigata pluuia voluntaria, & à ſuperno ſole irradiata Chriſtus expectauit fructum: Verum, quia ipſa fructum non protulit, maledictionem commeruit. Vnde innuitur maledictio illa æterna, quam vnuſquiſque negligens operari, incurret.

Luce 19 379 Cur Ieſus videns ciuitatem, fleuit ſuper illam? An (vt textus innuit) *Ioannis 18* quia compatiebatur ruinæ tot & tantorum ædificiorum? Sed cur de ruina mundanorum ædificiorum dolebat ille, qui dixit. Regnum meum non eſt de hoc mundo? An igitur flebat ruinam Eccleſiæ ædificatæ ſupra ipſum, primarium lapidem, qui flebat, & ſupra fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, & perditionem & ingratitudinem tot vocatorum ad intrandum nedum in militantem, ſed triumphantem Eccleſiam? *Luce 9* Hinc ſubintulit. Quia ſi cognouiſſes & tu: tempus viſitationis tuæ videlicet: ſicut paulò poſt apertè dixit. Eo quòd non cognoueris tempus viſitationis tuæ. Sciebat enim quòd ipſi Iudæi venturi erant coram ipſo iudicandi & damnandi in eum locum præciſe vbi ipſe flebat. Nam ſtabat ſuper monte oliuarum (vt adhuc oſtenditur locus) habens ante ſe Ieruſalem: inter quam & ipſum montem oliuarum eſt Vallis Ioſaphat, ideſt iu- *Mat. 25* dicij, quod faciendum præ oculis habebat. Sicut in Matthæo expreſſè narrauit. Vnde ſuboriebantur lachrymæ, non pro lapidibus parietum materialium, ſed viuorum: ex quibus electis debebat ædificari & ampliari ciuitas illa ſuperna.

Luce 13 380 Cur Chriſtus dixit. Multi quærent intrare, & non poterunt: quia pater claudet oſtium iis, qui foris ſunt, dicens. Neſcio vos? An hoc intelligitur de tempore mortis, quando excludetur anima à regno vitæ? Tunc enim erit extra tempus & ſtatum merẽdi. An (vt opinor) id intelligitur de die iudicij extremi: quo dicetur, ſicut & in parabola quinque virginũ narratur. Amen dico vobis, neſcio vos? An, quia non video nomina veſtra

ſcripta in cœlis & in libro vitæ? An, quia non video in vobis imaginem, quam tradidi, ſed imaginem & characterem beſtiæ, cui ſeruiſtis? An, quia non agnoſco vos membra corporis mei? Cùm non ſitis compaſſi cæteris membris indigentibus: vt lex membrorum exigit. Ideò dicet illis. Ite, & recedite à me, maledicti. Nec enim eſt nunc tempus, vt quæratis intrare, dicentes. Domine Domine aperi nobis. Cùm vos non agnoſcam tanquam meos.

SECTIO SEPTIMA DE IIS, QVÆ A NOBIS EXIGVNTVR: VT REGNVM ADIPISCAMVR.

CVR primo exigitur fides, & quæ fides? An ſola credulitas? 381
Sed nónne dicit Chriſtus. Non omnis, qui dixerit mihi Domine Domine, credens videlicet me Dominum, intrabit in regnum cœlorum: ſed qui fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum? An igitur ea fides requiritur, quæ ab Hebræis אמונה Emunach dicitur, ideſt fidelis inhærentia: quæ ſine amore & opere eſſe nequit: vt etiam ſupra declarauimus? Hęc autem fidelitas & inhærētia à Chriſto & Redemptore exigitur: quia, cum ipſe veluti caput corporis myſtici & Eccleſię ſumpſerit calicem medicinæ pro omnibus membris, requirit vnionem & adhæſionem per fidem, amorem Dei, & charitatem omnium membrorum: vt medicina à capite ſumpta omnibus membris proficiat. Nam medicina minimè prodeſt membro abſciſo. Et ſic intelligitur dictum illud. Qui crediderit, inhærendo videlicet, & baptizatus fuerit, ablutus videlicet & purificatus lauacro & expurgamento à Chriſto capite ſumpto, ſaluus erit. Qui verò non crediderit, ideſt inhærere noluerit expers totius lauacri, medicinæ, & expiationis à Chriſto capite datæ, cōdemnabitur, moriens in peccato ſuo videlicet.

Ibidem 7

Mar. vlt.

382 Cur exigitur tanta fides, quantum eſt granum ſinapis, vt etiā montes transferri poſſint? An (vt nonnulli exponunt) tam parua fides exquiritur, quam paruum eſt granum ſinapis reſpectu aliorum granorum? Sed cur Chriſtus redarguit eos, qui paruam habebant fidem? Nam Petro dixit. Modicæ fidei, quare dubitaſti? Et diſcipulis omnibus. Quid cogitatis inter vos modicæ fidei? An igitur exigitur tam intenſa fides, quam intenſa eſt grani ſinapis virtus? Nam ad ipſius acumen & acerrimum ſaporem comprimendum, ſi quis ipſam comedere velit, apponuntur acetum, mel, pyra, cotonea mala, ſandali, & huiuſmodi multa & varia pro libito componentium: & tamen adhuc acumine & acrimonia ſua lachrymas & ſternutationem ſæpenumero prouocat. Hæc igitur fides intenſiſſima ad montes transferendos exquiritur.

Mat. 17

Ibi. 14. & 16

383 Quanta fuit fides Petri?Nónne intenſiſſima? Ipſe enim adeò credi-
Ioannis 21 dit, vt ad ſolum Chriſti nutum ſuper mare ambulare cœperit intrepidus: vt Iohannes narrat. Nam cum hoc ante Chriſti mortē feciſſet, & timuiſſet aliquantulum ventum validum,cœpit mergi. Vnde Chriſtus increpauit ipſum,dicens. Modicę fidei, quare dubitaſti?Solidatus igitur in fide poſtea eo ſubuectus eſt,vt interroganti Chriſto, quid de ſe ſentiret, reſpon-
Mat.14 dit ipſe Petrus. Tu es Chriſtus filius Dei viui. Quòd autem hoc ex dono fidei ſibi reuelatum fuerit,declaratur ex dicto ipſius Chriſti, ſubinferētis.
Idem 16 Caro & ſanguis non reuelauit tibi: ſed pater meus, qui eſt in cœlis. Vnde meruit ab ipſo Chriſto audire.Et tibi dabo claues regni cœlorum:quibus videlicet poſſis ipſum regnum, cuicunque volueris,aperire,& ſanare omnem infirmitatem animarū.Propterea ſtatim ſubintulit Chriſtus. Quodcunque ligaueris ſuper terram: & quæ ſequuntur. In cuius rei ſignū tanta vis ſanandi corpora ipſi Petro collata fuit, vt ſola eius vmbra ægrotos ſanaret:ſicut Lucas teſtatur,dicens. Multitudo virorum ac mulierum ponebat infirmos in platea in lectulis ac grabatis, vt veniente Petro ſaltem
Acto.5 vmbra illius obumbraret quemquam illorum,& liberarentur omnes ab infirmitatibus ſuis.

Pſal.32 384 Quomodo omnia opera Domini (vt Propheta canit) ſunt in fide? An eſt fides in Deo:à quo omnis regula veritatis, & cuius velle & intelli-
Hebr.11 gere eſt cauſa omnium,quæ producta ſunt? Sed ſi eſt fides in Deo:cui tanquam maiori credens defert? Aut,quid ei non apparet?Cùm fides ſit argumentum(inquit Apoſtolus)rerum non apparentium. An forſitan loquitur Vates de iis,quæ ipſe Deus nobiſcū agit:quòd videlicet agat mediante fide noſtra? Sed nónne hæc interpretatio eſt arbitraria, & à mente Prophetæ, de mundi fabrica loquentis,prorſus aliena? Quòd autem de mundi fabrica ibi Vates agat,patet ex iis,quæ ſubinfert. Videlicet Verbo Domini cœli firmati ſunt. An igitur (vt verum cenſeo) dici deberet. Omnia opera eius in veritate? Nam אמונה Emunach vtrunque ſignificat: fidem videlicet & veritatem.Cùm igitur Deus non operetur per fidem, quæ inferioritatem quandā denotat, dicendū eſt, quòd omnia opera eius fuerūt in veritate firmata.Quæ veritas eſt ſigillum Dei. Et id indicat verbū præcedens. Quia rectum, id eſt verum eſt verbum Domini. Poſtea ſequitur, Et omnia opera eius in veritate.

385 Cur Propheta canit,quòd omnia Dei opera ſunt in veritate? An, vt innuat opera Dei non eſſe chimærica, nec apparentia tantùm, ſed vera? Quarum rerum veritatem & ſtabilitatem ipſe Deus continet in ideis æternis: licet particularia corrumpantur, & ſibi inuicem ſuccedant. An, quia omnia opera Dei ſigillata ſunt ſigillo ipſius, quod (vt diximus) eſt veritas? An, vt indicetur myſterium profundum: quòd videli-
Proc. in Timæum. cet omnia creata (vt Proculus inquit) circulum faciunt, à Deo incipientia,& in ipſum deſinentia? Quod myſterium deſcribitur per literas proprij vocabuli ipſius veritatis; quod apud Hebræos eſt אמת Emet. Huius enim verbi prima litera eſt prima Alphabeti litera, ſecunda media, tertia

verò vltima. Vnde innuitur, quòd omnia ſunt in Deo primo omnium: egrediuntur per ipſum medium: & terminantur in ipſum Deum, qui eſt finis omnium.

386 Cur nunc eſt tam parua fides in mundo? AN, quia appropinquat tempus, de quo Chriſtus ait. Quando veniet filius hominis, putáſne inueniet fidem in terra? AN, quia obcæcati ſunt homines affectu rerum temporalium & carnalium? Vnde ſicut non poſſunt dicere cum Iohanne. Aurum & argentum non eſt mihi: ſic nequeunt verè dicere, quod ſequitur. In nomine Ieſu Chriſti ſurge, & ambula. AN quia mortales apoſtatæ ſunt & violatores iuriſiurandi, quo renunciarunt Diabolo, mundo, & pompis eius? Vnde effecti mundiales & Diabolici à Chriſto receſſerunt, & à vera fide ipſius: & ipſis euenit, quod Hierocles ait. Quòd videlicet malè viuentes neceſſe eſt vt fidem perdant, nec credant aliquem eſſe ſcelerum ſuorum vltorem: quem ſi haberent præ oculis, ſceleribus non implicarentur. *Luce 18* *Actor.3* *Hieroc. in car. Pyt.*

387 Cur Iudæi, quibus promiſſus fuit MESSIAS, non ſolùm non credunt, ſed ipſi operanti ſalutem pro populo inſultant? AN, quia Iſraeliticus populus ſemper fuit duræ ceruicis: vt plæriſque in locis dicitur? AN, quia ignorátes ipſum, crediderunt eum maximum legis tranſgreſſorem? Iuxta illud Petri. Scio, quòd per ignorantiam feciſtis hoc vos. AN, quia ſæpiſſimè contingit, vt maioribus donis locupletati maiorem ingratitudiné rependant? Sicut conqueritur Deus, dicés. Filios enutriui & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me. Et iterum. Expandi manus meas ad populum non credentem, ſed contradicentem mihi. AN id ſerie diuinæ prouidentiæ factum eſt: vt induratis Iudæis ſalus ad Gentes deueniret? Quod Paulus, longo ſermone cum Romanis agens, innuit. Vbi ait, quòd delictum illorum, ſcilicet Iudæorum, diuitiæ ſunt mundi. *Exod. 32 & 33* *Actor.3* *Iſaiæ 1 & 65* *Rom. 11*

388 Quomodo propter delictum Iſrael diffuſa eſt ſalus in mundum & in gentes? An, quia determinata eſt ſalus & beatitudo, non danda niſi tot determinatis in numero: adeò vt iis diſtributa, aliis dari non poſſit? Iuxta illud Iſaiæ. Coanguſtatum eſt ſtratum, vt alter decidat: & pallium breue vtrumque operari non poteſt. Quod, modo ſuo, declarans Author libri Portæ lucis, ait. Quòd influxus cœleſtis primò venit ſuper Iſrael táquam primogenitum. Quod Chriſtus innuit dicés. NON ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael. Quando autem Iſrael indignum ſe exhibet influxus ille, diffunditur in gentes. Sicut etiam ipſe ſaluator innuit dicens. Auferetur à vobis regnum Dei: & dabitur genti facienti fructum. Quod & Apoſtolus proſequitur, dum ait. Quia indignos vos, ſcilicet Hebræi, vita æterna iudicaſtis: ecce conuertimur ad gentes. AN, quia diuinæ prouidentiæ ſeries ſic exigit? *Iſaiæ 28* *Porta lucis* *Matth. 15* *Ibidem 21* *Actor. 13*

389 Cur Apoſtolus ait. Diminutio Iſrael ſunt diuitiæ gentium: quanto magis plenitudo eorum? NÓNNE, quia non ignorabat ea, quæ in priſca Theologia habétur. Quòd videlicet ſi Iſrael iuſtus erat & fidelis, influxus charisinatum diffundebatur in eum tanquam primogenitum: & inde in *Rom. 11*

alios tanquam guttulæ ſtillantes & fragmenta. Hinc Chananæa illa diuino ſpiritu afflata dixit Chriſto, qui teſtabitur ſe veniſſe niſi pro ouibus
Mat.15 domus Iſrael, quæ perierant. Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa Dominorum. Vnde quanto maior plenitudo Iſraelis eſt, tantò maiora chariſmata ſuperſunt aliis. Si verò Iſrael indignum ſe exhibet, cadunt illa chariſmata immediatè in gentes: vt modo dictum eſt. Et ſic habet locum illud Pauli. Delictum illorum diuitiæ ſunt mundi. Si autem iuſti ſunt Iſraelitæ, maiora chariſmata diffunduntur in ſe & in alios. Propterea ſubinfert Apoſtolus. Quanto magis plenitudo eorum. Vnde docemur non eſſe determinata chariſmata: ſed illorum omnis plenitudo eſt in Chriſto: vt Apoſtolus ait. Quoniam cõplacuit, patri videlicet, omnem
Coloſſ.1 plenitudinem habitare facere in eo. De cuius plenitudine magis & minus, ſecundum diſpoſitionem noſtram, accipimus.

Rom.2 390 Cur Apoſtolus ait. Iudæo primum & Græco? Nónne Chriſtus pro
Iſa.66 gentibus miſſus eſt, dicente Iſaia. Et annunciabunt gloriam meam genti-
Oſeæ 2
Rom.9 bus? Nónne etiam Deus per Oſæam inquit. Et vocabo non plebem meam plebem meam? Quod longo ſermone proſequitur Apoſtolus cum Romanis agens. An igitur pro omnibus venit Chriſtus: præcipuè vero pro Iſrael: vt nuper dictum eſt? An (ſi altius ſpeculari voluerimus) quia Iſrael (vt alibi diſſeruimus) ſignificat omnem hæredem Dei & militantem ſub Deo pro acquirenda hac hæreditate? pro his enim venit præcipuè Redemptor: pro aliis autem omnibus conſequenter.

Ibidem 2 391 Si hoc de Iſrael eo modo, quo dictum eſt, verificatur: cur Apoſtolus
Philip.3 Iudæum tantummodo nominat, aliis tribubus dimiſſis? An forſitan, quia ipſe Iudæus erat? Non quippè. Nam ipſe fuit ex tribu Beniamin: vt ipſemet apertè teſtatur. An igitur, quia Iudæi tunc habitabant Ieruſalem ſimul cum Beniamin, cæteris tribubus ad mare Caſpium (vt aiunt) in montibus illis concluſis? An, quia cæteri ſubintelligũtur per Iehudam ſtirpem & tribum Regiam: ſub qua reliqui omnes militabant? Hinc bis Propheta canit. Iehudas Rex meus. Quod Iahacob prædixerat, dum ſceptrum ei tri-
Pſalmo 59 buit dicens. Non auferetur ſceptrum de Iehuda. Hinc ſemper Iehudas in
& 107
Geneſis 49 caſtris tanquam dux & Rex aliorum præcedebat: vt in libro Numero-
Num.2 rum legimus.

Mat.17 392 Cur Chriſtus increpauit diſcipulos: qui ſpiritum illum non eiece-
Ibidem 14 rant? Nónne, quia ſenſerat in eis defectum fidei? Sicut apertè redarguit petrum: qui ex defectu fidei incipiebat mergi, ambulans ſupra mare. Sed
Lucæ 10 cur defecerunt Apoſtoli, quibus (vt Lucas narrat) data fuit poteſtas calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones & ſuper omnem virtutem inimici? An forte deficiebat eis promiſſum donum, quia fortè deficiebant diſpoſitiones ad illud conſequendum? Huiuſmodi autẽ diſpoſitiones ſunt quinque videlicet, innocentia, ſimplicitas & fœcunditas agni vel ouis. Iuxta il-
Ibidem lud. Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. Secunda eſt libertas ab omni rerum temporalium grauamine. Hinc dicitur. Nolite portare ſacculum. Tertia, fuga auaritiæ. Ideirco ſubinfertur. Neque peram. Quarta eſt

immunitas

immunitas ab omni affectuum ligamine, iuxta illud: Neque calciamenta in pedibus veſtris. Quinta eſt alienatio ab omni implicatione extrinſeca. Hinc ſubnectitur. Et neminem per viam ſalutaueritis. Poſtremò requiritur quies mentis & vnio debita cum Deo & cum omnibus. Hinc ſubinfertur: In quamcunque domum intraueritis, primùm dicite: Pax huic domui. Habentes videlicet eam primò in vobis, quia nemo dat, quod non habet. *Elen.2.*

393 Cur Apoſtoli redarguuntur de defectu fidei, ſi ad expulſionem huiuſmodi ſpirituum requirebatur (vt Chriſtus perhibuit) oratio & ieiuniũ? Nónne Chriſtus repræhendit patrem vexati tanquam incredulum (vt benè ſentit Origenes) dum ait: O generatio incredula ac peruerſa vſquequò patiar vos? Afferte illum ad me. Poſtea redarguit diſcipulos de non plena credulitate, dicens: Propter incredulitatem veſtram, non potuiſtis, videlicet eiicere illum. Deinde docuit eos, qualis in eiuſmodi fides exigatur. Si habueritis (inquit) tantam fidem, quantũ eſt granum ſinapis, quod eſt intentiſſimæ virtutis, ſicut ſuprà diſſeruimus. Et hæc fides ſuffeciſſet pro ieiunio & oratione, quæ duo in eiuſmodi dæmoniorum expulſione potiſſimè exquiruntur, Vnde clarè docemur varia eſſe malorum, ſicut & bonorum ſpirituum genera. *Matth.17.* *Origenes*

394 Quid operatur ieiunium? Nónne Chriſtus paruipendit illud, quando Phariſæis admirantibus, quòd diſcipuli eius non ieiunarent, dixit: Nũquid poſſunt filij ſponſi lugere quandiu eſt cum illis ſponſus? Et iterum, poſtquam declarauit, quòd minor in regno cœlorum, i. in Eccleſia Chriſti, eſt maior Iohanne Baptiſta, quò ad ſtatum videlicet Euangelicum, dixit: Venit Iohannes non manducans panem, neque bibens vinum, & venit filius hominis manducans & bibens. Quibus verbis apertè innuit, ꝙ ieiunium non facit hominẽ perfectiorem. Nónne etiam Deus in Iſaia ait: Nunquid tale eſt ieiunium, quod elegi, per diem affligere hominem animam ſuam? Sed nónne ad remiſſionem conſequendam decimo die Lunæ Septembris indictum fuit ieiunium ſub pœna perditionis? Nónne etiam (vt nuper declaratum eſt) dæmonia aliqua eiici nequeunt abſque ieiunio: Moſes quoque & Elias nõ potuerunt habere cum Deo domeſtica colloquia ſine ieiunio. Pari modo Chriſtus inſtitutionem Euangelicam (vt Matthæus narrat) à ieiunio inchoauit. Quid ergo dicendum eſt? Nónne ieiunium ſolitarium, id eſt abſque aliquo bono opere concomitante paruipenditur, ſuffultum verò bonis operibus laudatur? Hinc Raphael Tobiæ dixit: Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna. Quæ quidem eleemoſyna in Iſaia ieiunio præfertur. Et ob ipſam Chriſtus benedictionem & regnum pollicetur. *Luca 7.* *Iſaia 58.* *Leuit.23.* *Exodi 34.* *3 Reg.19.* *Matth. 4.* *Tobia 12* *Iſaia 58* *Matth.25.*

395 Cur Chriſtus ieiunium quadraginta dierum celebrauit? Nónne numerus ille quadragenarius, in quo quaternarius per denarium complicatur, innuit: quòd quadrifariam corpuſq; noſtrum tranſuehi debet per denarium illum ſupramundanum, vt maceretur & diſponatur, quouſque ſurgat ſpirituale & fiat capax beatitudinis? Hinc Dominus vineæ (vt ſuprà *Ibidem 4.* *Ibidem 20.*

diſſeruimus)operarios denario códuxit. Nam ſicut homo primus cecidit & infecit totum genus humanum, recedens à denario ſupramundano,& adhærens quadrifario corpori per Heuam ſignificato,ſic reſtitutio in priſtinum fieri debet ſubiiciendo corpus quadrifarium denario illi, vnũ per

Deuter. 25 aliud complicando.Hinc(vt reor)pœnitentiæ, percuſſiones,& mora po-
Number 14. puli Iſraelitici in deſerto,ante ingreſſum terræ promiſſæ,& conſequenter tempus ieiunij noſtri numero quadragenario conſummantur.

396 Cur Chriſtus poſt quadraginta dies ieiunij eſuriem paſſus eſt? An,
Matth.4 *Hier.ibi.* vt Diabolus nanciſceretur occaſionem ipſum tentandi,ſicut Hieronymo placet? An,quia æmulatus eſt Moſem & Eliam, qui huiuſmodi ieiunium
Matth.17. celebrarunt?Hinc ipſos etiam adhibuit teſtes ſuæ transfigurationis, vt oſtenderet conformitatem & connexionem legis, Prophetarum,& Euangelij. An,vt oſtenderet ſe verum hominem, hominis metas tranſcendere noluit?ná & legibus humanis ſe ſubmittere voluit, vt infirmitatibus no-
Hebr.4. ſtris compati ſciret,vt Apoſtolus ait.

397 Cognoſcebátne Satan quem tentare auſus fuit? Nónne Diabolus duo experimenta de Chriſto facere conatus eſt?Alterum enim fuit,vt có-
Matth.4 probaret an eſſet verè filius Dei.Hinc dixit:Si filius Dei es, mitte te deorſum.Vnde expreſſè patet,quòd ipſum non cognoſcebat, quis eſſet. Alterum verò experimentum fuit, vt illum deduceret in regnum & ditionem ſuam,mundi huius videlicet,qui trifarius eſt (vt Iohannes perhibet) con-
1.Ioan.2 cupiſcentia videlicet carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Hinc cuiuſlibet iſtorum fecit experimẽtum. Carnis enim experimentum fecit,quando lapides ei in panes conuertendos propoſuit, ſuperbiæ verò, dum ipſum vt è pinnaculo templi ad inanem gloriam ſemetipſum deiiceret,horratus fuit.Auaritiæ quoque periculum fecit, quando ei omnia regna mũdi pollicitus eſt?quę omnia nunquã tẽtaſſet,ſi ipſum cognouiſſet.

Matth.20 398 Quod ocium repræhendit Chriſtus, dum ait: Quid hîc ſtatis tota die ocioſi?Nónne damnat negligentiam operandi, apertè innuens, quòd niſi quis operatus fuerit,non obtinebit denarium diurnum,in quo(vt alibi explicauimus)tota fœlicitas noſtra conſiſtit?Quo quidem denario miſerrimè priuabuntur infœlices illi,qui opera paruipendunt,ſola fide contenti.Ocium igitur hoc, quod eſt negligentia operandi, eſt peccatum illud, quarto loco inter capitalia vitia annumeratum, quod accidiam plerique nominant. Accidia enim non eſt triſtitia ſeu torpor quidam animæ (vt vulgò aſſeritur) ſed eſt negligentia operandi & obſeruandi id, quod vnuſquiſque operari & obſeruare tenetur. Iure itaque Chriſtus repræhendit negligentiam & ocium hoc, tanquam fomitem & radicem malæ concupiſcentiæ & carnis,quæ inimicatur ſpiritui, & hominem penitus à Deo auertit.

Luca 14 399 Cur Chriſtus iubet renunciare omnibus poſſeſſis, quicunque vult
Matth.6. ipſum ſequi?Nónne hoc ipſemet apertè declarauit, dicens: Non poteſtis Deo ſeruire & Mammonæ?Nónne etiam alibi dixit:Facilius eſt camelum
Ibidem 19 per foramen acus trãſire,quàm diuitem intrare in regnum cœlorum? An

igitur omnes diuites à regno cœlorum excluduntur? Non vtique. Nam (vt etiam alibi diſſeruimus) Abraham, Dauid & alij diuites intrarunt in regnum cœlorum. Excluduntur autem omnes ſerui diuitiarum, de quibus Seneca ait: Tu poſſides diuitias, ſicut febricitans febres: Nam febricitans non poſſidet febres, ſed ab ipſis poſſidetur. Pari modo auarus non poſſidet pecuniam, ſed ab ea poſſidetur. Contra quod vitium vnicum tantùm ac ſingulare remedium eſt, à Propheta decantatum. Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Nam opes terrenæ aut pauperibus eroganda ſunt, aut in rebus honeſtis expendendæ, aut omnino ſpernendæ & ſúſque déque habendæ. *Seneca ad Lucillum.* *Pſalmo 61*

400 Vnde tam iniquum apud mortales diteſcendi ſtudium? An quia vnuſquiſque appetit propriũ commodum? Sed nónne Chriſtus dixit: Quęrite primum regnum Dei, & hæc omnia, temporalia videlicet, adiicientur vobis? An igitur id prouenit ex defectu fidei? Cùm non plenè credatur Chriſto, nec obſeruetur iuſiurandum in baptiſmate factum, quo Diabolo, mundo, & pompis eius vnuſquiſque verus Chriſti miles renunciat. Vnde pauci hodie verè Euangelium obſeruant, quo docemur cauere & abhorrere à tribus mundi & Diaboli venenis, nos, ne promiſſum regnum adipiſcamur impedientibus. Hoc enim totum Euangelium intendit, vt videlicet conculcata ſuperbia vel ambitione, auaritia, & luxuria, noſmetipſos aptum & concinnum Dei templum conſtituamus. *Matth. 6.*

401 Cur multi liberis & hæredibus carentes tantoperè opibus augendis inhiant? Si reddenda eſſet ratio de iis quæ ſine ratione fiunt, de huiuſmodi quoque poſſet reddi ratio. Sed nulla hîc eſt ratio, niſi ſtultitia quædam & vanitas, ſicut ſapientiſsimus Salomon adiudicauit, dicens, quòd & hæc eſt vanitas, imò ſtultitia, quando quis non habet filium nec fratrem, & tamen laborare non ceſſat, nec ſatiantur oculi eius diuitiis, nec recogitat, dicens: Cui laboro, & fraudo animam meam bonis, æternis videlicet? hæc eſt enim vanitas & afflictio peſsima, cui adſtipulans Chriſtus ait: Stulte, hac nocte repetẽt animam tuam, quæ autem paraſti, cuius erunt? Cùm igitur hoc omni prorſus ratione careat, i. quia homo relicto Deo cedit (vt Proculus ait) malo dæmoni hæc ſuggerenti. *Eccleſ. 4.* *Luca 12* *Pro. in lib. de anima & dæmone.*

402 Peccántne qui ex rebus ſacris, nulla cura de pauperibus ſibi creditis habita, ditantur? Nónne Hieronymus ait, quòd Epiſcopi & rerũ ſacrarum poſſeſſores non ſunt domini, ſed diſpenſatores theſaurorum Chriſti? Chriſti dico, quia huiuſmodi bona, Chriſti pauperibus eroganda, relicta ſunt: hinc non leue, & forſitan maximum peccatum eſt eorum, qui huiuſmodi bonis penitus abutuntur, ea in profanos & illicitos vſus conuertẽtes. Et de his loquitur Apoſtolus, dicens: Rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, & oſtentui eum habentes. Hi enim oſtentui habent Chriſtum, dum membra ipſius, pauperes videlicet, contemnunt, & abutuntur iis, quæ Chriſti intuitu acquiſierunt. Vnde de vnoquoque horum dici poſſet illud, quod de impiiſsimo & nefario Iuda, qui auaritia deuictus Chriſtum tradidit, ipſemet Saluator dixit: Vnus ex vobis diabolus eſt. *Hieronym.* *Heb. 6* *Ioannis 6.*

40; Cur Chriſtus iuſſit ab eo cibandos ſuper fœnum diſcumbere? An, vt commodius cibum ſumerent? Sed nónne dicitur, quòd omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtructio? An igitur (iuxta ea, quæ ſuprà dicta ſunt) id factum eſt, vt doceamur, quòd cibi illi ſacri per quinque panes & duos piſces (vt alibi declaratum eſt) denotati, aſſumi rectè nequeunt, niſi ſuppeditatis omnibus, quæ per fœnum deſignantur? De fœno enim inquit Iſaias: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri. Gloria nãque carnis eſt pompa, luxus, auaritia, & huiuſmodi, quæ cum cibis illis ſpiritualibus conuenire nequeunt. Quòd autem panes illi ſpirituales cibos, pabulúmque maximè verbi Dei ſignificent, Lucas nobis inſinuat. Ipſe enim poſtquàm de melle & pane, quem Ieſus poſt reſurrectionem comedit, locutus eſt, ſtatim ſubintulit: Et cùm mãducaſſet, ſumens reliquias dedit eis, dicens: Hæc ſunt verba, quæ locutus ſum vobis, dum adhuc eſſem vobiſcum.

Ibidem *Iſaiæ 40.* *Lucæ 24*

404 Cùm patres veteris teſtamenti, vxores, & diuitias habentes, placuerint Deo, cur à nobis paupertas & caſtitas exigitur? An, quia ipſi erant ſub lege animali? ideò permittebãtur rebus terrenis & corporeis operam nauare, quæ vitæ illi non repugnabant, ſicut obſtant vitæ ſpirituali, quam veri Chriſti imitatores profitentur. An, quia patres illi qui in huiuſmodi placuerunt Deo, bene vtebantur matrimonio, pro multiplicanda videlicet prole, & diuitiis, eas pauperibus erogando (vt Abraham) vel pro ædificando templo, vt Dauid, & huiuſmodi? An quia ipſis nondum erat apertum regnum, ſicut nobis? Ideircò nos plenè animas noſtras expiare debemus, vt (ſi fieri poſſet) egrediẽtes è corpore ſtatim ad cœlum iam apertum euolarent. Quamuis enim patres illi laxis aliquantiſper habenis homini animali indulgerent, reſtabat tamen eis tempus, quo expiabantur in ſinu Abrahæ, quouſque ipſis regnum aperiretur.

405 Cur Chriſtus à nobis humilitatem exquirit? An fortè, vt ſemper deiecti maneamus? Non quippe: nam id repugnaret naturæ inſtinctui à Deo dato, quo homo nec poteſt, nec velle debet deiectionem. Alioquin Chriſtus non promiſiſſet, in præmium renunciationis bonorum temporalium ſublimationem, ſicut pollicitus eſt diſcipulis ſuis, quibus dixit: Vos qui reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Chriſtus itaque exquirendo humilitatem docet viam deueniendi ad ſublimitatem. Hinc pleriſque in locis repetiit regulam & documentum illud: Qui ſe humiliat, exaltabitur: tanquam potiſſimum & rectum modum deueniendi ad illam ſublimitatem quam naturaliter & rectè vnuſquiſque affectat. Sed nónne multi ambientes honores exaltantur? illa quippe eſt via mundi & Diaboli vſurpantis, humilitas autem eſt via Chriſti rectè diligentis.

Matth. 18 *Ibidem 19* *Ibidem 23.* *Lucæ 14. & 18.*

406 Cur dicitur, quòd qui voluerit primatum in terris, inueniet confuſionem in cœlis? Nónne primatum Petrus appetiit, quando dixit: Quid ergo erit nobis? hinc ei tanquam ritè petenti, dixit Chriſtus: Vos qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes duodecim. Appetitum enim rerũ magna-

40. diſtin c. Multi. *Matth. 19*

rum Ariſtoteles non vitio ſed magnanimitati aſcribit. Propterea Apoſtolus hortatur nos, vt æmulemur chariſmata meliora. Et Hieronymus ſacrã virginem inſtruens, ait: Habeas ſocias, quibus ſemper inuideas. Confuſionem itaque in cœlis inueniet, qui indebitè quærit honores, vel præter meritum, vel ex cupidine dominandi, non autem proficiendi, vel modo illicito. per ſimoniam videlicet & damnabilem ſeruitutem, vel non expectás quòd Deus operetur. Hinc Apoſtolus inquit: Nemo aſſumit ſibi honoré, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aharon. *Ethic. 4.* *1. Cor. 12.* *Hiero. ad Demetria.* *Hebr. 5*

407 Cur Chriſtus diſcipulos de primatu altercantes reprehendit? Non quippe eos de primatu, debito modo deſyderato, redarguit, ſed de altercatione. Nec enim boni viri intereſt primatum abſolutè, nullis videlicet præuiis meritis quærere, ſed vnuſquiſque ſe talem prius exhibere debet, vt gradum illum, quem appetit conſequi mereatur. Sicut Chriſtus re potius, quàm verbo nos docuit, vt Paulus, cum Philippenſibus agens, diſſerit. Chriſtus (inquit) factus eſt pro nobis obediẽs vſque ad mortem, mortem autem crucis. Et hoc humiliando & exinaniendo ſemetpſum, propter quod (vt ipſe Paulus ſubinfert) & Deus exaltauit illum, vbi tria innuuntur. Primò enim ponitur obſeruatio regulæ edoctæ, vbi dicitur: Exinaniuit ſemetipſum. Secundò ponitur opus, dum dicitur: Vſque ad mortem crucis: ibi enim ſalutem totius generis humani operatus eſt. Vnde meruit debitum primatum ſuper omnes. Hinc ipſe dixit: Oportuit Chriſtũ pati, & ita intrare in gloriam ſuam. Tertiò deſcribitur recognitio primatus à Deo dandi, dum dicitur: Factus obediens. Quod ipſe Chriſtus docuit diſcipulos propè ipſum ſedere quærentes in regno ſuo, dicens: Poteſtis bibere calicem, paſsionis videlicet & abiectionis? Et quamuis ſe calicem poſſe bibere aſſererent, ipſos tamen, vt quod petebant, à Deo dandum recognoſcerent, hortatus eſt. Sedere (inquit) ad dexteram meam vel ad ſiniſtram non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo. *Luca 12.* *Philipp. 2* *Luca 24.* *Matth. 20*

408 Cur Chriſtus nobis pacem ſuadet, & ipſam nobis aliis denunciandam proponit? Nónne quia regnum ipſius eſt regnum ſpiritus & pacis? E conuerſo autem regnum diaboli eſt regnum carnis & litigij. Sed cur hoc? An, quia bona carnalia & temporalia ea ſunt, vt pluribus communicata diminuantur? Vnde, qui ea appetit ſemper timet, ne ſi pars ſocij augeatur, ipſius portio diminuatur. Hinc Iacobus dixit: Vnde bella & lites in vobis? Nónne ex concupiſcentiis veſtris, quæ militant in membris veſtris? Spiritualia verò bona magis communicata, magis augentur. Hinc de ſapientia inquit Sapiens: Quam ſine inuidia communico. Non enim Doctor ſapiẽtiam docendo imminuit, imò ipſam adauget. An quia beatitudo non poteſt ſtare cum litigiis? Nã beatus (teſte Auguſtino) eſt ille qui habet, quicquid vult. Litigans autem non habet, quicquid vult, imò quærit & appetit quod non habet. An Chriſtus quærit à nobis pacem, quia ſicut receſsimus à Deo per diuiſionem, ſic in Deum reuerti debemus per vnioné, quæ ſine pace eſſe non poteſt? hinc ipſe dixit: Rogo pater, vt ſicut ego & tu vnum ſumus, ita & iſti vnum ſint in nobis *Marc. 9.* *Luca 10* *Iacobi 4* *Sapien. 7* *Auguſtin.* *Ioannis 17*

Matth.5. 409 Cur Chriſtus à nobis remiſſionem iniuriarum exquirit? An, vt in-
ibidem 6. de pacem facilius habeamus? An, vt inde remiſſionem à Deo conſequa-
Marc. 11 mur? Hinc ipſemet Chriſtus docuit nos orantes dicere: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut dimittimus. Et alibi: Dimittite (inquit) ſi quid habetis aduerſus aliquem, vt & pater veſter, qui in cœlis eſt, dimittat vobis peccata veſtra. Et hoc quia regula illa in libro vitæ annotata nunquam deficit. Ea-
Matth. 7. dem menſura, qua menſi fueritis, remetietur vobis. An quia vindicta Deo
Deuter. 32 peculiariter competit? iuxta illud, Mea eſt vltio, & ego retribuam. Vnde nullus iure vindictam de malè actis ſumere poteſt, niſi Deus, & is qui vicem Dei in terris gerit, iudex videlicet. Nec maiorem vindictam de iniuriis ſibi vel aliis illatis quis ſumere poteſt, quàm Deo vindictam commit-
Roman. 12. tere, iuxta illud Apoſtoli: Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitierit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius.

Lucæ 8. 410 Eſtne verbum Dei ad ſalutem conſequendam neceſſarium? Nónne eſt adeò neceſſarium, vt Chriſtus dicat illud eſſe ſemen, quo videlicet ge-
Iacobi 1. neramur filij Dei? iuxta illud Iacobi: Genuit nos, pater videlicet æternus, verbo veritatis. Sed quomodo verbo geniti ſumus? Nónne, quia verbum
Geneſ. 1. & ſapientia eſt aqua, de qua ſcriptum eſt: Producant aquæ ſerpituram animæ viuentis? Infuſum enim mentibus noſtris Dei verbum operatur, vt faciamus nouum conceptum, & diſponamus nos ad vitæ mutationem & renouationem, quam facimus in Chriſto, qui eſt verbũ Dei incarnatum. Nam in ipſo regeneramur vt ſimus cœleſtes, ſicut in primo Adam fuimus
1. Cor. 15. carnales & terreſtres, iuxta illud Apoſtoli: Qualis terrenus, tales & terreni, & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes.

Iacobi 1. 411 Cui comparatur auditor verbi Dei & non factor? Nónne à Iacobo aſſimilatur viro conſideranti aut inſpicienti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo? Imago enim ſiue effigies alicuius proſpecta in ſpeculo citius labitur quàm labatur imago vultus alicuius proſpecta in proprio ſubiecto, quæ ſuapte natura memoriæ videntis imprimitur. Hinc ipſe Iacobus ſubinfert:
Lucæ 8 Conſiderauit enim ſe & abiit, & ſtatim oblitus eſt, qualis fuerit. A Chri-
1. Cor. 9 ſto autem comparatur huiuſmodi ſemini ſupra petram cadẽti, quod non inueniens humorem quo alatur, areſcit. A Paulo verò æquiparatur ei, qui aerem pugno verberat. Nam aer retracto pugno reuertitur, ac ſi nihil per ipſum trãſiiſſet. Ibi enim Paulus de adminiſtratione verbi Dei agit. Quod potiſsimè in prædicatione Euangelij conſiſtit.

Matth. 6 412 Si Chriſtus nos redemit, ad quid orationem in patrem dirigere de-
Ibidem 11. bemus, vt ipſe docet? An, vt recognoſcamus omnia ab eo danda? ſicut ip-
Ioannis 7 ſemet recognouit, dicens: Omnia mihi tradita ſunt à patre meo. Et iterũ: Mea doctrina nõ eſt mea, ſed eius qui miſit me. An quia pater eſt fons pri-
2. Cor. 1 mus miſericordiæ & pietatis? Hinc Apoſtolus vocat ipſum, patrem miſericordiarum & Deum totius conſolationis. Nam ipſe miſit ad nos redem-
Ioannis 3 ptorem, vt Iohannes perhibet, dicens: Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitũ daret, vt omnis qui credit in illum, nõ pereat, ſed habeat

vitam æternam. An quia in ipſum ſolum dirigenda eſt omnis oratio, ſicut alibi diſſeruimus?

413 Si ſemen eſt verbum Dei quo generati ſumus, quid vltra ſeminare nos hortatur Paulus, dicens: Quæcunque ſeminauerit homo, hæc & metet? Nónne aliud eſt ſemen, quo ſecundum hominem animalem generamur, & aliud, quod ſeminatur, vnde cibi naſcuntur, quibus ipſum hominem animalem paſcimus, & conſeruamus? Illud enim animale, hoc autem plantarum eſt. Pari quoque modo aliud eſt ſemen melioris & ſpiritualis hominis, aliud eſt ſemen illorum, quibus ipſum paſcimus & conſeruamus. Et ſicut ex iis quæ naſcuntur in conſeruationem hominis animalis generatur ſemen, quo ipſum iterum generare poſſumus, ſic etiam ex ſemine ſpiritualis hominis generantur ea quæ ipſum conſeruant, & ex ipſis oritur ſemen illud ſpirituale, quo regeneramur. Sed quomodo hæc? Nónne verbum Dei eſt ſemen, quo (vt dictum eſt) ſecundum meliorem hominem generamur? iuxta illud Iacobi: Genuit nos, pater videlicet æternus, verbo veritatis. Et hoc in eo, quòd aqueam naturam ſapit. Quod verbum efficitur ſemen & cibus, quo ſpiritualis homo conſeruatur & alitur: ſicut Christus apertè teſtatur, dicens, quòd homo viuit in omni verbo quod procedit ex ore Dei. Quo quidem diuino verbo nutriti & corroborati alios eodem generamus & parturimus, iuxta illud Apoſtoli: Filioli mei, quos iterum parturio in Chriſto Ieſu. Hoc igitur præcipuum ſemen ſeminare debemus prædicando, quo alios generamus, & illos & nos ipſos ſimul paſcimus. Poſtmodum ſeminare quoque debemus multigenum ſemen, cuiuſcunque videlicet boni operis.

Lucæ 8. Galat. 6

Iacobi 1.

Matth. 4.

Galat. 4

414 Cùm Chriſtus dicat: Sine me nihil poteſtis facere, quid nobis prodeſt ſeminare? Num parum eſt nobis, quòd Deus dignetur nos eligere in cooperatores ſuos? Ait enim Iohannes: Cooperatores ſumus Dei & veritatis. Cui adſtipulans Apoſtolus inquit: Dei enim ſumus adiutores. Et de miſsis ad ſeminandum inquit Marcus. Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante. Quomodo autem Deus cooperetur, Paulus inſinuat, dicens: Non ego, ſed gratia Dei mecum. Quæ quidem gratia eſt irriguum ſuperius. Et iterum: Deus autem incrementum dedit. Quomodo autem in aliis ſeminibus Deus ſit principale agens, nos verò cooperatores, ipſemet Apoſtolus alibi declarat, dicens: Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti (per gratiam videlicet præuenientem) & panem ad manducandum præſtabit (per gratiam videlicet cooperantem) & multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ.

Ioannis 15

3. Ioannis

1. Cor. 3.

Marci vlt.

1. Cor. 15.

Ibidem 3.

2. Cor. 9

415 Quid emolumenti conſequuntur Chriſticolæ ex miſsis frequenter celebratis? Nónne ſoluitur homo ab omni reatu, & ad cœlũ euolat, miſſarum ſuffragiis adiutus? Vnde & inoleuit conſuetudo, qua pro defunctorum expiatione celebrari ſolent ab Eccleſia triginta miſſæ, quas Gregorianas plerique vocant, ſed hæc liberatio ſitne virtute numeri, an virtute rei ſacræ? nónne Chriſtus ait: Hic ſanguis pro vobis & pro multis effun-

Matth. 26

detur,in remiſſionem peccatorum?Si igitur ex merito Chriſti per ſanguinem ipſius effuſum à reatu abſoluimur, quid facit numerus ille tricenarius? Nónne poteſt Chriſti meritum, toti mundo ſufficiens,& penè infinitum in vna miſſa commemoratum, tam perfectè operari, quàm in triginta?Bonum (inquies) reiteratum efficacius eſt, & augmentum ſuſcipit. Sed ſi illa anima,de qua Gregorius meminit, triceſima huius myſterij reiteratione indiguit,aliæ fortè huiuſmodi reiteratione non indigēt,ſed maiore vel minore pro exigentia reatus quo grauatæ ſunt. Laudandum itaque ac magnifaciendum eſt ſuffragium Chriſti,in commemoratione ſanguinis ſui,in peccatorum remiſſionem effuſi.Cauendum autem eſt,ne efficacia meriti ipſius Redemptoris numero tricenario vel ſexagenario attribuatur.

Gregor. in Dialogo.

Luca 22. 416 Ad quid inſtituta fuit miſſa? Nónne vt ſeruetur præceptum Chriſti,dicētis:Hoc facite in meam commemorationem?Sed cur tot ceremoniæ præmittuntur & ſubſequuntur? Súntne hæ,ſuperſtitioſa & ſuperflua quædam,vt aliqui impij & maledici dicunt? Non quippe ſuperuacanea nec ſuperſtitioſa ſunt,quæ in tanti myſterij honorem celebrantur.Nec enim voluit Deus legem illotis (vt aiunt) manibus tradere,ſed maxima ſolennitate, vt populum ad ipſam cum timore & reuerentia ſuſcipiendam induceret.Nam primò populum ab Ægyptiaca ſeruitute,ſubmerſis Ægyptiis,liberauit,ipſum manna pauit,montem fumigare iuſſit,buccinas cōſtrepere,& lampades coruſcare,támque terribili voce locutus fuit,vt populus ſibi mortem timeret. Hinc dixit Moſi: Loquere nobis tu,& audiemus,nec loquatur nobis Dominus,ne fortè moriamur. Nec voluit pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis filium ſuum prius ad nos deſtinare,quàm patribus in Prophetis multifariè multíſq; modis(vt Paulus ait)loqueretur.Non ab re igitur Eccleſia,Spiritu ſancto illuſtrata,& à Deo edocta, corpus & ſanguinem Chriſti in redemptionem generis humani traditum tam celebriter commemorari iuſſit.

Exodi 14. 16. & 19

Hebr. 1.

417 Quàm concinnè miſſarum ceremoniæ ſunt inſtitutæ?Nónne adeò bene ac concinnè,vt ignorem,ſi quid melius ac concinnius excogitari potuerit?Præmittitur enim Pſalmus virtute plenus(ſicut & omnes alij)cum delictorum recognitione, & veniæ petitione, vt purus ad tantum myſterium celebrandum Sacerdos accedat, ſuffultus ſemper populi aſtantis oratione.Hinc ſemper orationibus præmittitur,Oremus,omnes videlicet, cùm oratio cōmunis(vt alibi declarauimus)longè ſit efficacior quàm particularis.Intratur quoq; ad celebritatē hanc cum verſiculo alicuius Pſalmi,vt in pluribus. Poſtea impetratur ſalutis ſuffragium ter trina voce, vt docet nos oraculum Iſaiæ,dicentis,quòd Seraphini Deū laudantes ter repetebant,Sanctus.Deinde deuenitur ad hymnū,ab angelis quando Chriſtus in mundum venit,decantatum.Subſequuntur orationes cum lectione noui vel veteris Teſtamenti. Decantatur profeſſio fidei publicè, iuxta illud Chriſti:Qui me confeſſus fuerit coram hominibus,confitebor & ego eum coram patre meo. Omiſsis autem,quæ ſecretè aguntur,non ſine

Iſaiæ 6. Luce 2.

Matth. 10

ratione & myſterio ſubſequitur canticum, quod Seraphini coram Deo (vt dictum eſt) ſoluunt. Interponitur quoque oratio dominica: qua nulla efficacior. Et cum, veluti Agnus, oblatus ſit Chriſtus ad tollēda mundi peccata: Hinc cum verbis accommodatiſſimis veniam & miſericordiam ab eo petimus, tanquam fructum illius oblationis commemoratæ. poſtremò concluditur miſſa in orationibus repetitis. Cùm nullum fructū inde conſequi poſſimus: niſi debita recognitione & oratione ab eo, qui ipſum fructum produxit & præparauit, ipſum impetremus.

418 Cur Chriſti fides diebus feſtis miſſam audire tenentur? Nónne hoc ex mero Eccleſiæ præcepto ſancitum fuit? Sed cur id Eccleſia ſtatuit? Nónne, quia diebus feſtis Deum præcipuo cultu colere debemus? Nec enim alia de cauſa lege ſancitum eſt, vt in die ſabbati, & in aliis ſolennitatibus homo ab omni opere ſeruili ceſſet: niſi vt in libertate ſpiritus, & ab omnibus curis extraneis expeditus, Deo vacare poſſit. Quid igitur concinnius & melius inſtitui potuit, quam confiteri, & veniam peccatorum impetrare, ſacras lectiones audire, diuinas laudes decantare, vel alios decantantes audire, & offerre vel commemorare ſacrificium, à ſummo ſacerdote Chriſto pro omnium expiatione oblatum: vel aliis ipſum commemorantibus aſtare? Vnde nonnulli nimis audaces & inſolentes miſſarum celebrationem damnant. Nimia tamen frequentia, vbi neceſſitas nulla cogit, poſſet damnari: quando per huiuſmodi frequentiam & nimiam familiaritatem deuotio remitteretur: aut ex cupiditate huiuſmodi miſſæ celebrarentur.

419 Cur Chriſtus iubet, vt prius reconciliemur fratri noſtro, quam ſacrificium offeramus? An, vt lex ſeruetur: quæ iubet, ne quis memor ſit iniuriæ ciuium ſuorum? An, cum remiſſione indigeamus, & propter remiſſionem conſequendam, ſacrificium illud in remiſſionem peccatorū oblatum commemoremus, remittere iniurias prius debemus: ſtante regula illa inuiolabili. Eadem menſura, qua menſi fueritis aliis, remetietur & vobis? Hinc Chriſtus docet nos orare patrem, dicentes. Dimitte nobis, ſicut dimittimus. An, quia ſacrificium illud, quod commemoramus, fuit calix amari poculi & medicinæ, quam Chriſtus caput noſtrum pro omnibus membris ſumpſit? Nam ſicut medicina corporalis prodeſſe nó poteſt alicui membro ſecto & diuiſo à corpore: ſic nec medicina melioris hominis à Chriſto pro toto Eccleſiæ corpore ſumpta, prodeſſe poteſt membro per odium vel diſſidium aliquod à corpore diuiſo.

Mat. 5 *Leui. 19* *Mat. 7* *Ibidem 6*

420 Cur apud bonos ac probos viros inoleuit conſuetudo, vt in morte veniam ab omnibus, cum quibus ſermonem habere poſſunt, petant? An, quia (vt Plato inquit) non poteſt homo à tartarea regione liberari: niſi prius ab iniuria affectis obtenta venia? Ait enim in Phædone. Delati ad paludem Acheruſiam clamant ad eos, quos vel necauerunt, vel iniuriis affecerunt: ſupplicitérque rogant, vt eos permittant per paludem progredi: ibíque abſolui. Et ſi impetrauerint penetrant illuc: finémque malorum accipiunt. Sin minus perſuadere queant: referūtur in tartarum: atque inde

Pla. in Phædone.

rurſus in flumina, neque per hac mala deferri prius ceſſant, quam ab iis, quos iniuriis affecerunt, veniam impetrauerint, An, quia nemo poteſt cenſeri membrum corporis veræ Eccleſiæ beatificandi: niſi capiti & cæteris membris, charitatis vinculis vnitus cohæreat?

421 Si tanta vnio in membris Chriſti exigitur: quomodo Chriſticolæ, in tot ſectas & Religiones diuiſi ſaluantur? Nónne id Apoſtolus damnat, 1.Cor.i dum ait. Audiui, quòd contentiones ſunt inter vos: & vnuſquiſq; veſtrum dicit. Ego quidem ſum pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ, ego autem Chriſti. Diuiſus eſt Chriſtus? Nunquid Paulus crucifixus eſt pro vobis: aut in nomine pauli baptizati eſtis? Et iterum. Non eſt diſtinctio Iudæi (Rom 1°) & Græci. Nam idem Dominus omnium. An igitur id permiſſum fuit, vt per varios viuendi ritus mortales, natura diuerſi, Deo aptius & commodius inſeruirent: via & modo ſibi magis conformi? Sed, cum Chriſtus (vt ipſemet fatetur) ſit via: quæ alia poteſt ab homine excogitari? Nónne vna- (Ioannis 14) quæque ſecta aut Religio quanto magis vnitati Euangelicæ adhæret: tanto magis Chriſtum, veram viam, in Euangelio ſe ſe nobis demonſtrãtem, ſequitur? Si verò quiſpiam ſuopte ingenio aliã vel meliorem viam, quàm ſit Euangelica, inuenire præſumat: à temeritate & ſuſpitione abſolui omnino nequit.

Iaco 5 422 Eſtne neceſſaria confeſſio ad conſequendam promiſſam beatitudinem? Nónne Iacobus ait. Confitemini alterutrum peccata veſtra? Sed non eſt (inquies) authentica Iacobi epiſtola. An de confeſſione vniuerſali, non Mat.16 autem particulari, quam aliqui auricularem vocant, loquitur? Sed ad quid & 18 Ioannis 20 datæ ſunt claues Petro & Apoſtolis? Ad quid etiam data fuit Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus poteſtas remittendi peccata: niſi peccator teneatur Deut.6 exponere ſacerdotibus peccata iudicanda vel remittenda ab eis, quibus huiuſmodi poteſtas collata eſt? Quomodo etiam ſeruabitur Deuteronomica lex: quæ iubet, vt totis viribus Deum diligamus: ſi Deo per confeſſionem & abſolutionem reconciliari neglexerimus? Quomodo quoque animæ noſtræ peccatis oneratæ benè conſulimus: ſi paucis verbis confitentes & peccatorum abſolutionem impetrantes ipſam exonerare renuamus: quam alioquin exonerare nequimus, niſi maximis & intolerabilibus penè laboribus? Nam tantus dolor lege naturali, & maior requiritur pro delendo peccato, quàm fuerit delectatio in ipſo perpetrando. A proportione enim minoris inæqualitatis aut æqualitatis non prouenit actio: ſed ſolùm à proportione maioris æqualitatis.

423 Poſſumúſne participes effici meriti Chriſti per aliam viam, quàm per abſolutionem à ſacerdote factam? Nónne Chriſtus ait. Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit? Nónne etiam Apoſtolus ait. Pacificans Mar.16 Col.1 per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terris ſunt? Sufficit quidem fides baptiſmum ſuſcipientibus (cum per baptiſmum ſalus Cantico.i credentibus detur) ſed baptiſmali gratia per peccatũ ſubſequens euacuata To.4.c.11 & 12 non videtur ſola fides ſufficere: vt in harmonia latius diſputauimus. Valet nanq; fides cũ pœnitentia & abſolutione: ſicut prius cũ baptiſmo valuit.

Sed ſi pacificatio illa, per ſanguinē Chriſti facta, ſufficit: ad quid ipſe Chriſtus poteſtatem peccata remittendi dedit? Ad quid etiā baptiſmum inſtituit? Meruit quippè Chriſtus pleniſſimā omnium pacificationē: ſed modos, per quos ipſam ſuſciperemus, inſtituit. Horū autem alter eſt baptiſmus: alter verò pœnitentiæ ſacramentum. Quæ duo ordinauit nedum in adiutorium, ſed in certum pignus remiſſionis obtentæ vel obtinendæ. *Col. 1* *Ioannis 20*

424 Quæ ſunt veteris & noui teſtamenti loca: ex quibus concludere poſſumus confeſſionem eſſe nobis neceſſariam? Nónne lex iubet, quòd ſacerdos, populi peccata expiaturus, primò ſanguine vituli & hirci ſanctuarij expiet: ſecundo pro expiandis oret: tertio eos eodem ſanguine aſpergat: & quarto hirco manus imponens peccata populi expiandi confiteatur? Nec enim ipſe potuiſſet eorum peccata coram Deo confiteri: niſi expiandi peccatum ſuum prius expreſſiſſent. Et multa huiuſmodi in lege habentur. Vt autem cætera pertranſeam: nónne vnico claróque verbo ſuccentor legis Dauid id expreſſit, dicens. Quoniam tacui, peccatum meum ſcilicet in confeſſione, inueterauerunt oſſa mea, dum clamarem tota die, in oratione videlicet? Hinc ad remedium deueniens, ſubinfert. Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino: & tu remiſiſti impietatem peccati mei. In Euangelio autem quantum Chriſtus ſacerdotibus, quibus poteſtas remittendi peccata collata eſt, detulerit: clare depræhendere poſſumus ex iis, quæ dixit leproſis ſcilicet. Ite, & oſtendite vos ſacerdotibus. *Leuit. 16* *Pſalmo 31* *Lucæ 5 & 17*

425 Quid lepra cum ſacramento confeſſionis conuenit? Vnde melius diſcere poſſumus ſacerdotis officium in iudicando pœnitente, quam ex facto lepræ? propterea non ineptè dici ſolet, quòd ſacerdotis intereſt pecoris ſui vultum cognoſcere. Non forſitan eo modo, quo multi opinantur: vt, niſi exprimantur omnes minutiæ, quas circunſtantias appellant, reus abſolutus non ſit. Cuius rei veritatem depræhendere poſſumus: ſi benè leproſorum legem perpendamus. Cuius quidem legis ſumma eſt, quòd ſacerdos benè intueatur parietem, veſtimentum, & cutem, ſi lepra ſanabilis ſit, nécne. Si verò ſanabilis ſit: dimittatur liber is, qui lepra infectus eſt: ſi autem inſanabilis, claudatur. Quod pari modo facere debet ſacerdos: quando lepra peccati infectus ad eum venit. Si enim ſanabilis ſit, eum abſoluere debet: ſin minus, claudere. Et hæ ſunt claues, & poteſtas claudendi & aperiendi. *Leuiti. 13*

426 Quomodo quis cognoſcere poteſt lepram peccati eſſe ſanabilem, nécne? Nónne, ſi omnia, quæ in lege lepræ pertractantur, diſcutere vellemus, commentaria longa exquirerentur, & problematum metas excederemus? Sed ad ſummam rei attendentes, dicimus, quòd ſi iudex perpenderit reum velle peccatum deſerere, & ad Deum reuerti, ipſum abſolutione dignum iudicare debet: & cui aperiatur ianua gratiæ & regni. Si verò ſecus: non abſolutione, ſed noua recluſione dignum cenſebit. Et hoc toties, quoties plagam illam inſanabilem viderit. Sicut apertiſſimè ex lege Leuitica diſcere poſſumus. *Ibidem*

427 Confeſſus omnia peccata, & abſolutionem conſecutus, euolarétne ſtatim ad cœlum, ſi moreretur? Si peccator (vt Ezechielis oraculo docemur) ad Deum reuerſus (vt literæ veritas habet) ſtatim iuſtificatur: nónne multò magis, abſolutionem ſuſcipiens ab eo, cui ipſam conferendi poteſtas data eſt? Sed ſi ſic eſt ad quid purgatorium? Nónne poſt abſolutionem remanet reatus, purgatorij pœna delendus? Nam quis poteſt eſſe in gratia, & debitor. Gratiam quippè reſtituit abſolutio: debitum autem pœna expurgatiua delet.

Ezec. 18

428 Anima à culpa & reatu abſoluta éſtne beatitudine digna? Nónne digna eſſet, niſi præter culpam & reatum remaneret macula expurganda? Nam (teſte Iohanne) nihil coinquinatum poteſt introire in regnum Dei. Sicut enim infecta fuit anima veneno quodam, ex parentum peccato: ita inficitur labe peccati, quod in dies perpetratur. Nónne etiam remanet imbecillitas quædam, ſanata etiam anima? Nam ſicut corpus conualeſcens, adhuc debile eſt, & corroborandum: ſic anima per abſolutionem in morte ſanata, remanet adhuc debilis, omnibus viribus eius conturbatis. Hinc propheta clamabat, dicens. Miſerere mihi Domine, quoniam infirmus ſum: ſana me Domine, quoniam conturbata ſunt omnia oſſa mea, ideſt virtutes: & anima mea turbata eſt valdè. Nec enim abſolutio in extremo vitæ facta, quamuis à peccato abſoluat, omnimodæ ſaluti animam reſtituit: nec ipſam ad beatitudinem protinus aſſequẽdam habilem reddit.

Apoc. 21 *Pſalmo 6*

429 Quibus regnum cœlorum, tanquam benè diſpoſitis, ſtatim aperitur? Nónne tribus apertos fuiſſe cœlos legimus? Primò enim aperti fuere cœli Ezechieli, iuxta fluuium Chobar, ideſt Euphratem prophetanti & contemplanti. Vnde innuitur, quòd lotis aquis illis, quæ è voluptatis horto egrediuntur, & cœleſtia contemplantibus aperiuntur cœli. Nam Euphrates eſt vnus è quatuor fluuiis, qui è delitiarum horto emanant: vt in Geneſi legimus. Secundò aperti fuerunt cœli Chriſto, à Iohanne baptizato: vt Matthæus narrat. Vnde docemur, quòd tanta eſt vis veræ baptiſmalis aquæ, cuius hæc elementaris eſt ſignum, vt illa abluto cœli pateant & aperiantur. Tertiò legimus apertos fuiſſe cœlos Stephano patienti, & ſanguinem pro Chriſti nomine effundenti. Vnde docemur, quòd ſanguinem pro Chriſto effundentes, ſeu perſecutionem patientes, regnum cœlorum ſtatim adipiſci merentur. Iuxta illud ipſius Chriſti. Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.

Ezec. 1 *Geneſis 2* *Mat. 3* *Acto. 7* *Matth. 5*

430 Quam aquam promiſit Deus in mundificationem noſtram ſe daturum: vt Ezechielis oraculo monemur? An fortè aqua hæc, eſt illa, quæ infunditur ſupra caput eorum, qui baptizantur? Sed quomodo aqua hæc è cœlo allata eſt: vt oraculum perhibet? Nec enim exiſtimo elemento illi, ad rerum corporalium ablutionem ordinato, virtutem ad mundandam animam ineſſe: ſed potius reor (vt modò & alias dictum eſt) ipſam aquam in ſignum veræ & ſalutaris aquæ fuiſſe datam. An igitur aqua,

Ezec. 36

pugnans peccatum, duplex eſt? Altera enim eſt aqua ſapientiæ, quæ Dei filius eſt: qui tulit, lauit, & expurgauit peccata mundi. Altera eſt Spiritus ſanctus: qui & ſi ignis dicitur, aliquando tamen aquæ gerit officium, expurgans & remittens peccata. Hinc Chriſtus aliquando vocauit ipſum aquam, dicens. Qui biberit ex aqua, quam ego dedero: fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Quod exponens Euangeliſta, ait. Hoc autem dixit de Spiritu ſancto, quem accepturi erant credentes in eum. *Ioannis 4* *Ibidem 7*

431 Quid eſt illa probatica piſcina, de qua Iohannes meminit? Nónne (ſi literam ſequi voluerimus) ſicut in templo eſt quædam piſcina magna, vbi boues lauabantur, vnde & boaria nominabatur: ſic extra templum eſt piſcina parua pro lauandis ouibus? Et hæc græcè dicitur probatica, à probaton, quod eſt ouis: quam nos ouiariam dicere poſſumus. Hebraicè verò cognominatur ביתשידה betſaidah, ideſt domus ouium, à בית bet; quod eſt domus, & שה Seh, quod agnum vel ouem ſignificat. In hac autem piſcina, mota aqua, vnus tantummodò ſanabatur, in figuram veræ piſcinæ, & lauacri ab illa oue vel agno, qui tulit peccata mundi, inſtituri. Sed vnde hæc virtus? An fortè (vt vulgo aſſeritur) à ligno crucis ibi poſito? Sed nónne hoc eadem facilitate confutatur, qua probatur? An igitur, quia Angelus è cœlo deſcendens (vt Euangeliſta narrat) ei virtutem illam præſtabat? Sed vnde hoc? An, quia oues quæ ibi lauabantur, erant figura illius, qui tanquam ouis (vt Iſaias ait) ad occiſionem ducendus erat in expiationem noſtram? An, quia Ieroſolimis lauacrum in ablutionem non vnius tantum hominis, ſed totius humani generis diſponendum erat? *Ibidem 5* *Iſaiæ 53*

432 Quid eſt lauacrum illud Silohe: vbi lotus fuit cæcus à natiuitate? Nónne in latere Meridionali templi verſus radices montis Sion eſt fons quidam, Rogel denominatus: vbi ſectus fuit Iſaias: & ex aqua inde veniente oritur paruus lacus, qui dicitur natatorium Silohe: quod interpretatur miſſus? Quod quidem lauacrum non minus, quàm illud ouiarium, Chriſti figurabat. Sicut optimè ſentit Hieronymus, interpretans illud Iſaiæ, dicentis. Abiecit populus iſte aquas Silohe, quæ vadunt cum ſilentio: & aſſumpſit magis Razin & filium Romeliæ. Aquæ (inquit) Silohe ſunt aquæ ſapientiæ & doctrinæ Chriſti, & lauacrum regenerationis, præparatum ab eo, qui miſſus eſt à patre. Cuius lauacri, & ſapientię aqua fluit cum ſilentio, ſine verborum ſæcularium faſtu & pompa: in qua ſola lauari poteſt populus Iudaicus, gentilis, & quicunque alius. Ideò conqueritur Deus, quòd populus ſuus, relicta hac aqua, extraneis adhæſerit. *Ioannis 9* *Hiero. ſuper Iſaiæ 8*

433 Cur aqua pietatis ſanguinem ſeueri iudicij ſubſecuta eſt? Nam circunciſio, quæ ſanguinem exquirebat, in aquam baptiſmalem commutata fuit. An, quia miſericordia, iuſtitiam ſubſequens ipſam exaltat? Sed nónne ſcriptum eſt. Miſericordia & veritas præcedent faciem tuam? Nónne è conuerſo alibi dicitur. Ignis ante ipſum præcedet? Ignis quippè, qui *Pſalmo 88 & 96* *Exod. 19*

ardebat in monte Sina: quando dabatur lex, de qua Moſes canit. Et in dextera eius ignea lex. An igitur, quia lex præcedere debebat: propter quam (vt Apoſtolus inquit) ſubintrauit delictum? Quod quidem delictum miſericordia ſubſecuta eſt, delens ipſum. Vnde lex ignea exigebat ſanguinem ſibi congeneum, & ex eodem fonte manantẽ. Euangelium verò aqueum, aquam miſericordiæ, ipſi conſentaneam, exquirit. An, quia Deus agens perfectum, & ordinatè procedens, ſemper ad meliora conſcendit? primum enim tempus fuit vacuum lege & Euangelio. Secundum ſub lege ſeuera. Tertium ſub Euangelio gratiæ & miſericordiæ. Poſtremò ſubſequetur æuiternitas gloriæ.

Deut 33 *Rom.5*

434 Baptiſmi lauacrum fuitne patribus neceſſarium? Nónne ſuffecit eis circuncisio: vt eſt ſententia Gregorij, à Theologis celebrata? Sed nónne Paulus horum ſacramẽtorum gnarus, ait. Omnes in Moſe baptizati ſunt, in nube & in mari? Nónne etiam proteſtatur Iſaias, dicens. Sanctus erit omnis, cuius nomen ſcriptum fuerit in libro vitæ in Ieruſalem: ſi ablu erit Dominus ſordes filiarum Sion? Sicut igitur nemo (teſte Paulo) per legem iuſtificatur, ſed per gratiã Euangelij: ſic nemo per circuncisionem iuſtificabatur, ſed ex lauacro Euangelico: quod veram iuſtificationem & munditiem confert. Vnde circuncisio ſatisfaciebat legi, ſanguinem exquirenti: baptiſmus autem Euangelio, gratiam conferenti. Et ſicut nunquam fuit lex ſine Euangelio (vt alibi diximus) ita ne circuncisio fuit abſque baptiſmate. Et ſicut Euangelium legi cum ſilentio aſtabat (vt nuper dictum eſt: quòd videlicet aquæ illæ currebant cum ſilentio, ideſt occultè) ſic baptiſmus occultè & cum ſilentio circuncisioni aſtabat.

1. Cor. 10 *Iſaiæ 4* *Rom 3* *Heb. 9*

435 Si abſque Chriſto nihil poſſumus (vt ipſemet perhibet) cur Deus per Oſæam ait, Perditio tua ex te Iſrael? Nónne hoc declarat Auguſtinus, dum ait. Quando ſteti, per te ſteti: quando cecidi, per me cecidi: & cum cecidi: & cum cecidiſſem, ſemper in luto iacuiſſem: niſi tu me erexiſſes? Hinc ipſe Deus ſubinfert. Auxilium verò in me tantummodò. An igitur perditio eſt ex nobis, quia omnes (teſte Paulo) naſcimur filij iræ: ſalus autem & expiatio à peccato originis in ſolo Chriſto eſt? Pari quoque modo de operibus noſtris dicendum eſt: quia (teſte Propheta) omnis homo mendax eſt: & omnes declinauerũt: nec eſt qui faciat bonum, nec eſt vſque ad vnum. Qui autem manet in Chriſto, vera vite, fert fructum multum: ſicut ipſemet fatetur. Nec enim poſſumus (inquit Apoſtolus) cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.

Ioannis 15 *Oſeæ 13* *Aug. in ſoliloquiis.* *Oſeæ 13* *Ephe. 2* *Pſal. 115* *& 13* *Ioannis 15* *2. Cor. 3*

436 Cur Chriſtus ſæpenumero videtur derelinquere nos & dormire: vt Matthæus narrat? An, quia comprimit virtutem & fauorem ſuum, relicta vel quaſi data licentia hoſti turbandi mare, & nauigantes per ipſum? An dormit illo ſomno, de quo in Canticis dicitur. Ego dormio: & cor meum vigilat? Hinc excitatus à ſomno, ait. Quid timidi eſtis modicæ fidei? Creditis videlicet, quod & ſi dormire videor, dereliquerim vos: Dormire enim (inquit Origenes) videri voluit, vt ſuſcitans tempeſtatem validam, diſcipulis terrorem incuteret: vt perterriti recurrerent

ad eum, qui dormire videbatur: & erat & eſt ſolertiſſimus cuſtos ouium
ſibi creditarum.

437 Cur Chriſtus adulteram & latronem tam benigne ſuſcepit? Nón- *Ioannis 8*
ne (præter ea, quæ ſupra diximus) vt oſtenderet, quòd venerat ad de- *Lucæ 13*
lenda peccata, quæ per legem, niſi morte propria committentium, ex-
piari nequibant? Cuiuſmodi erat adulterium & homicidium: quæ non
expiabantur, niſi morte propria: vt in Leuitico & in Geneſi habetur. *Leuiti. 20* *Geneſis 9*
Latro enim (vt Lucas perhibet) propter homicidium carceri manci- *Lucæ 23*
patus fuerat. Noluit igitur, quòd adultera lapidaretur: & latroni pa-
radiſum promiſit: quia iam per oblationem ſuiipſius factam vterque erat
expiatus. Quamuis ipſe nondum cruciatum ſubiiſſet. Nec enim minus
valuit oblatio illa voluntaria, quam Chriſtus de ſeipſo pro humani ge-
neris redemptione fecit: quam oblatio ab Abraham de Izahac facta.
Quamuis re ipſa ipſe Izahac immolatus non fuerit. Voluntas enim pro *Geneſis 22*
facto reputata fuit.

438 Cur Chriſtus peccatricis quoque & Phariſæi patrocinium ſuſce- *Lucæ 7*
pit? An fortè, quia ei placebant peccata? Sed quomodo ipſi placebant pec-
cata, qui, vt nos à peccatis abſolueret, venit? An igitur, quia ei placebat
conuerſio & pœnitentia: pro qua fit magnum gaudium in cœlo coram *Ibidem 15*
Angelis Dei? An, quia cognoſcebat illa vaſa, olim peccatis plena, gratiæ
capaciſſima eſſe? Nam (teſte Paulo) vbi abundauit delictum, ibi ſupera- *Rom. 5*
bundauit & gratia. An, quia ab vtroque habuit ingentia amoris pignora?
A Simone enim habuit conuiuia: à Magdalena verò lachrymas, pedum
oſcula, & odoramenta veræ nardi: quæ dedit odorem ſuum Regi in cubi-
culo ſuo exiſtenti.

439 Expiatio peccatorum fitne repente, an cum mora aliqua? Nónne *Lucæ 7*
Chriſtus peccatrici dixit? Remittuntur tibi peccata? Nónne etiam latro- *Ibidem 23*
ni reſpondit. Hodie mecum eris in paradiſo? Nónne quoque Deus per *Ezec. 18*
Ezechielem (vt ſæpe dictum eſt) ait, quòd quacunque hora peccator ad
ipſum reuerſus fuerit, omnes iniquitates eius adeò delebuntur, vt nulla *Leuit. 25*
de eis amplius fiat mentio? Sed cur Hebræis ſtatutus fuit ſeptimus anni *33. q. 1. c.*
menſis, ad remiſſionem plenariam conſequendam? Cur etiam noſtri ca- *Hoc ipſum.*
nones cuilibet mortali peccato pœnitentiam ſeptennem decernunt? Nón-
ne conſyderanda eſt in peccatore culpa: quæ ſtatim ad veram conuerſio-
nem, vel ad abſolutionem cuiuſcunque habentis poteſtatem remittitur?
Conſyderandus quoque eſt reatus & macula quædam, longo tempore,
etiam adhibito igne pro cauterio, delenda. Niſi fortè tanta virtute abſol-
uens polleat, vt reatum ſimul & culpam ſtatim penitus delere poſſit. Cu-
iuſmodi Chriſtus fuit.

440 Si culpa ſtatim deletur: reatus verò, aut ſeptimo menſe, aut per
pœnitentiam ſeptennalem, aut per intenſam contritionem, vel au-
thoritatem abſoluentis: cur expectandus eſt Iobileus, & quid operatur?
An, quia per ipſum tollitur, quicquid prædictis remediis ſublatum non
eſt? An, quia per ipſum non tantum remittuntur debita & peccata, ſed

reſtituuntur omnia, quæ per peccatum ablata erant? Quod innuit illa re-
Leui. 25 miſſio ſeruitutis, & reſtitutio omnium bonorum, priſtino poſſeſſori in anno Iobilei facienda: vt in Leuitico habetur. An, quia per hanc reuolutionem ſeptenarij quadrati reconditiſſimum ſacramētum innuitur? Sicut enim ſeptenarius ſimplex (ſabbatum videlicet tam dierum, quam annorũ) lege indicitur celebrandus in memoriam requiei Dominicæ, poſt fabricam factæ (vt alias diximus) ſic iſte ſeptenarius annorum quadratus in melioris requiei ad ipſum Archetypũ pertinentis memoriã celebrari iubetur.

441 Cur Iobileus anno quinquageſimo decernitur? Nónne, quia quadratus ſeptenarius, quem Iobileus ſequitur, eſt numerus perfectiſſimæ remiſſionis: vt nuper dictum eſt? Hinc Eccleſia canit. Sacro dierum numero ſcilicet quinquagenario: quo lege fit remiſſio. Septies enim ſeptem quadragintanouem reddunt. Poſt quem annorum curſum ſequitur Iobileus, ſic dictus à verbo יבל iabal: quod ſignificat affluxit. Vnde innui-
Ibidem. tur quòd tunc à cœlo fiebat omnigenus influxus nedum remiſſionis & reſtitutionis (vt in Leuitico habetur) ſed omnium chariſmatum & bonorum.

442 Si remiſſio per ea, quæ dicta ſunt, pleniſſima datur: cur ordinata ſunt ſacramenta, maximè baptiſmi & pœnitentiæ, per quæ peccata remittuntur? An, quia Deus volens nobis donare remiſſionem, ipſius remiſſionis pignus & ſignum certum per hæc ſacramenta tribuere voluit? An, quia primum exquirit in ſignũ militiæ, in quam intramus: vtrumque autem in adiutorium fragilitatis noſtræ? Hinc à Theologis dicuntur hæc, ſigna certa & efficacia: conſequendi videlicet beneficium remiſſionis & gratiæ. Quod condonatur in reuerſione ad Deũ, vel aliter, quomodocunq;. Vndè inſtitutio ſacramētorum non eſt declinare à facto Iobilei, vel diei remiſſionis, aut oraculi Ezechielis: ſed eſt reductio illorum influxuum ad piſcinam quandam. Cuius quidem piſcinæ claues datæ ſunt in manibus vicariorum Dei & Chriſti, ſacerdotum videlicet: vt ipſi, ad libitum indigentis & petentis, illam aperire poſſent.

Dio. de di. nominibus. 443 Redemptor cur variis nominibus appellari voluit? Nónne, quia ipſe fuit quoddam totum: vt Dionyſius docet? Vndè, quod non clarè vno
Aug. ſuper Iohannẽ. nomine exprimi poteſt, pluribus explicatur. Hinc (vt Auguſtinus ait) dicitur vitis, agnus, leo, petra, lapis angularis, & cætera huiuſmodi: quia omnium virtute præditus eſt. Etiam ſerpenti, omnium animalium peſſimo, aſ-
Ioannis 5 *Num. 21* ſimilari voluit: ſicut ipſemet perhibet, dicens, Sicut exaltauit Moſes ſerpentem in deſerto (ad cuius intuitum ſerpentum morſibus læſi ſanabantur: vt in Numerorum libro legimus) ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis, qui credit in illum, non pereat, ſed habeat vitam æternã. Quam quidem vitam ipſe Chriſtus, verus & ſaluberrimus ſerpens, præſtat non ſolo aſpectu, ſed carne propria in ſacrificium pro peccatis oblata: quæ eſt multo melius & efficacius antidotum, contra venenum animam inficiẽs, quam ſit caro Tyri vel viperæ: ex qua fit illud excellens ac celeberrimum antidotum, quod Tyriaca nuncupatur.

444 Cur

444 Cur Chriſtus dictus fuit leo & agnus? Quæ nã conuenientia agni cum leone? Nõnè agnus offerebatur (vt in Leuitico legimus) in pacifica tionẽ & reconciliationem animæ cum Deo? Hinc cum Chriſtus pacificauerit omnia, quæ in cœlis & in terris ſunt (vt Apoſtolus inquit) agnus meritò appellandus eſt. Sed cur Leo dictus fuit: animal quippè immundum & rapax? Nonne, quià ſicut Chriſtus voluit venire nedum in aqua (vt Iohannes ait) ſed in aqua & ſanguine: Sic voluit venire non ſolùm vt agnus: qui cum aqua clementiæ & pietatis cõuenit: ſed vt Leo ſanguinolentus, qui ex eo loco prouenit, ex quo ſanguis: vt Sapientes norunt? Hinc Angeli conſpicientes eum ſic ſanguinolentum, dixerunt ei. Quarè rubrum factum eſt indumentum tuum? Quibus ipſe reſpondit. Torcular, ſcilicet Crucis, calcaui ſolus.

Leuit.3. *Col.1.* *1.Io.5.* *Iſa.63.*

445 Cur Chriſtus voluit vocari lapis & paſtor? Nonnè vocatur lapis fundamenti, vltrà quod nemo aliud (vt Paulus inquit) ponere poteſt? Paſtorem quoque ipſemet ſe nominauit, dicens. Ego ſum paſtor bonus: & cognoſco oues meas. Sed quomodò lapis & paſtor conueniunt? Nonnè Iahacob, loquens de Ioſeph filio ſuo, inquit. Inde paſtor egreſſus eſt, lapis Iſrael? Nonnè & petra, quæ (vt Paulus exponit) Chriſtus erat, præbuit potum aquæ largiſſimum populo Iſraelitico: & nobis panẽ vitæ tribuit? Et quia in Archetypo eſt bifarius lapis, vterque paſcens nos: Hinc Chriſtus vocari voluit lapis fundamenti & lapis angularis. Secundum quem vtrunque lapidem paſcere nos curauit.

1.Cor.3. *Io.10.* *Gen.49.* *1.Cor.10.*

446 Quid ſunt hi duo lapides in Archetypo nos paſcẽtes? Nonnè ſunt idẽ in Archetypo, quod & duo luminaria magna in ſupremis cœlis, Sol videlicet & Luna: vt apud ſecretiores Theologos celebratiſſimũ eſt: & apertè tractatur in libro, qui porta lucis inſcribitur? Hinc Dauid, dum de Chriſto, ſub Salomonis typo decantaret, cecinit. Thronus eius, ſicut Sol in cõſpectu meo: & ſicut Luna perfecta in æternum, & teſtis in cœlo fidelis. Quæ duo luminaria corporaliter nos paſcunt, Sol veluti Gallus ſeminans & grauidans, Luna verò veluti Gallina vel matrix aut terra ſuſcipiens ſemen, & in nos diffundens.

Sec.Theo. *Porta lucis* *Pſal.88.*

447 Cur Chriſtus dixit. Quoties volui congregare filios tuos, ſicut Gallina congregat pullos ſuos ſub alas & noluiſti? Nonnè Deus & Chriſtus, qui per Moſem nominatus fuit Aquila, hic dici voluit Gallina, quæ idem eſt: ſi attendamus ad ſignificatum per Aquilam vel Gallinam, quæ paſcunt pullos ſuos? Nam & Chriſtus verus paſtor id effecit. Eſt enim (vt ſecretiores Theologi docent) quidam locus in Archetypo, qui ab ipſis menſura dicitur: à noſtris verò attributum diceretur. Sed in Scriptura ſingulariter nominatur terra viuentium, mare magnum, puteus aquarum viuentium, paradiſus voluptatis, regnum Dei, lapis fundamenti, architriclinus, Aquila, vel Gallina, vel quæcunque auis pullos nutriens. A quo quidem loco nos paſcimur, & immediatè cuncta bona ſuſcipimus: vt apud Antiquos Theologos frequentatiſſimum eſt.

Mat.23. *Deut.32.* *Sec.Theo.*

SECTIO OCTAVA DE QVIBVSDAM EVANGELII LOCIS ABSTRVSIS.

448 *Mat.19.* QVomodò intelligitur illud Chriſti. Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet? Nonnè hoc intelligitur de coniugatis: vt in textu patet? Sed hi quando coniunguntur? An, quando vir & mulier matrimonium contrahunt per verba de præſenti: vt aiunt? An à principio: vt ſecretiores Theologi ſentiunt? *Sec. Theo.* *Gen.1.* Quibus adſtipulatur Moſes, dicens. Maſculum & fœminam creauit eos. Quod declarantes ipſi, dicunt, quòd vnuſquiſque vir & vnaquæque mulier à principio cum ſuo pari producitur. Hinc in matrimoniis contrahendis orationes præmitti debent: vt Deus concedat eam, quam præparauit: & fiat in terris coniunctio, quæ à Deo in cœlis facta eſt. Et hæc eſt bona oratio: quando ſcilicet petitur ea vxor, quam Dominus præparauit. An id intelligitur de parte animali & fœminea, quæ coniungitur cum parte ſuperiori & virili in carne vna, à Deo animam infundente? Quam coniunctionem à Deo factam nemo diſſoluere debet. Vnde nemini licet cuipiam inferre mortem, quæ huiuſmodi coniugatorum eſt diſſolutio: niſi quatenus in terris quis vicem Dei teneat, iuſtitiæ miniſter exiſtens.

449 Cur fœminis verbum Dei in Eccleſia denunciare non licet? An ex imbecillitate ſexus? Cùm mulier altiſſimarum ſpeculationum (vt experimento comprobatum eſt) non ſit capax. Nequit enim proficere in ſpeculationibus Phyſicis, Metaphyſicis, & Theologicis. An, ne mulier in publico apparens, auditoribus incentiuum delinquendi præbeat? *1.Cor.11.* An, quia mulier, cuius caput vir eſt, debet eſſe ſub capite viro: non autem regere membra, velut caput? *Ephe 5.* Cum hoc ad virum ſpectet. Hinc Apoſtolus ait. Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint, ſicut Domino: quoniam vir caput eſt mulieris. An, quia mulier mollior & ad libidinem & peccatũ procliuior eſt, quàm vir? Vnde non eſt idonea ad ſuſtentandum virum. Immò ſemper ipſi viro inniti debet: & ab eo ſuſtentari, ſicut vitis ab arbore. Alioquin cadit.

450 Cur mulier ab adminiſtratione ſacrorum repellitur? An, quia (vt nuper dictum eſt) hæc adminiſtratio magis capiti, quàm cuiuis alij membro competit? An, quia (vt alibi diximus) mulier caret illa portione diuinitatis: quæ in viro reperitur? Secundùm quam portionem vir expreſſam *1.cor.11.* Dei gerit imaginem: quam ipſa mulier non habet. Nam (teſte Paulo) vir eſt imago & gloria Dei: mulier autem gloria & imago viri eſt. Vnde ſicut *Ephe.5.* Chriſtus totius corporis Eccleſiæ caput (vt ipſe Paulus ait) diuinitatis *Pſal.44.* chriſmate præ omnibus participibus ſuis vnctus fuit (vt Propheta canit) ſic & vir magis vngitur chriſmate illo diuino, quàm mulier. Hinc ipſe magis participat de diuinitate & imagine Dei: quam ſemper reueretur ac timet Diabolus. Et ideò (vt etiam ſupra diſſeruimus) non tam facilè aggreditur virum, quàm mulierem. *Gen.1.* Proptereà magno cum ſacramento dixit Deus. Faciamus Adam, id eſt virum ad imaginem noſtram. Quod de

muliere dictum fuiſſe nuſquàm reperitur. Nam mulier è viri coſta poſteà formata fuit. *Ibi.2.*

451 Cur Chriſtus in die palmarum aſinum equitare voluit? An, vt humilitatis & manſuetudinis exemplum præberet? Sicut Zachariæ oraculum innuere videtur, dicens in veritate literæ. Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Ieruſalem. Eccè Rex tuus veniet tibi, iuſtus & Saluator: ipſe humilis vel manſuetus equitans ſuper aſinum. An aſinum equitare voluit, vt innueret, quòd tunc aggrediebatur opus pietatis: ſcilicet Redemptionem humanam? Nam aſinus (vt etiam alibi diximus) hebraicè dicitur חמר Chamor. Quæ literæ ſi vertantur reddunt רחם Rechem: quòd pietatem ſignificat. Hinc ipſe Chriſtus voluit etiam ramos oliuarum, quæ producunt oleum, ſignificans pietatem, ſibi ſterni. An, vt doceamur, quòd aggreſſuri aliquod magnum opus, equitare & ſubiugare debemus aſininam & animalem partem? *Matth 21.* *Zac.9.*

452 Cur dicit oraculum, quòd equitauit pullum filium ſubiugalis: vt Matthæus narrat? Nónne, vt doceamur, quod potiſſimè aggredientes magna myſteria non tantùm ipſum hominem ſubiugare debemus: ſed quicquid ex eo pullulat? Cuiuſmodi ſunt cogitationes ſuborientes. Iuxtà illud Prophetæ. Beatus, qui tenebit, erit videlicet conſtans in bono: & allidet paruulos ſuos, id eſt primos cogitatus ad petram. Quæ quidē petra Chriſtus eſt: vt benè Hieronymus interpretatur. *Matt.21.* *Pſal.136.* *Hiero. ad Euſtoc.*

453 Portio animalis, quæ aſinus dicitur à nobis ſubiugandus, quid facit aut operatur in nobis? Nónne (vt Apoſtolus ait) concupiſcit aduerſus ſpiritum: & concupiſcendo concipit ac parit peccatum: vt Iacobus inquit? Sed quomodò concipit ac parit, niſi ab aliquo grauidetur? Nónne ſicut Deus ſeminat ſemen ſuum, verbum diuinum videlicet: Ita Diabolus, velut Simia, Deum malè effingens conatur in parte animali ſeminare malum ſemen malæ & letalis concupiſcentiæ contra regulas diuinas? Sicut feciſſe legimus in prima muliere, partem hanc animalem repræſentante. Quæ quidem pars animalis dum concœptum illum à Diabolo ſeminatū in opus producit, parit peccatum: vt Iacobus ait. *Gal.5.* *Iac.1.* *Gen.3.* *Iac.1.*

454 Cur (teſte Iacobo) peccatum conſummatum generat mortem? An, quia fœtus ille ſeminatus fuit ab Angelo mortis, qui eſt Diabolus? An, quia peccatum infert mortem animæ, priuans ipſam participatione arboris vitæ? Hinc dictum fuit primo parenti. Quacunque hora comederis ex hac arbore, id eſt contra legem feceris: morte morieris: quia videlicet ſeparaberis à Deo, ſine quo anima moritur. Sicut corpus abeūte anima moritur. Conſummatur autem peccatum, quando ſuperior pars deteriori præbet aſſenſum, aut ipſam ſequitur. Quod primus parens effecit: qui mulieri obtemperauit: vt in Geneſi legimus. *Ibid.* *Geneſis 2*

455 A quo tentatur homo? An à concupiſcentia abſtractus & illectus tentatur: vt Iacobus ait? An à Diabolo, qui tētator à Matthæo dicitur? A Diabolo enim eſt principiū tentationis: concupiſcentia verò eſt tanquàm medium & inſtrumentū quoddā: quo ipſe Diabolus ad tentandū vtitur. *Ibid.* *Iac.1.* *Matth.4.*

Hinc primum hominem tentaturus muliere, tanquàm medio & inſtrumento quodam, vſus fuit. Sed nonnè etiam Deus tentat? Canit enim Vates. Proba me Domine, & tenta me. Et in Geneſi ſcriptum eſt Tentauit Dominus Abraham. Tentat quippe Deus, non vt ad malum inducat: ſed vt probet. Tentat autem Diabolus, vt præuaricari faciat: tolerare nequiens, quòd homo luteo veſtimento circundatus adipiſcatur fœlicitatem illam, quam ipſe intellectualis totus exiſtens amiſit. Hinc ſcriptum eſt. Inuidia Diaboli, mors introiuit in orbem terrarum.

Gen 3. *Pſal. 25.* *Gen. 22.* *Sap. 2.*

456 Cur Chriſtus in terra viſionis mori voluit? An, vt adimpleretur oraculum illud. Operatus eſt ſalutem in medio terræ? An, cũ venerit & paſſus fuerit, vt pacem perditam reſtitueret, Ciuitatem pacis elegit: vt pacis teſtamentum conderet, & regnum pacis diſtribueret? An, cum vellet aperire portam, per quam intrantes Deum videre poſſemus: Ideò ad hoc perpetrandum terram viſionis elegit? An, quia ſicut illic oſtenſum fuit fœdus pacis Abrahæ fidei patri: Sic Chriſtus ibidem oſtendere voluit verum arcum, in ſignum & fœdus veræ pacis inter cœlum & terram, & inter Deum & hominem factæ? Qui arcus confectus fuit ex ligno Crucis & chorda corporis ipſius Chriſti in ligno illo extenſi. Ex quo quidem arcu tot amoris ſagittæ in genus humanum immiſſæ fuerunt: vt innumerabilis penè multitudo, veluti ebria amore, ad martyrium & mortem cucurrerit. Et quia ibi oſtenſum fuit hoc fœdus pacis: Ideò meritò Ciuitas illa vocatur Ieruſalem, id eſt viſio pacis.

Pſal. 73.

457 Cur per depreſſionem iubet Chriſtus, quòd homo ſubleuetur & exaltetur? An, quia deprimens ſe, magis virtutem colligit, & fortior fit ad aſcendendũ? An, quia ſicut in arcu quantò magis attrahitur chorda, tantò magis ſagitta impellitur: & ſicut ſaltans retrahendo ſe magis vires colligit, & longius ſaltat: Sic etiam homo, quantò magis ſe humiliat, tantò magis exaltatur? An, quia ordo rerum exigit, vt bona tantò magis poſſideantur, quantò magis contemnuntur? An, quia determinata ſunt bona vnicuique tradenda? Hinc, ſi homo à ſe accipere huiuſmodi bona renuit, à Deo vel ab aliis ei dantur: vt menſura impleatur. Sicut edocemur à Chriſto, qui ait. Cum inuitatus fueris ad nuptias: recumbe in nouiſſimo loco, vt veniens, qui te inuitauit, dicat. Amice aſcende ſuperius. Tunc erit tibi honor coràm diſcumbentibus. Omnis enim (vt ipſe ſubinfert) qui ſe humiliat, exaltabitur. Curet igitur vnuſquiſque ſe talem exhibere, vt mereatur gradum: qui melius ei non quærenti dabitur, quàm ſi quærat.

Mat. 23. *Luce 14.*

458 Cur Chriſtus docuit renunciandũ eſſe omnibus rebus Mundi? Nónnè (vt nuper diximus) quia portio boni & commodi vnicuique aſſignata eſt? In manu verò arbitrij noſtri eſt aſſumere portionem: vbi maluerimus: in hoc ſæculo videlicet, aut in futuro. Nec enim poſſumus, nec æquũ eſt, gaudere cùm Mundo, & deinde regnare cum Chriſto. Hinc diuiti illi, linguam refrigerari petenti, dictum fuit. Fili recordare, quòd receperis bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala. Nunc autem hic conſolatur, tu verò cruciaris. Verùm hac lance ponderantur bona, vt portio ſæculi

Ibidem. *Ibi. 10.*

futuri ſit maior in centuplo. Hinc Chriſtus dixit. Omnis qui reliquerit patrem, aut matrem, & cætera, propter nomen meum, centuplum accipiet. Et, quia prҽter illam centuplam portionem, fruitio illorum bonorũ erit æterna: Propterea ſubintulit. Et vitam æternam poſſidebit. *Mat.* 19.

459 Cur flos à Chriſto commendatur ſuper veſtem Salomonis, in tanta gloria exiſtẽtis? An, quia flos viuus precioſior eſt, quam pannus vel aurum nõ viuens? An, quia natura ſemper eſt nobilior arte? Hinc ars (vt Ariſtoteles ait) imitatur naturam, quantum poteſt. Et ideò color naturalis eſt nobilior artificiali. Quos colores naturales Artifices imitari conãtur, & imitantur, præter colorem flomis: quem (vt Plinius inquit) ars nunquam imitari potuit. Et ſicut naturalia pluris æſtimanda ſunt quam artificialia: Sic diuina magis quam naturalia. Ideò Chriſtus nos hortatur naturalia contemnere: vt diuina nanciſcamur. *Ibi.* 6. *Phyſ.* 2. *Plinius*.

460 Cur Baptiſta dictus fuit vox: vt ipſemet teſtatur? An, quia fuit indicator verbi? Quod eſt vocis officium. Nam ſicut vox defert concœptũ proferentis ad auditorum aures: Sic & Iohannes Baptiſta indicauit verbũ Dei humanatum & digito oſtendit, dicens. Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata Mundi. An dictus fuit vox, quia non tantum eius prædicatio, ſed vita, veſtitus, cibus, & quicquid erat in eo, erant voces ad benè viuendum imitantes? An, quia ipſe perfectus venit ad ſublimẽ vaticinandi gradum: qui à ſecretioribus Theologis dicitur vox? Qui gradus (vt etiam ſuprà diſſeruimus) eſt ſuperior Prophetia. Hinc ipſe Iohannes, qui dictus fuit vox, non ſine myſterio à Chriſto pluſquam Propheta dictus eſt. *Mat.* 6. *Ioan.* 1. *Ibidem.* *Lucæ* 7.

461 Cur Baptiſta tam ſanctus ſaltatrici datus fuit? An, vt indicaretur, quod Chriſtus nõ curat de cruciatu, ſtrage & oppreſſione deterioris hominis, nec amicorum, nec ſuimetipſius? Immò ipſe Chriſtus beatos prædixit, qui talia patiũtur. Ipſe enim nouerat, quantum meliori homini proſit depreſsio & exinanitio deterioris hominis. Hinc Paulus ait. Cum infirmor: tunc fortior ſum. Cùm videlicet infirmor ac debilitor in homine animali: tũc fortior ſum in ſpirituali. An, ne quis aduerſis rebus cõflictatus contriſtaretur? Cum etiam amiciſsimum Præcurſorem necnon & Apoſtolos contumelias, carcerem ac terrores pati permiſerit. *Mar.* 6. *Mat.* 5. 2. *Cor.* 12.

462 Cur Chriſtus iuſsit Petrum hamo piſcem capere pro cenſu ſoluẽdo? Niſi enim omnia Chriſti acta ad inſtructionẽ noſtram facta fuiſſent: omnium actorum eius cauſam & rationem non inueſtigarem. Nonne id fecit, ne ſcandalizarentur illi, qui cenſum exigebant: vt in textu habetur? Sed cur ipſum miſit ad mare? An, quia ipſe piſcator mare frequentare cõſueuerat? An, vt innueret mare illud ſupremum: à quo, tanquam ab Architriclino, paſcimur, & omnia bona ſuſcipimus? Vnde illud mare dicitur quoddam totum: vt Author libri, cuius titulus eſt Porta lucis, ait: Sed cur iuſsit, vt hamo piſcaretur? Nonnè, vt denotaret, quòd ille Leuiatan, qui in mari hoc reperitur, poſt Chriſti aduentum hamo trahitur? Nam antea trahi nequibat: ſicut ſcriptum eſt. An extrahere poteris Leuiatan hamo? Leuiatan enim eſt donum Deo copulatum: quod venit ab illo loco, qui *Mat.* 17. *Porta lucis* *Iob.* 40.

Luca 17. mare, totum, & regnum cœlorum dicitur. Hinc Chriſtus dixit. Regnum Dei intra vos eſt.

Mat. 20. *Origenes.* 463 Cur Matthæus ait, quòd turba increpabat cæcos pro ſanitate clamantes? Nonne (vt Origenes rectè ſentit) quia malè petebant, vocantes ipſum filium Dauid? Nam vt filius Dauid non conferebat ſanitatem: ſed vt filius Dei. Inuocandus eſt enim Deus eo nomine, quod præeſt dono & virtuti, quam petimus. Hinc tot, támque varia Dei nomina in Scriptura ſacra reperiuntur: quorum quodlibet ſuæ menſuræ & influxui appropriatum eſt. Verum, cum non omnes cognoſcant nomina particularia rebus particularibus præſidentia, collocauit Deus Pater omnia in *Phil. 2.* Chriſto: ipſum quoddam totum faciens, & dans ei nomen, quod (teſte *Mat. 11.* Paulo) eſt ſuper omne nomen, omnium virtutem continens. Hinc ipſe *& vlt.* de omnigena poteſtate ſibi collata ait. Omnia mihi tradita ſunt à Patre *Io. 15.* meo. Et alibi. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Et de omnigena nominis ſui virtute inquit. Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.

Matth. 8. 464 Cur dæmones rogabant mitti in porcos: vt Matthæus refert? An, quia porci habent inteſtina humanis inteſtinis ſimilia? An, quia immundi ſpiritus immundis animalibus, cuiuſmodi ſunt porci, qui immundiſſimi *Luca 8.* ſunt, oblectantur? An, quia timebant in deteriorem locũ mitti? Sicut Lucas expreſſè perhibet, dicens, quòd dæmonia illa rogabant Ieſum, ne imperaret illis, vt in abyſſum irent.

465 Cur immundi ſpiritus carnali coitu oblectari videntur? An id faciunt (vt communiter dicitur) vt inducant, velut incubi, mulieres ad peccatum, vel vt ſuccubi viros? Et hoc aſſumentes corpora phantaſtica: vt *Academici* aiunt. An, quia corporei ſunt, & voluptate corporea oblectantur: vt Aca-*Ant. Theo.* demici vna cum antiquis Theologis aſſeuerant? Vnde ſymbolum quoddam habent cum humano corpore. Quamuis in eorum poteſtate ſit inuiſibiles ſe exhibere. An, quia & ipſi ex coitu & ſemine humano nati ſunt ſicut prænominati Sapientes aſſerunt, & multi ex ipſis ſpiritibus faſſi ſunt? Quorum quidem malorum ſpirituum aliquos Antiqui Faunos aut *Gen. 6.* Satyros vocarunt: noſtri verò incubos aut ſuccubos appellant. Sacra autem ſcriptura vocat eos filios Elohim: qui ad filias hominum acceſſerunt.

466 Quo ſemine ſpiritus immundi grauidant? An (vt vulgò fertur) ab hominibus ſub muliebri forma ſuſcipiunt ſemẽ, quod poſteà mulieribus infundunt? An, cum ipſi (vt dictum eſt) corporei ſint, producunt ſemen? Quod conſonat Scripturę, dicenti Serpenti. Ponã inimicitias inter ſemen *Ibidem 3.* tuum & ſemen mulieris. Sepens enim ille Diabolus erat. Qui autẽ ab his generantur, aliquando ſunt Fauni & Satyri (vt nuper dictũ eſt aliquando ſunt homines (vt Merlinus & Alexander) aliquãdo verò naturam dæmoniacam penitus ſapiunt, & occultantur: vt experimento comprobatũ eſt.

467 Qua voluptate, quóue inſtinctu mortales cum huiuſmodi commiſcentur: cum oderint nos? An, quia forſitan ex ipſorum ſemine pro-*Io. 8.* geniti ſunt? Iuxta illud Chriſti. Vos ex patre Diabolo eſtis. Quod facilè

concederent Antiqui Theologi. Huiuſmodi enim fuerunt illi, qui à filiis Elohim, ad filias hominum accedentibus, progeniti ſunt. An, quia effecti ſunt adeò Diabolici, vt dæmoniacam naturam penitus induerint? Sicut de Iuda proditore videtur innuere Chriſtus, dicens. Vnus ex vobis Diabolus eſt. An, quia huiuſmodi ſpiritus ſimulantes amicitiam adeò deludunt mortales, præſertim mulieres, vt facilè eis aſſentiant? *Gen 6.* *Ioan. 6.*

468 Philippus quomodo in Azotum delatus fuit? Nonne ſpiritus eum portauit: vt Lucas narrat? Sed à quo ſpiritu delatus fuit? An à ſpiritu ſuo? Sed cur à ſpiritu vniuſcuiuſque proprio cæteri homines non portantur? An igitur delatus fuit à ſpiritu Dei, adeò in Philippo & cæteris Apoſtolis vigente, vt doctrina, linguis, & virtutibus præualerent? Sicut ſcriptum eſt. Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto: & cœperũt loqui variis linguis, prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis. An portauit eum ſpiritus ipſius Philippi, idem factus cum ſpiritu Dei? Iuxta illud Apoſtoli. Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus efficitur cum eo. *Acto. 8.* *Ibi. 2.* *1. cor. 6.*

469 Ambroſius diuina Mediolani celebrans quomodo Thuroni Martini exequiis interfuit? Nonnè fuit ibi in ſpiritu: ſicut Iohannes de ſe ait. Fui in ſpiritu in Dominica die? Sed quid eſt eſſe in ſpiritu? Nonnè eſt ſeparatio ſpiritus à corpore per operationem? Sed quomodo corpus pluribus in locis, vno eodémque tempore adeſſe poteſt? An, quia ſpiritus à corpore ſolutus poteſt aſſumere aliud corpus, & ita apparere? An (vt Platonici dicũt (quia ſpiritus abit cum ſuo vehiculo: quod eſt viſibile ad placitum, & formabile, in quam formam ipſe ſpiritus maluerit? Quod quidam ſibi contigiſſe aſſerunt. Quo forſitan modo Abachuch in Babylonem delatus fuit: vt Daniel refert. *Apoc. 1.* *Dani. 14.*

470 Cur Sol, moriente Chriſto, virtutẽ ſuam amiſit: vt Lucas narrat? An, quia Sol & aer obſcurati, lapides ſciſſi, terra tremens, & cætera huiuſmodi compaſſa ſunt Domino ſuo morienti? An Sol amiſit lumen ſuum, vt indicaretur quòd ſupramundanus Sol virtutem ſuam contraxerat, derelinquens ipſum Chriſtum ſub Tribunali iuſtitiæ ſeueræ, amoto fauore & claritate, quam ei præſtare conſueuerat ipſe ſupernus Sol: qui, ipſo naſcente, noctem illuſtrauit? Contraxit autem lumen iſte Sol, qui erat diuinitas, quo ad humanitatem: quæ remanſit obſcura & afflicta. Nam alioquin ipſe Chriſtus non fuiſſet paſſus: vt ſuprà diſſeruimus. *Luce 23.* *Mat. 27.*

471 Cum (teſte Malachia) Edom vel Heſau à Deo ſit odio habitus: cur Chriſtus dicitur veniſſe ex Edom: vt Iſaias ait? Nonnè Edom, qui rubeus interpretatur, carnẽ & ſanguinem ſignificat? Hinc Chriſtus aſcendens ex Edõ veniſſe dicitur, quia venit è carne, in qua ſalutẽ operatus fuerat, & è ſanguine rubeo: quẽ pro ſalute noſtra adeò odio habuit, vt ipſum effuderit, & corpus omnibus tormẽtis expoſuerit: vt ipſum in meliorẽ ſortẽ, diligendam quippè nec odio habendã, cõmutaret? Nec aliter carnem & deteriorẽ hominẽ odiſſe debemus: niſi quatenus in meliorẽ & diligibilẽ ſortẽ cõmutetur. Abſolutè enim nihil eorũ, quæ Deus fecit, odio habẽdũ eſt. Sicut Sapiens de ipſo Deo perhibet, dicens. Nihil odiſti eorũ, quæ feciſti. *Mal. 1.* *Iſa. 63.* *Sap. 11.*

472 Cur altaria ſolis pannis lineis veſtiri iubentur: Nonnè, quia linum Aquilonare eſt cuiuſmodi ſunt omnia occidenda & ſacrificanda? Nã omnis ſanguinis effuſio ab Aquilone eſt: & Sacerdotes inde fauorem ſuſcipiebant: quouſque venit Chriſtus, qui Sacerdotiũ mutauit. Hinc dictus fuit Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech. Et de extremo Aquilonari deduxit ſacerdotium & ſacrificium ad mediũ, quod de vtroque participat. De Aquilone enim per ſanguinem vel vinũ, & de Meridie per panem vel aquam participat. Hinc Iohannes ait, quòd Ieſus venit in ſanguine & aqua: non autem in ſanguine ſolo: ſicut legales Sacerdotes.

Pſal.109. *1.Ioan.5.*

473 Cur in oblatione ſanguinis aqua vino commiſceri iubetur? An (vt aliqui dicunt) quia per aquam intelligitur populus & membra Chriſti, capiti coünita? An quia per aquam intelliguntur credentium merita, quæ pauca admodum ſunt, reſpectu meritorum Chriſti, per vinum ſignificatorum? Vnde quamuis per ſanguinem ipſius Chriſti, per vinum ſignificatum, remiſſio peccatorum præcipuè fiat: Nihilominus, vt cooperatores ipſius ſimus, vult quòd illa vel pauca merita noſtra intercedãt. Hæc enim cum ampliſſimo Chriſti merito mixta, remedium ſufficiens ad ſalutem conſequendam efficiunt. An per hanc commixtionem ſacrificium illud mixtum intelligitur: vt modo dictum eſt?

474 Cur decretum fuit in cœlo (vt re ipſa cõprobatum eſt) quòd Redemptor à populo hebraico tam impiè illuderetur & crucifigeretur: Nõnè, vt ſcripturæ adimplerentur? Ait enim Deus per Iſaiam. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, populum, qui me ad iracundiam prouocat. Quod factum eſt, vt tandem compleretur iniquitas eius: & ſequeretur, quod ipſe Chriſtus Iudæis proteſtatus eſt, dicens. Auferetur à vobis regnum Dei: & dabitur genti facienti fructum. Quod per Oſæam inquit ipſe Deus. Vocabo non plebem meam, plebem meam. Nec enim æquum erat, quòd Deus, vniuerſorum Dominus, vnam tantum gentem amplexaretur, ſed nunc vnam, nunc aliam, pro temporis exigentia diuinæ prouidentiæ ſerie diſpoſiti.

Iſa.65. *Matt.21.* *Oſea.2.*

475 Cur Chriſtus voluit pectus ſuũ à Romano aperiri? Lõginus enim Romanus erat. An, vt indicaretur, quòd pectus eius aperiẽdum erat Gentilibus: quorũ præcipui Principes erant Romani? An, vt innueretur, quòd ſanguis eius etiam pro gentibus effundendus erat: & quòd ipſis aqua baptiſmatis danda erat? Ideò non ab re dicit Euangeliſta, quòd è latere Chriſti exiuit ſanguis & aqua. Quod comprobatum fuit per duo ſigna ſubſecuta. Alterum enim fuit, quia ipſe Longinus illuminatus fuit oculo corporeo: vt cõmuniter fertur. Alterum verò fuit, quia illuminatus fuit oculo interiori. Hinc apertè clamauit, dicens. Verè filius Dei erat iſte.

Io.19. *Mar.15.*

476 Cur Iohannes ſcribit ſeptem Eccleſiis, in Aſia exiſtentibus? An, quia Iohannes relegatus erat in inſulam Pathmos: quam nonnulli Chion inſulam op[i]nãtur, quæ iuxta Aſiam minorem ſita eſt: vbi illæ ſeptem Eccleſiæ erant? An, quia per ſeptem illas Eccleſias Aſiæ, quæ eſt penè in medio Mundi, non multum ab Ieruſalem diſtans, figuratur illa ſeptenaria diſtributio,

Apoc.1.

diſtributio,quæ in vniuerſa Eccleſia triumphanti facta eſt? Quæ quidem
diſtributio toti machinæ Mundanę diſtribuitur per ſeptem illos ſpiritus,
qui(teſte eodem Iohanne) throno Dei aſtant:& præſunt(vt nonnulli di- *Ibidem.*
cunt) ſeptem Planetis, per quos omnia in inferiori Mundo diſtribuũtur,
Harum enim Eccleſiarum typus innuit vniuerſum orbem: ad quem re-
demptio Chriſti,& virtus Euangelij extenſa eſt.

477 Quid nam refert collegium illud vigintiquatuor ſeniorũ: de quo *Ibi.4.*
Iohannes meminit? An repręſentat vigintiquatuor libros,in canone Scri-
pturæ ſacræ poſitos? An vigintiquatuor ſeniores ſunt vigintiquatuor
principes electæ familiæ, antiquæ & nouæ: duodęcim videlicet capita
Tribuum & duodecim Apoſtoli, ex quibus vtraque familia conſtat? An
ſunt vigintiquatuor Reges totidem regnorum Mundi: qui veri & legiti-
mi ſunt: vt nonnulli Sapientès aſſerunt? Nam cæteri non ſunt veri Reges,
ſed Reguli vel tyranni.

478 Suffragantúrne nobis òrationes ſanctorum? An forſitan nõ ſuf-
fragantur quia hoc nuſquam in ſcriptura ſacra reperitur? Sed quo funda-
mento Eccleſia inſtituit paſſim implorari eorum ſuffragia? Nonnè Iaco-
bus ait. Orate pro vobis inuicem, vt ſaluemini? Sed hoc(inquies) præce- *Iaco.5.*
ptum fuit viuentibus. An igitur, quia beati,quia perfecti, ab obſequio
charitatis abſoluti ſunt? Sed nonne Paulus ait. Charitas nũquam excidit? *1.Cor.13.*
Orant igitur ſancti,in patria cõſtituti,pro nobis: vt Iohannes apertè per-
hibet,dicens. Vigintiquatuor ſeniores ceciderunt coram agno habentes *Apoc.5.*
ſinguli phialas aureas,plenas odoramentorum: quæ ſunt orationes ſan-
ctorum. Cui aſtipulatur Paulus,dicens,quòd Chriſtus iam mortuus,ſe- *Heb.7.*
pultus ac ſuſcitatus aſcendit ad Deum, ſemper viuens ad interpellandum
pro nobis. Impium eſt enim dubitare de membris,iam cum Chriſto capi-
te regnantibus. Vnde Moſes adiurauit Dominum per Abraham, Izahac *Exo.32.*
& Iahacob ſeruos eius. Pari modo Ieremias refert vocem Rachelis audi- *Iere.31.*
tam fuiſſe in excelſo, ideſt in cœlo,plorantis filios occiſos ab Herode (vt *Mat.2.*
Matthæus exponit) aut captos in ruina Templi: vt Hebræi dicunt. Et ni-
ſi valerent orationes ſanctorum, non dixiſſet Deus per Ieremiam. Si ſte-
terint coram me Moſes & Samuel: non erit anima mea ad populũ hunc. *Iere.15.*

SECTIO NONA DE BEATA VIRGINE.

MARIA, cœli Regina, eſt nè illa mulier fortis: de qua 479
Salomon tot, tantáque in Prouerbiis decantat? Nõ- *Pro.vlt.*
nè ibi (vt quibuſdam placet) decantatur de vniuer-
ſali idea, & fonte, virtutem fœmineam influente?
Qui fons dicitur חוה chauáh, ideſt viuificatrix aut
vitam præbens. Pro quo vulgata æditio habet, He-
ua. Non enim de muliere aliqua particulari dici *Gen.3.*
poſſet illud, quod de ea ſcriptum eſt: quòd videlicet

ſit omnium viuentium mater. Nam (vt ſuprà diſſeruimus) mulier illa particularis, Heua videlicet, non fuit mater, niſi humani generis: non autem cuiuſcunque viuentis. Id etiam (& fortè melius) poteſt intelligi de matre Redemptoris: quæ fuit & eſt mater omnium viuentium, meliori videlicet vita. Nam in Chriſto, qui ex ea natus eſt, omnes regeneramur, & meliorem vitam conſequimur. Vnde ipſa eſt genitrix & mater vitæ cœleſtis.

480 Cur Salomon ait. Procul & ab vltimis finibus precium eius, ſcilicet mulieris? Nonne, quia (vt Apoſtolus inquit) primus homo fuit è terra terrenus: ſecundus autem è cœlo cœleſtis? Cum enim primus homo terrenus è terra formatus fuerit: nonnè æquum fuit, vt iſte cœleſtis è cœlo formaretur? Et cum in vtero Virginis formatus fuerit: nonne vterus ille, totus cœleſtis neceſſariò fuit? Propterea Salomon dicit. Procul & ab vltimis finibus, id eſt è cœlo eſt precium mulieris huius: matris videlicet Redemptoris.

Pro. vlt. *1. Cor. 15.* *Gen. 2.*

481 Quo Sole (vt Iohannes inquit) amicta fuit beata Virgo, & quibus ſtellis coronata? An forſitan Sole hoc, corporeis oculis viſibili? Sed quid hic Sol ad regionem illam: quam claritas Dei (vt ipſemet Iohannes ait) illuminat, & cuius lucerna eſt agnus? An igitur Sole illo ſupramundano amicta fuit, quo aliquando amictus eſt Opifex? Iuxta illud Prophetæ. Amictus lumine ſicut veſtimento. De quo Sole ſcriptum eſt. In Sole poſuit tabernaculum ſuum. Sole itaque vel lumine diuino circundata fuit beata Virgo: vt dignum eſſet habitaculum illius, à quo primo ipſa facta eſt lucida & clara. Deinde effecta eſt mater ipſius Solis: qui (vt Malachias ait) ortus eſt timentibus nomen Domini. Stellæ verò, quibus ipſa coronata fuit, ſunt Apoſtoli: quorũ chariſmatibus ipſa, plena gratia, potiſſimè fulget. An ſunt duodecim Angeli, duodecim portis cœli, & duodecim ſignis præſidentes.

Apoc. 12. *Ibi. 21.* *Pſal. 103.* *Ibi. 18.* *Mala. 4.*

482 Quam lunam habet ſub pedibus: vt Iohannes ſubinfert? An fortè Lunam hanc, quæ nocti præſidet? Sed quę gloria eſſet huic mulieri habere ſub pedibus Lunam hanc corpoream: quam Beati omnes habẽt? Cum eorum domicilium ſit ſuprà omnes ſphæras. An igitur habet ſub pedibus Lunam illam: quæ (vt alias diximus) eſt in ſupramundanis cœlis? Quæ quidem Luna alio nomine dicitur terra viuentium. Sicut enim de filio dicit oraculum. Terra ſcabellum pedum meorum: Sic & de matre non ineptè dici poteſt. Cum Filius in Apocalypſi dicat. Qui vicerit, faciam cum ſedere in throno meo. Qui thronus eſt cœlum & Sol ſupramundanus. Vnde conſequenter habet terram viuentium in ſcabellum pedũm. Quæ notiſsima & frequentatiſsima ſunt apud ſecretiores Theologos.

Apoc. 12. *Iſa. 66.* *Apoc. 3.* *Sec. Theo.*

483 Quis Draco cum ſatellitibus ſuis contra filium huius mulieris inſurrexit: & cur? Nonnè Draco ille fuit Diabolus: vt Iohannes aperte declarat? Inſurrexit autem in eum, quærens ipſum deuorare: quia noluit ipſum adorare, ſicut ei præcœptum fuerat. Iuxta illud. Et cum introduceret

Apoc. 12.

primogenitum in orbem terræ,dixit.Et adorent eum omnes Angeli Dei. Nec enim Angeli peccaſſent: niſi præcœptum ipſis datum fuiſſet. Nam peccatum eſt tranſgreſſio præcœpti: vt Paulus docet. Peccatum (inquit) non imputabatur,cum lex non eſſet. Præcœptum autem (vt dictum eſt) datum fuit Angelis: vt Chriſtum principem adorarent. Quod renuens facere Draco cum ſatellitibus ſuis,contra ipſum inſurrexit. Pro Chriſto autem pugnam aſſumpſit Michael,princeps militiæ ipſius.Et hoc eſt prælium magnum in cœlo factum: de quo Iohannes meminit. Vnde Draco cum Angelis ſuis è cœlo,abſque vlla reuerſionis ſpe,eiectus fuit. *Hebr.1* *Ro.5.* *Apoc.12.*

484 Cur Gabriel miſſus fuit ad annunciandum Virgini, Meſsiæ conceptum ac partum? An (præter ea, quæ ſupra diximus) quia Gabriel (vt nomen eius indicat) venit à menſura illa,quæ גבורה Gheburah,ideſt robur dicitur? Vnde Gabriel interpretatur robur vel fortitudo Dei. Quæ menſura eſt locus ſacerdotij & victimarum, quæ pro peccatorum expiatione offerri conſueuerant. Hinc meritò per Angelum loci illius primarium denunciatus fuit concœptus ac partus illius excellentiſſimæ victimæ,quæ pro peccatorum expiatione offerenda erat. An robur Dei venit ad illam, quæ adeò fortis eſſe debebat, vt inuocaretur eius præſidium contra robuſtiſsimum hoſtem? Sicut Eccleſia canit,dicens. Da mihi virtutem contra hoſtes tuos. Cuius fortitudinem cognoſcens Salomon, dixit. Mulierem fortem quis inueniet: vt videlicet contra talem hoſtem ſtâre poſsit? An è robore Aquilonari venit Gabriel ad Mariam, plenam gratia, quæ Meridionalis eſt: vt inde naſceretur ille, qui vtranque partem complectens ſedet in medio, & regnat in domo Iahacob: vt oraculum perhibet? Qui quidem Iahacob amplexus eſt robur patris Izahac, & gratiam atque pietatem Abraham: vt ſecretiores Theologi tradunt. *Luca 1.* *Pro. vlt.* *Luca 1.* *Sec.Theo.*

485 Cur Maria,Gabriele Meſsiæ concœptũ ei nunciante, turbata fuit? An id fuit ex apparitione & ſermone inſolito: vt euenire ſolet? Sed nonnè credendum eſt,quòd ipſi,cœlorum Reginæ electæ, magis familiarès eſſent Angeli, quàm Cæciliæ & huiuſmodi? Vnde turbata non eſt ex hac apparitione,tanquàm inſueta: ſed quia cogitabat, qualis eſſet illa ſalutatio: vt Lucas narrat. An igitur turbata eſt ex magnitudine myſterij in ipſa celebrandi? Quod quicunque prudenti puellæ infimi generis contingeret: ſi à Rege in ſponſam peteretur. An, quia conſiderabat partum virginitati, quàm vouerat, eſſe contrarium: vt Theologi noſtri autumant? *Luca 1.* *Ibidem.*

486 Cur Angelus Mariæ dixit. Inueniſti gratiam apud Deum? Nonne, quia cæteri omnes inueniunt gratiam, à Deo per cœlos vel per alia media diſtillantem (ſicut illi,qui ſuſcipiunt aquas, non immediatè à fonte, ſed per riuulos) ipſa verò mater Dei immediatè à fonte illo ſupremo gratiam ſuſcœpit? Hinc Hieronymus ipſam collo,immediatè à capite humores ſuſcipienti, comparat. Cætera enim membra humores, à capi- *Ibidem.* *Hiero.*

te per collum & alia media defluentes ſuſcipiunt. Immò ipſa effecta eſt fons & mare gratiarum: ſicut ipſius nomen indicat: vt patet ſcienti ipſum benè interpretari. Quod nomẽ ſua propria lingua dicitur מרים Miriam: continens duas ſyllabas, quarum vna eſt ים Iam, quod mare ſignificat, altera verò, literis more hebraico ſiruphatis, eſt רם Ram, quod excælſum ſignificat. Vnde מרים Miriam ſignificat mare excelſum, gratiarum videlicet.

Can. 2. 487 Quid ſignificat illud, à Salomone decantatum. Vox turturis audita eſt in terra noſtra? An fortè, quia incipiebat tempus vernale: quãdo turtur incipit canere? Sed ad quid huiuſmodi friuolum loco tam graui interſeritur? An igitur (ſi theologizari velimus per numeros, & Arithmeticam, quam Hebræi ghemateriah vocant: quæ eſt pars ſecretioris Theologiæ) vox turturis eſt vox Ieſu & Mariæ ſimul? ישו Ieſu enim reddit per numeros trecenta & ſexdecim: מרים Miriam verò ducenta & nonaginta. Qui numeri ſimul iuncti reddunt ſexcenta & ſex. Quo numero gaudet nomen turturis apud Hebræos: quæ dicitur תור Tur.

Luce. 1. Sap. 7. 488 Quomodò potuit ſola mulier concipere & parere filium? An (vt oraculum ait) quia virtus Altiſſimi obũbrauit ei: & Spiritus ſanctus, qui eſt omnium artifex, omnémque habens virtutem, in ipſam ſuperuenit, & ſuppleuit pro viro? An (vt nonnulli dicunt) quia in ea fuit vtraque virtus: fœminea videlicet & virilis? Propterèa noluit à principio virum ſuſcipere: ſed virginitatem contra omnem ordinem & ritum legalem vouit. Suſcœpit autem poſtea virum non quia indigeret virili virtute, cui innitere- *Deut. 7.* tur, veluti vitis arbori (ſicut ſuprà dictum eſt) ſed aliis de cauſis ab Ambroſio ſufficienter aſſignatis. *Ambr. in Homilia.*

489 Ad quem gratiæ gradum beata Virgo deuenit? Nonnè vſque ad plenitudinem ſicut ei dixit Angelus? Sed nonnè & Stephanus (vt Lucas narrat) gratia & fortitudine plenus fuit? Nonnè etiam Apoſtoli Spiritu ſancto repleti fuerunt? Varia igitur eſt plenitudo. Vnde Chriſtus habuit plenitudinem maris: Maria fontis: Apoſtoli riuulorum: Stephanus autem & alij plenitudinem vaſis. A mari enim venit influxus in fontem: à fonte in riuulos: à riuulis autem in vaſa: & ibi eſt ſtatus. Et quia fons riuulis & vaſis gratiarum aquam præbet: Ideò Maria gratiarum mater dicitur. *Luca. 1. Acto. 6. & 2.*

490 Quomodò Maria tantum ſibi gradum & fauorem comparauit: vt Redemptoris mater eſſet? An, quia bona, & Deo ſemper dicata fuit? Sed nonnè ſcriptum eſt. Nemo venit ad me, niſi Pater meus traxerit eum? An igitur id fuit à gratia Dei eligentis & conſtituentis? Nam ſicut quoſdam dedit fieri Apoſtolos, quoſdam Prophetas, alios Euangeliſtas, alios verò paſtores & Doctores (vt Apoſtolus ait) Sic dedit Mariæ, vt Chriſti mater fieret. In primæua enim diſtributione nullum meritum præuium eſt: quia ad hoc (vt idem Apoſtolus inquit) deuenitur non ex operibus, ſed ex vocatione. Facta verò electione & vocatione requiritur opus ſiue cooperatio conſeruans. *Ioan. 6. Ephe. 4. Ro. 9.*

491 Cur de Maria ſcriptum eſt. Quæſiuit lanam & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum? An fortè, quia nere ſciebat: & lana & lino (vt aliqui dicunt) victum quæritabat? Sed nónne aliud hic latet myſterium? Linum enim (vt ſuprà diximus) Aquilonare eſt, & Tribunal iuſtitiæ Dei denotat: Lana verò Meridionalis, Tribunal gratiæ & pietatis repræſentat. Ad quorum Tribunalium vtrunque beata Virgo pro nobis accedit. A Tribunali nanque iuſtitiæ noſtrorum veniam peccatorum quærit: à Tribunali verò pietatis, gratiam & omnia bona. Nec enim venia à dextro, ſed à ſiniſtro Tribunali venit: vt Sapientes norunt. *Pro. vlt.*

492 Cur Maria dicta fuit quaſi nauis inſtitoris, panem ſuum de longè portans? An (vt nonnulli dicunt) quia deſcendens in Ægyptum non tãtum ſecum commeatum pro ſe tulit, ſed cibũ domeſticis diſtribuendum? An (vt altius conſcendamus) quia ipſa præbuit nobis panem illum, de quo ſcriptum eſt. Hic eſt panis, qui è cœlo deſcendit? Nec enim à longiori loco panem nobis ipſa portare potuit, quam à cœlo, maximo interuallo à nobis diſtanti. *Ibidem.* *Io. 6.*

493 Quis gladius & quomodò Mariæ animam pertranſiuit: vt Simehon prædixit? An gladius doloris, quem maximũ in paſſione filij habuit: vt multi exponunt? An gladius, qui (vt Apoſtolus inquit) pertingit vſque ad diuiſionem animæ ac ſpiritus? Qui gladius (teſte eodem Apoſtolo) eſt verbum Dei. Ad quod quidem verbum Dei ex ore verbi incarnati prædicatum piè credendum eſt Mariam tantum profeciſſe, quantum quæcunque alia creatura profecerit. Si enim verbum Dei, velut gladius, pertranſit animam alicuius: nonnè multo magis penetrauit ipſius Virginis animam, vt debitam ac perfectam diuiſionem animæ à corpore faceret: & inde perfectiſſimam vnionem: vt aliàs dictum eſt? Et hic eſt gladius, quem vtraque parte acutum Chriſtus in ore habebat: vt Iohannes perhibet. *Lucæ 2.* *Hebr. 42.* *Ephe. 6.* *Apoc. 1.*

494 Cur Chriſtus in cruce poſitus matrem Iohanni commendauit? An, quia mortuo ſponſo Ioſeph, cum moreretur & ipſe filius, vt debitum filij matri exhiberet, prouidit vt Iohannes eius neceſſitatibus obſequeretur? Nec enim alius propinquior, nec magis idoneus erat, quam Iohannes virgo: vt Hieronymus ſentit. An (vt altius cum Auguſtino conſcendamus) matrem Iohanni commendauit, ideſt vitæ contemplatiuæ per ipſum ſignificatæ? Nec enim tantæ mulieri vita actiua competebat. Ideò contemplatiuæ eam dicauit. Vnde illud ipſi poſſet aptari. Inter vbera mea commorabitur (vbera videlicet, quæ lactuerunt Prophetæ) donec aſpiret dies (vitæ æternæ videlicet) & inclinentur vmbræ, ſcilicet vitæ præſentis. *Ioan. 19.* *Hierony.* *Cant. 1. & 2.*

495 Chriſtus, poſtquam reſurrexit, cui primum apparuit, & quota hora? Nonnè ex textu Euangelico habetur, quòd primũ apparuerit Mariæ Magdalenæ? Sed nonnè piè credendum eſt, & ſic paſſim tenetur, quòd prius apparuerit matri? Id autem ab Euangelicis & ſacri teſtamenti Redemptoris tabellionibus non refertur: quia in hoc inſtrumento, matris *Mar. vlt.*

teſtimonium non admitteretur. Matri verò (vt nonnulli coniectant) apparuit in aurora: Magdalenæ autem orto iam Sole: vt Marcus narrat.

Ibidem. Quamuis (vt Iohannes ait) ipſa receſſiſſet à domo: cum adhuc eſſent te-

Io.20. nebræ ſuper terram. Sed cur primò mulieribus apparuit? An quia ſicut à muliere peccatum humani generis originem traxit: Ita à muliere primò videri voluit Redemptor, qui (vt Apoſtolus inquit) propter iuſtifica-

Ro.2. tionem noſtram ſurrexit? An (vt ad ſacramenta tranſeamus) primò ſe viſibilem præbuit mulieri, partem ſenſitiuam denotanti: vt inde ad cognitionem intellectiuæ deueniret, debito ordine humani decurſus & cognitionis ſeruato?

496 Redemptoris mater fuítne verè mortua, & quomodò ad cœlos

Dio. de di. aſcendit: cum corporéne, an ſine corpore? Nónne (vt Dionyſius expreſſè

noibus. fatetur) mortua fuit? Ipſe enim aſſeuerat ſe vna cum omnibus Apoſtolis ipſius exequijs interfuiſſe. Vbi ab ipſis Apoſtolis primùm, ſed potiſſimè à Petro, quem ipſe Theologorum omnium ſpecimen appellat, poſteà à Hierotheo, ipſius Arcæ Deiferæ laudes tam excellenter celebratæ fue-

Hier. in ſer. runt: vt ipſemet Dionyſius fateatur ad tantam dicendi ſublimitatem ſe

de aſſumpti. nullatenus attingere poſſe. Quòd autem aſcenderit cum corpore nonnulli dubitare videntur: vt expreſſè teſtatur Hieronymus, vel quiſquis ille fuerit, qui ſermonem de aſſumptione beatæ Virginis, ipſi Hieronymo paſſim aſcriptum, ædidit. Piè tamen id credi poteſt & debet: quia Eccleſia quoque id approbare videtur ſolẽni celebritate, que fit de aſſumptione ipſius Virginis. Quod etiam ex ipſiuſmet Hieronymi, vel cuiuſcunque alius, qui ipſum ſermonem compoſuit, verbis concludere poſſumus.

Idem Ibidẽ. Ait enim. Cæteris præſtatur gratia per partes: Mariæ verò tota ſe infudit plenitudo gratiæ. Et iterum. Quicquid legimus alijs fuiſſe conceſſum,

Mat.17. piè credimus Mariæ non fuiſſe denegatum. Sed legimus multa corpora ſanctorum cum Chriſto ſurrexiſſe, & introiuiſſe ſanctam Ciuitatem, Ieruſalem videlicet inferiorem ac ſupernam: Igitur id Mariæ quoque præſtitum fuiſſe non eſt ambigendum. Cuius rei potiſſimum indicium eſt: quòd mauſoleum eius reperitur vacuum. Vnde valet argumentum: ſicut Petrus in actis Apoſtolicis de Dauide innuit, dicens. Et ſepulchrum eius

Acto.2. apud nos eſt. Quibus verbis elicitur, quòd corpus ipſius Dauidis ibi non eſſet: quia (vt multi ſentiunt) ipſe Dauid fuit vnus ex illis, qui cum Chri-

Mat.27. ſto (vt Matthæus narrat) ſurrexerunt.

497 Cum quo corpore beata Virgo aſcendit? An fortè cum hoc cor-

1. Cor.15. pore graui, & legibus corporeis ſubiecto? Sed cum multi, licet non omnes (teſte Paulo) reſurgentes immutentur, non quippe credendum eſt id Mariæ fuiſſe denegatum. An igitur aſcendit cum corpore incorruptionem & immortalitatem induto, & in ſortem ſpiritualem penitus immutato? Vnde ſicut Petrus, de Chriſto loquens, ait, quòd Deus eum ſolutis

Acto.2. Inferni doloribus ſuſcitauit: quia impoſſibile erat (vt ipſe ſubinfert) ipſum detineri ab illo, ſcilicet Inferno: quia videlicet immaculatus erat, nec punitione nec expiatione indigebat: Sic quoque de beata Virgine,

Virgine, ipſius matre, pura & immaculata dicere iure poſſumus ac debemus.

498 Cum Henoch, Elias, & Iohannes in cœlum abſque morte aſcẽderint (vt clarè de Elia habemus) cur idem donum Mariæ Redemptoris matri non fuit collatum? An forſitan ipſa hoc eodem priuilegio gauiſa fuit: licet per aliquod temporis interſtitium mortua viſa fuerit? Nam id quoque Moſi contigiſſe legimus: de quo ſcriptum eſt. Mortuus eſt ibi Moſes ſeruus Domini. Deinde ſubinfertur. Nec cognouit homo ſepulchrum eius vſque in præſentem diem. Multò minus corpus eius inuẽtum fuit: cum reſumpto corpore ipſe Moſes ad Deum aſcenderit, non minus, quam Henoch: de quo ſcriptum eſt. Ambulauítque Henoch cum Deo, nec amplius apparuit: quia tulit eum Deus. Nec minus, quam Elias: qui ad cœlum, igneo curru ſublatus, aſcendiſſe dicitur. Non enim Moſes minus ſanctificauerat corpus ſuum, quam duo prædicti. Nam de ipſo ſcriptum eſt. Et non ſurrexit vltra Propheta in Iſraël, ſicut Moſes. Tale quoque effectũ fuerat corpus eius, vt gloria diuinitatis, quæ fulgebat in anima ipſius Moſi, redundaret in corpus, adeò refulgens: vt (teſte Paulo) filij Iſraël in faciem ipſius intendere nequaquam poſſent ob ſplendorem vultus eius. Nec illa ſeparatio animæ à corpore fuit mors ex peccato inducta: ſed ordo quidam naturæ. Nec differt, quòd immutatio corporis fiat ſimul cum ipſa anima, nondum à corpore ſoluta, vel poſtquam à corpore exierit: ſicut euenit Moſi & beatæ Virgini. Nec obſtat altercatio, de corpore ipſius Moſi facta (de qua Thadæus meminit) quia breui admodum temporis interuallo fieri potuit.

4. Reg 2. *Deut. vlt.* *Gen. 5.* *4. Reg 2.* *Deut. vlt.* *2. Cor. 3.* *Thad. in Epiſt.*

499 Conſcendít ne beata Virgo ſuper Angelorum choros (vt dicitur) & quomodò? Si Angeli hominibus digniores ſunt (vt quidam aiunt) quomodo beata Virgo ſuper eos exaltata fuit? An forte ex dono gratiæ, qua præ cæteris repleta fuit: vt communiter aſſeritur? Sed nónne gratia ſecundum naturæ diſpoſitionem datur: vt bene ſentit Gregorius, & elicitur ex doctrina Chriſti, dicentis, quòd talenta, dona gratuita ſignificantia, diſtributa fuerunt vnicuique ſecundum menſuram vel virtutem propriam, donorum videlicet naturalium? An igitur id fuit, quia natura humana nullam habet formam, nec imaginem determinatam (vt aperte Chaldæi profitentur) ſed nunc tranſit in beſtiam, nunc in Diabolum, nũc in Angelum, & nunc in Deum: dicente Paulo. In eandem imaginem transformamur, à claritate in claritatem? Hinc beata Virgo Deifera tranſcendit in eam ſortem: vt merito ſuper omnes Angelos conſcendere potuerit. Sicut & Filius ipſius, etiam quo ad humanitatem, ſortitus eſt principatum & regnum, nedum ſuper homines, ſed etiam ſuper Angelos & creaturas omnes: ſicut ſcriptum eſt. Et adorent eum omnes Angeli Dei.

Mat. 25 *Grego. ibi.* *Chaldæi.* *2. Cor. 3* *Heb. 1.*

500 Quo officio fungitur beata Virgo in cœlis: præter beatitudinem, qua fruitur? Nónne decantatur mater gratiæ, & mater miſericordiæ, eo quòd ipſa conſtituta eſt omnium peccatorum aduocata? Et merito illorũ

curam & protectionem ſuſcipit, propter quos ipſa, Redemptoris mater effecta fuit? Niſi enim peccatores fuiſſent, nec etiam Redemptor extitiſſet. Quamuis ipſa beata Virgo fuiſſet mater Chriſti & Regis omnium, ſecundum illorum ſententiam, qui aſſerunt, quòd verbum incarnatum

Mat.9. fuiſſet: licet Adam vel quiſpiam alius non peccaſſet. Eſt quoque beata Virgo peccatorum aduocata, concors cum Filio: qui venit vocare & iuſtificare peccatores. An etiam, quia ipſa eſt mater eius, in quo omnes regeneramur, effecta eſt mater omnium: vt paulò ſuperius diximus? Hinc de omnibus, tanquam pia mater, curam habere debet: impetrans reis veniam, iuſtis augmentum gratiæ, omnibúsque tandem vitam æternam procurans, אמן, Amen.

SAPIENTVM

TOMVS QVINTVS DE SEPTEM SAPIENTVM DOCTRINA.

Sectio prima de Salomonis dictis ac geſtis.

CVR Salomon dictus fuit dilectus Domini? Legitur enim in ſecundo Regum volumine, quòd, cum Dauidi poſterior filius ex Berſabeeh natus eſſet, vocauit eum Salomonem, Deus autem per Natan prophetam iuſſit eum vocari ידידיה Iedideiah.i. amabilem Deo. Qui quidẽ Deus aliquando dicitur יה Iah: vt patet in verbo Halleluiah. Pro quo latinè dicimus. Laudate Deũ. Quod quidẽ nomen Iah:nõ,niſi à ritè expiatis, proferri debet. Hinc(vt aliàs dictum eſt) à priſcis patribus inſtitutũ fuit, ne pœnitentiæ tempore dicatur Halleluiah. An igitur Salomon fuit dilectus Dei, tanquam de ipſo decantaturus multa in Prouerbiis & Canticis, ſub velamine ſponſæ,horti animalium & huiuſmodi? An, quià tenuit in aliquibus typum illius, de quo dictum fuit à Patre. Hic eſt filius meus dilectus,in quo mihi benè complacui? An, quià natus de Berſabeeh.i. de puteo ſeptem ſuperiorum influxuum generatus à Dauide, qui manus interpretatur? Illa videlicet,quæ(vt Moſes ſcribit)eſt ſuper ſede Iah.i.Dei bellans contrà Hamalech à generatione in generationem. Sicuti in veritate literæ habetur. Quæ myſteria tãtò pluris æſtimantur, quantò magis à veris Sapientibus conſyderantur.

Primum. *2.Reg.12.* *Matt.17.* *Exod.17.*

2 Quo myſterio vnctus fuit Salomon à Natan propheta, & Sadoch ſacerdote in monte Gion? Nonnè vnctus fuit à Sadoch ſacerdote vt indicaretur ipſum fuiſſe delibutum chriſmate ſacerdotali:quo ædificaret templum Domini omnium celeberrimum,& ſacramentorum plenum? In quo quidem templo multa obtulit holocauſta: boum videlicet xxij. millia & ouium.cxx.millia : vt in tertio Regum volumine legimus. Vnctus autem fuit à Natan propheta vt innueretur ipſum habiturum chriſma prophetici ſpiritus:quo nonnulla futura prædiceret,& multa recondita(quamuis ænigmaticè)patefaceret. Ad quorum quodlibet exigitur ſpiritus propheticus. Propterea Salomon fuit nedum Rex,ſed Sacerdos, & Propheta:ſicut & Dauid pater eius. Ipſe enim regno,prophetia,& ſacerdotio inſignis, diuinum cultum inſtituit, & diuinas laudes vbique gentium decantandas compoſuit. Vnctus autem fuit in monte Gion,qui lucta dicitur, vt indicaretur ipſum(quamuis Rex pacificus dictus fuerit)aggreſſurum multas luctas: de quibus infrà.

3.Reg.1. *Ibi.8.*

3 Vnde hauſit Salomon ſapiẽtiam ſuam? Nonnè clarè habetur in tertio Regum volumine, quod, cum Deo mille hoſtias immolaſſet, apparuit ei ipſe Dominus pollicens ei ſe daturum quicquid poſtulaſſet: petẽtique ipſi

Ibi.3.

ſapientiam regendi populum penè innumerabilē,pro voto data eſt,adeò quòd nec ſimilis ei quiſquam anteà fuerit: nec poſteà ſurrecturus ſit: vt oraculum perhibet? Quæ quidem ſapientia & ſi diſtat à ſapientia rerum diuinarum (qua Dauid plenior fuit) non modica tamen exquiritur in regimine populi: vt Plato longo ſermone in Alcibiade diſſerit. Vbi oſtendit quòd Princeps,ſi rectè iudicare velit,oportet vt ſit adeptus cognitionem rerum omnium,de quibus diſponere & iudicare debet. Quod didiciſſe non dubito à lege: vbi habetur, quòd Deus iuſſit eligi ſeptuaginta ſeniores,quibus ipſe tribuit de ſpiritu Moſi,vt apti eſſent ad iudicandum. Quod collegium manſit vſque ad Pauli tempora, qui de eorum numero fuit. Et vocabatur collegium Sinedrim: hominum videlicet in omnibus doctrinis ac linguis peritiſſimorum.

Ibidem. *Pla. in Alci. de voto.* *Num. 11.*

4 Cur Salomon tali præditus ſapientia à vino propoſuit abſtinere? An, vt animum ſuum transferret ad ſapientiam: vt ipſemet ait? Sed cum iam omnigena rerum inferiorum ſapientia (vt dictum eſt) refertus eſſet, quid ampliùs addiſcendum ei ſupererat? An igitur, quià ſapientes ſunt auarorum ſimiles: de quibus dicitur. Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit? Hinc ipſemet in principio Parabolarum ait. Audiens ſapiens ſapientior erit. Nulli enim intellectui creato omnia ſunt cognita, ſed vnicuique ſupereſt aliquid addiſcendum. An, quià non contentus ſapientia rerum inferiorum per vinum ſignificata (quam petierat ad regendum populum, nulla prorſus de rebus diuinis ac ſuperioribus mētione facta) cogitauit ad meliorem ſapientiam ſe transferre? Cum qua ſapientia quià non conuenit hæc rerum humanarum peritia: Hinc propoſuit ab illa ſe abſtrahere, vt liberiùs ad meliorem tranſuolaret.

Eccleſ. 1. *Prou. 1.*

5 Cur Salomon ait. Oſculetur me oſculo oris ſui, quià meliora ſunt vbera tua vino? Nonnè videmus hic, quòd non contentus Salomon ſapientia impetrata, quæ vinum dicitur, ad meliorem aſpirabat, quam Scriptura plæriſque in locis lac vocat: exprimendum videlicet ab vberibus illis, de quibus infrà dicitur. Veni in hortum meum, & dabo tibi vbera mea? Quod ſapientiæ genus lac denominatum cum non poſſit haberi per ſtudium ac diligentiam humanam, ſed per diuinam reuelationem: quæ fit purificatis, raptis, & mente ſubleuatis (quem exceſſum antiqui Theologi vocant mortem oſculi: de qua Propheta canit. Precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius) Ideò flagitans ipſe Salomon huiuſmodi oſculum, dicebat. Oſculetur me oſculo & cæt. quià videlicet melius eſt lac propinatum ab vberibus excelſis, quàm vinum, id eſt cognitio rerum inferiorum.

Cant. 1. *Ibidem. 7.* *Pſal. 115.*

6 Quid intelligit Salomon per vinum, lac, & mel? Nonnè per vinum (vt ſæpè diximus) intelligitur ſapientia rerum inferiorum: per lac autem ſapientia rerum diuinarum: & per mel guſtus ipſius ſapientiæ? Quæ quidem ſapientia tantò melior eſt, quantò lac & mel meliora ſunt vino. Vinum enim ex vite procedit, lac verò ex animali, & mel ex ape. Quæ omnia meliora ſunt plantis. Vnde accommodatiſſimè hæc ſapientia per

lac ſignificatur. Nam ſicut lac non inebriat,ſed ſufficit pro cibo ac potu, emulſúmque parum conſeruatur, ſic & ſapientia rerum diuinarum nec inebriat, nec furere facit, ſed ſufficit pro cibo & potu animæ, & in mente ac corde conſeruata nutrit, conſeruat,& conſeruatur.Extrà verò poſita (præſertim ſine neceſſitate) corrumpitur ac perditur. Hinc Apoſtolus, qui ipſum lac deguſtauerat, inquit. Quæ non licet homini loqui. Et ſicut lac cum vino non benè conuenit,ſed facilè corrumpitur: Sic Sapientia rerum diuinarum non admittit commixtionem cum ſapientia terrenarum & inferiorum rerum. Sed cur ipſe Salomon ait. Bibi vinum meum cum lacte meo? An, quià bibit vtrumque ſeorſum: vt decebat? An fortè malè miſcuit illa? Hinc amiſſa ſapientia rerum diuinarum correptus eſt amore mulierum: vt in tertio Regum volumine legitur.

2.Cor.12. *Canti.5.* *3.Reg.11.*

7 Eſtnè quoque nobis abſtinendum à vino vnà cum Salomone, vt lac adipiſcamur? Nonnè Iſaias inquit. Perdam ſapientiam ſapientum? Nam conuenire non poteſt ſapientia hæc mundana cum ea ſapientia, quam edocere ſtatuerat Deus per filium: qui fuit vera terra fluens lac & mel: & qui adeò de lacte & melle comedit (iuxtà illud. Butyrum, quod eſt lac coagulatum, & mel comedet) vt in ipſo eſſent abſconditi omnes theſauri ſapientiæ ac ſcientiæ. Quià (vt nuper diximus) hæc ſapientia conſeruanda & occultanda eſt. Quam ſapientiam vt adipiſcerentur veri Chriſticolæ, paruipenderunt Mundi huius ſapientiam Deo & veræ ac diuinæ ſapientiæ inimicam. Hinc ait Apoſtolus. Nonnè ſtultam fecit Deus ſapientiam huius Mundi? Et iterum. Sermo meus non in perſuaſoriis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & ſapientiæ: quam nemo Principum huius ſæculi cognouit.

Iſa.29. *1.Cor.1.* *Iſa.7.* *Col. 2.* *1.Cor.1. & 2.*

8 Cur dicit Salomon.Qui addit ſcientiam addit & laborem?An,quià aſſidua meditatio(vt ipſemet inquit) affligit animam, & quod Plato ait) generat atram bilem,qua ſtudentes aſſidui efficiuntur melancholici? An, quià quantò plura quis nouit,tantò plura videt cognoſcenda:ad quæ nequit pertingere? Hinc maior dolor oritur, labor, & afflictio: ſicut ipſe paulò antè teſtatus eſt,dicens:quòd in multa ſapientia eſt multa indignatio. An, quià quantò quis ſapientior eſt, tantò magis cognoſcit ſe nihil eſſe, ſed omnia habere à Deo, & quòd ea,quæ habet,nihil ſunt reſpectu eorum, quæ adipiſci poſſet? An, quià quantò magis quis intelligit, tantò magis afficitur rebus intelligendis? Vnde magis laborat, vt ipſas apprehendat.

Eccle.1. & 12. *Plato.*

9 Quo ſenſu ſcriptæ ſunt Parabolæ Salomonis, diuino nè, an humano?Cum ipſe tractet ibi de moribus, & de quibuſdam animalibus, quis nam eſt in ipſis ſenſus Dei? Sed nonnè parabola (vt Grammatici dicunt) eſt tropi ſpecies, id eſt locutio per ſimilitudinem & metaphoram? Vnde ſi ſermo de animalibus aliud non includeret, non eſſet Parabolicus.De animalibus igitur loquẽs Salomõ,de illo intelligit,cuius typũ ipſa

animalia gerunt. Nec enim Ezechiel, Zacharias, Iohannes, & cæteri, qui teſtantur ſe vidiſſe animalia in cœlo, de his corruptibilibus animalibus loqui voluerunt: Sed de his, quæ ſunt in Archetypo, aut quæ ad Dei tribunal ſpectant: vt ſecretiores Theologi ſcribunt. Hinc inter difficillima Scripturæ ſacræ loca (vt veris Sapiētibus placet) Salomonis Parabolæ annumerantur. Quià de iis loquuntur, ad quæ vulgaria ingenia nō pertingunt.

Sec.Theo.

10 Cur Salomon tam varius fuit in Eccleſiaſte? Nonnè, quià mente afflictus, quando illud cōpoſuit, in varias partes diſtrahebatur? Erat enim tunc ſub ferula illa de qua dictum eſt. Corripiam eum in virga virorum. Hinc omnem fortunæ fauorem vanū aſſeruit: & omnia, quæ ſub cœlo ſunt, variis laboribus & curis ſubiecta eſſe oſtendit. Poſtquam autem per multa vagatus eſt, reſipiſcens ab errore ſuo, optimè concluſit, dicens. Finem loquendi pariter omnes audiamus. Deum time, & mandata eius obſerua. Hoc eſt omnis homo, id eſt omnis homo propter hoc factus eſt. Nam omnia (vt ipſe ſubinfert) adducet Deus in iudicium: vt mala videlicet puniat, & bona remuneret.

2.Reg.7.
Eccl.vlt.

11 Quarè in Cantico canticorum amatorio (vt apparet) multa arcana includuntur? Nonnè & Chriſtus totum negocium hominis, qui ad regnum cœlorum adipiſcendum factus eſt, in nuptiis concludit, dicens. Simile factum eſt regnum cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio ſuo? Hinc & creato homine, de coniugio ſtatim Deus ſubintulit, dicens. Fructificate & multiplicate. Et iterum. Non eſt bonum hominem eſſe ſolum. Faciamus ei adiutorium. Quæ omnia colligens Apoſtolus ait. Sacramētum hoc magnum eſt Chriſti & Eccleſiæ. Conuenientiſſimè igitur ſapiens Salomon curauit in hoc Epithalamio deſcribere connubium celebrandum inter Deum & animam, inter Deum ac Synagogam, inter Chriſtum & Eccleſiam tā militantem, quam triumphantē: decantaréque ſtuduit ſacramenta legis, quę vbique intendit (vt benè intuenti patet) aſſimilare hominē Deo, & vnire ipſum hominem cum eo. Quod tamen ad vnguem Chriſtus effecit doctrina & opere.

Matt.22.
Gen.1.& 2.
Eph.5.

12 Qui amici (vt Salomon ait) auſcultant ſpōſam in horto morantem? Nonnè amici ſunt angeli, qui tanto affectu animam ſibi creditam cuſtodiunt, vt non tamen eam defendant & diligant: ſed omnia quæ loquitur, & operatur, ſiue ſecundum legem, ſiuè contrà, Deo referant, vel remuneranda vel punienda? Hinc alibi dixit idem Sapiens. Ne detrahas Regi quià aues cœli portabunt vocem tuam, id eſt, Angeli: vt ſapientiſſimè Zohar exponit. Ex aduerſo autem bona ſimiliter reportāt. Vnde Tobiæ Raphael dixit. Quando orabas ac ſepeliebas mortuos: ego obtuli orationem tuam Domino. Et ob hoc Angeli aſcendunt & deſcendunt per ſcalam, quam Iahacob vidit: vt in geneſi legimus. Auſcultant autem eos potiſſimè, qui in hortum voluptatis introducti ſunt.

Cant.8.
Eccl.10.
Zohar.
Tob.12.
Gen.28.

13 Quæ nam eſt illa, quæ languere dicitur præ amore dilecti? An eſt Synagoga: vt Hebræi dicunt? An Eccleſia: vt Catholici tenent? An eſt anima veri amantis, quæ ſemper aſpirat ad Deum? Iuxtà illud. Quemadmodum

Cāt.2.& 5.

dum deſyderat ceruus ad fontes aquarum: ità deſyderat anima mea ad te Deus. Et Auguſtinus. Feciſti Dominè cor meum ad te, & inquietum eſt donec quieſcat in te. Sed cur petit hoc denunciari dilecto, cum ipſe ſit Deus, qui omnia nouit? Nonnè ſicut Deus viſitat & cuſtodit nos, multáque bona nobis per Angelos impartitur: Sic etiam vult dicta & facta noſtra referri per Angelos: vt pateat toti cœleſti curiæ diſpoſitio noſtra ſiue bona, ſiue mala: vt gaudeat de remuneratione, ſeu punitione, quę vnicuique rependetur ſecundum opera ſua? *Pſal.41.* *Auguſt.*

14 Quo myſterio dicitur Regina Sabà veniſſe ad Salomonē? Nonnè (vt ſuprà dictum eſt) vt indicaretur, quòd lex data in monte Sinà, qui eſt in Arabia cuius regionis ipſa dominabatur, venire debebat ad ſapiētiam Chriſti, veri Salomonis, id eſt. Regis pacis? Cum tota lex ad Euangelium reducta fuerit, & per ipſum adeò perfecta, vt ſine Chriſto & Euangelio eſſet occulta, velata, inſipida, & ad iuſtitiam penitus inefficax. Nam per legem nemo iuſtificatur, ſed per Euangelium. Sed nonnè Chriſtus dixit illi iuueni. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata? Exquiritur quippè obſeruatio legis pro habenda vita. Si quis autem eſt tranſgreſſor ipſius legis, non iuſtificatur per legem, ſed per Euangeliū. Nam omnis remiſſio & iuſtificatio (vt ſuprà diſſeruimus) ab Euangelio procedit. *3.Reg.10.* *Gal.2.* *Matt.19.*

15 Quo myſterio dicitur, quòd Regina ipſa multa ænigmata ipſi Salomoni ſoluenda propoſuit? An, quià morem ſecuta eſt Orientalium, qui parabolis & ænigmatibus oblectantur? An (vt ad myſteria veniamus) quià in lege penè omnia ſunt ęnigmata, & figurę rerum abditarum? Iuxtà illud Apoſtoli. Omnia in figura contingebant illis. Quę ęnigmata per Euangelium ſoluuntur. Hinc non ſine myſterio, moriente Chriſto & conſummante opus miniſterij ſui, velum Templi ſciſſum fuiſſe dicitur à ſummo vſque deorſum. Quod declarans Paulus Corinthiis, inquit. Non ſicut Moſes ponebat velamen ſuper faciem ſuam: quod vſque in hodiernum diem in lectione veteris teſtamenti manet non reuelatum: quià cum legitur Moſes, velamen poſitum eſt ſuper cor eorum: qui videlicet Euangelium reſpuunt. Cum autem conuerſi fuerint, auferetur velamen. Nos verò reuelata facie gloriam Domini ſpeculamur. Ieſus itaque fuit verus Salomon, qui ſoluit ęnigmata, & velamen ab oculis noſtris abſtulit. *3.Reg.10.* *1.Cor.10.* *Matth.27.* *2.Cor.3.*

16 Quo ſacramento Regina & Salomon mutua ſibi dona contulerunt? Regina enim Salomoni dedit aurum, aromata & gemmas, quibus abundat illa fœliciſſima Arabię regio. Nonnè (vt ad myſteria veniamus) aurum ex eadem parte ſupramundana venit, ex qua venit & lex: quę eſt aurum quoddam, fœlicius hoc materiali? Par quoque ratio eſt de gemmis: quarum aliquę inde virtutem ſuam hauriunt. Cum autem precioſitas legis pręcedat aurum & gemmas inferiores: Ideò dixit Propheta. Dilexi mandata tua ſuper aurum & topazium. Aromata verò ſignificabant odorem legalium ſacrificiorum: de quo pluribus in locis dicitur. Odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis. Hinc Salomon de lege agens *3.Reg.10.* *Pſal.118.*

(vt nonnulli Sapientes volunt) ait. In odorem vnguentorum tuorum currimus. Quod & de nomine ſancto Dei intelligi poteſt: à quo tota lex (vt aiunt) emanauit. E conuerſo autem Salomon tradidit Reginæ omnia, quæ petierat, & præter hæc, dona multa ſignificans Chriſtum, qui dedit nobis nomen ſuum, in quo omnia ritè deſyderata & petita impetrare poſſumus: ſicut ipſemet promiſit dicens. Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Dona autem fuerunt, tum quià condonauit omnia delicta noſtra (vt Apoſtolus inquit) tum quià aſcendens in altum (vt Propheta canit) hominibus dona dedit.

Cant.1. *Io.16.* *Col.2.* *Pſal.67.*

17 Quæ ſapientia (vt Salomon ait) ab æterno ordinata fuit? Nonnè illa fuit, de qua dicitur. Omnia in ſapientia feciſti? Quæ quidem ſapientia eſt verbum, in quo omnia, quæ facta ſunt, præexiſtebant (vt Iohannes inquit) antequam in particulares & proprias formas explicarentur. Sed quomodo fuit ordinata ab æterno? An ab æterno producta fuit ab intellectu paterno? Sed tunc non fuit ordinata, ſed producta. An igitur ordinata fuit, quando Mundi opificium decretum fuit in cœlo? Nam tunc rerum ideæ ordinatæ fuerunt in verbo tali ordine, vt eſſent conſonæ ſibiipſis atque Deo: & indè indiſſolubiles & perpetuò duraturæ aut duratione continua, aut ſucceſſiua: niſi quatenus ad eas diſſoluendas voluntas Opificis intercederet. Quemadmodum Plato ipſum Opificem intelligentias alloquentem inducit.

Prou.7. *Pſal.103.* *Io.1.* *Pla. in Tim.*

18 Quomodò ſapientia ædificauit ſibi domum, & columnas ſeptem excidit? Nonnè his verbis deſcribitur Mundi vtriuſque fabrica, quæ tota eſt domus Dei? Num cœlum eſt ſedes eius, & terra ſcabellum pedum ipſius. Septem quoque columnæ nonnè ſunt ſeptem Planetæ, ſiue ſeptem intelligentiæ ipſos mouentes, vel ſeptem fontes, aquas demittentes in puteum, qui Berſabah dicitur, id eſt puteus ſeptem? Columnæ verò dicũtur, quià in ipſis omnia ſuſtentantur. Et cum in Chriſto huiuſmodi fontes fuerint (vt ſapienter exponit Orige. verbum illud Iſaiæ. Appræhendent ſeptem mulieres virum vnum) Hinc meritò ipſe dicitur vnicum omnium atque primum fundamentum. An id intelligitur de ſpirituali fabrica: quam fecit Chriſtus Dei ſapientia ſuper columnas ſeptem ſeptiformis ſpiritus? De quo idem Iſaias ait. Et requieſcet ſuper eum ſpiritus ſapientiæ & intellectus &c. Quam plenitudinem ipſe Chriſtus omnibus impartiuit. Iuxtà illud. De plenitudine eius omnes nos accepimus.

Pro.9. *Iſa.66.* *Orige.* *Iſa.4.* *1.Cor.3.* *Iſa.11.* *Io.1.*

19 Qua proportione Salomon fabricauit Templum illud celebratiſſimum? An pro libito? An iuxta menſuras, quibus Moſes fabricauerat Arcam & Tabernaculum Templo ſupramundano conforme? Quod innuitur ex verbis illis ipſi Moſi à Deo dictis. Inſpice, & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt. Eadem enim fuit menſura Tabernaculi & Templi. Sed in his duntaxat inter ſe differebant: quià Templum erat maius, ſtabile atque lapideum, Tabernaculum verò erat minus, mobile, & ligneum. Eadem tamen fuit vtriuſque proportio, &

Exod.25.

numeri naturales vel formales iidem. Et vtrumque habuit proportionem cum machina hac Mundana, cum templo ſupracœleſti, & cum templo humano: de quo inquit Apoſtolus. Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Quod itidem Xiſtus Pythagoricus ait. *1. Cor. 3.* *Xiſt. Pyt.*

20 Vnde habuit Salomon lumen ac ſapientiam ad fabricam illam conſtruendam? An per ſomnium? Sed cum ſomnium (vt ſuprà diſſeruimus) ſit primus gradus prophetiæ, & ſapientia ædificandi Templum in altiori gradu collocata ſit (vt ſapientes cenſent) nonnè aliunde venit hæc ſapientia? An igitur (vt ſuprà diximus) habuit eam à patre Dauide? Nam, ſicut ipſe diuinum cultum optimè inſtituit, Pſalmóſque vbique gentium decantandos, tot & tantis myſteriis refertos, accuratiſſimè compoſuit: Pari modo nec huiuſmodi Templi architecturam ignoraſſe cenſendus eſt. Quod etiam ipſe Dauid innuit dicens. Eccè ego præparaui impenſas domus Domini, auri talentorum centum millia, argenti mille millia talentorum, æris verò & ferri pondus immenſum: ligna quoque & lapides ad vniuerſa impendia. Nec enim impenſas Templo conſtruendo neceſſarias præparare ſciuiſſet: niſi artem ad ipſum condendum opportunam calluiſſet. Sicut author libri, cuius titulus eſt Porta lucis, optimè ſentit. *1. Par. 22.* *Porta lucis.*

21 Quod nomen, & cuius nam filij quærit Salomon in Prouerbiis; Nónè quærit nomen illius, qui colligauit aquas quaſi in veſtimento (ſicut in Geneſi dicitur. Cógregentur aquæ, quæ ſub cœlo ſunt, in locum vnum) & illius, qui ſtabiliuit omnes terminos terræ? Sed nonnè hoc nomen exprimitur in textu: videlicet Elohim? Cur ergò ipſum tanquàm ignotum quærit? Nonnè, cum ſcriptum ſit. Verbo Domini cœli firmati ſunt: hinc oritur difficultas ad cognoſcendum, quis nam fuerit opifex: verbum nè, an ſpiritus, qui in Geneſi dicitur Elohim? Propterea dixit Plato. Opificem genitorémque vniuerſitatis tam difficile eſt inuenire, quàm inuentum dignè profari. Cum non ſolùm verbum & ſpiritus interfuerint Mundanæ fabricæ, verùm etiam Pater, vt Paulus apertè teſtatur, dicens. A quo omnia, ſcilicet à Patre: in quo omnia, Filio videlicet: & per quem omnia, id eſt, per Spiritum ſanctum Sed quid vnuſquiſque eorum particulariter operatus ſit, id intellectu difficillimum cum Platone exiſtimo. Hócque longo proceſſu Zohar profundiſſimè inueſtigare conatur. *Pro. 30.* *Gen. 1.* *Ibidem.* *Pſal. 32.* *Pla. in Tim.* *Rom. 11.* *Zohar.*

22 Quis nam ſermo omnipotens venit in medio noctis ſilentio: vt in libro Sapientiæ dicitur? An de præcepto Dei loquitur Sapiens (quiſquis ille fuerit) facto in noctis medio Angelo vltori: vt occideret omne primogenitū Ægypti? Quod videntur innuere verba præcedentia & ſubſequentia. An de verbo incarnato vaticinatus eſt Philon (vel quiſquis fuerit author libri Sapientiæ) quod media nocte deſcendit in vterum Virginis? Quod quidem verbum nos verè liberauit à ſeruitute Diaboli. An de ſermone Dei loquitur Sapiens, qui fieri ſolet ſurgentibus media *Sap. 18.*

Zohar. nocte ad confitendũ in Domino? Nam illa hora (vt Zohar plęriſque in locis ait) ſolet Dominus & verbum Dei oblectari cum iuſtis, & reddere illos ſapientes.

23 Ad quem ſapientię gradum deuenire poteſt homo? An, vt intelligat virtutes elementorum, temporum viciſſitudines, curſum & influxum ſtellarum, animalium naturas, vires ventorum, radicúmque ac uirgultorum
Sap.7. virtutes? Ad quem gradum gloriatur ſe deueniſſe Author libri Sapientię.
Mercu.ad T.a.d.vno. An, vt intelligat omne intelligibile? Sicut Mercurius ad Tatium filium ſcribens ait, quòd mentem conſecuti pro mortalibus immortales habentur: intelligentia ſua cuncta cõplexi, quę in terra ſunt, & quę in mari, & ſi quid eſt pręter ea ſuprà cœlos: atque adeò ſeipſos erigũt, vt ipſum quoque bonum intueantur. Ad primum autem gradum, qui eſt ſuper omne, quod homo per humanum diſcurſum adipiſci poteſt, deuenit Adam:
Gen.2. qui ſciuit nomina rebus imponere. Ad ſecundum verò deuenit Moſes:
Exod.33. cui dictum eſt. Oſtendam tibi omne bonum: & qui dedit legem homines in Deum dirigentem. Eſt etiam tertius gradus his ſuperior: de quo
Io.17. dixit ſummus Doctor. Hęc eſt vita ęterna, vt cognoſcant te Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Quo quidem gradu ſublimior haberi non poteſt. Et quamuis hęc cognoſcantur in patria: hic ta-
Matt.11. men poterit cognoſcere, cuicumque voluerit Filius reuelare: vt ipſe Saluator teſtatur.

24 Vnde poteſt homo haurire hanc ſapientiam? An induſtria & ſtu-
Iaco.1. dio humano? Profectò non. Sed à Deo: vt Iacobus docet, dicens. Si quis indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter. Recurrendum eſt itaque ad vbera illa excœlſa, lac ſapientię propinantia: à quibus hauſerunt, quicquid dixerunt, Prophetę. De quibus vberibus inquit Salomon, perſonam ſupramundanę matris agens. Veni in hortum meum, &
Cant.7. dabo tibi vbera mea. Sed quomodò lactentes eadem vbera ad varios ſapientię gradus deueniunt: cum illa vbera ſint eadem? An, quià illa, quę lac prębet (quę eſt Spiritus ſanctus hebraicè fœminino nomine vocatus)
1.Cor.12. diuidit (vt Apoſtolus ait) ſingulis prout vult? An id eſt pro varia lacten-
Matt.25. tium diſpoſitione? Iuxtà illud. Diſtribuit vnicuique talenta ſecundum virtutem propriam, diſpoſitionis videlicet naturalis, vt benè ſentit Gre-
Greg.ibi. gorius.

Cant.7. 25 Quæ nam ſunt hæc vbera intrantibus in hortum promiſſa, & quis
Gen.2. eſt hic hortus? Nõnè hortus eſt ille: de quo ſcriptum eſt. Plantauerat autem Dominus Deus paradiſum in voluptate à principio? Sed quæ eſt hæc voluptas; An eſt aliqua terra fertilis: vt aliqui opinantur? An eſt (vt alibi diſſeruimus) terra viuentium: quæ eſt terra conueniens arbori vitæ ibidem plantatæ In qua viuentium terra, pro hauſtu introeuntium, exprimũtur vbera illa lac veræ ſapientię præbentia. Quæ quidem vbera alibi di-
2.Cor.12. cuntur innuli ceruorum: à Paulo verò tertium cœlum. Vbi ipſe Paulus vidit ea arcana ſapientiæ, quæ non licet homini loqui. Et benè tertium cœlum dicuntur hæc vbera: cùm, in aſcenſu manſionum Archetypi,

illa teneant tertium locũ: vt à ſecretioribus Theologis clariſſimè deſcribitur. *Sec. Theo.*

26 In quam cællam vinariam introductum ſe aſſerit Sapiens? An per hanc cællam intelligitur altare holocauſtorum: vt R. Salomon opinatur, à ſenſu literæ non recedens? An per cællam, vel domum vinariam (vt literæ veritas habet) intelligitur tota domus & familia electorum: per vinum verò intelligitur vnio & charitas, quam debent habere omnes domeſtici huius ampliſſimæ domus: ſicut multa vuæ grana in idem vinum conueniunt? Quod innuit illud, quod immediatè ſequitur. Et ordinauit in me charitatem. Sed cum ſuprà dictum ſit, vinum ſignificare ſcientiam rerum inferiorum, quomodò nunc per vinum charitatem intelligere debemus? Scientia vtique regendi multitudinem, quam Salomon à Deo impetrauit, ſæpius à nobis dicta fuit vinum. Qua quidem ſapientia ita pacificè rexit populum ſuum, vt Rex pacificus dictus fuerit. Et benè vinum nominatur hæc ſapientia regendi & ordinandi populum cum charitate. Qui gradus eſt commendabilis in Eccleſia Dei. Quamuis lac ſit melius, per quod deuenitur ad contemplationem: de qua dictum eſt. Maria optimam partem elegit. *Cant. 2.* *R. Salo.* *Luca 10.*

27 Quæ pomaria, & quas arbores plantauit Sapiens, & in quibus hortis? An in illis, quos vidimus diſtantes à Ieruſalem decem ferè milliariis, malogranatis refertiſſimos? Ibi enim glebæ venas cognoſcens, plantauit in vnaquaque vena proportionatam ſibi arborem: ſicut habetur in libro, qui Porta lucis inſcribitur. An Salomon in figuram loquitur illius, de quo dicitur. Et cedri Libani, quas plantauit? Ille videlicet verus Salomon, qui pax ſibi ipſi interpretatur, id eſt Deus, qui à ſeipſo habet pacem, & omne bonum. Cum bonorum noſtrorum non indigeat: ſicut in Pſalmo dicitur. Vnde Origenes ſuper illud. Omnis arbor, quam non plantauit Pater meus: Omnis arbor (inquit) eſt omne hominum genus, ſiue princeps, ſiue ſeruus, & huiuſmodi. *Eccleſ. 2.* *Porta lucis* *Pſal. 103.* *Cant. 8.* *Pſal. 15.* *Orige.* *Mat. 15.*

28 Cur Salomon in perſona ſponſi ait. Deſcendi in hortum nucum: vt viderem poma conuallium? An per hortum nucum intelligitur Templum (vt aliqui dicunt) in quod deſcendebat Deus, vt videret poma conuallium, id eſt opera humilium? An per hortum intelligitur vinea, de qua dicitur. Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, in quam conduxit operarios: vt paulò ſuperius dictum eſt? Quæ quidem vinea, vel hortus, dicitur nucum, quia nuces habẽt primum corticem amarum. Iuxtà illud. Vos lugebitis ac flebitis. Alium verò corticem habent durum ad frangendum: ſicut ſcriptum eſt. A diebus Iohannis Baptiſtæ vſque nunc regnum cœlorum vim patitur. Et hoc, quia arcta eſt via, quæ ducit ad vitam. Intus verò eſt nucleus delectabilis. Iuxtà quod ſcriptum eſt. Triſtitia veſtra vertetur in gaudium. *Cant. 6.* *Mat. 21. & 20.* *Io. 16.* *Mat. 11.* *Ibi. 7.* *Io. 16.*

29 Quis fructus dicitur dulcis gutturi ſponſæ? An erat fructus alicuius arboris ipſi gratæ? An (vt ad myſteria veniamus) fructus eſt ille: de quo Apoſtolus ait. Fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, &c? Quos *Cant. 2.* *Gal. 5.*

Iſa.26. fructus producimus nos facti ſponſæ Dei: quando videlicet (vt Iſaias ait) à facie Dei concipimus & parturimus ſpiritum ſalutis. Nec enim fructum aliquem producere poſſumus abſque virtute illius ſponſi,qui *Io.15.* ait.Sine me nihil poteſtis facere.Nam ſine ipſo præſtante gratiam præuenientem, qua excitamur in bonum, & gratiam cooperantem, per quam meremur de condigno,fructum aliquem Deo gratum, & nobis iucundum facere nequimus.Flante verò ipſo in hortum noſtrum grauidatur voluntas,& corroborantur vires ad producendos fructus bonorum operum ſuauiſſimos.

30 Cur Salomon optabat vt Auſter & Aquilo perflarent hortum ſuum?Ab Aquilone quippè perflari petit, non vt inde malum veniat, *Cant.4.* *Iere.1.* quod ab Aquilone pandi ſolet: ſed vt robur, & virtus fortis veniat: qua corroborentur vires naturales, vt ſint fortiores in bonum. Quibus corroboratis, Auſtrum quoque gratiæ poſtulat. Quo ſenſu alibi diximus patres Abraham,Iahacob,Ioſeph,Moſem, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum deſcendiſſe in Aegyptum Aquilonarem: vt ibi roborati expectarent Auſtrum gratiæ:qui grauidaret virtutes iam roboratas ad producendos fructus nobiliores ac fortiores. Sed cur dicit.Perfla hortum meum?Nonnè, quia voluntas, & vires noſtræ grauidandæ à gratia,ſunt hortus? In hortum autem venire optamus Auſtrum gratiæ:cum fructus vitæ & verarum delitiarum producere cupimus.Aſcendit verò in hortum,quiſquis mentem,à Deo irrigandam, in ipſum dirigit.Sicut Hieronymus Demetriadem docet,dicens.Mente tua paradiſum perambula:vt inde ſcilicet irrigetur. *Hier.ad Demet.*

Cant.2. 31 Quod nam eſt putationis tempus,quod Salomon iam aduenisse canit? An de tempore veris loquitur, quo vineæ putari ſolent? An (vt ſacramenta referemus) de illa putatione loquitur, quæ à peritis fieri ſolet Pſalmis quibuſdam, qui ab Hebræis מזמורים Mizmorim dicuntur? Quod quidem vocabulum Pſalmos ſignificat, & falces putatorias.Vnde indicatur,quod aliquibus Pſalmis,quorum titulus eſt,Mizmorim,vti poſſumus in effugandis malis ſpiritibus: qui orationes noſtras, ne ad Deum aſcendant,multis impedimentis diſtrahere ſolent. An de illa amputatione eſt ſermo, quam expreſsè docet verus Salomon Chriſtus,dum hortatur nos,vt ſuperflua amputemus, renunciantes omnibus, quæ poſſunt nos à Deo diſtrahere, dicens. Niſi quis renunciauerit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus? *Luce.14.* De hoc igitur in ſpiritu loquens Salomon dixit. Tempus putationis aduenit. Qua putatione verè facta homo diſponitur ad recipiendum ſacrum chriſma,& vnctionem,qua perfuſus cuncta ſcire poteſt. Iuxtà illud Iohannis.Vnctionem habetis à ſancto: & noſtis omnia.

1.Io.2. *Cant.2.* 32 Cuius turturis vox audita eſt (vt Salomon ait) in hac terra noſtra. An(præter ea, quæ ſuprà diximus) turtur eſt illa gratia, vel diuinitas, quam Hebræi ſachinà vocant? Quæ quidem gratia ſacrificia aſpi- *Hebræi.* ciens,ea inflammabat:orationéſque pariter in Deum aſcendere facie-

bat. Turtur autem dicitur ob fidelitatem, quam exhibet conſorti, ſcilicet filio: qui ait de hac ſachina, quæ eſt Spiritus ſanctus. Ille de meo accipiet, & annunciabit vobis. Et iterum. Ille ſuggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis. Omnimoda enim fidelitas, connexio, & vnio Spiritus ſancti, eſt cum Filio: adeò vt alter nunquam ab altero diſſentiat. An turtur eſt beata Virgo: cuius vox audita fuit in terra noſtra: quando dixit. Eccè ancilla Domini: fiat mihi ſecundũ verbum tuum? Ad quod verbum ſtatim facta eſt vnio æterni verbi cum carne humana. Vnde ſalus ac redemptio noſtra. *Io.16.et 14.* *Luca.1.*

33 Cur Salomon ait. Dulce lumen, & delectabile eſt oculis videre Solem? An loquitur de viſione lucis huius corporeæ: qua priuatus dixit Tobias. Quale erit mihi gaudium: cum lumen cœli non videam? Sed (cum omnia, quæ ſub hoc Sole ſunt, vana iudicentur ab ipſo Salomone ac inutilia) quam delectationem habere poſſumus videndo hunc Solem? An igitur delectabile eſt videre lumen illud: de quo dicitur. Et vita erat lux? Lux, inquam, illa, quæ omnia illuſtrat, & in qua videmus. In hoc enim lumine ſolo poſſumus videre lumen illud delectabile, quod eſt Deus. Iuxtà illud. In lumine tuo videbimus lumen. In quo quidem lumine beamur: & veræ ſapientiæ compotes efficimur. *Eccl.11.* *Tob.5.* *Eccleſ.1.* *Io.1.* *Pſal.35.*

34 Cur Salomon ait, quòd ſapientia magis confortat, quàm decem Principes Ciuitatis? An, quia Principes & Reges terræ, cadunt & errãt ſæpiſſimè: ſapientia verò, quæ à diuino lumine emanat, nunquàm errare poteſt? Quæ quidem expoſitio videtur ſatis conſona textui. An id intelligitur de Principe ſapiente, qui melius regitur à ſapientia (ſi qua eſt in eo) quàm à decem Principibus conſiliariis eius? An intelligitur de Angelis, qui Principes dicuntur? Qui & ſi ſunt decem vel plures, præualet tamen ſapientia Chriſti: cum præceptum ſit eis, vt eum, tanquàm præcipuum ac digniorem, adorent. Iuxtà illud. Et adorent eum, ſcilicet Chriſtum, omnes Angeli Dei. *Eccleſ.7.* *Heb.1.*

35 Cur Deus dicitur deſponſare, & quæ eſt vera ipſius ſponſa? An id eſt ex ſuapte natura, qua ſicut creando, diffudit ſe in omnes creaturas: ita omnia ſibi vnire delectatur? Hinc receſſurus à nobis rogauit Patrem, dicens. Rogo te Pater: vt omnes vnum ſint in te, ſicut ego & tu vnum ſumus. Quæ quidem vnio melius fieri nequit, quàm per coniugium. Sicut enim in matrimonio carnali fiunt duo in carne vnã (vt in Geneſi dicitur) Ità in ſpirituali fiũt duo in ſpiritu vno. Iuxtà illud Apoſtoli. Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus efficitur cum eo. An, quià ordo naturæ exigit, vt vnumquodque redeat ad ſuum principium, à quo venit? Iuxtà illud. Ad locum, vnde exeunt flumina, reuertuntur. Sponſa autem eſt vnaquæque anima, & omnes animæ ſimul: quæ Eccleſiam conſtituunt. Et hæc eſt vera ſponſa. *Cant.3.* *Io.17.* *Gen.2.* *1.Cor.6.* *Eccleſi.1.*

36 Cur magis oblectatur Deus habere ſecreta colloquia cum ſpõſa, quã publica? An, quià negociũ ac ſeries matrimonij ſic exigit? An, quià

vicem maſculi. Quemadmodum cœli reſpectu terræ, quæ ab eis grauidatur, habent rationem maſculinam: reſpectu verò Angelorum, & Dei, à quibus influxum ſuſcipiunt, habent rationem fœmineam: ſicut ab antiquis Theologis diffusè ſcribitur. An per concubinas & adoleſcentulas intelliguntur familiæ, non liberæ, ſed ſeruiles? De quibus familiis loquens Apoſtolus inquit. Abraham, pater videlicet fidei, duos filios habuit: vnum ex ancilla, qui ſecundum carnem natus eſt: & alium ex libera, quæ ſunt per allegoriam dicta. Hæc enim ſunt duo teſtaměta. An per has intelliguntur gentes, quæ cum Diis alienis fornicatæ ſunt: venientes autem ad Chriſtũ admittuntur in Eccleſia: quæ dicitur vnica columba, & vna ſupernæ Genitrici electa? *Ant. Theo.* *Gal. 4.*

40 Cur ſponſus dicitur nunc candidus, nunc rubicundus? An quià ex his coloribus reſultat pulchritudo illius, qui dicitur ſpecioſus præ filiis hominum? An hic alludit Salomon ad effectus, quos in nobis ipſe ſponſus operatur? Nam aliquando præbet ſe candidum, gratia videlicet pietatis & miſericordiæ: aliquando verò inflammatum, zelo videlicet iuſtitiæ. Hinc non ab re dixit Iohannes: quòd Ieſus venit, non in aqua ſolum, ſed in aqua & ſanguine. An id intelligitur de ſupremis coloribus: de quib⁹ Plato in Timęo & Phædone (prout ab antiquis Theologis didicerat) ampliſſimè ſcribit? In dextera enim eſt candidus: in ſiniſtra verò rubicundus. Quod ipſe Chriſtus verus ſponſus innuit: dum ait ſe dicturum iis, qui à dextris eius erunt. Venite benedicti Patris mei: poſſidete paratum vobis regnum. Et iis, qui à ſiniſtris eius erunt. Ite maledicti in ignem æternum. *Cant. 5.* *Pſal. 44.* *1. Ioan. 5.* *Pla. in Tim. & Phædo.* *Matt. 25.*

41 Cuius venter dicitur tornatilis, ſicut crater? An fortè hic deſcribitur venter alicuius mulieris? Sed nonnè hoc in tam graui loco abſurdum valdè foret? An igitur id intelligitur de beata Virgine: cuius venter ſiue vmbilicus, aut inteſtina ſunt rotũda, magnæ videlicet capacitatis ad ſuſcipiendam pietatem, & gratiam: qua ſemper generi humano ſuccurrit: vt nonnulli volunt? An id intelligitur de lege capaciſſima, ac repleta omnigena ſapientia, & aqua ſapientiæ ſalutaris? Iuxtà illud, quod ſequitur. Nũquam indigens poculis. Hinc ſcriptum eſt: quòd fluxerunt aquę largiſſimę: quando percuſſa fuit à Moſe petra: quæ erat Chriſtus: vt Apoſtolus ait. De qua petra exiuit aqua ſapientiæ ſalutaris, ideſt Lex: quæ præbet rectè ipſam contemplantibus ſapientiam inexhauſtam. Iuxtà dictum Prophetæ. Reuela oculos meos, & conſyderabo mirabilia de lege tua. An id intelligitur de Eccleſia ac fide: quæ præbet nobis ſapientiam inexplicabilem, & indefectibilem? Iuxtà illud Chriſti. Ego pro te rogaui Petre: & vt non deficiat fides tua. Hinc dicitur: quòd nunquam poculis indiget. *Cant. 7.* *Num. 10.* *1. Cor. 10.* *Pſal. 118.* *Luca. 22.*

42 Cuius oculi aſſimilantur piſcinæ Cheſbon? Nonnè hic expreſſè Salomon loquitur de Eccleſia ſponſa: cuius caput ac ſponſus eſt Chriſtus: vbi ſunt oculi, ideſt viſio ac cognitio plena rerum omnium, etiã antequã fiat? Et benè huiuſmodi oculi comparantur piſcinæ: quæ eſt locus, quò cógregantur aquæ, illæ videlicet, de quibus dictum eſt. Producant aquæ ſerpituram animæ viuentis. Quæ quidẽ aquæ ſunt rationes ideales. Hinc piſci- *Cant. 7.* *Gen. 1.*

na illa dicitur cheſbon, id eſt, cogitationis. Ideæ enim ſunt excogitatæ rationes rerum producendarum. Quæ omnes erant in verbo: vt non ſolum Auguſtinus lógo ſermone diſſerit ſuper illud Iohannis. Quod factum eſt, in ipſo vita erat (quem cómuniter Theologi poſteriores ſequuntur) Sed etiam antiqui Sapientes, maximè Zohar, & Elchana: qui dicunt, quod omnia præerant in verbo. Quod quidem verbum ideò dicitur בית Bet, vel בית Bait, id eſt domus recœptiua omnium rerum producendarũ ad extrà. Quæ quidem res in eo, quod ſunt in verbo, vnum ſunt: & habent idé eſſe, quod habet ipſa cognitio (vt aliqui recentiores dicunt) ad extrà verò productæ multę ſunt. Hinc magno myſterio ſubinfert. Salomõ. Quæ ſunt in porta, filiæ multitudinis. Filiæ enim multitudinis ſunt res ad extrà ꝑductæ: in porta autem ſunt: dum exiſtunt in mente diuina, breui producendæ. Nec ab re dicimus verbum illud eſſe portam: cum ipſummet dicat. Ego ſum hoſtium. Per me ſi quis introierit ſaluabitur. Intrat enim creatura ſaluanda, & vnienda cum Deo, per illud oſtium: vt ſaluetur. Sicut aliquando exierat: vt produceretur.

Augu. ſuper Io. 1. — *Zohar.* — *Elchana.* — *Io. 10.*

43 Caput ſponſæ cur, & cui carmelo comparatur? An carmelo monti, qui eſt in phœnicia? Sicuti quidam nouitiores Hebræi, velamine obſtinationis offuſcati proterué aſſerere voluerunt: quos Dei gratia & veritate ſuffulti ritè confutauimus. Nam ridiculosè compararetur caput alicuius, carmelo monti. An igitur כרמל carmel eſt vermiculus ille: ex quo coccus extrahitur? Quod ex libro Paralipomenon diſcere poſſumus: vbi habetur, quòd Salomon fecit velum in téplo ex hyacintho, purpura, carmel & byſſo. Poſuit enim continens pro contento. Nam ex ipſo carmelo monte nequaquam factum fuit huiuſmodi velum templi: ſed ex cocco colore: qui ex carmelo vermiculo naſcitur. Comparatur autem caput huius ſpóſæ, Chriſtus videlicet, vermiculo illi, foris ſatis deſpecto, intus auté pleno coccó precioſo: quià ipſe Chriſtus viſus fuit (vt Iſaias ait) abſque aſpectu, & tanquam leproſus: percuſſus à Deo, & humiliatus: intus verò habebat theſauros ſapientiæ ac ſcientiæ abſconditos: vt Paulus inquit.

Cant. 7. — *2. Paral. 3.* — *Iſa. 53.* — *Col. 2.*

44 Cur ſponſa dicitur habere mel & lac ſub lingua? An hoc intelligitur de melle apum, & lacte caprarum? Sed nonnè tenuis admodum eſſet hæc laus: cum paſtores & ruſtici huiuſmodi abundent? An igitur de lacte, quod diuinarum rerum ſapientiam: & melle, quod guſtum ipſarum denotat: eſt ſermo? Sicuti de ſponſo eius Chriſto prædixit Iſaias dicens. Butyrum & mel comedet: vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum. Opportunum namque fuit: vt cui datum fuit omne iudicium à Patre, mel & lac comederet: quo (iuxtà ipſius Iſaiæ oraculum) bonum à malo ſciret dignoſcere: & dulcem poſſet reddere omnem ſententiam, nedum remuneratiuam, ſed etiam punitiuam. Cum citrà condignum puniat: & vltrà condignum remuneret. Sic quoque decuit: vt in lingua ſponſæ, Eccleſiæ videlicet, eſſet lac: quo bonum à malo ſecernere ſciret: & mel, id eſt, guſtus Dei: in quem iudicans omnia dirigeret. Hac enim ſapientia ſpiritualis homo (vt ait Apoſtolus) omnia iudicat.

Cant. 4. — *Iſa. 7.* — *Io. 5.* — *1 Cor. 1.*

45 Cur genæ ſponſæ dicũtur pulchræ, ſicut turturis? Quas genas habet turtur, quibus genæ ſponſæ cõparari poſſunt? Nonnè difficultas hæc oritur ex mendoſa traductione? Nã in veritate literæ habetur. Pulchræ ſunt genæ tuæ בתורים baturim. Quod interpretatur. In lineamentis. תור Tur enim vtrumque ſignificat, turturẽ videlicet ac lineamentũ. Nec fuiſſet cõgrua locutio: ſi dictũ fuiſſet. Pulchræ ſunt genæ tuæ in turturibus. Nã in lineamentis benè diſpoſitis cõſiſtit pulchritudo viſibilis & extrinſeca. Sed cũ Deus non oblectetur huiuſmodi pulchritudine, nõnè exquirenda ſunt lineamẽta: vnde vera reſultat pulchritudo: qua ipſe Deus oblectatur? An igitur de lineamentis melioris hominis eſt ſermo? Quę quidem lineamẽta pulchra ſunt: quando homo proſequitur illam rectitudinem: in qua creatus eſt ab initio (ſicut ſcriptum eſt. Deus à principio fecit hominem rectũ) aut quando dirigit opera ſua ſecundum regulas præceptorum, & inſtitutorum: quæ à Deo & Chriſto multa data ſunt. *Cant.1.* *Eccle.7.*

46 Cur dentes ſponſæ aſſimilantur gregibus tonſarum aſcẽdentibus de lauacro? Nonnè dentes ſunt oſſa, quæ nato iam puero cum temporis ſucceſſione naſcuntur? Nam cætera oſſa ſimul cum corpore formantur. Vnde hæc virtutes naturales ſignificant, dentes verò, virtutes in dies acquiſitas: vt alibi diximus. Hæ autem virtutes comparantur gregibus ouiũ fœcundis & tonſis: qui aſcenderunt de lauacro: baptiſmi videlicet aut lachrymarum. De quorum primo Apoſtolus ait. Per lauacrum regenerationis. De ſecũdo verò Ambroſius inquit. Lachrymę lauant delictum: quod pudor eſt confiteri. Et Propheta canit. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum: lachrymis meis ſtratum meum, peccatorum videlicet, quæ hominem proſternunt, rigabo. Comparantur autem huiuſmodi virtutes ouibus tonſis: illis videlicet, qui tẽporalia neglexerunt: cum ab huiuſmodi percipiatur vberior fructus. Animarum itaque virtutes acquiſitæ debent eſſe veluti oues, ſimplices, & tonſæ, id eſt à temporalibus penitus ſemotæ: & lotæ in lauacro baptiſmi & lachrymarum. *Cant.4.* *Ad Tit.3.* *Amb.* *Pſal.6.*

47 Quo nexu vnitę dicũtur iũcturę femorũ, & mẽbrorũ oĩm huius dilectę mulieris? Nonnè id declarat Salomon, dũ ait: quòd vnitæ ſunt velut monilia, manu artificis fabricata: adeò, vt diſſolui nequeãt, niſi magna vi extrinſecus illata? Mẽbra enim huius mulieris, quæ eſt Eccleſia, & ſpõſa Chriſti ſunt omnes Chriſticolæ: de quibus Apoſtolus Romanis & Corinthiis accuratiſſimè ſcribit. qui quidem Chriſticolę vniti debẽt eſſe, ſicut monile, id eſt iuncti charitate & nexu Spiritus ſancti: adeò quòd ſicut ex multis annulis fit catena vna, ità ex multis mutuò ſe diligentibus fiat vnũ corpus, & Eccleſia vna. Fabrefacta quoque, cõiuncta, & vnita debẽt eſſe huiuſmodi mẽbra manu illius artificis: qui dicitur omniũ artifex, omnẽmque habẽs virtutẽ. qui quidẽ artifex eſt Spiritus ſanctus: de quo Apoſtolus ait. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis: tanquam nexus & vinculum videlicet. *Cant.7.* *Rom.12.* *1.Cor.12.* *Sap.7.* *Rom.5.*

48 Quarè crura ſponſi dicuntur columnæ marmoreæ, ſuper aureis baſibus fundatæ? An, vt iudicetur ſtabilitas ſponſi Chriſti: qui eſt lapis *Cant.5.* *1.Cor.3.*

ac fundamentũ vnicum:præter quod aliud nemo ponere poteſt: Qui quidem lapis,columna,vel fundamentum habet baſem auream: charitatem videlicet,in qua ipſe fundatus eſt:& in qua omnes fundare voluit:cum di-
Io.15.& 13. xit.Hoc eſt præcœptũ meum:vt diligatis inuicem. Et alibi. In hoc cognoſcent omnes,quòd eritis mei diſcipuli:ſi dilectionem habueritis ad inuicẽ.
Zohar. An per שש ſes intelligitur numerus ſenarius: vt Zohar exponit:שש Ses enim apud Hebræos ſignificat marmor, & ſenariũ.Si igitur per ſes ſenarius intelligatur,extremitates machinæ huius intelliguntur:ad quas ipſe ſponſus extendit crura, columnas ac fundamentum ſuum. Quæ extremitates ſunt ſupremum ac profundum,antè & retrò, dextrum & ſiniſtrum, veluti
Ephe.3. crura ſemper cõbinata.De quibus extremitatibus loquitur Paulus, dicẽs. Vt poſſitis compræhendere cum omnibus ſanctis,quæ ſit latitudo,in dextrum videlicet ac ſiniſtrum:longitudo,in antè ſcilicet & retrò : ſublimitas & profundùm .Secundum quas dimenſiones ipſe Paulus dicit Chriſtum habitare in cordibus noſtris : cuius virtus velut crura ſuſtẽtantia ad omnes partes extenditur.

49 Cur naſus ſponſæ comparatur turri Libani contrà Damaſcum re-
Cant.7. ſpicienti?An,quià rectus erat inſtar turris illius: vt aliqui ridiculoſè dicũt? An myſteria propalantes,per naſum intelligere debemus ſpiritum vehe-
Iſa.2. mentem?Iuxtà illud Iſaiæ.Cauete ab homine:cuius ſpiritus in naribus eſt
Iob.27. vehemẽs videlicet & abundans.Vnde & Iob ait. Spiritus Dei in naribus
Gen.2. meis.Iuxtà illud Geneſeos. Inſufflauit in nares eius ſpiraculum vitarum. Pro quo communis æditio habet in faciem eius. Hebręi enim naſum, & ſpiritum vel iram eodem vocabulo vocant אף aph videlicet. Quæ quidem excandeſcentia vel impetus iræ(modò ſit rectus velut turris) nõ eſt vituperabilis,immò laudabilis:præſertim ſi fundetur in Libano, id eſt,in nitore ac munditia cordis:& reſpiciat contrà Damaſcum: qui ſanguinem bibens,vel ſanguinem propinãs,aut ſanguinis oſculum interpretatur.Per quam triplicem interpretationem tria robora. Mundi, carnis,& Diaboli intelligere debemus:contrà quæ nobis excandeſcendum eſt.Sanguinem enim bibens eſt auaritia:quæ res alienas exhaurit : quæ ſecundus ſanguis dicuntur.Sanguinem propinans eſt ambitio : propter quam ſanguis non modicus terræ propinatur. Sanguinis verò oſculum eſt voluptas carnis: quæ in oſculis & huiuſmodi viget.Et contrà hęc,naſus,id eſt, impetus iræ veræ ſponſæ excandeſcere debet.

Cant. 4. 50 Cur labia ſponſæ dicuntur coccinea,& eloquium dulce? An fortè id dictum eſt ad exprimendam pulchritudinem ac decorem ſponſæ: non vtique terrenæ ac corruptibilis,ſed ſpiritualis? Quò tendunt omnia,quæ in Cantico hoc deſcripta ſunt. An potius(vt Hebræos interpretes ſequamur)ſponſam eſſe legem dicimus?Vnde per labia coccinea intelliguntur ipſius verba,amore & charitate ſuccenſa:vt in Pſalmo dicitur.Eloquium
Pſal.104. Domini inflammauit eum. Et in Eccleſiaſtico. Apertio oris illius inflam-
Eccleſi.20. matio eſt.Cui adſtipulans Moſes vocat ipſam legem igneam : quià vide-
Deut.33. licet inflammat intelligentem eam. Quamuis autẽ eloquia Domini cor-

da in-

da inflamment:ſunt nihilominus dulcia ori, ac gutturi interiori. Iuxtà dictum Prophetæ. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo.Si verò per ſponſam intelligitur Eccleſia:nonnè labia eius,id eſt,primi Prædicatores,fuerunt coccinea,id eſt,ſanguine rubefacti? Nam penè omnes illi martyrium ſubierunt. Dabántque audientibus eloquia tam dulcia:vt maximam poſt ſe multitudinem attraherent. *Pſal.118.*

51 Quarè collum ſponſæ aſſimilatur turri Dauid, quæ fuit cum propugnaculis conſtructa? Nonnè(ſi ſenſui legis allegorico innitimur)turris fortiſſima (vt ipſe Salomon alibi ait) eſt nomen Domini? A quo quidem nomine tota lex dependet:adeò,vt dici poſſit:quòd lex ſit nomen Domini explicatum:ſicut alibi diſſeruimus. An allegoriã corporis myſtici proſequentes dicimus beatã Virginẽ fuiſſe collũ huius corporis, vt Hieron. ſentit, & Chriſtũ caput,duodecimq; Apoſtolos duodecim articulos præcipuos brachiorũ & cruriũ: Quæ quidẽ turris eſt vſque adeò fortis contrà hoſtes:vt Eccleſia eius implorans auxiliũ dicat. Da mihi virtutem cõtrà hoſtes tuos.Hinc dicitur ædificata cũ propugnaculis: & quòd אלף aleph ſcutum pẽdet ſuper eam.Pro quo traductio communis habet. Mille clypei pendent ex ea. Non enim in plurali, ſed in ſingulari numero ibi nominatur ſcutum:מגן Maghen videlicet, & non מגנות maghinoth. Sẽſum igitur eſt: quòd Deus per אלף aleph deſignatus, eſt ſcutum tam Virginis protectricis noſtræ,quàm legis. Cuius quidem legis verba ſunt arma nos ab hoſte protegentia,ipſúmque oppugnantia.Iuxtà illud Apoſtoli.Et gladium ſpiritus:qui eſt verbum Dei. *Cant.4.* *Pro.18.* *Hieron.* *Eph.6.*

52 Cur dicitur, quòd in collo ſponſæ eſt omnis armatura fortium? An vt allegoriã legis proſequamur, quià in ea ſunt verba diuina: quibus ſolũmodò vſus eſt Princeps noſter Chriſtus in triplici bello: quod habuit contrà hoſtẽ antiquũ:cui ſemper dixit.Scriptũ eſt?Vnde colligimus,quòd gladium verbi Dei aſſumpſit:vt hoſtem proſterneret, nedum ſe tueretur. Si verò allegoriam Virginis ſequi voluerimus:nonnè in ipſa fuit omnis armatura fortium, tã Angelorum, quàm hominũ?Nam Mariæ tota ſe infudit plenitudo gratiæ:vt Hieronymus ait.qua gratia non tantũ ipſa defenſa fuit,cum nullum ei fuerit inflictum peccati vulnus,ſed nos quoque defendere poteſt.Hinc Eccleſia canit.Tu nos ab hoſte protege. *Cant.4.* *Matt.4.* *Hier.in ſer. de aſſumpti.*

53 Quis eſt lectulus Salomonis, quem ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſsimis Iſrael? An lectulus iſte eſt Virginis vterus:in quo quieuit verus Salomon Chriſtus nouem menſibus?An fuit crux:quę in hebræo idiomate מטה mitah dicitur?quod quidem vocabulũ,lectum ſignificat & virgam:crucis videlicet.In qua cruce ipſe Chriſtus quieuit: ſicut ſcriptũ eſt. In pace,in ipſum dormiã & requieſcam. Vtrumque autẽ lectulum ſexaginta גבורים ghiborim, id eſt, robuſti, de latere גבורה gheburah,qui ſunt Angeli militiæ Dei,ambiunt:decem pro qualibet parte,ſuperiori videlicet & inferiori:dextra & ſiniſtra,anteriori,& poſteriori.Sed cur dicit. Ex fortiſsimis Iſrael?Nonnè,quià Iſrael principem Dei ſignificat; Vnde ſenſum eſt.Ex fortioribus militiæ Dei.Nã tales exigebãtur ad Virginis, & ad *Cant.3.* *Pſal.4.*

Eccleſiæ munimen: quæ formata eſt ex ſacramentis & meritis à Chriſto
Auguſt. cruci affixo fluentibus: ſicut Auguſtinus, & alij Theologi ſentiunt. Qui
Theo. quidem fortes omnes tenent gladium, verbi Dei videlicet. Nec enim alia
arma tradidit ipſe Chriſtus fundatoribus Eccleſiæ ſuæ, quàm verbũ Dei
Mart. vlt. dicens. Prædicatæ Euangelium omni creaturæ. Et ipſos in huiuſmodi con-
Luca 21. flictu fecit ſapientiſſimos: ſicut ipſe promiſit dicens. Ego dabo vobis os &
ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere omnes aduerſarij veſtri.

Cant. 4. & 7. 54 Cur duo vbera ſponſæ comparantur duobus hinnulis capreæ gemellis? Nonnè vbera (vt ſuprà diſſeruimus) ſunt duo loca, aut duæ mãſiones Archetypi: quæ alio nomine dicuntur tertium cœlum? Dicuntur autẽ vbera, quià inde propinatur nobis lac veræ ſapientiæ. Vocãtur etiam hinnuli caprearum, atque ceruorum: quià ſunt eiuſdẽ rationis, capreæ ac cerui, inter cætera animalia mundiſſimi: vt ex variis Scripturæ locis coniicere poſſumus, maximè autẽ ex Deuteronomio: vbi dicitur. Sicut comeditur
Deut. 11. & 15. caprea & ceruus: ità veſceris aliis animalibus. Hinnuli verò dicuntur reſpectu locorum ſuperiorũ, quinti videlicet, & ſexti: vbi ſunt illa duo Dei Tribunalia à nobis crebrò memorata: iuſtitiæ videlicet atque pietatis & clementiæ. Reſpectu quorũ loca illa inferiora hinnuli dicuntur. Gemelli
Pſal. 103. autem, quià pariter influunt. Et hi ſunt, de quibus Propheta canit. הוד והדר Hod vehadar. Pro quo communis æditio habet. Confeſſionem & decorẽ induiſti. Nam hæc & omnia loca Archetypi, quibus Deus agit nobiſcum, veſtimenta dicuntur ab antiquis Theologis, & à Prophetis. Quicquid autem in nos defluit, ex illis veſtimẽtis exprimitur. Hinc Hæmorrhoiſſa illa,
Matt. 5. tangens Chriſti veſtimentum (vt Marcus narrat) ſtatim conualuit. Nec ſine cauſa ſubintulit ipſe Chriſtus dicens. Quis me tetigit? Senſerat enim (inquit Euangeliſta) à ſe virtutem exiiſſe.

Cant. 7. 55 Cum loca iſta dicta ſint vbera, lac veræ ſapientię propinantia, à vino penitus ſemotæ, cur eadem vbera comparantur botris vineæ? An, quià in lege non tantum continetur ſapiẽtia rerum diuinarum, quæ dicitur lac: ſed etiam ſapientia rerum inferiorum, quæ dicitur vinum? Secundùm quã ſapientiam iudicandæ ſunt ciuiles cauſæ. Hinc Salomoni datum fuit vinũ,
Matth. 10. ſicut ipſe petierat. Hæc duo quoque in Euangelio exigũtur: cum Chriſtus dicat. Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Lac enim & ſimplex columba, vinum & callidus ſerpẽs, pari paſſu ambulant: Immò idem ſunt: vt clarè patet iis, qui hæc myſteria norunt. An potius de botris eſt ſermo: è quibus vinum in domo Patris æterni potandum exprimitur? Quod quidem vinum eſt liquor, qui ſtillauit è ſtillicidio (vt ità dicam) Chriſti: qui in cœna vinum illud calicis ſtatim in ſanguinem vertit.
Ibi. 26. Lac verò ſanguis eſt, ſed perfectius concoctus?

Cant. 7. 56 Cur venter ſponſæ comparatur aceruo tritici, liliis vallato? An de
Eccle. 15. lege eſt ſermo, quæ nobis præbuit panem illum, de quo dicitur. Cibauit illum pane vitæ & intellectus? Si verò de Eccleſia intelligatur, nonnè ip-
Ioan. 6. ſa præbet nobis panem illum, de quo ſcriptũ eſt. Hic eſt panis, qui de cœlo deſcendit? Et vtrumque triticum vel panis eſt vallatus liliis, vel roſis (vt

literæ veritas habet)quià vtrumque ſuauiſſimè redolet: lex videlicet & Euangelium,panis legalis & panis Euangelicus,ſacrificiū legale & Euangelicum.Hinc de illo plærisque in locis dicitur.Odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis.De hoc verò ait Apoſtolus.Chriſt⁹ tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem,& hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. *Ephe.5.*

57 Si membra mulieris huius,deſcriptæ in Canticis,ad legem vel Euāgelium referuntur:membra viri quid innuunt? Conueniunt nè inter ſe,an potius diſſident? Nonnè ſcriptum eſt de coniugibus. Erunt duo in carne vna?Dicendum eſt igitur,quòd omnia,quæ coniugium ſpirituale indicant idem ſunt: quamuis diuerſis nominibus expreſſa ſint. Idem enim eſt lex, quod Euangelium. Quamuis lex iubendo peccati occaſionem ſubminiſtret:Euangelium verò remiſſionem.Nam illa duo vnum integrant: progreſſum videlicet hominis in Deum.Cōueniunt quoque lex & homo: cui data fuit ipſa lex.Totidem namque(vt alibi diſſeruimus)ſunt affirmatiua legis præcepta, quot oſſa ſunt in humano corpore: ducenta videlicet & quadraginta octo. Totidémque ſunt negatiua præcepta, quot ſunt nerui in eodem corpore ſcilicet trecenta ſexaginta quinque.Idem quoque eſt Synagoga,quod Eccleſia.Nam vtraque eſt ſponſa Dei.Sed illa prior,hæc poſterior:illa figuratiua,hæc verò figurata.Idem etiam fuit ſponſus& dator ſapientiæ vtriuſque.Nam ſapientia illa legalis, quæ aqua dicitur, venit è petra:quæ(vt Apoſtolus ait)erat Chriſtus ſapientia verò Euangelica data fuit à Chriſto.Vnde facilè conueniunt inter ſe:& omnia cum Archetypo,vnde emanarunt. *Gene.2.* *1.Cor.10.*

58 Cur ſponſus adiurat filias Ieruſalem per capreas, ceruóſque camporum? An de beſtiis his corruptibilibus eſt ſermo? Sed nonnè ridicula admodū eſſet huiuſcemodi adiuratio? An igitur adiuratio hæc fit per illos ſeptem ſupremos fontes:qui nunc cerui,nunc hinnuli, nunc capreæ,nunc vbera dicuntur?Sapiens enim(cum in Canticis ſit penitus metaphoricus) tropicum ſermonem proſequitur:ſicut ſuprà tactum eſt. Sed quæ nam eſt dilecta!Nonnè eſt illa mater ſuprema:quam Spiritum ſanctum eſſe aliàs declarauimus:Qui quidem Spiritus ſanctus non eſt vi excitandus:ſed expectandus præparata domo. Iuxtà dictum Saluatoris. Spiritus vbi vult ſpirat:& vocem eius audit:ſed neſcis quò vadat,aut vnde veniat.Aut videlicet quando venire debeat.Cum omnia ſua chariſmata diſtribuat ſingulis,prout vult vt Apoſtolus ait. *Cant.2.* *Io.3.* *1.Cor.12.*

59 Quæ eſt illa paruula,de qua dicitur.Soror noſtra paruula eſt:& vbera non habet?An id de Eccleſia intelligitur? Sed quando fuit Eccleſia adeò paruula:vt vbera non haberet:& lac non propinaret:cum ſita ſit in terra viuentium: quæ fluit lac & mel? An igitur de Synagoga cecinit Sapiens: quæ non lac, ſed aquam ſapientiæ præbuit: vt alibi diximus?Lac autem, quod diximus ſuxiſſe Prophetas ab vberibus illis ſupramundanis,non ad legem ſolam pertinet, quæ aqua eſt,ſed ad Euangelium: quo ipſa lex grauida erat: & ad Chriſtum, de quo Prophetæ locuti ſunt:ſicut ipſe interpretatus eſt diſcipulis in Emaus tendentibus. Paruula igitur *Cant.vlt.* *Luce.24.*

fuit ſponſa Chriſti in Synagoga:creuit autem in Eccleſia : quæ Chriſto ædito nobis lac plenis vberibus præbuit.

Cant.vlt. 60 Cur Salomon ait.Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea? Nonnè hic eſt ſermo de ſponſa migrante à Synagoga ad Eccleſiam? Quæ quidem ſponſa inſtar adoleſcentulæ, nondum firmata erat,ſed erat in bicipiti itinere:recto videlicet & obliquo.Vnde de vtroque loquitur Salomon vaticinãdo,dicens primò.Si murus eſt,id eſt, ſi arripuit firmum ac ſtabile iter in Deum,ædificemus ſuper ipſum propugnacula illa argentea:de quibus dicitur. Eloquia Domini, eloquia caſta, argẽtum igne examinatum, probatum terræ,purgatum ſeptuplũ.i.credamus ei ſacra eloquia,& prædicationem verbi Dei. quæ verba dicuntur argẽtum:quod à theſauro ac fonte pietatis emanans Euangeliũ ſignificat.Hoc enim ex fonte pietatis veniens,peccatorum veniam, & gratiam latè diffundit.Hinc dicitur lac, argentum, & Euangelium, id eſt,bonus ac pius ſermo.

Pſal.11.

Cant.vlt. 61 Cur in Canticis dicitur. Si oſtium eſt, compinguamus illud tabulis cedrinis?Nonnè ex his verbis innuitur,quòd,ſi ſponſa, ſeu vir Euãgelicus non eſt ſtabilis, ſicut paries, ſed mobilis, ſicut oſtium, muniendus eſt tabulis cedrinis? Quibus tabulis præcipuè munitum fuit Tabernaculum fœderis,& Arca continens legem. Sed quæ ſunt tabulæ cedrinæ? Nonnè ſunt ex cedris Libani,quas plãtauit Dominus:vt in Pſalmo dicitur?Cedri autem ſunt præcipui, ac robuſtiores in Eccleſia Dei, qui præferendi ſunt debilioribus: vt illos inſtruant, conſolident, & cuſtodiant : quouſque id roboris acceperint:quo tutoribus& pædagogis huiuſmodi non indigeant.

Exod.26.

Pſal.103.

Cant.2. 62 Cur Salomon ait.Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me?An de laſciuo amplexu eſt ſermo?Sed abſit,vt diuinis,huiuſmodi nefaria commiſceantur.Id maximè:cum paulò ſuperius dixerit. Ordinauit in me charitatem.An igitur,ſicut de oſculo diuino ſuperius locutus eſt Sapiens : ità & hic ſpiritualem amplexum innuit:Dei videlicet, cuius ſiniſtra (vt ſæpè diximus) eſt iuſtitia ſeuera, robur, ac fortitudo? Quam ſiniſtram optat ſubſterni capiti ſuo, id eſt rationi & ſuperiori parti:vt inde roborata fortius agat in rebus diuinis & ſacris. Optat quoque amplexari dextera illa : de qua ſcriptum eſt. Delectationes in dextera tua,vſque in finem. Et iterum. Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me.In qua dextera reſidet caput & ſpõſus noſter Chriſtus:vt alibi teſtatur idem Vates,& Paulus ad Hebræos ſcribens.

Pſal.15.& 117.

Ibi.109.

Heb.1.

Cant.2. 63 Quæ vulpes demolientes vineas capi iubentur? An de vulpibus vulgo notis eſt ſermo?Sed hæ non demoliuntur vineas:immò potius gallinis inſidiãtur.An igitur(iuxtà ſenſum allegoricum,quod Canticum iſtud vndique proſequitur) vinea eſt domus Iſrael (vt in Iſaia dicitur) aut Eccleſia:vt Chriſtus perhibet? Quam quidem vineam demoliuntur catuli leonum rugientes,vt rapiant. quemadmodum in Pſalmo dicitur Demoliuntur quoq; ſerpentes ſuis inſidiis.Demoliũtur etiã vulpes doloſæ.quæ omnia malas formas & diabolicas ſignificãt : quæ nũc vt [illegible]es rugiunt,

Iſa.5.

Matth.21.

Pſal.103.

nunc veluti ſerpentes inſidiantur: nunc ſicut vulpes doloſæ demoliũtur. De quarum numero fuit Herodes: de quo dixit Chriſtus. Ite, & dicite, vulpi illi. Quæ vulpes capiendæ ſunt hamo, & laqueo verbi Dei ſicut cœpit Chriſtus patrem omnium earum Diabolum. Neque parcendum eſt eis, licet ſint paruulæ; quià etiam huiuſmodi demoliuntur vineas. *Lucæ.13.*

64 Cur Salomoni datur millenarius numerus? An (præter ea, quæ ſuprà diximus) per millenarium intelligitur cubus denarij, vltimi omnium numerorum? Finis enim numerorum eſt denarius. Qui, ſi quadretur, centenarium reddit: ſi autem in cubum reducatur, millenarium reddit. Vltrà quem numerum extendit nequit. Quià extenſus eſt in longum, latum, ac profundum. Vltrà quam dimenſionem alia non datur: ſicut benè docet Ariſtoteles. Dandus eſt igitur hic numerus finalis vero Salomoni Deo, qui eſt finis rerum omnium. An per אלף aleph, quod noſtri, mille interpretati ſunt, intelligitur Deus, qui eſt rerum omnium principium ac finis? Qui Deus denotatur per literam א aleph quæ eſt prima literarum Alphabeti, & vnum importat. Si verò proferatur, aleph videlicet, mille ſignificat: finem videlicet omnium numerorum. Vnde dando ipſi Deo aleph, recognoſcimus ipſum eſſe principium ac finem omnium. *Cant. vlt.* *Ariſt. in 1. de cæ. & mundo.*

65 Cur ducenta promittuntur cuſtodientibus fructum vineæ? An (præter ea, quæ alibi reſerauimus) eſt ſermo de prælatis cuſtodientibus vineam Domini: quibus, in eo quód homines ſunt, & inquantum perſonam propriã gerunt, datur remuneratio centenaria: in eo autẽ quòd perſonam publicam gerunt, datur aliud centenarium: quæ ſimul iuncta faciunt duo centenaria? An de vnoquoque in vinea Domini operante eſt ſermo: & de omnibus Chriſtum ſequentibus: quibus dictũ eſt. Centuplũ accipietis: & vitã æternam poſſidebitis? Duo enim promitti videtur: alterũ eſt remuneratio in cẽtuplo pro rebus relictis: alterũ verò eſt vita æterna: quæ pro alio centenario cõputari poteſt. Quæ quidẽ vita æterna aliquando denarius dicitur (iuxtà illud. Cõuentione autẽ facta ex denario diurno. De quo alibi dictum eſt) aliquando cẽtenarius: quià vnaquæque vnitas denarij illius cõplicatur per decem. Et ſic huiuſmodi denarij vnitates multiplicatæ centenarium reddunt. Et adhuc quilibet centenarius per decem multiplicatur: & inde millenarius conſurgit: qui totam diuinitatem repreſentat: Vt ſapientes optimè norunt. *Cant. vlt.* *Matt.19.* *Ibi.20.*

66 Ad quos montes aromatum fugere iubetur dilectus: & cui capreæ aſſimilari? An ad montes Indiæ, aut Arabiæ fœlicis: qui aromatibus abundant? An ad montes illos: de quibus dicitur. Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis? Qui montes alibi dicuntur montes בתר batar, id eſt, diuiſionis. Quamuis mendoſa traductio habeat, betel. Quorum alter eſt iuſtitiæ, alter verò gratiæ: deſcripti quidem per mõtes illos: in quorum vno datæ fuerunt maledictiones: in altero autem benedictiones: ſicut in Deuteronomio legimus. Qui montes fluunt, aut producunt aromata, redolentia odorem illum: de quo dicitur. In odorẽ vnguentorum tuorum currimus. Et iterum. Ego flos campi & lilium conuallium. Rurſúmque. Nardus *Cant. vlt.* *Pſal.75.* *Cant.2.* *Deut.27. & 28.* *Cant.1.* *Ibi.2.*

Ibid.1. mea dedit odorem ſuum. De quibus montibus iterum ſub hinnulorum
Ibid.4. nomine dicitur:qui paſcuntur in liliis,vel in roſis:vt literæ veritas habet.

67 Quis dilectus ſalit in mõtes,trãſilienſper colles:& per quos colles? *Ibid.2.* Nonnè dilectus eſt Deus: Qui primò dedit legẽ in monte Sinà: vt aliqui interpretantur larga licentia abutentes ſingulari pro plurali:& è conuerſo?Nec enim ſcriptura indiget huiuſmodi expoſitione: cũ vocabulis impropriis nunquam vtatur.An igitur per montes, vbi data fuit lex,intelliguntur Sinà & Horeb:qui ſunt duo montes,aut duo cacumina ſuper eadẽ radice fundata? Venit autem poſteà per colles promiſſæ terræ loquẽs nobis in filio. Nam in monte Moriah: in tẽplo videlicet ibidem fabricato: multa docuit ad Euangelium pertinentia:multa quoque in oliuarũ monte:nonnulla etiam in monte Sion: vbi cœnam fecit & tandem miſit Spiritum ſanctum:qui omnia Apoſtolis prædicãda ſuggeſſit. Et iſti omnes ſunt colles:per quos tranſiuit Ieſus benefaciendo.An trãſit per montes & col-
Pſal.861. les illos:de quibus dicitur.Fundamenta eius in montibus ſanctis? Qui mõ
& 113. tes(vt alibi dicitur)exultauerunt,vt arietes,& colles ſicut agni ouium.

Cant.3.8. 68 Quis dilectus:& in quod cubiculum: & cuius genitricis introduci-
Io.15.16. tur?Nõne dilectus eſt omnis:de quo dicitur. Ipſe Pater amat vos?Et iterũ Sicut dilexit me Pater,& ego dilexi vos.Introducitur autẽ,quando attrahitur à Patre,vel à Filio in cubiculum,id eſt,in templum,vel tabernaculum,vagũ,ſiue firmum,vel in Eccleſiam Dei,aut in tabernaculũ illud ſupremũ:in quo pro arrha habemus nomina ſcripta.Iuxtà illud.Nomina ve-
Luc.10. ſtra ſcripta ſunt in cœlis. Et per Apoſtolũ dicitur. Quorũ nomina ſcripta
Phil.4. ſunt in libro vitæ. Qui locus eſt cubiculum genitricis ac matris illius ſupremæ filiorum lætantis:de qua Apoſtolus ait. Quæ ſurſum eſt Ieruſalẽ,
Gal.4. quæ eſt mater noſtra. Inde enim & ab ea primò geniti ſumus per ſummũ omnium parentem.An cubiculum genitricis eſt hortus voluptatis?

69 Hortus voluptatis,dictus cubiculum genitricis, eſt nè ſufficiens ad beandam animam?Nõnnè ſufficiens eſt ad beandam animam hic hortus,
Gen.2. conſitus omni ligno pulchro aſpectu,& ad veſcendum ſuaui:vt in Geneſi dicitur?Quæ duo denotãt oblectamentũ intrinſecũ &extrinſecũ.De qui-
Io.10. bus duobus dator beatitudinis Chriſtus ait. Ingredietur, & egredietur & paſcua inueniet:vtrobiq; videlicet.Arbor quoq; vitæ ibidẽ plantata fuit: qua(vt aiunt) perpetuò viuere potuiſſet homo. Sed, ſi paradiſus ille eſt (vt quidam garriunt) in terra, quomodò poteſt quis beari in manſione corruptibili? An igitur(vt alibi diſſeruimus)paradiſus iſte ſitus eſt in terra viuentium:vbi perpetuò ac beatè viuitur? Et ſic non differt à loco beatitudinis.Hinc Hebræi vocant manſionem illam,& ſtatum, ſæculum venturum.Ibi enim(Deo fauente)veræ beatitudinis compotes efficiemur.

Pſal.15. 70 Cum dilectus ſit ſummè fœlix, & nullo bonorum noſtrorum indi-
Cant.5. geat (vt in Pſalmo dicitur)cur aperiri ſibi petit à ſponſa? Nonnè ipſe per os Salomonis ait.Delitiæ meæ eſſe cum filiis hominum?Et in Apocalypſi
Pro.8. apertè dicit.Si quis aperuerit mihi ianuam,intrabo,& cœnabo ſecum, &
Apoc.3. ipſe mecum.Alibi quoque ſe offert, dicens.Si quis diligit me, ſermonem
Io.14.

meum ſeruabit:& Pater meus diliget eum,& ad eum veniemus?& manſionem apud eum faciemus. Nec mirum eſt,ſi oblectetur inhabitare templum ad eius imaginem fabricatum:cum etiam in creaturis aliis ſe habitare profiteatur. Cœlum(inquit)& terrã ego impleo. Habitat enim Deus in omnibus creaturis, confouendo & viuificando ipſas:in homine verò, condelectãdo imagine naturali, & ſimilitudine per opera acquiſita multiſque colloquiis:quæ cum rationali creatura habet: cum irrationali autem nequaquam.Propterea dixit.Et delitiæ meę eſſe cum filiis hominum. *Ierem.23.*

71 Cuius matris filij pugnauerunt contrà dilectam?An de Ægyptiis eſt ſermo:qui,quàmuis nati ſint ex eadem matre, terra videlicet, ex qua & Hebræi nihilominus afflixerunt eos: vt aliqui aſſerunt? Sed cur magis id intelligi debet de Ægyptiis,quàm de Hamalechitis,Moabitis Chaldæis, Philiſtæis,& Aſſyriis:qui omnes contrà Hebræos pugnauerunt? An igitur intelligit Sapiens de poteſtatibus Aquilonaribus, & ſiniſtri lateris: quæ Satani,id eſt aduerſantes dicũtur:quià nobis ſemper aduerſantur,vt probent nos,& accuſent coràm Deo:vt diſcutiantur facta noſtra,& videatur quid mereamur? Hi verò dicuntur filij matris noſtræ ſupernæ videlicet Ieruſalem. Dicuntur quoque בני אלהים bene Elohim, id eſt filij Dei, De his itaque conqueritur ſponſa,quòd pugnent contrà ipſam,dum videlicet pugnant contrà membra ipſius.Iuxtà regulam,quam nos docuit caput eiuſdem ſponſæ Chriſtus.dicens. Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. *Cant.1.* *Matt.25.*

72 Quæ eſt illa mulier fortis, de qua in fine Prouerbiorũ multa ordine alphabetico decantantur? An eſt illa, quam Adam vocauit חוה Chauah,eo quòd eſſet cunctorum viuentiũ mater? Quòd (vt alibi quoque diximus) de vxore Adam inferioris intelligi nullatenus poteſt:cum ipſa nõ cunctorũ animalium,ſed humani generis dũtaxat fuerit mater. An de matre illius,qui omnes regenerauit eſt ſermo? Sed nec illa videtur fuiſſe immediatè mater,ſed conſequenter tantum. Nã regenerato homine,cætera omnia regenerata fuerunt:cũ in homine omnia contineantur, vt alibi dictũ eſt. An igitur de ſuperna matre eſt ſermo? Quæ quidẽ mater eſt illud mare magnũ & ſpatioſum littoribus,cuius meminit Propheta:vbi ſunt aquæ illæ,de quib⁹ dictũ eſt. Producãt aquæ oẽm ſerpiturã animæ viuẽtis. *Prou.vlt.* *Gen.3.* *Pſal.103.*

73 Cur dictum eſt. Procul,& ab vltimis finibus precium eius? Si ſermo eſt de prima muliere,nonnè ipſa facta fuit manibus Dei è coſta Adæ? Si autem intelligitur de matre Regeneratoris, nonnè ſcriptum eſt de ea. Inueniſti gratiam apud Deum? Et iterum. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Si verò de matre ſuperna (vt reor hæc fuiſſe præcipuè decantata) eſt ſermo, nonnè ipſa collocata eſt in extremis machinæ huius finibus: in cœlo videlicet, & in Archetypo? Nam ibi eſt fons irrigans & fœcundans vniuerſam terram:qui (vt in Geneſi dicitur)egredietur è delitiis ad irrigandum primò paradiſum: & inde egrediens diuiditur in quatuor capita ad irrigandas quatuor Mũdi plagas,aut elementa oĩa corruptibilia,cœleſtia,& ſpiritualia,oĩaque,ex quibus vita *Gen.1.* *Prou.vlt.* *Gen.2.* *Luca.1.* *Gen.2.*

Pſal.35. aliqua pullulat. Ipſe enim eſt fons vitæ:de quo ſcriptum eſt. Quoniam apud te eſt fons vitæ.Et hæc eſt vera omnium viuentium mater.

74 Hæc mater (qualiſcunque ſit) habet nè curam de propinquis tantum,an etiam de extraneis? Nonnè videtur, quòd de propinquis tantum curam habeat?Cum dicatur, quòd omnes domeſtici eius veſtiti ſint duplicibus:& quòd dederit prædã domeſticis ſuis.Sed (niſi & extraneis ſubueniret)nõ eſſet bona mater,neque cõformis Patri,qui(teſte Chriſto)Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos:& pluit ſuper iuſtos& iniuſtos. De omnibus itaque curat pia mater Regeneratoris,pro nobis ſemper interpellans ſimul cum filio coràm Patre.Itidem facit pientiſſima mater illa ſuprema:de qua dicitur. Omnia à te expectant, vt des illis eſcam in tempore.Dante te illis,colligent:aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.Paſcit namque pietas diuina omnes, ſed domeſticos veſtit duplici veſtimento. Nam dum ſumus in via,veſtit nos veſtimento baptiſmi ac pœnitentiæ:vt his veſtimentis decorati dignè poſſimus ad nuptias cœleſtes intrare. In patria autem veſtit nos veſtimento duplicis viſionis(vt aiunt)matutinæ videlicet ac veſpertinæ.

Pro.vlt. *Matt.5.* *Pſal.103.*

75 Quibus fauoribus vnaquæque iſtarum matrum fouet filios ſuos? Nõnè mater omnium viuentium,vitæ diuturnitatem ſubminiſtrat iis: qui ipſam matrẽ ac patrẽ venerantur:ſicut lex iubet?E conuerſo ante ſubtrahit influxus vitæ iis,qui ingrati exiſtũt in ipſum fontẽ, vel riuulos, à quo, vel per quos vita hauriunt.In ipſo enim vitæ fonte viuimus, mouemur,& ſumus. Nec ſecus mater Regeneratoris fauores continuè ſubminiſtrat clientulis ſuis & indigentibus,qui eius opẽ implorant:ſicut Salomon perſequitur,dicẽs. Manũ ſuam aperuit inopi,& palmas ſuas extẽdit ad pauperem. Mater autem primæua,cum à nobis receſſerit, omnes vices ſuas reliquit ſupernæ matri:de qua dicitur.Ne dimittas legem matris tuæ, ſupernæ videlicet.Quæ mater ait.Ego mater pulchræ dilectionis.In me omnis gratia viæ,& veritatis:in me omnis ſpes vitæ,& virtutis.

Exod.20. *Acto.17.* *Pro.vlt.* *Ibi.1. 6.* *Eccl.24.*

76 Cur dicitur,quòd funiculus triplex difficilè rũpitur?An, quià ſocietas,ſolamen,& adiutoriũ præſtat?Sicut paulò antè dixerat Sapiẽs.Melius eſt eſſe duos, quàm vnum.Habent enim emolumentũ ſuæ ſocietatis. An, quià huiuſmodi fauor præſtatur à Deo?Iuxtà illud.Vbi duo,vel tres fuerint in nomine cõgregati,in medio eorũ ſum.An de triplici anima in corpore exiſtente eſt ſermo? Quarũ ſuprema cum infima ligatur per ſpiritũ mediũ,nõ,niſi per mortẽ,diſſoluendũ. Nam mors eſt vltimũ omnium terribiliũ.An de triplici ſapiẽtia eſt ſermo? Quarũ prima eſt per lumẽ Solis: lucis videlicet ſupernæ nos irradiantis.De qua luce dicitur.Erat lux vera quæ illuminat omnẽ hominẽ.Secunda eſt per lumẽ Lunæ,naturalis videlicet diſcurſus,ac prudẽtiæ.Tertia eſt per doctrinã à doctoribus & præceptoribus traditã.Nam tunc eſt perfectus homo,quando doctrina acquiſita,lumine naturali,ac diuino præditus eſt. Qualis Salomon fuit.

Eccle.4. *Matt.18.* *Ethic.3.* *Io.1.*

77 Quomodò Salomon tanta ſapientia ac lumine ſuffultus errauit?An id permiſſum fuit à Deo,ne quis cõfidat ſapientię: vt benè ſentit Hierony-

mus?An,quià inebriatus fuit vino ſapientiæ inferioris?Nam haud contentus ſapientia ab Altiſſimo donata,voluit aſciſcere ſibi ſapientiam,& aſtutiam ſerpentinam,aduocans Aſmodai(vt Hebræi dicunt)& alias immundas formas,Haſtoret videlicet vel Haſtarten idolum Sidoniorũ, & Chamos Deum Moabitarum, & Milchom ſeu Moloch idolum Hammonitarum,& huiuſmodi:quibus erexit ſtatuas:vt in tertio Regum volumine legitur.Vnde ab ipſis iubente Deo deceptus eſt.Quod exigebant duo mala cum huiuſmodi perpetrata.Quorum alterum fuit idolatria : alterum verò,quia nimis vilem ſe exhibuit:dum formis immundis, longè nobis inferioribus,ſe ſubiecit. *Hiero.* *3.Reg.11.*

78 Cur Deus Salomonem(& ſi præuaricaturum)tam ſapientem effecit? An,quià vnuſquiſque relictus eſt in manu conſilij ſui : ſicut in Eccleſiaſtico dicitur? An,vt nemo confidat humanis fauoribus? Nam ipſe Salomon habuit omnigenos fauores.Fuit enim Rex multa pace gaudẽs,ſanus,pulcher,ditiſſimus, nihilque ſibi negauit eorum,quæ oculi ſui deſyderarunt: vt ipſemet perhibet.Fuit etiam à Deo dilectus,qui ei ſapientiam donauit: vt dictum eſt.An,quià Deus ſciebat ipſum ad ſe reuerſurum per pœnitentiam?Sicut dictum fuit Dauidi.Si iniquè egerit filius tuus,arguam eum in virga virorum,& in plagis filiorum hominum.Miſericordiam autẽ meam non auferam ab eo:ſicut abſtuli à Saul,quem amoui à facie mea. *Eccleſ.15.* *Eccleſ.2.* *2.Reg.7.*

79 Cur Salomon vocauit ſe קהלת Choheleth?Quid græcè Eccleſiaſtes: latinè verò Cõcionator dicitur. Ait enim אני קהלת Ani Chohelet,id eſt ego Concionator. Eccleſiaſtes autẽ in vulgata æditione, quæ è græco in latinum verſa eſt,habetur.Et hoc,inter cętera,argumentũ eſt,quod hęc communis æditio,quæ præ manibus habetur , non eſt illa Hieronymi ex hebræo in latinum verſa,ſed illa antiqua è græco traducta.Pari modo Paralipomenon,Deuteronomium & alia multa vocabula à græcis deriuata id apertè indicant.An igitur Salomon ſe Concionatorẽ appellauit,quià fortè verbum Dei populo proponebat? Sed hoc quippè non erat Regis, ſed Sacerdotis officium.An igitur, quià more Concionatorio, diſputat contrà Mundi vanitates,quibus & ipſe deceptus fuit?Hinc hortatur legentes, vt exemplo ſuo vanitatibus non confidant. An Concionatorem ſe nuncupauit,quià poſtquam pro vtraque parte declamauit, cõcludit quid denique ſit amplexandum?Inquit enim. Finem loquendi pariter omnes audiamus. Deum time,& mandata eius obſerua. Hoc eſt omnis homo,id eſt hoc eſt negocium totius hominis: aut omnis homo eſt propter hoc, natus videlicet in Mundo. *Eccleſ.1.* *Ibid.vlt.*

80 Cur Salomon ait,quod vnus eſt interitus hominum ac iumẽtorum? Nonnè ipſemet dixit,vt modò diximus. Finem loquẽdi pariter omnes audiamus. Deum time & mandata eius obſerua.Hoc, id eſt propter hoc,eſt omnis homo,natus videlicet in Mundo?Et ſtatim ſubinfert. Cuncta, quæ fiunt,adducet Deus in iudicium,ſiue bonum, ſiue malum ſit.Si enim moritur anima hominum cum anima brutorũ,ad quid adducenda ſunt opera ipſorum in iudicium:vt videlicet vnicuiq; reddatur ſecundum opera ſua? *Ibidem.3.* *Ibid.vlt.*

Nonnè hanc quæſtionem ipſemet Salomon paulò ſuperius dirimit,dicẽs.
Ibidem. Reuertitur puluis, id eſt, animalis homo ex puluere confectus in terram ſuam,vnde erat:& ſpiritus reuertitur ad Deum qui dedit illum? Nam loquitur de interitu hominum,qui idem eſt cum interitu beſtiarum, de anima animali loquitur:quæ in puluerem reſoluitur.Iuxtà illud. Puluis es &
Gen.3. in puluerem reuerteris.Et quod ſic iutelligatur dictum Sapientis,ipſemet
Eccleſ.3. inſinuat, ſubinferens:vt in veritate literæ habetur. Et quid præſtat homo beſtiæ? Sequitur אין Ain. Quod per regulam quandam,quam ſecretiores Theologi Nitericon appellant(quando videlicet vnaquæq; alicuius verbi litera ſuum ſignificatũ habet) ſignificat.אדם יש נשמה Adam ies neſſamah , id eſt, homini eſt neſſamah, portio videlicet ſuperior, & radius ille
Plo.in lib. de homine. diuinitàtis:quo mediante diuina cognoſcere poteſt.Et hęc portio ſuperior à Plotino vocatur intellectus: quo homo à beſtiis differt : à Iohanne verò
Io.1. vocatur lux,omnes illuminans.

81 Vnde deductus fuit Salomon , vt cum Aſmodai negociaretur : ſicut Hebræi dicunt?An ductus fuit cupiditate:vt videlicet ſibi fauorẽ compararet in theſauris ab eo,qui theſauris præſidet? Sed cum ipſe eſſet ditiſſimus,quid amplius appetebat?An fortè deductus fuit illa auarorum ingluuie:de qua dicitur.Creſcit amor nummi,quantum ipſa pecunia creſcit?De
Virgilius. qua ingluuie Poeta canit.Quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames?Et ipſemet Salomon in Eccleſiaſte.Auarus nunquàm impletur pecu-
Eccleſi.5. nia. Nam plura ſemper auarus appetit. An, vt Fauorem ſibi compararet à cane illo tricerbero,non ſolùm in pecunia,ſed in luxu & ambitione:quibus ipſe præſidet? Quæ tria(vt aliàs dictum eſt)ipſe Aſmodai principi no-
Mat.4. ſtro Chriſto ſuggerere tentauit.

Eccl.1.
Zohar. 82 Cur dixit Salomon.Fui Rex in Ieruſalem,quaſi tunc non eſſet?Nonnè (vt Zohar ait, quem communiter Hebræi ſequuntur) quia in deſerto, quò deductus fuerat ab Aſmodai ædidit volumen illud : in quo , omnes delitias,quibus in regno potitus fuerat,vanitates fuiſſe proclamat,& afflictionem ſpiritus?Nam inde, non ſalutem animæ, nec gloriam,ſed ignominiam,deiectionem,peccatum,& afflictionem maximam reportauerat. Cum eſſet captus in fouea,quam ipſe præparauerat ipſi Aſmodai:vt ſuprà diſſeruimus.

3.Reg.12. 83 Quo decreto tã ſapienti patri ſucceſſit filius adeò ſtolidus,& inſipiẽs? An,vt plęriſq; ſapientibus occurrere ſolet, qui filios degeneres procreãt? Hinc intelligitur anima non venire ex ſemine parentũ, ſed de foris à datore formarum:quamuis multoties ſequatur diſpoſitionem corporis à pa-
Ibi.11. rentibus traditam.An,quià ſic exegit meritum Patris:de quo ſcriptum eſt, quod mulieres auerterũt cor eius ? An id euenit filio,vt videlicet delira-
Ibi.12. uerit:quià ſecutus eſt conſilium iuuenum imprudentum:vt in textu patet?

Prou.21. 84 Cur dicitur, quod cor Regis eſt in manu Domini:& cur magis cor
Pſal.94. Regis,quàm aliorum:cum ſcriptum ſit.Quoniam in manu eius ſunt om-
Prou.8. nes fines terræ?An, & ſi omnia ſunt in manu Domini, præcipuè tamen cor. Regum:de quibus ipſe ait.Per me Reges regnãt, per me Principes impe-

rant?Hinc (vt communiter dicitur)Regi ac Principi, præter communem tutorem, alius cuſtos datur:qui doceat regere populũ, eíq; in aliis faueat. An Deus vertit præcipuè cor Regis quocunque vult(vt Sapiens proſequitur)quià ad eius deductionem deducuntur cæteri,qui ab eo reguntur?An, quià Reges tenent vicem Dei in terris? Propterea dicuntur Elohim, id eſt Dij:vt in Exodo habetur.An,quia ipſi præcipuè à Deo eliguntur?Iuxtà illud Apoſtoli.Non eſt poteſtas,niſi à Deo.Hinc iubentur vngi chriſmate ſancto:vt præ cæteris diuinitate fulgeant. *Exod.22.* *Rom.13.*

85 Cur auarus deſtruit Ciuitatem: vt Salomon ait? Nonnè, quia homo cupiditate ductus,merces falſificat, penuriam inducit, populum angariis opprimit,bonúmq; priuatum communi præponit? Et hinc omnimoda ruina contingit:vt Cicero pulcherrimè concludit, dicens. Si proprium commodum bono communi præponas,vtrunq; ſimul perdere neceſſe eſt.Ordo enim ac ſeries mundanæ prouidentiæ ſic exigit:vt bonum diuinũ creato præponatur(ſicut docemur à Chriſto,qui ait.Quærite primum regnum Dei:& hæc omnia adiicientur vobis) deinde bonum Reipub. vbi eſt domus, parentes, & vnde habemus omnia commoda, præponatur priuato. Series quoque corporis humani docet nos ea,quæ in corpore myſtico facienda ſunt.Nam in humano corpore à capite defluunt humores in cętera membra:quos ſic caput ad ſe traheret,ſtatim cum corpore ad intemperiem,& infirmitatem collaberetur. *Pro.29.* *Tul.de off.* *Mat.6.*

86 Cur Rex iuſtus erigit Ciuitatem:vt Salomon ait?An,quia iuſtus eſt ſimilis ſtomacho,qui cibum cæteris membris diſtribuendum ſuſcipit, & poſtquàm ipſum decoxit,vnicuíque partem ſuam diſtribuit?Alioquin cederet in detrimentum totius corporis. Pari modo Rex iuſtus tribuit vnicuique,quod ſuum eſt. Nam iuſtitia eſt conſtans perpetuáque voluntas ius ſuum vnicuique tribuens:vt Iureconſulti definiunt.An,quià iuſtus fundatur in fundamento ſupramundano? De quo alibi idem Sapiens inquit. Iuſtus eſt quaſi fundamentum ſempiternum: vel (vt literæ veritas habet) iuſtus eſt fundamentum Mundi. Eſt enim ſecunda manſio in domo Patris æterni,quæ fundamentum dicitur:vnde venit vita Mundi,vnde venit pactum ſeruandum, per quod Mundus ſuſtentatur, vnde venit omnis ſtabilitas vitæ & regni.In quo loco figit radicem is,qui iuſtus eſt. Iccircò dicitur,quod iuſtus erigit Ciuitatem. *Prou.29.* *L. Iuſtitia ff.de iuſti. & iure.* *Prou.10.*

87 Quæ muſcę morientes perdunt vnguenti ſuauitatem: vt Salomon ait?An hæc eſt mera comparatio naturalis, quod videlicet, ſicut muſcæ inficiunt,ac polluunt vnguentũ,& huiuſmodi,ad quę conuolant:ſic etiam peccatum,quamuis paruum, deſtruit odorem bonorũ operum?Sicut paulò antè dixerat.Qui in vno peccauerit multa bona perdet.Cui adſtipulãs Iacobus inquit.Qui offenderit in vno,factus eſt omnium reus.An per muſcas vnguenti ſuauitatem perdentes intelliguntur venenoſi afflatus illius, qui dicitur Belzebub, id eſt patronus muſcarum? Quocircà docemur cauendũ eſſe,ne in operibus noſtris intercedat aliquod diabolicum.Nam inde omnia deſtruuntur. *Eccleſ.10.* *Ibid.9.* *Iaco.2.*

88 Cur dicitur,quod cor ſapientis eſt in dextera eius, inſipientis autẽ in
Eccleſ.10. ſiniſtra? An, quià (vt dicitur)bonum per dexteram, malum verò per ſiniſtram
deſignatur?An,quià cor boni,ſemper tendit in dexterã,& Auſtrum,
vbi ſunt omnia bona:cor verò mali in ſiniſtram,& Aquilonem,vnde pro-
Iere. 1. ueniunt omnia mala : vt expreſsè habetur in antiqua Theologia? Quam
quidem Theologiam proſequens Chriſtus, ſumma Dei ſapientia, perhi-
bet,quod in examine extremo ſapientes, ac boni reponentur in dextera,
Matt.25. præmium bonorum operum ſuſcepturi:mali autem,ac inſipientes,in ſini-
ſtra,pœnam malè actorum accepturi.

89 Cur(vt Salomon ait)omnia flumina intrant in mare,& mare non re-
Eccle.1. dundat?Nonnè (vt alibi dictum eſt) quià omnia redeunt ad locum, vnde
veniũt?Hinc coniicitur,quod omnia flumina oriuntur à mari : vt innuit idẽ
Sapiens,dum ſubinfert.Ad locum,vnde exeunt,flumina reuertuntur.Nec
enim opinor fontes,& flumina oriri poſſe ex vaporibus reſolutis:vt aliqui
dicunt.Mare autẽ non augetur,quià eadẽ aqua maris ad fontes clàm fluit.
Et hoc innuit ipſe Salomon, dicens. Vt iterum fluãt:ex mari videlicet, in
quod intrant.Id verò deſignat effluxum animarum,quę veniũt à mari ma-
gno diuinitatis in hunc Mundum inferiorem,vt iterum reuertãtur ad ma-
Io.10. re,& fontem primum,Quemadmodum fecit Pater omnium noſtrũ Chri-
ſtus,qui ait.Exiui à Patre,& veni in Mundum:iterum relinquo Mundum,
& vado ad Patrem.

90 Cur dicitur,quod terra in æternum ſtat? An ſtat tanquam centrum,
circà quod omnia gyrant? Circà terram enim eſt aqua fluens, ac refluens
ad motum Lunę.Circà aquam autẽ eſt aer omni vento mobilis.Sunt quo-
que cœli gyrantes legibus à principio ſibi inditis. An Salomon alludit ad
terram viuentium,quæ eſt eſſentia diuina ſemper ſtans,& à motu penitus
abſoluta? Mouentur quippè omnia,quæ ſunt in diuinitate, præter ipſam
eſſentiam:non quidem motu proprio,& alteratiuo:ſed eo motu, qui diui-
nitati competit, & à perfectione ipſius non dimouet. Sicut enim in diuinis
eſt numerus ab vnitate ſua nunquam recedens : Ità eſt motus à ſtabilitate
Io.14. ſua non diſcedẽs.Alioquin nec filius,nec Spiritus ſanctus ad nos mitti po-
tuiſſent:nec locũ haberet ſententia illa à ſumma veritate prolata.Ad eum
veniemus,& manſionem apud eum faciemus. Mouetur nihilominus ter-
ra producendo plantas.Pari modo & terra viuentium,dum omnia ab ea,
tanquàm à primo fonte,pullulant.

91 Quomodò terra in æternum ſtat,cum ipſa per tria moueatur(ſicut
Pro.30. Sapiens alibi perhibet)& quæ ſunt illa tria? Non quippè per illa tria mo-
uetur terra elementaris:ſed habitatores ipſius.Vnde ponitur continẽs pro
contento.Mouentur autem habitatores terræ, primò per ſeruum regnan-
1.Cor.9. tem:quando videlicet datur dominum corpori,& animali homini,qui ca-
ſtigandus & in ſeruitutẽ redigẽdus eſt:ſicut Apoſtolus ſuimetipſius exem-
plo docet.Secundò per ſtultum id eſt per animalem hominem,qui ſtultus
eſt,ac ratione carens:quando videlicet ſaturatur,id eſt omne deſyderium
ſuum cõſequitur.Tertiò per odioſam mulierẽ in matrimoniũ aſſumptam:

quæ

quæ pari modo ſignificat animalem partem à nobis odio habendam. Sicut à Chriſto docemur, qui ait. Qui odit animam ſuam in hoc Mundo, in vitam æternã cuſtodit eam. Nam ſi pars animalis connubio rationi ęquetur, vel (quod peius eſt) præferatur, inſanum hominẽ exagitat. Quod nullatenus fieri debet. Hinc Abrahæ dictum eſt. Eiice ancillam & filium eius. Ipſa enim plus æquo in Saram ſuperbierat, id eſt, in rationem. Quartum autẽ, quod terra ſuſtinere nequit, in idem coincidit: ancilla videlicet, cum voluerit eſſe hæres dominæ ſuæ. Propterea ſcriptum eſt. Non erit hęres filius ancillæ cum filio liberæ. *Io.12.* *Gen.21.* *Ibidem.*

92 Cur precium ſcorti comparatur pani, vel (vt literæ veritas habet) fruſto panis? An (vt literam ipſam ſequamur) id dictum eſt in deteſtationem meretricis: cuius precium pro nihilo habetur, veluti bucella panis, qua homo plenè ſuſtentari nequit? An de anima eſt ſermo, quæ diuini connubij ſpreto iure paſſim meretricatur? Hæc enim vix meretur buccellam panis: qua tenuiſſimè ſuſtentari poſſit. Nam Deus etiam animæ peccatrici prębet vitam hanc communem, vt habeat ſpatium pœnitendi: ſublatis ab ea omnibus aliis beneficiis, & influxibus: quorũ, dum in peccato quis exiſtit, particeps eſſe nullatenus poteſt. *Gal.4.* *Prou.6.*

93 Cur interdicitur commercium cum ſaltatrice? An, quià mulier viri precioſam animam capit: vt Salomon perhibet? Cui adſtipulatur Poeta ille, qui canit. *Eccleſ.9.* *Prou.6.* *Oui.de re. amoris.*

Eneruant animos citharæ, cantúſque, lyræque.

Et vox, & numeris brachia mota ſuis.

An per ſaltatricem & vagam intelligitur illa: de qua Ieremias ait. Peccatum peccauit Ieruſalem: propterea inſtabilis facta eſt? Hoc autem euenit primo fratricidæ in pœnam peccati. Nam ei dictum fuit à Deo. Mobilis vel nutans, & vagus eris in terris. Cum his igitur ſic vagãtibus nulla prorſus eſt habenda familiaris cõſuetudo: cum priuati ſint vero ac ſtabili fundamento, quod eſt Deus. Nam, cum rebus caducis & mobilibus innitãtur, neceſſe eſt (vt Gregorius inquit) vt cum labente labantur. *Thre.1.* *Gen.4.* *Greg.*

94 Cur canis viuus dicitur eſſe melior leone mortuo? An, quià (vt Sapiens proſequitur) viuens ſcit ſe moriturum, mortuus verò nil amplius nouit? Sed quomodò canis cognoſcit ſe moriturum, cum nihil cõſyderet, nec ſciat, niſi quatenus à ſenſibus deducitur? An igitur parabolicè loquitur Sapiens, per leonem intelligens elatum, ac tumidum, pauperum oppreſſorem ac tyrannum: qui Deo & Angelis mortuus eſt: per canem verò humilem, & Mundo abiectum? Hinc melior eſt pauperculus canis, qui continuè latrat pro Domino ſuo. Humilis enim, & Mundi amatoribus contemptus, velut canis, continuè latrat pro Domino Deo ſuo: vitia & ſcelera increpando: vt Deo lucretur animas, quas Diabolus auferre conatur. Et de huiuſmodi loquitur Propheta, dum ait. Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo. An id dictum eſt, vt innuatur brutorum animas in ipſorum morte euaneſcere: Propterea minimum animal viuum melius eſt Rege animalium mortuo: cum nihil ex ipſo ſuperſit. Secus eſt de hominum animabus, *Eccleſ.9.* *Pſal.67.*

*Mat.*10. quæ mortuo corpore adhuc viuunt: vt Saluator teſtatur, dicens. Nolite timere eos, qui occidunt corpus: animam autem non poſſunt occidere.

95 Cur Sapiens ait. Quò ceciderit lignũ, ſiue ad Auſtrum, ſiue ad Aquilonem, ibi erit? An hoc intelligitur de arboribus iſtis vegetabilibus? Sed quomodò dictum hoc tanto Sapienti congruit: cum id omnibus ſit manifeſtum? Niſi fortè huiuſmodi lignum amoueatur à loco, quò ceciderit. An igitur de arboribus illis eſt ſermo: de quibus dicitur. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur? Cadit autem huiuſmodi arbor ad Aquilonem, quando moritur quis in peccato mortali. Nam in die iudicij reponetur in ſiniſtra, vt audiat illud horrendum verbum. Ite maledicti in ignem æternum: vbi erit continuè. Cadit verò ad Auſtrum, vbi eſt pietas, dum moritur homo in gratia: quia in die iudicij reponetur in dextera: vt audiat illud dulciſſimum verbum. Venite benedicti Patris mei: poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione Mundi. Sicut enim conuenit ſiniſtra cum Aquilone, maledictione, & iuſtitia punitiua: ſic conuenit dextera cum Auſtro, benedictione, & gratia.

*Eccleſ.*11. *Mat.*3.*et*.7. *Ibi.*15.

*Eccleſ.*11. 96 Quid innuit Salomon, dum ait. Mitte panem tuum ſuper aquas tranſeuntes: quia poſt multa tempora inuenies illum? An intelligit de pane hoc comeſtibili? Sed nonnè, ſi hic parum madeat, muceſcit, ac corrumpitur? An igitur per panem intelligit bonum opus in hoc Mundo factũ, quod nũquam perditur, nec deletur? Hinc apud Arabes eſt pulcherrimum adagium. Bonum operare, quod potes: & illud in aquam proiice: quià piſcis aliquis educet ipſum aliquando foràs in tui beneficium. Nam in æterno concilio ſancitum eſt: vt nullum malum tranſeat impunitum, nec bonum aliquod irremuneratum.

Arabicum adagium.

*Eccleſ.*9. 97 Cur in Deo ſit ſumma prouidentia: cur Sapiens ait, quod omnia ſunt à caſu? Ait enim. Vidi ſub Sole non eſſe velocium curſum, nec fortium bellum, nec ſapientum panem, nec doctorum diuitias, nec artificum gratiam, ſed tempus, caſúmque in omnibus. Nonnè exquiritur tempus, quo Deus ſerie prouidentiæ ſuæ aliquid in lucem producere vult? Et hoc, quò ad nos, qui tempori ſubiacemus: non autem quò ad ipſum Deum, qui ab omni tempòre abſolutus eſt, & inſtanter, quicquid vult, operatur. Iuxtà illud. Ipſe dicit: & facta ſunt. Caſus autem non differt à prouidentia, licet, apud imperitum vulgus differre videatur. Eſt enim veriſſima Ariſtotelis ſententia, qui ait. Benè fortunatus eſt ille, qui diligitur, aut dirigitur à Deo. Sed quia non videmus cauſam: attribuimus fortunæ, id eſt, cauſæ ignotæ. Quæ fortuna non differt à caſu: niſi quia ille, cui non inſperatum bonum occurrit, euentum fortunæ attribuit: caſui verò inopinatum: vt ipſe Ariſtoteles alibi dicit. Caſus itaque vel fortuna, cum ſit preuiſa & donata à Deo, non differt à prouidentia.

*Pſal.*148. *Ariſt.de.bo. & ma.for.* *Phyſ.*2.

Eccleſ. 1. 98 Qua ratione Salomon dicit omnia vana, in quibus oblectari conſueuerat? An, quià cum homo deuenit ad maturiorem ætatem euacuat ea, quæ paruuli ſunt (vt Paulus innuit) & incumbit cibis & oblectationibus mentis? An, quià ipſe Salomon in virga virorum (vt ſuprà tactum eſt) con-

*1.Cor.*13.

ſtitutus, comprobauit re ipſa, omnia illa vana eſſe, quæ ipſi afflicto ſuccurrere nequibant? An vana & ſtulta appellat, quià non ducunt ad finem: quem vir ſapiens præ oculis habere ſemper debet: Deum videlicet?.

99 Cur Salomon ait nihil de labore ſuo hominem ſecum ferre? Nonnè, quia (vt Apoſtolus inquit) vnuſquiſque propriam mercedem accipiet, ſecundum ſuum laborem? Vnde de labore vano nihil reportat, niſi vanitatem. Vanus autem eſt omnis labor, qui fit ſub Sole: vt iam præmiſerat ipſe Sapiens. Sub Sole enim ſunt omnia naturalia, voluptuoſa, & mundialia. Quæ omnia conueniunt, quando homo (vt ait Plato) vnitur cum Luna, id eſt lumine naturali, aut cum terra, id eſt parte ſenſitiua. Nam tunc gignit, aut fœminam, aut androgynum, id eſt ea quæ ad animalem partem ſpectant, vel ad animalem, & ciuilem ſimul. Si verò cum Sole vniatur, id eſt cum lumine ſupremo, quod eſt lux illuminans omnem hominem, tunc illo lumine erigit mentem ſuprà Solem hunc viſibilem, vſq; ad diuinum illud ac ſupremum lumen: in quod omnia dirigit, æternum præmiũ adepturus, pereũtibus cunctis, quæ cũ terra, Luna vel ſub Sole fiunt. De vtroque autem lumine vnico verbo Propheta canit. In lumine tuo videbimus lumen. Nam ſicut non videtur Sol, niſi in lumine Solis: ſic nec Deus, niſi in lumine diuino, videri poteſt.

Eccleſ. 5. *1. Cor. 3.* *Eccleſ. 5.* *Pla. in Sym* *Pſal. 15.*

100 Cur Sapiens prohibet exitum præſtari aquæ tranſeunti? An id intelligitur ſecũdum literam, ne ex modico foramine fiat colluuium aquarum erumpentium, & diſperdantur bona ſuſcipientis aquam: An per hanc metaphoram docemur, quod non eſt dandus exitus peccato, vel Diabolo in nos intrare conanti? Nam ſi vel caudam immittit (vt eſt commune adagium) totus in tuum exitium ſubintrat. Hinc ſubdit ipſe Sapiens. Neque mulieri nequam venam prodeũdi præbeas. Mulier enim nequam eſt concupiſcentia, vel iniquitas. An (vt ad altiora ſenſa conſcendamus) cum per aquam ſępiſſimè (vt alibi dictum eſt) gratia, vel ſapientia diuina intelligatur: hinc monemur qnòd ei non eſt dandus exitus, id eſt propalanda, niſi in honorem Dei, vtilitatem propriam, & proximi? Alioquin omnia defluent ac peribunt.

Eccleſ. 25.

101 Cur Salomon ait in loco iudicij ſe vidiſſe impietatem? An ibi conqueritur de prauis hominum moribus, quorum opera dixit eſſe vana? An de malis iudicibus, qui impiè iudicant, eſt ſermo? An id dicit admirans de diuina prouidentia, quæ tot impietates, & iniqua iudicia fieri permittit in Mundo: ac ſi bonitate, ſapientia & iuſtitia non præualeat Deus? Cui obiectioni ſtatim ipſemet occurrit, dicens. Iuſtum & impium iudicabit Dominus: & tempus omnis rei tunc erit. Nam tunc, ſcilicet iudicij tempore, ſapientia diuina omnia æqua lance trutinabit. Et tunc apparebit, quid concinnum, quiduè inconcinnum fuerit.

Eccleſ. 3.

102 Quæ ſunt duæ ſanguiſugæ clamantes, affer, affer? An filiæ ſanguiſugæ ſunt luxuria & auaritia, quæ ſunt filiæ Diaboli, ſemper quærentes ſugere ſanguinem noſtrum: vt aliqui interpretantur? An ſunt ſeptenæ &

Pro. 30.

ſeptenæ filiæ Diaboli? Quod indicat verbum illud, affer, affer: quod apud Hebræos ſic ſcribitur. הב הב hab hab. Cuius vocabuli geminati prima litera importat quinque, ſecunda duo. Quæ duæ literæ iunctæ ſeptenarium reddunt. Et hę indicant duas filias ſeptenarias: quibus torquet nos Diabolus, bibens ſanguinem noſtrum. Altera enim filia eſt Infernus: vbi ſunt ſeptem loca, & foueæ, de quibus alibi (Deo duce) dicemus. Altera verò filia
Luc. 11. ſeptenaria eſt in hoc Mundo ipſi Inferno correſpondēs. Hinc non ſine myſterio dixit Chriſtus. Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe: & ingreſſi habitant ibi: ſemper videlicet torquentes animam illam infœliciſſimam.

103 Cur diues (vt Salomon inquit) rigidè ſemper & ſuperbè effatur, pau-
Prou. 18. per autē blandè ac humiliter: An, quià diues putat ſe nullo indigere? Hinc non gratiam, ſed gloriam quærit. Pauper autem ſupplex & humilis eſt: vt inde ſuadeat aliis pietatem. An (vt ad allegoriam veniamus) ſuperbus eſt
Iſa. 14. Diabolus, qui voluit ponere ſedem ad Aquilonem? Nam hic ſemper eſt
Gen. 27. in nos rigidus & hiſpidus. Quocircà non ſine myſterio deſcribitur Heſau, qui de latere ipſius Diaboli erat, hiſpidus ac piloſus: Iahacob autem, qui
Num. 12. Dei erat, lenis & manſuetus. Sic dicitur de Moſe viro Dei: quod erat mitiſſimus ſuper omnes, qui habitabant in terra. Et Dauid ſecundum cor Dei
Pſal. 131. electus non erubeſcit decantare. Memēto Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius. Et hoc non in laudē ſuiipſius, ſed Dei, qui ipſum elegerat.

104 Quomodò per miſericordiam & fidem (vt Salomon ait) peccata
Prou. 15. purgantur? An, quià id ſequitur ex regula à Chriſto promulgata, qui ait.
Mat. 5. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur? Miſericordia enim exquiritur pro remiſſione peccatorum obtinenda. An (vt ſecretiora tangamus) quià Deus vi quadā trahitur & cogitur à nobis: quando ipſi aſſimilamur? Sicut enim citharæ neruus attrahit neruum alterius citharæ eadem conſonantia diſpoſitum: Sic homo benè diſpoſitus & Deo conformis, Deum ipſum mirabili facilitate ad ſe attrahit. Iuxtà illud. Si
Io. 14. quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum: & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Hinc (vt alibi diximus) tota lex conatur aſſimilare nos ipſi Deo. Quod & Euangelium longè perfectiori modo facit. Propterea non ab re dixit Author ipſius Euangelij Chriſtus. Eſtote ergò perfecti, ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus
Mat. 5. eſt. Vnde ſi quis extendat manum ad ſubueniendum proximo, attrahit proculdubiò manum diuinam ad opem ſibi præſtandam. Si verò proximum oculo pietatis intueatur, oculorum quoque Dei aciem in ſe defle-
Pſal. 85. ctit. Quod deprecabatur Dauid, dicens. Reſpice in me, & miſerere mei.
& 89. Et iterum. Reſpice in ſeruos tuos Domine, & in opera tua. Et cum huiuſmodi oculus pietatis à fide proueniat: ideò dicitur, quòd per fidem peccata purgantur.

Prou. 14. 105 Quis ager excolendus eſt (vt Salomon docet) antequàm domus ædificetur? An humano more docet Sapiens, vt annuos redditus ſibi neceſſarios vnuſquiſque priùs præparet, quàm domum fabricet: vt nonnulli

dicunt

dicunt? Sed, cum omnia, quæ ſcripta ſunt, ad doctrinam noſtram ſcripta ſint (vt Apoſtolus ait) nonnè aliud ſenſum quærendum eſt? An igitur de agro illo loquitur Sapiens, de quo ſcriptum eſt. Eccè odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus: Qui ager eſt mens noſtra, quę accuratè purganda & excolenda eſt, antequàm ędificetur ędificium illud: de quo Apoſtolus inquit. Ædificat quis ſuper hoc fundamentum, aurum, argentum, & lapides precioſos. Senſum itaque eſt: quod primò vti debemus virtutibus expurgatoriis: poſtmodum heroicis, quibus magna ædificemus. *Rom.15.* *Gen.27.* *1.Cor.3.*

106 Cur Sapiens ait: quod ſtulto nil proſunt diuitiæ? An, quià (vt ipſe ſubinfert) non poteſt ipſis emere ſapientiam, & ſuccurrere calamitati ac ſtultitiæ ſuæ? An de ſtulto, id eſt impio eſt ſermo, qui neſcit cóparare. Chriſtum Dei ſapientiam diuitiis ſuis: illas videlicet pauperibus diſtribuendo? Piè enim erogatas diuitias, à ſeipſo recipi fatetur ipſe Chriſtus, dum ait. Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. An de diuitiis doctrinarum eſt ſermo, quæ ſtulto non proſunt, id eſt ei, qui Deum minimè nouit, nec exiſtimat eſſe? Et de huiuſcemodi loquitur Prophēta, dicēs. Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus. Hi verò nedum ſunt ſtulti: ſed in primo genere impietatis ſunt concluſi: vt Proculus de mente Platonis, Plotini, Iamblici, ac Porphyrij aſſerit in eo, quē de orationibus & precibus librum ædidit. An de illis loquitur Salomon, qui diuitiis multorum gratuitorum donorum agrùm mentis ſuæ excolere negligunt? *Prou.17.* *Mat.25.* *Pſal.13.* *Pro de orationibus & precibus.*

107 Quem agrum dicit Sapiens ſe vidiſſe repletū vrticis ac ſpinis? Nonnè ibi loquitur de agro pigri: vt in litera exprimitur? Sed quid innuit hæc metaphorica locutio? Nonnè per agrum pigri intelligitur mens negligentis operari bonum? Et hoc eſt verum accidiæ peccatum. Nam cum homo negligit, aut nequit operari bonum, cum ſit priuatus Deo per ſuperbiam, ſeipſo per iram, & proximo per inuidiam, tunc non habens cui adhæreat, & in quod poſſit operari bonum, accidiæ peccatum incurrit. Sed quià non poteſt voluntas non amare aliquid, ad terrena, & voluptates, & ad terram ipſam, corpus videlicet terrenum ſe conuertit, vnde generantur ſpinę, quę ſunt diuitiæ: vt Chriſtus perhibet. Et hæc eſt maledictio data primo homini peccanti: cui dictum eſt. Maledicta terra, cui ſcilicet inhæres, in opere tuo: ſpinas & tribulos generabit tibi. *Prou.14.* *Luca.8.* *Gen.3.*

108 Cur Salomon ait. Si ſpiritus habentis poteſtatem aſcenderit ſuper te: locum tuum ne dimiſeris? An id intelligitur de fomite infeſtante hominem, propter quem non eſt dimittendus iuſtitiæ locus, ſed eſt reſiſtendum ei? An de malo ſpiritui id intelligitur, qui tanquàm leo rugiens continuè quærit: quem deuorare poſſit? Cuius filij, catuli videlicet leonum, rugientes vt rapiant, quærunt à Deo (vt Propheta canit) eſcam ſibi. A Deo enim quærunt eſcam: cum non poſſint, niſi quantum Deus permittit. Alioquin væ nobis. An de Angelo nobis præſidente eſt ſermo, vel de Deo: qui aliquādo probant, & tentant hominem? Iuxtà illud. Probaſti Domine cor meum, & viſitaſti nocte: igne me examinaſti. Nec propter hoc dimitten- *Eccleſ.10.* *1.Pet.5.* *Pſal.103.* *Ibid.16.*

dus eſt locus iuſtitiæ: vt poſſit dicere Deo is, qui tentatur. Non eſt inuenta
Ecleſ.10. in me iniquitas. Propterea ipſe Salomon ſubinfert. Quià curatio ceſſare faciet peccata maxima.

109 Cuius matris legem docet Salomon non eſſe dimittendam? An fortè
Pro.1.6. matris carnalis? Sed cur potius decernit obſeruandam eſſe legem matris, quàm patris: cum viri communiter longè ſapientiores ſint, quàm fœminæ? An igitur per matrem intelligit Synagogam Iudæorum, vel Eccleſiam Chriſticolarum? Nam in communi vſu habemus vocare ſanctam matrem Eccleſiam. An de illa ſuperiori matre loquitur: vnde lex oretenus data (vt Hebræi dicunt) proceſſit? Quem locum, & enumerationem,
Pſal.112. vel manſionem Dauid vocat matrem filiorum lætantem. Et hæc mater
Cant.3. coronat obſeruatores ipſius legis: vt in Canticis dicitur. Videte Regem Salomonem, id eſt pacificum hominem, & benè ſe regentem, in diademate: quo coronauit eum mater ſua, in die deſponſationis ſuæ, quando videlicet anima coniungitur Deo: & in die lætitiæ cordis eius: quæ vera eſt, quando homo beatur.

110 Quibus veſtibus fatetur Salomon ſe ſpoliaſſe non amplius ve-
Ibi.5. ſtiendis? An ſunt veſtes diuini cultus: vt aliqui interpretantur? Sed quomodò deſperat reſumendum diuinum cultum: cum illo tempore ipſe cultus eſſet in culmine? An igitur ſermo eſt (vt alij dicunt) de illis: qui reliquerunt Mundana negocia, vt contemplationi vacarent? Cui ſententiæ fauet, quod ipſe ſubinfert. Laui pedes meos, id eſt affectus à terrenis videlicet coinquinationibus: quomodò inquinabo illos: reuertens ſcilicet ad terrena negocia? An de veſtibus priſtinæ & malæ conſuetudinis eſt ſermo? Iux-
Col. 3. tà illud Apoſtoli. Expoliantes vos veterem hominem, cum actibus ſuis, induite nouum: qui renouatur in agnitionem Dei, ſecundum imaginem eius, qui creauit illum.

111 Quomodò ambulans ſimpliciter (vt Sapiens ait) ambulat confiden-
Pro.10. ter? An, quià virtus & rectitudo ſuapte natura fiduciam præſtant? Quod
Lact. in 5. Lactantius teſtatur, dicens. Tanta eſt innocentiæ vis: vt ad ſui tutelam armis non egeat. Vnde citat Flaccum ità canentem.

Horatius. *Integer vitæ, ſceleriſque purus*
Non eget mauris iaculis, nec arcu,
Nec venenoſis grauida ſagittis
Fuſce pharetra.
Siue per Syrtes iter æſtuoſas
Siue facturus per inhoſpitalem
Caucaſum, vel quæ loca fabuloſus
Lambit Hydaſpes.

Pſal.26. An, quià ſimplex Deo fidens, nihil timet? Iuxtà quod canit Vates. Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? An cõfidit ex harmonia, & con-
Zor. in ora. cinnitate, quam in ſe ſentit: vt Zoroaſtres docet? Sicut è conuerſo conſcius proprij ſceleris omnia expaueſcit.

112 Quid impius contemnit, cum ad profundum peccatorum venerit:

vt Sapiens ait? An contemnit correctiones & comminationes: vt aliqui dicunt? An contemnit Deum: perſuadēdo videlicet ſibi Deum non eſſe ſcelerum punitorem? Sicut pulcherrimè diſſerit Hierocles in aurea carmina Pythagoræ, concludens: quòd impius in malo perſeuerans, fidem omnino perdit: quià ſi homo haberet prę oculis Deum ſcelerum vltorem, non poſſet voluptatibus multum oblectari, timore iudicis perculſus. Ad quem terrorem amouendum perſuadet ſibi Deum non eſſe operum noſtrorum inſpectorem. Et hinc naſcitur contemptus & infidelitas. *Pro. 28.* *Hiero. in car. Pyt.*

113 Quid nam conſequuntur flagitioſi ex ſceleribus perpetratis? Nonnè (vt Salomon perhibet) ignominiam & opprobrium? Cui adſtipulatur Paulus, dicens. Quem fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Hinc primi parentes antè peccatum, cum eſſent nudi non erubeſcebant (ſicut ſcriptum eſt) poſt peccatum verò præ confuſione latitabāt. Quod (vt alios ſapientes omittamus) Mercurius nobis inſinuat, dicens. Si animam tuam in corpus demerſeris peccans, his te verbis proſequi compelleris. Nihil ſcio, nec ſcire valeo, vaſtum horreo maris profundum, in cœlum aſpicere nequeo. Quid mihi cum Deo: cum malus ſim, corporíſq; fœtidi ſeruus? Ipſum pulchrum aſpicere nequeo fœdus effectus. Maximum itaque malorum eſt receſſiſſe à Deo: ſicut & Ieremias teſtatur, dicens. Scito, & vide, quod malum & amarum eſt reliquiſſe te Dominum Deum tuum. Hinc enim ſequuntur omnia mala. *Pro. 18.* *Rom. 6.* *Gen. 2. 3.* *Marc. ad Tatium.* *Iere. 2.*

114 Qui peruerſi (vt Salomon ait) difficilè corriguntur? An id genus ſunt quicunq; mali? Sed nónè multos corrigi videmus? An ſunt ij, qui quater vel pluries in idē crimen corruerunt? Cum Deus per Hamos Prophetā dicat. Super tribus ſceleribus ſcilicet conuertam eos, ſuper quarto autem non conuertam: derelinquens videlicet eos ſibiipſis: vt aliqui Hebręorum exponunt. Hinc Angeli Deum imitantes in Ieremia dicūt. Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata: derelinquamus eam. Sed nonnè per Ieremiam iterum dicit Dominus. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, & ego ſuſcipiam te? An per peruerſos itaq; intelliguntur iniqui, qui expiari non poterant per ſacrificia (vt ſuprà tactum eſt) ſed morte propria? Hinc corrigi non poterant. Si tamen huiuſmodi ſaluantur: non per propriam correctionem, aut per legis ſacrificia expiantur: ſed tantummodò per meritum ac paſſionem Chriſti. *Eccleſ. 1.* *Hamos. 1. & 2.* *Iere. 51.* *Ibi. 3.*

115 Cur Salomon dicit ſtultorū eſſe infinitum numerū? An, quia ſtultorū numerus excedit numerū cęterorū hominū: vt aliqui dicūt? Sed quomodò numerus ſtultorū excedit numerū peccatorū? Cum omnes ſint peccatores non autē ſtulti. An igitur ſenſum illorū verborum eſt: ꝙ flagitia numerari nequeūt; Nā ſi peccatores numerari non poſſunt: multò minus eorū vitia: quæ in vnoquoq; quàmplurima ſunt. Sicut autē ſcelera, ac ſceleſtos enumerare nequimus: Ità nec iuſtos, nec eorū bona opera. Cum illi ſint ſicut ſtellę, quę numerari nō poſſunt: vt Deus Abrahę dixit. Numerus itaq; bonorū, vel malorum, atq; vtrorúmq; opera reſeruantur numerandi illi, qui ſtellarum multitudinē numerat: & qui reddet vnicuiq; ſecundū opera ſua. *Eccleſ. 1.* *Gen. 15.*

116 Cui comparatur honorans inſipientem? Nonnè iacenti lapidem in aceruum Mercurij: vt Sapiens ait? Sed quid eſt proiicere lapidem in aceruum Mercurij? An hoc intelligitur de ædificantibus templum ipſi Mercurio: vt nonnulli ridiculosè exponunt? An potius intelligitur de iis, qui volunt ædificare ſuper Mercurio, id eſt, argẽto viuo, admodùm fluxibili? An (vt literæ veritatem ſequamur) qui honorat inſipientem, comparatur ei, qui lapidẽ fundæ imponit: vt illum videlicet ſurſum proiiciat? Sicut enim lapis, cum aſcendit, vel contrà naturam in altum proiicitur, ſtatim cadit: Sic & qui tribuit honorem inſipienti, cui non debetur, ſtatim excidit. Cum alij inſipientem non honorent, ſed deſpiciant. Nam מרגמה Marghemah non aceruum Mercurij: ſed fundam ſignificat.

Prou. 26.

117 Cui comparatur parabola in ore inſipientis? Nonnè (vt Sapiens teſtatur) comparatur claudo habenti pulchras tibias: & temulento habenti ſpinã in manu? Nam ſicut claudus, quãuis pulchras habeat tibias, ſemper tamẽ claudicat. Sic & parabola quantumcũq; pulchra: in ore tamen inſipientis indecens eſt & indecora: cum neſciat ea vti, & ſuo loco ac tempore eam proferre. Et quià plerùnque ſtultus & imprudens ſententiã profert, quamuis pulcherrimam, in auditorum iniuriam, pungens eos velut ſpina: Hinc parabola in ore ſtultorum comparatur ſpinæ exiſtenti in manu temulenti: qua omnes indifferenter & temerè pungit.

Ibidem.

118 Cur exiſtimans ſe ſapientẽ, à Salomone poſtponitur inſipienti? Nonnè, quià ſapiens eſſe nequit: qui ſe putat ſapientem eſſe? Hæc eſt enim ſententia magnorum ſapientum, Mercurij, Ciceronis, & Catonis, quod quantò quis magis ſcit, tantò minus ſcire ſibi videtur. Nam (vt ſuprà quoque diſſeruimus) quantò magis homo ſcit, tantò plura ſupereſſe cognoſcit: quæ ſcire non poteſt. Hinc ipſe Cicero filium hortatur: vt diſcat, quouſque videbitur ſibi nihil ſcire. Et Socrates (teſte oraculo) omnium ſapientiſſimus, dixit. Hoc vnum ſcio, quòd nihil ſcio. Pythagoras quoque philoſophantium pater noluit ſapiens vocari, ſed philoſophus, id eſt amator ſapientiæ: exiſtimans ſe non eſſe ſapientem. Vnde eſt apud Peripateticos illa celebrata ſententia. Ea, quæ ſcimus, ſunt minima pars eorum, quæ ignoramus. Iure igitur priuatur nomine ſapientis, qui ſe ſapientem exiſtimat: & meritò inſipienti poſtponitur: quià neſcit, & nihilominus ſe ſcire arbitratur.

Ibidem.

Cic. in pric. officiorum.

Socratis dictum.

Themiſt. 2. de anima.

119 Cur qui cantat carmina cordi peſſimo, comparatur aceto nitro ſuperfuſo? An, quià ſicut acetum nitro ſuperfuſum facit illud crepitare: ſic canticum facit obrigeſcere cor malum? Sed, cum נתר neter non nitrum, ſed ſaponem ſignificet (vt Hebræi communiter dicitur) nõnè aliud exquirendum eſt ſenſum? An igitur huic expurgamento mixto comparatur cantus coràm iniquo prolatus, quià ſicut ſapo non linitur ab aceto, ſed offenditur: Sic nec malus huiuſmodi cantus harmoniam percipit: cum in ſeipſo diſſonantiſſimus ſit? Et quià à cantibus & ſonis læduntur malæ mentes. Hinc Dauid, qui cõtrà malas formas omnia remedia nouerat, inter alia remedia ipſas fugantia ordinauit diuinos illos hymnos, cũ tympanis, organis

Pro. 25.

& aliis inſtrumentis canendos: vt ipſemet nos inuitat, dicens. Laudate Dominum in ſono tubæ, laudate eum in pſalterio & cithara. Laudate eum in tympano & choro: laudate eũ in chordis & organo. Laudate eum in cymbalis benè ſonantibus. Quod & Eccleſia facere conſueuit. Quamuis aliqui huiuſmodi concentibus abutãtur. Nec mirum. Cum nihil tam bonum ſit, támque diuinum: quo mali non abutantur. Nam etiam ſacramento ſacramentorum nonnulli impij & profani abutuntur, ſi poſſunt. *Pſal.150.*

120 Cur impij lætantur, cum malè fecerint (vt Salomon ait) & in rebus peſſimis exultant? An, quia aſſueti ſunt in malo? Ideò in eo oblectantur. Iuxtà illud Peripateticum. Signum habitus generati eſt delectatio. Sed nonnè Ariſtoteles loquitur de habitu virtutis, quæ dum acquiritur parit difficultatem, & laborem, acquiſita autem oblectationē? Secus autem eſt de habitu malo peccantis, de quo Iſaias ait. Cor impij quaſi mare feruens: quod nunquam quieſcere poteſt. Cui adſtipulans Ambroſius inquit. Mẽs rei ſemper eſt in pœna. An igitur eſt ſermo de illis: qui adeò oppreſſerunt & ſuffocauerunt ſyndereſim: vt non ſentiant ipſius remurmurationem: quæ pœnam ac dolorem inducit, ſtomachúmque, horrorem, & moleſtiam generat: vt Socrates apud Platonem longo ſermone diſſerit: Et hi ſunt, qui ſopita ratione in beſtias euadunt, fœliciores ſe exiſtimantes, ſi animalibus oblectamentis, potius quàm rationalibus cedant. Sicuti de Grillo à Circe venenato Plutarchus narrat. *Pro.2.* *Ethic.3.* *Iſa.57.* *Ambroſius.* *Pla. in Gor.* *Plut. in par naturali.*

121 Cur impius (vt Salomon ait) facit opus inſtabile? An, quià aggregat (vt aliqui dicunt) bona temporalia: quæ ſunt tranſitoria, corruptibilia, & caduca? An, quià omnia opera inſipientis & mali (cum careãt debito fundamẽto, quod Deus & Chriſtus eſt) inſtabilia ſunt? Hinc Ieremias ait. Peccatum peccauit Ieruſalem: proptereà inſtabilis facta eſt. Nec enim reperitur in creaturis vbi homo ſe firmare poſſit: cum omnium aliarum creaturarum, etiam Angelorum gradum & dignitatem tranſcendat. Sicut in Harmonia diſſeruimus. Proptereà dixit Auguſtinus. Feciſti Domine cor meum ad te, & inquietum eſt, donec quieſcat in te. *Pro.11.* *1. Cor.3.* *Thre.1.* *Cant.3.* *To.3.c.2.* *Auguſt.*

122 Quodnam hominum genus habet gladios pro dentibus: vt Salomon ait? An ſunt raptores & homicidæ, qui deuorant ſubſtãtiam, & vitam pauperum? An ſunt detractores? De quibus Pſalmographus canit. Filij hominum dentes eorum arma & ſagittę: & lingua eorum gladius acutus: penetrans videlicet & vulnerans auditores, & detruncans famam eorum, quibus huiuſmodi detrahunt. An ſunt blaſphemi? De quibus idem Vates alibi canit. Eccè loquuntur in ore ſuo: & gladius in labiis eorum. Quo gladio feriunt non Deum (cum Deus lædi nequeat) ſed ſeipſos. Vnde ſubinfert Propheta. Et tu Domine deridebis eos. An ſermo eſt de iis, qui vires, per dentes (vt alibi dictum eſt) ſignificatas, habẽt tam acutas ac robuſtas, vt ipſis tanquã gladiis quibuſdam in hoſtes præualeant? Hinc typicè ſcribitur: quòd Samſon maxilla Philiſtæos percuſſit. Quo ſenſu idem Propheta canit. Percuſſiſti omnes aduerſantes mihi maxilla. Pro quo mendoſa traductio habet, ſine cauſa. Quod indicat id quod ſequitur. Et dentes *Pro.30.* *Pſal.56.* *Ibi.58.* *Iud.15.* *Pſal.3.*

peccatorum contriuiſti,id eſt vires aduerſas viribus propriis.
123 Cur Sapiens dicit ferrum ferro,acui? An de metallis loquitur: vt cla-
Pro.27. ra experientia docet? An metaphoricè loquitur,per ferrum intelligẽs vir-
tutem fortem, veluti ferrum: qua ſi quis concertet diſputando, acuitur
virtute aduerſa? Ideò ſubinfertur. Et homo acuit faciẽ amici. Sic & Con-
cionator,aut Lector accenditur & acuitur graui ac ſolerti auditorum fre-
quentia. An (vt altius conſcendamus) valdè acuitur, & proficit ille: qui
orando, pſallendo, vel meditando dirigit faciem in illum: cuius faciem
oſtendi ſibi petit Propheta,dicens. Oſtende faciem tuam & ſalui erimus?
Pſal.79. *Ibi.104.* Vnde ad ipſam exquirendam alios hortatur, dicens: Quærite Dominum
& confirmamini? quærite faciem eius ſemper.
124 Quæ ſunt illa tria: quæ benè (vt Sapiens ait) gradiuntur: & quartũ,
quod fœliciter incedit? Nonnè ſunt leo fortiſſimus beſtiarum, qui ad nul-
Pro.30. lius pauet occurſum: gallus vel canis leporarius (vt literæ veritas habet)
qui ſuccinctos,id eſt macilẽtos habet lumbos: propterea velociſſimus eſt:
& aries vel hircus,qui ſuperbè graditur,quando ducit gregem? Quartum
autem eſt ſtultus ad dignitatem aliquam euectus. Petulanter enim ac ſu-
perbè incedit. Sed ad quid hæc commemoratio? An, vt indicet Nabucho-
donoſor Regem Chaldæorum, Cyrum Regem Perſarum, & Alexãdrum
Magnum Regem Græcorum: vt aliqui exponunt? An de Imperatoribus &
Pontificibus recentioribus eſt ſermo? Sicut aliqui Hebræi dicunt, compu-
tantes, neſcio quid tutile, per literas, norma quadam, quam Nitericon vo-
cant. Sed (vt opinor) Salomon non eſt functus hic officio Prophetæ: verum
ſecreta altiſſima deſcripſit per hæc animalia indidem venientia, & influ-
xum ſuſcipientia. Ad quæ quidẽ arcana enarranda, grandi vtique, & pro-
blematum metas excedente ſermone, opus eſſet.
125 Quid innuit Salomon per tria inſaturabilia, & per quartum, quod
Ibidem. nunquam dicit, ſufficit? An (vt litera ſonat) ſunt Infernus, os vuluæ, terra, &
ignis: qui nunquam dicit, ſufficit? An ad altiora conſcendens Salomon,
quorum hæc inferiora typum gerunt, per Infernum intelligit Principem
Iſa.14. rebellantium? Ipſe enim ſua ſorte non contentus voluit aſſimilari Altiſſi-
mo: nec contentus vulnere generi humano inflicto nouas ſemper molitur
inſidias, nouáſque animas deuorare quærit. Per os autem vuluæ iuxtà li-
teram intelligũtur viſcera diuinæ pietatis. Quibus quidem viſceribus (vt
Luce.1. Zacharias dixit) viſitauit nos Deus oriens ex alto: & quibus ſemper ſalu-
tem noſtram appetit. Eodem enim vocabulo apud Hebræos dicitur pietas
& vulua: pro qua ob honeſtatem interpretes traduxerũt, viſcera. רחם Re-
chem enim vtrunque ſignificat: vuluam videlicet & viſcera. Nam vtrin-
que naſcitur amor. Terra verò eſt illa viuentium: quæ nunquam ſatiatur
aqua à vitæ fonte proueniente, qua ſemper irrigatur. Sed ignis verus, qui
Deut.9. nunquam dicit, ſufficit, eſt ille, de quo dicitur. Dominus Deus tuus ignis
conſumens eſt. Conſumit enim animas noſtras: vt eas in ſeipſum tranſmu-
tet: & nunquam dicit, ſufficit: quià infinitus eſt.
126 Quæ ſunt tria difficilia, & quartum, quod nullo modo ſcitur à mor-

talibus? An ſunt (vt Salomon ait) aquila volans in aere, nauis vadens per aquam, & ſerpens gradiens ſuper petram? Nam huiuſmodi nullum poſt ſe ſui itineris relinquunt veſtigium. Quartum autẽ eſt via viri in adoleſcentula, vel muliere (vt literæ veritas habet) qui in iam corrupta nullum ſui concubitus veſtigiũ relinquit. An ad altiora conſcendit Sapiens, per aquilam intelligens illam, de qua Moſes canit. Sicut aquila prouocans pullos ſuos ad volandum? De qua aquila etiam Ezechiel ait. Aquila grandis, magnarum alarum ductu, plena plumis venit ad Libanũ: & tulit medullam cedri, id eſt populum Iſraeliticum: & tranſportauit in terram Chanahan. Quæ aquila eſt Spiritus ſanctus, quẽ Hebræi ſachinam vocant. Nauis autem eſt illa: de qua paulò inferius idem Salomon ait. Facta eſt ſcilicet pietas Dei, quaſi nauis inſtitoris de longè portans panem ſuum. Panem vtiq; illum: de quo ſcriptum eſt. Hinc eſt panis, qui de cœlo deſcendit. Serpens verò non eſt ille, qui Heuam ſeduxit: ſed is, cuius imaginem aſpicientes filij Iſrael ſanabantur. Qui ſerpens eſt Chriſtus datus in ſalutem gentium. Quartum autem eſt via ipſius Chriſti viri in adoleſcentula, matre videlicet virgine. Quam viam nullus intelligere poteſt: quia (vt Damaſcenus ait) incarnatio verbi etiam ſummo Seraphino ignota fuit.

Pro.30. *Deut.32.* *Ezech.17.* *Pro.vlt.* *Io.6.* *Gen.3.* *Num.21.* *Damaſcen.*

127 Quæ ſunt quatuor minima terræ ſapientiora ſapientibus? Nonnè ſunt (vt Salomon inquit) formica, lepuſculus, ſiue cuniculus, & locuſta: quartum autem eſt ſtellio, ſiue araneus: vt aliqui melius ſentiunt? A quibus, quatuor virtutes digniſſimas diſcere poſſumus. Prudentiam nanque docemur à formica, quæ in æſtate prouidet ſibi pro hyeme: defenſionem autem à cuniculis, qui inualiditati ſuæ conſulentes in cauernis petrarum nidificant: ordinem verò & vnionem à locuſtis, quæ ſine Rege conſtipatę, & ordinatiſſimæ volant: ingenium autem ab araneis: qui pedibus innitentes nidificant etiam in palatiis Regalibus. Et hi, ſagaces homines ſignificant: qui pedibus affectuum ad quæcunque digna & alta conſcendunt, inibi ore ſui ſpiritus operantes. Sed hęc omnia, ſublimiora figurant, à quibus ipſa influxum hauriunt.

Pro.30.

128 Sermo Dei ignitus quomodò eſt clypeus omnibus in ſe ſperãtibus: vt Salomon ait? Nonnè, quia ſermo Dei eſt gladius, quo nosmetipſos defendere poſſumus, & hoſtes ferimus? Nec enim filius Dei in magno conflictu cum tenebrarum Principe facto aliis armis vſus eſt. Sed cur ignitus dicitur? An, quia tota lex, ſermonibus diuinis plena, eſt ignea: vt in Deuteronomio dicitur? An, quia procedit ab ore illius, qui ignis dicitur: Qui ignis (vt alibi diximus) ſicut malos cruciat, ità bonos lætificat, ac beat: vt Pythagoræ placuit. Eſt igitur ſermo Dei, clypeus, & gladius, maximæq; efficaciæ. Iuxtà illud Apoſtoli. Et gladium ſpiritus: qui eſt verbum Dei. Et alibi. Viuus eſt enim & efficax ſermo Dei, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Hinc à Sapiente dicitur. Turris fortiſſima eſt nomen Domini. Nam ab ipſo nomine omnis ſermo diuinus procedit: cũ ab eo tota lex (vt aliàs dictum eſt) dependeat. Vnde quicquid de nomine Dei dicitur: de omni ſermone diuino ab ipſo emanante intelligitur.

Ibidem. *Mat.4.* *Deut.33.* *Ibi.4.* *Ephe.6.* *Heb.4.* *Prou.18.*

Eccleſ.3. 129 Cur Salomon partitur tempus per binarium quaterdenum, dicens. Tempus naſcendi, & tempus moriendi, &c? An id dixit Sapiens propter rerum perhiodos: vt aliqui aſſerunt? Sed cur binario quaterdeno ipſum partitus ſit, non declarant. An igitur, quià ſunt ſeptem fontes ſupramundani pertinentes ad primam cauſam, & ſeptem cœleſtes, Planetæ videlicet, ipſis ſupramundanis correſpondentes: quibus omnia, quæ tribuit Deus inferius, partitur? Et hi pertinent ad ſecundas cauſas: vnde dierum ac temporum partitiones fluunt. Qui fontes ſimul iuncti ſunt quatuordecim, influentes bona benè diſpoſitis, mala verò malè diſpoſitis. Sicuti patet de Sole, qui lutum indurat, cæram autem liquefacit. Hinc Sapiens horum ſecretorum non ignarus, huiuſmodi quatuordecim fontium effectus geminat.

130 Antiqui quomodò & qua forma pinxerunt tempus? Ex multis, quę de tempore dicta, & picta ſunt, illud tantummodò adducemus, quod Ioſippus græco ſermone conſcripſit: quòd videlicet interrogatum tempus, quid nam eſſet, reſpondit. Occaſio omnia donans: tam bona videlicet, quàm mala. Hinc Simonides laudauit tempus, eo quòd omnia bona ab ipſo producantur. Paron autem Pythagoręus, illud damnauit, eo quòd omnia mala in ipſo fiant: vt nuper tactum eſt. Et quęrenti cur ſemper graditur, ait. Curro irreuocabiliter ſequens cœlorum motus. Et ſciſcitanti, quare haberet talos geminæ naturæ, quià volito (inquit) ſub æthere, partim cœleſte, & partim terrenum. Et interrogatum cur in manu nouaculam gereret, dixit: quià omnia mihi ſubiecta præcido, & occido. Requiſitum autem cur comam haberet in facie, reſpondit: quià obuianti mihi ſum opportunum, poſteriora calua habens: quià nemo me appræhendet retrorſum: cum irreuocabile ſim.

Ioſippus.

Phy.41.

131 Cur Salomon ait. Meliora ſunt vbera tua vino? Nonnè (præter ea, quæ ſuprà dicta ſunt, cũ in vera terra promiſſionis nobis promittatur lac: ſicut ſæpiſſimè repetitum eſt. Dabo vobis terram fluentem lac & mel: & de vino habeamus, quòd exploratores terræ illius inter alia reportarunt botrum vuæ prægrãdem. Nam ex vua fit vinum. Sed de figurata terra clarè Chriſtus loquitur, dicens. Donec illud ſcilicet vinum nouum bibam in domo Patris mei) per vinum hoc Salomon denotat cognitionem in genere proprio, & amorem inde prouenientem: per lac verò cognitionem in verbo, & diuinos amores inde prouenietes? Vnde poſſet interpretari verbũ illud דודיך Dodecha amores tui. Et ſic erit ſenſum. Meliores ſunt amores inter Deum & animam, quàm animarum inter ſe.

Cant.1.

Num.13.

Mat.26.

Cant.1. 132 Cur ſtatim ſubinfert Sapiens. Oleum effuſum nomen tuum? An vagatur furore illo, qualicunque abductus fuerit? An ordinata ſerie (vt opinor) tetigit iſta ad inuicem connexa? Nam licet dilecti Dei, & contemplatiui lacteant vbera diuina, lac tamen illud non ſuſcipiunt, niſi virtute diuini nominis ipſos corroborãtis. Illud enim eſt fons primarius: vnde lac, & vinum, & omnia bona procedunt. Et hoc nomen dicitur oleum, pietatis videlicet, ac clementiæ: diffuſum autem, quià eius virtus in omnes

diffunditur. Hinc Redemptor dictus fuit Meſſias & Chriſtus, id eſt vnctus: quià ſuper omnes plenus fuit illo chriſmate, non pro ſe tantum, ſed pro omnibus membris: vt Iohannes teſtatur, dicens. De plenitudine eius nos omnes accepimus. *Io.1.*

133 Quid nobis faciendum eſt, vt chriſmate illo perfundamur? Nonnè renunciandum eſt (vt, quãdo Chriſti inſignia ſuſcipimus, edocemur) Diabolo, Mundo, & pompis eius? Quæ omnia inimicantur huic ſacro chriſmati. Quod repetere conſueuerunt, quicũque cœlibem vitam ducere ſatagunt. Nam vota Religionis ac baptiſmatis eadem ſunt: quamuis diuerſis verbis prolata. Propterea ſic vouentes dicuntur Religioſi, id eſt de nouo ligati: vinculo videlicet, quo prius in baptiſmate ligati fuerant. Quæ vota ſi quis ritè ſeruaret abdicando ſe penitus Mundo (vbi viget concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ quæ ſunt tres acies Diaboli principis Mundi) hic Diabolo Mundóque mortuus, Deo penitus viueret, & ſanctum chriſma mereretur, & oſculum. *1. Io.2.*

134 Cur Salomon ait. Turris fortiſſima nomen Domini? Nonnè, quià virtus diuini nominis ab hoſte maligno defendit, eos potiſſimè, qui ipſum nomen cognoſcunt, & inuocant? Iuxtà dictum Prophetæ. Protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Vnde & Ioel ait. Omnis, qui inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit. Hinc ſubinfert ipſe Sapiens. Iuſtus ad ipſam turrim videlicet, recurrens exaltabitur. Vnde nonnulli Hebræorum non modicam fiduciam habent in illis verbis: dummodò deuotè & attentè proferantur. Sed vnde hoc? An ex virtute eis (vt tactum eſt) indita? An ex pacto, quod (vt ità dicam) Deus habet nobiſcum: vt ſcriptura non mentiatur? Iuxtà dictum Saluatoris. Et non poteſt ſolui ſcriptura. Propterea à plæriſque in principio cuiuſcunque operis inuocari ſolet ipſum nomen Domini. Quod à Paulo & Platone docemur. *Pro.18.* *Pſal.90.* *Ioel.2.* *Io.10.* *Col.3.* *Pla. in Tim.*

135 Cur dicit Sapiẽs. Lingua mollis confringet duritiam? Si hoc ad morale documentũ referatur, nulla quippè explanatione indigent hæc verba. Si autem ad ſacramenta penetrare voluerimus, videbimus, quòd non ab re ſuprà dixerit idem Sapiens. Mors & vita in manibus linguæ: ſcilicet ſunt. Cum ſiquidem opera noſtra non cenſeantur ab hominibus mortua: niſi per linguam tranſeant. Hinc Saluator dixit. Non eſt mortua puella, ſed dormit. Nam (vt ſuprà diſſeruimus) per puellam illam denotatur peccatum cordis: quod nunquam deuenit ad linguam, nec ad opus. An per linguam mollem intelligitur peccator confitens peccatum ſuum, & veniam petens? Nam tunc frangit duram Dei ſententiam: qui ad pœnitentiam peccatoris cogitur quodammodò frangere & reſcindere duram ſententiam? vt ipſe per Ezechielem promittit: & ſæpius experimento comprobatum eſt. *Prou.25.* *Ibi.18.* *Marc.5.* *Ezec.18.*

136 Quomodò Salomon, omnium (Dei oraculo) ſapientiſſimus, tam abiectus corde fuit, vt adoraret idola? An, quià effœminatus & obcæcatus fuit amore mulierum? Nam iis adeò affectus fuit, vt omne iudicium peruerterit. Iuxtà illud Senecæ. Tunc perit omne iudicium, cum Rex tranſit *3. Reg.3. & 11.* *Seneca ad Lucillum.*

in affectum. An, non adorauit idola veluti numina: ſed, vt Magiam perficeret, quam moliebatur: ad poteſtates idolis illis præſidentes confugit tanquam ad ſecundas cauſas & miniſtros decreta cœlorum exequentes? Et in hoc plurimum errauit: quià ab illis impetrare ſupplex curauit, quod à ſolo Deo dandum recognoſcere debebat. Nam licet Deus illius votis annuere noluiſſet: ſatius tamen erat illa neſcire, quàm ea cùm Dei iniuria perquirere.

137 Quod epithalamium Salomon in Canticis decantauit? An Dei & Synagogæ: vt nonnulli Hebræi dicunt: An Chriſti & Eccleſiæ: vt Catholici tenent? An altius conſcendendo de Sole ac Luna ſupramundanis loquitur: qui tanquàm coniuges aliquando vniuntur, nonnunquam etiam à toro ſeparantur: De quibus coniugibus credo Triſmegiſtum dixiſſe. Deus vtriuſque ſexus fœcunditate munitus. Quod diffusè pertractant ſecretiores Theologi, dicentes: quòd à תפארת Tipheret à Dauide, & Iſaia ſæpiſſimè celebrato (quem Solem ſupramundanum dicunt, in quo Chriſtus tabernaculum poſuit) emanat lux, & bonorum omnium influxus in menſuram inferiorem, quam vocant Lunam, regnum, mare magnum, aliíſque multis nominibus. Quæ luminaria dum coniuncta ſunt, omnia ſunt fœlicia. Sicut fuit tempore ipſius Salomonis: vt omnes illi Sapientes conueniunt. Hinc tanta cura, ac celebritate epithalamium ipſorum decantare curauit.

Mercu. in Pyman. *Sec. Theo.* *Pſal.18.*

138 Salomon, qui tot ſublimia, & arcana pulcherrima deſcripſit, eſtnè vitæ æternæ particeps effectus? An fortè extremo ſupplicio (vt quibuſdam placet) eſt dãnatus: propterea quòd in extremo vitæ ſuæ termino amore mulierum correptus genua ſua idolis curuauit: Nam in eodem peccato dies ſuos concluſiſſe deſcribitur: nulla mentione de pœnitentia ipſius facta. An (præter ea, quæ alibi vltrò citróque dicta ſunt ſilet ſcriptura pœnitentiam eius: vt innuat quòd & ſi flagitiis ſuis æternam damnationem commeruit: tamen propter Dauidem patrem, Deo gratiſſimum, miſericordiam conſecutus eſt: Nam & ipſi Dauidi de correctione ipſius Salomonis promiſſio facta fuerat: vt in Pſalmo dicitur. Si iuſtitias meas profanauerint (filij tui videlicet) & mandata mea non cuſtodierint: viſitabo in virga iniquitates eorum. Et in ſecundo Regum volumine ſcriptum eſt de Salomone præſertim. Arguam eum in virga virorum: miſericordiam autem meam non auferam àb eo. Et paulò ſuperius. Ego ero ei in patrem: & ipſe erit mihi in filium. Pater verò corrigit omnem filium, quem recipit: vt Apoſtolus ait.

3. Reg. 11. *Pſal. 88.* *2. Reg. 7.* *Heb. 12.*

SECTIO SECVNDA DE IIS QVÆ PER IOB ET CIRCA IOB DICTA ET GESTA SVNT.

139 CVR Deus permiſit Satan adeò ſæuire in Iob? An,vt probaret conſtantiam ipſius: & Mundo innoteſceret: quòd & ſi *Iob. 1. 2.* Satan nobis crudeliſſimè aduerſatur, nihil tamen poteſt, niſi quantum Deus occulta, & iuſtiſſima prouidentia permittit? An,vt diſcamus quantum placet Deo tolerantia tribulationum etiam indebitè inflictarum? Placet namque diuinæ prouidentiæ: vt ea,quæ ſemel facit,aut dicit,ſint veluti regula,norma,& exemplar à nobis inſpicienda.Sicut infrà dicitur.Semel loquitur Deus, & ſecundò idipſum non *Ibi.33.* repetit.Locutus eſt autem ſemel in Prophetis,& lege: quæ repetere nolens ad præſcripta remittit.Propterea dixit Abraham diuiti illi:qui petebat vt Lazarus ad fratres ſuos mitteretur. Habent, ſcilicet fratres tui, *Luc.16.* Moſem & Prophetas: audiãt illos.Neque enim opus eſt videlicet vt alius mittatur idem repetens.

140 Qua iuſtitia permittit Deus mortales à Satan moleſtari? An (ſicut diximus) vt homo probetur,& merendi cauſam habeat? An,ne ipſe Satan perpetuis pœnis addictus habeat cauſam querelæ contrà Deum, ex rebellione facta ipſi Deo, nullo tentante, nullo ſuggerente, nulláque materia corruptibili,& fragili aggrauante? Hinc peccatum ipſius, veluti in Spiritum ſanctum, irremiſſibile fuit. Homo autem habitans domum terream, & corpus luteum habens, fragilis, & multa obſcuritate velatus, decœptus fraudibus, ſolicitatus & allectus blanditiis, pollicitationibus multis inuitatus, ſi (vt ità dicam) tractus & impulſus cadit, facilè veniam meretur.

141 Cur Deus tam crudelem (vt apparet) in Iob ſe exhibuit? An crudelis fuit ille,cuius proprium eſt miſereri ſemper,& parcere:& qui refertus eſt tredecim menſuris pietatis, quas vidit, ac deprompſit Moſes in Exodo,dicens.Dominator,Domine,pius,clemens, &c. Quorum verborum *Exod.34.* proprietates,& ſenſa percipi nequeunt à Latinis in traductione ſua,ſicuti ab Hebræis in veritate literæ. Propterea apud Latinos parum obſeruata ſunt huiuſmodi verba,apud Hebræos autẽ celebratiſſima.Nõ igitur crudelis fuit Deꝰ,qui multò meliora & maiora bona ipſi Iob præparauerat, *Iob vlt.* quàm eſſent mala illata, Nam (vt in calce libri dicitur) omnia reſtituit ei Dominus in duplo.

142 Cur Deus aliquando viſus fuit valdè acerbus in amicos? Nam electam familiam ſuam Iſraëliticam in Ægyptiorum ſeruitutem tradidit Abraham pluries tentauit:Iahacob fraternæ perſecutioni ſubiecit: Dauid quoq; multa tulit propter Saulem,& propter propriũ filium Abſalõ.Pari *Io.16.* modo Chriſtus Apoſtolis preſſurã multam prædixit. Et Deus pater pro-

prio filio non pepercit:ſed ſæuiſſimis cruciatibus, ac morti turpiſſimæ ipſum obtulit. Nec tamen propter hæc Deus crudelis cenſendus eſt:cum omnia prædicta in beneficium ipſorum ceſſerint. Nam poſtquàm liberauit populum ab Ægyptiaca ſeruitute, decorauit ipſum lege, ſacrificiis, doctrina, prophetia, cibo cœleſti, & multis aliis donis. Abrahæ verò dixit.
Gen. 22. Quià feciſti hâc rem,& non peperciſti vnigenito filio tuo propter me:per memetipſum iuraui,quòd benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum. Apoſtolis quoque dixit. Triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Chriſto au-
Io. 16. tem (vt inquit Apoſtolus) datum fuit nomen, quod eſt ſuper omne no-
Phil. 2. men.

Iob. 1. 143 Quomodò Satan ſtabat inter filios Dei:vt ſcriptum eſt?Nonnè di-
2. Cor. 6. cit Apoſtolus. Quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate, aut quæ ſocietas lucis ad tenebras? Angeli enim boni,ſunt Angeli lucis, mali verò tenebrarum. Sed nonnè in Scriptura omnes miniſtri iuſtitiæ Dei,ſiue boni,ſiue mali,dicuntur בני bene,id eſt filij Elohim? Quod nomen tribunali iuſtitiæ præſidet. Vnde omnes aduerſantes & probantes tentando dicuntur Satani. שטן Satan enim aduerſans interpretatur. Quod tentandi officium poteſt facere non modò bonus Angelus: verùm etiam ipſe Deus. Hinc
Pſal. 138. & 25. Propheta canit. Domine probaſti me,& cognouiſti me. Et alibi. Proba me Domine,& tenta me. Et in Geneſi ſcriptum eſt. Tentauit Deus Abraham.
Gen. 22. Iſte igitur,qui Iob tentauit(vt nonnulli Hebræorum aſſerũt) fuit magnus princeps Samael,pertinens ad diuinum tribunal: quàmuis foris reſideat:
Sec. Theo. vt ſecretiores Theologi dicunt.

Iob. 1. 144 Quo furore, vel quo zelo commotus Iob diei ſuæ maledixit? An impatientia aliqua correptus id fecit:Sed quomodò impatiens fuit is, cuius patiẽtia ſuper omnes cõmẽdatur? An igitur mouebatur bono zelo,
Ibi. 4. 8. & 11. malens ſe non fuiſſe, quàm adeò ſceleſtum eſſe, vt ea pœna plecti mereretur: Quemadmodum obiecerũt ei amici, qui ad ipſum viſitandum venerant. Iccircò maledixit diei ſuæ,optans potius illam non fuiſſe,quàm ſe eſſe conceptum & natum adeò ipſi Deo rebellem. Hinc docemur: quòd omnibus præponendus eſt Deus,etiam propriæ vitæ,& proprio eſſe.

145 Peccauit nè Iob maledicendo diei ſuæ? Nonnè maledicendo diei,
Iob. 2. maledixit creaturæ,& diuino ordini,ſe,vt ita dicam,obiiciens Deo? Sed nonnè ſcriptũ eſt. In omnibus his non peccauit Iob labiis ſuis? Quod verbum quàmuis dictum ſit antè maledictionem,adſolutè tamen intelligi po-
Ibi. vlt. teſt, quòd non peccauerit:tum tandem fuerit ore Domini laudatus, & redarguti amici,qui eum criminati fuerant. An igitur non peccauit:cum id fecerit dolore accenſus? Nam tunc non imputatur peccatum:cum ho-
Gen. 9. mo ſit ratione priuatus. Sicut aliqui Hebræorum dicunt. An maledicens
Matt. 25. maledicenda non peccat? Sicut nec Noeh peccauit: quando maledixit Chanahan. Nec peccabit Chriſtus, quando impiis dicet. Ite maledicti, &c. Sic nec Iob peccauit maledicendò diei: quæ videbatur cauſa tantorum malorum:quæ ipſi imputabantur.
Iob. 3.
146 Cur Iob ſibiipſi prefert mortuum in ventre matris,dicens. Quarè

non in vulua mortuus ſum? An, quià exiſtimabat melius fuiſſe ſe non eſſe natum, quàm ſubire tales anguſtias, quales ipſe patiebatur? An, quià alludebat ad illorum opinionem, qui dicunt puerum in ventre matris oblectari multis bonis: quorum obliuiſcitur naſcens? Nam aſſerunt quidam, naſcentes bibere ex lethæo gurgite: & ideò omnium obliuiſci. An, quià putabat meliorem ſortem illorum, qui non ſunt nati, quàm iniquorum, & impiorum? Iuxtà dictum Saluatoris. Melius erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille. *Mat. 26.*

145 Quo nam fauore iuſtus habitus eſt Iob, & re ipſa iuſtus extitit? Nonnè id fuit ex electione diuina? Vnde Apoſtolus loquens de Iahacob & Heſau ait. Vt ſecundum electionem, propoſitum Dei maneret: non ex operibus, ſed ex vocatione dictum eſt. Maior ſeruiet minori. Sicut ſcriptũ eſt. Iahacob dilexi: Heſau autem odio habui. Sed cur in Scriptura iuſti dicuntur ij, qui benè operantur, mandata Dei obſeruantes? Nonnè, quia vtrúmque requiritur: diuina videlicet electio, vel gratia, & voluntas cooperans? Iuxtà illud Iohannis. Cooperatores ſumus veritatis. Cui adſtipulatur Marcus dicens. Domino cooperãte. Eſt enim principium boni operis, à Deo eligente & cooperante: poſteà à nobis diuinæ electioni correſpondentibus: vt optimè teſtatur Auguſtinus, dicens. Initium ſalutis noſtræ Deo miſerante habemus. Vt acquieſcamus ſalutiferæ inſpirationi, noſtræ poteſtatis eſt. Vt adipiſcamur, quod acquieſcendo admonitioni cupimus, diuini eſt muneris. Vt non labamur in adepto ſalutis munere, ſolicitudinis noſtræ eſt: & cœleſtis pariter adiutorij. *Rom. 9. Gen. 25. Malach. 1. 3. Io. Mar. vlt. Auguſt. de eccl. dog. c. 21.*

148 Cur dicitur in Iob. Ad aliquem ſanctorum conuertere? An id dictum eſt, vt pro ſuffragiis impetrandis ad ſanctos recurramus, qui pro nobis intercedant: vt communiter dici ſolet? Vnde in vſu habetur: vt pro recuperandis rebus amiſſis recurratur ad ſanctum Antonium minoritam, pro viſu recuperãdo ad Luciam, pro dolore dentium ad Apolloniam, pro lite ad Cathérinam, pro epidimia ad Sebaſtianum & Rochum, & pro omnigena gratia ad matrem Redemptoris. Sed nonnè alio ſenſu dicta ſunt illa verba? Nam ironica eſt locutio, dum dicitur. Voca ergò ſi eſt, qui tibi reſpondeat: & ad aliquem ſanctorum conuertere: quià videlicet nullus tibi ſuffragabitur: vt ritè intelligentes exponunt. Non tamen deteſtamur orationes ſanctorum: quæ in Apocalypſi commendantur: vbi dicitur. Aſcendit fumus aromatum: vel incẽſorum de orationibus ſanctorum. Id verò improbamus, ſi quis à ſententiis malè interpretatis ſuffragium quærat. *Iob. 5. Apoc. 8.*

149 Cur ſcriptum eſt. Homo naſcitur ad laborem, auis autem ad volatum? An quià inter omnia animãtia ſolus homo victum acquerit ſummo labore? Nam pro cibo quærendo, arat, ſeminat, metit, triturat, ventilat, colligit in horreũ, molit, excutit, ſubigit, coquit, & denique comedit. Pari modo pro veſtitu comparãdo, tondet lanam, lauat, partitur, vngit, pectit, filat, orditur, texit, purgat, & in perfectum panum redactam incidit, ſuit, & tandem veſtitur. Linum quoque tranſit ſuis artibus antequam fiat tunica, vel intuſium. Animalia verò & aues naſcuntur cum veſtimentis ſuis, *Iob. 5.*

Matt. 6. & veſcuntur cibis ex humo ſpontè naſcentibus, Quod benè tetigit Chriſtus, dicẽs. Reſpicite volatilia cœli, quæ non ſerunt, neque metunt, nec cõgregant in horrea, & Pater meus cœleſtis paſcit illa. Vnde nihil laboris eis ſupereſt, niſi cantus & volatus. An homo naſcitur ad laborem: cum multo labore, & afflictione deueniat ad finem, in quẽ ordinatus eſt? Iuxtà *Acto 14.* illud. Oportet nos per multas tribulationes introire in regnum Dei. Aues *Zohar.* verò, id eſt Angeli (vt Zohar exponit) hanc ſolam curam habent volandi ad nos, vt nos cuſtodiant: & iterum volandi ad Deum, vt opera noſtra ipſi Deo referant: vt aliàs dictum eſt.

R. Moſes Aegyptius. 150 Fuit nè aliquando Iob & quis nam fuit author libri, cui titulus eſt Iob? Eſt opinio R. Moſi Ægyptij Iob nunquam fuiſſe, ſed opuſculum iſtud *Iob. vlt.* parabolicum eſſe. Sed nonnè dixit Deus illis tribus amicis Iob, Eliphaz Themaniti, Baldad Suiti, & Sophar Nahamatiti. Sumite vobis ſeptem tauros, & totidem arrietes, & ite ad ſeruum meum Iob: & offerte holocauſtum pro vobis. Iob autem ſeruus meus orabit pro vobis, & faciem e-*Ezech. 14.* ius ſuſcipiam? Nunquid igitur orare potuit Iob imaginarius? Nonnè etiam dixit Deus per Ezechielem. Et ſi fuerint tres viri iſti Noeh, Daniel, & Iob Nunquid igitur commemoráretur homo fictus cum veris? Fuit itaque in rei veritate Iob. Liber autem de ipſo pertractans æditus fuit à Moſe: vt omnes Hebræi conſtanter aſſerunt.

Iob. 4. Pſal. 43. 151 A quo ſe excitatum dicit Eliphaz Themanites? An fortè ab Angelis? Nam ipſi etiam Chriſtum Dominum excitarunt: vt videntur innuere *Ambroſius.* verba Prophetæ dicentis, Exurge, quarè obdormis Domine: exurge, & ne repellas in finem. Hi enim ſolent excitare: dum homo cadit in ſtatum illum medium, qui eſt inter ſomnum & vigiliam? vt Ambroſius perhibet ſi-*Gen. 2.* bi contigiſſe, quando reuelata ſibi fuere corpora Geruaſij, & Prothaſij. Quem ſtatum Hebræi vocãt תרדמה tardemah. Quod quidem tardemah inductum fuit in Adam: quando Deus accepit vnam ex coſtis eius: vt eam formaret in mulierem. Pari modo in iſto loco Iob habetur tardemah: in quo (vt ait) ſpiritus trãſiuit antè ipſum Eliphaz: ad cuius aſpectum pili inhorruerunt. Quod non tantum ad pœnitẽtiam inimicorum ſpiritum euenire ſolet, ſed etiam bonorũ, ſaltem in principio: vt in huiuſmodi exercitatis *Acto. 12.* contingit. Sic Angelus Petrum in habitaculo carceris excitauit.

152 Vnde proueniunt multæ ſpecies ſomniorum? An ex forti imaginatione vigilanti vehementer impreſſa: qua nonnunquam dormiens excitatur? An ex multis ſpeciebus in cerebro reſeruatis fit repreſentatio cõfuſa imaginatiuæ, ſopita ratione regulante? An id procedit ab immundis poteſtatibus multa immunda ſuggerentibus: vt corpus immundent, & coinquinent? Quod procurant omnes illi ſpiritus, qui ſunt ſub ditione cu-*Merc. in Pym.* iuſdam immundæ principis, vocatæ לילית Lilit. Nec mirentur Peripatetici, ſi ponatur ſexus fœmineus in ſpiritibus. Cum hi omnes nomine fœmineo vocentur, videlicet רוחות ruchor. Vnde Mercurius huiuſmodi quoque ſexum Deo attribuit, dicens. Deus, vtriuſque ſexus fœcunditate plenus hominem ſibi ſimilem procreauit. Sed de hoc aliàs. An Deus aliquan-

do immittit ſomnium velut oraculum? Iuxtà illud,quod ſcriptum eſt.Per ſomniũ in viſione nocturna loquitur Deus,& erudit viros diſciplina.Et alibi.Terrebis me per ſomnia,& per viſiones horrore cõcuties. Sic erudiuit Nabuchdonoſor,Pharahonem,& Ioſeph ſponſum Virginis:vt in Ægyptum ſecederet.Et iterum,vt inde reuerteretur in terram Iudà. *Iob.33.* *Ibi.7.* *Dan.4.* *Gen.41.* *Matt.2.*

153 Qui ſunt horrores nocturni animã conturbantes: & vnde veniunt? Nonnè à poteſtatibus tenebrarum nobis aduerſantibus? Nam inter ipſas & nos poſitæ fuerunt à Deo inimicitiæ:quæ nos conturbant. Sicut ex innata inimicitia inter agnum & lupum,ſola appropinquatio lupi, & ſi non videtur,terret agnũ.Huiuſmodi verò poteſtates vigent in nocte & tenebris.Hinc canit Pſalmographus dicens.Poſuiſti tenebras,& facta eſt nox, in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſyluæ:Catuli leonum rugientes,vt rapiant.Et quià inimicantur luci:Ideò ſequitur. Ortus eſt Sol,& congregati ſunt,& in cubilibus ſuis collocabũtur.Cui adſtipulatur Iob,dum ait. Ipſi fuerunt rebelles lumini.Et iterum.Si ſubitò apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis,& in tenebris quaſi in luce ambulant. *Gen.3.* *Pſal.103.* *Iob.24.*

154 Cur Deus dinumerauit greſſus Iob?Nam ſcriptum eſt.Tu quidem greſſus meos dinumeraſti.An fortè Deus dinumerat greſſus,qui fiunt ambulando?Quod facile eſt ei,qui multitudinem ſtellarum, arenam maris, & pluuiæ guttas numerat.Et hoc facit, vt remuneret omnes paſſus, quibus homo in laudem Dei, & vtilitatem proximi ſit profectus, & puniat omnes,quibus ad malum declinauerit. Quemadmodum de omni verbo ocioſo cõminatur ſummus Iudex ſe exacturum rationem. An per greſſus, qui ſunt pedum motus,intelligũtur cogitationes, & executiones affectuũ per pedes ſignificatorum?De quibus cogitationibus cecinit Propheta,dicens.Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi,& reliquiæ cogitationis id eſt executiones, diem feſtum agent tibi. Quod & Paulus teſtatur, dicens: quòd ſermo Dei eſt diſcretor cogitationũ, & intentionum cordis. Quod non ignorauit Simehon,qui,cum de Chriſto iudicaturo ageret,dixit.Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. *Ibi.14.* *Mat.12.* *Pſal.75.* *Heb.4.* *Luca.2.*

155 Cur Deus pius ſe miſerturũ ter pollicetur, vlterius autẽ nequaquã? Nonnè Petro quærenti,quoties dimittere peccata debebat, Saluator dixit.Non dico tibi ſepties, ſed ſeptuagies ſepties?An igitur,quià ſummum nefas perpetrauerat Iſraël, quia videlicet vendiderat argento Chriſtum iuſtum:vt in textu dicitur?Sed quid de Hammonitis,Idumæis:Tyriis, Paleſtinis,& huiuſmodi,quorum peccata ibidem referens Deus,quartũ proteſtatur non conuertere:An igitur quià (vt antiqui Theologi dicunt) vſq; ad tertium peccatum Deus liberat,eripit,ac parcit vltrà tertium verò nõ conuertit:ſed vult,quòd contritione magna, eleemoſyna,vel aliquo bono opere redimatur?Quo ſenſu (ni fallor) ſcriptum eſt. Operatur Deus tribus vicibus per ſingulos:vt reuocet animas eorum à corruptione, & illuminet lucet viuentium. *Hamos.1. & 2.* *Mat.18.* *Hamos.2.* *Ant.Theo.* *Iob.33.*

156 Quomodò cõuenit hoc cũ Moſe,qui ait,quòd Deus parcit in millibus?Nonnè parcit Deus toties quoties homo cõuertitur ad eũ:vt ſonant *Exod.34.*

Ezech.18. multa verba Scripturæ ſacræ,ſed præcipuè Ezechielis , & Euangelij nu-
Matt.18. per allegati ? Vnde licet Deus non concurrat tanta virtute poſt tertium lapſum(ſicut ſuprà diximus)tamen ſuſcipit,ac parcit,quotieſcúnque peccator ad ipſum reuertitur.Iuxtà illud Ieremiæ. Tu autem fornicata eſt cũ
Iere.3. amatoribus multis:tamen reuertere ad me (dicit Dominus) & ego ſuſcipiã te.Si autẽ ad ſublimiora aſcendere voluerimus, poſſumus quidem dicere hic,cũ nobis ſe offerat latiſſimus cãpus,quòd,(ſicut alibi tactum eſt) millenarius eſt numerus diuinus , Deóque attributus, quaternarius verò elementaris,& corporibus addictus. Hinc Deus parcit in millenario , id eſt in virtute pietatis,& clementiæ diuinæ : punit autem in quaternario, numero corporali.Secundum quod peccatum,per corpus materiale, vel elementare animæ annexũ,peccat homo.Ideò dicitur: quòd Deus reddit
Exod.34. iniquitatẽ patrum filiis ac nepotibus,in tertiam & quartã generationem.

157 Cur Iob dicit. Quis poteſt facere mundum de immundo conce-
Iob.14. ptum ſemine? Nonnè,vt indicet, quòd ab immunditia per originale peccatum contracta nemo mundari poteſt,niſi à Deo(Ideò ſubinfert. Nonnè tu,qui ſolus es?Sed ſi ſic , quomodò Chriſtus expiauit peccata noſtra per paſſionem ſuam: cum ipſe Deus non ſit paſſus ? Non igitur per paſſionem Chriſtus peccata tulit.Si verò per paſſionem,quam tulit in quantũ homo: ergò non ſolus Deus expurgat?Nonnè hinc concluditur magnum myſterium diuinitatis Chriſti:qui in eo, quòd homo , obtulit ſe in ſacrificiũ pro peccatis:in eo ante,ꝙ Deus, tulit, peccata, & purificauit humanũ genus?

Ibi.5. 158 Quæ ſunt ſex tribulationes,à quibus nos Deus liberat,& quæ eſt ſeptima,in qua nos non tangit malum? Nonnè ſunt illæ, quæ per Eliphaz Themanitem commemorantur:videlicet fames,bellum lingua, calamitas,deuaſtatio,& feræ?Septimum autem, quod nos non tangit , ſunt lapides regionum,cum quibus nos hortatur habere pactum.Sed cur hæc omnia reducuntur ad ſenarium numerum? An forſitan innuũt ſex dies laboris:& per ſeptimam,quæ nos nõ premit,dies requiei intelligitur? An,quià ſex ſunt Mundi extremitates?vnde in nos tribulationes veniũt?Nam à ſupernis venit aliquando tribulatio nos probans,& tentans aut punitio pro malè actis.A profundo triſtitia à Diabolo excitata. A dextra proſperitas,
Iere.1. nos in inuidiam adducens.A ſiniſtra mali euentus.Nam ab Aquilone,qui
Iob.5. eſt ſiniſtra in Mundo,venit omne malum: vt Ieremias ait. Ab Oriente labor:quià homo naſcitur ad laborem. Ab occidente triſtis ſenectus : cum qua afflictio,ægritudo, & dura mors.Septimum verò, quod nos non tangit,eſt locus requiei:quò conſcendimus per ſeptenarium : ſicut per ſeptenarium punimur.

Ibid.5. 159 Cum quibus lapidibus regionis Eliphaz Themanites hortatur.Iob vt ineat pactum?An(ſicut aliqui interpretantur)id dictum eſt ad indicãdam abundantiam: quam ipſe Iob habebat , adeò vt ex lapidibus etiam fructum caperet? Sed quàm dura ſit hæc expoſitio , intelligentes diiudicent.An igitur cũ lapidibus illis Propheticis & Apoſtolicis,ex quibus ſuperna Ciuitas eſt cõſtructa,in eundũ nobis eſt pactũ:vt Apoſtolus innuit,
dicens

dicens. Superædificati ſuprà fundamentum Apoſtolorum & Prophe- *Ephe.1.*
tarum? An cum lapidibus illis precioſis inuitamur habere pactum: quos
Aharon in pectore geſtabat? Quorum lapidum etiam Iohannes memi- *Exod.18.*
nit, dicens ipſos eſſe locatos in fundamentis & ædificiis ſupramundanis. *Apoc.21.*
Quò deuenientes non tanget nos vlla tribulatio. Et licet adhuc ſimus
viatores, ſi tamen ibidem fabricam noſtram conſtruxerimus, nihil nobis
timendum eſt. Iuxtà illud Petri. Quis eſt, qui vobis noceat, ſi boni æmu- *1. Petr.3.*
latores fueritis?

160 Cur Iob ait. Sagittæ Domini in me ſunt: quarum indignatio ebi- *Iob.6.*
bit ſpiritum meum? Nonnè de tribulationibus loquitur: quas non mo-
dicas ei Diabolus, Deo permittente, intulerat? Sagittæ autem immiſſæ,
Deo iubente vel permittente, ſunt aliquando bonæ, aliquando verò
malæ. De malis loquitur Propheta. Emitte ſagittas tuas, & conturbabis
eos. Et iterum. Sagittas ſuas ardentibus effecit. De ſagitta autem Do- *Pſal.143.*
mini bona dicit Iſaias. Poſuit me quaſi ſagittam electam. Et Pſalmo- *& 7.*
graphus. Sagittæ potentis acutæ. Ab arcu itaque ſummæ bonitatis emit- *Iſa.49.* *Pſal.119.*
tuntur aliquando ſagittæ probationis, & punitionis: aliquando verò ſa-
gittæ amoris, quibus repercutitur etiam ipſe emittens, à quo eſt amoris
origo: & aliquando ille, in quem diriguntur. De primo canit Salomon
ſponſi perſonam agens. Vulneraſti cor meum ſoror mea, amica mea: cum *Cant.4.*
videlicet ſagittam amoris mei in me retorſiſti. De ſecundo canitur ab *Ibi.5.*
eodem. Nunciate dilecto meo: quià amore langue: vulnerata videlicet
Dei ſagitta.

161 Quis ſuperbus, & qua prudentia (vt Iob ait) percuſſus fuit? Non- *Iob.27.*
nè ſuperbus fuit ille, qui dixit. Ponam ſedem meam ad Aquilonem, & *Iſa.14.*
ero ſimilis Altiſſimo? Hunc autem Deus humiliauit per archangelum
Michaëlem: ſicut decantat Propheta. Tu humiliaſti ſicut vulneratum ſu- *Pſal.78.*
perbum: in brachio virtutis tuæ deieciſti inimicos tuos. Quæ virtus ve-
nit à loco Spiritus ſancti, qui Hebraicè dicitur בינה binah. Pro quo tra-
ductio communis habet prudentiam. Eſt etiam alia virtus Spiritus ſancti.
Hinc ſtatim Iob ſubinfert. Spiritus Domini ornauit cœlos. Vnde ſicut ſpi-
ritu ſuo Deus expulit ſuperbum hunc è cœlo: ſic etiam interficiet iniquũ
illum, in quem ſuperbus ipſe colliget omnes vires ſuas. Quod non latuit *2. Theſſa. 2.*
illum, qui dixit. Et reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Ieſus interfi
ciet ſpiritu oris ſui.

162 Cur flante Deo creſcit gelu: quod potius ad malum, quàm ad bo- *Iob.37.*
num ſpectat? Nonnè dicit Deus per Iſaiam. Ego ſum formans lucem, & *Iſa.45.*
creans tenebras, faciens pacem, & creans malum? Non mirum eſt igitur
ſi flante Deo creſcat gelu, & ex aduerſo, flante ſpiritu eius (vt Pſalmogra- *Pſal. 147.*
phus canit) fluant aquæ. Quod duplici de cauſa contingit. An, quià ſubie-
cta ſunt variè diſpoſita? Sicut eſt illud triuiale exemplum de cæra & lu-
to: quorum alterum Sol indurat, alterum verò liquefacit. An, quià id eſt
nonnunquam ex parte flantis? Nam ſi Deus perflat à Meridie, liquefacit.
Vnde Salomon ait, ſponſæ perſonam agens. Anima mea liquefacta eſt, vt *Cant.5.*

dilectus locutus eſt. Si verò perflat ab Aquilone, congelat, & indurat. Sicut indurauit cor Pharaonis. Quos diuinos effectus cóſpicere poſſumus ex iis, quæ coràm videmus in terris.

163 Spiraculum Dei quid operatur in homine? Nonnè intelligétiam tribuit? Sicuti Elihu Buzites perhibet, dicens. Inſpiratio omnipotétis dat intelligétiam. Quod quidem ſpiraculum eſt illud: de quo dictum eſt. Et inſufflauit in nares eius ſpiraculum vitarum. Per hoc autem ſpiraculum (vt clarè patet ex vi vocabuli נשמת Niſmat) intelligitur portio ſuperior: quam Plotinus vocat intellectum, prout videlicet à rationali vi differt, & ei ſupereminet. Qua proportione mediante (vt ipſe proſequitur) homo duo facit: intelligit videlicet Deum, & operatur bonum: illa verò priuatus, Deum nequaquam intelligere poteſt. Nó abs re itaque ſcriptum eſt, quod huiuſmodi ſpiraculum intelligentiam præſtat.

Iob.32. *Gene.2.* *Plo.de homine.*

164 Quod lumen Deus expandit ſuper terræ terminos: vt in Iob ſcriptum eſt? Nonnè lumen illius, qui omnia in omnibus operatur, multifarium eſt? Aliud enim eſt lumen, quod dat formam, & eſſe particulare rebus: quod iuſſit Opifex expandi ſuper materiam informam, quando dixit. Sit lux: qua videlicet informetur materia tenebroſa, & per quam pateant, & videantur formata: vt Plato exponit. Aliud eſt homini cóceſſum, quo Deum videre poſſit. Iuxtà Prophetæ dictum. In lumine tuo videbimus lumen. Nec enim Deum videre poſſumus, aut contemplari, niſi quatenus ipſe per radium ſuum ſe nobis inſinuauerit: vt Dionyſius docet. Quemadmodum enim (vt alibi dictum eſt) non videtur Sol, niſi ipſo Solari lumine: Ità nec Deus videtur, niſi lumine diuino. Eſt aliud quoque lumen legis illuſtrans nos circà facienda. De quo lumine Propheta canit. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis.

Iob.37. *Gen.1.* *Plat.in Tim.* *Pſal.35.* *Diony. 4. de di.no.* *Pſal.118.*

165 Quæ ſunt ſemitæ Theman; quas conſyderari iubet Iob? An id dictum eſt propter Eliphaz Themanitatem, qui erat vnus ex illis, qui venerant ad cóſolandum ipſum Iob: quàmuis aduerſatus ei fuerit? Sed quid conſyderandum erat: cum ſubinferat. Confuſi ſunt, quià ſperaui ſcilicet vt conſolarentur me? An igitur (vt ad altiora conſcendamus) Theman Auſtrum ſignificat: vnde gratia, pietas, & miſericordia, atque Redemptor ipſe gratiam daturus venit: Iuxtà illud. Deus ab Auſtro veniet. Hæ enim ſemitæ conſyderandæ ſunt ab iis, qui affliguntur, & fauore indigent. An Theman à תמים thamim venit, quod ſimplicem, mundum, & purum ſignificat? Quæ ſemitæ conſyderandæ & obſeruandæ ſunt ab afflictis: cum nihil ſecurius ſit in aduerſitate, quàm innocentia: vt ſuprà dictum eſt.

Iob.6. *Abac.3.*

166 Quæ itinera Sabà conſyderari quoque Iob ſuadet? An fortè alludit ad alios ſocios, qui (vt aliqui dicunt) venerunt de Sabà? Sed hi nulla ſunt ratione ſuffulti, nec textui conueniunt: in quo habetur, quòd vnus ex ſociis erat Suites, alter autem Nahamatites. Quæ regiones non depræhenduntur eſſe in Sabà: quæ eſt Arabia fœlix, & Auſtralis, dicta aliquando Theman: vnde venit Regina Sabà: vt ſuprà explicauimus. An igitur Sabà eſt eadem regio cum Theman: ſed differunt ſemitæ ab itineribus?

Iob.6. *Ibid.2.*

Alioquin non dixiſſet Propheta. Vias tuas Domine demonſtra mihi,& ſemitas tuas edoce me. Semitæ enim ſunt perfectionis,& conſiliorum : viæ verò præceptorum . An via eſt communis, ſemita autem præcipua amicorum? Quamuis vtraque ſit ab Auſtro. *Pſal. 24.*

167 Cur ſcriptum eſt, quod accipiter volat ad Auſtrum? An, quià (vt dicitur) ſuapte natura ipſe volat ad Auſtrũ? An(vt alij aſſerunt) quià, dum accipitres plumas renouãt, vertuntur ad Auſtrum? An(vt ad myſteria veniamus) per accipitrem,& alias aues, Angeli intelliguntur(vt ſecretiores Theologi dicunt) qui, dum Deum laudant, vertuntur ad Auſtrum: vbi eſt fons & tribunal miſericordiæ,& pietatis: & inde nobis reportãt gratiam? An per accipitres intelliguntur viri ſapientes, qui diriguntur ad Auſtrum? vbi eſt vera ſapientia : ſicut antiqui Theologi docent? Et hoc videtur innuere textus, vbi dicitur . Nunquid per ſapientiam tuam plumeſcit accipiter, expandens alas ſuas ad Auſtrum? *Iob.39.* *Sec.Theo.*

168 A quo Aquilone (vt Elihu ait) aurum venit, & quarè ? Nonnè potius aurum venit à Tago flumine Occidentali, & ab Indo flumine Orientali, & à Phiſon Meridionali : quamuis aliqui dicant ipſum eſſe Orientalem ? De quo auro ait Scriptura . Aurum terræ illius eſt optimum. An igitur Elihu loquitur de Aquilone cœleſti, vel de ſignis Aquilonaribus? Quorum quidem ſignorum primum eſt Aries : cuius naturæ eſt Mammona, vocatus à Ieremia Amommino : à Romanis verò Iupiter Ammonius: In cuius Fani veſtibulo ſcriptum erat. Ioui Ammonio arietino. An(vt ſequamur priſcos Theologos) quià ab Aquilone ſupramundano , vel à parte Aquilonari Archetypi emanat virtus : vnde generatur aurum? *Iob.37.* *Gen.2.* *Iere.46.*

169 Vnde venit pauor & tremor ſuper Eliphaz Themanitatẽ in ſomnio? An ex præſentia alicuius formæ nullatenus ipſi domeſticæ ? An id fuit propter aliquam poteſtatem tenebrarum, vel nocturnam? Nam huiuſmodi poteſtates ſuapte natura terrorem incutiunt: vt occurrere ſolet ambulantibus in tenebris. Hinc horreſcunt pili, maximè ſoli exiſtentibus: cum tamen nihil videant. Cum quibus poteſtatibus eſt nobis continua lucta : vt Apoſtolus teſtatur, dicens. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates tenebrarum harum. *Iob.41.* *Ephe.6.*

170 Cur Eliphaz ait, quòd terror ille venit ex viſione nocturna? Nonnè, vt indicet, quales ſint virtutes, vel nuncij nocturni veniẽtes ab Aquilone: quem Hebræi צפון Zaphon,& גבורה ghe burah dicunt? Ibi enim eſt terror ille, qui פחד pachad hebraicè dicitur, terrẽs alios: quo potiſſimum vigebat Izahac totus Aquilonaris. Propterea non ſine myſterio dixit Iahacob Laban ſocero ſuo. Niſi terror Izahac affuiſſet mihi : dimiſiſſes me nudum. Hinc homo huiuſmodi terrore ſibi indito perterret beſtias, adeò vt ei ſubiiciantur. Sicuti diſſeruit Apollonius Tyanæus cum Damo ſocio ſuo: vt Philoſtratus ſcribit. Et, quià inde venit Gabriel miſſus ad Virginem: Ideò ad ſermonem ipſius turbata fuit: vt ſuprà diſſeruimus. *Iob.4.* *Gen.31.* *Philoſt.* *Luca.1.*

Iob.26. 171 Quæ ſunt columnæ cœlorum de quibus Iob meminit: & cur tremunt, & quando? An ſunt duo poli, circà quos (vt Aſtrologi docent) rotari videntur cœli, & ipſis quodammodò ſuſtentari? An ſunt Angeli (ſicut alij exponunt) qui virtute ſua rotant, & dirigunt cœlos, ac Planetas: Quod Triſmegiſtus tangit, dum ait. Deinde ſeptem fabricauit gubernatores. An ſunt Apoſtoli? De quibus Paulus inquit. Iacobus, Cephas, & Iohannes, qui videbantur eſſe columnæ, dextras dederunt mihi, & Barnabæ ſocietatis. Qui Apoſtoli non ſolùm ſunt columnæ, ſed fundamenta Eccleſiæ: vt Iohannes & Paulus apertè teſtantur. Tremunt autem huiuſmodi columnæ ad nutum Dei: maximè quando ab Aquilone vocem emittit. Hinc ſubinfert Iob. In fortitudine illius maria congregantur. Fortitudo enim ſita eſt in Aquilone ſupramundano. Propterea locus ille (vt nuper dictum eſt) dicitur גבורה gheburah, quod eſt fortitudo, vel robur.

Apoſtol.
Mercu. in Pymand.
Gal. 2.
Apoc. 21.
Ephe. 2.

Iob.37. 172 Sunt nè ſolidi cœli tanquàm æs (vt in Iob dicitur) an diaphani, & tranſmeabiles? Opinantur aliqui, quòd ſoliditas ſit qualitas elementorum: & quòd ideò cœli non ſunt ſolidi, quià ſoliditas elementa ſequitur. Sed nonnè elemēta ſunt in cœlis? Et quidem meliori nota, quàm ſint hæc elemēta generabilia, & corruptibilia. Hinc cœlorum, & ſignorum firmamenti aliqua dicuntur terrea, aliqua ignea, aliqua aërea, & aliqua aquea. Et quàmuis ſoliditate ſua gaudeant: penetrabilia nihilominus ſunt corpori, meliorem ſortem adepto. Alioquin non potuiſſet Henoch ire cum Deo (vt in Geneſi dicitur) nec Elias igneo curru in cœlum aſcendere, nec Chriſtus cum multis, qui cum eo ſurrexerunt (vt Lucas narrat) nec beata Virgo, quæ in cœlum aſſumpta fuiſſe dicitur.

Gen. 5.
4. Reg. 2.
Act. 1.

Iob.15. 173 Quomodò cœli non ſunt Mundi (vt Eliphaz Themanites ait) & vnde immunditiam contraxerunt? An fortè deprauati ſunt moribus? Sed hoc in puris corporibus non cōtingit: cum libero arbitrio careant: ex quo laus & vituperium bonorum & malorum oritur. An igitur, quià ex materia compoſiti deficiunt à perfectione diuina? Nam cum Deo commorari nequeunt, niſi ij, qui à materia corporea abſoluti ſunt. Hinc Beati abſoluti penitus erunt ab huiuſmodi materia corruptibili, & corporea: vt Paulus innuit, dicens. Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale. Alioquin non poſſent frui præſentia diuina: quæ tota ſpiritualis eſt.

1. Cor. 15.

Iob.25. 174 Quæ ſtellæ (vt in Iob dicitur) non ſunt mūdæ in conſpectū Dei? An ſunt iſta corporea ſydera: quæ reſpectu materiæ ſuæ (qualiſcunque ſit) nō ſunt digna diuino conſpectu: vt nuper dictum eſt? An per ſtellas intelliguntur Angeli, in quibus reperta fuit prauitas: vt in Iob ſecundū noſtram tranſlationē habetur? An ſunt ſancti & iuſti: qui (vt Daniel ait) fulgebunt, ſicut ſtellæ in perpetuas æternitates? Cui adſtipulatur Apoſtolus, dicens. Sicut ſtella differt à ſtella in claritate: ſic ſanctus à ſancto in gloria. Hinc nonnulli antiquorum Theologorum dicunt, quod de Angelis, vel de ſanctis intelligitur illud Prophetæ. Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat. Quæ quidem nomina ſcripta ſunt in cœlo,

Ibid. 4.
Daniel. 12.
1. Cor. 15.
Pſal. 146.

& in libro vitæ. Neque enim ſancti mundi eſſent, niſi per ſanctum ſanctorum mundati fuiſſent. *Lucæ 10. Phil. 4.*

175 Quæ ſunt iuxtà Iob aſtra matutina, Deum laudantia, & filij Dei iubilantes? Nonnè ſunt Angeli & ſancti (ſicut nuper dictum eſt) qui continuè Deum collaudant? Iuxtà Prophetæ dictum. Qui habitant in domo tua Domine, in ſæcula ſeculorum laudabunt te. Sed cur huiuſmodi aſtra dicuntur matutina? Nonnè, quià inter aſſiduas laudes matutinæ ſunt Deo gratiores: quæ incipiunt mediâ nocte? Hinc Propheta canit. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. Diuiſum autem eſt tempus matutinum in quatuor cuſtodias: quarum duæ ſunt à media nocte vſque ad Solis ortũ: & inde aliæ duæ vſque ad Meridiem. Sicut Zohar latiſſimè diſſerit ſuper Geneſim, & in procemio ſuper Leuiticum: reddẽs rationem, cur iucundiores & gratiores Deo ſunt matutinæ, quàm veſpertinæ laudes. Quo ſenſu dixit Pſalmographus. Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. *Iob 38. Pſal. 83. Ibi. 118. Zohar. Pſal. 29.*

176 Quis nam eſt cœli concentus, de quo in Iob habetur? Eſt nè hic concentus, vocalis, & vſqueadeò ſonorus, vt excedat aurium ſenſum, & percipi nequeat: ſicut nonnulli dicunt? Sed ad quid concentus ille, quià nullo auditur? Quomodò etiam poteſt eſſe ſonus, vbi non eſt aer: cum ſonus & concẽtus vocalis ſit per repercuſſionem aeris? An igitur eſt ſonus, & concentus naturalis, fundatus in numeris naturalibus? Ad cuius concentus metam Ptolemæus in tractatu quodam particulari Muſicam vocalem diſpoſuit. Quintus verò Metellus de mente Pythagoræ ſupputans proportionem atque concentum cœlorum ad inuicem, concludit ibi eſſe diapaſon, ſymphoniam perfectam. Eſt quoque concentus cœlorum in influendo iuxtà harmoniam, & ordinem ſibi à Deo inditum. De quo ordine Propheta canit. Ordinatione tua perſeuerant dies, quóniam omnia ſeruiunt tibi. *Iob 38. Ptole. Quintus Metellus. Pſal. 118.*

177 Quando cœli ceſſabunt à motu, quid nam de eis erit? An forſitam diſſoluẽtur? Iuxtà illud Petri. Cœli in aduentu diei Domini magno impẽtu trãſibunt, elementa verò calore ſoluentur. Si autem cœli ſoluentur, quomodò (vt ibidem ſubinfertur) nouos cœlos, nouámque terram expẽctamus: in quibus iuſtitia inhabitat? Et quomodò (vt Iſaias ait) erit lux Lunæ, ſicut lux Solis, & lux Solis erit ſicut lux ſeptẽ dierum? Mutabuntur quippè cœli in meliorem ſtatum: non autem penitus diſſoluentur. *2. Petr. 3. Iſa. 30.*

178 Si homines immutabuntur per mortem, quomodò cœlis abſque morte id continget? Nonnè, quià non competit eis vita, neque mors? Sicut ligno vel lapidi non competit viſus neque cæcitas: Hinc, ſicut animal admittens cæcitatem & viſum, melius eſt ligno, & lapide, quæ huiuſmodi carent. Sic homo vitæ & morti traditus, nobilior eſt cœlis. Cum per mortem homo in vitam meliorem tranſmutetur. Cur ergò Deus non moritur? Nõnè, quià ipſe perfectiſſimus eſt? Habet enim vitam à ſe, & eam vitam, qua melior non datur, in quam trãſmutari, queat, ſicut homo: de quo Apoſtolus ait. Inſipiens tu: quod ſeminas, non viuificatur, niſi prius moria- *1. Cor. 15.*

tur. Nam homo non viuificatur vita ſpirituali, niſi prius in animali moriatur. Iuxtà illud Saluatoris. Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.

Io.12.

179 Quæ columnæ terræ concutiuntur (vt Iob ait) & quando? An ſunt illæ columnæ herculeæ, per quas è mediterraneo mari ad atlanticum, & oceanum itur? An ſunt partes inferiores, & centro proximæ: quæ ab Iſaia dicuntur fundamenta terræ? Ait enim ipſe Iſaias. Concutientur fundamẽta terræ. An columnæ terræ, ſunt intelligentiæ ipſam ſuſtinentes? Nã ſicut ſunt intelligentiæ mouentes cœlum (vt omnes conſentiunt) ſic etiam ſunt Angeli firmantes terram. Et hi forſitan ſunt ſeraphini illi, de quibus Iſaias ait. Seraphim ſtabant ſubter illud, ſolium Dei videlicet: vnde habent robur ac virtutem. Duo autem memorantur, quorum alter cœlum, alter verò terram confirmat. Et vtrique ſunt alæ, id eſt, virtus extenſa in ſex partes: ſupremum videlicet & infimum, dextrum & ſiniſtrum, anterius & poſterius. Clamabántque alter ad alterum propter ipſorum mutuã ſymmetriam, aſſerentes omnia eſſe plena diuina maieſtate: quæ tam in terra, quàm in cœlo ſua harmonica ratione reboat ac reſulget. Teſtabantur inſuper gloriam primæ virtutis, & diuini verbi: de quo dicitur. Verbo Domini cœli firmanti ſunt. Mouebuntur autem hæ columnæ eo tẽpore præcipuè, de quo dictum eſt. Virtutes cœlorum mouebuntur.

Iob.9. *Iſa.24.* *Ibi.6.* *Pſal.32.* *Luca.21.*

180 Cur Iob dicit terram eſſe datam in manu impij? Si terra fundata eſt in verbo, & in virtutibus cœlorum, cur dicitur data in manu impij, id eſt, Diaboli? Nonnè Propheta canit. Domini eſt terra & plenitudo eius? Nonnè etiam Deus per os Ieremiæ dicit. Cœlum & terram ego impleo? Nonnè hic aduertendum eſt, quod terra multifariè intelligitur: ſicut & Mundus? Nam eſt Mundus à Deo conditus, id eſt, machina hęc cœli & terræ, quam totam ipſe Deus implet: & eſt Mũdus, qui odit verbum: vt Saluator ait. Si Mundus vos odit, ſcitote, quià me priorem vobis odio habuit. Et iterum. Me autem odit Mundus, quià teſtimonium perhibeo de ipſo, quod opera eius mala ſunt. Pari ratione eſt terra, Mundi infimum ſcilicet elementum: & hanc (vt modò dictum eſt) Deus implet, ac poſſidet. Eſt etiam fex quædam terra, ſeu terra malè poſſeſſa, & inculta: & hæc data eſt in manu impij, id eſt, Diaboli, cui dictum fuit. Terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ.

Iob 9. *Pſal.23.* *Iere.23.* *Io.15.* *Ibi.7.* *Gene.3.*

181 Cur Iob ait, quòd terra fundata eſt in nihilo? Nonnè, quià terra nulli creato innititur? Immò potius omnia ipſi innituntur: cum ipſa ſit rerum corporalium præcipuum fundamentum. Siquidem ea ſubtracta omnia corruerent. Terra igitur quomodò ſuſtentatur? An verbo, quod (vt Apoſtolus ait) omnia virtute ſua portat? An, quià (vt Plato inquit) cœlum ipſi terræ ſimillimum eſt, & terra vndique eſt æquilibris? Æquilibre enim in medio ſui ſimilis poſitum in nullam partem plus æquo ſe extendit. Hac igitur ratione terra ipſa ab inclinatione permanet aliena. Et hunc ordinem Deus rebus indidit.

Iob.26. *Heb.1.* *Plat.in Phe.*

182 Quis eſt lapis fundamenti huius Mundanæ machinæ: vt in Iob quæritur? Nonnè virtus fundamentalis omnium, lapis nominatur? Virtutem enim metallorum in quacunque materia collectam Ariſtoteles vocauit lapidem Philoſophorum. Sic quoque virtus Medicinalis eſt lapis Medicorum. Pari modo virtutem, Eccleſiam ſuſtentantem, quæ Chriſtus eſt, Paulus lapidem vocat, dicens. Ipſo ſummo angulari lapide, Chriſto Ieſu: in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in Domino. Lapis igitur fundamenti huius Mundanæ machinæ eſt virtus verbi diuini, quo omnia ſuſtentantur: vt Pſalmographus canit, dicens. Verbo Domini cœli firmati ſunt. *Iob.38.* *Ephe.2.* *Pſal.32.*

183 Quomodò Deus extendit Aquilonem ſuper vacuum: vt Iob ait? An per Aquilonem intelligitur cœlum: vt aliqui dicunt? Sed non video, cur Aquilo magis vocari debeat cœlum quàm Auſter, aut Oriens, vel Occidens. An igitur per Aquilonem intelligitur polus arcticus, cui polus antarcticus opponitur: & circà axem intermedium cœli rotari videntur: vt paulò ſuperius dictum eſt? In quo omnes Aſtronomi conueniunt. Qui quidem axis & poli cum ſint potius imaginarij, quàm reales: Ideò fundati dicuntur ſuper vacuo, id eſt ſuper eo, quod nequaquàm corpus eſt, ſed virtus Dei: qui rebus ordinem dedit indiſſolubilem. Quod & ſi ignotum eſt illis, qui ſenſibus innituntur: manifeſtum tamen eſt iis, qui aut operantur per intellectum agentem (vt Peripatetici dicunt) aut qui diuino lumine colluſtrantur. *Iob.26.*

184 Quomodò aquæ ponderoſæ in leuiſſimis nubibus continentur, ne cadant, niſi ad tempus? Nonnè Naturales id attribuerent naturæ? Sed cum naturæ opus (vt ipſi dicunt) ſit opus intelligentiæ non errantis, nonnè quærendum eſt, quænam ſit hæc intelligentia non errans? Hæc autem eſſe non poteſt, niſi Deus, qui ſolus non errat: cum ſit prima omnium regula. Cur igitur hi non dicunt id procedere à Deo: ſicut Iob, vel Moſes per Iob apertè teſtatur? An fortè, quià non audent ipſum Deum præ reuerentia nominare? An potius, quià à ſenſibilibus diſcedere neſciunt, in ipſis inuoluti, tanquàm in labyrintho quodam? Sicut itaque Deus polo virtutem indidit, vt magnetem trahat, & magneti, vt ferrum trahat: ſic etiam nubibus indidit: vt aquas attrahant, & contineant, quouſque per quoſdam cœlorum aſpectus virtus attractiua reſoluatur, & aquas pro rerum exigentia demittat. *Auer.12. Met. p'y.* *Iob.26.*

185 Quomodò generantur niues, & grandines? Nonnè niues (vt in Meteoris ſcribitur) generantur ex nubibus aere frigido congelatis: dum ventus parum vel nihil perflat: grandines autem, quando adeſt ventus validus condenſans, & congelans aquas ex nubibus deſcendentes? Quãtum autem valeat hæc opinio, Sapientes diiudicent: cum grandines magis æſtiuo, quàm hyemali tempore deſcendere videamus. An igitur origo niuis, grandinis, pluuiarum ac ventorum eſt ordinata à Deo, non minus occulta, & recondita, quàm reconduntur theſauri? Hinc Dauid canit. Qui producit ventos è theſauris ſuis. Et in Iob dicitur. Nunquid ingreſſus *Mete.2.* *Pſal.134.*

es in theſauros niuis:aut theſauros grandinis aſpexiſti?

186 Cur aquila (vt in Iob dicitur) ponit in ſublimibus & arduis nidum
Ibid. 39. ſuum? An, quià ſuapte natura tanquàm auium Regina, ſublimiora loca petit? An (vt ad meliora ſenſa ingrediamur) aquila eſt illa, de qua Eze-
Ezech. 1. chiel ait. Facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor? Quæ aquila eſt fons
Zohar. vitæ auium, vel Angelorum, qui per aues (vt Zohar aſſerit) deſignantur. Hi autem Angeli vel aues habent in ſublimibus nidum ſuum: ſicut dictũ eſt. Deſuper ipſorum quatuor. De quis ſublimibus paulò inferius dice-
Ezech. 17. tur. An aquila eſt congregatio Iſraël? Quod idem Ezechiel innuit, dicens. Facta eſt vinca, quæ videlicet domus Iſraël eſt, aquila grandis, magnis aliſ, multiſque plumis. De qua aquila paulò antè dixerat. Aquila grandis, magnarum alarum, longóque membrorum ductu venit ad Libanum, & tulit medullam cedri, & trãſportauit eam in terram Ghanahan. Quod totum de Synagoga Iſraël verificatur: vt alibi dictum eſt. Et hæc poſuit nidum in ſublimioribus locis: ſicut in antiqua Theologia apertiſſimè declaratur.

187 Cùr dicitur in Iob, quòd hæc aquila à longè proſpicit eſcam, pul-
Iob. 39. lis videlicet dandam? An, quià hoc à natura ipſa ſortita eſt? Nam aquila oculos habet acutiſſimos: adeò vt remota clarius eſcam proſpiciat, quàm plæráque animalia admodum propinqua. An (vt allegoricum ſenſum ſequamur) aquila eſt nedum fan ilia Iſraelitica, ſed etiam virtus illam nu-
Deut. 32. triens ac dirigens? De qua virtute ſcriptũ eſt. Sicut aquila prouocans pullos ſuos ad volandum. Et hæc à longè proſpicit. Nam hæc aquila (ni fal-
Pro. vlt. lor) eſt mulier illa, de qua dicitur. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris, de longè portans panem ſuum. Illum videlicet panem, quem edocuit nos filius Dei
Luce. 11. petere, dicentes. Panem noſtrum quotidianum da nobis.

188 Cur aquila volucrum Regina, de qua tot tantáque dicuntur, morticinis & fœtidis cadaueribus oblectari videtur? Nonnè, quià eſt auis rapax, & à latere ſiniſtro, ac ex ea parte, quæ dicitur טומאה tumah, id eſt im-
Deut. 32. munda? Nec mirum eſt, ſi numen aliquod ei comparetur: cum & Chriſtus
Io. 3. leoni & ſerpenti comparetur. Leoni verò aſſimilatur non quidem ratio-
Apoc. 5. ne veneni, feritatis, aut rapacitatis: ſed ratione virtutis ac regni. Nã Leo eſt Rex ferarum. Serpenti verò comparatur ratione ipſius antidoti ac virtutis ſalubris. Pari modo & aquilæ comparatur huiuſmodi numen non quià rapax ſit, & immundis oblectetur, ſed quià volucrum Regina, & quià filios curat, & in ſublimioribus locis nidum ponit.

Iob. 25. 189 Quæ nam concordia facta eſt in ſublimibus: vt in Iob dicitur? An de ea concordia eſt ſermo, qua cœli ſunt incorruptibiles, & indefectibi-
Hebrai. les? Quamuis ipſi ex aqua & igne (vt Hebræi aſſerunt) compoſiti ſint: li-
Philon. cet Philon in libro de cœlo & Mundo contendat cœlos non eſſe ex elementis compæſitos. Quòd nonnulli affirmare conantur, dicentes, quod ſi
Gen. 1. aquei eſſent, non poſſent diuidere inter aquam & aquam: & in Geneſi habetur. Puerilia quippè ſunt hæc. Nam videmus naues, & ſcaphas diuidere inter aquas ſalſas, per quas natant, & aquas fluuiales, vel vinum, quod

continent : & tamen lignum compoſitum eſt ex aqua & aliis elementis.
An ſunt ligati ſublimes cœli ſuis numeris: vt ad inuicem cōueniant in eſſe
& motu, & in influxu circà inferiora? An per ſublimia intelliguntur An-
geli in cœlo habitantes cum aliis habitatoribus , quicunque ſint : quos
primò Deus concordes effecit? Et ſi aliqua perturbatio,& diſſidium inter
eos ortum eſt,Redemptor ipſos reconciliauit.Iuxtà illud Apoſtoli. Paci-
ficās per ſanguinem Crucis eius,ſiue quæ in cœlis ſiue quæ in terris ſunt. *Col. 1.*

190 Cur ſcriptum eſt. Eccè qui ſeruiunt ei non ſunt ſtabiles ? An, quià *Iob. 4.*
aliqui Angelorum ceciderunt,declinantes à fundamento,ſuper quo Do-
minus eos collocauerat ? Quod videtur innuere verbum illud , quod ſe-
quitur. Et in Angelis quidem ſuis reperit prauitatem. An(vt melius anti-
qui Theologi ſentiunt)Angeli non ſunt ſtabiles,quià mutantur ab officiis *Ant. Theo.*
ſuis? Nam,qui cuſtodiam primam habent, amouentur ab illa, aliis in ſe-
cum ſubintrantibus tam dierum quàm menſium. Sicut enim ſingulis tri-
bus horis mutantur excubiæ:ſic ſingulis tribus menſibus:vt aliàs tactum
eſt.Quod indicant verba ſequentia : vt in veritate literæ habetur. Et in
Angelis quidem ſuis poſuit mutationem. Licet aliqui dicant,poſuit ſplē-
dorem. Sunt & qui aſſerunt alias mutationes eſſe in Angelis. De quibus
alibi(Deo fauente)diſſeremus.

191 Qui ſunt milites Dei , & quod lumen ſurgit ſuper ipſos : vt in Iob *Iob. 25.*
dicitur? Nonnè milites Dei ſunt cœlorum exercitus,qui Hebraïcè צבאות
Zebaot dicuntur? De quibus militibus in Geneſi dicitur . Completi ſunt *Gen. 2.*
cœli & terra, & omnis militia eorum. Pro quo traductio communis ha-
bet.Et omnis ornatus eorum. Quamuis enim Angeli ſint ornamenta cœ-
lorum,nihilominus צבא Zebaa, vel צבאות Zebaót non ſignificat ornatum,
ſed militiam.Super ipſos autem ſurgit lumen illud: de quo Dionyſius di- *Dionyſius.*
cit,dum Angelū definit. Angelus eſt imago Dei,manifeſtatio luminis oc-
culti:luminis(inquam)diuini nobis inacceſſibilis. Iuxtà illud Pauli.Deus *1. Timo. 6.*
habitat lucem inacceſſibilem. Qua quidem lucem Angeli ſuperiores ſu-
ſcipiunt,& inferioribus manifeſtāt:& illi nobis: quouſque peruenerimus
illuc,vbi & nos lumen illud(Deo fauente)ſucipiemus.

192 Quæ ſigna,& quomodò ſunt inſculpta manibus hominum , vt in-
de nouerit vnuſquiſque opera ſua:vt in Iob dicitur ? An de illis ſignis eſt *Iob. 37.*
ſermo,quæ Chiromantes in ſuis prognoſticis conſyderant?Sed nonnè hoc
nimis abſonum videtur?Cum ſcriptura ſacra non prognoſtica , ſed opera
bona ſuadeat : ſibique addictos non diuinationi , ſed ſtudioſæ actioni in-
cumbere velit.An igitur in virtute hominis operatiua, per manum deno-
tata,ſignificat Deus,& indicat,quid vnicuique facto opus ſit? Iuxtà illud *1. Cor. 12.*
Apoſtoli.Alij datur ſermo ſapientiæ,alij ſermo ſcientiæ,alij gratia ſanita-
tum,&c.Hinc,profectò fœlix,& in opere facilis eſſet,qui ſciret ſequi na-
turam ducem:quam & Deus ſequitur. Quod elicitur ex doctrina Salua- *Matt. 25.*
toris.Vni(inquit)dedit quinque talenta, alij autem duo , alij verò vnum:
vnicuique ſecūdum propriam virtutem.Ex quibus verbis innuitur,quod
dona gratuita dantur ſecundum virtutem & proprietatem donorum na-

non plantauit Pater meus cœleſtis eradicabitur. Hæ autem arbores multoties pulchræ videntur, & magnæ coràm hominibus: & tamen putidæ ac infimæ ſunt apud Deum. Iuxtà illud. Quod hominibus altum eſt, abominatio eſt apud Deum. *Luca 16.*

197 Cum (teſte Paulo) non ſit poteſtas niſi à Deo: cur Deus aliquando permittit regnare & præualere malos? An, quià (vt Elihu ait) propter peccata populi Deus permittit regnare hypocritam? Sed nonnè melius eſſet, quod regnaret ſapiens & bonus, per quem populus efficeretur bonus. Iuxtà illud. Beata Ciuitas, cuius Rex ſapiens vel nobilis eſt. Et è conuerſo. Væ tibi Terra, cuius Rex puer eſt. An igitur hoc intelligi debet de populo vſqueadeò peruerſo, & inſanabili, vt meritò ſupplicium incurrat? Quod clariſſimè patet in ſecundo Regum volumine: vbi dicitur. Et addidit furor Domini iraſci contrà Iſraël: commouítque Dauid, vt numeraret populum: vt videlicet inde ſumeret occaſionem puniendi ipſum populum. Si verò aliquando mali dominantur bonis, hoc fit, vt per eos boni exerceantur: ſicut Auguſtinus ſentit. *Roma. 13.* *Iob. 34.* *Eccl. 10.* *Ibidem.* *2. Reg. vlt.* *Aug. ſuper Pſal. 54.*

198 Cur Iob ait, quod anima eius elegit ſuſpendium? An fortè Iob mortem corpoream deſyderabat, vt vitam æternam inueniret? Quod videntur innuere verba immediatè ſequentia. Et mortem oſſa mea, ſcilicet elegerunt. Et cauſam videtur aſſignare paulò ſuperius, dicens. Sicut Ceruus deſyderat vmbram: ſic Mercenarius præſtolatur finem operis ſui. Sed cur mortem optabat, cum ſe noſſet onuſtum criminibus: vt ipſe teſtatur, dicens. Parce mihi Domine? Et iterum. Cur non tollis peccatum meum, & quarè non aufers non aufers iniquitatem meam? An igitur optabat ſuſpédium à peccatis, ne ſcilicet vltrà peccaret: & remiſſionem eorum, quæ perpetrata videbantur: cum veluti ſceleſtiſſimus acriter puniretur? *Iob. 7.*

199 Cur dicit Iob ſe habuiſſe menſes vacuos? An exiſtimabat ſe habere menſes vacuos: cum non videret præmium laboris, immò punitionem ſeueriſſimam? An, quià (vt Zohar aſſerit, vbi de vita Saræ pertractat) dies quibus homo eſt in peccato mortali, non annumerantur inter dies vitæ illius? Et hoc, quià nullum ex ipſis fructum reportat. *Ibidem.* *Zohar.*

200 Quod verbum abſconditum perhibet Eliphaz ſibi dictum fuiſſe? An abſconditum, vel abſcondendum dicitur verbum à Deo factum amicis ſuis: cum non ſit propalandum? Iuxtà illud Audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Et in Apocalypſi dicitur Vincenti dabo mãna abſconditum. Cum illud communicari & propalari non poſſit. An verbum abſcóditum dicitur, id eſt, ſecretò iis, qui ſunt ſemoti à ſtrepitu Mundi, & peccatorum: ſicut alibi diximus: Quo ſenſu iubet Chriſtus orantem, qui mutua cum Deo habet colloquia, clauſo oſtio, & in abſcondito orare. *Iob. 4.* *2. Cor. 12.* *Apoc. 2.* *Matt. 6.*

201 Cur Eliphaz ait. Venas ſuſurrij eius audiuit auris mea: Nonnè, quià Deus adeò ſubmiſsè loquitur (vt benè Gregorius exponit) vt audiri nequear ab iis, qui ſunt etiam in minimo ſtrepitu: Hinc Deus de anima, cum qua domeſtica vult habere colloquia, ait. Deducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius. Non enim loquitur Deus voce ſonora, & alta, *Iob. 4.* *Greg. ibi.* *Oſeæ. 2.*

vt homines,ſed clam imprimendo concœptum in mente quieta, & benè
Pſal.84. diſpoſita.Iuxta illud Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.

202 Cur in Iob dicitur. Semel loquitur Deus, & ſecundò idipſum non repetit?Nonnè(vt ſuprà diximus)quià omnia verba in Scriptura ſacra re-
Iob.33. poſita,ſunt quaſi theoremata,& regulæ quædam non reiterãdæ, ſed perpetuò permanentes,ad quarum metas omnes operationes noſtræ formãdæ
Roma.15. ſunt?Iuxtà illud. Quæcunque ſcripta ſunt:ad doctrinam noſtram ſcripta ſunt.Hinc diuiti petenti,vt Lazarus, vel aliquis ex mortuis ad fratres
Luca.16. mitteretur,reſpondit Abraham.Habent Moſem,& Prophetas: qui videlicet ſemel locuti ſunt, nec oportet idem reiterare. Quo ſenſu decanta-
Pſal.61. uit Propheta dicens.Semel locutus eſt Deus.

Iob.28. 203 Quis ſcrutatus eſt profunda fluuiorum, & abſcondita produxit in lucem:vt Iob ait?Nonnè id fecit Deus: qui timentem ſe cibat pane vitæ,
Eccle.15. & intellectus,& potat aqua ſapientiæ ſalutaris: vt Sapiens ait? Nam ini-
Pſal.110. tium ſapientiæ eſt timor Domini:vt Propheta canit.Qui enim timet Deũ, omni diligentia cauet,nec Deum offendat, & conſeruat ſe Mundum, vt ipſum Deum videre poſſit. Iuxtà illud.Beati mundo corde, quoniam ipſi
Matt.5. Deum videbunt.Deum autem videt in via,qui mundus eſt,vel qui habet
Peripate. intellectum adeptum (vt Peripatetici dicunt) vel qui habet mentem (vt
Mercu.in Pymand. Mercurius ait)vel qui habet veram ſapientiam, qua omnia intelligũtur:
Sapien.7. vt in libro Sapientiæ diffusè pertractatur.

204 Quæ Dei fauillæ reddunt hominum perfectum? Nonnè fauilla in
Iob.21. malam partem accipitur: vt Iob teſtatur,dicens. Impij erunt ſicut paleæ antè faciem venti:& ſicut fauilla, quam turbo diſpergit? Cui adſtipula-
Iſa.1.
Iob.vlt. tur Iſaïas,dicens.Et erit fortitudo veſtra, vt fauilla ſtupæ. Sed nonnè in calce libri ait ipſe Iob?Ago pœnitentiam in fauilla,& cinere? Sicut igitur eſt ignis comburens,& crucians,& ignis illuſtrans & beatificãs, qui Deus eſt:ſic eſt fauilla conſumens & nocens, & fauilla expians, & expurgans animam & mentem,vt cum Deo vniri poſſit.

Iob.6. 205 Quid eſt apud Iob,inſulſum,& ſale non conditum, quod à comedẽte reſpuitur?Nonnè ſicut in cibis corporeis reperitur inſulſum, non co-
Mat.5. medendum,ſed reiiciendum:ſic & in cibis mentis?Hinc Chriſtus Apoſtolis dixit.Vos eſtis ſal terræ.Quòd ſi ſal euanuerit in quo ſalietur? Omnis enim Mundi ſapientia inſulſa penitus, & inſipida eſt: niſi ſale diuinæ ſapientiæ cõdiatur. Quæ quidem ſapientia cum ab Apoſtolis vniuerſo terrarum orbi proponenda eſſet: Hinc ipſi non ab re ſal terræ dicti ſunt à Chriſto.

206 Quis eſt coluber,vel ſerpens tortuoſus, qui eductus eſt obſtetri-
Iob.26. cante manu Dei:vt Iob perhibet? An id intelligitur de Diabolo, qui eductus id eſt ablatus eſt ab hoc Mundo & à fidelibus, obſtetricante manu Dei,per paſſionem videlicet Chriſti: vt nonnulli ſatis inſulsè dicunt? An (vt alij exponunt)id intelligitur de dracone ab Angelorum cõſortio (pugnante Michaële)ſublato?Sed, cum Iob loquatur de ſumma prouidentia, & arte, qua Mundus à Deo fabricatus eſt, nonnè abſona penitus videtur

detur huiuſmodi opinio? An igitur hic ſerpens eſt ille, in cuius cauda vel capite Aſtrologi dicunt Lunam aliquando eſſe,& alia ſydera? Qui draco non eſt pura imaginatio:quià ſi ſic, non eſſet fauſta Luna in capite, & infauſta in cauda: vt Aſtrologi dicunt. An eſt ille,de quo & eius ſocio, vel fratre (vt antiqui Theologi dicunt)ſcriptum eſt. Et creauit Deus dracones magnos? Pro quo traductio communis habet.Cete grandia. An eſt ille:de quo Propheta canit. Draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei? Quod infrà ſtatim declarabitur. *Gen.1.*

207 Quod numen (vt Pprophetа canit) ludit cum animalibus in mari magno & ſpatioſo? An ſapientia diuina,quæ ait. Delectabar per ſingulos dies, ludens coràm eo omni tempore, ludens in orbe terrarum? An hoc numen eſt draco ille, de quo ipſe Vates canit. Draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei? Verùm in textu hebræo non habetur draco, ſed לויתן Leuiatan. Quem quidem Leuiatan adeò ſecretiores Theologi celebrant,vt eum in Archetypo diuino collocent. In quo Archetypo etiam illud mare magnum collocatur. Hinc ipſi ſecretiores Theologi exiſtimāt Prophetam loqui de aquis ſupremis,id eſt,quæ ſuprà cœlos ſunt,quando ait. Hoc mare magnum & ſpatioſum manibus, vel littoribus, vt literæ veritas habet. Ex quibus aquis producta ſunt omnia viuentia: ſicut ſcriptum eſt. Producant aquæ, ſupramundanæ videlicet, ſerpituram animæ viuentis. In quo mari magno ipſi ſapientes dicunt eſſe Leuiatan, fontem vitæ piſcium,& Behemot fontem vitæ animalium. *Pſal.103. Ibidem. Pro.8. Pſal.103. Sect.Theo. Pſal.103. Gene.1.*

208 Quis eſt Behemot apud Iob, factus cum homine? An eſt Diabolus: vt aliquid ineptè exponunt? Sed cur dicitur Behemot, quod cicures ſignificat:& cur tot tantáque de eo predicantur? Et cum Behemot,id eſt, cicuribus data ſit hærba in cibum, Diabolo autem terra, quomodò conueniunt? An igitur Behemot eſt idea, & fons omnium cicurum,vel animalium:vt dictum eſt? Nam huiuſmodi idea ſimul cum idea hominis facta eſt:vt Antiquorum more loquamur.Quo ſenſu dixit Sapiēs. Qui manet in æternum,creauit omnia ſimul.In explicatione autem particulariū, & materialium exquirebatur ordo à Moſe deſcriptus. *Iob.40. Gen.3. Eccl.18. Gen.1.*

209 Quomodò intelligitur illud dictum.Fortitudo eius in lumbis eius, & virtus illius in vmbilico ventris eius? An (vt nonnulli volunt) hoc de Diabolo fuit dictum? Nam virtus ipſius eſt in lumbis: vnde viri luxuria ſcatet,& in vmbilico: vbi viget libido in muliere.Vnde,ſecundum ipſos, ſenſum eſt, quod ea loca Diabolus vi ſua ad libidinem ſuccendat. Sed nonnè maior luxuriæ vis in fœminis eſt in vulua: in vmbilico autem forſitan nulla? An igitur(vt verum puto) de idea beſtiarum eſt ſermo? Nam earum vis eſt in lumbis,id eſt in virtute generatiua, & in vmbilico: quià ſicut fœtus nutritur in ventre matris per vmbilicum: ſic beſtia omnis nutritur ab illo fonte ſuperiori per virtutem,vel canales vmbilici. Per quos canales diffunditur nutrimentum per totum corpus. Omnia enim viuentia nutriuntur à ſuperno cællario: vt Propheta canit. Omnia à te expectant,vt des illis eſcam in tempore. *Iob. 40. Pſal.130.*

210 Cur dicitur,quod Behemot conſtringit caudã veluti cedrum?Mul-
Iob. 40. ta hic dicunt,qui de Diabolo locum hunc interpretãtur: & omnia inconcinnè.Quos enim(inquiunt)Diabolus in peccatũ deduxit: ſtrictè inuoluit cauda. Sed quo nã pacto cauda hæc execrabilis cõparatur cedro vſque-
Pſal.79. adeò in Scriptura celebratæ? Sicut Propheta canit. Arbuſta eius cedros
Ibi.130. Dei.Et iterũ.Cedri Libani,quas plãtauit.An igitur(vt opinor verũ)cauda huius vitæ fontis eſt continuatio, & perſeuerantia, generandi vel infundendi vitã in embryones iam formatos?Quę quidem infuſio eſt velut cedrus imputreſcibilis,& indeficiens,vel(vt literæ veritas habet)concupiſcens velut cedrus. Vnde ſenſus eſt. Sicut homines per cedros ſignificati cõcupiſcendo generãt:ſic etiam beſtię,& ipſe beſtiarũ vel animaliũ fons.

211 Cur dicitur,quod Behemot habet neruos teſticulorum perplexos?
Iob.40. An(vt exponunt hi,qui Diabolo hæc attribuũnt)intelligitur hoc de intricatione,qua Diabolus implicat, quos per luxuriam deuincit? Sed nonnè literæ veritas habet,propagãtur,id eſt,in propagines & ramos quàm plurimos extenduntur?Vnde innuitur,quod proprium eſt vniuſcuiuſque animalis generare ſibi ſimile, & propagare ſpeciẽ in plura indiuidua. Quẽ-
Gen.1. admodum eis dictum fuit à Deo.Fructificate,& multiplicate, ac replete terram.Quem inſtinctum ſeruat ille fons vitæ,& dator formarum infundens animam:quotieſcunque materia eſt diſpoſita.

212 Cur oſſa eius fiſtulis æris aſſimilantur?Nonnè(ſi id de Diabolo vo-
Iob. 40. lumus interpretari:vt quidẽ dixerunt) hoc ſignificat fortitudinem ipſius? Sed(vt ad veritatem ipſam accedamus)nonnè oſſa ænea robur eius indeficiens denotant? Nam æs fuſum,à rubigine ſemper alienum manet. Hinc innuitur duratio ſpecificæ vitę animalium:quam Philoſophi dicunt æternam.Nec ab re.Cum omnia à Deo immediatè,ſine cauſa ſecunda produ-
Pla.in Tim. cta,ſint æterna:vt Plato,& Plotinus conſtanter aſſeuerant.Impij enim eſ-
Plo.de Mũ. ſet(vt ipſi dicunt)diſſoluere,quod ſemel fecit.Sed poſt iudicium quid erit de his animalibus?Nonnè,ſicut de iis, quæ fuerunt antè Mundi conſtitutionem (Deo iubente) non habetur ſermo:Sic nec de iis, quæ erunt poſt
2.Petr.3. curriculum eiuſdem Mundi?Niſi quatenus ex oraculis haberi poteſt:quę
Iſa.65. dicunt,quod erit cœlum nouum,& terra noua, & cõſequenter omnia no-
Apoc.21. ua:vt Iohannes apertè teſtatur, dicens.Et dixit,qui ſedebat in throno: eccè noua facio omnia.

213 Cur chartilago illius dicitur quaſi laminæ ferreæ? An hic, vbi po-
Iob.40. nitur גרם gherem,repetitur,quod ſuprà dictum eſt עצם hezem?Vtrũque enim ſignificat os.An (vt in cõmentariis habetur)עצם hezem aut עצמות hazamot ſignificat oſſa maiora,גרמים gheramim verò minora? An(ſi traductionem vulgatam ſequi volumus) chartilagines ſunt nerui colligãtes inteſtina?Comparantur autem huiuſmodi nerui bracteis ferreis,vel laminis thoracis colligatis:vt innuatur vis,& robur illius vitæ:vel vt denotetur per ferrum vita animalium, quæ à robore illo cœleſti venit, vnde & ferrum:ſicut in ſecretiori Theologia habetur.

Ibidem. 214 Cur dicitur, quod ipſe Behemot eſt initium viarũ Domini? An(vt

dicunt,qui omnia ad Diabolum cõtorquent)quià Angeli tam boni quàm mali fuerunt conditi primo die ſimul cum cœlo & terra? Sed quomodò fuerunt tunc producti Angeli:cum nõdum factum eſſet illud הרקיע haracchiaæ,vel expanſum cœlorũ,quod eſt, propriè intelligẽtiarum habitaculum? Nã ſicut homo productus fuit poſt formatum ipſius habitaculũ: ſic & Angelos decuit produci poſt eorũ habitaculũ ſecũdo die fabricatũ. An igitur intelligendum eſt de idea ipſa? Cum omnes ideæ productæ fuerint primò. Vnde ipſæ ideæ principium viarum omnium productionum ſunt. *Gene.1.* *Ibidem.*

215 Cur dicitur, quod qui fecit eum, applicauit ei gladium? An(vt dicunt,qui de Diabolum loco hunc interpretãtur) gladius eſt vis tentandi? An eſt vis operatiua vniuſcuiuſque rei? Cum vnunquodque operetur ſecundum propriam virtutem. An eſt vis offendendi,& defendẽdi:ſicut exterius in vnoquoque animali videmus? Boues enim habẽt cornua, Canes dentes,Leones & Vrſi dentes & vngulas. Lepores,Capreæ, & Damæ pedes ad fugiendum:cum careant armis & viribus ad bellandum. *Iob.40.*

216 Qui montes præbent herbas huic Behemot: vt in textu habetur? Nõnè(vt Hebræi dicunt)comedit quotidiè herbas mille montium? Iuxta illud. Behemot in montibus mille. Pro quo vulgata æditio habet. Iumenta in montibus & boues. Nec miretur quiſpiam de hac interpretatione. Cum אלף Aleph non ſolùm ſignificet primam literam alphabeti,quæ talis eſt א ſed ducem. Nam illa litera eſt dux totius alphabeti. Significat quoque bouem armentorum ducem. Significat etiam mille, qui eſt numerus diuinitatis in eo,quod eſt finis omnium. Millenarius enim numerus eſt cubus denarij numeri cõpleti: vltrà quem alius non datur: vt ſuprà de Ariſtotelis mente diſſeruimus. Senſus igitur huius verſiculi eſt. Meę ſunt omnes feræ ſyluarum: & cicures vel animalia in montibus ſunt mille, id eſt Dei:cui reſpondet millenarius. An igitur montes, qui huic Behemot herbas præbent,ſunt illi, de quibus Propheta canit. Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis? Nam ipſe Deus eſt in quo viuimus, mouemur, & ſumus. Nec enim in textu habetur herba,ſed בול bul,quod fruticem, palmitem,ſurculum,& quicquid iumenta comedunt,ſignificat. *Ibidem.* *Pſal.49.* *Ibid.75.* *Acto.17.*

217 Cur dicitur,quod omnes beſtiæ ludunt ei? An(vt dicũt,qui de Diabolo locum hunc interpretantur)quia omnes,beſtiarũ more, viuentes arrident ei? Sed ſi ſic:nonnè melius dictũ fuiſſet,quod Diabolus ludit cũ eis, vt eos poſteà deuoret:ſicut faciunt feles ſeu cati cũ muribus? An igitur(vt interpretationem noſtrã de idea animalium proſequamur) omnes beſtiæ agri ludunt ibi(vt literæ veritas habet)id eſt in illo fonte, à quo vitã hauriunt, & ipſe ludit cum eis? Sicut de Leuiatan Propheta canit. Leuiatan quem formaſti ad arridendum eis. Et de ipſa Dei virtute loquitur Salomon,dicens. Quando appendebat fundamẽta terræ,cum eo eram cuncta componens,& delectabar per ſingulos dies,ludẽs coràm eo omni tẽpore, ludens in orbe terrarum:præſtando ſcilicet vitã & nutrimẽtum omnibus. *Iob.40.* *Pſal.103.* *Pro.8.*

218 Quomodò aliæ vmbræ protegunt vmbram illius? An, quià(vt aliqui dicunt)Elephas appetit vmbram,eo quod ſit animal valdè calidum? *Iob.40.*

Sed quomodò eſt tam calidus Elephas, animal Saturnium? Et quomodò ipſe operitur vmbris aliorum, cum ſit maior, & ſtatura procerior aliis animalibus? An igitur proſequentes opinionem noſtram dicemus, quòd formæ particulares demiſſæ in corpora operiuntur ab ipſis corporibus veluti à quibuſdam vmbris, & opacis veſtibus? Nam forma animalium in ſe, eſt abſque vmbra & veſtiméto. De qua duplici productione animalium, in vniuerſali videlicet & in particulari, Plato & Proculus diffusè diſſerunt: prout didicerunt à Moyſe, qui ait. Creauit Deus omnem animam viuentem, atque motabilem, in particulari videlicet, quam produxerant aquæ, ſcilicet in vniuerſali.

Pla. in Phædo. & alibi. Pro. in Tim. Gen. 1.

219 Cur dicitur, quod ſalices torrentis eum circundant? An, quià (vt nõnulli aſſerunt) Elephas delectatur huiuſmodi vmbra? Sed nonnè puerilis admodum & vaga eſt horum interpretatio? Nunc enim de Diabolo, nunc de Elephante interpretantur. An igitur per ſalices, arbores quippè infructuoſas, intelliguntur animalia homini inutilia, licet ad decorem vniuerſi ſpectantia, quorum vmbræ, id eſt, corpora circundant ipſum, id eſt formas particulares ab ipſo emanantes?

Iob. 40.

220 Cur dicitur, quod iſte Behemot habet fiduciam, quòd Iordanis influat in os eius? An metaphoricè loquitur Iob ſeu Moſes, per Behemot Elephantem intelligens: vt aliqui ſatis ineptè dicunt? An fortè (vt alij magis ridiculosè aſſerunt) de Diabolo eſt ſermo, qui animas ſemper ſitit, & ingurgitare deſyderat? Sicuti de Inferno dicitur: quem Sapiens inter tria inſaturabilia connumerat. An bibit hic fons vitæ animalium ex Iordane ſupramundano à ſuperiori Libano oriẽte: ſicut alibi tactum eſt? Qui Iordanis eſt fons ille, de quo dicitur. Quoniam apud te eſt fons vitæ. Et hic deſcribitur in horto delitiarum: cuius aqua diuiditur in quatuor flumina, primò ipſum hortum, poſteà vniuerſam terram irrigantia.

Ibidem. Pro. 30. Pſal. 35. Gene. 2.

221 Cur dicitur, quod bibet fluuium, & non formidabit? Accommodata quippè ſunt hæc omnia verba, & ſuis myſteriis referta. Eſt enim idea, ſeu vita animalium in ſupernis, veluti piſcina quædam, in quam influit fluuius veniens ab illo fonte, de quo dicitur. Quoniam apud te eſt fons vitæ. Dum ergò ſuſcipit aquam ab illo vitæ fonte emanantem, non timet, quod videlicet redundet piſcina. Nam ipſam aquam cõtinuè demittit in corpora animalium, ad ſuſcipiendam vitæ formam apta: quæ penè innumera in omnibus Mundi plagis quotidiè gignuntur. Propterea tamen fluit de vita à ſummo vitæ fonte in piſcinam, vel fontem illum particularem, quantum in corpora iam præparata diſtribuitur.

Iob. 40. Pſal. 35.

222 Cur dicitur, quòd oculis, quaſi hamo capitur? An (vt aliqui dicunt) per hoc innuitur Elephantis captura? Sed inepta profectò eſt hæc expoſitio, nulla ratione, nullâque Elephantis proprietate prorſus ſuffulta. An igitur, iuxtà interpretationem noſtram, trahitur hæc idea quaſi laqueo, rete, vel hamo per oculos, quià diſpoſita materia, ſtantéque ordine naturæ indicto, materia ipſa adeò efficaciter appetit formam vt ipſa forma neceſſariò introducantur? Quæ quidem forma eſt quaſi quidam oculis.

Iob. 40.

Sicut

Sicut enim per oculum illuſtratur mens,& cor,ità per formam illuſtratur
corpus. Et ſicut oculus eſt lux quædam emicans in nobis: ità & forma,
quam Pythagorei lucem vocarunt. Quod à Moſe proculdubio didice-
runt:qui cum de Mundi fabrica ageret,inducit Deum dicentem. Sit lux: *Gen.1.*
forma videlicet informans ipſam materiam:vt alibi diſſeruimus.

223 Cur nares eius ſudibus perforari dicuntur? An de Elephante (vt *Iob.40.*
quidam volunt id intelligitur?Sed cur magis de Elephante, quàm de aliis
animalibus id intelligendum eſt: cum omnia animalia habeāt nares per-
foratas? An igitur per nares intelligitur vis inſuſiua & receptiua vitæ &
animæ:Quod diſcere poſſumus à Moſe,qui ait.Formauit Dominus Deus *Gen.2.*
hominem puluerem de terra,& inſiflauit in nares eius ſpiraculum vita-
rum:vt in veritate literæ habetur.Pro quo traductio communis habet,in
faciem eius. Sicut enim per nares exalatur ſpiritus: Ità per nares infundi-
tur,& ſubintrat in nos. Quemadmodum optimè innuit Moſes. Vnde nul-
latenus ſunt immutanda verba Scripturæ ſacræ,nec in aliud ſignificatum
extorquenda, quàm in ſuum: ſi quis vult Dei & naturæ arcana in ipſa
Scriptura contenta percipere.

224 Quid eſt Leuitan apud Iob?An per Leuiatan intelligitur cetus, *Iob.40.*
piſcis magnus:per quem(vt nonnulli dicunt)Diabolus deſignatur? Sed ſi
Leuiatan iſte cetum ſignificat: cur aliqui interpretes pro Leuiatā in Pſal-
mo interpretati ſunt draconē, vbi dicitur. Draco iſte, quē formaſti? Nam *Pſal.103.*
(vt etiam aliàs diximus) veritas hebraica habet Leuiatan. Præterea de
Diabolo peſſimo Dei hoſte tanto ordine ſermo nequaquam fieret ab ip-
ſo Deo verbis, præſertim commendatitiis potius, quàm contumelioſis.
An igitur per Leuiatan intelligitur virtus ipſa piſcium & omnium anima-
lium vitalis proueniens à mari magnō: vbi ſunt aquæ illæ, de quibus di-
ctum eſt.Producant aquæ ſerpituram animæ viuentis? Quæ quidem vir- *Gen.1.*
tus adeò ſemota eſt à quacunque creatura, vt cum magno myſterio di-
catur. Num poteris extrahere Leuiatan hamo?an deducere circulo na-
res eius? Quià ſcilicet viribus creatis ſubiecta non eſt ipſa virtus.

225 Cur de hoc Leuiatan dicitur. Quis reuelabit faciem indumenti *Iob 41.*
eius? Quaſi dicat, nullus. An (vt nonnulli dicunt)id de ceto intelligitur,
qui habet faciem adeò rugis plenam, vt nullus ipſam videre queat? Per
quas quidem rugas intelligi aſſerunt Diaboli verſutias, qui habet mille
nocendi artes. Quòd autem hic piſcis habeat huiuſmodi rugas, proban-
dum reliquerunt:cum nō pateat. An igitur (vt paulò ſuperius dictum eſt)
per Leuiatan à ſecretioribus Theologis locatum in ſecundo circulo, &
menſura diuinitatis, quæ אל חי El chai dicitur, id eſt Deus viuus, & fons
vitæ,intelligitur illa vitæ piſcina idealis piſcium, necnon & cæterorum
animaliū,quæ cōtinetur ſub veſte diuinitatis,adeò vt minimè videri poſ-
ſit?Hinc non ſine myſterio dicitur. Quis reuelabit faciem indumēti eius? *Pſal.103.*
Plura namque veſtimenta Deus induit,dum agit cum creaturis:ſicut Pro-
pheta teſtatur, dicēs. Amictus lumine ſicut veſtimēto.Et iterū.Abyſſus ſi-
cut veſtimentū amictus eius. De quibus veſtimentis infrà ſtatim dicetur.

226 Cur,& quas veſtes Deus induit cum creaturis agens?Nonnè quilibet,honeſtus vir cum aliis ſemper veſtitus verſatur,cum honeſtius agat: tum quià omnibus omnia pandenda non ſunt,tum quià ex veſtimentis & ornatu dignoſcitur qualis,quantus vè ſit? Pari ratione(præter ea, quæ aliàs diximus) Deus agens nobiſcum, veſtitur:eiúſque veſtimenta multifaria ſunt,iuxtà ipſius multiplicem agendi cum homine modum. Nam, dum vult homini donare vitam, induit nomen Dei vitæ, quæ eſt lux:vt Iohannes apertè teſtatur.Hinc propheta canit. Amictus lumine, ſicut veſtimento.Si verò nos ornare velit,decorem,induit. Iccircò ipſe Propheta canit.Dominus regnauit,decorem induit. Dum autem nos fortes reddere ſatagit,fortitudinem induit.Iuxtà illud,q̧ ipſe Propheta ſubinfert. Induit Dominus fortitudinem.& præcinxit ſe virtute.Et ſic de aliis veſtimentis, quæ quamplurima ſunt:vt aliàs diſſeruimus.

Io.1. Pſal.103. & 92.

227 Cur dicitur.Quis aperiet portas vultus eius?An,quià cetus(vt aliqui dicunt)habet mandibulas, & os vſq̀ueadeò occluſum, vt nullus ipſum aperire poſſit?Sed ad quid hæc commemoratio? An igitur eſt ſermo de præbente ſpiritum vitæ rebus vitalibus,cuius os nemo poteſt aperire? Non enim ſemper commixtis maris ac fœminæ ſeminibus datur vita, & forma:ſed quando placet illi,qui nunc Saram,nunc Rebeccam,Hannam & Eliſabet ſteriles fecit, nunc verò earum vuluas aperuit.Sicut de duabus primis in Geneſi,& de tertia in primo Regum volumine, de poſtrema verò in Luca legimus. Et quià Deus dum vitam præſtat, donat & robur operandi,quod per dentes ſignificatur:Ideò dicitur. Per gyrum dentium eius eſt fortitudo,vel terribilitas.

Iob.41. Gen.18. 25. 1. Reg.1. Luca.1.

228 Cur corpus illius dicitur quaſi ſcuta fuſilia,& compactum ſquammis?An,quià(vt quidam aſſerunt) ſquammoſus eſt cetus?Sed ſi ſic, quomodò à capientibus eum transfigitur paxillo in dorſo: vt triuiale eſt? An igitur, quià maſſa illa, vel piſcina vitæ eſt veluti metallum calore ignis ſuperni liquefactū,&intrans in corpora coagulatur,cōſolidatúrque quaſi metallū fuſum?Quæ per analogiā,vel metaphoram quandam dicta ſint.

Iob.41.

229 Cur coniunctæ dicuntur ſquammæ illæ, adeò quòd nullum ſpiraculum reſtet?An hoc de ceto verificari poteſt,qui trāſfigitur:vt dictum eſt?An igitur de virtute illa vitam infundente loquitur:cum vita illa ſic à Deo contineatur,vt nuſquàm reſpiret,niſi quantum ipſe Deus iubet?Cui adſtipulatur Sapiens,dum ait.Quis colligauit aquas quaſi in veſtimento? Aquas videlicet illas, quæ produxerunt omnem animam viuentem: vt ſcriptum eſt. Quæ quidem aquæ colligatæ ſunt in illo vitæ veſtimento, quod eſt de illorum veſtimentorum numero:de quibus nuper dictum eſt.

Ibidem. Prou.30. Gen.1.

230 Cur ſternutatio eius dicitur ſplendor ignis,& oculi eius ſicut palpebræ auroræ? An interpretari poteſt hoc de ceto:cum piſcis pulmonem nō habeat,vnde prouenit reſpiratio & ſternutatio? An igitur de superno Leuiatan eſt ſermo,qui ſpirando,ſternutandóque, vitam inferioribus infundit?Sicut ſcriptum eſt.Et inſpirauit in nares eius ſpiraculum vitarum. Quæ vita meritò ſplendor ignis dicitur: cum ſpiritus & vita animalium

Iob.41. Gen.2.

ignea ſit.Hinc Poëta canit.Igneus eſt olli vigor,& cœleſtis origo. Et hoc clarè patet, quià animalia viuentia ſunt calida:dum verò vita carent,frigeſcunt.Dicuntur autem eius oculi formæ particulares emanantes, quæ ſunt velut oculi compoſitorum:vt nuper dictum eſt. Sed dicuntur velati ſicut auroræ palpebræ, quià formæ infuſæ non benè ab intuentibus percipiuntur: cum velamine corporeo tegantur oculi mortalium, adeò vt formas rerum aſpicere nequeant:ſed ſolùm accidentia,per quæ ipſas formas venantur. *Virgilius.*

231 Cur dicitur,quòd ex ore ius procedunt lampades, ſicut tedę ignis accenſę? An hoc intelligi poteſt de ceto, vel Diabolo tenebrarum Principe,in quo nulla lux,nullúſque ſplendor emicat? An igitur hoc intelligitur(vt opinor)de datore formarum,ex cuius ore tot lampades & ignitæ faculæ procedunt, quot animæ per ipſum infunduntur in corpora? Optimè autem,& quàm bellè animæ dicuntur lampades aut tedę.Nam ſicut tedæ vel lampades ſunt lumina à corpore minimè ſoluta, ſed ipſi inhærentia: Sic animæ ſunt corporum formæ, ipſis corporibus inhærentes,& colligatæ. *Iob.41.*

232 Cur dicitur, quòd è naribus eius exit fumus, ſicut ex olla igne ſuccenſa? An hoc(vt quidam ſomniant)intelligi poteſt de ceto piſce:qui ſub aquis degens,nec flatum,nec fumum è naribus emittit? An igitur(vt interpretationem nōſtram proſequamur)eſt ſermo de fonte animalium qui calidus & ſuccenſus meritò dicitur: ſicut eſt vita omnium animalium? Qui fons vnicus eſt omnium: vt more Platonico loquamur. Iuxtà Porphyrij dictum à Platone decerptū. Participatione ſpeciei plures homines ſunt vnus homo.Vnus,inquam,non tantùm prædicatione (vt nouitiores Dialectici dicūt) ſed reali participatione. Nā vniuerſale quoddam eſt(vt Proculus de mente Platonis inquit) quod præcedit particularia:& illud eſt reale.Cuiuſmodi eſt fons,de quo loquimur.Aliud verò vniuerſale eſt ſequens particularia:& hoc dicitur vnum de multis, particularibus videlicet abſtractum. Quod à Moſe tractum non dubitamus:vt aliàs dictum eſt. *Iidem.* *Porphy..n vniuerſ.* *Procu. in Timæum.*

233 Cur dicitur, quòd eius halitus prunas ardere facit? An hæc de ceto(vt nonnulli garriunt) intelligi poſſunt: cum nec realiter, nec metaphoricè per flatum piſcis alicuius prunæ accendantur? An igitur id intelligitur de fonte vitas particulares præbente, à quibus tanquam à flatu infundentis accenduntur prunæ corporum animalium? Hinc Propheta de ipſo canit,dicēs.Fumus in naribus eius, ignis à facie eius exarſit,carbones ſuccenſi ſunt ab eo.Et iterum.Præ fulgore in cóſpectu eius nubes tranſierunt,grando,& carbones ignis.Nubes enim denſæ ſunt animaliū corpora, quæ veluti carbones accenduntur à forma vitali (vt dictū eſt)& à ſe demittunt multa ſuperflua, quæ per grandines,pluuias, ventos, & huiuſmodi imperfecta animalis Mūdani corpora deſignātur. *Iob.41.* *Pſal.17.*

234 Cur fortitudo eius in collo dicitur collocata? Cum omnia animalium membra ſint adeò proportionata,& ſibi inuicē, & toti corpori cō- *Iob. 41.*

uenientia, vt nihil ſit eis graue ad portandum, quomodò collata dicitur virtus in collo? an fortè de boue eſt ſermo, cuius virtus ac robur pręcipuè viget in collo, & cornibus? An potius de animalium fonte intelligendum eſt: cum Deus ſit rerum omnium caput, à quo omnes influxus deueniunt? Sicut enim humores in humanum corpus à capite per trigintaduo neruorum paria, qui in occipite locati ſunt, & per quoſcunque alios (ſiqui ſunt) per collũ deſcendunt: Sic omnis influxus huius Mũdani animalis deſcendens à capite; Deo ſummo, per collum defluit. Quod collum dicitur aliquando אל חי El chai id eſt, Deus viuus, aliquando יסוד Ieſod, id eſt fundamentum, aliquando verò fons vitæ: à quo omnis vita particularis emanat.

Ibidem. 235 Cur dicitur, quòd faciem eius præcedit egeſtas? An (vt nonnulli aſſerunt) de Diabolo eſt ſermo? Sed, cum ipſe theſauris præſideat, vnde & Amomunino, ſeu Mammona dicitur, quomodò faciem eius præcedit egeſtas? An igitur, cum in veritate literæ habeatur. A facie ius lætabitur dolẽs, de materia intelligitur? Nam dolet ſuo modo materia vel ſubiectum *Phy. 1.* informe: adueniente autem forma lætatur & gaudet. Materia enim, vt Ariſtoteles ait, appetit formam, ſicut fœmina virum.

Iob 41. 236 Cur dicitur, quòd cor eius induratur quaſi lapis, & ſtringitur velut incus malleatoris? An, vt aliqui dicunt, id intelligitur de obſtinatione dæmonis, quam etiam ſuis membris ſuadet? Sed quomodò hæc ceto conueniant, intactum relinquunt. An igitur eſt ſermo de fonte vitæ quæ à corde tanquam à potiſſimo receptaculo ſuſcipitur? Cor enim eſt quaſi ſolidus lapis, & velus incus: ſuper quo ſi percutiatur ferrum ignitũ, fauillas hinc inde diffundit. Quod proculdubio continet occultiſſimum ac profundiſſimum ſacramentum. Infunduntur namque formæ præcipuæ in animalia principalia, & ab ipſis prodeunt vitæ animaliũ inferiorum, veluti fauillæ à ferro candenti ſuper incude percuſſo emiſſæ. Quæ animalia ſunt pediculi, lentes ex ſudore prouenientes, & cimices, ac pulices ex flatu à pulmone, & corde procedente generati. Verùm ad maiora ſacramenta progredi poſſemus: ſed hic non datur locus.

Ibidem. 237 Cur dicitur, quòd, ſi ſublatus fuerit, timebũt Angeli, & territi purgabuntur? An id de ceto, vel de Diabolo (vt aliqui dicũt] interpretari poteſt? An potius de fonte vitæ eſt, ſermo, cuius influxus ſi tolleretur, timerent nedum animalia, ſed etiam Angeli: cum omnia vitã ab illo fonte ſu- *Pſal. 103.* ſcipiant? Hinc Propheta canit. Omnia à te expectant, vt des illis eſcam in tẽpore. Dante te illis, colligent: aperiente te manũ tuam omnia implebuntur bonitate. Auertẽte autem te faciem, turbabũtur: auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in puluerem ſuum reuertentur. Et quià id intelligitur non tantum de communi & naturali influxu, ſed etiam de ſpirituali: Ideò dicitur, quod territi purgabuntur. Quando videlicet homines, amoto ab eis ſuperni fauoris influxu, & deſtituti à fœlicitate, & in anguſtia *Gregorius Aſto. 9.* poſiti reuertuntur ad Deum. Iuxtà illud Gregorij. Mala, quæ hic nos præmunt, ad Deum ire compellunt. Quod in Paulo comprobatum eſt, qui

percuſſus cæcitate,& perterritus voce Domini,dicẽtis,Saule,Saule quid me perſequeris?cecidit primò, deinde ſurgens intrauit Damaſcum: vbi per Ananiã corporis & animi viſum purgatus recœpit. Et ſi per אילים elim intelligantur fortes(vt in Targum habetur)idem dicatur, quod de Angelis dictum eſt.

238 Cur dicitur, quòd arma quæcunque non timet,reputans quaſi paleas ferrum, & quaſi lignum putridum æs? An hoc de Ceto intelligi poteſt,qui paxillo ferreo(vt dictum eſt)transfigitur,& occiditur?Sed cum id de ceto verificari nequeat, ad Diabolum nonnulli textum hunc contorquent:qui licet non timeat arma corporea,timet ſaltem gladium ſpiritus qui eſt verbum Dei:vt Paulus ait. Quod quantum literæ veritati correſpondeat:iudicent Sapientes.An igitur interpretationẽ de fonte vitæ proſequentes,dicimus,quòd vita ipſa,[illegible]mè rationalis,nõ timet arma ferrea?Iuxtà dictum Saluatoris.Animam autem non poſſunt occidere. *Iob.41.* *Ephe.6.* *Mat.10.*

239 Cur dicitur,quòd non fugabit eum ſagittarius,& quòd ab ipſo lapides fundæ contemnuntur? Dicunt interpretantes hunc locum de ceto neſcio quid ridiculum,quòd cetus comminus arma non timet, quãuis eminus ſpiculo ferreo feriatur.Quod ipſi concedunt:cum negare nequeãt, quod experientia docet.Sed,cum nec hoc veritati literæ conſonet,nonnè aliud ſenſum exquirendum eſt. An igitur de vitæ fonte eſt ſermo, qui arma non timet,nec fugatur à ſagittis, fundis,aut tormentis:ſicut nec radij Solares, ad quorum ſimilitudinem vitæ particulares ab ipſo fonte procedunt? Vnde ſicut Solares radij ſuſtentantur,radicem in ipſoSole tenentes: Sic & vitæ particulares fouentur ab ipſo vitæ fonte, in quo (ſecundum Arati ſententiam à Paulo commendatam) viuimus, mouemur, & ſumus. *Iob.41.* *Act.17.*

240 Cur dicitur,quòd aurum quaſi lutum ſpernit? Quomodò hoc de ceto poteſt intelligi:cum nec aurum ſpernat,nec appetat?Quomodò etiã de Diabolo id verificari poteſt, qui (vt diximus) dicitur Mammona, & theſaurorum dominus? An igitur de meliori vita eſt ſermo, quæ non aurum, fecem terræ magnipendit, ſed meliores theſauros, de quibus Doctor veritatis ait. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra: ſed theſaurizare vobis theſauros in cœlo,vbi fures non effodiunt, nec furantur, neque tinea demolitur?Ipſe enim,qui vita dicitur,optimè de vita,ac fonte vitæ loqui nouit. *Iob.41.* *Matth.6.*

241 Cur dicitur,quòd ſub ipſo ſtabunt radij Solis?An hoc de ceto vel de Diabolo tenebrarum principe poteſt intelligi: cum non ſuper radiis Solis, ſed in profundo tenebrarum ſit eius habitatio? An igitur de fonte vitę eſt ſermo,ſub quo eſt Sol hic viſibilis,qui pater vitę dicitur:nõ quippè à ſe ipſam donans, ſed quantum ſuſcipit ab ipſo vitæ fonte in corpora diffundendam? Hoc autem officium ipſe quàm accommodatiſſimè exequitur: cum corporeus ſit, & corporibus inferioribus magis domeſticus, quàm fons ille ſupremus. Et quià hunc vitæ fauorem corporibus præbet per radios ſuos, quibus exequitur, quod ipſe fons vitæ influit: Hinc fons *Iob.41.*

ipſe ſub ſe Solis radios habere dicitur.

Ibidem. 242 Cur dicitur, quòd ferueſcere facit profundum maris, quaſi ollam ſuccenſam? An (vt aliqui dicunt) quià cetu motu ſuo mouet mare, & fluctuare facit? Quod etiam ad Diabolum ipſimet contorquent, qui Mundanum hoc mare concitat. Sed licet cetus moueat aquam, quam circà ſe habet, non tamen mouet profundum maris: cum ipſe vix occupet punctum maris. Et quàmuis Diabolus concitet hoc mare Mundanum, non tamen conturbare poteſt mare illud maximum ſupramundanum: vbi eſt Leuiatan arridens animalibus, & vitam eis præbens. An igitur Leuiatan iſte mouet profundum maris illius: à quo omnis vita particularis procedit: Vnde cum hæc vita ab ipſo deſcendit, dici poteſt illud, quod Chriſtus de Hæmorrhoiſſa ad tactum veſtimenti eius ſanata dixit. *Luc.8.* Tetigit me aliquis. Nam & ego noui virtutem à me exiſſe. Et hæc eſt commotio, quam mare illud ſentit.

Iob.41. *Prou.30.* 243 Quomodò poſt eum (vt in textu dicitur) lucebit ſemita? An hoc (vt aliqui contendunt) de ceto verificatur, qui per mare natans vertit aquas in ſpumas albeſcentes? Vnde (vt aiunt) eminus ſplendeſcit. Sed nonnè ſapientiſſimus Salomon inter alia, quæ nullum relinquunt viæ ſuæ veſtigium, adducit nauem per mare meantem: quàmuis aliquas ſpumas excitétquæ tamen confeſtim reſoluuntur? Idem quoque eſt de ſpumis huiuſmodi. Si verò de Diabolo id interpretari libuerit, quomodò relinquit ſemitam lucentem: cum ipſe ſit tenebrarum princeps, & omnia opera eius tenebroſa ſint? An igitur (vt opinionem noſtram proſequamur) de fonte vitæ eſt ſermo? Nam omnia, quæ ad vitam ſpectāt, illuſtrationes quædam ſunt. Vita enim facit luceſcere corpus, quod informat: & per oculos, tanquam per feneſtras, lumen emittit. Ea quoque, quę rationalis eſt, dum per linguam conceptus exprimit, auditores illuſtrat. Hinc non ab re de vita illa ſuprema Iohannes inquit. *Io.1.* Et vita erat lux.

Iob.41. *Col.2.* *Luc.10.* 244 Cur dicitur, quòd non eſt poteſtas in terra, quæ ei comparatur? An hoc de ceto, qui ab hominibus capitur, intelligi poteſt? An de Diabolo olim Mundi principe eſt ſermo? Sed nonnè ipſum nobis ſubiecit, & ab eo (vt Apoſtolus ait) omnem poteſtatem abſtulit ille, qui dixit. Eccè dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnē virtutem inimici, id eſt Diaboli? *Gen.3.* Quam poteſtatem iure dedit ille, de quo ſcriptum eſt. Ipſum (ſemen mulieris videlicet, quod Chriſtus eſt: ſicut alibi declarauimus) conteret caput tuum. An igitur de fonte vitæ eſt ſermo: *Deut.32.* Cuius quidem fontis potentiam manifeſtam fecit ille, qui dixit. Ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ſanabo: & non eſt, qui de manu mea poſſit eruere. Sermo enim iſte eſt illius maris magni, à quo immediatè venit omnis animalium vita: vt ſecretiores Theologi apertiſſimè *Sec. Theo.* docent. Nec quiſquam de hoc loquendi modo miretur. Cum in ſacris literis aliquando inducatur Pater loquens aliquando Filius aliquādo Spiritus ſanctus, aliquando etiam aliqua intelligentia pro Deo loquens. Et ſic apud ipſos Theologos introducitur loquens nunc vna, nunc alia

ex ipſis diuinis annumerationibus,quas ipſi ſummoperè celebrant.

245 Cur dicitur,quòd nullum timet?An id de ceto,qui capitur,intelligi poteſt?An de Diabolo eſt ſermo, qui crucem ſanctam , & characteres multos horreſcit ac refugit:& (velit, nolituè) ad Ieſũ nomen expaueſcit, flectitúrque?Hinc olim conqueſti ſunt dæmones illi de Chriſto,dicentes. Cur veniſti antè tempus torquere nos? An igitur de fonte vitæ id intelligitur,qui non modò nullum timet, ſed omnia bona donat, & aufert pro libito? Iuxtà illud, quod de ipſo canit Vates. Dante te (inquit)illis colligent:aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.Auertente autem te faciem,turbabuntur:auferes ſpiritum eorum & deficient. *Iob.41.* *Phil.2.* *Mat.8.* *Pſal.103.*

246 Eſt-nè hic fons vitæ,ipſemet Deus,vel numẽ aliquod ab ipſo Deo ſeparatum,vel locus aliquis particularis in diuinis? Quãuis omnia ſit De⁹ (ſicut Orpheus apertè canit. Iupiter eſt,quodcunque vides, quodcunque mouetur.Nam omnia ſunt Deo plena,vt ipſe Deus per Ieremiã ait. Cœlum & terram ego impleo)nihilominus aliqua ſunt,quæ dicuntur creata. Et hæc ſunt ſeparata à Deo in modo eſſendi:cum habeant eſſe dependẽs, Deus autem ſit penitus in dependens.Immò ab ipſo cætera omnia dependent.Aliqua verò ſunt,quæ non creata,ſed producta dicuntur. Cuiuſmodi ſunt Filius & Spiritus ſanctus,Aliqua quoque ſunt emanantia,vel pullulantia à Deo:vt ſunt omnia attributa: ſicut eſt cõmunis Theologorum ſententia.Verum antiqui Theologi vlterius progredientes aſſerũt in Archetypo eſſe montes diuiſionis: Tribunal videlicet iuſtitiæ & gratiæ. Et ibi eſt Sol & Luna:vt alibi tactum eſt. Ibi ſunt Planetæ omnes, meliori, immò perfectiſſima nota. Ibi eſt puteus ſeptem, influxuum videlicet ſuperiorum,dictus באר שבע Beerſabah.Ibi eſt illud mare magnum? de quo Propheta canit. Hoc mare magnum & ſpatioſum littoribus. Ibi eſt fons vitæ vniuerſalis,& plures particulares.Ibi eſt Architriclinus,atque alumnus inferiorum.De quibus multis locis opinor Chriſtum dixiſſe. In domo Patris mei manſiones multæ ſunt. Quæ tamen omnia(vt Zohar ritè ſentit) vnum ſunt. Vnde non ſunt ipſo Deo ſeparata, ſed vnum ſunt per reſpectum ad ipſum: multà verò reſpectu noſtri. Et cum his omnibus ipſe Deus omnia operatur.Hinc volens hominem creare, in quo omnia continentur,ea omnia citauit, dicens. Faciamus hominem ad imaginem noſtram:tribuentes videlicet ei veſtigium omnium,quæ in nobis ſunt. Cum igitur Deus impartit gratiam,operatur per Tribunal gratiæ. Iuſtitiam verò exequitur per Tribunal iuſtitiæ.Dum autem vitam communicat, operatur per Tribunal vitæ.Et ſic de ſingulis. *Orpheus.* *Iere.23.* *Theo.ant.* *Pſal.103.* *Io.14.* *Zohar.* *Gen.1.*

247 Quid eſt id,quod ſubinfertur. Omne ſublime videt? An hoc de ceto,qui nil cognoſcit,intelligi debet? An de Diabolo eſt ſermo, qui non ſublime,ſed infima videt:cũ ad infima detruſus iaceat?An igitur de fonte vitæ(vt eſt rei veritas)intelligendum eſt? Ipſe enim videt omne ſubiectũ, & diſpoſitionem eius,quamuis ſublimẽ:paratus infundere animam, iuxtà diſpoſitionem ſubiecti,quantumcunque nobilis,& ſublimis. *Iob.41.*

248 Cur dicitur, ꝙ ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ? An hoc

Ibidem. (vt aliqui interpretantur) intelligitur de Diabolo, qui eſt omnium ſuperbiſſimus, & ex ſuperbia ad inferos detruſus? Sed, cum in veritate literæ habeatur שחץ Sachaz, quod (vt exponit R. Moſes aliàs Ramban, & Abraham Aben Hazra) fortitudinem ſignificat, nonnè aliud exquirendum eſt ſenſum? An igitur ad animalia fortia dictum hoc alludit? Cuiuſmodi ſunt Equi, Boues, Elephantes, Vrſi, Leones, & huiuſmodi: ſicut & in Targum habetur? Vnde ſenſum horum verborum eſt. Ipſe eſt Rex donans vitam cunctis animantibus, & regens ea quantumuis fortia.

Ibid. 28. 249 Quas volucres cœli (vt Iob ait) ſapientia Dei latet? An de volucribus per aërem hunc corruptibilem volitantibus eſt ſermo? An potius id intelligitur de volucribus ſuper faciem firmamenti volantibus? Quæ *Zohar.* quidem volucres (vt Zohar exponit) ſunt Angeli: quos latet ſapiẽtia Dei, qua Mundum creauit, & omnia regit. Nam illa nulli intellectui creato *Io 1.* communicata eſt. Quæ ſapientia eſt Dei filius, & Dei verbum, per quod *Matt. 11.* facta ſunt omnia. Hinc Saluator ait, Nemo nouit Filium niſi Pater. Quam *Elchana.* ſententiam proſequitur Elchana, dicens. Sapientiam, qua Deus creauit, & regit Mundum, nulli communicauit: ſed eam ſapientiam, qua intelligi poteſt Mundus creatus.

Iob. 12. 250 Quis diſtribuit creaturarum gradus: & cur ſublimantur, & deprimuntur mortales? Nonnè id apertè Iob reſerat: Ait enim de Deo loquens: Qui multiplicat gentes, & perdit eas: & ſubuerſas in integrum reſtituit. Qui mutat cor Principum terræ, & decipit eos, vt incedant per inuium. Palpabunt quaſi in tenebris, & non in luce: & errare eos faciet quaſi ebrios. Et hoc tanta concinnitate, & æquitate ipſe Deus facit, vt nihil diſſonum, nihil inconcinnum, nihílque ſine debita pietate fiat. Quãuis mortalium non ſit hoc percipere. Quantum enim diſtat cœlum à terra: tantum diſtant viæ Dei à viis hominum, & cogitationes Dei à cogitationibus *Iſa. 55.* hominum: vt ipſe Deus per Iſaiam ait.

SECTIO TERTIA DE MERCVRII TRISMEGISTI DOGMATE.

Eccl. 1. *Iaco. 1.* 251 VNDE hauſit Mercurius ſapientiam ſuam, quam mentem vocauit? An fortè ex ſtudio literario? Sed nonnè Sapiens ait. Omnis ſapientia à Domino Deo eſt? Cui adſtipulatur Iacobus dicens. Siquis indiget ſapientia, poſtulet à Deo: qui dat omnibus affluenter. Et hoc, modò concinnè petat: præmiſſa videlicet animi purificatione. Nam in maleuolam animam non introibit ſa*Sap. 1.*pientia: nec habitabit in corpore ſubdito peccatis: vt Sapiens inquit. Vnde, vt intelligamus ſapientiam hanc à Deo venire, & ab inſufflatione, & chriſmate Spiritus ſancti ſubinfert Sapiens. Spiritus ſanctus diſciplinæ, *Ibidem.* id eſt, infundens diſciplinam, effugiet fictum. Viginti itaque & octo annis elaborauit Mercurius, vt mentem adipiſceretur: illuſtraretur vi-

delicet lumine diuino. Vnde & ſapiens effectus eſt.

252 Quid innuit Mercurius per mentem? Nónè intelligitur intellectum adeptum: vt Peripatetici dicunt? Vnde aduertendum eſt ſecundum Academicos & ſecretiores Theologos, quod homo, pręter rationalem diſcurſum, illuſtratur diuino quodam radio: de quo Iohannes ait. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem. Quam lucem Ariſtoteles vocat intellectum agentem: Plotinus ſimpliciter vocat intellectum: Hebręi verò נשמה neſſamah, vel ſpiraculum vitarum. Auguſtinus autem proportionem ſuperiorem. Quæ lux & ſi omnibus ineſt, non tamen ab omnibus depręhenditur: vt Plotinus teſtatur, vbi eam vocat oculum, dicens. Quem oculum habent quidem omnes, vtuntur verò perpauci. Quod Iohannes anteà dixerat. Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non compręhēderunt. Qui autem adeò ſunt expurgati, vt lucē illam videre poſſint, hi conſequuntur mentem, adipiſcuntur intellectū, & ſapientiæ veræ compotes efficiuntur.

Mercurius in Pym. *Io. 1.* *Ariſt. 3. de anima.* *Plo. de homine Heb.* *Auguſtinus* *Plo. c. 9. de pulchro.* *Io. 1.*

253 Cur dicit Mercurius mentem prouenire ex humida natura, & ipſi aſtare? Nonnè his verbis myſterium Trinitatis innuit, cuius perſona media eſt Filius, & ſapientia Dei, quæ aquæ naturam ſapit? Iuxtà illud. Et aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Hæc igitur ſapientia ex humida natura, id eſt ex aqua, quæ Filius Dei eſt, ſcaturiens communicatur mortalibus: non quidem ea copia, & ſublimitate, de qua meminit Chriſtus, cum ait. Nemo nouit Filiū niſi Pater: ſed ea duntaxat, de qua alibi dixit. Quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis. Quem ſapientiæ gradum inferiorem Elchana, doctor quidem inſignis, vocat filiam: ſuperiorē verò filium. Et vbi eſt Pater, ibi adeſt filius. Sunt enim correlatiua. Et de hac ſapientia apertè ſubinfert Mercurius, dicens. Vocem quandam audiui dicentē. Lumen illud ego ſum mens, Deus tuus, antiquior quàm natura humida: quæ filius eſt, vt diximus. Sed inter ipſum Patrem, & Filium eſt medius, & colligans amor, qui Spiritus Sanctus dicitur.

Mercurius in Pym. *Eccleſ. 15.* *Mat. 11.* *Io. 15.* *Elchana.* *Mercurius in Pym.*

254 Quomodò ſecundum Mercurium ſe habet hæc mens cum perſonis diuinis? Nonnè id ipſe declarat: Ait enim. Vox egrediebatur, quam ego luminis vocem exiſtimabā: & ex hac luminis voce verbum factum prodiit. Verum hoc naturæ humidæ aſtans, eam fouebat: ex humidæ autem naturæ viſceribus ſyncerus ac leuis ignis euolans protinus alta petit. Lumen igitur primum eſt Pater, à quo aliud lumen procedit, quod lux vera, Filius & ſapientia dicitur. De quibus luminibus Eccleſia canit. Lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Ab hoc autem lumine primo (vt ipſe Mercurius ait) verbum factum prodiit, poſterius naturæ, quàm ipſum primum lumen. Quod verbum paulò inferius vocat mentis germen lucens, & Dei filium. Poſteà de Spiritu ſancto ſubnectens ait, quòd eſt ſyncerus ac leuis ignis, nunc ad ima deſcendens, nunc ad alta euolans. Quorū trium imaginem nos portamus: Patris videlicet per ſupremam portionem, qua Deum intelligimus: Filij verò per cognitionem, & verbum de ipſo Deo productum: Spiritus autem ſancti per amorem, quo Deo afficimur: aut cum pro eius amore ad opus applicamur.

Idem ibidē.

255 Quæ ſunt portæ, vel crateres ſapientia pleni, de quibus Mercurius meminit? Nonnè ſunt illi duo crateres, ex quibus Mercurius & Plato dicunt Mundum eſſe completum: ſuperior videlicet & inferior? In ſuperiori nanque ſunt omnia munda, in inferiori verò omnia immunda. Et hinc reſultat bifaria ſapientia: altera rerum ſuperiorum, quam ſuperius lac vocauimus: altera verò rerum inferiorum, quam vinum appellauimus. Et hæc eſt ſapientia, & aſtutia ſerpentina & dæmoniaca: illa autem columbina, & diuina. Quos crateres plenos ſapientia, id eſt rebus intelligibilibus dixit Mercurius eſſe patulos: & vnicuíque præſtare, vnde poſſit ſapientiam haurire. Hauritur enim ſapientia ab obiectis intelligibilibus: modò cætera conueniant.

Idē ad Ta. *Pla. in Tim.*

256 Quo præcone acclamante (vt Mercurius ait) ducimur ad hanc ſapientiam? An præco clamans eſt ille nobis innatus appetitus, & cupiditas ſciendi, de qua (cum de ſuprema philoſophia agere vellet) Ariſtoteles ait. Omnes homines natura ſcire deſyderant? Cui adſtipulatur illud Ciceronis. Omnes trahimur ad agnitionem veritatis: in qua excellere pulchrum putamus. Quæ cupido niſi adeſſet, minimè poſſent (vt Plato ait) ſufferri labores, quos addiſcendo ſuſtinemus. An præco clamans eſt ipſa veritas: quæ (vt Firmianus aſſerit) eſt pabulum animæ, incredibili quadam iucunditate refertum? An præco eſt illud lumen, vel portio ſuperior, de qua nuper meminimus: qua ad ſapientiam & omne bonum amplexandum inuitamur, & trahimur? An præco eſt ille, de quo Zohar pleriſque in locis meminit: ſynderesis videlicet hortans, & impellens ad bonū? Quod quidem bonum proſequi nequimus, niſi ipſum intelligamus. Nam voluntas non fertur, niſi in præcognitum: vt eſt Auguſtini, & communis Theologorum ſententia.

Mercu. ad Tatium. *Metaph. 1.* *Cicero.* *Plato.* *Lactā. in 5.* *Zohar.* *Auguſtin.*

257 Quomodò ſe habēt mens cum animali noſtro? Nonnè Triſmegiſtus hoc apertè reſerat? Quibuſcunque animis (inquit) mens pręſidet, ſuo illos fulgore illuſtrat: eorum morbis, maliſq; reſiſtens. Quemadmodum enim Medicus eruditus ægrotantis corpus doloribus afficit, vrendo illud, atque ſecando, recuperandę valetudinis gratia. Sic quoque mens voluptuoſam affligit animam, vt radices voluptatis euellat. Et hæc eſt vera, & colluſtrata conſcientia vel ſynderesis omni malo remurmurans. Subinfert autem idem Mercurius de iis, qui mentis ſunt expertes. Quorumcunque (inquit) hominum animę mentem nequaquam ſortitę ſunt gubernatricem eadem, quæ & brutorum animæ, patiuntur. Dimittit enim eas mens cupiditatum imperio: ad quarum expletionem ardenti quodam impetu feruntur: ritúque ferarum immoderatè iraſcuntur, & cupiunt: & (quod deterius eſt) nullum libidinibus finem imponunt, nullúmque malarum paſſionum reperiunt terminum. His autem, velut lictorem & iudicem, Deus legem dedit. Quæ lex proponit ea, quæ homo fugata & ſopita mente cognoſcere nequit.

Mer. ad ta.

258 Quomodò ſe habet mens cum ſpiritu noſtro? Nonnè (vt Mercurius aſſerit) mens eſt adiutrix animarum, eas in bonum proprium reuocans: &

Idē ad eundem.

adeò vnit eas cum Deo, ſimiléſque ei efficit, vt animæ ex ſui cognitione Deum cognoſcant, & ſint vti Deus in corpore humano? Hinc alibi dicit idem Mercurius. Niſi te Deo æquaueris: Deum nunquam intelliges. Nam ſimile ſemper à ſimili ſuo cognoſcitur. Expurgatus itaque, & menti, id eſt radio diuino vnitus homo melior in Deum euadit, vnde ipſe ſubnectens ait. Extende teipſum in magnitudinem ſine termino, emerſus è corpore: totum ſupergredere tempus, æternus exiſtens: mente & contemplatione videlicet. Sic Deum denique cognoſces, impoſſibile in teipſo nihil exiſtimans: teipſum immortalem puta compræhendere cuncta potentem, ſcientiam omnem, atque omnem pariter artem, omni ſublimitate ſublimior effectus, omni fundo profundior, aſſiſtens omnibus Mundi partibus, cœlo, terræque, & mari. Quod Paulus tetigit, dicens. Viuit verò in me Chriſtus: verbum videlicet, in quo ſunt omnia, & per quod omnia compræhendi poſſunt.

Idē in dialogo cum mēte.

Gal. 2.

259 Mens noſtra quomodò ſe habet cum Deo? Nonnè Mercurius id aperto ſermone reſerat, dicens, quòd mens noſtra ab eſſentia Dei nullo modo diuiſa eſt: ſed ei eſt cōiuncta, ſicut radius Solis cum ipſo Sole? Nam hæc mens Deus eſt in hominibus. Hinc nonnulli ex hominum numero Dij dicuntur: eorúmque humanitas diuinitati proxima eſt. Propterea non ab re Iohannes ait. Dedit eis, ſcilicet hominibus poteſtatem filios Dei fieri. Et hoc tripliciter. Primò ſi ſe à carne & ſanguine dimoueant. Secundò ſi lucem, quę omnes illuminat, ſuſcipiant. Tertiò ſi regenerentur ſecundum Deum.

Mer. ad Tatium de communi.

Pſal. 81.
Exod. 22.
Io. 1.

260 Cum mens ſit vnita Deo, nec ab ipſo diſcedat, damnatur nè, aut damnari poteſt? Nonnè ſequentes Plotinum dicimus, quòd mens ſiue intellectus, aut ſynderesis, vel portio ſuperior nunquam damnatur? Sed quid erit de ea? Nonnè (vt ipſe Plotinus inquit) reuertitur ad Deum: à quo videlicet venit? Cui adſtipulatur Sapiens, vbi ait. Et ſpiritus reuertitur ad Deum, qui dedit illum. Reuertitur autem radius iſte diuinitatis ad ipſum Solem ſupramundanum (vt Plotini Commentator ait) ſicut radius Solis è clauſo thalamo in ipſum Solem redit, à quo venit. Et ſicut non deciditur Solaris radius ab ipſo Sole: ſic nec iſte radius lucis rationalis à ſuo fonte vel radice ſeparatur. An igitur aliquid hominis damnati ſaluabitur? Non quidem ſaluatur, nec damnatur radius ille, qui non eſt hominis, ſed Dei ipſum inſpirantis in hominem. Nam lux, quæ (vt Iohannes ait) omnes illuminat, non eſt aliquid hominis, ſed Dei illuminanti: ſicut ſuprà diſſeruimus.

Plo. de homine.
Eccleſ. 12.

Io. 1.

261 Cum dictū ſit Mundum conſtare ex duobus crateribus, eſt nè huiuſmodi ratione Mundus bifarius? Nonnè vnicus eſt ab vno Opifice fabricatus: & eſt animal vnum cum anima vna (vt multi aſſeruit) cuius omnia creata ſunt membra? Inquam ſententiam omnes Philoſophi, necnon & Theologi noſtri veniunt. Quamuis Antiquorum nonnulli Mundorum pluralitatem non abhorreant. De quo in pręſentia non eſt diſſerendum. Hic tamen Mundus vnicus, à ſumma veritate pleriſque in locis bifarius

Io.18.7. dicitur. Regnum (inquit) meum non eſt ex hoc Mundo. Et iterum. Teſtimonium perhibeo de Mundo, quià opera eius mala ſunt. Vbi alludit (vt opinor) ad craterem inferiorem, in quo ſunt omnia immunda, ad immunditię principem ſpectantia. Alius eſt Mundus, crater videlicet ſuperior, *Mat.25.* quem ipſe Chriſtus vocat regnum amicis præparatum: & in ipſo ſunt omnia munda: nec ipſum poſſunt obtinere, niſi mundi. Hinc ſumma cura eos emundari voluit, quibus huiuſmodi regnum paratum eſt.

262 Qua de cauſa (vt hi Sapientes aſſerunt) Mundus factus eſt ex illis duobus crateribus? An, vt ex illis compleretur perfecta rotunditas, & haberet veſtigium Opificis, qui eſt ſpæra intelligibilis? An, vt omnia munda in ſuperiori, immunda verò in inferiori cratere locarentur? An, vt vterque Princeps haberet regnum ſuum: Princeps videlicet munditiæ Chriſtus in cratere ſuperiori mundo: Princeps autem immunditiæ Diabolus in cratere inferiori, immundo ac polluto: Hinc Chriſtus proteſtatus eſt ſe nullam *Io.18.* habere partem in Mundo hoc: inferiori videlicet, in quo ſunt omnia immunda. An Deus id fecit vt ornaret fabricam perfectione ſua, & harmonia: ſtatuens malum contrà bonum: vt videlicet malum eſſet quaſi antiparistaſis boni ad ſuauiorem harmoniam conficiendam? Quæ quidem *Boetius.* harmonia (vt Boetius ſentit) eſt parium, diſpariúmque vocum. vel proportionum in vnum redacta concordia.

263 Cur ad hanc harmoniam efficiendam ſtatuit Deus bonum contrà *Eccleſ.33.* malum, & malum contrà bonũ: vt in Eccleſiaſtico habetur? Nonnè, quia harmonia nequit prouenire niſi ex terminis diſtantibus: nec termini medij poſſunt diſtare, ſine diſtantia extremorum? Quæ extrema vt diſtét, neceſſe eſt quòd contrarientur: ſicut ſunt ſuperius & inferius, antè & retrò, dextrum ac ſiniſtrum. Sed cum in gradibus enitatis, aut ſubſtantiæ non ſit localis diſtantia, eſt diſtantia perfectionis. Vnde quantò quid magis diſtat à bono, tantò magis ſapit naturam mali. Volens itaque ſummus Opifex producere Mundum cum harmonia in diſtantia graduum perfectionis & imperfectionis ſundata, neceſſe fuit, vt ipſe ſummè perfectus figeret aliud extremum imperfectiſſimum: vt inter hæc duo extrema diſtribueret gradus omnium aliorum in perfectione, quæ conſiſtit in maiori elongatione ab imperfecto, & approximatione ad perfectum. Quod imperfectum, & malum: & vnde malum prouenire ſolet, ipſa materia eſt.

264 Si materia, Deo penitus oppoſita, eſt malum in natura: vnde venit malum in moribus, & immundities rerum exiſtentium in cratere inferiori? An iſta immũdities eſt ab ipſa materia? An ab aliqua poteſtate immundante? An ab influxu ſuperiori immundante, & inficiẽte? Ex materia quippè, quæ diſtat à perfecto, & eſt propè nihil, prouenit facilitas ad immunditiem ſuſcipiendam: cui magis ſpirituale, magis reſiſtit. Sed vnde prouenit immũndities in intelligentis immundis? An, quià ſe rebus naturalibus im- *R. Recha.* miſcuerunt: vt dicit R. Rechanati, & communiter Hebræi doctores ſuper *Doct. heb.* illud. Videntes filij Dei filias hominum, quod eſſent pulchræ, acceſſerunt *Gen.6.* ad eas, & genuerunt? Qui præcipui fuerunt (vt ipſi Hebręi aſſerunt) Haza,

&

& Hazael. Sed in his vnde immundities? An ab ipſis? An à re materiali: cui ſe commiſcuerunt? An ab indebita commixtione? Sicut ex admixtione lactis & vini facilè generatur corruptio: & ex admixtione ſeminis cum terra: licet nec ſemen, nec terra habeant à ſe corruptionem. Ex huiuſmodi itaque commixtione polluti fuerunt vtrique: filij Elohim videlicet, & filiæ hominum.

265 Si huiuſmodi (vt Hebræi tenent) per illam nefariam commixtionem polluti fuerũt, quid dicemus de illo, qui ſedem ſuam ad Aquilonem ponere voluit: nulla prorſus admixtione cum re materiali facta? Nonnè id dictum eſt non de Diabolo, ſed de Nabuchdonoſor: vt Iſaiæ textum legẽti patet? Si verò communem Doctorum noſtrorum opinionem & commune dictum Eccleſiæ ſequi voluerimus, nonnè ab Aquilone panditur omne malum? Ibi enim (quamuis extrinſecus) eſt Samael, qui venenum Dei dicitur: inde caſus, inde infectio. Sed (cum omnia, quæ fecit Deus, ſint valdè bona) cur & quomodò factus eſt locus ille malus? Nõ quippè locus ille malus eſt: quemadmedum nec lex inde veniens: quamuis ipſa ſit occaſio mali, & peccati. Iuxtà illud. Lex ſubintrauit, vt abundaret delictum. Nam ibi quoq; robur Dei eſt: vnde homines roborari poſſunt. Quo quidem robore qui abutuntur, efficiuntur mali. Impetus enim irę, vnde zelus, & vindicta, non eſt malus, ſed bonus. *Iſa.14.* *Iere.1.* *Gen.1.* *Ro.5.*

266 Quis eſt iſte Samael, qui venenum Dei dicitur? Nonnè ipſe eſt Satan nobis aduerſans: quem ſummus Opifex fabricauit, vt inde probaretur, qualis vnuſquiſque ſit? Quod ſummoperè ſaluti humanæ neceſſarium eſt. Hinc Propheta canit. Proba me Domine, & tenta me. Et iterum. Proba me Deus, & ſcito cor meum: interroga me, & cognoſce ſemitas meas. Quæ quidem tentatio malè diſpoſitis, & malè reſiſtentibus eſt venenum inficiens: vincẽtibus autem eſt occaſio coronæ & præmij. Iuxtà illud. Vincenti dabo manna abſconditum. Et iterum. Qui vicerit, faciam illum cõlumnam in templo Dei mei. *Pſal.25. & 138.* *Apoc.2. & 3.*

267 Ad mentem autem, de qua ſuperius locuti ſumus, reuertentes quęrimus, an idem ſit mens apud Mercurium, quod intellectus apud Plotinum, & ſapientia apud Authorem libri ſapientiæ? Nonnè hæc omnia penitus idem ſunt: ſicut ſuperius tactum eſt? Quod patet benè perſpicienti huiuſmodi Sapientum ſententias. Ait enim Mercurius. Quicunq; Dei munere mentem conſecuti ſunt (ò Tati) ſecundum operum comparationem pro mortalibus immortales habentur: intelligentia ſua cuncta complexi, quæ in terra ſunt, & quæ in mari: & ſiquid eſt præter ea ſuprà cœlum. Atque adeò ſeipſos erigunt, vt ipſum quoque bonum intueantur. Quod ſanè cum perſpiciunt, eam, qua hic veſcimur, vitam, miſeriam quandam arbitrantur. Deſpicientes vtique tum etiam corporea omnia, ad vnum ſolum feruntur. Cui adſtipulatur Plotinus, dicens. Hæc eſt vita fœlicium hominum, & eorum, qui intellectum adepti ſunt, fuga ſolus ad ſolum, quod appetunt. Multa quoque huiuſmodi dicit in tractatu, quem de pulchro ædidit. Nec ab his diſcrepat Author libri Sapientiæ, qui ait. *Mercu. ad Tatium.* *Plo. in lib. de vno & de pulchro.* *Sap.7.8.*

Omnium enim artifex docuit me ſapientia.

268 Habere mentem eſtnè habere regnum Dei? Nonnè id videtur in-
Io.17. nuere Chriſtus, vbi de regno Dei, quod vocat vitam æternam, agens ait. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum? Nam hæc cognitio haberi nequit ſine mente: quam lumen diuinum, & lucem illam omnes illuminantem eſſe diximus. Sine quo lumine Deum cognoſcere vel contemplari nequimus: ſicut nec Solem, niſi
Pſal.35. Solis lumine videre valemus. Hinc Pſalmographus canit. In lumine tuo videbimus lumen. Regnum enim Dei eſt habitatio diuinitatis in nobis per lumen, & amorem ipſius Dei: vt alibi declarauimus. Quod lumen cum Chriſtus nobis attulerit, non immeritò de ſeipſo loquens dixit. Re-
Luca.17. gnum Dei intrà vos eſt.

269 Cur illa inhabitatio diuinitatis in nobis vocatur regnum Dei?
Sec.Theo. Nonnè, quià illud diuinum quod in nobis habitat, venit à loco, qui apud ſecretiores Theologos dicitur מלכות Malchut, quod regnum ſignificat? Regnum autem illud eſt numen, quod omnia inferiora diiudicat, & regit: eóſque, quibus ſeſe communicat, Reges facit. Nam per virtutem diuinitatis in nobis habitantis omnibus imperare, & dominari poſſu-
Luca 10. mus. Iuxtà illud Saluatoris. Eccè dedi vobis (per communicationem videlicet diuinitatis) poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici. Quòd autem hoc ſit regnum Dei, paulò
Ibi.11. inferius ipſemet declarat, dicens. Si in digito Dei eiicio dæmonia, profectò peruenit in vos regnum Dei. Hæc enim virtus, & poteſtas prouenit ab illo numine, quod dicitur regnum Dei. Quod quidem regnum antè om-
Mat.6. nia quærendum eſt: cum ab ipſo omnia bona dependeant: vt ipſe Chriſtus nobis inſinuat, dicens. Quærite primúm regnum Dei: & hæc omnia adiicientur vobis.

Plo. in lib. de virtutibus. 270 Sapientes premuntur nè malis, & anguſtiis? Nonnè Plotinus excludit ſapientem à timore, & dolore, dicens. De nulla enim re timet aut dolet? Hinc Socrates venenum non timuit: nec martyres exhorruere tor-
Heb.10. menta. Immò in ipſis lætabantur. Iuxtà illud Apoſtoli. Rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem, & manentem ſubſtantiam. Veri enim ſapientes collecti ſunt ad
Boetius. mentis arcem: vbi exiſtentes nihil curant, nec triſtantur, vt Boetius aſſerit, ſupellectilium iactura. Huc quoque collecti oderunt corpus, & quæque ad ipſum pertinentia, tanquam impedimenta quædam mentis poſſidendæ, & regni illius, quod verum gaudium, & vera oblectamenta parit. Hinc lætabantur martyres, veræ ſapientiæ compotes, cum cruciatus corporibus ſuis inferrentur.

271 Cum corpus hoc noſtrum menti contrarietur, quomodò debemus circà ipſum nos habere? Nonnè Mercurius id reſerat? Ait enim. Niſi
Mercurius ad Tatium. prius, ò fili, tuum corpus oderis, teipſum amare non poteris. Quàmprimum verò non te, ſed ipſum Deum dilexeris, mentem protinus conſequeris. Sed cur odio habendum eſt corpus? Nonnè, quià (vt idem.

Mercurius ſubinfert)impoſſibile eſt vtriſque ſimul intendere: mortalibus videlicet atque diuinis? Corpus enim mortale eſt:ſpiritus verò diuinus. Electione autem vnius, alterum amittitur: & quotieſcunque vnius cura remittitur, alterius actus intenditur. Hinc dixit Apoſtolus. Cum infirmor, in animali videlicet homine: tunc fortior ſum, ſcilicet in ſpirituali homine. Debilitandum itaque eſt illud animale: cum ea, quæ Dei ſunt, non percipiat:& tantum ſpirituale diſtrahat, quantum in ipſum præualet. *1.Cor. 12.* *1.Cor. 2.*

272 Vnde quis acquirere poteſt hanc ſapientiam,quę mens dicitur?An ex his viſibilibus?Iuxtà Peripateticum illud. Philoſophi videntes Eclypſim cœperunt philoſophari,& cauſam indagare.Quæ cauſarum cognitio ad ſapientiam ſpectat.Sed cum ſapientia ſit de diuinis,quæ ex his viſibilibus inueſtigari nequeunt per effectus arguendo,ſed per analogiam procedendo: multaque ex diuinis non per analogicum diſcurſum, ſed per oracula tantummodò habeantur (vt Plato ait) nonnè aliunde haurienda eſt hæc ſapientia? Vnde dicitur in libro, cuius titulus eſt de formatione,quod Adam habuit ſapiētiam ſuam à Raziele, Sem à Iophiele, Abraham à Zadchiele: & quòd Doctor Izahac, & Iahacob fuit Peliel, Ioſeph verò Gabriel,Moſi Mitatron, Eliæ autem Malthiel. Et hi omnes hauſerunt à Deo,vel ab intelligentiis ſuperioribus,ſi quę ſunt.Nam,iuxtà Dionyſij dogma, ſemper intelligentiæ ſuperiores illuminant inferiores.Si quis autem abſque medio ſapientiam adipiſci velit, ad Deum recurrat: qui (vt Iacobus ait) dat omnibus affluenter. Aliquibus enim per medium, aliquibus autem ſine medio (ſicuti de gratia aliàs dictum eſt) dari ſolet ſapientia. *Metaph.1.* *Plato.* *Abraham in lib.de form.* *Dionyſ. de Ange.hier.* *Iaco.1.*

273 Quid igitur nobis faciendum eſt,vt hanc ſapientiam adipiſcamur? Nonnè hoc docet Mercurius,dum filium ſuum, vt ſapientiam ſuſcipiat, lauari iubet in patera, quam rerum cognitionem vocat:tam creatarum videlicet,quàm diuinarū?Vnde ablutio Mercurij, & alæ Platonis idem videntur. Sed quomodò quis poteſt cognitione ablui? Nonnè ſummus Doctor ait. Iam vos Mundi eſtis propter ſermonem, quem ego locutus ſum vobis? Nec mirum ſi ſermo & ſapientia Dei abluat animas: cum ipſa ſapientia dicatur aqua: vt ſæpè dictum eſt. In qua quidem aqua (vt reor) lauamur in baptiſmate. Nam huius veræ & ſupramundanæ aquæ hæc elementaris eſt ſignum. Expurgat autem & pulchram facit animam cognitio rerum, maximè diuinarum: vt Zohar pleriſque in locis docet, differens quantam purificationem,& vtilitatem ſuſcipiat meditans in lege,ſapientia plena. *Mercu.ad Tatium.* *Io.15.* *Zohar.*

274 Quæ puritas requiritur in iis,qui Deo ſeruire ſtudēt?Nonnè id declarat Plotinus?Ipſe enim ait.Si nondum cognoſcis te pulchrum,& mundum, Statuarium imitabere. Hic enim, vbi ſtatuam optat pulchram, partim abſcindit, partim quoque dirigit, & expoliturus abradit, partim læuigat, & abſtergit: donec faciem in ſtatua exprimat ſpecioſam. Ità & tu tolle ſuperuacua, obliqua dirige,obſcura purgando colluſtra: *Plo.c. 9.de pulchro.*

neque deſinas circà ſtatuam tuam elaborare, quouſque diuinus virtutis fulgor tibi ſubrutilet. Si hoc ipſum euaſeris, ac purus iam habitaueris ipſe tecum, nihil habens impedimenti, neque duce amplius, indicéque egeas: tunc ſolitarius effectus ingentem poteris aſpicere pulchritudinem. Oportet enim viſurum videndo cognatum ſimilémq; effici. Et poſt multa concludens dicit. Efficiatur igitur quis diuinus, pulcher, atque Dei ſormis, ſi modò Deum ſit, & pulchritudinem inſpecturus.

Mercu. ad Tatium. *Aug. de Ci. Dei in prin.* *Leuit. 19.* *Auguſtinus.*

275 Cur Triſmegiſtus inquit, quòd homo ſeſe amare debet, ſi mentem adipiſci velit: cum ab amore ſui (ſecundum Auguſtinum) fabricetur Ciuitas Diaboli? Niſi quippè homo poſſet ſemetipſum amare, non diceret lex. Diliges proximum tuum, ſicut te ipſum. Nam ſi homo amat ſeipſum in Deum, rectè ſe vtiq; amat: ſi verò Deum in ſeipſum amat, peruerſo amore amat. Iuxtà illud Auguſtini. Hæc eſt ſumma peruerſitas frui vtendis, & vti fruendis. Amor namque ſuiipſius rectus, eſt regula amoris, quo proximum diligere debemus. Ideò dicit lex. Sicut teipſum. Nec quis ſeipſum diligere poteſt (hominem videlicet, qui eſt intellectus, & ratio potiſſimè: vti Philoſophus inquit) niſi oderit ſuum contrarium, hominem videlicet animalem, ſiue corpus. Hinc dixit Mercurius. Niſi tuum corpus oderis, teipſum amare non poteris. Quod & Chriſtus docuit.

Ariſt. de anima Merc. ad atium. *Io. 12.*

Ariſtotel. *2. Cor. 12.*

276 Cur dicit Ariſtoteles mentem ſerò aduenire? An, quià tanta animi expurgatio exquiritur ad mentem acquirendam, vt non, niſi poſt longum tempus adueniat? An, quià mens reſultat ex multarum experientia rerum: quæ non perficitur niſi ex multis, & crebrò expertis? An, quià dum viridis eſt ętas, ligata eſt anima ſenſibus corporeis: quibus vireſcentibus debilior fit mens, ſed ipſis ſeneſcētibus, aut ab eis anima ſeparata fit fortior? Quod innuit Apoſtolus, dum ait. Cum infirmor, nunc fortior ſum.

Pſal. 38. *Ibi. 48.* *Gen. 3.*

277 Quomodò quis à bona mente cadit, & lympida in obſcuritatem vertuntur? An, quià volubilis eſt homo, & inſtar Chamæleontis ad omne præſens obiectum, & colorem mutabilis? Hinc Propheta canit. In imaginem pertranſit homo. An, quià homo non vult conſyderare, & conſeruare dignitatem ſuam: Iuxtà illud. Homo cum in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. An, quià obiectum præſens facilius mouet, immò trahit? Quod & primo parenti legimus contigiſſe: cuius vxor, id eſt pars ſenſitiua allecta ab obiecto arboris delectabili traxit ſecum virum, id eſt animā meliorem, vel rationalē. Vnde à voluptatis horto eiectus fuit. Et hæc fuit vera mentis priuatio.

Theo. 37. 2. *Proc. in lib. de anima, & dem.* *Zoro. in or.*

278 Quando homo præuaricatur, cadit nè ab harmonia, & à qua? Nonnè peccatum (vt Theologi dicūt) eſt carentia debitæ rectitudinis, aut quæ ineſt, aut quæ deberet ineſſe? Quæ rectitudo eſt concentus & harmonia quædam, à qua peccās cadit. An (vt Proculus inquit) cadit homo per peccatum ab illa harmonia, de qua Zoroaſtres ait. Exultat homo ob harmoniam, quam in ſe ſentit? Habet enim homo purus, & à peccato liber, harmoniam cum Deo, cum Angelis, & cum ſeipſo. Quo concentu valdè oblectatur: & à quo peccans decidit, indéque triſtitiā & diſſonantiam ſentit.

Iuxtà

Iuxtà illam Auguſtini celeberrimam ſententiam. Iuſſiſti Domine, & ità eſt, vt omnis inordinatus animus ſibiipſi pœna ſit. *Auguſt.11. de confeſ.*

279 Quarè malè operans ſemper eſt pallidus? An, quià natura ipſa ſentit iudicium, & iuſtitiam Dei ſibi comminantem: quæ & ſi nonnunquam tarda eſt, nullum tamen malum impunitũ relinquit: immò (teſte Valerio) tarditatem ſupplicij grauitate compẽſat? *Vale. Max.* Iuxtà illud Apoſtoli. Secundum autem duritiem tuã, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die reuelationis iuſti iudicij Dei. *Rom.2.* An, quià ſentit conſcientiam, ſeu ſynderefim remordentẽ, & accuſantem? Sicut docet idem Apoſtolus, dicens. Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cognitionum accuſantium, aut etiã defendentium. *Ibidem.* An, quià ſentit ſe traditum in poteſtatem mali dæmonis: vt Proculus ait? *Proc. de omnia & dæm.* An, quià ſentit naturam mali, quod tale eſt, vt ſeipſum deſtruat: ſicut Plato & Ariſtoteles aſſerunt? *Pla.8. de Rep. Ethi.4.*

280 Cur tam pauci quærunt hanc mentem? An, quià non habent (vt Peripatetici docent) corpus, & ſenſus benè diſpoſitos? An, quià non ſunt ſortiti bonam animam (ſicut Sapiens ſe ſortitum eſſe perhibet) à cuius conditione dependet corpus formandum: vt opinor? *Sap.8.* Nam (vt antiqui Theologi docent) ſecundùm diſpoſitionem animæ infundendæ diſponitur corpus: quod (vt æquum eſt) depẽdet ab anima, non autem anima à corpore. *Ant. Theo.* An, quià non habuerunt ab initio mentem, quam pro tempore in lucem, & actum deducerent: ſicut de ſcientia & ſpeciebus concreatis aſſerebat Plato, potiſſimè autem in Menone? *Pla. ĩ Men.* An, quià difficile eſt acquirere excellentem virtutis habitum? Vnde, niſi quis ab oblectamento virtutis alliciatur, ſufferre nequit huiuſmodi labores: qui ad acquirendum excellentem virtutis habitum requiruntur. Nam delectatio perficit opus. *Ethic.10.*

281 Cur (vt Mercurius ait) omnes non intelligentes peribunt? *Mercu. ad Tatium.* Nonnè, quià omnis ignorans eſt malus, & omnis malus perit? *Ethic.3.* Quod & per Oſæam Dominus proteſtatur, dicens. Quià tu ſcientiam repuliſti, ego repellam te. *Oſeæ.4.* Nam (cum voluntas non feratur, niſi in præcognitum) quomodò mortales diligere poſſunt, quod non cognoſcunt? Et quomodò operari bonum poſſunt, niſi diligant: & oblectentur: cum delectatio perficiat opus? Quod & Baruch apertè profitetur, dicens. Quoniam non habuerũt ſapientiam, perierunt propter ſuam inſipientiam. *Baruch.3.* Et hæc eſt concluſio totius diſceptationis à Mercurio cum Tatio filio factæ. Hinc ipſum ad hanc ſapientiam acquirendam hortatur.

282 Quod eſt maximum miraculum huius Mundanæ ſcenæ? An eſt Sol: cuius lumine omnia clareſcunt, & illuſtratur? An eſt totum cœlum: vnde omnis influxus in inferiorum beneficium? An (vt Abdala Sarracenus aſſerit) eſt homo, in quo non tantum Sol, & omnes cœli cõtinentur, ſed aer, aqua, terra, & omnia quæ in eis ſunt? *Abdala.* Iuxtà illud Sapientis. Fecit Deus hominem de limo terræ, & dedit ei virtutem continendi omnia. *Sap.10.* Cui adſtipulatur Mercurius, dicens, quod homo eſt quoddam totum omnia continens. *Mercurius in Pym.* Et iterum cum Aſclepio loquens, ait. Magnum miraculum (Aſclepi) eſt homo animal adorandum & honorandum. *Idem ad Aſc.c.3.*

Abdala. 283 Cur homo eſt magis ſpectãdus,& admirãdus(vt Abdala,& Mercu-
Mercurius. rius conueniũt)quàm cætera omnia,quæ in hoc Mundo ſunt? An,quià ho-
mo eſt rationis capax? An,quià beatitudinis eſt particeps? An,quià eſt do-
Pſal.8. minus omniũ creaturarũ? Iuxtà illud Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius.
1.Cor.11. An,quia continet Dei imaginẽ:vt Apoſtolus ait? An,quia eſt naturę inter-
Perſæ. pres? An,quia,vt Perſæ dicunt,eſt hymenęus Mundi? An,quia(vt nõnullis
placet)eſt factus arbitrarius, honorariúſque ſuiipſius plaſtes? Habet enim
poteſtatẽ,in quã malueri formã,ſe transformãdi:in lapidẽ videlicet, plã-
Io.1. tam;animal brutum,Diabolũ, Angelum, & ipſum Deũ.Iuxtà illud. Dedit
Chaldæi. eis,ſcilicet hominibus,poteſtatẽ filios Dei fieri. Hinc Chaldæi dicũt.Cum
cætera omnia habeant determinatas formas,ſolus homo nullã habet effi-
giem propriam,ſed extrarias & aduentitias quamplurimas.Propterea non
Pſal.38. ab re Propheta dixit.In imaginem pertranſit homo.

Mercu. ad Tatium. 284 Cur homo infœlix efficitur(vt Mercurius ait)ex illis duodecim vl-
Apoc.21. tricibus:vt ſuo vocabulo vtar? Nõnè duodenarius numerus ſœlix & fau-
Pla. in.6.de legibus. ſtus eſt apud Iohannẽ & Platonem celebratiſſimus? Quomodò igitur quis
ex eo infœlix efficitur? Nonnè,quia vnumquodq;, quãtumuis bonũ,habet
in cratere inferiori malum ipſi aduerſans? Ex aduerſo igitur bonorũ influ-
xuũ duodecim ſignorum cœleſtiũ:hi mali à Mercurio recenſentur. Igno-
rantia videlicet,triſtitia,incõſtantia,cupiditas,iniuſtitia,luxuria,deceptio,
inuidia,fraus,ira,temeritas, & malitia.Sub his autẽ, veluti pręcipuis ma-
lorũ omniũ radicibus,ipſe Mercurius vult omnia mala cõtineri. Quas ra-
dices vltrices vocat:datas videlicet in punitionẽ, & vltionẽ hominũ malè
diſpoſitorum.Et quomodò vnaquęq; harum radicũ à quolibet ſigno cœ-
leſti deſcẽdat ipſemet innuit:ſed poſteris declarandum reliquit. Ad quod
explicandum tractatus exigeretur metas problematis excedens.

Mercurius in Pym. 285 Cur Mercurius aſſerit animas ex denario numero eſſe generatas?
Gen.1. An,cũ anima ſit perfecta,& vltimũ Dei opus, vltrà quod nil aliud creatũ
fuiſſe legimus,hinc Deus ipſam perficere ſtuduit denario,numero videli-
cet cõpleto,vltrà quẽ alius non datur? An,quia ex illo denario diuino: de
quo pleriſq; in locis tactũ eſt,emanauit anima? Vnde in productione ho-
Zohar. minis citati fuerunt illi decẽ fontes,vel numina:ad quæ (vt Zohar inquit)
Gen.1. directus fuit ille ſermo,quo dictũ eſt. Faciamus hominẽ ad imaginẽ, & ſi-
militudinẽ noſtrã.Nam ex omnibus illis,cõflata eſt anima:ſicut ex omni-
bus corporis membris emittitur ſemen ad formandũ corpus.Vnde ſi ex a-
liquo membro non emitteretur ſemen,naſceretur homo membro illo di-
minutus.Et ideò ſicut filius gerit imaginẽ patris corporeã: Sic anima gerit
Mer. ad Aſcle. imaginem Dei,quià conflata eſt ex omnibus,quæ in ipſo Deo ſunt.

286 Cur anima locata eſt in hoc corporis ergaſtulo? An(præter ea, quæ
alibi diximus)quia, vt Triſmegiſtus ait, ex vtraque materia,ſpirituali vi-
delicet & corruptibili compoſitus homo:terrenis intẽdere , & diuinis ob-
lectari facilius poteſt? Nec tamen minor aut ignobilior eſt homo,quod ex
Phyſ.8. parte mortalis eſt:ſed eò fortius, efficaciúsq; compoſitus ad certã rationẽ
mortalitate auctus eſſe videtur. Nam inde paruus Mundus effectus eſt:

omnia videlicet complectens. An(vt aliàs diſſeruimus)poſita eſt anima in corpore,veluti aurum,& argentum in vaſe fuſorio, vt ibi probetur, purificetur,& perficiatur?Hinc nonnulli dicunt animã ſortiri perfectiorẽ ſortẽ in corpore,quàm ſortiãtur Angeli horũ corporũ penitus expertes. Quamuis aliqui pluris ęſtiment Angelorum naturã,eo quod corpore ſunt ſoluti. *Mercu. in Pyman.*

287 Cur in ſolutione vmbraculi filij Mercurius ait Pymandrum cecinisse octonarium?An, quia octonarius eſt numerus iuſtitiæ perfectæ : quià ſemper diuiſibilis in partes æquales vſque ad vnitatem?Hinc canẽdus eſt, quando anima iuſti recedit à corpore,completa ea iuſtitia, quæ poteſt in hoc Mundi pelago præſtari.Iuxtà illud. Sic nos decet implere omnem iuſtitiam. Quod & Paulus Timotheo perſuadet, dicens. Miniſterium tuum imple.Et de ſeipſo teſtatur.Curſum(inquit)cõſummaui.Conſummato itaque curſu, completáque iuſtitia anima meretur audire canticum numeri iuſtitiæ.An, quia in octaua conſummatur diapaſon , ſymphonia perfecta, qua reducitur harmonia ad eundem,vnde cœpit,tonum:quamuis ſub alia claue ? Hinc anima redeunte ad Deum ſub ratione finis , à quo venit ſub ratione principij,diapaſon octonarium cani debet. *Mat. 3.* *2. Tim. 4.*

288 Cur à Mercurio infœlix cenſetur,& vituperatur is, qui poſt ſe filiũ non relinquit?An fortè id didicerat à lege Deuteronomica, qua iubetur, quod ſiquis abſque liberis deceſſerit,frater ipſius ingrediatur ad vxorem defuncti,ad ſuſcitandum ſemen ipſius,& domum eius ædificãdam:vt tollatur opprobrium,maledictionem, & ſententiam à fratre, qua damnatur vnuſquiſque ſine liberis moriens : ne videlicet ingrediatur terram viuentium:vt Zohar conſtanter aſſerit?Sed cur Saluator & eius potiores aſſeclę mori gaudent mulierum penitus expertes:vt cantẽt canticum illud,quod nemo cantare poteſt,niſi ij,qui çum mulieribus non ſunt coinquinati : ſicut in Apocalypſi dicitur?Gaudebant vtique Patres antiqui ædificare domos temporales:ſed cum præterierit figura huius Mundi, gaudemus ædificãre domos ſpirituales,& theſaurizare theſauros in cœlo. An procurare debemus concœptum & partum illum,de quo in Iſaia dicitur. A facie tua Domine concœpimus & peperimus ſpiritum ſalutis? *Mercu. ad Tatium.* *Deut. 25.* *Zohar.* *Apoc. 14.* *Iſa. 26.*

289 Qui ſunt illi ſeptem gubernatores,de quibus Mercurius meminit? Nonnè ſunt illi ſeptem ſpiritus, qui aſſiſtunt throno Dei : haurientes à ſeptiformi Dei nomine eas vires, quas influunt in Planetas,quos ipſi regũt? Vnde moderantur omnia inferiora. Et ideò vocantur gubernatores. Influunt autem omnes in idem:ea tamen lege,vt in vnumquodq; ſubiectum aliquis ipſorum præ cæteris magis influat:à quo denominatur ille,qui influxum ſuſcipit.Nam & ſi quis Iouius,vel Solaris dicitur : non tamen caret aliorum influxu,& beneficio:ſed à prædominante denominatur. *Mercu. in Pyman.*

290 Cur hi ſeptem gubernatores numero ſeptenario ſunt diſtributi?An, vt totum influxum ſuſcipiant ſeptem ſupernorum fontium , qui influunt in puteum illum,qui באר שבע beerſabah, id eſt puteus ſeptem in Scriptura nominatur?An ſeptem ſunt, vt abſorbeãt totum influxum ſupernorum: maſculinum videlicet per ternarium,fœmininũ verò per quaternarium?

Ex quibus quatuor,& tribus ſeptenarius efficitur. Vnde ex pari & impari *Pythago.* Pythagoras dixit omnia generari. Nec apud Pythagoræos binarius eſt numerus,ſed pluralitas vnitatũ confuſa. Numerus itaque primus impar eſt ternarius,& maſculinus,fœmininum præcedens?quaternarium vide- *Gen.2.* licet parem ex maſculino,& vnitate generatum.Nam legitur, quod fœmina è viro fuit ſumpta,& formata à Deo, qui eſt ſumma vnitas.

291 In quo conſiſtit iuramenti virtus?Nonnè in ſeptenario? Hinc non abſque ſacramento apud Hebræos eodem vocabulo dicitur iuramentũ, quo & ſeptenarius: שבע Sabah videlicet. Quando enim iurat aliquis, ſi veritatem dicit,inuocat ſeptenarium illum in ſe omnia continentem, & diffundentem.Si verò peierat, obteſtatur fontes illos ne in ſuum beneſi- *Porta lucis.* cium influant.Sicut diffusè tractatur in libro,cui titulus eſt Porta lucis: & nos alibi quoque diſſeruimus.

292 Si ſeptem ſunt Moderatores (vt Mercurius aſſerit) cur duodecim *Apoc.21.* Angeli commemorantur à Iohanne duodecim portis ſupernæ Ciuitatis præſidentes:& quæ ſunt huiuſmodi portę?Portæ cœli(ni fallor)ſunt duodecim ſigna ſtelliferi cœli: quorum (vt alibi quoque diximus) tria ſunt Orientalia, tria Meridionalia,tria Occidentalia, tria verò Aquilonaria. *Pla. i de Re.* Quod de duodecim portis ſupernæ Ciuitatis Iohannes perhibet. Quarum portarum primam in aſcenſu Plato dicit eſſe Capricornum, in deſcenſu verò Cancrum.Sed cur huiuſmodi ſigna portæ dicuntur?An, quià inde ad nos influxus ſuperiores veniũt?An,quià per illa, tanquã per quaſdam portas,animæ intrant ad cœleſtem patriam:vnaquæq; videlicet per ſignum ſibi conforme?Non quod animæ habeant influxum ab illis ſignis corporeis:ſed quià habẽt influxum ab eis,à quibus huiuſmodi ſigna vim & influxum hauriunt.Hi tamen duodecim Angeli non diſcrepant à ſeptenario:cum eadem ſit radix vtriuſque numeri.Nam quatuor,& tria ſimul iuncta reddunt ſeptem: alter autem numerus per alterum complicatus duodecim præſtat,vt ter quatuor,vel quater tria.

293 A quibus fontibus ſuſcipit influxum duodenarius ille, & ſeptenarius?Nonnè duodenarius vim ſuam haurit à magno Dei nomine per duodenas reuolutiones explicato: vltrà quas aliam non admittit? Et ſic vna- *Ioſeph Cicatilia.* quæque reuolutio vni ſigno præeſt. Sicuti Ioſeph Cicatilia ex Antiquorum promptuariis depromens longo ſermone diſſerit in eo libro, quem גנת אגוז Ghinat egoz, id eſt hortulum nucum nuncupauit. Pari modo & ipſum diuinum nomen in ſeptem ramos diffuſum pręſtat illis ſeptem fontibus,vnde in ſeptem Planetas cœleſtes influant.

294 Qui ſunt Angeli, qui dicuntur צבאות Zebaot? Nonnè ſunt illi, de *Gen.2.* quibus in Geneſi dicitur.Completi ſunt cœli,& omnis exercitus eorum? Pro quo communis æditio habet Et omnis ornatus eorum. צבאות Zebaot enim vel צבא Zebaa non ornatum,ſed exercitum vel militiam ſignificat: vt etiã ſuprà diſſeruimus.Et hi Angeli nedum ornant cœlum,ſicut familia *Pſal.90.* inhabitans domũ,ſed pro Rege pugnant in fauorem noſtrum.Iuxtà illud. Angelis ſuis Deus mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis.

Vnde in quarto Regũ volumine legitur, quod militia magna Angelorum cœleſtis exercitus venit in adiutorium Eliſæi: quos cum non videret Giezi puer eius orauit Eliſæus, dicens. Aperi Domine oculos pueri huius. Vnde ipſe Giezi apertis oculis vidit montem plenum equorum, & curruum igneorum in circuitu Eliſæi. Et hi pugnant vice & loco Domini: de quo ſcriptum eſt. Dominus pugnabit pro vobis: & vos tacebitis. *4. Reg. 6.* *Exod. 14.* *Ioſuch. 23.*

295 Qui genij ſunt particularem vniuſcuiuſque cuſtodiam deputati? An ſunt Angeli inferiores in miniſterium miſſi? An deputantur Angeli ex vnoquoque Angelornm choro, per quem (vt ſuprà dictũ eſt) tranſit anima infundenda? Vnde ſicut ſunt diuerſi gradus miniſterij inferioris: Sic ſunt diuerſæ intelligentiæ tuentes nos. Nam Angelus Abraham fuit Zadchiel, Adam Raziel, Ioſeph Gabriel: Chriſto autem, nõ dicam in tutelam, ſed in principem militiæ datus fuit Michael, qui (teſte Iohanne) pugnauit contrà ſerpentem antiquum, Chriſti præcipuum hoſtem. Nec, vt opinor, vnus & idem ſemper vni præeſt: ſed ſicut homo conſcendit altiorem gradum, ſic altior ei intelligentia datur. *Apoc. 12.* *Hermes.*

296 Cur Deus ab Hermete dicitur ſphæra intelligibilis, cuius centrum eſt vbiq;, circunferẽtia verò nuſquàm? Nonnè, quià ipſe Deus, vera ſphæra eſt, in ipſum terminans, à quo & principium habet? Nam ipſe eſt principium, & finis omnium. Hinc omnia creata, quæ Dei veſtigium gerunt, ad rotunditatem tendunt: vt de cœlis, terra, cæteriſque elementis manifeſtè patet. Et hoc idem eſt de aliis. Quamuis id non ità clarè appareat. Centrũ autem ſphæræ huius, quod eſt tota hæc Mundana machina, eſt vbique: quià omnem locum occupat: cum vltrà Mundum non ſit locus. Circunferentia verò, quæ eſt ipſe Deus omnia ambiens, nuſquam eſt: quià à loco non capitur, ſed ipſe omnia capit.

SECTIO QVARTA DE PLACITIS ACADEMICORVM.

297 CVR omnes vocant Platonem diuinum? An, quià omnia eius ſcripta diuinitatem quandam redolent? An, quià fuit diſcipulus diuini Prophetæ Ieremiæ: vt in Hebrẹorum monumentis reperitur? Quod & Auguſt. aſſeruit: quamuis (neſcio quo ſpiritu) id poſteà retractauerit An, quià Plato ſemper ab alto, & à diuinis exorditur? Cuius contrarium fecit Ariſtoteles, vt forſitan nouus homo videretur. An, quià callidus & aſtutus, inſtar ſerpentis humum ſemper & inferiora ſerpit, diuinis expoliatus? Hinc non abſq; myſterio in myſterioſa lingua ערום harum dicitur aſtutus, & nudus: vt indicetur, quod quãtò quis aſtutior eſt, tantò magis nudatur diuinis: quẹ puritatem, & ſimplicitatem cordis exigunt. An dicitur Plato diuinus, quià omnia ferè dogmata ſua Moſaicis, ac diuinis inſtitutis reſperſit? Quod Euſebius apertiſſimè oſtendit. *Aug. in 2. de doc. chriſt. Idẽ 8. de Ci. Dei. c. 2. & in lib. retra.* *Euſeb. 11. de prepa. Euãg.*

Pla. in Tim. 298 Quibus proportionibus Plato docet factũ fuiſſe vtrunq; Mundũ? Nonnè in Timæo diſſerit Mundũ fuiſſe factum per cubum ternarij, vigintiſeptem videlicet? In quo quidem numero omnis harmonia & conſonantia conſiſtit. Vtrunq; autem Mundum diximus, maiorẽ videlicet & minorem: quià qua proportione, factus eſt Mundus maior, & anima ipſius, ex eadem & Mundus minor, homo videlicet, & anima ipſius conſtat: vt alibi tactũ eſt. Quod neceſſe fuit: vt vterque Mundus diutius permaneret, & delectabilior eſſet. Et hoc ipſe Plato à Timæo Pythagoræo didicit: cui & opus ſuum inſcripſit. Et ipſe Timæus fortaſſis hauſit à Sapiente, qui ait. *Sap. 11.* Omnia diſpoſuiſti in numero, pondere, & menſura.

Pla. in Tim. Chalcidius Proculus in Tim. 299 Cur Plato magis celebrat numerum vigintiſeptem, quàm alium quempiam? An, quià in eo (vt diximus) continentur omnes proportiones, & concentus, dum replẽtur interualla: vt Chalcidius & Proculus longo ſermone diſſerunt? An, quia numerus vigintiſeptem eſt cubus ternarij, numeri indicãtis formam? Vnde per myſterium numerorum indicatur in eo numero impletis interuallis contineri omnem formam: qua vlterior non datur. Sicut ille numerus in cubum deſinẽs, vlterius progredi nequit: vt Ariſtot. perhibet. *Ariſt. in 1. de cæ. & mun.* An, quià in ipſo numero per duplatas proportiones omnis corporea, & per triplatas omnis ſpiritualis creatura deſignatur?

Proculus in Tim. 300 Quibus mediis interualla replentur? Nonnè de hoc Proculus diffuſè tractat reducendo numerum hunc ad maiores numeros ſexcuplandò eos, & multiplicando per trecẽtos & octogintaquatuor? Vnde oſtendit ibi contineri omnem proportionem Muſicam diapaſon videlicet in dupla, diapente in ſeſquialtera, diateſſaron in ſeſquitertia, tonum in ſeſquioctaua, ſemitoniúmque in ſeſquidecimaſeptima, vel ſeſquidecimaſexta proportione. Quibus proportionibus tota harmonia conſummatur: vt in libro, quẽm de Harmonia Mundi ædidimus, diffuſè tractauimus. *Cantico. 1. To. 5. c. 2. 3. & 4.* Et his proportionibus genera, & ſpecies rerum omnium reſpondent.

Pla. in Tim. 301 Qualis eſt elemẽtorum proportio ſecundum Platonem, vt poſſint conuenire ſimul? Nonnè in quatuor elemẽtis eſt pondus & numerus harmonicus proportione mirabili conueniens: ſicut in numeris quadratis contingit, qui ſemper conueniunt in medio vtrique proportionato? Nam inter quatuor & nouem, quadratos numeros, ſenarius eſt medius: à quó ſicut ad quatuor eſt proportio ſeſquialtera. Pari modò à nouem ad ſex. Et eadem conſonantia eſt in ſequenti quadrato: à nouem videlicet ad ſexdecim. Quorum medius eſt duodenarius: à quo ſicut ad nouem eſt proportio ſeſquitertia. Et eadem harmonia eſt à ſexdecim ad duodecim. Eodémq; ordine procedit omnis ſubſequens quadratus. Simili modo conueniunt elementa. Aqua enim eſt humida & frigida: humidum ſibi retinens proprium, in frigido verò cum terra participans. Terra autem frigida atque ſicca eſt: frigidum habens ſibi proprium: cum aqua tamen in eo conueniens: in ſicco verò igni coæquatur. Ignis autem, qui cum terra in ſiccitate conuenit, cum aere tamen caliditate conſentit. Similémque proportionem habent in ſubtilitate, mobilitate, & acutie: vt Pytha- *Pythago. Academici.*

goræi,& Academici docent. Quos imitatus Boetius canit. *Boet.in.3. metro.9.*

Tu numeris elementa ligas:vt frigora flammis,
Arida conueniant liquidis:ne purior ignis
Euolet,aut merſas deducant pondera terras.

Et de hoc latius in Harmonia diſſeruimus. *Cant.1.To. 3.c.13.*

302 Qua proportione conueniunt elementa in compoſito? An eadē,qua inter ſe conueniunt? An meliori? Meliori quippè. Alioquin diſſiderent. Ad ipſorum enim conuenientiam harmonicam conueniunt humores diapaſonica(vt quibuſdā placet)conſonantia,vel alia,quæcunque ipſa ſit. Nam de hoc multi multa ſentiūt. Ea tamen eſt conſonantia,à qua ſi aliqua qualitas diſcedens pręualeat, aut deficiat,totum corpus diſſonum redditur:& inſurgunt febres,aliæque multigenæ infirmitates,iuxtà humorum, qualitatúmque diſſonantiam. Quæ autem illæ ſint pręcipuè,veri Medici diſcutiant. Qui ſi huiuſmodi cognoſcerent,ſecuriùs ác fœlicius mederentur.

303 Quale eſt pondus & figura elemētorum? An ponderis proportio eſt per decuplum? Sicut Ariſtoteles opinatus eſt de extenſione elementorū, dicens,quod ex pugillo terræ fiunt decem aquæ, & totidem aeris ex pugillo aquæ,totidémque ignis ex pugillo aeris:adeò vt terra in aquam cōuerſa ſit maior in decuplo, in aerem in centuplo, in ignem verò in millecuplo. An (vt Timæus Locrenſis & Plato docent, & Proculus, & Chalcidius exponunt) eſt ponderis illorum proportio muſica? Vnde reſultat harmonia diapaſonica, biſdiapaſonica, terdiapaſonica, diapaſonica & diapętica ſimul. De figura autem ipſorum in libro,quem de Harmonia Mundi ædidimus,ſatis exarauimus. *Pla.in Tim. Chalci. & Pro.in Tim.* *Cant.1.To. 3.c.vlt.*

304 Quæ proportio eſt inter quaternarium diuinum & elementarem? An eſt proportio æqualitatis? Sed nonnè æqualia conueniunt ſpecie, Deus autem & creatura differunt pluſquam genere? An igitur eſt proportio per analogiam? Nam eo modo, quo ens dicitur de Deo & creatura: Pari modo dicuntur elementa per analogiam quandam de Deo & creatura.

305 Cur Academici vocant ſeptenariū numerum infœcundum? Nonnè, quià ille numerus(vt Arithmetici dicunt) infrà denarium ſolus nec generat,nec generatur? In eo enim non ſunt numeri aliquoti, qui ipſum conſtituant:neque numeri vlli ab ipſo conſtituuntur. Nam ſi duplicatur ſeptenarius,denarium excedit per quaternarium. Duo namq; conſtituunt quatuor,ſex,& decem. Tria verò conſtituunt ſex & nouem. Quatuor autem conſtituunt octo. Quinque verò decem. Senarius numerus conſtituitur à tribus,& duobus: octonarius à quatuor & duobus: nouenarius à tribus: denarius verò à quinq;. Vnde ſolus ſeptenarius remanet infœcundus. Ideò forſitan eo numero dātur punitiones eorum,qui infœcundi & infructuoſi fuerunt in vinea Domini. Iuxtà illud. Et ſuper peccatores ſeptuplum. *Arithmeti.* *Eccleſ.40.*

306 Timæus & Plato cur cœlum in quindecim pentagonos partiuntur? An fortè theologizantur per numeros & menſuras, edocti à ſecretioribus Theologis, qui docent Mundum fabricatum fuiſſe cum ה he,virtute ipſius יה Iah? Quod nomen quindecim importat in numero. *Pla.in Tim. Timæus de Mundo.*

Ab ipſa enim diuinitate per י Iod deſignata emanat omnis creatura per ה he:quod eſt character Spiritus ſancti,qui fuit opifex Mundi. An id dicunt propter alias proportiones ex illis pentagonis reſultantes: de quibus alibi ſatis dictum eſt?

Pla. in.6.de legibus. 307 Cur Plato per binum ſenarium ſublimia omnia partitur? An, quià duodenarius eſt numerus cœleſtis: vt ſæpè dictum eſt?An, vt denotetur excreſcentia & fœcunditas Ciuitatis illius ſupernæ, ac ipſius hoſpitum per numerum primò creſcentem,qui eſt duodenarius:quo omnia fertilia, & fœcunda diſtribuuntur? Hinc vtraque familia, figuratiua videlicet & vera, hoc numero conſummatur. Et, cum numerus hic creſcat in ſexdecim,numerum quidem iuſtitię: Hinc denotatur, quod excreſcentia cœleſtium eſt iuſtorum, & ſecundum iuſtitiam. Eſt quippè ſexdenarius numerus iuſtitiæ: ſicut de octonario dictum eſt. Idémque de ſuperiori & inferiori in hac linea dicendum eſt. Nam ſemper in partes ęquales diuiditur: vt.4.8.16.32.64.128.Et ſic in infinitum.

308 Cur cœlum pręcipuè diuiditur in duodecim ſigna? An, quia ſupracœlęſtis Reſpu.illo numero diuiditur:vt dictũ eſt?An, quià in cœlo cõplicatur numerus ternarius & diuinus per quaternariũ,numerum elementarem?Vnde innuitur quod illud eſt medium, in quo terrena & diuina coniunguntur:mediũ inter vtrunq; conſtitutum,ſapiénſque naturam vtriuſq;. An duodecim præcipuè ſunt cœli ſigna,vt vnumquodque illorũ ſuſcipiat influxum duodenariæ reuolutionis diuini nominis?An,vt cum vnoquoque elemento tria ſigna conueniant:ſicut Aſtrologi dicunt:An, vt in illo duodenario ſeruentur omnes aſpectus, de quibus Aſtronomi loquuntur: trinus videlicet,quadratus,ſextilis,oppoſitio,& coniunctio?

Idẽ.in Tim. Chalcidius. Proculus in Tim. 309 Cur Plato partitur animã per ternarij cubum? Nonnè,quià anima debebat diuidi eadẽ ratione,qua totus Mundus diſtributus eſt:vt Chalcidius & Proculus innuunt?Sed, ſi Mundus corporeus diſtribuitur trina extenſione,in longum videlicet,latum,& profundũ,cur anima legibus corporeis abſoluta eadem menſura diſtribui debet:cum inſectilis ſit?Nonnè, quià & ſi proportionatur eodem numero,non tamen eadẽ menſura diuiditur? Extrahitur enim numerus à menſura, & numerus naturalis, vel formalis à vocali:ab vtroque autem numerus rationalis ac diuinus.

Pla.in Tim. Ariſto. 1. de cælo. 310 Cur Deus omnia ternario numero complectitur: vt ex Platone & Ariſtot. colligitur? An,quià poſuit in omnibus principium, medium, & finem,veluti quoddam Trinitatis veſtigium? An, quià per ternarij quadratum, qui eſt nouenarius, & per cubum eiuſdem, qui eſt vigintiſeptem Deus compleuit totam fabricam corruptibilium rerum,cœleſtium & ſpiritualium?Nouem nãque fecit genera corruptibilium, & generabilium, nouem cœlos, ac nouem choros & exercitus Angelorum, terminando vnumquodque illorum in ſuo denario,qui naturam vtriuſque ſapit: vt in Harmonia diſſeruimus. *Cant. 1.To. 5.vlt.*

311 Quando quis(vt Plato ait) ad vnum reuertetur per denarij cubum: Nonnè,quando deueniet ad denarium, numerum completum,& ad eius

perfectionem?cubum videlicet, qui eſt millenarius,in quo beantur omnes?Sicut enim millenarius eſt cubus denarij,vltimi numeri videlicet,vltrà quem alius non datur:ſic millenarius eſt vltimus finis,vltrà quem nec eſt nec excogitari poteſt alius.

312 Cur Plato volens loqui de Mundi fabrica quærit quartum, & non inuenit? Nonnè id declarat, dùm inducit Timæum Socrati reſpondentem.Aduerſa valetudine laborat ô Socrates?Ideò videlicet intereſſe non poteſt.Non enim ſpontè ab hac diſputatione, & cœtu ſe abſtinuit. Vnde innuit,quòd cum quaternarius ſit numerus elementaris, ſermonibus faciendis de fabrica ſummi opificis intereſſe non potuit. Nam Deo Opifici ſummo numerus ternarius eſt addictus,quo ſemper gaudet. *Plat. in Ti.*

313 Si Deo ſolus ternarius numerus eſt addictus,cur nomen ipſius dicitur & eſt quadrilaterum? An & ſi quatuor videntur,tres tamen tantùmodò ſunt literæ?Nam harum vna geminatur, ה he videlicet, denotans geminã Opificis productionẽ:alteram,quam fecit(vt aiunt) ad intrà,perſonarum videlicet diuinarum:& alteram, quam fecit ad extrà,ipſarum ſcilicet creaturarum:vel duplicẽ ipſarum creaturarũ productionem, idearũ videlicet in ſuperioribus,& particularium rerũ in inferioribus.Vnde non diſcedit à ſuo ternario reali:nec ex geminata illa litera quaternus cẽſetur Deus. An per quatuor illas literas denotatur quadruplex influxus, quo Deus ſolet ſe diffundere in creaturas:permanẽs tamẽ ipſe in ſuo ternario?

314 Quid importat illa Platonis proportio ex numeris duplaribus & triplaribus deducta? An per numeros pares & duplatos,quadruplatos, & octuplatos deſcribuntur naturæ corporeæ: per triplatos verò lineare quadratũ,& cubum innuuntur creaturæ ſpirituales,&Deo magis appropinquantes?Nam ipſe Deus impari numero ſemper gaudet:ſicut elemẽtaria gaudent numero pari. An per pares intelliguntur ſubiecta elementaria:per impares verò formæ & ideæ?Sicut enim ex admixtione parium impariúmque vocum reſultat harmonia:ſic ex mixtione ſubiectorum, & formarum,elementarúmque rerum ac ſpiritualium, tanquam ex actiuo, & paſſiuo,vel maſculino & fœminino generatur harmonia, & concentus ſuauiſſimus.Hinc dixere Pythagoræi omnia produci ex pari & impari:ex forma videlicet & materia, vel ex maſculino & fœminino. Vnde ſuauiſſimus inter producta concentus reſultat. *Idem ibidẽ.*

315 Quo numero Plato partitur omnem ſtatum? Nonnè per cubum duodenarij numeri,primò creſcentis,qui eſt 1728.Sed cur?Nonnè,quià cubus (vltrà quem procedi nequit) ipſius duodenarij primò creſcentis eſt numerus nuper adductus? Hinc cum ad ipſum numerum peruenerit regnum,vel Reſpu.aliqua, labefactari incipit: & multoties antè ex malo regimine corruit. Vltrà quem numerum nullum dominium permanſiſſe legimus.Vnde id,quod Plato dicit,experientia comprobatur, & diuinis oraculis confirmatur: Ezechielis videlicet ac Iohannis, qui regnum ſupernum,& omnia ad ipſum ſpectantia hoc numero duodenario partiũtur.Et quià regnum illud vltrà præfatum numerum tranſcendit (quià in *Idẽ in Rep.* *Ezec. 43.* *Apoc. 21.*

Pſal.144. æternum manet: vt Propheta teſtatur, dicens. Regnũ tuum regnum omnium ſeculorum) Hinc addunt huic numero millenarium diuinitatis & æternitatis, per ipſum hũc duodenarium ſacrum, & cœleſtem cõplicantes.

Sap.11 316 Quarè data eſt mortalibus harmonia? An, quià Deus omnia diſpoſuit in numero, pondere, & menſura? Vnde omnia ſunt cõſonantiſſima, & præcipuè homo perfectiſſimũ Dei opus. An, quià in hunc Mundum antiſtes homo venit intellecturus omnia? Hinc ei neceſſe fuit cũm omnibus proportionem habere. Vnde reſultat tertia numerorũ ſpecies, rationalis videlicet. Nam (vt omnes philoſophantes conueniunt) operari nequit in obiectum potentia, niſi quatenus cum eo proportionem habeat. Hinc dixit Mercurius. *Mercu.ad Aſcle.c.6.* Muſicen verò noſſe nil aliud eſt, niſi cunctarum rerum ordinẽ ſcire: quæque ſit diuina ratio ſortita. Ordo enim rerum ſingularum, in vnum omnium artifice ratione collatus, concentum quẽdam melo diuino dulciſonum, veriſſimúmque conficit. *Ibidem.c.5.* Et paulò antè concludit, dicẽs. Nec immeritò in hominum cœtum Muſarum chorus à ſumma diuinitate eſt demiſſus, ne ſcilicet terrenus Mũdus videretur incultior, ſi modulorũ dulcedine caruiſſet. *Pla.in Tim.* An (vt Plato ait) data eſt nobis harmonia, non ad voluptates rationis expertes, ſed vt per eam, diſſonantem circuitum animarum componamus, & ad concentum ſibi proprium redigamus? Nam ad id tributus eſt concentus, vt habitum in nobis immoderatum gratiáque carentem aptiſſimè temperemus.

317 Quis ad veræ harmoniæ fontes peruenit? An Poëtæ, qui è fonte Caballirio cum Muſarum choris potarunt? An Græci Muſica arte pollentes ſecundum omne genus harmoniæ: diatonicum videlicet, chromaticũ & enharmonicum: Quorum primum tantummodò tẽpeſtatis noſtræ Muſici celebratiſſimi habent in vſu. An inſpectores naturalium cõcentuum? Quod genus Muſicæ longè celebrius eſt, quàm vocale. An (vt opinor) illi, *Sapien.12.* qui ad diuinos numeros deuenerunt, quibus omnia ſummus Opifex conſonantiſſima fabricauit? De quo Opifice ſpiritu Sapiens ait. O quàm ſuauis eſt Domine ſpiritus tuus in omnibus. Quam quidẽ ſuauitatẽ multò *Pſal.144.* perfectius ſentiunt cœleſtes Ciues: de quibus Propheta canit. Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt.

Pla.in Parmenide. 318 Quomodò omnia ſunt vnum: vt Parmenides & Plato ſentire videntur? An fortè Parmenides & Plato errarunt: vt falsò eos Ariſtoteles *Ariſt.1.phy.* criminatus eſt? An potius omnia ſunt vnum, ſicut rami in trunco uel radice, radij in Sole, riuuli in fonte, & variæ virtutes in anima? Hinc omnes creaturæ habent eſſe non à ſe (vt omnes fatentur) ſed à Deo, qui eſt fons & origo omnium riuulorum, omnium ramorum radix, & principium omnium radiorum, veráque vita: vnde omnes virtutes vitales, & quæcunque *Actu.17.* aliæ procedunt. Vnde ſapientiſſimè dictum fuit. Deus eſt in quo viuimus, mouemur, & ſumus. In quo vno omnia habent ſuam perfectiſſimã conſonantiam: quæ dicitur parium, impariúmque rerum, ſeu vocum in vnum redacta concordia.

319 Quam conſonantiã vnumquodq; cœlũ ſuo motu deducit? Nonnè

diapaſconicá? Cũ circularis mot⁹ eòdẽ redeat, vnde incipit: licet nõ ſit eadẽ reuolutio, nec ſit oĩmoda principij ratio, nec termini ipſius mot⁹. Sicut occurrit in diapaſon: ꝙ incipit, vt more noſtro loquamur, à ♮ de natura graui, & terminat in ♮ de natura acuta. Vbi eadẽ eſt nota, altera tamen & altera ratione. Siue (vt Græcos ſequamur) incipit à Proſlãbomenos (quæ adiecta dicitur, quià poſt oẽs inuẽta) & terminat in meſè, q̃ mediá dicim⁹: & inde ad netè hyperboleó.i. vltimã excellentiã, cõſtituit aliud diapaſon. Vbi notę ſunt eędẽ, ſed natura diuerſa. Eodẽ modo pergit motus circularis: in cuius prĩcipio, & in fine aliqua reperitur idẽtitas: cũ aliqua tamẽ differẽtia, qà aliud eſt prĩcipiũ, aliud verò finis: & qà in motu diurno Planetarũ ſemper eſt aliqua varietas ſecũdũ ꝓpriũ vniuſcuiuſq; ſphæræ curſũ.

320 Eſt-nè in cœlis vera harmonia? Nõnè à viris grauiſſimæ authoritatis ridicula exiſtimãtur huiuſmodi orbiũ cœleſtiũ modulamenta, eoquòd nõ audiatur ille ſonus, nec ibi ſit aër, in quo ſonus reboare poſſit? Quod aſſerũt ij, qui nõ admittũt niſi ea, quæ ſẽſibus percipiũtur. Cuiuſmodi ſunt Peripatetici. Sed Pythagoræi & Academici à numero vocali, ad naturalẽ ac formalem trãſcendentes adinuenerũt in cœlis naturalẽ harmoniã: habentes hãc vocalem tanquã ſtatuam, quã relinquunt in veſtibulo, quando ingrediuntur ad ipſam naturalẽ harmoniã, rationalem, vel diuinã. De quibus harmoniis ſacri authores plæriſq; in locis innuũt. Pueri enim in ignis fornace poſiti (vt in Daniele legimus) & Dauid cœlum, terrá, plantas, arbores, aquas, & omnia Domini opera inuitãt ad laudẽ Opificis: non quidẽ vocali, quo carẽt, ſono, ſed naturali cõcentu. De rationali verò harmonia Plato plæriſq; in locis diſſerit. De diuina autẽ ſecretiores Theologi tractant: vt hinc inde ex multis ſacræ Scripturæ locis decerpũt. Ad quas harmonias Peripatetici, & harmoniæ cœlorũ expertes nõ attigerũt. Nonnè etiã ex diſtantia cœli deducunt harmoniã quandam. Si enim Cenſorino, Plinio & Eratoſtheni credimus, qui ex officina Pythagorea hauſerunt, eſt à terra vſque ad orbẽ ſignorũ harmonia diapaſonica perfecta. Et hi quoque particulares cõcentus intermediarum diſtantiarũ aſſignant, dantes à terra ad Lunam tonum: à Luna verò ad Mercurium ſemitonium: à Mercurio ad Venerem tantundẽ: à Venere ad Solem tonũ & dimidiũ: à Sole autẽ ad Martẽ tonũ: à Marte ad Iouem hemitoniũ: tãtundem à Ioue ad Saturnum: à Saturno verò ad ſtelliferum cœlum adhuc ſemitonium. Quæ omnia ſimul ſumpta diapaſonicam ſymphoniam reddunt. Quas rationes ſi in fabricis, quas molimur, ordine debito ſeruaremus, fabricas vtique noſtras conſonantiſsimas redderemus.

Dan. 3. *Pſal. 148.* *Plato.* *Sec. Theo.* *Cenſorinus.* *Plinius* *Eratoſthe.*

321 Quam harmoniam efficiunt cœli ex motibus ſuis ad inuicem? Suauiſsimam quidem. Hinc Plato aſſeruit ſingulis orbibus ſingulas Sirenes præſidere, ad harmoniam concinnandam. Quem quidem Platonem quãplurimi ſequuntur. Proculus autẽ potiſsimè & Chalcidius. Ptolemęus verò cœlorũ ſcrutator pręcipuus in libro de Harmonia inquit. Sol & Luna primi Geneſeos & vitæ noſtræ Moderatores, certis numeris ſonoris, cum aliis non tantũ in motu, ſed etiã in effectu conueniunt. Et quià Iupiter in o-

Pla. de Re. *Proculus in Cratylo & in Rep.* *Chalcidius in Tim.* *Ptolemæus.*

nibus numeris fœlicibus Soli, pluribus autem Lunæ aſſociatur: Ideò Iouem primum bonorum datorem dixerunt per Lunam. Qui quidem Ptolemæus forſitan alludit ad Iouem & Solem ſupramundanos, qui per Lunam ſupracœleſtem omnia bona inferioribus tribuunt. De quibus aliàs diffuſiùs diximus.

322 Planetæ numero ſeptenario infœcundo diſtributi, ſunt nè harmonici & fœcundi? Niſi quippè fœcundi eſſent, inferiora non fœcundarent: nec in ipſa influerent: cuius oppoſitum patet. Qua ergò ratione fœcundi ſunt? Et ſi fœcundi non ſunt ratione ipſius ſeptenarij, qui ſuapte natura (vt paulò antè diximus) infœcundus eſt: ſunt tamen fœcũdi ratione partium. Quarum quidem partium prima ſcilicet, ternarius habet rationem maſculeam: ſecunda verò, quaternarius videlicet, fœminæ vicẽ tenet. A quo maſculino & fœminino coniunctis omnis fœcunditas ſuauiſſimúſque cõcentus emanat. Nec per coniunctionem maris ac fœminæ intelligo tantũ hominum & animaliũ coniunctionẽ, ſed cuiuſcunque actiui & paſſiui. Nam oĩs operatio exigit agens tanquã maſculũ, & patiens tanquã fœminam. Iuxtà illam vulgatiſſimam Ariſtotelis ſententiam. Actus actiuorum ſunt in patiente benè diſpoſito. Hinc vnumquodque ſignum, & quilibet Planeta (vt Aſtrologi dicunt) habet vim maſculinam & fœmininam.

Ariſt. 2. de anima.

323 Quæ conſonantia eſt Planetarum, & ſignorum ſimul? An ex radidicibus ſuorum numerorum? Quæ quidem radices eædem ſunt: ternarius videlicet, & quaternarius. Qui numeri ſimul iuncti ſeptenarium reddunt alter autẽ per alterum cõplicatus duodenariũ facit. An propter vim maſculeã ac fœmineã: quæ in vtriſque eadẽ ratione viget? An propter intelligentias vtriſque præſidentes: quæ ab eodem fonte veniũt? An propter influxum Primi per eoſdẽ canales emanantẽ? Nã (vt à ſecretioribus Theologis habetur) magnũ Dei nomen tetragrammũ in vtroſque influit: in ſigna videlicet per reuolutiones duodenarias, de quibus nuper diximus: in Planetas autẽ eadẽ virtute, ab eodem fonte per ſeptẽ riuulos emanante.

324 Eſt-nè conſonantia cœlorum cũ ſupernis mentibus, & cum ſuprema potiſſimè? Nonnè Dionyſius id vnico verbo declarat, dicens. Gaudẽt omnes mouente Patre? Omnes (inquam) intelligentiæ, & orbium ac ſignorum præſides: qui ad Patris nutum mouent ac diſponunt ſigna, & Planetas ſibi creditos, tanta ſuauitate & concentu, vt nullus vnquam à creatione Mundi citrà occurrerit error, ſeu laſſitudo in ipſis mouentibus.

Dionyſi. de diui. no.

225 Quæ eſt Platonis catena, & qua proportione coniuncta? Nõnè catena, hæc eſt connexio cauſarum, tàm primæ, quàm ſecundarum? Vnde qui hæc omnia ſcit ordine ſuo connectere, faciliores & fortiores affectus producit. Exempli gratia. Helleborus niger conuenit cum adamante: & vterque cum capite Olgot: & hæc cum intelligentia Aquilonari prouenięnte à loco illo, qui ab Hebræis צפון zaphon, id eſt Aquilo dicitur, aut גבורה gheburah, quod interpretatur robur. Quæ omnia ſi connectantur, efficacius operantur: quià natura & proportione conueniunt ad inuicem. Et ſic de aliis, de quibus alibi diffuſius tractauimus.

326 Quas

326 Quas proportiones iubet Plato obſeruari in Repub. vt benè inſtituatur? Nonnè illas, quibus Mũdum ſummus Opifex diſpoſuit: Arithmeticam videlicet, Geometricam, & Muſicam, quas ipſe Plato medietates appellat? Harum enim vna, Muſica videlicet, eſt identitas rerum exiſtentium in Opifice: alteritas autem rerum productarum Arithmetica: alteritatum verò vnio Geometrica. Has autem in Repu. ipſe Plato præcipit obſeruari, vt per harmoniam iuſtitiæ ſimilitudo teneatur, tribuendo maioribus maiorem: minoribus verò minorem rationem: & Arithmetica detur vnicuique ſecundum ſuam menſuram: vnde pax in populis conſeruetur. Geometrica autem æquando & colligando, vnionem præſtat. Quas proportiones Heſiodus & alij Græcorũ Vates finxere fuiſſe filias Themis: quæ omnium potentias, viréſque colligit, & eſt numen eorũ, quæ fas ſunt. Fas enĩ græcè themis dicitur. Et has filias vocarũt Eunomiã, Hirenẽ, & Dicen. Eunomia ſimulachrũ eſt Geometricæ medietatis, quæ vnionẽ parit: Hirene Arithmeticæ, quæ pacẽ generat: Dice verò in Muſica repręſẽtatur: qua declaratur idẽtitas, & vera iuſtitia diſtributiua. *Pla. in Rep.* *Heſiodus.*

327 Quæ correſpondentia eſt pedum ad ſtomachum, vt frigeſcentibus pedibus doleat ſtomachus? Nõnè eadem, quæ eſt in cœlo, & in ſignis duodecim: quibus humani corporis membra reſpondent, vt triuiale eſt? Vnde ſicut triplicitates ſignorum in cœlo conueniunt: Itá triplicitates membrorum in corpore humano. Sunt enim pedes correſpondentes Piſcium ſigno: inguẽn autem & ſupraſedens corporis pars cum Scorpione conuenit. Quod ſignum eſt in triplicitate æquea cum Piſcibus & Cancro. Hinc ad læſionem vnius ſequitur læſio alterius: & ad fomentum vnius ſequitur fomentum alterius. Quod experientia comprobatum eſt. Vnde connexionem ipſorum hinc & ex omnibus quatuor triplicitatibus depræhendimus.

328 Quomodo ſe habet homo cum Planetis in ventre matris? Nonnè (vt à Macrobio Platonico habemus) in ventre matris conſtitutus puer, primo menſe eſt ſub Saturno, ſecundo ſub Ioue, tertio ſub Marte, quarto ſub Sole, quinto ſub Venere, ſexto ſub Mercurio, ſeptimo ſub Luna, octauo verò rurſum ſub Saturno, frigido & ſicco vitæ contrario? Hinc octauo menſe nati rarò viuunt. Nono autem mẽſe iterum eſt ſub Ioue calido & humido, vitæ accommodatiſſimo. Hinc nono menſe nati, ceſſantibus omnibus contrariis, fœliciter viuunt. In ſeptimo verò menſe nati, ex Luna tunc prædominante viuunt. Quando maximè ipſa Luna grauidata eſt Sole, vel aliqua fortuna vitæ conuenienti. *Macrobius.*

329 Quomodò ſe habet homo, poſtquam in hanc lucem æditus eſt? Nonnè Macrobius & alij Academici Aſtrologíque aliam aſsignant nati conuenientiam cum Planetis: aſſerentes, quod in primo ſeptennio regitur natus à Mercurio, in ſecundo à Venere, in tertio à Marte, in quarto à Ioue, in quinto verò à Saturno? A Sole autem & Luna regitur tanquam à rectoribus vniuerſalibus, prout conueniunt cum Planetis quibus iungũtur, aut dum habent idem domicilium. Aliam quoque conuenientiam

habet homo per horas cum Planetis. In prima nâque hora diei dominici Sol præeſt,& diſponit hominem.Secunda Venus,tertia Mercurius,quarta Luna,quinta Saturnus.Et ſic procedendo vſque ad viceſimã quartam, quæ eſt Mercurij & diem claudit. Subſequens autem Planeta eſt Luna, quæ præeſt primæ horæ diei.Hinc dies ille nominatur dies Lunæ.Sicut etiam Ptolemæus,& Abraham aben Hazra pleniſſimè ſcribunt.

Ptolemaus.

330 Quæ anima (vt Plato dicit) ſita eſt in Mundi medio? An de Luna vt aliqui ſentiunt)intelligitur? Cum ipſa ſit extremum cœleſtis,& principium quodammodò corruptibilis Mundi.Nã per eam,tanquam per matricem quandã,Planetarum omnium influxus ad inferiora deſcendũt.Sed cum Luna potius ad corpora, quàm ad animã reſpiciat, quomodò poteſt hoc intelligi de Luna hac inferiori ac viſibili? An igitur forſitã intelligitur de Luna ſupramundana,quæ à ſecretioribus Theologis etiam mare magnum dicitur? Vbi ſunt aquæ illæ,de quibus ſcriptum eſt. Producãt aquæ ſerpituram animæ viuentis.An de Sole ſupremo eſt ſermo, qui eſt in medio Archetypi,& veri Mundi:primus fons vitæ exiſtens?

Pla. in Tim.

Gen. 1.

331 Cur Heua dicitur mater cunctorũ viuentium? Non quippè, quià fuerit mater hominum:cũ homo non ſit omne viuens:vt etiam ſuprà diſſeruimus.An igitur de aqua illa collecta in mari magnò eſt ſermo,de qua nuper diximus? Hæc enim matris nomẽ habet: quià inde oĩa generantur. Dicitur autẽ fœmina quià à ſuperioribus influxũ ſuſcipit. Omne namque paſſiuũ & ſuſcipiens fœminæ nomen ſortitur.Scriptura verò vocat ipſam חוה Chauah.i.viuificatricem,aut vitam præſtantem, ſed à ſupramundano Sole ipſam vitam hauriẽtem.Quo ſenſu dixit Mercurius.Deus vtriuſque ſexus fœcũditate pleniſſimus.Nec id pias cuiuſpiam aures offendat. Cum vnumquodque paſſiuum,etiam in diuinis, Antiqui nomine fœminino nũcuparint.Hinc ſpiritus,qui eſt productio merè paſſiua,apud Hebræos fœminini generis eſt:vt ſuprà diximus.

Ibi. 3.

Mercurius in Pyman.

332 Cur ex Antiquis nonnulli nominarunt Solẽ & Lunam fratres,alij verò coniuges? Nonnè, quià ſimul geniti: vt ſcriptum eſt. Fecit Deus duo luminaria magna? Hinc gemelli dici poſſunt. Coniuges quoque dicuntur: cum Luna ſuſcipiat & grauidetur à Sole:ſicut fœmina à viro. Gerũtque Sol & Luna imaginẽ ſupramundanorũ luminariũ, quorum Luna à ſecretioribus Theologis dicitur ſpeculũ non lucens.Nõ enim lucet,niſi quatenus à Sole lumẽ ſuſcipit, & per lumẽ alia omnia in inferiora diſtribuẽda.

Gen. 1.

Sec. Theo.

333 Mundus cui exẽplari cõparatur à Platone,genito nè, an ingenito? Nõnè cõparatur exẽplari ingenito,quod eſt idearũ ratio:in verbo ſcilicet exiſtentiũ,aut in ſupramũdana regione productarũ:vt ipſi Platoni placet? Qui quidẽ Plato proculdubio edoctus fuit à Moſe,qui ait.Producat terra animã viuentẽ in genere ſuo.De qua productione ſuprà dixerat.Quam produxerãt aquę in ſpecies ſuas:aquæ videlicet maris magni ſupramũdani:de quibus ipſe Plato Moſaicę doctrinæ cõſentiẽs ampliſſimè loquitur.

Plato.

Gen. 1.

Pla. in 7. de Rep. & in Phædone.

334 Cur dixit Plato cœlũ eſſe bonorũ omnium canticam? An, quià ipſum eſt cœleſte animal,à quo terrena hæc omnia (vt quibuſdam placuit)

Idẽ in Epinomide.

generãtur? An id dixit ꝑpter ideas, quas ipſe Plato voluit inter cauſarũ genera annumerari potiſſimè? Sed cur cœlo, vel ideis attribuitur, ꝙ attribui deberet Deo: à quo (vt Iacobus ait) omne datum optimũ, & omne donũ perfectum emanat? Cui adſtipulatur Apoſtolus dicens. Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. A Deo quippè eſſe omnia fatetur Plato, dum vocat ipſum Opificem, genitorémque vniuerſitatis: ſed dum cœlo, vel ideis aliquid attribuit id, facit tanquam inſtrumentis & mediis, per quæ ſummus Opifex, rerum ſeriem obſeruans, operatur. *Iaco.1.* *Rom.11.* *Pla.in Tim.*

335 Cur Socrates in Cratylo dicebat ſe ſomniare ideas? An, quia non-temnebat eas: vt Peripatetici ſolent? Sed quomodò cõtemnebat eas: quas tot in locis laudauit? An igitur, quià in hoc Mũdo ipſis vti nequimus? Sed nonnè Auguſtinus ait, quòd ideis tanta vis ineſt, vt eis ignoratis, nihil intelligere poſſimus? An igitur, quià per imagines quaſdam ſecundarias ipſis ideis correſpondenteseas indagando diſcurrimus (ſicut idem Auguſtinus ſuper Iohannem innuere videtur) ſed ipſas Dei veras ideas non percipimus, niſi aliqualiter ſomniando? Ipſas tamen eſſe firmiſsimè tenemus, & oraculis edocemur. *Plato in Crantylo.* *Aug.lib.83. q. 46.* *Idem ſuper Io.*

336 Quis (vt Plato innuit) has ideas cognouit? Nonnè ipſe expreſsè dixit paucos homines idearum eſſe peritos: ſed Deos quidem omnes? Nam illi verbum vident, in quo ipſæ ideæ reſident. Et has videbunt omnes, qui ad ipſius verbi viſionem ſubuehentur. Vident etiam ij, quibus datur cum Paulo mori ſibimetipſis, & rapi ad arcana diuina, quæ videre poteſt anima ſeparata à corpore in operãdo, quãuis non in eſſendo. Hinc Apoſtolus ſtatum ſuum, in quo tunc erat, ancipitem reliquit, dicens. Siue in corpore, ſiue extrà corpus neſcio, Deus ſcit. Qui autem vident ideas in verbo exiſtentes, poſſunt etiam videre, quæ extrà verbum ſunt, ſi quæ reperiuntur: vt Platoni & antiquis Theologis placet. *Pla.in Tim.* *2.Co.12.*

337 Quomodò intelligitur illud Platonis, quòd anima conflata eſt ex indiuidua diuiduáq; ſubſtãtia? Nõnè per indiuiduã ſubſtantiã intelligit animam intellectiuam, per diuiduam verò rationalem: vt aliqui dicunt? Quod forſitan à Plotino hauſerunt, qui vult intellectum eſſe vnicum & indiuiſum, animã verò rationalem, multiplicem ac diuiſam. Quod nõ parum differt ab Auerrois opinione: qui negauit multitudinẽ animarum rationabilium: & conſequenter principium benè & malè operandi. Cũ voluntas & liberum arbitrium cum anima rationali, non cũ intellectu vniuerſali, ſit vnitum. Ex anima igitur intellectiua vnica perfundente, & irradiante animalẽ animã reſultat hæc tertia, quæ rationalis dicitur, veluti plãta, quæ germinatur ex irradiatione cœleſti ſuper ſemẽ vel terrã ſpõtè pullulantẽ facta. Hinc Platonici priſcos Theologos imitati tres aĩas poſuere: aĩalẽ videlicet, rationalẽ, & ĩtellectiuã. Quos ęmulat⁹ Boetu⁹ canit. *Pla.in Tim.* *Plo.in lib.de homine.* *Boe.in 3. Metro.9.*

Tu triplicis mediam naturæ cuncta mouentem
Connectens animam per conſona membra reſoluis.

338 Quomodò anima eſt trina, & qualis eſt rationalis media inter duas? Suprema quippè diuina eſt, & ſemper diuinitatẽ redolens deprecatur ad

poteſt ferri niſi in bonum verum,& tunc benè facit,aut in bonum apparens,& tunc peccat decepta? Reſpōdetur ab iis,qui opinantur mala cōmitti etiam abſque errore, quod tunc in bonum præfixum voluntas fertur. Præfigunt enim iſti illud malum eſſe bonum non decepti, ſed ſic volētes. Sed nec iſta præfixio(vt eorū more loquamur) eſſe poteſt abſque aliquo errore. Vnde error eſt in eligendo, & conſequēter aliquatenus in cognoſcendo. An igitur cauſa peccati eſt vis quædam cogēs? Quod videtur ſentire Apoſtolus,qui ait. Video autem aliam legem in membris meis,repugnantem legi mentis meæ,& captiuantem me in lege peccati,quæ eſt in membris meis. Nō enim quod volo bonum,hoc facio,ſed quod nolo malum: vt ipſe paulò ſuperius dixerat. *Roma. 7.*

342 Quid igitur prodeſt nobis liberū arbitriū? An fortè eſt ſeruus cōcupiſcētię:vt aliqui neoterici dicūt? Sed abſit,vt ad tātā demētiā veniamus. Nōnè dixit Ariſtoteles,ſolo naturali lumine colluſtratus. Nos ſumus domini noſtrorū actuū & operationū? Volūtas enim eſt illa potētia,vel anima rationalis media,valēs pro arbitrio ad alterutrā partē declinare. Nā(vt Auguſtinus ait)nihil eſt tā in poteſtate volūtatis,quā ipſa volūtas:quæ dū vult gaudere libertate, poteſt quidē diuina ſuffulta gratia:ſed dū ſeſe tradit in poteſtatē cōcupiſcētię,ducitur in legē peccati. Sicut Apoſtolus gerēs perſonā nō benè initiatorū ait:gerēs autē perſonā ſtrenui militis inquit. Caſtigo corpus meū,& in ſeruitutē redigo. *Ethic.3.* *Auguſtinus.* *Roma.7.* *1.Cor.9.*

343 Vnde reſultat vera pulchritudo? An(vt Peripatetici docēt)ex omnimoda lineamentorū & colorū proportione, quæ reddit ſubiectum proportionatū,pulchrū,& delectabile? Sed ſi inde venit pulchritudo, quomodò anima erit pulchra,quę lineamētis,& coloribus huiuſmodi caret? An igitur vera pulchritudo venit ab illo pulchro, à quo omnia pulchra? Quod pulchrū quęrebat Socrates ab Hippia:ſed de ipſo determinat in Phędro. Et de hoc Plotin⁹ diſſerit. Eſt enim Deus ſummū ens, à quo omnia entia,ſummū bonū,à quo omnia bona, ſummū verum,à quo omnia vera,ſummū iuſtū,à quo omnia iuſta,& ſummū pulchrū,à quo omnia pulchra. Quod pulchrum ſacræ literæ vocant תפארת tipheret:vt frequēs eſt apud Dauidē & Iſaiā. Pro quo cōmunis æditio habet nūc gloriā,nunc pulchritudinē,nunc magnificentiā. Vnde homo tātò pulchrior exiſtit:quātò magis ipſi pulchritudinis fōti appropinquat. *Ethic.4.* *Pla.in Hippia.& in Phædro.* *Plo.in li.de pulchro.*

344 In quo maior pulchritudo conſiſtit,in mente nè,an in corpore? Nōnè(ſi datam à Peripateticis definitionē ſequi voluerimus,quod videlicet pulchritudo eſt lineamentorum, & colorū proportio) in corpore maiorem eſſe dicemus? Si verò Academicorum placita veriora & diuiniora admittemus, maiorē pulchritudinē in anima intuebimur: quæ lōgè propinquior eſt ipſi ſummo pulchro,quā corpus,& eſt ſubiectum magis diſpoſitum ad diuinā illam pulchritudinem ſuſcipiēdā, quā corpus. In ipſa quoq; anima reſidet imago Dei,magis expreſſa,quā in corpore. Et ſi cōcinnū & proportionatū eſt pulchrum,quid cōcinnius,quam illud,in quo perfectiſſima conſonantia beantur omnes? *Ethic.4.*

345 Cur vnuſquiſque tãtoperè rebus pulchris oblectatur? An, quia pulchrum eſt ſuapte natura diligibile? An ex proportione partium adinuicem, & totius obiecti cũ potentia? An, quia quantò quid eſt pulchrius, tantò diuinius, & ſummo diligibili, quod Deus eſt omnium rerum pulcherrimus, immò pulchritudinis fons, eſt propinquius?

346 Per quam viam ſecundum Platonicos fœlicius & facilius in Deum conſcendimus? Nonnè (vt Plotinus docet) per Mercurium, Venerem, & Solem? Siue (vt ipſe declarat) per Arithmeticam, vel Muſicã, Amatoriam & Philoſophiam. Quod explicantes dicimus, quod, dum homo intelligit rerum conſonantias, vnde reſultat Muſica, & harmonia, & inde pulchritudo, ſuapte natura delectatur rebus pulchris. Ex quarũ pulchritudine, quæ eſt quædã diuinitatis imago, ſubuehitur ad contẽplandã ipſam diuinitatẽ. Quod vt melius efficiat, vtitur Sole. i. lumine: quo abſtrahit pulchritudinẽ verã ab hac feculẽta, ſpeculando ipſam in ſumma eius ratione, & perfectione: cuius hæc inferior tenet imaginem. Et hoc, eo modo, quo Auguſtinus docet contemplari Deũ per bonum, dicens. Tolle hoc, tolle illud: & conſydera bonũ, ſi potes.

Plo. de trip. reditu animæ ad Deũ. *Auguſtinus.*

347 Quam orationem fecit Socrates moriens? Nonne Plato illam refert, dicens. O Pan, cæteráque numina, date, vt intus pulcher fiam, & quę extrinſecus ſunt, intrinſecus ſint amica? Quibus verbis, pulchritudinis ſacramentum, & conditionem innuit. Intus autem pulcher effici cupiebat, ideſt, habere quantum diuinitatis capere poterat. Nec enim alia pulchritudo intrinſecus, ideſt in anima ſuſcipi poteſt. Nã quantò lympidior quis efficitur per virtutes, tantò magis tẽplũ eius pro Deo ſuſcipiendo diſponitur. Cui pulchritudini ſummæ adeò ipſe Socrates afficiebatur, vt omnia, quantũque extrinſeca, optaret eſſe (quantũ fas erat illi ſummæ pulchritudini conformia. Et hoc, vt poſſet deuenire ad illud ſummum pulchrum, de quo Plotinus ait. Efficiatur quis diuinus, pulcher, atq; Deiformis? ſi modò diuinã pulchritudinẽ ſit inſpecturus.

Pla. in Phædro. *Plo. c. 9. de pulchro.*

348 Cur Socrates moriens Æſculapio Gallum reddi iuſſit? An, quia illũ ipſi Aeſculapio vouerat: vt ipſius verba ſonare vidẽtur? An ille, qui omnium ſapientiſſimus Apollinis oraculo adiudicatus eſt, Gallum, id eſt portionem ſuperiorem ſummo Soli reddi iuſſit, à quo illã ſuſceperat? Iuxtà illud. Et ſpiritus reuertitur ad Deum, qui dedit illum. An ſecutus eſt Priſcorum oracula: quæ tradunt animas in cœlum remeãtes Pæanẽ id eſt triumphalem cãtilenam Phœbo reddere? An, quià voluit Antiquorũ more ſacrificari Gallum diei, Soliſque nunciũ Aeſculapio Medico, & Phœbi filio, id eſt diuinę beneficẽtiæ, morborũ omniũ curatiuæ? An (vt ad altiora cõſcendamus) iuſſit reddi Gallũ, id eſt ſcintillã mentis ſupremã Raphaëli, qui huic viſibili Soli pręſidet, repræſentãdã ſupramũdano Soli, & patri luminũ: à quo (vt dictum eſt) eã acceperat?

Pla. in Phædro. *Eccl. 12.*

349 Cur Socrates (vt Plato ſcribit) venenũ præparatum non timuit? An, quià didicerat ſeſe adeò ratione cõponere, vt æquanimiter aduerſa toleraret? An animi immortalitate allectus, de qua ibidem latiſſimè

Pla. in fine Phædonis.

diſputauerat, optabat illa frui in obiecto proprio? Quẽadmodũ Mercurius (vt Chalcidius refert) effecit. Hic enim morti propinquus aſtãtibus dixit. Cum paululũ à vobis corporeis vinculis abſolutus diſceſſero, videtote, ne me quaſi mortuum lugeatis. Nam ad illam beatam, fœlicémque Ciuitatem ingredior: ad quam vniuerſi Ciues, mortis cõcione deueniunt. An, quià deuenerat ad illum virtutis apicem, ad quã veniens homo (vt Plotinus inquit) nulla de re timet? *Chalc. in 2.* *Plo. in 5. de virtutibus.*

350 In quo potiſſimè Plato beatitudinẽ poſuit? Non quippè in viſu (vt Thomas ſentit) nec in amore (vt Scoto placuit) ſed in transformatione, & vnione cum Deo, per intelligẽtiæ & amoris vim. Quod Plotinus, vbi de vno & beatitudine tractat, longo ſermone proſequitur: non diſcrepans à Chriſto, qui Patrem rogauit, vt omnes vnum fierent in eo, ſicut & ipſe Patri vnitus erat. Et hoc per tranſmutationem quãdam in ipſum Deum. Iuxtà illud Apoſtoli. In eandem imaginem tranſformamur. Quod ſuprà latius explicauimus. *Idem.* *Io. 17.* *2. Cor. 3.*

351 De quo amore Plato in Sympoſio loquitur? An intelligit amorẽ vniuerſalẽ, quo Deus Mundum fabricauit, & totam hanc machinam connectit? Iuxtà illud Prophetæ. Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. An de amore gemino intelligit per ſuas geminas Veneres denotato? Sed cum altera Venus ſpiritualẽ, altera verò corpoream pulchritudinem ſignificet: vel cum altera rectum, altera verò obliquum amorẽ denotet, quæ in Deo minimè ſunt, quomodò poſſunt illæ Veneres intelligi per amorem hunc, qui etiam Deo attribuitur, & à Deo exoritur: habens principium per conuerſionem ipſius Dei in ſeipſum, extẽſionem per radios ſuos, ſe in creaturas diffundens, terminum autem per incendium, conuertens creaturas in ſeipſum? An igitur de amore Angelorum, aliarúmque creaturarum intelligit, nato (vt ipſemet ait) in Iouis hortis ex coniugio Peniæ & Pori? *Pſalm. 32.*

352 Cur Plato voluit natum eſſe amorem ex cõiugio Peniæ, & Pori in Iouis hortis? Nonnè Penia egeſtatem ſignificat, Porus autẽ affluentiã? Vnde innuitur quod amor naſcitur ex inopia rei, qua quis caret (ſi enim illã haberet, non appeteret) & ex abundãtia rei, quam appetit. In hortis autẽ Iouis naſci dicitur, quià rectus & æquus amor eſſe debet. Porus quoque dicitur filius conſilij: cum non ſine conſilio, & matura deliberatione appetenda ſit abundantia. Sed quomodò erit in Deo amor, cum Deus nullius rei egeat: vt in Pſalmo dicitur? Nõnè differt amor Dei ab amore creaturæ? cũ Deus oblectetur in diſtribuẽdo, & donãdo, homo autẽ, vel creatura in ſuſcipiendo? Et ideò creatura ex indigentia habere appetit: Deus autẽ ex afluẽtia diſtribuere oblectatur. Et cũ omnia à Deo nobis donata ſint per Filiũ, per quẽ fecit, & reparauit omnia. Ideò ipſe dicitur Porus, id eſt abundãtia. Iuxtà illud Apoſtoli. Quoniã placuit Deo omnẽ plenitudinẽ habitare facere in eo. Et inſuper nõ tãtum dicitur filius cõſilij, ſed magni conſilij Angelus: cũ ſciat optimè conſulere, quantũ nobis tribuat, & quãtum petere debeamus. *Pla. in Sym.* *Pſal. 15.* *Col. 1.* *Iſa. 9.*

353 Vnde proficiſcitur verus Poëtarũ furor ſecundũ Platonem? An fortè à natura?Iuxtà cõmune adagium.Poëtę naſcuntur:oratores autẽ fiunt.Sed cum dicendi facundia quocunque à natura ſit(vt Tullius innuit)furor abdita pandens vnde venit? Nonnè ab eodem fonte, à quo & Propheticus? Sed ſi ſic,quæ differẽtia eſt inter Prophetam,& Poëtam?Côueniuntur nẽpè in aliquo. Vnde vtrique dicuntur Vates. Differunt autẽ,quià ille furor Prophetarum, quo diuina pãduntur,à Deo eſt (dicente Petro. Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia:ſed Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines) furor verò Poetarum à cœlis eſt,vel à propria natuta,vel genio: cũ talem animã ſortiti ſint,vt rimari & decantare naturalia ſecreta poſſint.

Cice.in 1.de Oratore.

2.Petr.1.

354 Quid Platonici per Palladem,Mineruam,atque Philoſophũ intelligunt?An(vt nonnulli opinantur)per Philoſophum intelligunt amorem ſapiẽtiæ, dum homo eſt in curſu:per Palladẽ autem & Mineruã ſapientiã ipſam,quæ eſt in termino?An per Philoſophũ intelligunt ſtatũ illum dum addiſcit homo, & intelligendi cupiditate feruet: per Palladẽ verò,dum adeptus eſt intellectum (vt Peripatetici dicunt)aut quãdo mentẽ cõſequitur(vt Mercurij verbis vtamur) vel quãdo bibit lac verę ſapiẽtię:vt ſecretiores Theologi dicũt?Quæ Minerua nata dicitur è Iouis capite:cũ omnis ſapiẽtia ſit à Domino Deo:vt Sapiẽs ait.

Eccle.1.

Plato in Phædro.

355 Cur Plato ait. Niſi anima hominis cognouiſſet,quæ vera ſunt,in corpus hoc nõ veniſſet?Nõnè,quià opinabatur quod animę redirẽt in corpus,& quod eis daretur optio,in quod corpus intrare mallẽt,& vt cũ ſtatũ ſibi vẽdicarẽt,quẽ aptiorẽ pro expiatione & profectu earũ iudicarẽt?Hinc cõcludi poteſt Platonis opinionẽ nũquã fuiſſe, ꝙ anima intraret in corpꝰ brutorũ(vt nõnulli ſenſerũt) cũ inde nec expiationẽ, nec profectũ reportare poſſet. Et hæc iuxtà Platonis mẽtem dicta ſint.

356 Si vera eſſet Platonis opinio:ſi anima non deſcendiſſet vbi mãſiſſet,vel antequam deſcenderet,vbi erat? Nõnè in cœlo? Sed cur non elegit ibi ſtare?An corpus elegit,vt in corpore purgarentur,tanquàm in vaſe fuſorio, & exercitaretur in bello inter ipſam & carnem indicto:vt inde gloriam,& meliorem ſortem reportaret? An, vt in corpore,tanquam aurum in fornace, probaretur? An, vt omnigenos rerum gradus contineret? An edicto diuino corpus aſſumit? Sed vt hoc, vel illud aſſumat,ipſi datur electio: vt ipſe Plato opinatus eſt.

Idẽ ibidem.

357 Quid eſt apud Platonem dorſum cœli?Nonnè eſt terminus axis, aut totius ſphæræ,& quãtitatis extremæ,& introitus in illud vnum,de quo ipſe Plato in Parmenide loquitur? Quò conſcendẽtes abſorbentur in profundo vnitatis illius,omnes vnum effecti : ſicut erant, antequam in particulares formas explicarẽtur.Ibi enim omnia ſunt vnum actu:ſicut hic inferius omnia ſunt vnum materia,quę eſt vna omnium rerum tranſmutabilium . Qua quidem materia depoſita omnes fiunt vnum actu,qui ex vtroque compoſiti,multiplicati erant.

Idẽ ibidem.

358 Qui ſũt duodecim Dij,de quibꝰ Plato meminit?Nõnè ſũt illi medij inter ſupramũdanos & mũdanos(vt dicitur)vtroſq; copulãtes?Sed

quis eſt duodenarius ſupramundanus,& inferior? Nonne ſuperior eſt ille, de quo Iohannes loquitur: vbi ait ſe vidiſſe duodecim portas ſupernæ Ciuitatis, in quibus ſcripta erãt nomina duodecim Angelorũ, & duodecim fundamenta cum nominibus duodecim Apoſtolorum? Duodenarius autẽ inferior bifarius eſt:alter videlicet figuratiuæ, alter verò figuratæ familiæ Dei,vtriúſque per duodenariũ diuiſæ: ſicut alibi diffuſus exaratũ eſt. An(vt alij dicũt) ſupernus duodenarius eſt duodenaria reuolutio magni nominis figurata per duodecim fõtes Elim (de quibus in Exodo fit mẽtio)inferior autẽ eſt duodenarius creaturarum, deſignatus per duodecim Tribus ex illis duodecim fontibus bibẽtes. *Apoc.21.* *Exod.15.*

359 Cur illi duodecim Dij in quatuor æternitates ab ipſo Platone diuiduntur? An propter diuiſionem ſignorum aut portarum, quibus præſident? Quorum quidem ſignorum tria ſunt ignea, tria aquea,tria aërea, &totidẽ terrea?vt apud Aſtrologos triuiale eſt. Pari modo diuiduntur Angeli,& dæmones:quorum aliqui ſunt ignei,aliqui aquei, aliqui aerei, & aliqui terrei: vt Proculus & Porphyrius ſcribunt, & poſtremò Pſellus ille Platonicus inſignis. An,vt aliis placet, quià diuiduntur in quatuor terminos? Nam aliqui eorum ſunt operantes, alij cuſtodientes,alij vitam diffundentes, alij verò diffuſa & diſperſa colligentes:vt ea ad ſuum principium reducant. *Plato in Phædro.* *Proculus Phorphyri⁹.*

360 Quo ordine, quauè arte fecit Deus tam diuerſa opera in hac Mundana machina? An,vt oſtenderet fœcunditatem,qua vigebat ipſe Opifex,& artificium mirabile,quo ſciuit aliquando collecta diuidere, & diuiſa rurſus in vnum colligere: tanquam verus Sol, qui diuidens Dionyſius,colligens verò Apollo nuncupatur? An hæc tam diuerſa opera applicauit,vt ex illis paribus & imparibus harmonia reſultaret, quæ in Dei vnitate continetur? Sed cũ in creaturis, ſicut in Deo, hæc harmonia ex vnitate reſultare nequierit,voluit vt ex multiplicitate varia prodiret.Sicut enim numeri in Deo nũquam ab vnitate diſcedunt: Pari modo concentus & harmonia. *Mic.Pſel. de dæmo.*

361 Quomodo intelligitur illud Platonis, quòd in alia vita partes cum ſuo toto connecti debẽt?Nonnè anima & vita, vel fons ille vitæ, cum plurima viuificet, diuiditur in diuerſa corpora:ſed ſemotæ à corporibus animæ reuniuntur,ſicut radij in ſole? Quod patet in aqua fluuiorum: quæ in mari eſt vnita, ſed ſcaturiens in fontes, & currens per flumina,diuiditur:intrans autẽ in mare reunitur. De qua vnione in futura vita,vel in ſeculo venturo facienda,alibi dictum eſt. *Pla. in Epinomide.*

362 Quid intelligit Plato per vnũ in Sophiſta, & in Parmenide?Nõnè in Sophiſta intelligitur vnũ in ſpecie, quæ ſola eſt intelligibilis & de qua ſola eſt intelligẽtia & ſcientia:vt Ariſtoteles ſentit? Quo ſenſu opinor ipſum dixiſſe. Qui vnum non intelligit, nihil intelligit. Quod fortaſsis intelligit eo modo quo Porphyrius declarat,dicẽs. Participatione ſpeciei,plures homines ſunt vnus homo.Et hoc anteà Moſes innuerat, qui mẽtionem faciens de animalium ſpecie,ſemper eam vocat *Metaph.4. Porphyr.c. de ſpecie.*

numero ſingulari dicēs. Fecit Deus beſtiam, ferā, auē & huiuſmodi. Per
Gene.1. vnum autem in Parmenide intelligit eſſe diuinum, in quo omnia radicata ſunt, tanquam rami in trunco, vel radice. Vnde quamuis cætera omnia, in ſeipſis ſint diuiſa, habent tamen eſſe vnicum in ipſo Primo: ſicut Solares radij habent vnum eſſe in ſua radice, quæ eſt Sol.

363 Quomodo Deus (ſecundū Platonem) omnia cognoſcit? An, quià virtualiter, & vnitiuè cōtinet omnia per ideas in verbo, ſiue in mente ſua? An (vt alij ſentiūt) per formarū penetrationē, & inſeparabilē cōmunionē cū omnibus creatis, ab ipſo emanātibus: quæ eatenus habēt eſſendi, & operādi virtutem, quatenus eā ab ipſo ſuſcipiūt? Iuxta illud.
Pſal.103 Omnia à te expectant, vt des illis eſcam in tempore. Dante te illis, colligēt: aperiente te manū tuā, omnia implebuntur bonitate. Vnde non à rebus, ſed à ſeipſo in omnia illa influente ipſe Deus cognoſcit omnia. Sicut Chriſtus de Hęmorroiſſa, quę cū tetigerat, ait Tetigit me aliquis. Nam & ego noui virtutē ex me exiſſe. Quādo autē malè operās, ſuſcipit vim operādi, & ea abutitur, ſentit ipſe Deus ipſius virtutis defectū. Et ſic cognoſcit opus vtriuſque tā benè videlicet, quā malè operantis.

Lucæ 8. 364 Quomodò dolet, aut triſtatur anima? Nonnè dixit Ariſtoteles
Ariſt.in.3. de anima. irridens eos, qui opinabantur animam triſtari. Qui dicit animā triſtari, vel gaudere, dicit ipſam texere, vel filare? Sed, cū dolor non ſolùm ſit in ſenſu, ſed in ipſa mente, vel anima (alioquin anima ſeparata à corpore non poſſet ſentire triſtitiam ex pœna, neque gaudium ex beatitudinis fœlicitate) quid reſpondebimus Ariſtoteli? Nonnè dicendum eſt quod ipſe Phyſicis regulis erat deuinctus, nec vnquam cogitauit de anima à corpore ſeparata? Dolet itaque anima ſoluta ab hoc corpore corruptibili: quia eſt vnica cum corpore cœleſti, quod Platonici vehiculū animæ vocāt: alij autem quintam eſſentiam. Nam per ipſum corpus mouetur, aliáque multa facit, quæ ab ipſo ſeiūcta facere nequiret.

Pla.in Tim. 365 Quomodò intelligitur illud Platonis, quòd Deus amore Mūdū
Dio. de di. nominibus. fabricauit? Nōnè, quia ratio boni eſt diffundere ſeipſum, & amare: vt
Pherecides Dionyſius docet? Hinc Pherecides Syrus dixit Deū in amorē transfor-
Empedocles. matū, priuſquā Mūdū crearet. Empedocles quoq; ait, ꝙ ſumma ſphæra
Boet.in 3. metro.9. intelligibilis ab amore cōtinetur. Quos Sapiētes imitatꝰ Boëtius canit.

Quem non externa pepulerunt fingere cauſæ
Materiæ fluitantis opus: verùm inſita ſummi
Forma boni, liuore carens.

Et quia Deus amore creauit, amore quoque cōplexus eſt omnia, atque à nobis amorem exigit: vt ad inuicē amore connexi, tandem amore cum ipſo vniamur: vt omnia vnum ſint, ſicut à principio erant.

Pla.in Sym. 366 Quo ſenſu dixit Plato maſculum & fœminā à principio fuiſſe
Gene.1.5. vnum? Nonnè hoc didicerat à Moſe, qui (cū dixiſſet. Maſculum & fœ-
Ibidem.2. minām creauit eos) repetens generationes cœli & terræ, ait. Et vocauit nomen eorū Adam in die, qua creati ſunt? Ex quo innuitur, quòd ambo erant vnū. Propterea inſeritur quòd è maſculo extracta fuit mulier,

quæ in ipſo cõtinebatur, aut quæ idẽ erat cum eo. Separata autem fuit ipſa mulier iterum cum maſculo vniẽda, vt locum haberet, quod dictũ eſt. Et erunt duo in carne vna. Quod eſt magnum ſacramentum (vt inquit Apoſtolus) Chriſti & Eccleſiæ vniendæ videlicet cum ipſo capite per gratiam, & amorem in ipſum transformantam. Sicut in eo omnia continebantur, vt Iohannes ait. Quod factum eſt, in ipſo vita erat. Regenerati autem, facti ſumus membra ipſius in vno eodémque corpore exiſtentia: vt tandẽ efficiamur vnus & idem ſpiritus cũ eo. Iuxtà illud Apoſtoli. Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus efficitur: cum eo videlicet. *Ibidem.* *Ephe. 5.* *Io. 1.* *1. Cor. 6.*

367 Quis ipſum hominẽ diſſecuit, vt ex vno duo fierẽt? Nõnè Deus, vt Moſes clarè phibet? A quo q̃dẽ Moſe (vt etiã alibi diximus) nõ dubito Platonẽ ſumpſiſſe, quicq̃d de hoc tradidit. Sed cur id ipſe Deꝰ fecit? Nõne ad generationem fouendã? Iuxta id, quòd ſcriptũ eſt. Adæ nõ inueniebatur adiutorium, quod ex aduerſo ipſius ſtaret. Pro quo vulgata ęditio habet. Adiutoriũ ſimile ſibi. E regione, enim ſtare debebãt, vt geniture apti eſſent. De hoc autẽ Zohar omniũ Cõmẽtariorũ præcipuus diffusè diſſerit: addẽs ꝙ nõ fecerat Dominꝰ pluere ſuper terrã, quouſq; reddidit ipſos ad generãdũ aptos. Nã tunc cœpit pluuia generationis. *Gene. 2.* *Ibidem.* *Zohar.*

368 Cur vir natura appetit mulierẽ, & è cõuerſo? Nõne (vt Plato inquit) cũ alter ſit dimidiũ alterius, vterq; appetit dimidiũ ſui? Hinc ſubinfer ipſe Plato. Eos ſecuit, vt reſtaret cupiditas ad ſe reuniendos. Sed cur fœmina magis appetit virũ, q̃ è cõuerſo? Quod innuere videtur Ariſt. dũ ait. Materia appetit formã, ſicut fœmina virũ. An, quià vir perfectior eſt: & imperfectũ magis appetit perfectũ, q̃ è cõuerſo? Propterea materia apetit formã, & nõ forma materiã. An (vt alij opinãtur) fœmina appetit virũ, id eſt eſſe virũ, vt ſortiatur meliorẽ ſexũ & ſtatum? Eſt itaq; mutus amor inter eos: quamuis ardentior ſit in minus perfecto. *Pla. in Sym.* *Ariſto. in phyſico.*

369 Cur mulier è viri coſta ſũpta fuit: vt in Geneſi legimꝰ? An, vt docerẽtur cõiuges, quòd ſemp debet eſſe collaterales, & vniti? Hinc ſcriptũ eſt Relinquet homo patrẽ, & matrẽ, & adhærebit vxori: erũtque duo in carne vna. An, vt denotaretur, quòd ſicut homo eſt è medio, vel è dextro Archetypi latere: ſic mulier eſt è ſiniſtro: vt in ſecretiori Theologia habetur? An, quia ſicut, proportio non reperitur quadrati ad coſtã, niſi per quadratos productos, alterũ ex Diametro: alterum ex coſta primi quadrati: Sic reſultat vera proportio, immò vnio in eo, qui ex vtroque producitur? Icciricò ſcriptum eſt. Et erunt duo in carne vna. *Gene. 2.* *Ibidem.* *Ibidem.*

370 Qua ratione Diameter quadrati nõ eſt conmenſurabilis coſtæ? An ex nã harũ mẽſurarũ nobis ignorat? An, quia ſi coſta eſt par, Diameter eſt impar ſiverò coſta eſt imp, Diameter eſt par? Quod per rationes Geometricas, & Arithmeticas apertiſsimè cõprobatur. Hic mulierẽ & virũ Diametro & coſtæ cõparauimus, quia vir cũ Deo impari numero ſemper gaudet: mulier autẽ numero pari, vel materiali, aut corporeo eſt addicta. Et ſicut quadratus ex Diametro deductus habet duplã proportionẽ ad quadratũ ex coſta deductũ, vt Geometris apertiſsimũ eſt

(ex qua dupla proportione, perfectiſsima cõſonantia diapaſonica reſultat)Sic ex deducta prole per Diametrum & coſtã, id eſt per marem & fœminam reſultat in cõiugibus ſymphonia,& oblectatio maxima.

371 Quali coniunctione elemẽta, & cętera omnia in antiquo chaos vnita erãt?Nonnè per amicitiam, vel amorem: vt Anaxagoræ placuit, qui voluit per amicitiam & litem generari & corrumpi omnia? Nam dum erat vniuerſalis omniũ partium amicitia,omnia erant vnũ chaos: dum autẽ ſtricta & corroborata erat amicitia partium eiuſdẽ generis, colligebãtur ſimul illæ partes,& apparebat plãta, vel animal,vel quid tale:remiſſa verò illa vniuerſali amicitia, immò lite cum omnibus facta,huiuſmodi partes ſtabant ab eis vniuerſalibus ſeparatæ, & congeneis ſuis vnitæ.Quod æmulatus fuit Poëta ille,qui canit.

Oui.in 1. Metamor. *Hanc Deus,& melior litem natura diremit.*
Nam cœlo terras,& terris abſcidit vndas,
Et liquidum ſpiſſo ſecreuit ab aere cœlum.

372 Quid eſt melius tã in rebus naturalibus,quàm in Repu.amicitia nè vniuerſalis,an particularis? Reſpectu quidem vniuerſi non minus perfectæ erant res in verbo vnitæ, quàm diſſectæ in particulares formas:reſpectu autem rerum particularium melius eſt eſſe tale & particulare,quàm eſſe tãtummodò generale. Et quià vtrumque bonum eſt reſpectu diuerſorum:Hinc voluit Deus, ꝙ res ſortiantur vtrũque eſſe. In Repu.autem, ſtante innocentiæ ſtatu (vt aliqui acutiſsimi ingenij viri dicunt)melius eſſet omnia eſſe communia quàm particulariter diuiſa Succedente verò ætate ænea, vel ferrea,ſtatu videlicet deprauato, melius eſt,quòd vnuſquiſque recognoſcat,& vtatur,quod ſuum eſt.

Plato in 5. de Rep. Ariſto.2. Politicorum, Exod,23.

373 Cur Plato voluit oĩa eſſe cõmunia:vt aiũt?An forſitã Plato dedit legẽ delyrãs, dũ iuſsit etiã vxores eſſe cõmunes? Propterea taxat eũ Ariſtoteles:quẽ maledicũ & ingratũ diſcipulũ ſequũtur multi,qui nõ viderũt quo ſenſu id Plato ſcripſerit.Didicerat enim hoc à Moſe Dei nominę iubẽte,quòd ſi quis occurrerit boni proximi ſui,vel aſino errãti, reducat eum:& ſi viderit aſinum oppreſſum onere,releuet eũ.Quibus verbis docemur,quod curare debemus res proximi, ſicut & proprias. Quo ſenſu Plato declarat ſe dediſſe legem de vxorum,aut filiorum cõmunitate: vt benè intuenti totũ ipſius de hac materia progreſſum patet:quo docet,vt vnuſquiſq; curã habeat,ne vxor,vel filius alienus periclitetur,ac ſi eſſet propria vxor vel proprius filius. Alioquin nõ exiſtimat Rempu.benè regi. Curauit enim reducere populum ad ſtatum, & ætatem auream, ſub qua dicitur eo modo omnia fuiſſe communia.

374 Volebat nè Plato,quòd vna vxor traderetur vni tãtũmodò viro,an pluribus? Vni quippè tradendã eſſe mulierẽ vnã tantũmodò cẽſuit,ſed ab omnibus diligendã tãquam propriã: vt eſſet in Repu.eadẽ omnium charitas & vnio:ſicut in exercitu,in quo omnes milites inuigilare debẽt,ne quis ab hoſtibus offendatur.Cũ defenſio cuiuſlibet ſit defenſio totius exercitus. Et ſi quid in contrarium ab eo dictum vide-

tur in huiuſmodi: id metaphoricè, vel figuratiuè dictum fuiſſe deprehendet, quicunque dogmata ipſius benè intuebitur, ac ſcrutabitur.

375 Quam concordiã & amorẽ Deus in excœlſis ſuis locauit: vt ex Platone colligitur? An eſt illa, de qua Iob loquitur; vt ſuprà declaratũ eſt? An, queadmodũ conuenire fecit Deus elementa hæc transmutabilia in cõpoſitis, & in transmutabilia, corporea tãtum, in cœlis. Sic meliori ſorte conuenire fecit ea in ſuperioribus mentibus? An facta fuit cõcordia & pax illa, de qua Apoſtolus de Chriſto loquẽs ait. Pacificãs per ſanguinẽ crucis eius, ſiue quę in cœlis, ſiue quę in terris ſunt? Chriſtis enim factus Rex pacis ſubuexit pacem in cœlum fugato hoſte antiquo & perturbatore Diabolo: vt Iohãnes narrat. An de illa pace eſt ſermo, de qua Iſaias loquitur, dicẽs. Et requieſcet populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiducię, & in requie opulẽta? Habitãt enim Beati debellatis hoſtib⁹ pulchra victoria, in tabernaculis fiduciæ, ipſis elongatis, & firmato magno chaos inter ipſos, & in requie opulẽta, expoliatis hoſtibus. Iuxtà illud Apoſtoli. Expolians principatus & poteſtates. Quam Rempu. ſupramundanam Plato imitari conabatur. *Iob.25.* *Col.1.* *Apoc.12.* *Iſa.32.*

376 Cur Plato poſuit duas Veneres? nõne, quià cognouerat (vt etiã diffuſè tractat Auguſtinus) quòd ex amore recto omnia bona procedebant: ex malo verò & obliquo amore omnia mala? Sicuti Pauſanias ibidem teſtatur, dicens. Cũ geminus ſit amor, geminam Venerem quis neget? Vna quidẽ Venus eſt antiquior, & ſine matre in cœlo nata, quã cœleſtẽ nuncupamus: altera verò iunior, ex Ioue & Dione progenita, quam vulgarem & communem vocamus. A quarũ altera omnis noſtra actio, quæ indifferens eſt, procedit. Nec enim actio noſtra bona, vel mala eſt: niſi quatenus bono, vel malo eſt coniuncta. Nam quod bono & recto amore agitur, honeſtum eſt: & quod malo, & obliquo amori innititur, turpe & indecorum eſt. Quod ibidem longo ſermone ipſe Plato proſequitur: quæ ſuo loco legenda relinquimus. *Col.2.* *Pla. in Sym.* *Auguſt.14. de Ciuitate Dei c.28.*

377 Cũ quibus diuerſis diuerſo amore cõiunctus homo, diuerſa producit: vt Platoni placet? Nõnè docet, quòd homo, ſi cum Sole cõiungitur, maſculũ producit: ſi cum terra, fœminam: ſi verò cũ Luna, androgynum? Sed quò tendunt hi parabolici ſermones? Nonnè per Solem, lucem illam ſupremã omnes colluſtrantẽ intelligit: per terrã verò animalem concupiſcentiam: per Lunam autem naturalem rationis diſcurſum? Vnde ſi homo agit lumine diuino, opus eius eſt maſculinũ ac diuinũ: ſi cõcupiſcẽtiæ impulſu agit, fœmineũ ac terrenũ opus producit: ſi verò ratione & diſcurſu naturali opus aggreditur, mixtũ opus facit: partĩ videlicet diuinũ, quià cũ ratione factũ: partim terrenũ, quià circà terrena exhibitũ. Propterea ſic mixtũ opus androgynus dicitur. *Plato. Idẽ in Sym.*

378 Vnde proficiſcitur naturalis & moralis androgynus? Nõnè in generatione naturali ſi ſemen maſculeum abundat, generatur homo: ſi verò fœmineũ præſtat, fœmina concipitur: ſi autẽ æqua lance huiuſmodi ſemina ſe habeant, & vtrũque illorum ſua vi præualeat, hermaphroditus generatur? Dicant alij, quicquid velint. Pari modo in mo-

ralibus, ſi præualet ſpiritus (ſecundũ quẽ viuere debemus) maſculũ cõcipimus, & dginũ diuino aſpectu: ſi verò prǽualet animalis homo, peccatũ concipimus, & fœmineũ atq; paſſibile quoddã, mortẽ propinãs: ſi autẽ vtrũque præualet (vt ſæpiſſimè contingit mixtũ opus producimus. Quẽadmodum de cõiugatis inquit Apoſtolus. Qui cũ vxore eſt, ſolitus eſt, quæ ſunt Mundi: quomodò placeat vxori, & diuiſus eſt: faciens videlicet opus partim diuinum, & partim terrenum.

1. Cor. 7.

379 Cur Iuno fecit (vt dicitur) Iouem ſomnolentum? An ſunt hæc mera Poëtarũ figmẽta: quòd videlicet Iuno dederit Ioui aliquo ſomniferũ, vt inde facilè ſibi procuraret ipſius cõcubitum? Sicut à filiabus, Lot re vera factum fuiſſe legimus. A quò fortè Poetæ ſumpſerũt, vt de Ioue & Iunone id cõfingerent. An (vt ad arcana naturæ deueniamus) hinc innuitur) quòd hic aer craſſus, deſcriptus per Iunonem, facit ſpiritum ſomnolentũ eo ſomno, à quo Apoſtolus nos excitare ſatagit, dicẽs Hora eſt iam nos à ſomno ſurgere? Et iterũ. Surge, qui dormis, & exurgere à mortuis: & illuminabit te Chriſtus. Quod ſacræ literæ innuunt contigiſſe nõ tantũ Lot, ſed etiã Noeh, qui ſopitus vino, pudenda oſtẽdit. Nec enim error vnquam committitur, niſi ſopita mente & ſynderesi: quæ ſemper malo remurmurat & obſiſtit.

Gen. 19. Rom. 13. Ephe. 5. Gen. 9.

380 Excitatus homo à ſomno, quibus alis cœlũ cõſcẽdit? An illis duabus, de quibus Plato loquitur: cõtemplatiua videlicet & morali, ideſt ſpeculatione, & operatione? De quibus forſitã alis loquitur Propheta, dum ait. Quis mihi dabit pennas, ſicut colũbæ, & volabo? An per fidẽ, & charitatẽ: quod idẽ eſt? Nec enim melioribus mediis, & aliis in Deũ cõſcẽdere poſſumus, Et ideò hæc duo potiſsimè, fidẽ videlicet, & charitatẽ, Chriſtus exigit ab iis, qui eius militiæ aſcribi volunt. Sicut ipſe apertè innuit dicẽs. Qui crediderit & baptizatus fuerit: ſaluus erit. Et alibi promittit ſe remuneraturum pietatis opera proximo exhibita.

Pla. in Phædone. Pſal. 54. Mar. vlt. Mat. 25.

381 Homo ad cœleſtia penetralia introductus ꝙ inde reportat? Nõnè Plato id declarat, dicens, quòd dũ homo extrahitur à corpore, quadruplici furore repletur: amore videlicet, poeſi, vaticinio, & myſterio? Amore quippè rerũ ſuperiorũ, cœleſtiũ, & diuinarum repletur: vt illo pessundet omnẽ amorẽ terrenorum, qui illi bono amori aduerſatur. Poeſi verò repletur nõ hac laſciua, quã ipſe Plato iubet in Repu. ab omnibus exterminari, ſed illa cœleſti à ſupramundanis Muſis infuſa: vt de diuinis cũ Dauide & aliis Prophetis decantare ſciat. Vaticinio autẽ repletur, quod hanc Muſam ſuperiorẽ cõſequitur: vt oraculis edoctus homo, ſciat deſpicere ea, quæ ab hominibꝰ aſtu & ingenio ſunt explorata. Myſterio tandẽ repletur, vt verũ cultũ agnoſcat, qui ſolis oraculis & legibus demonſtratur: ne cum graui ſuipſius iactura in ſacris erret.

Pla. in Phædro & in 5. de Rep.

382 Cur cõtẽplatiui, & ſtudioſi atra bili opprimũtur: vt Plato perhibet? An, quia afflictis aſſidua meditatione, quæ corpus agrauat, melãcholicus humor ſuperabundat? An quia vires animæ, ad cerebrũ pro maiori parte collectæ, relinquunt virtutẽ digeſtiuã, & animalẽ, tenuẽ ac debilẽ, adeò vt digerere nequeat: vnde generantur humores mali,

Idẽ in Tim.

in atram bilem facilè conuertibiles? An, quià ſpeculantes Saturni efficiuntur, omnem vim ſuam ad centrum redigentes: vt Saturnus facere ſolet, cum Venus effundat ad extrema? Quò collectis viribus humores hinc inde diffuſi, malè digeſti condenſantur, & hominem tardum ac melancholicum reddunt. Vnde ſicut non laudatur Saturnus omnia concentrans, & conſtipans: Ita nec Venus omnia ſpargens, & diſſoluens. Sed Sol medius, de vtriúſque natura participans, ab omnibus commendatur.

383 Qui regere vult alios, qualis eſſe debet? Nónè Plato id declarãs, ait, quòd omniũ rerum peritus eſſe debet: cũ de omnibus iudicare debeat? Nec enim poteſt quis rectè iudicare, niſi cognita re, de qua iudicium proferre vult. Hinc Salomon electus in Regem ſuper populum, habita electione à Deo, vt penetret, quod vellet, hoc ſolum petit: ſapiẽtiam videlicet regendi populum. Nec admittebatur quiſpiam antiquitus in conſilium ſinedrim, ideſt iudicantium, niſi inſtructus in qualibet arte, & perritus omnium idiomatum: adeò vt interpretis non indigeret, ſed ipſemet audiẽs, intelligeret altercantiũ rationes. Quid igitur pericli, damni uè ſit præferre ignorantem manifeſtum eſt: cũ ignorans (Ariſtotele teſte) ſit malus, & benè iudicare nequeat: cũ iudicanda non agnoſcat. Propterea Chriſtus volens Apoſtolus in prælationem conferre, miſit in eos Spiritum ſanctum: qui eis omnia ſuggeſſit. *Idẽ in Alci. de voto.* *3. Reg. 2.* *Ethic. 3.*

384 Sapientes, quo magis vtuntur in regendo, minis nè ſiue terroribus, an blanditiis? Nonne Iſaiæ, ſpeculatori ſuper Iſaelẽ conſtituto, dictum eſt, Annuncia populo meo ſcelera eorum Iccircò exorditur oraculum ſuum à durioribus, dicens. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequã, filius ſceleratis. Sed nonnè è conuerſo videmus Chriſtum & Paulum potius lepido ſermone cohortantes, quàm duris verbis obiurgantes? Pari modo Mercurius & Plato in ſuis dogmatibus conati ſunt placidis & veris ſermonibus cohortari: exiſtimãtes, quòd rationibus perſuaſi homines ad bonum promptiores reddantur. Cũ rationes perſuaſiuæ, animis impreſſæ permaneant: terrores autem facilè obliuioni trandantur: nihil ex ipſis penitus remanente, quod animum ad bonnum alliciat. Verum terroribus coercendi ſunt, qui rationum minus capaces exiſtunt. Vterque modus itaq; pro qualitate admonendorum ac regendorum tenendus eſt. *Iſa. 58.* *Ibi. 1.*

385 Quid eſt neceſſitatis regnũ, de quo Plato loquitur? An eſt vigor infinitus ſummi Moderãtis, ꝗ bonũ infinitũ exiſtens, omni tãdẽ malo præualebit: vt Raymũdus Lullius opinatꝰ eſt? An (vt alij dicũt) eſt virtutis ſuperabũdãtia: Quod declarãs Zohar inquit (& eſt documẽtũ Chriſti) ꝙ ſi habẽs hoſtẽ, cõſyderare debes, cuius virtus ſit potior: & ſi hoſtis eſt validior, nõ cõtẽdas, quià ſuccũbes. Hinc ipſe Chriſtus (Luca referente) ait. Si quis ad bellũ iturus eſt: ſedet primò cogitãs, ſi poſſit cum decem millibus occurrere ei, qui cũ viginti millibus ad ſe venit. Nam potior virtute à natura habita, vel cœlitus ſub miniſtrata præualere *Pla. in Sym.* *Raymũ. de arb. ſcientiarum.* *Zohar.* *Luce. 14.*

ſolet. Hinc Paulus concludit, quòd Chriſtus præualuit contrà omnes, expolians principatus & poteſtates: & tãdem præualebit penitus, deſtructa inimica morte. Et hoc virtute ſibi tradita, de qua ait. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra.

1. Cor. 15. *Matt. 28.*

386 Poteſt nè dari mediũ inter ens & nõ ens? Nõnè hoc videtur expreſsè cõtrarium illi principio Metaphyſico, quo dicitur. De quolibet dicitur eſſe, vel nõ eſſe, & de neutro eorũ ambo ſimul: Sed nonnè Plato cõtrariũ innuere videtur, dum ait inueniẽdũ eſſe, quòd vnuſquiſque ſit particeps ipſius eſſe & non eſſe: & neutrũ illorũ ſyncerè affirmari debere? Ad quod alludit adagiũ illud, quo dicebatur. Homo & nõ homo, vidẽs & non vidẽs, percuſſit & non percuſſit, lapide & nõ lapide, auẽ, & nõ auem ſuper arborẽ & non ſuper arborẽ. Cuius quidẽ adagij ſenſus eſt, quòd Eunuchus vel Androgynus luſcus proiecit in incertũ pumicem in veſpertilionẽ ſambucco inhęrẽtem. Sic materia eſt ens, quia habet eſſe, & nõ ens, quià nõ exiſtit. Ipſáq; nec eſt pulchra nec deformis: cũ formoſum & deforme ad formã ſpectent. Et hæc nec eſt iuſta nec iniuſta: cũ id pertineat ad eũ, qui ratione pollet. Vnde illud primũ principiũ verificatur de eſſe ſimpliciter: hæc autẽ inſtãtia de eſſe tali.

Metaph. 4. *Pla. in 5. de Repu.* *Adagium.*

387 Cur Plato in Phædone terræ ambitum definire noluit? Nõnè, quià ipſum terræ ambitum non exiſtimabat eſſe hanc terrã aquis circundatã: quæ à Phaſide incipit, & ad herculeas columnas terminatur: in quàm nos habitamus ceu formicæ in cauernis terræ huius, & veluti ranę in paludibus? Sed veram terrã illã ſuperiorẽ exiſtimauit, de qua Propheta canit. Credo videre bona Domini in terra viuentium. Et huius ambitum definire noluit cum nulla vi humana menſurabilis ſit.

Pſal. 26.

388 Quales ſunt res terræ illius, & quales terræ huius ſecũdũ Platonẽ? Nõne, vt ipſe in Phædone ait, terra hæc & lapides, & quæcũq; hic ſunt abeſa atq; corrupta, ſalſedine quadã exuſta ſunt? Vnde terra hæc eſt terrena, vel limus quidã ſordidus, & fructus ſalſugine putredinéq; corrupti. Superna autẽ terra, vt idẽ aſſerit, eſt ferax & vera, lapidéſque illius ſunt ſimiles lapillis, qui apud nos habẽtur in precio, De quibus, lapidibus, terra & fructibꝰ Iohãnes in Apocalypſi apertiſſimè ſcribit.

Apoc. 21.

389 Metala vnde proueniũt? An (vt Albertus & Abubacher aſſerũt) omnia illa generãtur ex cõdenſata aqua, atq; ab igne in montibus recluſo decocta? An (vt alij dicũt) ex ſtellarũ irradiatione: adeòvt irradiãte Mercurio fiat argẽtum viuũ, irradiante Sole fiat aurũ. Luna verò argentum, Ioue ſtannum, Venere æs, Saturno verò plumbũ? An (vt ſecretiores Theologi volũt) omnia veniunt à ſuprамũdano cœlo & Archetypo? Iuxtà illud. Ab Aquilone aurũ venit. Quod dictũ non de Aquilone hoc inferiori, ſed ſupramundano (vt ſuprà declarauimus) intelligitur. Cõueniũtq; ipſi ſecretiores Theologi cũ Platone & Iohanne: qui aſſerunt in ſupernis eſſe veros theſauros & lapides precioſos, quorum hi inferiores ſunt feces & quaſi vmbræ: vt modò diximus.

Albertus de Minerali. *Abubach.* *Sect. Theo.* *Iob. 37.*

390 Quid de Inferno Plato ſenſit? Nõnè in Phædone ait. Qui verò

ob

ob ſcelerum magnitudinem inſanabiles eſſe videntur: eo quod commiſerint ſacrilegia multa & mala, vel cædes iniquas vel alia horum ſimilia perpetrauerint, hos omnes côueniens ſors in tartarum mergit: vnde nunquam egrediuntur? Quod fortè didicerat ab Iſaia: qui, poſtquam multa ſcelera à populo Iſraël perpetrata recenſuerat, ait. Proptereà dilatauit Infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque vllo termino: & illuc deſcendent fortes eius. Si enim multa (vt fertur) ipſe Plato à Ieremia didicerat, nonnè potuit & Iſaiam legiſſe? *Iſa.5.*

391 Cur Plato aſſeruit ſimulachra eſſe dęmoniaca arte confecta? An, quià ſciebat Deũ huiuſmodi ſimulachra prohibuiſſe: vt Moſes ſcribit? Nã ipſe Plato Moſaicæ doctrinæ non modicũ ſuis ſcriptis inſeruit: vt Euſebius teſtatur, & cũ eo plærique Sapiẽtes. An, quià videbat ſimulachra & imagines non eſſe verũ eſſe, ſed ingenio & arte humana adinuẽta: vt homo naturã & Deum veluti Simia effingeret? Quod Diaboli propriũ eſt, qui ſemper ſe Deũ mẽtiri conatur. An, quià huiuſmodi ſimulachra facilè deducebãt homines ad idolatriam? Qua potiſſimũ ratione opinamur Deũ has imagines interdixiſſe: vt in Exodo legimus. *Pla. in Sophiſto.* *Exo.20.* *Euſeb.11. de prepa. Euãg.* *Exo.20.*

392 Quid de purgatorio Plato ſentit? Nõnè in Phædone ait. Quicũque in vita tenuiſſe mediũ quoddã reperiuntur, nõ perfectè boni videlicet, ad Acherõtem profecti vehiculis, quæ vnicuiq; adſunt, in paludẽ perueniunt Acheruſiã: ibíque habitãt, purgãtúrque, pœnas dantes iniuriarũ: & cum purificati ſunt, abſoluuntur: rurſúſq; pro merito ſinguli benefactorũ præmia reportant? Hæc ille ad verbũ. Quod Iſaias multo antè tẽpore prædixerat, dicẽs. Sãctus erit omnis, cuius nomẽ ſcriptũ fuerit in libro vitę in Ieruſalẽ. Et hoc, ſi abluerit Dominus ſordes filiarũ Sion in ſpiritu iudicij & in ſpiritu ardoris. Quibus adſtipulans Paulus ait. Vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit. Si cuius opus arſerit, detrimentũ patietur: ipſe autẽ ſaluus erit: ſic tamẽ quaſi per ignẽ. *Iſa.4.* *1.Cor.3.*

393 Qui ſunt manes, qui dicũtur vagari circà cadauera? An fortè ſunt hęc mera gẽtiliũ & Poëtarũ figmẽta? An ſunt (vt Plotinus ſentire videtur) dæmones & animæ hominũ: qui ſi benè meriti ſint, dicũtur lares: ſi malè, laruę, inferorũ vmbræ, lemures, aut cacodęmones? Manes autẽ vocãtur, ſi incerti ſint, benè nè an malè meriti ſint, & non perfectè expiati, vagãtes circà cadauera, in quibus culpas cõmiſerũt: vt ibi expiẽtur, & tandẽ ad fœliciũ conſortiũ deuenire mereãtur. Sicut de multis cõprobatũ eſt, quod addicti ſunt alicui loco torquẽdi: vbi peccata perpetrarũt. Hinc cõcluditur nõ eſſe determinatũ purgãdi locũ: ſed vbicũque expiãtur animę, illic earũ purgatoriũ eſt: vt etiã ſuprà diſſeruimus. An ſunt (vt alij dicũt) manes animæ illorũ, qui morte violẽta antè tẽp' perierũt: quæ vagãtur, quouſque tẽpus vitæ ipſis cõſtitutæ cõpleatur? *Plotinus.*

394 Cur Plato ait, quod eos, qui ingẽtia, ſed ſanabilia peccata commiſerũt, in tartarũ cadere neceſſe eſt, per annũ ibi moraturos? Nonnè, quià (vt nuper dictũ eſt) non eſt locus determinatus pro animabus expiandis: ſed alij expiãtur hic, & alij alibi? Illi igitur, qui ingẽtia perpe- *Pla. in Phædone.*

trarũt ſcelera(cuiuſmodi ſunt ſacrilegi,homicidę,parentũ violatores: vt ipſe Plato meminit)expiãtur in tartaro,grauiſſimarũ pœnarũ loco. Vbi per annũ tãtummodò moratur:vt ipſe perhibet, Hebræos forſitã imitatus: qui opinãtur animas à corpore ſeparatas nunquã vltrà annũ torqueri,citrà verò quãplurimas.Nã in die remiſſionũ,decima videlicet die Lunæ ſeptimi mẽſis omnes à quibuſcũq; culpis abſolui putãt.

Ibidem.

Ibidem.

395 Cur dixit Plato,quod delati ad acheruſiam paludẽ, clamãtes ab iniuria affectis veniã petunt?Nõnè hoc à ſacris literis didicit,vbi dicitur.Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra,vindictã videlicet? Nec enim ceſſat clamare huiuſmodi ſanguis,quouſque vindicẽt.Hinc toties repetitũ eſt ne humanus ſanguis effundatur: quià effundetur ſãguis illius,quã ſanguinẽ humanũ effuderit.Propterea ipſe Plato dixit, quod Iudex deſtinat homicidas ad tartarũ:quouſque veniã à læſis impetrauerint, & ceſſet clamor ſanguinis effuſi vindictã petẽtis. Et hinc diſcere poſſumus quã neceſſaria ſit iniuriarũ remiſſio iniuriis affecto (vt ex ſacris literis edocemur)& iniuriati:vt à Platone hic habemus.

Gen.4.
Ibi. 9.
Leuit.24.

Pla.in Phædone.

396 Quid de paradiſo delitiarũ Plato ſenſit?Nõnè terrã viuentiũ deſcribit ſublimẽ:in cuius cõparatione nos,qui terrã hãc corruptibilem colimus,aſſimilamur iis,qui in profundo maris vidẽt Solem, cæteraq; aſtra per aquã,& exiſtimant mare eſſe cœlũ continẽs ipſa aſtra? Si quis autẽ(quẽadmodũ piſces emergẽtes è mari vidẽt hæc aſtra) videret veram illam terram,lucẽmque veram,& cœlum verum,illorum pulchritudinem hãc noſtrã multum excedere cognoſceret. Quià hæc habitacula ſunt veluti cauernæ,aut arena,vel limus ſordidus. Ibíque videret arbores, flores, & fructus longè precioſiores:quam hic reperiantur.

Idẽ ibidem.

397 Quid Plato de vero paradiſo ſenſit? Nonnè (vt ipſe ait)qui piè præ cæteris vixerint,ij ex his terrenis locis,tãquàm è carcere,ſoluti ad altiora tranſcendunt:purámque ſuprà terram habitant regionem: habitationéſque his pulchriores nãciſcuntur, quarum pulchritudo non eſt facilis dictu? Præmium enim pulchrum eſt,& ſpes ingens: vt ipſe ſubinfert. Quod fortè didicerat ab Iſaia, qui ait. Oculus non vidit (Deus)abſque te,quæ præparaſti expectantibus te.

Iſa.64.

398 Quibus bonis habenis(ſecũdum Platonem)cõpeſcuntur effrænati?Nonnè tres aſſignãtur ab ipſo: timor videlicet,lex,& vera ratio? Quæ remedia proculdubio ex ſacris literis didicit:quæ tradunt Deum huiuſmodi vſum fuiſſe habenis ad cõprimendam humanã temeritatẽ. Nam primò timorem humano generi incuſſit,puniens Mũdum aquis diluuij,poſteà particularẽ regionẽ igne,ſulphure,& pice.Secundò dedit legem. Leges enim(vt Iureconſulti dicunt) factæ ſunt,vt per ipſas humana temeritas coërceatur. Quæ quidẽ lex illuſtrabat quoque, & alliciebat promiſſis,& cõminationibus terrebat.Sed cum non adhuc per ipſam legẽ haberetur clara promiſſio,nec aperta ratio: Hinc promiſſus, & tãdem datus fuit Meſſias:qui clarius illuſtrauit, verum præmiũ promiſit,& rationẽ myſteriorũ legis, ſublato velamine patefecit.

Pla.in 6.de legibus.

Gen.7.& 19

399 Sapiẽtia vera quales(ſecundum Platonẽ)mortales reddit?Nonnè ipſe perhibet,quod quicquid boni homo habet, à ſapiẽtia ſuſcipit? Ait enim. Si ſapiens euaſeris,omnes amici atque familiares tibi erunt. Vtilis enim & bonus eris. Sin minus,nec alius quiſquam, nec propinqui,aut parentes amici erunt. Et rationem paulò ſuperius aſſignat, dicens. Nullus amabit nos,neque parẽtes: ſi inutiles erimus. Inutilis autem eſt & malus omnis ignorans: ſapiens verò vtilis & bonus. Nec enim quiſquam malus ſapiens eſſe poteſt,quamuis doctus. Nam huiuſmodi in numerum malorum dæmonum rediguntur. Si quis autem ſapiens & bonus eſt,Deus in corpore humano latitans eſt. *Pla.in Lyſide.*

400 Cur Plato in Euthydemo hortatur nos,vt litigia vitemus? Nónnè,quià diſſidia,iræ,& cõtẽtiones verã ſapientiã impediũt: quæ nõ intrat in maleuolã animã,nec habitat in corpore ſubdito peccatis? Hinc & Paulus Timotheum inſtruẽs in vera & Chriſtiana ſapiẽtia,hortatur ipſum quæſtiones & cõtentiones inde orientes,vitare. Idẽque cũ Tito facit. Sed nõnè diſputãdo acuitur ingeniũ,& veritas dilucidatur? Vnde & adagiũ illud,& à Sapiẽte tractũ. Ferrum ferro acuitur. Non quippè obſtant veræ ſapiẽtiæ diſceptationes,quæ fiunt quieto animo inter ſapiẽtiæ amatores: ſed illæ, quæ fiũt ex ambitione & inuida æmulatione, quæ eſt ſecundum carnẽ veræ ſapientiæ inimicam. Iuxtà illud Iacobi. Vnde æmulatio,& cõtentio inter vos,niſi quià adhuc carnales eſtis? Et iterum. Vbi zelus & contentio: ibi inconſtantia,& omne opus prauũ. *Sapien.1.* *2. Tim.2.* *Ad Tit.3.* *Pro.27.* *Iaco. 4.3.*

SECTIO QVINTA DE ABSTRVSIS ORPHEI, PYTHAGORÆ ET ZOROASTRIS.

401 QVid Orpheus per Regẽ,de quo decãtat,intelligit? Nõnè illũ,de quo Propheta canit. Rex magnus ſuper omnem terrã? Et iterũ. Rex virtutũ dilecti. De quo Rege Plato, cũ de prima natura ageret,inquit. Circà omniũ Regẽ cũcta ſunt,ipſius gratia omnia,ipſe pulchrorũ omniũ cauſa. Quã pulchrè verò cum Propheta Plato cõuenit? Nã idẽ eſt dicere. Rex virtutum,id eſt exercituũ, quod habere circà ſe cuncta,id eſt omnẽ exercitum. De quo exercitu Moſes,cõpleta Mũdi fabrica,ait. Igitur perfecti ſunt cœli,& omnis exercitus eorũ. Pro quo traductio cõmunis habet ornatũ. Hunc itaq; Regẽ celebrat Orpheus. Quãuis aliqui dixerint illum eſſe, qui à Cabaliſtis dicitur Enſoph. Sed hi non aduertunt, quod Enſoph eſt illud infinitum, ab omni relatione regni & dominij penitus abſolutum,& in ſua ſolitaria dignitate cõtractum. Rex autem dicitur, qui alios regit. Nã de illo intelligit Orpheus,de quo ipſe Dauid alibi canit. Conſtitui mihi Regẽ meum ſuper Sion montẽ ſanctum meum. Et hic idẽ eſt cũ primo,de quo modò dictũ eſt: vt Sapientes optimè norunt. *Pſal. 46. & 67.* *Plato in 2. epiſtola ad Dionyſium.* *Gen.2.* *Pſal.2.*

402 Cur Orpheus dixit amorem omnibus Diis eſſe antiquiorem: Agathon verò & ſequẽtes iuniorem? Iunior quippè eſt amor: vt Agathoni placet, qui contemplabatur Deorum eſſe intelligibile: prout

videlicet ſunt in Archetypo. Quo eſſe iunior eſt amor: per quem (vt *Triſmegi.* Triſmegiſtus & Plato conſentiunt) Deus ad inſtar illius eſſe intelligi- *Plato.* bilis & idealis produxit omnes Deos, intelligẽtias videlicet, in formas particulares. Orpheus autem cõtemplabatur Deos in particulari iam productos: qui in particularibus formis exiſtentes amore, per quem producti ſunt, poſteriores ſunt: qui videlicet in eſſe ideali priores erãt.

403 Cur Orpheus dicit amorẽ eſſe cæcũ? An (vt Poëtæ fingunt) amor velatis oculis deſcribitur, eo quod amãs aliquãdo tãto amoris impetu fertur, vt rationem offuſcet, ne videat? Vnde non ſenſati hominis, ſed puerilia opera facit. Hinc & puer pingitur. Sed nõnè altius cõſcendũt Orpheus & Plato, dicẽtes, quòd amor eſt ſuprà intellectũ: quià videlicet fertur aliquãdo in amorẽ diuinorũ, quæ nõ cognoſcit? Nec obſtat *Auguſtinus.* illud Auguſtini, quod volũtas nõ fertur niſi in pręcognitũ, & quod incognita amare nequim⁹: quià illud intelligitur de amore, qui habetur per naturalẽ diſcurſum, & nõ de eo, qui naturæ inſitus eſt. Quo amore naturaliter amamus Deũ, quãuis incognitũ, & aliquando creaturã minimè notã, ſed præſenſione quadã naturali. Quemadmodum occurrit, quod ad ſolã præſentiã alicuius, quẽ ſentit cõformẽ, homo diligit, & timet & horret à diffotmi. Sicut ouis horret ad Lupi præſentiam: & homo in nocte pauet ad præſentiam hoſtis, quem non videt. Sic quoque multi in ſuperos amore feruntur: quos minimè norunt.

404 Vnde rerum naturæ ſuas leges habẽt, ordines & inclinationes? An à Deo, qui per ſapientiam ſuam omnia diſpoſuit? Quod Sapiẽs te- *Pro. 8.* ſtatur, inducens diuinam ſapientiam ſic loquentem. Quando præparabat ſcilicet Deus cœlos, aderam: quandò certa lege & gyro vallabat abyſſos. Quando æthera firmabat ſurſum, & librabat fontes aquarũ: quando circundabat mari terminum ſuum, & legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos: quando appẽdebat fundamenta terræ, cum eo *Boëtius in 3. Met. 9.* eram, cuncta cõponẽs. An numeris id factum eſt? Vnde Boëtius canit.

Tu numeris elementa ligas, vt frigora flammis,
Arida conueniant liquidis: nè purior ignis.
Euolet, aut merſas deducant pondera terras.

An amore, vt Orpheo & Platoni placet? An vtroque ſimul: intercedente quoque lege, quam eis ſummus Moderator indidit?

405 Cur dicit Orpheus elemẽta ſic ligata, vt à Typhone non timeãt? *Seneca in Octauia.* Nonnè Typhon eſt aduerſans: quem Seneca ſcribit ex Titano & terra *Sec. Theo.* natum? Et hic à ſecretioribus Theologis Samael nominatur: omnibus *Iob 1. & 26.* videlicet aduerſans. Vnde in Iob Satan dicitur. Quod aduerſans interpretatur. Productus autẽ fuit ab ęterno Sole. Iuxtà illud Iob (vt aliquibus placet) Obſtetricãte manu eius ſcilicet Dei eductus eſt coluber tortuoſus. Et hoc ad probãdos homines. Vnde Orphei verborũ ſenſus eſt, quod elemẽta nõ timẽt ab aduerſante. Et id eſt propter virtutẽ & cõcẽtũ, quo ligata ſunt ab Opifice: adeò vt ab aduerſante diſſolui nequeãt.

406 Cur nullũ opus Magiæ naturalis perfici poteſt abſq; Deo: vt Or-

pheo

pheo placet? Nōnè, quià opus Magiæ eſt(vt aiunt)maritare Mundum, aut eius partes? Quod eſt ſummi Artificis opus præcipuè,& ſecundarum cauſarum quatenus ſummus Opifex eis indidit. Quæ quidem cauſæ ſecundæ non operantur, niſi quātum ſouentur,& hauriunt à prima. Ideò ſi quis ſecundarum cauſarum opus vult facere: ſuffragio primæ indiget. Sicut dicit Meſue de Medico per medicinas ſanante. Quod eſt opus veræ Magiæ. Deus(inquit)eſt, qui ſanat languores: Medicus enim applicat actiua paſſiuis, ea maritans & coniungens. Vnde, niſi fœtus adminiſtretur à Deo, fruſtrà fit illa coniunctio. Quod & de ſpiritualibus operationibus Apoſtolus perhibet, dicens. Ego plantaui, Apollo rigauit: Deus autem incrementum dedit. Et iterum. Neque qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat: ſed qui incrementum dat, Deus. *1. Cor. 3.*

407 Cur opus Magiæ naturalis fieri nequit abſque vnione & amore? An, quià (vt Anaxagoræ placuit) omnia fiunt per litem & amicitiam, eo modo, quo ſuprà declaratum eſt? An(vt Boëtius ait) quià amore iunguntur elementa contraria, vt bonum aliquod conſtituant: Non enim conueniunt, niſi proportinata. Proportionata autem ſunt ſimilia. Similia verò amore facilè vniuntur. Intercedit quoque vnio in operatione: quià quicquid fit,& quicquid eſt, vnum numero eſt. *Boët. in 3. met. 9.*

408 Cur virtus operantis procedit à ſtante, & non à cadente? Nonnè, quia cadens amittit vim operādi? Quod figuratiuè deſcriptum eſt in Moſe: qui dum ſtaret,& manus erectas teneret pro populo deprecans, populus vincebat: & cum manus remitteret, in populum hoſtes præualebant. Hinc de Aharon quoque dicitur, quo ſtans inter mortuos ac viuentes deprecatus eſt pro populo,& plaga ceſſauit. Quod confirmat Iſaïas, dicens. Super ſpeculam Domini ego ſum ſtās iugiter. Et ſic in plæriſque Scripturæ locis inuenitur, quo operantes ſtabant. Vnde ſiquis cadit id ſeruitutem peccati vel Diaboli, nihil boni poteſt operari. *Exod. 17. Nume. 16. Iſa. 21.*

409 Cur Orpheus præcipit, quo ſiquis operetur per verba, non mutet hebraïca nomina? An fortè id eſt ex ſuperſtitione quadam dictum eſt? Sed cur Deus legem, & omnia Antiquorum oracula characteribus & verbis hebraïcis tradere voluit? An igitur id iubet Orpheus, cognoſcens quātam vim contineant characteres illi, formati ad figuras & aſpectus cœlorum: vnde prouenit virtus operantis, & inſtrumentorum? An, quià verba illa ſunt Deo conſecrata? Et ideò maioris ſunt virtutis, quam verba aliorum idiomatum non conſecrata. Sicut in operatione Necromantica libri Diabolo conſecrati cōferunt: vt triuiale eſt. Procurauit enim Diabolus, velut Simia Dei, vt libri illi ipſi conſecrarentur. An, quià characteribus & verbis illis melius exprimuntur diuina nomina, ipſorúmque virtutes, quam per alios characteres, quos Hebræi extraneos vocant?

410 Verba nihil ſignificantia ſi proferātur, proſunt nè quicquam? Nōnè videmus multos operari vocibus & verbis nō ſignificatiuis: Quod fortaſſis euenit operatione dæmonū. Maximè quādo ipſi dæmones vident, quo per characteres illos poſſint operātem ad idolatriā deducere. Quod totis

viribus intendunt. An, quià verba illa habent ſua ſignificata: quæ cum ignorentur ab operantibus,exiſtimãtur nihil penitus ſignificare? Vnde qui eorum ſignificata norunt, concurrunt ad opus: bonæ videlicet vel malæ virtutes pro qualitate operis. Nam verbis, herbis,& lapidibus (vt vulgò dicitur) Deus vim operatiuam indidit, nullis aut paucissimis Sapientibus
Mar. vlt. cognitam. Cognoſcebat autẽ ipſam ille, qui dixit. In nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent: & quæ ſequuntur.

411 Cantans,& incantans, vel operãs quo numero magis præualet? An numero vocali? Sed in hoc nullam videmus efficaciam, niſi quatenus eſt inſtrumentum deueniendi ad alios numeros operatiuos: ſicut cubitus vel canna ſunt inſtrumenta menſuratiua. An igitur huiuſmodi operantes præualent magis numero naturali & harmonico? Sicut patet de chordis vel neruis in duobus inſtrumentis conchordatis: ad quorum vnius tactum neruus alterius (vt comprobatum eſt) mouetur. An (vt opinor) magis præualent numero rationali radicato in intellectu: vnde reſultat intẽtio? Quę
Sec. Theo. quidem intentio tantam vim habet in opere, vt ſecretiores Theologi dicant nihil fieri poſſe per verba & orationes ſine ipſa intentione: quam ipſi כונה cauanah vocant. Vnde eſt Sapientum & commune adagium, quod
Adagium. imaginatio facit caſum: vt Auicena, & alij ſcribunt. Hinc Apoſtolus dice-
1. Cor. 14. bat. Orabo ſpiritu: orabo & mente. Pſallam ſpiritu, pſallam & mẽte. Vnde innuit, quo, niſi mens attendat, oratio caſſa nulláque penitus eſt.

412 Quid magis nobis obeſt, quando in ſacris operamur? An defectus intẽtionis: vt nuper diximus? Tunc enim deficit numerus & harmonia rationalis in opere efficaciſſima. An quando opera domeſtica contrariantur
Iſa. 1. ſacris? Sicut per Iſaïam Deus proteſtatur, dicens. Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam: quià manus veſtræ plenæ ſunt ſanguine. Si quis enim operatur in ſacris contrariante alio opere, erat, & deuoratur (vt ſecretiores Theologi dicunt) ab Hazazele per proprietatem iudicij. Quod
Sect. Theo. *1. Cor. 11.* referens Paulus ait. Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini.

413 Quæ eſt virga Mercurij in ſecretiori Philoſophia? Nonnè virga eſt poteſtas? Sed cur dicitur ſoporifera? An, quià ſicut anima per Saturnũ vitam ducit contẽplatiuam, per Iouem politicam, per Martem bellicoſam, per Venerem verò concupiſcibilem: Ità per Mercurium vegetalem cum ſtupido ſenſu: vt aliqui dicũt? Sed cum Mercurius ingenio faueat, & omnem vim acuat, nõne alia exquirenda eſt huius ſoporiferæ virtutis ratio? An igitur ſoporifera dicitur, quia euehit hominem ad acutam diuinorum contemplationem? Quò dum homo venit, ſopitur corporeis ſenſibus, & oſculi morte moritur. De qua morte alibi dictũ eſt. Quem ſoporẽ,& quã mortem optabat in nobis Chriſtus & Apoſtolus: vt aliàs declaratum eſt.

Pſal. 16. 414 Cur homo in via Dei operans neceſſe eſt, vt ambulet vias duras?
Matt. 11. Nõnè, quià id Propheta docet, dum ait. Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras? Sed nonnè è contrario Chriſtus inquit. Iugum meum ſuaue eſt,& onus meum leue? Nonnè ſi benè & ritè hæc obſeruen-

tur,conueniunt? Nam qui vult à cœlo fauorem haurire, vt in ſacris operetur,neceſſe eſt,vt in ſeipſum colligatur:frenatis omnibus voluptatibus, quæ hominem à via Dei diſtrahunt. Hinc iuſſit Eliſæus Giezi puero ſuo, *4. Reg. 4.* quem miſit ad ſuſcitandum puerum Sunamitis, vt neminem per viam ſalutaret. *Luca.10.* Idem quoque iuſſit Chriſtus Apoſtolis ad prędicandum miſſis.Ne videlicet diſtraherentur ab opere. Quæ viæ quamuis in principio duræ videantur:aſſuetis tamen ſuauiſſimæ ſunt.

415 Vbi terminatur virtus omnium Magorum?Trifaria opera in Mundo reperiuntur:artis videlicet,naturæ,& Dei.Magi arte multa faciunt:& à natura aſſumunt fauorem: & vltrà progredi nequeunt. Nam opus Dei, creationem videlicet,quæ ſuprà naturam eſt, attingere nequaquam poſſunt.Hinc, cum Moſes virtute diuini nominis, pro formatione pediculorum,qui tertio loco facti fuerunt, produxiſſet materiam eorum, quæ ſudoris vicem ſuppleuit,dixerunt Iannes & Mambres Magi Pharaonis celebratiſſimi. *Exod.8.* Digitus Dei eſt hic. Quia videlicet hoc opus omnem Magicam virtutem excedit. Nec enim aliud facere poteſt Magus, niſi applicare actiua paſſiuis,aut arte aut virtute dæmonum.

416 Quarè ars Arithmetica adeò à Pythagora, Platone, Iamblico & aliis multis celebratur? Nonnè, quià omnia diſpoſita ſunt (vt Sapiens ait) *Sapien.11.* in numero,pondere,& menſura? Menſura verò & pondus à numero procedunt.Hinc Plato in Epimonide longo ſermone demonſtrat, nec artem, nec regimen,nec doctrinam vllã abſque numeris ſtare poſſe.Quem Iamblicus in libro de ſecta Pythagoręorum proſequitur.Nam Mundus vterque numeris diſpoſitus eſt:vt Timæus Locrenſis & Plato oſtendunt. *Plato.* Circà quos Mundos tota aturalis P hi loſophia. *Iamblicus.* Hinc Boëtius ait.Qui ſpernit *Boëtius.* Mathematicas ſcientias,ei denuncio non rectè philoſophandum.Et Themiſtius. *Themi.* Qui accedere (inquit) vult ad Philoſophiam ſine Mathematica, delyrat. Et cum Deus omnium numerorum radicem contineat: Hinc de ipſo quoq; per numeros Theologizari poſſumus:vt à ſecretioribus Theologis *Sec.Theo.* per Ghemateriã id eſt Arithmeticam habemus.

417 Quomodò,ſine errore, literariũ ædificium fieri poteſt:quod antiqui Theologi Sirup vocant?Nonne habemus ab Abraham,quo aſſumantur *Abraham in lib.de for.* primæ reuolutiones cum numero ſequenti, & complicentur ad inuicem:& tot dictiones ex illis literis componantur? Ex duabus enim literis duæ dictiones,vel domus(vt ipſe ait)fabricantur.Ex tribus autem tot domus fabricantur:quot numeri reſultant ex binario & ternario complicatis: ſex videlicet.Nã bis tria,aut ter duo ſenarium redduntur. Ex quatuor verò literis vigintiquatuor domus fabricantur. Cum tot numeri ex ſenario & quaternario complicatis reſultant,Ex quinque verò literis centum viginti domus ædificantur. Huiuſmodi enim numerus ex complicatione vigintiquatuor per quinarium facta reſultat. Et ſic de aliis.

418 Cur binarius à Pythagoræis infauſtus cenſetur, nec inter numeros computatur?Nonnè,quià binarius materiam deſignat,quæ ſuaptè natura mala eſt,& defectus?Hinc quantò quid eſt magis materiale, tantò magis

à perfectione elógatur,& imperfectioni adhæret. Vnde binarius,qui materiam ſignat,cenſetur malus, & infauſtus. Binarius itaque dicitur materia,quià poſt ſummam Dei vnitatem, materia eſt primum ens : quæ cum Deo facit duo. Nec tamen inter numeros computatur:quià numeri non à materia,nec à Deo colliguntur,ſed ex rebus iam formatis reſultant.

419 Cur ternarius à Pythagoræis numerus primus exiſtimatur? Nõnè, quià (vt diximus) Deus & materia non annumerãtur cum entibus formatis? Deus enim,qui ſumma vnitas eſt,omne ens tranſcendit:materia verò, quæ binarius eſt,omni enti ſubſternitur,nec inter entia vera connumeratur:vt longo ſermone Euſebius Pamphilus diſſerit. Vnde, cum vterque, Deus videlicet & materia contineat quãdam æquiuocationẽ ad entia,inter ea nõ enumeratur:Deus,quià ſuprà:materia verò, quià infrà ens cõſiſtit. Numerãda ſunt igitur ea,quę formata ſunt,aut purę formę,ſiquę ſunt.

Euſebius Pamphilus.

420 Cur Pythagoras voluit quo par & impar eſſent rerum principia? Nonnè per par materiam,ſubiectum,vel fœmininum principium intelligit:per impar verò formam,& maſculinum principium? Vnde ſic intelligitur eius opinio de principiis rerum:quo videlicet hęc principia ſunt materia & forma,vel fœmina & maſculus,vel paſſiuũ & actiuum. Quæ omnia in idem conueniunt. Hinc falsò eum criminatur Ariſtoteles. Nam per numeros, tanquam per domeſtica & manifeſta principia ipſe Pythagoras naturalia deſcribere optimè iudicauit.

421 Quod vnum (vt in Eccleſiaſtico dicitur) conſtitutũ eſt cõtrà vnum? Nonnè materia,quæ & pura potentia,conſtituta eſt contrà Deum, qui eſt purus actus? Vnde inſurgunt multæ contrarietates in Mundo, de quarum aliquibus tractat Clæmens in Itinerario. Et hanc cum inde ſequentibus ordinauit Deus tanquam occentorem Dei & rerum diuinarum. Vnde per antipariſtaſim quandam reboat harmonia conſonantiſſima in hac Mundi machina:quam Dorilaus organum Dei vocat. In qua quidem machina eſt contradictio,potiſſimè inter actum purum & materiam: vt longo ſermone Euſebius Pamphilus diſſerit.

Eccl. 33.

Clemens.

Dorilaus.

Euſeb. Pãp.

422 Cur Pythagoras & eum ſequentes iurare conſueuerunt per quaternarium,tanquam per quoddam ſacrum? An,quià quaternarius eſt numerus fundamentalis? Cum omnia fundamenta quaternario diſtributa ſint. Ideò ipſi tanquam ſolido fundamento fidem & iuramentum inhærere volebant? An,quià quaternarius eſt numerus radicalis? Eſt enim radix denarij,numeri completi : vltrà quem alius non datur numerus. Ideò iurando per quaternarium,iurabant per omnium rerum fundamentum. Sicut decantatur ab ipſis Pythagoræis,dicentibus.

Iuro ego per ſanctum pura tibi mente quaternum
Aeternæ fontem naturæ,animique parentem.

An, quià non ignorabant ſanctum Dei nomen, à quo omnia, ſcribi quatuor literis : vt quibuſdam placet? Multa enim Pythagoras Moſaïcis ex ſcriptis didicerat.

423 Cur Deus Moſi per rubum ardẽtem nomen ſuum quadriliterum

indicauit? An, quià ipſum ad deſcribendam Mundi fabricam atque legem elegerat? Vtraque enim ab ipſo nomine emanauit. Hinc,vt ſciret, quæ ſcripturus erat, nomen illud ei indicauit. An, quià colliſurus erat Ammomino præſidē Ægypti, qui per ſolam vim nominis ipſius collidēdus erat:vt ſuprà quoque diſſeruimus?An,vt operaretur ſigna & portēta, quæ Deus in Ægyptum mittere decreuerat,facienda nominis ipſius virtute? In igne verò exiſtens docere voluit, vt indicaret, quod ipſe Deus ignis eſt, & igneum habet nomen, & per igneam virtutem cum ipſo eſt operandum? Sic etiam Chriſtus declarato aliquantulum nomine ſuo,& data promiſſione de virtutibus per ipſum nomen faciendis, vt illud plenè doceret,& corroboraret diſcipulos, vt in ipſo operarentur, Spiritum ſanctum doctorem,& cooperatorem in ignis ſpecie miſit. *Exod.3.* *Deut. 4.* *Acto.22.*

424 Quando & quomodò Moſes nomen Dei explicauit? Nonnè (vt ſuprà quoque diximus)explicauit ipſum:quando (iubēte Deo) omne robur, & vim Ægyptiam in mari rubro & paludoſo collidere voluit? Vnde extendit ipſum ſeptuagintaduo nomina,& ducentas ſexdecim literas: quæ continentur in tribus textibus, vel ſententiis Exodi. Quarum quidem ſententiarum quælibet continet ſeptuagintaduas literas:vt apud ſecretiores Theologos notiſſimum eſt. Adeò autem illo nomine explicato colliſa fuit Ægyptiorum vis, vt non amplius Iſraëlitas perſecuti fuerint, nec vllam dehinc vim ipſis Hebræis intulerint. *Exod. 14.* *Sec.Theo.*

425 Cur diuinum nomen ex quaternario conſtat? Nonnè, quià(vt nuper diximus)quaternarius eſt numerus radicalis denarij?Nam ſi colligantur omnes ipſius quaternarij partes cum ipſo toto ſcilicet vnum, duo, tria & quatuor:nonnè hæc omnia ſimul iuncta faciunt decem?Hinc denarius diurnus in præmium omnibus in vinea Domini laborantibus promiſſus fuit. Sic tamen ipſum nomen ex quaternario conſiſtit, vt à ternario, quo ſemper gaudet,non diſcedat. Nam tres tantummodò literæ ingrediuntur ipſum nomen: quarum vna geminata ipſum ad quaternarium reducit. *Matt. 20.*

426 Quæ ſunt Pythagoræ ſymbola, & cur ſic dicta? Nonnè ſymbola dicuntur verba & ſermones ipſius metaphoricè, quià de vno loquuntur, & de alio intelliguntur?Et hoc propter ſymbolum, quod eſt inter ea. In hoc autem Pythagoras imitatus eſt Chaldæos,& veros Sapiētes,qui ſemper ſymbolico ſermone vſi ſint:vt de pluribus loquerentur ſimul, & alio aliud benè intelligentibus melius explicaretur:& ex harmonia, concentúque ipſorum reſultaret delectabilis intelligentia: & per ſimilitudines iſtas rerum intelligentia memoriæ tenacius infigeretur. Quo ritu dicendi ſuper omnes Sapientes Chriſtus verus Sapiens vſus fuit, pluries in parabolis loquens.

427 Quale eſt ſymbolum, quod inter res varias habetur? An eſt ſymbolum æqualis ſimilitudinis? Sed cum res diſpoſitæ ſint ſicut numeri, per quorum vnius additionem variatur eius ſpecies (vt Ariſtoteles docet,qui ait. Species ſe habet, ſicut numeri) nonnè ſymbolum inter res reſultans eſt ſecundum ſuperius & inferius, perfectius & inperfectius, alia & alia, *Metaph.8.*

tamen cõſimili nota? Sicut enim membra in corpore humano eadem anima viuũt, alio tamẽ atque alio modo & nota, cor videlicet, cerebrũ, oculus, manus & pes: Pari modo mẽbra huius Mundani corporis. Nam alio modo viuit homo, & alio planta. Vnde ſymbolum in ipſa vita habent.

Mercu. in Pymand. 428 Eſtnè in natura aliquid, quod vita humana nõ gaudeat? Nõnè elementa, lapides & huiuſmodi, vita carere vidẽtur? Sed nonnè dicit Mercurius. Nihil eſt in hoc Mundo expers vitæ: vnde vbique vita, vbique immortalitas? Quod de ſpeciebus intelligendum eſt, & non de indiuiduis, quæ morti & corruptioni ſubiecta eſſe manifeſtiſſimè patet. Viuit enim terra. Alioquin non eſſet ferax, nec plantas vitales produceret. Viuunt aquæ, viuos piſces producentes. Viuit aër, qui eſt quaſi ſpiritus Mundi. Viuunt & lapides, quià creſcunt, & tranſmutantur. Hinc meritò lapides viui dicuntur. Et ſic omnia viuunt, alia tamen & alia vita: vt modò diximus. Omniáque ſuperiora meliori vita gaudent: ſecundum quam vitam & ſecundum eſſe, atque virtutes de multis ſimul verificantur Pythagoræ noſtri, aliorúmque Sapientum ſymbola, prouerbia, atque parabolæ.

Ethic. 5. *Deut. 6.* 429 Cur Pythagoras ait. Ingrediens templum, Deum adora? An, vt primum præceptum daret dictamini naturæ conſentaneum? Iuxtà dictum Ariſtotelis. Sacrificare Deo hoc eſt à natura. An, quià id didicerat à lege dicente. Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies? Dedit enim in ſuis ſymbolis Pythagoras multa præcepta legi cõſona, aut eadem, quę in lege ſunt. Huiuſmodi autem adoratio fieri debet in templo præcipuè. Quod fortè ipſe Pythagoras didicerat ab Iſaia: qui, cum perſonam Dei *Iſa. 56.* gereret, dixit. Domus mea, domus orationis vocabitur. Vnde in templo nil aliud faciendum eſt, quam diuino cultui & orationi intendendum. Quod Mahumetici & Arabes obſeruant. Hinc ſaluator horum ſacramẽ*Mat. 21.* torum non ignarus, facto è funiculis flagello (vt Matthæus refert) vendẽtes & ementes è tẽplo eiecit. Vnde turpiſſimum eſt Chriſticolis, qui templa variis modis profanant, multa profana & ſæcularia, & quæ aliquando audire nefas eſt, ibi pertractantes.

430 Cur Pythagoras ait. Ex itinere præter propoſitum non ingrediaris *Leuit. 26.* tẽplum, neque ores propè veſtibulum trãſiens? Nonnè id didicit à Moſe, qui ait. Si ambulaueritis mecum caſu, & ego ambulabo vobiſcum caſu? Pro quo vulgata traductio habet, ex aduerſo. Quorum verborum ſenſus eſt, quod ſiquis (ſicut Pythagoras exponit) iuxtà templum trãſiens ipſum ingrediatur, non conſultò, cũ ad id illuc non venerit, ſed caſu, ſiue per ac*Phyſi. 2.* cidens ipſum ingreditur. Nam caſus (vt Ariſtote. ait) eſt cauſa per accidẽs. Vnde iſtis caſu Deo ſeruientibus promittit Deus benefacere, caſu, id eſt quod ſi aliis benefecerit, ipſi quoque inde caſu conſequentur vtilitatem: vt ſuprà diſſeruimus.

431 Cur iubet Pythagoras nudis pedibus ſacrificari? Nonnè in Ieremia *Iere. 2.* *Ephe. 6.* dicitur. Prohibe pedem tuum à nuditate? Cui adſtipulans Apoſtolus ait. Calciati pedes in preparationem Euangelij pacis. An fortè Pythagoras Antiquos imitatus eſt nudis pedibus ſacrificantes, ſuaſos (vt aiunt) à præ-

cepto Domini, qui iuſſit Moſem diſcaltiare pedes: quando rubo appro- *Exod.3.*
pinquare volebat, vt cum Deo ageret? Iubentur itaque diſcalciari pedes, & calciari variis rationibus: ſicut de barba iuſſum eſt (vt alibi tetigimus) nunc videlicet radenda, & nunc non radenda. Affectus enim noſtri, per pedes denotati, benè initiatis calciandi ac conſeruādi ſunt: non benè verò initiatis diſcalciandi ſunt.

432 Cur idem iubet vnumquemque declinare populares vias per diuerticula? Nonnè, quià ſapientes ſemper ſunt pauciores, inſipientum verò turba eſt ingens? Cui adſtipulatur Ariſtoteles, dicens. Loquendum eſt, *Ariſtoteles.* vt multi, ſapiendum, vt pauci. Nam veritas, quam ſequi debent Sapien- *Anſelmus.* tes, eſt (vt Anſelmus ait) rectitudo ſola mente perceptibilis. Vnde non percipitur à vulgaribus, qui mēte carent. Hinc Seneca ait. Nunquam eris *Seneca ad* fœlix (imitans videlicet veritatem & Sapientum viam) quouſque turba *Lucillum.* non te derideat. De quo lex etiam dedit præceptum, dicens. Non ſequeris turbam ad faciendum malum. Turba enim ad malum facilè ruit. *Exod.23.*

433 Quo ſenſu Pythagoras iubet abſtineri ab iis, qui nigrā caudam habent? An (vt Plutarchus exponit) hic monet non habendum cum impiis & *Plutarchus.* infamibus cōmercium? An (vt Triphon Grammaticus voluit) iubet abſti- *Triphon* neri à mendacio, quod tandem nigreſcit & obſcuratur? An de intentione *Grāmaticus* non nigra ſed candida in quocūque opere habenda Pythagoras intelligit? Finis enim eſt cauda operis, & primò intentus. Iuxtà illud Peripateticum. *Phyſi.2.* Omne agens agit propter finē. De quo fine & cauda alba vel nigra locutus fuit Saluator, dicens. Si oculus tuus, id eſt intentio tua, ſimplex fuerit, *Matt.6.* totum corpus tuum id eſt opus, lucidū erit. Si autem oculus, id eſt intentio tua fuerit nequàm & obſcura, totum corpus, opus tuū videlicet, tenebroſum & obſcurum erit. Quod Ambroſius & Gregorius diffusè tractant. *Ambroſius.*

434 Cur Pythagoras iubet echo adorandam flante vento? Nōnè echo *Gregorius.* eſt repercuſſio quædam vocis percutientis loca concaua, aut quæcunque alia ipſa vocem reddentia? Cuius rei (ni fallor) myſterium eſt, quod creatura non ſolum eſt facta voce Dei iubentis: ſed exiuit ab eo tāquam vox, vel flatus. Hinc antiqui Theologi dicūt, quod Deus fecit omnem creaturam per ה he, quod eſt nota aſpirationis: eo quod ſpiritu, flatu, & voce omnia produxit. Tunc autem redit vox flante vento, quando gratia Spiritus ſancti perflantis reflectitur in Deum, quantum poteſt. Iuxtà Prophetæ dictum. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Vnde *Pſal.115.* echo illa eſt adoranda & reuerenda, tanquam diuinum quid.

435 Vnde prouenit vaticinandi furor? Nonnè à ſpiritu Dei flante? Iuxtà *2.Petr.1.* illud Petri. Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia: ſed ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines. Cui conſentit *Ptole. in* Ptolemæus, dicens. Soli numine afflati prædicunt particularia. Hoc au- *fructu.* tem ſpiritu flante nedum prophetamus, ſed quæcunque opera bona ac diuina facimus. Et tunc reddimus Deo, quod poſſumus. Et cum illa reuerberatio procedat à flatu & virtute Spiritus ſancti: Hinc adoranda eſt: vt nuper diximus.

439 Cur Pythagoras prohibet ignem ſcalpi gladio? Nonnè, quià ignita ira non eſt laceſſenda gladio, duritie, vel furore: vt cum Baſilio, & Hieronymo Plutarchus ſentire videtur: Quod documentum Sapiens anteà tradiderat, dicens. Sermo mollis frangit iram, & ſermo durus ſuſcitat furorem. Et iterum. Lingua placabilis lignum vitæ, & quæ immoderata eſt, conteret ſpiritum.

Baſilius. *Hieronymus* *Plutarchus.* *Pro. 15.*

437 Cur iubet Pythagoras quod vnuſquiſque à ſeipſo omne acutum dimoueat? An per acutum, verſutum & aſtutum intelligit: cuiuſmodi ſerpens in Geneſi deſcribitur? A quo quidem ſerpente nobis (omnium iudicio) ſummoperè cauendum eſt. An per acutum intelligit hiſpidum & ſpinoſum: qualis erat Heſau: vt in Geneſi legimus? Hinc Deo inuiſus fuit: vt Malachias ait. E conuerſo autem Iahacob dilectus, & diligendus, erat lenis & mitis. Et de Moſe dicitur, quod erat mitis ſuper omnes habitatores terræ. Omnes enim hi imitantur illum, de quo ſcriptum eſt. Tu autem Deus noſter ſuauis & patiēs es: & in miſericordia & pietate diſponis omnia. Dæmoniaci verò ſunt duri, aſperi, acuti, hiſpidi, atque graues. Et hoc potiſſimo ſigno dignoſcuntur, qui Dei, quivè Diaboli ſunt.

Gen. 3. *Ibid. 25.* *Mala. 1.* *Nume. 12.* *Sapien. 15.*

438 Cur tam diligenter Pythagoras iubet coërceri linguam? An (vt ipſe ſubinfert) vt Deum æmulemur, qui nihil exprimit, niſi quod in mente habet, quódque in aliorum beneficium tēdat? An, quià cognoſcebat veram eſſe ſententiam Sapiētis: qui ait. Mors & vita ſcilicet ſunt in manibus linguæ? Hinc & Petrus inquit. Qui vult vitā diligere, & dies videre bonos, coërceat linguam ſuam à malo, & labia eius ne loquantur dolum.

Pro. 18. *1. Petr. 3.*

439 Cur dicit Pythagoras præſtandum eſſe ferenti pondus auxilium, nec ſecum pondus deponendum? An, vt Hieronymus intrepretatur, quià accedentibus ad virtutem auxilia ſunt impendenda: torpeſcentes autem ocio ſunt derelinquendi? An, iuxta literam, quià ſubiiciens ſe oneri auxilium meretur: deponens autē auxilio non indiget? An locutus eſt Pythagoras de ſubiicientibus ſe oneri ſtudij, quibus fauendum eſt? Vnde Zohar ait, quod diuites & mercatores Tribus Nephtalim ſubueniebant & neceſſaria ſubminiſtrabant Tribui Iſachar, ſtudio legis addictæ. Nam de Iſachar ſcriptum eſt. Iſachar aſinus fortis, ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum, onus videlicet ſtudij legis: vt idem Zohar exponit.

Hieronymus *Zohar.* *Gen. 49.*

440 Cur præponendum docet Pythagoras pedem dextrum calceis, lauacro verò ſiniſtrum? Nonnè per pedes affectus deſignantur, quorum dexter, bona videlicet intentio præponenda eſt operi per calciamentum denotato: lotioni verò, id eſt, expugnationi præponēdus eſt ſiniſter, id eſt, turbata & inquinata intentio, quæ lauanda eſt ab inquinamentis antequā homo ad opus applicetur? Cum ab intentione totum opus dependeat. Nam Ambroſius ait. Intentio tua operi tuo finem vel nomen imponit. Quod dixit interpretans illud Saluatoris nuper allegatum. Si oculus tuus ſimplex fuerit: & quæ ſequuntur.

Ambroſius. *Mat. 6.*

441 Cur Pythagoras in omni diuino ſermone lumen haberi mandat? An fortè id traxerat à lege, qua iubetur, vt coram altari Dei ſemper ignis

Leuit. 6.

ardeat? Cuius rei interpretatio eſt, quod ſemper cum de diuinis loqui voluerimus, diuinum lumen, per oracula nobis præſtitum, accendere debemus. Sine quibus oraculis (vt Plato docet) de Deo minime loquendum eſt. Sicut enim Sol non videtur niſi in lumine Solis: Sic Deus non cognoſcitur niſi diuino lumine: & quatenus ipſe per radium ſuum (vt Dionyſius ait) ſeſe nobis inſinuauerit. Iuxtà illud Pſalmographi. In lumine tuo videbimus lumen. *Plato.* *Dionyſius.* *Pſal. 35.*

442 Cur non eſt tranſgrediendum (vt Pythagoras docet) iugum neque ſtateram? Nonnè hoc eſt idem cum eo, quod Zoroaſtres ait. Non augeas fatum, id eſt, ne vltrà vires aliquid aggrediaris? Quod dogma (aliis tamen verbis) dedit Flaccus, dicens.

Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis, æquam *Horatius in*
Viribus. Iugum enim eſt non tantum lex diuina, vel ſanctio Euangelica, de qua dictum eſt. Iugum meum ſuaue eſt: ſed eſt influxus cœli, & virtus naturalis cuiuſcunque rei peragendæ. Quod autem dicitur. Stateram non trāſgrediaris: intelligi debet (vt opinor) quod nemo declinet ab eo, quod iuſtum eſt. Vnde inoleuit illud Doricum adagium. Trutina iuſtior. Quæ omnia tracta ſunt à lege dicente. Nolite facere iniquum aliquod in iudicio, in regula, in pondere, & in mēſura. Statera iuſta, & æqua ſint pondera, iuſtus modius, æquúſque ſextarius. *Poëtica.* *Matt. 11.* *Leuit. 19.*

443 Cur Pythagoras nutriri vetat animal aduncis vnguibus? Nonnè, quià huiuſmodi immunda ſunt, & lege prohibita? Immunda verò ſunt, quià dæmoniaca, & cum Diabolo ſymbolum habentia. Hinc facilè dæmonia ingrediuntur in ea: in animalia verò munda nequaquã. Propterea Pythagoras prohibet huiuſmodi nutriri, perinde acſi diceret. Diabolum in domum non admittas. Cum poſitæ ſint inimicitiæ inter ipſum ac humanum genus. *Gene. 3.*

444 Quarè (vt Pythagoras docet) Gallus nutriendus eſt, & non ſacrificandus? An, quià gallinacea ſpecies per debitam ſucceſſionem alioquin conſeruari nequiret: non autem ſacrificandus eſt, quià iam Soli & Lunæ (vt ſecretiores Philoſophi dicunt) dedicatus eſt? An (vt ad myſteria conſcendamus) magnum eſt Galli myſterium, illius videlicet, quem Socrates Æſculapio reddi iuſſit? Gallus enim (vt etiam ſuprà diſſeruimus) eſt portio ſuperior, vel ſynderefis, fouenda & excitanda: dedicatáque Soli & Lunæ, id eſt, lumini diuino & naturali: vt ex Platone diſcere poſſumus. Hæc autem virtus non eſt mactanda, nec ſeparanda à nobis: immò retinenda, & omni diligentia cuſtodienda, conſeruandáque. *Pla. in Sym.*

445 Cur ab immoderato riſu Pythagoras abſtinēdum iubet? An, quià fatuus in riſu exaltat vocem ſuam: vir autem ſapiens vix tacitè ridet: vt in Eccleſiaſtico dicitur? An, quià riſus huiuſmodi ſemper dolore miſcetur: vt Salomon ait? An, quià riſus immodicus eſt effectus non bonæ ſed malæ Veneris diffundentis & diſſoluentis omnia bona? Sicut è conuerſo Saturnus nimis conſtipat, & ad centrum omnia reducit. Sol autem laudatur medium tenens. Iuxtà illud commune adagium. Medium tenuere beati. *Eccl. 21.* *Pro. 14.*

446 Cur Dei figura (vt ipſe Pythagoras docet) non eſt annulo inſculpenda? An, ne nimia frequentia vileſcat imago Dei? An, ne indignetur Deus, ſiquid turpe agatur manu, Dei figura inſignita? An, vt lex ſeruetur, quæ omnem penitus imaginem fieri prohibuit: vt in Deuteronomio & Exodo habetur? An, ne committatur idolatria? Cum Deus primus, ſolus adorandus, effigiari nequeat: & alij, Dij videlicet ſecūdarij, vel alia quæcunque creatura per imagines adorari non debeant. Et quamuis Deus, Cherubinorum & Serpentis imagines fieri iuſſerit, id tamen (vt alibi diſſeruimus) fuit in figuram Meſſiæ: qui ideò honorandus eſt, quià idem cum Patre Deo. Et ſi quæ permittuntur Sanctorum imagines, id fit, eo quod ipſi ſunt membra ipſius Chriſti. Hinc meritò poſt ipſum aliquo modo ſunt adorandi: vt Theologi diſtinguunt.

Deut.4. *Exod.20.* *Ibi.25.* *Nume.21.* *Io.10.*

447 Cur Pythagoras prohibet comedi cor & cerebrum? An forſitan prohibendo deuorationem cordis interdicit nimiam curam, & aſſiduam meditationem, quæ affligit animam (vt Sapiens ait) cuius ſedes præcipua eſt cor: vt Ariſtoteles ſentit? Vnde nimia animæ fatigatio ipſum cor deuorat. An, quià in corde eſt capſula quædam ſanguine vitali plena? Ideò cauebat Pythagoras, ne comederetur cor: quià ad eius comeſtionem ſequitur comeſtio ſanguinis lege prohibita. Quam quidem legem ipſe Pythagoras diligētiſſimè obſeruauit. Immò nolebat comedere carnes, ſuóſque diſcipulos prohibebat comedere. Par quoque iudicium & ratio eſt de cerebro: quod eſt altera potiſſima ſanguinis ſedes.

Eccl.12. *Ariſt. in 3. de partibus animal.* *Leuit.7.*

448 Cur Pythagoras prohibet incidi vngues iuxtà ſacrificium? An, ne ſacrificium inde immundetur? Cum omnia ad corpus humanum ſpectantia, ſeparata ab anima, immunda permaneant. An (vt alij dicunt) præſegmina vnguium & crinium, cognatos, affines, & coniunctos nobis ſignificant: quos per has metaphoras docet non ſpernendos, nec peſſundandos, maximè iuxtà ſacrificium, id eſt, vt non contemnamus eos, reiicientes à participatione ſacrorum? Hinc Apoſtolus ait. Si quis ſuorum, maximè domeſticorum, curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior.

1. Tim.5.

449 Cur iubentur peſſundari vngues & capilli inciſi? Nónè hoc intelligitur ſecundum literam? Nam huiuſmodi præſegmina ſunt immunda: & tantò magis, quantò plura ſunt ſimul. Vnde diſpergenda & peſſundanda ſunt: ne colligantur à præſtigioſis & veneficis mulieribus: quę multa veneficia cum huiuſmodi faciunt. Nam clariſſimè comprobatum eſt faſcinatos, aliquando vngues & capillos euomuiſſe. Et ſic, quod ſuprà ſecundum myſterium, hic ſecundum literam intelligendum eſt.

450 Cur non eſt aſpiciendum in ſpeculo (vt Pythagoras docet) ad lumen lucernæ vel candelæ in nocte? Nonnè, quià imagines omnes (vt ſuprà de Platonis mente diximus) dæmoniacæ ſunt: eæ maximè, quæ in nocte tenebrarum poteſtatibus ſubiecta producūtur? Ideò, ne per illas imagines in nocte è ſpeculo reuerberantes, roborentur malæ formæ, & poteſtates nocturnæ in noſtram perniciem ac damnnm, huiuſmodi in ſpeculo aſpectio prohibetur. Cauendum eſt enim nobis omni cura, ne cauſam

vel occaſionem demus hoſtibus in nos præualẽdi:ſicut in plærïſque Scripturæ ſacræ locis edocemur.

451 Cur mãdat Pythagoras ſtragulum componi ab eo, qui à ſtrato ſurgit? An, quià (vt aliqui opinantur) inelegans & inurbanum eſt ſtragulum lecti incompoſitum relinquere? An (vt altius cóſcendamus) quià immundi ſpiritus oblectantur calore & figura humana: vicémque hominis (quoad poſſunt) tenere ſatagunt? Sicuti ſerui abſente Domino delectātur ſedere in ſedili Domini ſui. Claro enim experimẽto cóprobatum eſt quãtum appetat ſpiritus immundus calorẽ, veſtes, & locum mortalium. Maximè quãdo quis à ſtrato ſurgit, in quem dormientem multum præualuit, immundans & fœdans ipſum: vt Zohar diffuſè ſcribit. Vnde ipſe iubet lauari manus & faciem immundatã, antequã ſe homo ad opus, præcipuè ſacrum, applicet. Quod obſeruãt noſtri miſſam celebraturi. Iubétque idem Zohar confundi veſtigium quieſcentis: ne immundi ſpiritus ſubintrent. *Zohar.*

452 Cur in filiorum generatione Pythagoras moneri non eſſe adhærendum geſtanti vel habenti aurum? Nonnè hoc ſuperſtitioſum penitus eſſet: niſi alicui rationi inniteretur? An igitur, quià aurum Aquilonare eſt? Nam (vt in Iob dicitur) aurum ab Aquilone venit: vnde omnis pollutio & immunditics prouenit. Quæ valdè obſunt filiorum generationi. Hinc tam diligenter iubet lex, ne quis ad mulierem menſtruatam accedat: quià tunc immunda eſt: ne filij videlicet immundi generentur. Quod in plærïſque Scripturæ locis habetur: potiſſimè verò in Leuitico & Ezechiele. *Iob.37.* *Leuit.18.* *Ezech.18.*

453 Cur à fabis (vt Pythagoras docet) abſtinendum eſt? An, quià legumina omnia, præcipuè faba, vẽtum & humorem impurum afferunt? Hinc ab huiuſmodi cibis tranquillitatem mentis turbantibus ſapienter monet ipſe cum Platone abſtinendum. Quamuis Ariſtoxenus apud Aulum Gellium laudi Pythagoræ falsò detrahens, aſſeueret ipſum nullo vnquam legumine magis vſum, quam fabis. An, quià fabæ teſticulis pudendis aſſimilantur: vt quidam dixere? An abſtinendum iubetur à tractandis Reipublicę muneribus & ſuffragiis, quæ per fabas (vt Plutarchus ſentit) dari ſolebant? Sed cum tanta fuerit apud Ægyptios fabarum religio, vt eas neque ſererent, neque comederent, immò nec aſpicerent (vt Herodotus teſtatur) nonnè alia exquirenda eſt huius Pythagoræi dogmatis ratio? An igitur, quià in fabis animalia quædam facilè generantur: à quibus omnes Pythagoræi abſtinere ſolebant referentes ætatem illam auream, in qua mortales non polluebant ora cruore animalium, nec aliquo animali veſcebantur? De qua ætate Boëtius canit. *A.Gellius lib4.c.11.* *Plutarchus.* *Herodotus.* *Boët.in 2. Metro.5.*

Fœlix nimium prior ætas
Contenta fidelibus aruis.

Quod obſeruaſſe ad vnguem Apollonium Tyanæum Pythagoræum Philoſtratus ſcribit. *Philoſtratus*

454 Cur vetat Pythagoras in via ligna ſcindi? An, ne tranſeuntes impediantur? An pertractans myſteria ſub his velaminibus monet arbores

rationales homines videlicet, non incidi, id eſt, non interfici in vitæ ſuæ curriculo, ne diuina ſeries diſturbetur: quàm vnicuique certæ vitæ tempus ſtatutum eſt? An, ne lex violetur, qua homicidium prohibetur?

Exod.20.

455 Quo ſenſu Pythagoras hortatur mortales à piſcibus ſeu ab animalibus abſtinere? A piſcibus enim cauendum habetur in aliquibus codicibus, in aliis verò ab omnibus animantibus. Nonnè id iubet, ne homo per eſum carnium animalium cadat à nobiliori ſorte ſua: ſicut de ſanguine ſuprà dictum eſt? Sed cur abſtinendum ſit à piſcibus, multa dicuntur. Aliqui enim dicunt id iuberi: quià piſcis eſt ſacer Hecate: & maximè vrtica marina. Sed cum Pythagoras Moſi cultui ac diſciplinæ in omnibus penè adhæſerit, ad Hecaten minimè reor ipſum aſpexiſſe. An igitur, quià (vt Plutarchus meminit) piſces ſunt contubernales Pythagoreæ diſciplinæ: propter ſilentium videlicet? An (vt Thæus apud eundem Plutarchum dicit) quià piſces nutriuntur aqua, elemento homini infeſtiſſimo? An, quià pietate deuictus nolebat occidere vel deuorare animal homini numquam infeſtum? An, quià volebat ſuos diſcipulos ſecundum legem abſtinere à ſanguine, quo aliqui piſces abundant: Hinc ab eis Græci quoque in ſuis ieiuniis abſtinent.

Plutarc.in com.conu.

456 Cur vetat Pythagoras hirundinem domi ſuſcipi? An, quià malum omen affert auis illa Saturnia? Sed cur non etiam Philomela reiicienda eſt, quæ ad eandem tragœdiam ſpectat? An igitur, quià non eſt domi nutriendum animal, quod nullam vtilitatem afferat? Sed quid dicemus de Ciconia, quæ in infumibulis nidificat? Nonnè ipſa admodum vtilis eſt, quià ſerpentes, bufones, venenoſáque reptilia deuorat? An (vt Hieronymus ſentit) per hãc metaphoram à garrulorum, & ſuſurronum commercio cauendum eſſe monemur? Cui Ariſtoteles conſentire videtur. Quamuis Plutarchus diſſentiat. Cum eadem ratione quoque expelli deberent Picæ, Pſitaci, Graculi, & huiuſmodi garrulæ aues. Verum, vt illos ſapientes tueamur, dicemus has aues nobis afferre vtilitatem oblectamenti: hirundines autẽ niſi fœdamenta. Quod pari modo faciunt huiuſmodi garruli & ſuſurrones. Nam (teſte Paulo) corrumpunt bonos mores colloquia mala.

Hieronymus
Ariſtoteles.
Plutarchus in Sympo. decade.8.
1.Cor.15.

457 Quæ eſt herba Molochina, quam Pythagoras iubet ſeri, ſed non edi? Nõnè eſt malua (vt cõmuniter aſſeritur) quæ flores Molochini coloris habet: ad purpureum videlicet tendentes? Hæc autẽ duplex eſt: ſatiua videlicet, atque ſylueſtris. Et hæc, quæ maiora habet folia & in arborem creſcit. Althea quoque dicitur. Vtraque autẽ ſerenda eſt: cum multa corporibus emolumenta conferat (vt ab Aharon, Theophraſto, Plinio, aliiſque recentioribus quamplurimis habemus) ſed nullatenus eſt comedenda (vt peritiores iubent) quià ſtomacho nocet, & ventrem nimis diſſoluit. quãuis aliqui minus in huiuſmodi re periti ipſius eſum laudent. Sed, cum Pythagoras ſua dogmata dederit potius in animorum, quam in corporum vtilitatem, nonnè videndum eſt, quid per hanc lubricam herbam intelligat? Omnia quippè intelligit, quæ mẽtem plus æquo diſſoluunt. Ne videlicet

licet homo aliquando diſcedat ab arce mentis. Seri tamen hanc iubet in hortis extrà domum, denotans frugalitatem, qua vnuſquiſque Sapiens in omnes peregrinos & extrarios vti debet.

458 Cur dicit Pythagoras non eſſe domum reuertendum, cum quis exierit? An (vt ipſe ſubinfert) ne furiæ congrediantur? Mali enim dæmones ſemper ſequuntur mortales. Hinc caſu vel inopinatè domum reuertentibus obuiant. Secus autem eſt de arripientibus iter conſultò. Tunc enim potiorem ſortiuntur comitem, qui concomitatur euntes eos ac redeuntes: vt Zohar ait. Nec tantum domum inopinatè reuerti non debemus, ſed ad nullum locum reuertendum eſt: ſi Pythagoræum dogma ſequi voluerimus. An (vt meliora ſenſa referemus) hinc monemur nil incõſultò faciendum, & ſine fauore superno, ſed omnia in nomine Domini: vt Paulus & Plato iubent? Quod & ipſe Pythagoras in aureis verbis confirmat, dicens, nihil eſſe temerè agendum, ſed antè opus conſulendum. Vnde ſicut opus temerè aggredi non debemus. Ità nec agreſſi, ipſum temerè derelinquere debemus. *Zohar.* *Colo. 3.* *Pla. in Tim.*

459 Cur dicit Pythagoras non eſſe ſedem dum ſuper modio? Nonne, quià ſedes ſuper modio, illum premit & occultat? Ex quo intelligitur non eſſe occultandam menſuram, ſed palàm ea vtendum. Quo ſenſu (vt opinor) iubet Chriſtus non eſſe ponendam ſub modio lucernam, ſed ſuprà candelabrum: vt videlicet lux operum bonorum luceat omnibus, qui in domo ſunt. Hinc ſubinfert. Sic luceat lux vera coram hominibus, vt videãt opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt: & etiam, quos imitentur, habeant. Prohibet autem abſcondi lucernam ſub menſura, quæ omnibus patere debet: vt operantes remunerẽtur ea menſura, qua aliis menſi fuerint: vt alibi dicitur. Sed quod propalãdum eſt in honorem Dei, & vtilitatem proximi, cauendum eſt, ne ad pompam fiat. Et ea ratione occultandum eſt opus: vt ipſemet Chriſtus docet. *Matt. 5.* *Ibid. 7.* *Ibid. 6.*

460 Cur ollæ veſtigium in cinere turbandum Pythagoras docet? An (vt aliqui dicunt) ne aliqui ſpecies imaginis vel veſtigij relinquatur? Sed cur non iubet confundi omne aliud veſtigium? An igitur (vt Plutarchus ſentit) docemur, ne aliquod veſtigium apertum iracundiæ relinquamus, per feruorem & ebullitionem ollæ deſignatæ? Quod & Plotinus docet, dicens. Iram omninò (ſi fieri poteſt) tollendam cenſeo. Si verò fieri nequit: illa breuis ſit, & inconſulta duntaxat. Ne videlicet iraſcatur ratio. Vnde ſi iraſci contigerit, ſtatim ira tollenda eſt: ne animus ira turbatus in peragendis negociis à recto tramite declinet. Nam (teſte Sapiente) ira non habet miſericordiam: nec ab irato veritas cerni poteſt: vt Cato ritè ſentit. *Plu. in Sympoſiacis.* *Plotinus de virtutibus.* *Pro. 27.* *Cato.*

461 Quid conſequimur ſeruato voto, & quid ipſo non ſeruato? Nonnè Pythagoras in aureis verbis id declarat, dicens. Si expleueris, quod vouiſti, cognoſces immortalium Deorum, mortalium uè hominum conditionem, quam procedunt, & continentur omnia? Homo enim eſt qui omnia continet (vt Sapiens ait) Deus autem, à quo procedunt omnia: vt *Sapien. 10.*

Roma.11. Paulus perhibet. Quorum verborum ſenſum eſt, quo obtinens ea, quæ petis,ſeruato voto,comprobabis te capacem continendi & obtinẽdi omnia: & Deum potentem ac volentem tradere omnia, quæ ritè petuntur. Hæc verò omnia ſecus eueniunt voto non ſeruato.

462 Quid ſecundum Pythago. facere debemus, vt in melius proficiamus? Nonnè duo præcepta præcipuè tradit? Alterum enim eſt. Quicquam non facias,quod te lædere poſſit. Alterum. Si quid noxium, vel inconcinnum feceris,corrigas. Quod longo ſermone,proſequitur,dicẽs. Nec prius te molli ſomno tradideris,quam diurna opera ter mente reuolueris: quià trànſiui,quid egi,quid,quod agendum fuerat,prętermiſi? Cum turpe quid feceris,teipſum crucia. Sed cum bona feceris, tibi congratulare. Hæc te in diuinæ virtutis veſtigiis collocabunt per eum, qui animo noſtro quadruplicem fontem perpetuò fluentem tradidit.

463 Quis eſt ille quã druplex fons,de quo Pythagoras loquitur? Non-
Gen.2. neeſt is,de quo in Geneſi dicitur. Et fluuius egrediebatur è loco volupta-
Pſal.35. tis ad irrigãdum paradiſum: & fœlices omnes illic hitantes videlicet. Nã Vates canit. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos: Quoniam apud te eſt fons vitæ. Ad irrigandam autem vniuerſam terram diuiditur in quatuor capita. Quod quadrifaria conditio terreni hominis exigit. Sicut enim ternarius diuinis rebus eſt addictus: Ità quaternarius corporeis & humanis: vt alibi dictum eſt. An quadrifariam diuiditur hic fluuius, vt in ipſum hominem terreum ipſe fluuius totius bonitatis influat diuiſim, qui beatos vnum cum Deo effectos irrigat coniunctim? Irrigat enim nos ab Oriẽte per gratiam, à Meridie per ſciẽtiam & pietatem,ab Aquilone per caſtigationem & expiationem;ab Occidente verò per benignam ſuſceptionem.

Pyt.in au. verbis. 464 Quomodò(vt Pythagoras ait) diuinum generas hominibus ineſt? Nõnè,quià anima,quæ in nos infunditur, eſt quodammodo ſemen Dei in corpus infuſum: vnde generatur homo melior? De quo meliori homine
1.Cor.15. Apoſtolus ait. Secundus homo de cœlo cœleſtis. Hinc ipſe Apoſtolus Si-
Acto.17. monidis dictum laudauit. Ipſius enim genus ſumus. Sed cum vltrà primã genituram, de qua Pythagoras meminit, ſecundò renati ſimus ex aqua, quæ eſt Filius Dei,& Spiritu ſancto: Hinc bifariè genus Dei ſumus.

465 Quæ præcepta ſummatim traduntur à Pythagora pro animo bene inſtituendo? Nonnè hæc in ſymbolis concludit, dicens. Fugare decet omni ſtudio, ferròque ac igne abſcindere à corpore & ab anima morbũ, à victu luxum,ab animo ignorantiam, à domo diſcordiam, ſeditionem à
Hieronymus Ciuitate,& ab omni negocio intemperantia? Quo dogmate(vt Hieronymus aſſerit) Pythagoras totius moralis Philoſophiæ ſummam complecti cenſetur. Omnia enim Philoſophiæ præcepta ad paucas radices deduxit. Sicut Chriſtus omnia legis præcepta, & Prophetarum monumen-
Matt.22. ta duobus verbis concluſit.

466 Quomodò,& quo moderato cibo nos vti Pythagoras docet? Nõnè ipſe in aureis verbis ait. Abſtinebit ab iis, quæ te inferius deprimunt,

& quæ corpus non nutriunt in ſeruitutem aiæ : ſed ipſum morti, pollutioni, & deteriori ſerti, animali videlicet, tradunt? Quæ omnia rectè pôderari debent. Non enim accipere debemus impediméta, ſed fauore ad ipſum redeundi, cuius genus ſumus. Sicut ipſe Pythagoras concludit dicens.

Corpore depoſito, cum liber ad æthera perges:
Euades hominem, factus Deus ætheris almi.

Quibus verbis docemur Pythagoram confiteri tranſmutationem hominis in Deum.

467 Anima à diuinitate auulſa poteſt nè in eadem reduci, & quibus mediis? Nonne ſecundum Plotinum, quem ad hoc ſuprà citauimus, reducitur per Amatoriam, Muſicam, & Philoſophiã? Quod clarius explicãtes dicimus, quo duplex Muſica nos illuc reducit. Altera enim eſt naturalis: conſonãtia videlicet pertium omnium, quæ ſunt in nobis. Sicut Origenes exponit illud Chriſti. Vbi fuerint duo vel tres in nomine meo cõgregati, in medio eorũ ſum. Duo (inquit) ſunt congregati, quando corpus, vel animalis homo ſubmittitur animæ, vel homini ſpirituali, ab eo nihil diſcrepas, ſed perfecta conſonantia ipſi adhærens : ſicut nerui vel fiſtulæ in inſtrumento bene chordato conueniunt. Tres autẽ ſunt congregati quando iſti ambo homines ſunt cum Deo concordes, obſeruãtes ad vnguem, quæ præcipit, docet, & innuit. Tunc enim adimpletur, quod alibi Chriſtus ait: Pater meus diliget eũ, & ad eum veniemus, & manſionem apud eũ faciemus. Altera Muſica eſt rationalis: quando videlicet intellectus noſter eſt adeò cũ omni intelligibili proportionatus, vt omnia intelligere poſſit, ſed potiſſimè Deum quantum mortalibus fas eſt. Tunc autẽ excitatur Venus & amor diligẽs proportionata, & cognita, quãtum ea diligẽda cognoſcit. Deinde ſuſcedit vera philoſophia id eſt contẽplatio abſoluta & clara rerum diuinarũ, quæ eſt vera philoſophia. Nam cõtemplatio (inquit Hugo) eſt fixio mentis in ſpectacula æterna, cum admiratione ſuſpenſa.

Plo. de trip. redi. animæ ad Deum. *Origenes.* *Matt. 18.* *Io. 14.* *Hugo.*

468 Cur iubet Pythagoras, ne frangatur panis? Nonnè neceſſe eſt frangere panem, dum comeditur? An igitur (vt ad mortalem ſenſum deueniamus) hinc intelligitur non eſſe frangendam amicitiam: vt aliqui rectè exponunt? Panis enim ex multis granis in vnum collectus vnionem amicorum ſignificat. Hinc fomentum illud celeberrimum vitalis cibi, nobis à Chriſto cœlitus adminiſtrati, ſub ſpecie panis datum eſt : vt indicaretur (teſte Auguſtino) amicitia, cõiunctio, & vnio: quæ eſſe debet in ſuſcipientibus ipſum. Sine quia vnione ſymbolum rerum diuinarum haberi nequit. Propterea ſolum hoc mandatum ſæpius à Chriſto repetitum eſt ſcilicet vt diligamus nos mutuò : & vnitiſſimus in charitate perfecta. Apud priſcos quoque amicitia pane conciliabatur. Vnde ſicut panis eſt præcipuum hominis animalis alimentum : ſic charitas eſt ſpiritualis hominis omnigenus cibus. Cum à charitate Dei & proximi (authore Chriſto) omnia legis & Prophetarum monumenta dependeant.

469 Quæ ſunt apud Zoroaſtrem virtutes myſteriales? Nonnè (vt ab ipſius interpretibus habemus) ſunt vires natales rerum, vel intelligentia-

rum ipſis præſidentium? Quas vtraſque Hebræi כחות cohot appellant. Per quarum alteras, vel per vtraſque omnes operationes in Mundo fiũt. Et has ſapiens in operando colligare ſtudet. Nec enim (vt veri Sapientes aſſerunt) poſſunt plantæ & lapides multos effectus) vt dicitur & comprobatur) producere, niſi adſint intelligentiarum præſidẽtium virtutes. Quæ
Heb.1. quidem virtutes ab Apoſtolo vocantur miniſtri, vel adminiſtratorij ſpiritus. Hinc myſteriales virtutes dicuntur.

470 Quid innuit Zoroaſtres per terræ huius radices? Nonnè virtutes vegetales & animales intelligit? Quibus radicibus plãtæ & animalia vegetant fructus è terra productos: quouſque ipſum corpus ad terram, de qua ſumptum eſt, reuertatur, aut in ſpiritum tranſmutetur. Vnde euulſum à terra non vlterius ſataget terreos fructus vegetare, ſed cœleſtes: poſtquam in cœli naturam tranſmutatum erit.

471 Quidem apud Zoroaſtrem trinum indumentum: laneum videlicet, lineum & pelliceum? Nonnè per linum, quod è terra naſcitur, terrenum corporis huius è terra confecti intelligit indumentum? Per lanam
Colo.3. vero animalem veſtem, de qua Apoſtolus ait. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis: quem videlicet traximus ab Adam homine animali. Per pelliceum autem veſtimentum ſpiritualem & cœleſtem ho-
Pſal.103. minis veſtem intelligit. Nam cœlum veluti pellis exiſtimatur à Prophe-
Exod. 26. ta, dum ait. Extendens cœlum ſicut pellem. Hinc Deus coopertorium tabernaculi, cœlum ſignificans, ex hyacinthinis pellibus fieri iuſſit.

472 Quid per Sirenam & Puerum Zoroaſtres intelligit? Nonnè per Sirenam intelligit partẽ rationalẽ, immò intellectualem, per quam poteſt homo iterum conuenire cum Primo: à quo illam ſuſcepit proportione & harmonia mirabili? Per Puerum autem intelligit intellectum, quem Peripatetici vocant agẽtem & vnicum: ſecretiores verò Theologi puerum. Quia videlicet homo illuc veniens renaſcitur, velut puer. Hinc occulto
Pſal.102. myſterio Propheta canit. Renouabitur vt Aquilæ iuuentus tua. Cui adſti-
Ephe.4. pulans Apoſtolus ait. Renouamini ſpiritum mentis veſtræ. Quod melius, quam Orpheus cognouerit, fit per nouum hominem è cœlo miſſum ad renouandum nos. Hinc ipſe Apoſtolus ſubinfert. Et induite nouum hominem: quam ſecundum Deus creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis.

473 Quid per Capras Zoroaſtres intelligere voluit? Non quippè hæc animalia, quæ hædos in ſiniſtra collocandos generant, ſed capreas illas
Cant.2. meliores, per quas, & per Ceruos caporum adiurantur in Canticis filiæ Ieruſalem. Quæ quidem capreæ vicinitatem habẽt cum agnis & ouibus: vt in libro, qui Bair dicitur, expreſsè tractatur, & in aliis Theologorũ antiquorum libris. Quos Sapientes ipſe Zoroaſtres æmulatus eſt. Hinc non ab re Chriſtus nominarį voluit agnus. ouis, & aliquando capra, vel cerua. Sicut expreſsè patet in titulo Pſalmi viceſimiprimi: vbi recenſetur, velut hiſtoria, tota ipſius Chriſti paſſio. Qui titulus eſt. Super ceruam auroræ, quæ eſt Chriſtus: vt ſuo loco dictum eſt.

474 Quod vehiculum homini conſcendendũ eſt, vt illuc redeat, vnde venit?

venit?Inquit Zoroaſtres & Sapientes Perſarum,aut Bactrianorũ,qui cum *Géniſtius.*
imitati ſunt(vt GéniſtiusPlecton eius Commentator declarat)quòd,cum animus immortalis ſit,& à Deo venerit, illuc reuerſurus eſt;per vehiculum quoddam:quod eſſe vult operis cum verbo ſacro vnionem. i. cum oratione,vímque ſacrificij orationi correſpondentis & ſuffragantis. Quod ſacrificium non tantum animalium,ſed ſuiipſius eſt. Iuxtà illud Apoſtoli.
Obſecro vos per miſericordiam Dei,vt exibeatis corpora veſtra hoſtiam *Rom.12.*
viuentem,ſanctam,Deóque placentem.Oratio igitur,ſacrificium,& laus ſunt vehicula nos ad Deum perducentia.

475 Quid per ſcalã ſeptigradualem Zoroaſtres intelligit?Nonnè gradus hi à materia,vſq; ad eum,qui eſt ſuper omnes gradus, numero ſeptenario diſtributi, ſunt vires ſeptem Planetarum : vt Géniſtius exponit,&
Mercurius innuit? Et totidem innuit eſſe gradus deſcendendi ad inferos. *Géniſtius.*
Quando videlicet ſubiectum eſt malè diſpoſitum ad influxus illos ſuſci- *Mercurius*
piendos:inter quos(vt oraculum proſequitur) eſt horrẽdum chaos neceſ- *in Pym.*
ſitatis,quod fatum plærique appellãt. Quamuis effectus(vt Plato docet)
ſint contingentes.Hinc(vt alibi diximus)& remiſſiones,& punitiones fiũt *Plato.*
per ſeptenarium hunc : qui componitur ex primo numero maſculino, & primo fœminino:ternario videlicet,& quaternario.Ex quibus, tanquam ex actiuo & paſſiuo,omnia,bona videlicet atque mala fiunt.

476 Quæ tineæ & vermes(vt Zoroaſtres ait)vas noſtrum inhabitant? An de illis vermibus eſt ſermo, qui recedente anima à corpore ſubintrãt cadauera,ea demoliẽtes ac deuorantes?Sed quid hoc triuiale ad oracula
tã grauida ac myſterioſa? An igitur per vermes & reptilia oĩa,quæ ĩmũda *Leuit.22.*
ex lege cẽſentur:intelligũtur malæ formę,& immũdi ſpũs,quorũ prĩceps
eſt Hazazel (vt aliqui opinantur) vel Lilit:vt Zohar ait?Hi enim ſemper *Zohar.*
quærũt intrare(ſi poſſunt)in corpora noſtra,vel ſaltẽ ipſis inhærere,vt illa polluant ac immundẽt. Quod in primis parentibus factũ fuiſſe legimus.

477 Cur(vt Zoroaſtres docet)nõ eſt augendũ fatũ?Nonnè,quià homo *Gen.3.*
nihil poteſt,niſi quantũ à cœlo datur? Hinc Doctor veritatis Pilato dixit.
Non haberes poteſtatẽ aduerſum me vllã,niſi datum tibi fuiſſet deſuper. *Io.19.*
Sed cum per fatũ intelligatur diſpoſitio & influẽtia naturalis,nõnè ſuper ipſum poteſt diuina gratia? Cũ ipſa poſſit plusquam natura : vt Theologi recentiores aſſerũt.Quãuis hoc aliis probandũ reliquerint:tamẽ dicimus
non dari gratiam vltrà naturalẽ diſpoſitionẽ:vt edocemur à Chriſto, di- *Matt.25.*
cẽte,quòd vnicuiq; data ſunt talẽta,id eſt, dona gratuita ſecundũ propriã menſuram,donorũ videlicet naturalium:ſicut alibi quoque diſſeruimus.

478 Cur Zoroaſtres aſſerit, quòd à principio paterno imperfectũ deuolui nequit?Nonnè,quià à bono nõ poteſt,niſi bonũ prouenire? Iuxtà il-
lud ſummæ veritatis. Non poteſt arbor bona fructus malos facere. Sed *Mat.7.*
nonnè per Iſaiã inquit Deus. Ego ſum faciens pacẽ, & creãs malũ? Et per *Iſa.45.*
Hamos dicitur.Non eſt malũ in Ciuitate,quod non faciat Dominus. De *Hamos.3.*
malo pœnæ id intelligitur,dicunt aliqui.Sed quomodò Iſaiæ dictũ ſaluatur:cũ pœna non creetur,ſed infligatur?An igitur(vt cum Platone & Plo-

Gen.1. tino conueniamus) à Deo nullum malum, nullum vè corruptibile procedit? Iuxtà illud. Et vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valdè bona. Et ſi qua mala inde veniunt, id eſt propter defectum cauſæ ſecundæ: vel ex materia, quæ aliquam mali rationem habet. Ipſa enim eſt extremum imperfectum correſpódens alteri extremo perfectiſſimo, quod eſt Deus: vt ſuprà diximus.

479 Quid nam operari debemus (ſecundum Zoroaſtrē) vt à Patre diligamur? Nonnè inquit oraculũ. Non ſuſcipit cuiuſpiam velle Paterna mens: donec exuat obliuionem, & verbum loquatur, memoriam referēs Paterni ſigni? Vnde docemur fugandam eſſe ignorantiam, quã ipſe vocat obliuionē, contractam videlicet in ingreſſu animæ in corpus (vt Academici volũt) vel in egreſſu è ventre dum aërem hunc craſſum imbibit. Fugata itaque inſcitia vel obliuione produci debet ſermo, vel verbum, veluti Paterni operis ſignum. Sicut enim Pater ſeipſum intelligens verbũ producit: ſic & nos Deum intelligentes verbũ producimus, quo ipſi Deo aſſimilamur, & ipſius in nobis imago refulget, quę in amore perficitur. Et tunc meminit Pater noſtri, nobíſque tanquam filiis congratulatur.

480 Quis eſt ille ſplendor, ad quem nobis (vt Zoroaſtres docet) feſtinandum eſt? Nonnè ipſe declarat, dicens. Feſtina ad ſplendorem Patris: *Iacobi.1.* vnde tibi demiſſus eſt animus? qui Pater etiam à Iacobo dicitur pater lu- *1.Tim.6.* minum. De quo etiam Paulus loquitur, dicens. Pater habitat lucem in- *Io.1.* acceſsibilem. A qua luce venit illa, quæ, teſte Iohanne, illuminat omnem hominem. Hinc Eccleſia canit. Lumen de lumine. Venit quoque inde omnis anima, radius quidam diuinitatis exiſtens. Ad quam fontanam lu- *Exod.1.* cem nobis redeundum eſt. Rerum enim ſeries exigit, vt vnumquodque *Heb.4.* redeat ad locum, vnde venit. Iuxtà illud. Ad locum, vnde exeunt, flumina reuertuntur. Feſtinandus eſt autem hic reditus. Iuxtà dictum Apoſtoli. Feſtinemus ergò ingredi in illam requiem.

Oſias Chaldæus. 481 Quomodò terra dolens deplorat, vſque ad natos? An, vt Oſias Chaldæus interpretatur, terra tunc cœpit flere filios, homines videlicet ex ea natos, quando primus parens, originis peccatum contraxit? Ob id *Gen.3.* enim & ipſa terra tulit maledictionis ſententiam. Cum dictum fuerit. Maledicta terra in opere tuo. Vnde geminatur illud heu, heu: ſemel prop- *Gēniſtius.* ter maledictionem filiorum, & iterum propter maledictionem ipſius terræ. An, vt Gēniſtius ſentit, deplorat terra natos, à Paterno lumine degenerantes? Ab ipſo enim ſecũdum meliorem ſortem producti ſunt. quã ſortē ſua vecordia deturpantes, illum, quem è terra traxerunt, peſsimum viuendi modum elegerunt.

482 Qui nam ſunt animi expulſores, ad mentem Zoroaſtris? Nonnè, cum duo ſint animi morbi, ignorantia videlicet & malitia, duo quoque requirũtur expulſores aut Medici conſtantes, & indiſſolubiles, doctrina videlicet, ac vitæ puritas? Doctrina enim ignorantiam pellit. Nec de illa doctrina, quæ in ſcholis triuialibus acquiritur, ſed de ea eſt ſermo: quæ à diuino lumine ſuſcipitur. Puritas autem vitę malitiã eliminat. Vnde quod

Zoroaſtres hic iubet fieri per expulſores: Plato docet recuperari per alas, *Plato.*
de quibus ſuprà dictum eſt.

483 Quæ virtus (vt Zoroaſtres ait) latet in læua in lateribus cubilis? An eſt ſermo de fortitudine & audacia, quę pуenit à corde locato in ſiniſtra, velut in cubili quodã? An altius trãſcẽdit oraculũ: ad doctrinã videlicet Theologorũ antiquorũ alludẽs? Hi enim docẽt, ꝙ à ſiniſtra Archetypi, quæ aliquãdo dicitur Aquilo, venit robur Martiũ: ſed latet, cũ nõ percipiatur niſi à colluſtratiſſimis viris. Quæ virt9 (vt oraculũ ait) virgo dicitur, ſi non procedit. i. ſi mortalibus nõ cõmunicatur. Cõmunicata autem & ab homine ſuſcepta poteſt homo ea abuti. Et ſic non virgo, ſed corrupta erit.

484 Quomodò homo (vt Zoroaſtres ait) per tempus breue exultãs ob harmoniam, quã in ſe ſentit, inebriatur? Nonnè tempus breue eſt vitæ huius curriculum omni volatu velocius? In quo quidem curriculo exiſtens homo ſentit harmoniam, non ſolum eam, quam in membris habet, ſed cũ Deo, & omni creato ac corporeo: eã autem potiſsimè, quam cum Diis, ac Deo Deorum habet. Vnde magna voluptate inebriatur, Deum quodammodo in ſe (vt oraculum proſequitur) trahens. Dummodo terrenis grauaminibus præpeditus nõ ſit. Tunc enim quando ſcilicet ab huiuſmodi grauaminibus ſolutus eſt, ſentit raptum mentis, aut oſculi mortẽ, vt Hebræi *Hebræi.* dicunt, vbi videt arcana, quæ homini loqui non licet: vt Paulus perhibet. *2. Cor. 12.*

485 Quomodò animus (vt Zoroaſtres ait) ignis poteſtate fit lucidus, immortalis, & vitæ dominus, continens in ſe multas plenitudines ſinuum Mundi? Nonnè ſicut radius tandiù durat, quàm diu perſeuerat in Sole ſuæ originis fonte: ſic animus noſter tantum durat ac viuit, quantum permanet, & radices tenet in fonte vitæ Deo, qui ignis eſt: vt Moiſes & Paulus perhibent? A quo fonte aliquando decidit homo per peccatum. Et tunc *Deut. 4.* omne opus eius tenebroſum eſt. Et ſi decideret homo per eſſentiam, ſicut *Heb. 12.* aliquandọ decidit per operationem: tunc animus in nihilum flueret. Non enim animus aut Angelus eſt immortalis per naturam, ſed per Dei volũtatem ſic decernentem. Si Plato rectè ſentit, qui Deum inducit Angelis hæc dicentẽ. Dij quorũ Opifex & pater ego ſum, hęc attendite. Quæ à me *Pla. in Tim.* facta ſunt, meità volente indiſſolubilia ſunt. Omne ſiquidem, quod vinctum eſt, ſolui poteſt. Sed mali eſt, quod pulchrè compoſitum eſt, ſéq; benè habet, velle diſſoluere. Quapropter, quià generati eſtis, immortales quidem, & indiſſolubiles omninò non eſtis. Nec tamen vnquam diſſoluemini, nec mortis fatum ſubibitis. Nam voluntas mea, maius præſtantiúſque vobis eſt vinculum ad vitæ cuſtodiam, quàm nexus illi, quibus eſtis tunc, cum gignebamini, colligati. Hæc ille ad verbum.

486 Quem paradiſum, & à quibus perquiri iubet Zoroaſtres? An de *Gen. 2. 3.* cãpis elyſiis (more Poëtico) loquitur? An fortè legerat, quæ Moſes ſcripſit. de paradiſo voluptatis homini præparato & amiſſo: recuperando autem ab ipſo homine, qui ex ſerie & ordine à Deo rebus indito, adeò illum appetit, vt nunquam quieſcat, niſi ipſo habito? Iuxtà illud Auguſtini. Feci- *Auguſtinus.* ſti Domine cor meum ad te, & inquietum eſt, donec quieſcat in te.

487 Cur monet Zoroaſtres ſpiritũ nõ eſſe inquinandum, neque ſuperficiem ad profunditatem reducendũ? Nonnè loquitur de ſpiritu mediũ tenente inter intellectum, & animalem ſortẽ? Quam ſortẽ craſſam quidẽ & corpoream, & ad corporis menſurã extenſam atq; corruptibilem Academici & Zoroaſtris aſſeclæ iudicant. Cum hac autem animali anima nó coinquinandum iubet ſpiritum, immò ab ipſa ſeparandũ. Iuxtà illud Apoſtoli. Pertingens vſque ad diuiſionẽ animæ & ſpiritus. Pari modo ſuperficies & ſuperior anima vel ſpiritus non eſt ad centrum reducendus id eſt, ad corpus terreum, & è terra, quæ eſt Mundi centrum, formatum.

Heb. 4.

488 Quam idoli partem dicit Zoroaſtres eſſe in regione perlucida? Nonnè corruptibile & mortale hoc corpus intelligit per idolũ? Cuius corporis pars, anima videlicet, eſt in regione perlucida. An, quià ipſum corpus ſecundum potentiam & inclinationem habet ſortem in regione perlucida? Quò tandem iturum eſt, quando ipſum (vt Apoſtolus ait) induet incorruptionem, & immortalitatem: & immutabitur à Saluatore in formam corporis claritatis ſuæ. Quæ myſteria & ſi ab Euangelio & Apoſtolis expreſſa fuerunt: non tamen intacta relicta ſunt ab Antiquis, quos ipſe Zoroaſtres legiſſe potuit.

1. Cor. 15.
Phil. 3.

489 Quas ſordes monet Zoroaſtres abiici? An (vt Géniſtius inquit) iubet curam haberi de ſordibus à nobis exeuntibus? Sed nonnè ille penitus natura ipſa expelluntur? An igitur forſitan id à lege didicerat, qua iubetur, vt habeantur loca extrà caſtra, quò reducatur homo nocturno ſomnio pollutus, & accedat dimiſſurus expurgamenta naturæ: vt caſtra, in quibus Deus habitabat, remanerent munda: ſicut in Deuteronomio legimus? An de ſordibus animam inquinantibus eſt ſermo? Quod fortè didicerat à Propheta, qui ait. Aſperges me Domine hyſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Ad quas ſordes expiandas multa ordinata, ſunt ſacrificia, ſacramenta, & orationes, ſed potiſſimè verba Dei, & in illis exercitatio: vt Zohar plæriſque in locis docet, & Chriſtus apertè teſtatur, dicens. Vos mundi eſtis propter ſermonem, quem ego locutus ſum vobis.

Géniſtius.
Deut. 23.
Pſal. 50.
Zohar.
Io. 15.

490 Cur Zoroaſtres ait non eſſe exeundum lictore tranſeunte? Nonnè hoc didicerat à lege, in qua habetur, quòd Deus volens mittere lictores, quos Iohannes Angelos nocitores vocat, ad deuaſtandam vniuerſam terram, & in ea habitantes aquis diluuij, admonuit Noch, vt ſe ac totam domũ ſuam ſaluaret in Arca? Sic à propriis lictoribus admonitus & coactus fuit Lot: vt exiret à Sodoma & Gomorra deſtruendis, & ſeruaretur in monte. Pari quoque modo iuſſit Deus populo Iſraëlitico, vt poſtibus agni ſanguine linitis, ſemetipſum intrà domos abſconderet: donec lictores Ægypti primogenita percutientes tranſirent. De his autem omnibus Zohar pleniſſimè tractat.

Apoc. 7.
Gen. 7.
Ibi. 19.
Exod. 12.
Zohar.

491 Quomodò per applicationem ignitę mẽtis ad opus (vt Zoroaſtres ait) ſaluatur labile corpus? An virtute illius cultus, cui mens applicatur: vt Gemniſtius exponit? An (vt clarius explicemus) per purificationem

Géniſtius.

mentis purificatur& corpus?Inflammata enim mens(vt oraculum ait) vrit & corpus, quod materiale,& immundum eſt:& in dies illud magis purificatum reddit. Et ſi ritè purificata eſt mens, ſicut lapis Philoſophorum (vt aiunt)mutat aliud metallum in aurum: ſic ipſa mutat corpus in meliorem ſortem. Quemadmodum Eliæ mens ignita ſuum quoque corpus igniens tranſmutauit ipſum,vt curru igneo vſque ad cœlum aſcenderit. *4. Reg. 2.*

492 Qui ſunt canes terreſtres oſtendentes ſe in ſignũ iis:qui à mortali exiliunt:vt Zoroaſtres ait? Nonnè (vt Gêniſtius exponit) ſolent iis, qui ſacris initiantur,caninæ quædam imagines ſe opponere, ſeu lupinæ, aut vrſinæ,vel eiuſmodi vt terreant eos? Quod apertè declaratur in libro,cui titulus eſt Holam aba: vbi de initiatione per ſacra nomina facienda tractatur.Nam huiuſmodi malæ formæ nobis ſemper aduerſantur.Ideò Satani,id eſt,aduerſantes dicuntur, & occurrunt nobis (vt Petrus ait) tanquam leones rugientes,aut canes latrantes.Hinc ſcriptũ eſt,quòd exeunte populo Iſraëletico ex Ægypto canis nullus latrauit, id eſt, nulla mala forma ei obſtitit. Nam illas omnes Moſes virtute Dei abegerat, vt fœlicius Iſraëlitæ tranſirent.An per canes hos(vt alij opinantur)intelliguntur vires animales,quæ multiformes ſe offerunt ſacra peragentibus, nondum videlicet bene initiatis? *Gêniſtius.* *1. Pet. 5.* *Exod. 11.*

493 Qui ſunt impuri dæmones,vt natura nobis perſuadet? Quamuis oraculum de puris dæmonibus & materiæ pullulationibus integris ac bonis mentionem tantummodò faciat: tamen ab eius intepræte habemus, quòd ſunt etiam impuri dæmones.Nam ſicut ipſa materia mala eſt, quià imperfectiſſimum eſt omnium entium,& ſemper à ſe deficiens,& carens bono,id eſt forma,dum ſibiipſi eſt derelicta: Ità dæmonũ aliqui ſunt impuri & mali diſtantes à bono:Immò ipſi contrariantes adhærent materiæ à ſummo bono diſtantiſſimæ. Cuius tamen pullulationes ratione formæ bonificantis integræ atque bonæ dicuntur. Adhærent autem hi mali dæmones ac tenebroſæ formæ, materiæ obſcuræ. Vnde ſcriptũ eſt.Et tenebræ erãt ſuper faciem abyſſi,id eſt,materiæ obſcuræ, informis & cõfuſæ. *Gen. 1.*

494 Quarè pœnæ à Zoroaſtre dicuntur mortalium ductrices? Nonnè(vt eius interpres declarat) quià eos à malitia & peruerſitate abducũt, expurgantes ipſos?Sicuti Gregorius exemplificat,dicens.Quod lima ferro,flagellũ grano,ignis auro:hoc facit tribulatio homini iuſto.Ideò Chriſtus bis vocat beatos illos, qui perſecutiones & ærumnas patiuntur propter iuſtitiam,ſeruatam videlicet aut ſeruandam: quoniam ipſorum (inquit)eſt regnum cœlorum,id eſt pura cum Deo adhæſio. *Gregorius.* *Mat. 5.*

495 Quam profunditatem iubet Zoroaſtres eſſe ductricem, & quò dicit leuandos eſſe oculos? Nonnè quamuis homo ad cœlum poſſidẽdum productus ſit:tamen viam eius ignorat, niſi diuino lumine colluſtretur? Sicuti Baruch apertè teſtatur, dicens. Non eſt qui poſſit ſcire viam eius, neque qui excogitet ſemitas eius.Hinc indigemus diuina luce ductrice,vt videamus,vbi figere pedem debeamus.Iuxtà Prophetæ dictum.Lucerna pedibus meis verbum tuum,& lumen ſemitis meis. Cui adſtipulans Xe- *Baruch. 3.* *Pſal. 118.*

Xenophon in Epiſt. ad Schinum. nophon ait. Omnibus patens eſt diuinas res compræhendi cognitone humana non poſſe. Hinc debemus Deum ipſum piè ex animo colere, illuc
Pſal. 122. leuantes oculos, vt illuminemur. Quod exēplo ſuo nos Vates docet, di-
Lact. in 3. cens. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Idémque Lactantius longo ſermone teſtatur, dicens. An expectabimus donec Socrates aliquid ſciat? aut Anaxagoras lumē in tenebris inueniat? aut Democritus veritatē è puteo extrahat? aut Archeſilas & Carneades aliquid ſentiant & percipiant? Et tandem poſt multa concludens ait. Vt ſuſcipiamus doctorem è cœlo lapſum: ſine quo fruſtrà laboramus.

Sapien. 10. 496 Cur homo dicitur audaciſſimæ naturæ opus? An, quià natura fuit
Mercu. ad Tatium. nimis audax componendo ipſum, qui Dei imaginem gereret, & omnia contineret? Iuxtà illud Sapientis. Dedit ei virtutem continēdi omnia. Vnde Mercurius ipſum quoddam totum vocat. An, quià ſuper omnia animā-
Horatius. tia homo eſt audaciſſimæ naturæ? Arte enim ſua turbidum ac immenſum mare tranſmeare præſumpſit. Hinc Venuſinus Vates canit.

Quid fragilem truci
Commiſit pelago ratem
Primus, nec timuit præcipitem Africum. *Et poſt multa concludens, ait.*
Audax omnia perpeti
Gens humana ruit per vetitum nefas.

Auſus quoque fuit homo Leones, Vrſos, ac Tigres inuadere. Mundū ferè totum ſibi ſubiicere, in cœlum conſcēdere, poteſtates tenebrarū citare, & multa huiuſmodi facere. quæ omnia magnā hominis audaciā arguunt.

497 Quomodò poteſt homo cuncta videre? Nonnè quià homo habet pro obiecto omne verum, vel omne ens (vt alij dicunt) quià non tantum
Metaph. 1. verum, ſed & falſum percipere poteſt? In quod verum vel intelligibile (quodcumque ſit) ipſa natura fertur. Sicut Ariſtoteles teſtatur dicens. Omnes homines natura ſcire deſyderāt: & maximè diuina. Vnde ſubinfert. & maximam ſcientiam maximè deſyderant. quæ maxima ſcientia eſt de diuinis: ad quam nemo vinculis corporeis ligatus attingere poteſt. Hinc inter alia, quæ homo audaciſſimus audet, hoc potiſſimum eſt, quod vellet intelligere, antequam à vinculis abſoluatur, ea, quæ vix abſolutus intel-
Exod. 33. ligere poteſt. Sicut ſcriptū eſt de Moſe, qui Deo dixit. Oſtende mihi gloriam tuam. Vnde meruit audire. Non videbit me homo, & viuet, id eſt nō
Lact. in 1. abſolutus à vinculis corporeis: vt alibi declarauimus. Et hoc non tātum Moſes appetiit, ſed alij quamplurimi: vt Lactantius longo ſermone diſſerens, ait. Magno & excellenti ingenio viri: cum ſe doctrinæ penitus dediſſent, quicquid laboris poterat impendi contēptis omnibus & publicis & priuatis actionibus, ad inquirendæ veritatis ſtudium contulerunt: exiſtimantes multò eſſe præclarius humanarum diuinarúmque rerum inueſtigare ac ſcire rationem: quàm aut ſtruendis opibus, aut cumulandis honoribus inhærere. Sed operam ſimul & induſtriam perdiderunt: quià veritas, id eſt arcanum ſummi Dei, qui fecit omnia, ingenio ac propriis ſenſibus compræhendi non poteſt. Niſi videlicet purificata mente homo

ſuſcipiat lumen,quo omnia videre poſſit. Quemadmodum Saluator teſtatus eſt,dicens.Beati mundo corde,quoniam ipſi Deum videbunt. *Mat.5.*

498 Cur Zoroaſtres prohibet teneri ſimulachra naturæ,vel inuocari? An fortè id didicit à lege prohibente omnia ſimulachra & idola,ne videlicet idolatriæ occaſio inde ſumatur?An , quià (ſecundum Platonem) ſimulachra omnia dæmoniaca ſunt?An(vt Gēniſtius ait)quià in operatione Magiæ etiam bonæ,imagines aliquando apparere ſolent? Et has monet non admitti,nec inuocari:quià nulla earum Deum effigiare poteſt,à quo operans fauorem quærit. *Deut.4.* *Gēniſtius.*

499 Cur attento , & non ficto animo (vt Zoroaſtres ait) attendendæ ſunt habenæ igneæ ? Nonnè,quià ſemper in ſacris neceſſarius eſt ignis oblata conſumens ? Hinc Hebræis ritè ſacrificantibus mittebatur ignis è cœlo:qui(vt plæriſque in locis habetur)ſacrificia deuorabat:tranſmutās, ac portans ea in altum. Vnde ignis eſt tanquam habena dirigens opus ac ſacrificium in excelſum.Hinc magno myſterio iuſſit Deus , vt ignis perpetuus eſſet in altari: non tantum , vt omne ſacrificium illo igne concremētur, ſed omnia opera noſtra , quæ deo offerimus, illo igne inflammata conducantur in eum,qui ignis dicitur & eſt. *Leuit.6.* *Deut.4.*

500 Quò tendunt omnia horum Sapientum dicta:ad vnum nè,an ad diuerſa?Nonnè ad vnum:ſi benè perpendantur? Id enim præcipuè hi omnes ſuadent,vt deueniamus ad finem noſtrum, qui vnicus eſt:Deus videlicet benedictus. Cætera autē omnia ipſorum dicta illuc immediatè vel mediatè tendūt.Quod ipſorummet ſentētiis comprobabimus.Ait enim Zoroaſtres. Feſtinemus ad paternum ſplendorem. Pythagoras quoque inquit,quòd ſapiens tandem depoſito corpore euadet ſuper hominem factus Deus ætheris alti.Orpheus autem docet Deum adorandum,qui eſt finis omnium. Quem cognoſcere didicerat ab iis,qui legem habuerunt à Deo duabus tabulis inſcriptam:Hebræis videlicet, omnium antiquioribus Theologis.Plato verò in Phædone concludit,quòd pie viuens,abſolutus ab his vinculis ad altiora tranſcendit? vbi eſt præmium pulchrū, & ſpes ingens. Cōſentit Triſmegiſtus,qui tam diligenter hortatur nos ad procurandam mentem , id eſt vnionem cum intellectu diuino , in quo beamur. Iob quoque ſperat in carne ſua videre Deum Saluatorem , & & beatificantem.Propter quem(inquit Salomon)eſt omnis homo : ordinatus videlicet in ipſum.Ad quem deuenit per obſeruationem præceptorum ipſius.Hos igitur Sapientes cum ſanctis viris & ſacris eloquiis aſſociauimus.Cum omnes ex eodem legis diuinæ fonte biberint. Quod Orpheus apertè fatetur:Pythagoras verò,Plato,& Triſmegiſtus factis comprobant , & Zoroaſtres indicat. Erat enim Moſes Legiſlator in non mediocri exiſtimatione & admiratione apud Orientales: vt alibi longa ſermonis ſerie declarauimus. *Iob.19.* *Eccle.vlt.*

TOMVS SEXTVS DE MVLTIGENIS REBVS OCCVRRENTIBVS.

Sectio prima de diuinis.

Primum. CVM Deus ſit ſummè vnus, quomodò in ipſo poteſt eſſe numerus? An eſt in eo numerus idealis: ſicuti in noſtro intellectu vnico per rationes has ideales multa continemus? Quod diffuſè tractat Auguſtinus ſuper Iohannem. Sed hic non facit numerum perſonarum vel attributorum. An igitur eſt in eo numerus, quem Proculus ponit in tertio numerorum genere, & nominat numerum rationalem: qui eſt proportio rationis & intellectus ad omnia intelligibilia? Sed Deus non habet aliud obiectum intelligibile, quàm ſeipſum, in quo omnia intelligit. An igitur hic numerus eſt fœcũditas omnium productionum, tam ad intrà, quàm ad extrà, dans rebus vt variæ ſint ex multigena virtute productiua, quam in ſe habet? Quæ virtus multifaria cum radicata ſit in vnitate illa ſua infinita, ratione infinitatis (vt recentiores Theologi dicũt) idem eſt cum ea & ipſius eſſentiæ vnitate ſemper gaudet. Vnde illa multiplex virtus, & omnia quæ in Deo ſunt quàmuis varia, nunquam ab vnitate diſcedunt, dum in Deo ſunt: in creaturis autem diffuſa multiplicatur.

Iohãnis.1.

Proculus in Timæum.

2 Quomodò & quarè illa vnitas intrà terminos diuinitatis in ternariũ diffunditur? An per relationes originis: vt neoterici Theologi dicere ſolent? Sed in quo fundamento, aut in qua baſe fundentur huiuſmodi relationes, ipſi non declarant. An igitur iſta trinitas ſignificat tria realia & abſoluta, in quibus fundantur illæ relationes (vt alij opinãtur) videlicet intellectus intelligens, & vis productiua verbi in qua fundatur paternitas, & verbum productum, in quo fundatur filiatio: & amor ex vtroque emanans, in quo fundatur ſpiratio paſſiua Spiritus ſancti? Quæ omnia cum radicata ſint in vnitate eſſentiæ infinitæ: Ideò omnia dicuntur vnum. Iuxtà illud Chriſti. Ego & Pater vnum ſumus. In ternarium tamen diffunditur illa diuina virtus, tanquam in numerum primum maſculeum & rerum omnium extrà diuinitatem productiuum.

Io.10.

3 Cur diuinitas hæc diffunditur vſque ad denariũ (vt habetur in ſecretiori Theologia) tanquã ſpeculationis rerum omniũ diuinarũ fundamentum: Nõnè quià Deus vltrà ternariũ illũ, de quo dictum eſt, dum ad extrà producere decreuiſſet, ſuſcepit alium ternarium denotantem virtutem maſculeã: & quaternarium, qui virtutem fœmineam ſignat: vt plenus eſſet fons & origo rerum producẽdarum? Quo ſenſu dixit Mercurius, quod Deus eſt vtriuſque ſexus fœcũditate munitus. Nã ſicut homo, Dei imago exiſtens, fœtum producit, copulata virtute maſculina & fœminea ſimul:

Mercurius in Pym.

ſic Deus,cuius imaginem ipſe homo gerit, vtriuſque ſexus fœcunditate plenus omnia producit.Nec id eſt ex imperfectione(ſicut in homine contingit: qui non valens à ſeipſo producere indiguit adiutorio fœmineo, quod ſtaret coràm eo. Pro quo vulgata æditio habet. Simile ſibi) cum Deus ipſe omnia in ſua maxima vnitate contineat, nullo exteriori auxilio indigens. *Gen.2.*

4 Quid eſt ſeptenarius iſte vltrà ternarium perſonarum:& an cum catholica veritate ſtare poteſt?Nonnè hic ſeptenarius(vt ſecrétiores Theologi dicunt)eſt menſurarum,quibus Deus menſurat, numerat, & ponderat omnia? Sicut ſcriptum eſt.Omnia diſpoſuiſti in numero, pondere, & menſura. Vnde (vt opinor) non multum diſtant hæ menſuræ ab illis proprietatibus,quas Theologi noſtri attributa vocant:quibus Deus prouidet, regit,influit,ac diſponit omnia: bonitate videlicet ſapientia, fortitudine, iuſtitia, veritate, pulchritudine, atque prouidentia: qua omnia conſeruat & paſcit.Et quià omnia hæc influunt in puteum,piſcinam,lacum, vel mare quoddam:vnde ad nos iſta immediatè veniunt:Ideò illud mare vel puteus dicitur Beerſabah,id eſt puteus ſeptem. *Sec.Theo.* *Sap.11.*

5 Quomodò ſe habent hi ſeptem fontes vel menſuræ cum homine microcoſmo? Nonnè ſeptem horum influxus ſunt veluti ſeptem præcipua dona Spiritus ſancti:quæ fuerunt in Chriſto perfectiſſimo modo, in nobis autem ſorte quadam depreſſiori?Et hoc quantum ad dona tam naturalia quàm gratuita. Primum enim horum ſeptem donorum nobis datorum eſt magnitudo clementiæ ac bonitatis: qua fecit nos Deus aliis animantibus meliores,& beatitudinis capaces. Secundum eſt fortitudo: qua fecit nos robuſtos,& (quid aliàs dictum eſt)audaciſſimum naturæ opus,audax omnia perpeti. Tertium donum eſt pulchritudinis: qua fecit nos pulchros. Quam pulchritudinem Socrates ab Hippia quærebat. Quartum donum eſt coronæ ac victoriæ,qua ſuccurrit nobis: vt omnium hoſtium pugnam vincamus.Iuxtà illud.Fidelis autem Deus eſt: qui non permittet vos tentari ſuprà id,quod poteſtis:ſed faciet etiam cum tentatione prouentum:vt poſſitis ſuſtinere.Quintum eſt decoris,quo tribuit nobis, quantum decet: vt idem faciamus,expectans.Sextum eſt vitæ, qua corporea vita & ſpirituali viuimus.Septimum eſt regni,quo in omnes creaturas prȩualemus,& tandem regnum nobis à Mundi cōſtitutione paratum adipiſcimur. In quibus & ſi non verba Iſaiæ proſequimur: à ſenſu tamen non declinamus. Nam ille de Chriſto:nos verò de communi homine loquimur. *Pla.in Hip. maiori.* *1.Cor.10.* *Iſa.11.*

6 Cur de huiuſmodi annumerationibus à Theologis noſtris expreſsè non pertractatur?An,quia hæc non repererunt à Magiſtro ſentētiarū ſcripta: nec ille ab Eccleſiæ Doctoribus, qui nouum theologizandi modum invenerunt:nulla forſitan habita cognitione eorum,quæ antiqui Theologi ſolebant occultare:vt ſuprà dictum eſt?An,quia non ſunt ſecuti veritatem hebraicarum literarum, quibus hæc omnia ſuis propriis vocabulis nominantur:& à Doctoribus idiomatis illius ſuis vocabulis pertractātur? An,quià Theologi noſtri ſequentes principia phyſica,ad hos fontes,& ad

hunc loquendi modum, omnes phyſicas rationes tranſcendentem, perue-
Col. 2. nire non potuerunt? Hinc ad ipſa conſcendere volẽtes, cautos reddit Apo-
ſtolus dicens. Videte, ne quis vos ſeducat per philoſophiam, & inanẽ fal-
laciam ſecundum traditionem hominũ, & ſecundũ elemẽta Mundi huius:
quę videlicet arcana ſummi Dei, qui fecit omnia, cõpręhẽdere nõ poſſunt?
Lact. in 1. Alioquin (vt Lactãtius inquit) nihil inter Deũ hominẽq; diſtaret: ſi cõſilia
& diſpoſitiones illius Maieſtatis æternæ cogitatio aſſequeretur humana.

7 Qua iuſtitia Deus tot varia dona creaturis impartitur: & quomodò, cum vnus ſit? Nonnè celebrata eſt illa naturalium Sapientum ſententia, quod vnus eodem modo ſe habens non poteſt producere niſi vnum? Sed
Iaco. 1. nonnè Deus eſt vnus eodem modo ſemper ſe habens: cum (teſte Iacobo)
1. Cor. 12. apud eum non ſit tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio? An igitur dat diuerſa: quià ſic vult? Iuxtà illud Apoſtoli. Diuidẽs ſingulis prout vult. An, quià ipſe omni fœcunditate plenus, nunc ſecundũ fontem hunc, nunc ſecundum alium, nunc per commixtionem ipſorum ſimul tot multigena rerum genera produxit: hominẽmque omnium rerum vinculũ, tam diuerſum fecit: alteri maiora, alteri minora, alicui verò meliora dona tribuẽs, iniuriã tamen nulli faciens: cum nulli à principio diſtribuens eſſet obligatus? Nec enim eſt accœptatio perſonarũ ſine aliqua cauſa intercedẽte.

Acto. 10. 8 Quomodò intelligi dent, quod Deus non eſt acceptator perſonarũ:
vt Petrus ait? Nonnè accœptat perſonam ille, qui obligatus adminiſtrare
Deut. 16. vnicuique iuſtitiam, vni ſubuenit in iuſtitia, alteri verò nequaquã: & vnũ punit, alterius autem faciem reſpicit: contrà id, quod ſcriptũ eſt. Non accipies perſonam nec munera? Si quis autem nulli debẽs, rem ſuam alicui impartitur, vel vni magis, quàm alteri, accœptator perſonarũ nõ cenſetur. Sic nec Deus, dũ primò diſtribuit dona. Sed cum promiſerit dare regnum benè operantibus, ſi vni daret, & non alteri: tunc eſſet perſonarum accœ-
Ephe. 6. ptator. Hinc dixit Apoſtolus cum Epheſiis agens. Vnuſquiſq; quodcunq; fecerit, hoc recipiet: quià perſonarum accœptio non eſt apud Deum.

9 Cur Deus pluit ſuper iuſtos & iniuſtos? An (vltrà ea, quæ nuper dicta
Mat. 5. ſunt) quià id pertinet ad primæuã diſtributionẽ ſcilicet producere & cõſeruare? Cõſeruatio enim productionem ſubſequitur. Alioquin productio nihil eſſet: niſi productum conſeruaretur. Secus eſt in remuneratione, quę dependet à pacto nobiſcum initio: dandi videlicet præmium benefaciẽti, pœnam verò malè operanti. Pluit igitur Deus ſuper omnes conſeruãs, ſicut & fecit eos. Remunerat autẽ bonos, & punit malos: iuxtà pactũ inter Deũ & homines firmatum, vt dictum eſt. An, quià Pater miſericordiarum ſemper beneficus, & nulli nocẽs, omnibus ſemper fauere vult: relicta vel
Ibidem 21. tradita filio poteſtate vnumquemque ſecundum opera ſua iudicandi: & etiã priuandi donis ingratos & indignos? Sicut ipſemet filius proteſtatur, dicens. Auferetur à vobis regnum Dei: & dabitur genti facienti fructum.

10 Quæ nam eſt cauſa prima creaturarũ omniũ? An illa, quæ dixit. Ego
Eccleſ. 24. prodij, primo genita antè omnem creaturã: vt videlicet omnia producerẽ?
Heb. 1. *Col. 1.* An eſt ille, de quo Apoſtolus inquit. Quem conſtituit hæredem vniuerſo-

rum,per quem fecit & ſæcula? Quod alibi clarius referens, ait. Qui eſt imago Dei inuiſibilis,primogenitus omnis creaturæ: quoniã in ipſo ſunt condita vniuerſa viſibilia & inuiſibilia. Primò enim producta fuit hæc ſapientia:quæ eſt verbũ,per quam omnia producta ſunt.Iuxtà illud Prophetæ.Omnia in ſapientia feciſti. Vnde de ipſa,ſub verbi nomine, Iohannes ait.Omnia per ipſum ſcilicet verbum,facta ſunt. Nec tamen adeò in ipſa ſola ſapientia omnia producta ſunt,quin Pater & Spiritus ſanctus interfuerint.Iuxtà illud Apoſtoli.Ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt omnia. Quibus verbis breuiſſimè & elegantiſſimè concluſit,quomodò vnaquæque perſonarum diuinarum in hac fabrica interceſſit. *Pſal.*105. *Io.*1. *Ro.*11.

11 Quomodò Deus eſt opifex huius Mundi ſenſibilis?Nonnè produxit ipſum per ſeptimum hierarchiæ intellectualis:cui victoria & concinnitas attribuitur:vt nonnulli ex ſecretioribus Theologis aſſeruerunt? Sed,cum Elohim, qui ſemper fabricæ huius opifex introducitur, quod eſt nomen Spiritus ſancti,tertium teneat locum,& tertius ſit hierarcha in ſupramundana illa hierarchia, quomodò poteſt hæc fabrica attribui ſeptimo? An forſitan per ſeptimum intelligere volunt totum ſeptenarium,qui ab ipſis omnibus dicitur ſeptenarius fabricæ?Cui quidem ſeptenario reſpondent ſeptem dies ipſius fabricæ,computato videlicet requiei die:& cui reſpõdent ſeptem illi præcipui ſpiritus, throno Dei aſtantes: qui cum ſeptem Planetis,& duodenario ſignorum omnia moderantur.Vnde verus opifex fabricæ eſt ille ternarius,à quo omnia,in quo omnia, & per quem omnia (vt nuper dictum eſt) Sed operatus eſt per hos ſeptem Moderatores: vt per ipſos varios,& variè admixtos,varia rerum genera,ſpecies atque indiuidua produceret.

12 Quanto tẽporis ſpatio Deus Mũdum fabricauit? Nonnè in ſex diebus, & ſeptimo requiei:vt à Moſe expreſſiſſimè habetur?Et hoc non quidẽ,quia tempore indiguerit ille,qui ab omni tempore abſolutiſſimus eſt: & qui ęternitate ſua gaudens,quę eſt tota poſſeſſio ſimul,produxit omnia ſimul(vt in Eccleſiaſtico legimus) Sed dies ibi annumerantur, vt per eos denotetur diſtinctio rerum productarũ (vt ſuprà diſſeruimus) & per illos denotentur ſeptem fontes fluentes in Beerſabah,id eſt puteum ſeptem: à quo omnia immediatè in nos infunduntur.Et quia vnumquodq; opus in fabrica commemoratum reſpondet vni fontium illorum vitæ, bonitatis ac lucis:Hinc vnumquodq; operum illorum vni diei aſſignatur:qui compleri dicitur ex veſpere & mane, id eſt ex re producta & idea vel fonte producente,Quò ad tempus autẽ noſtrum omnia abſq; tẽpore fabricauit. ille,qui nec in eſſendo nec in operãdo,tẽpore mẽſuratur: vt alibi diximus. *Gen.*1. *Eccleſ.*18. *Ethic.*9.

13 Cur Deus oblectatur in creaturis à ſe factis?An quia (vt Ariſtot.ait) vniuſcuiuſq; artificis propriũ eſt diligere opus à ſe factũ? Cum in eo cernat aliquid ſui:vt in omni opere cõprobatur. Parẽtes enim generãt ex ſemine ſuo,& cum eo ex propria vita aliquid ponũt in genito. Artifex quoque & ſi voluntate,& (vt aiunt) per accidens operetur: nihilominus aliquid ſui ponit in opere. Vnde cognoſcitur opus per energiam quandam.

Et ſic cognoſcitur ſtylus dicendi, pictura vel ſcriptura & huiuſmodi. An, quia vnuſquiſque opifex ſuapte natura aſſimilat ſibi opificium quantum poteſt? Hinc ipſum diligit: cum ſimilitudo ſit cauſa dilectionis. Iuxtà illud *Eccleſ.13.* Sapientis. Omne animal diligit ſibi ſimile: & omnis caro ad ſimilem ſibi coniungetur: & omnis homo ſimili ſui aſſociabitur. Vnde quantò magis opus ipſi artifici aſſimilatur, tantò magis ipſum diligit. Quod innuere volens *Pro.8.* Salomon, inducit opificem ſapientiam dicentem. Ludens eram in orbe terrarum, toto videlicet: & delitiæ meæ eſſe cum filiis hominum: tanquam videlicet meam gerentibus imaginem: & mihi magis ſimilibus. Deus autem magis creaturam diligit, quàm ipſe ab ea diligatur: eo quod aliquid ſui ſentit in creatura. Quod non eſt è conuerſo. Hinc Ariſtoteles *Ethic.9.* concludit maiorem eſſe parentum in filios amorem, quàm è conuerſo: quià parentes cognoſcunt aliquid ſui in filiis.

14. Cur Deus omnia in forma circulari creauit? An, quià (vt nuper dictum eſt) quilibet effectus, quantum poteſt, cauſam ſuam imitatur? Vnde cum Deus ſit ſphæra intellectualis, omne opus ſuum ſpæricum facit, & ad rotunditatem tendens: ſicut in cœlis, & in elementis manifeſtè patet. Et cum forma exigat aliam figuram quàm ſphæricam, vt in hominibus, animalibus, & plantis: nunquam tamen ipſe Deus etiam in eis à figura ſphærica diſcedit: niſi quantum rerum ſeries exigit. Plantæ enim habent truncum rotundum: & cæſariem, quamuis ex diuerſis ramis confectam, communiter ad rotunditatem quãdam tendentem. Sic homo habet crura, brachia, caput & vẽtrem tornatilem: ſecta tamen membra & figurata, quantum exigit opus ipſis membris peragendum. An omnia rotunda fecit Deus, quià rotunda figura eſt omnium figurarum capaciſſima: vt Geometræ docent?

15 Cur Antiqui tot Deorum numina colebant? An, quià cognoſcebant virtutem rerum multifariam? Hinc adiudicabant rei vnicuique ſuum numen eſſe prępoſitum: vt Neptunũ aquæ: Cererem frugibus: Æolum ventis, & huiuſmodi. Neque enim percipiebat vulgus omnia hæc, quamuis diuerſa, prouenire ab vno fonte, & prima cauſa: quam omnes Sapientes *Cic. de natura Deorum.* Deum vocant: & illum vnicum verè adorant: vt optimè concludit Cicero, de natura Deorum agens. An, quià cum diuideret Altiſſimus gentes, & ſepararet filios Adam, vnicuiq; Populo & idiomati ſuum aſſignauit Prin- *Dan.10.* cipem: qui ipſum regeret & tutaretur? Et hoc Daniel innuere videtur: inducens Gabrielem dicentem. Princeps regni Perſarum reſtitit mihi. Qui Principes ſunt ſeptuagintaduo, vel (vt alij dicũt) ſeptuaginta tantum: iux- *Gen.10.* tà numerum idiomatum: de quibus in decimo Geneſeos capite fit ſermo. Quod benè intelligenti generationes & ſectiones illas familiarum. Noeh patet. Vnde vnaquæque familia colebat ſuum Principem, ac tutorem, tanquam Deum.

16 An omnia iſta numina reduci debeant & reducantur ad vnum? Nonnè Deus ad tollendum omnem errorem, qui inde oriri poſſet, tradidit He- *Deut.6.* bræis celebratum illud documentum, quo dicitur. Audi Iſrael: Dominus

Deus

Deus tuus,Deus vnus eſt?Poſtea ſubintulit. Nō ibitis poſt Deos cunctarū gentium.Vnde ſæpiſſimè repetit, commonens eos ne Deorum pluralitatem ſequantur:quià non ſunt Dij ſed præſides ac tutores illi, qui dati ſunt gentibus:& etiam particularibus hominibus,tantum operantes,quantum eis iubet Deus: à cuius nutu omnes ipſi dependent. Sicuti docuit apertè Chriſtus de particularibus hominum tutoribus dicens. Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei,qui eſt in cœlis. *Mat.18.*

17 Cur Deus videtur elegiſſe & eligere ſibi aliqua loca particularia in Mundo hoc?Nonnè, vt alicubi nobiſcum familiarius agat? Sicut non modò quotidiana experientia,ſed ſacræ literæ,necnon & Plato philoſophorum eximius apertiſſimè docent.In ſacris enim literis legimus, quod Iahacob poſtquam ſcalam in cœlum erectam vidit in Luza,dixit.Verè Dominus eſt in loco ſancto iſto:& ego neſciebam : non eſt hic aliud niſi domus Dei & porta cœli.Vnde vocatum fuit poſteà nomē loci illius Betel(quod interpretatur domus Dei) qui prius vocabatur Luza. Cui à ſecretioribus Theologis adduntur alia tria loca,à ſummo Deo peculiariter electa. Hebron videlicet,& potiſſimè ſpelunca illa duplex ab Abraham tam diligenter empta in ſepulturam vxoris & propriam, atque electorum filiorum,Izahac videlicet, Iahacob & Ioſeph:non ſine myſterio, ſuo loco declarato. Alius locus eſt Ieruſalem, quam Deus elegit ad humani generis ſalutem afferendam.Quartam cœli portam aliqui volunt in mari eſſe. Sit modò ibi, vel aliàs vbicunque. Vnde clarè patet Deum elegiſſe aliqua peculiaria loca.Sic & Michael Garganum montem : & gratiarum Mater loca quamplurima elegerunt. *Plato in 5. de Rep.* *Gen.18.*

18 Quibus particularibus operibus Deus oblectatur? Nonnè in homine magis oblectatur, quàm in aliis operibus: vt nuper dictum eſt? Sed in operibus noſtris,quibus magis gaudet? An pœnitentia & reuerſione ad ſe: de qua ipſe perhibet fieri magnum gaudium in cœlis coràm Angelis: & magis quàm ſuprà nonagintanonem iuſtis? An operibus charitatis:propter quæ tantum videtur promittere remunerationem ac regnum?An quando homo ſe Deo offert & ſacrificat in hoſtiam viuentem, & Deo placentem: vt Apoſtolus monet? Nam tunc offerens non habet quid amplius poſſit offerre:quò ſibi gratiam à Deo comparet.Quod fecit Abraham.Vnde ſibi ac toti poſteritati tantam gratiam comparauit: vt in ſemine ſuo, non tantum eius familia,ſed omnes gentes dicantur & ſint benedictæ. Et hoc fecit ſe Deo offerendo,patriam ac omnia derelinquens, atque offerendo filium,qui eſt aliqua portio ipſius patris.Nam caro filij, eſt caro patris : vt Iureconſulti dicunt. Hinc pater æternus tradens filium, tradidit ſeipſum pro nobis.Et ſicut illud fuit maximum opus,quod pro nobis Deus effecit: ſic dum noſmetipſos aut filios,ipſi Deo offerimus & damus,opus omnium gratiſſimum ipſi impendimus. *Luce 15.* *Mat.25.* *Rom.12.* *Gen.22.*

19 Cognouit nè Plato Mundi opificem eſſe Patrem?Nónè vocat ipſum opificem genitorémque vniuerſitatis?Sed quomodò eſt pater : cùm pater is ſit, qui naturaliter genuit ſibi ſimilem:ſi ritè ſentit Ariſtoteles patrem *Pla.in Tim.*

Ariſt. 2. de anima. definiens? Nonnè diximus nuper, quòd Deus creauit Mundum ſibi ſimilẽ? Vnde eo modo eſt Mundi pater, quo ipſum ſibi aſſimilauit. Deus autẽ peculiarius dicitur pater hominis: cum hic gerat expreſſiorẽ eius imaginem. Et ſi natura produxiſſet Mundum, tantò expreſſius Mundus hic filius eius diceretur: vt Platonici ſentiunt. Si autem liberè produxit (vt Theologi noſtri dicunt) cum voluntas eius non differat eſſentialiter neque realiter à natura, aliquo modo naturam produxiſſe dicere poſſumus. Hinc Moſes audacter vocat ipſum patrem, dicens. *Deut. 32.* Nunquid non ipſe eſt pater tuus: qui fecit & creauit & poſſedit te?

20 Quomodò animæ noſtræ illuſtrantur à Deo? An mediantibus intelligentiis & ſapientibus ſpiritibus: quos Chaldæi dæmones vocant? *Mat. 18.* Quo forſitan ſenſu Saluator dixit. Angeli eorum vident faciem Patris. Vnde ab ipſa illuſtrati illuſtrant nos. *Dionyſius de Ang. hier.* Sic enim docet Dionyſius inferiores ſemper à ſuperioribus illuſtrari. Quod nedum eſt de inferioribus Angelis, ſed etiam de nobis: qui dum in via ſumus, & carcere corporeo recluſi ſub eis tanquam ſub tutoribus, ſumus vſque ad præfinitum tempus à Patre. De qua illuſtratione per Angelos facta quamplurima exempla in ſcripturis habemus. An animæ illuſtrantur immediatè à diuina luce: quæ (vt *Io. 1.* Iohannes ait) omnem hominem venientem in hunc Mundum illuminat? *Mer. 1 pym.* Quam lucem Mercurius vocat mentem Ariſtoteles verò intellectum agentem.

21 Quid eſt verus intellectus agens, de quo tot tantáque à Peripateticis dicuntur? An eſt vnicus quidam intellectus omnibus hominibus communicatus, & omnes illuſtrãs: *Plo. de ho.* quem Plotinus ſimpliciter intellectum vocat? An eſt illa portio ſuperior, quam Hebræi נשמה Neſſamah appellant? An eſt virtus quædam Spiritus ſancti illuſtrans omnes purificatos: de qua Iohannes inquit. *1. Io. 2.* Vnctionem habetis à ſancto, & noſtis omnia? Vnctio namque Spiritus ſanctus eſt, qui etiam docet. Iuxtà illud Chriſti. *Io. 14.* Ille ſuggeret vobis omnia, & docebit vos omnia. Quem gradum Spiritus ſancti nobis familiarem Hebræi ſachinam nuncupant, id eſt inhabitationem Spiritus ſancti in nobis. Quem dicendi modum Paulus in huiuſmodi inſtructus proſequitur, dicens. *Rom. 8.* Propter inhabitantẽ in vobis Spiritum ſanctum. Sanctus quippè in ſanctis: in aliis verò ſpiritus intelligentiæ eſt: deferens radium lucis illius omnes illuminantis. Vnde ſapienter *Ambroſ.* Ambroſius inquit. Veritas à quocunque dicatur, à Spiritu ſancto eſt. Nec aliud exiſtimo eſſe hunc intellectum vniuerſalem agentem & operantem in omnibus: à quo illuſtratus intellectus noſter dicitur intellectus paſſibilis, id eſt lumen recipiens.

22 Cur fœlicitas à Leucippo in vno collocatur? An, quia in vnione cum iſto intellectu vnico conſiſtit? Sed nonnè Chriſtus ait. *Io. 17.* Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te Deum patrem? An igitur, quia per vnionem, quam habemus cum Spiritu ſancto nobis magis domeſtico, deuenimus ad illam ſupremam lucem patris æterni: in quo vno eſt vera & perfecta beatitudo? Sed cur magis in vno quam in pluribus conſiſtit beatitudo? Nonnè, quia

virtus collecta fortior eſt ſeipſa diſperſa? Hinc Chriſtus laudauit hoc vnũ, dicens. Porrò vnum eſt neceſſarium. Nam in ipſo eſt ſummum bonum collectum: in aliis autem diſperſum. *Lucæ 10.*

23 Quæ conſtituunt Tribunal Dei? Nonnè id clarè reſerat Abraham in eo libro, quem de Mundi formatione compoſuit? Ait enim quod Ophanini interſunt, materiam diſponentes pro forma ſuſcipienda: Seraphini, deducentes vitam, excalefactoriámque vim ab æternis fontibus vitarum omnium: Angeli ſeruitutis, qui diſtribuunt omnia nobis diſtribuenda: Angeli miniſterij, qui præſunt omnibus, quæ in illo Tribunali ſacro decernuntur: & animalia ſanctitatis, tanquam idearum fontes, & exemplaria rerum omnium producendarum. Quorum exemplarium Reges commemorat Ezechiel, dum Tribunal Dei deſcribit, dicens, quod ibi erat facies Aquilæ volucrum Reginæ, facies Leonis Regis ferarum, facies Bouis Regis cicurum, & facies Hominis Regis creaturarum rationabilium. Et per hæc exemplaria vnicus Deus omnia diſponit. *Abra. in li. de forma.* *Ezech. 1.*

24 Cur Deus iurat per ſemetipſum? Nonnè id declarans Apoſtolus, ait. Per ſemetipſum iurat, cum ſuperiorem alium non habeat, per quem iurare poſſit? Vnde docemur, quod ſemper per ſuperiorem iurandum eſt: quando iuramento opus eſt. Iurauit autem Deus per ſemetipſum, quando Abrahæ promiſit multiplicare ſemen, & quod in eo & ſemine eius, quod Chriſtus eſt, benedicendæ eſſent omnes gentes terræ. An per ſemetipſum iurat, quià eſt ſumma veritas à qua declinare non poteſt? Sed quando iurat? Nonnè (vt ab Apoſtolo, ſed clarius à ſecretioribus Theologis docemur) quando res adeò firmatur, vt mutari nequeat? Mutatur autem multoties diuina ſententia ſimpliciter prolata: vt in Ezechia, Niniuitis, & Achab, aliíſque quampluribus factum fuiſſe legimus. Sed quando intercedit iuſiurandum, mutatio fieri nequit. Hinc gentes in Chriſto benedicendas, & ſacerdotium eius immutabile, iureiurando firmauit. Proptereà Vates canit. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es Sacerdos in æternum. *Gen. 22.* *Heb. 6.* *Ibidem.* *4. Reg. 20.* *Ionæ 3.* *3. Reg. 21.* *Pſal. 109.*

25 Cur alio iurandi modo vtitur Deus pleriſque in locis, dicens. Viuo ego? Quam vim iuramenti habet verbum iſtud? Nonnè ſecretiores Theologi docent, quod vis iuramenti, pacti ac fœderis eſt in illo loco, vbi eſt & fons vitæ? Vnde verborum illorum ſenſum eſt. Viuo Ego, id eſt iuramentum duco ego ex fonte, ex quo omnibus vitam præbeo. Inde enim (vt ipſi aiunt) emanauit pactum circuncifionis, & legis. Inde & Moſes venit, qui legem dedit. Inde & Ioſeph originem traxit: qui (vt aiunt) in Ægypto & alibi vbique pactum Domini ſeruauit. Vnde iuſti nomen ſortitus eſt. *Ezech. 18. & alibi.*

26 Si iuramentum fieri debet ſuperiorem & per Deum: cur multi iurant per ſal? An fortè id ſuperſtitioſè faciunt? An potius cum myſterio accommodato? Cum in libro Numerorum ſcriptum ſit. Pactum ſalis eſt ſempiternum coràm Domino, tibi & filiis tuis. De quo pacto ſalis multa *Nume. 18.*

commemorat Origenes contrà Cœlſum,concludens quod Parius Iambicus Poeta valdè criminatur Lycamben, quod ſalis iuramentum violaſſet, dicens iuſiurandum ſalis eſſe ingens.Sed vnde hoc?An,quià ſale condiuntur omnia?An (vt ad penetralia ingrediamur per numeros theologizantes)quià מלח Malach,quod ſal ſignificat, reddit in numero ſeptuagintaocto? Qui numerus in quamcunq; partem diuiſus reddit aliquod nomen Dei.Si enim in duas partes diuidatur:reddit bis trigintanouem: quot importat כוזו Cuzu, vagina (vt ſecretiores Theologi dicunt) magni nominis tetragrammi.Si verò diuidatur in tres partes,reddit ter vigintiſex : qui eſt numerus ipſius tetragrammi. Diuiſus autem in ſex partes, treſdecim tribuit pro qualibet:qui eſt numerus menſurarum pietatis. Si etiam in treſdecim partes diuidatur,dat ו vau:quod eſt litera vitæ ſupernæ,& importat ſex numerum primò perfectum.Si quoque in vigintiſex partes diuidatur,dat numerum ſanctæ Trinitatis.Si in trigintanouem partes diuidatur, dat duo id eſt ב bet,quod eſt verbum & domus idearum. Si tandem vltima-diuiſione diuidatur in ſeptuagintaocto vnitates: quælibet illarum vnum Deum repręſentat.

Orig.lib.2. contra Cælſum.

27 Vnde potiſſimè Dei prouidentia depræhenditur? Nonnè in tanta rerum ſerie,à qua non diſcrepant omnes cauſæ ſecundæ? Hinc Propheta canit.Ordinatione tua perſeuerant dies:quoniam omnia ſeruiũt tibi. In particulari autem nonnè clariſſimè depræhenditur in aqua maris, quæ ſuapte natura leuior eſt terra:& ſuper eam natare deberet? Sed cur id non facit? Nulla fuit à Sapientibus alia aſſignata ratio:niſi quià Deus ſic iuſſit.Vnde ipſe Propheta canit.Terminum poſuiſti,quem non tranſgredientur,neque conuertentur operire terram.

Pſal.118.

Ibi.103.

28 Si in Deo eſt prouidentia:cur amicos ſuos tot anguſtiis premi permittit?An,quia ſunt lapides collocandi in ſuperno ædificio?Vnde expoliri debent tribulationis malleo:vt Eccleſia canit. Tuſionibus preſſuris expoliti lapides,ſuis coaptantur locis per manum artificis, diſponuntur permanſuri ſacris ædificiis. An, quia cum non omnibus omnia data ſint, expectantes portionem illam ſupernæ voluptatis, carere debent hac inferiori? Iuxtà regulam illam Euangelicam. Recœpiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala:vnde nunc ille conſolatur: tu verò cruciaris. An, quià ſic ſancitum eſt à Deo,vt patientibus detur præmium? Hinc Apoſtolus ait.Oportet nos per multas tribulationes introire in regnũ Dei.Quam regulam ſeruauit ille, qui dixit. Oportuit Chriſtum pati, & ità intrare in gloriam ſuam.Et hanc aliis ſeruandam propoſuit dicens.Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam,ſeruatam videlicet aut ſeruandam: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.

Luca 16.

Acto.14.

Luca 24.

Mat.5.

29 Cur Deus tolerat,ac proſperari facit malignos?An, vt eis detur pœnitentiæ ſpatium?Sicut Apoſtolus apertè docet, dicens. An ignoras, quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Et in Apocalypſi dicitur. Et dedi ei tempus,vt pœnitentiam ageret.An id permittit (vt Auguſtinus inquit) vt per eos boni exerceantur, quouſq; malitia ipſorum compleatur?

Ro.2.

Apoc.2.

Auguſt.ſuper Pſal.54.

Sicut

Sicut de Chananæis & Amorrhæis in Geneſi dictum eſt. Nōdum completa eſt malitia Amorrhæorum. An dantur hæc temporalia bona malis, tanquam filiis ſpuriis: vitæ æternæ hęreditate bonis reſeruata? Sicuti in figura fecit pater fidei Abraham, qui filiis concubinarum dedit munera, rerum videlicet temporalium: Izahac autem verò ac legitimo hęredi dedit omnia, quæ poſſidebat, potiora videlicet bona. *Gen. 15.* *Ibidem. 25.*

30 Cur mali exaltantur, ac præferuntur bonis? Nonnè hoc deduxit in ſtuporem multos Sapientes ac ſanctos viros cauſam nullam inuenientes: Immò de Deo fermè ſcandalizatos? Hinc Dauid dixit. Mei autem penè moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei: Quia zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum videns. Et paulò poſt ſubinfert. Exiſtimabant vt cognoſcerem: hoc labor eſt ante me: Donec intrem in ſanctuarium Dei: & intelligam in nouiſſimis eorum: vbi videlicet omnia hæc terminabuntur. Pari modo Abachuch. Quarè reſpicis (inquit) contemptores: & taces conculcante impio iuſtiorem ſe? Quid ergò dicemus nos tantilli: Immò nihil, reſpectu tantorum virorum qui de hoc admirati ſunt? Nōnè, quià ſic merentur peccata ſubditorum? Iuxtà illud Iob. Propter peccata Populi, Deus permittit regnare hypocritam. His igitur vtitur Deus tanquam ſatellitibus ac miniſtris iuſtitiæ ſuæ: ſicut aliquando vtitur malo dæmone in oppreſſione talium. Et quid de eis ſequatur, poſtquam compleuerint ſatellitis officium, declarat Propheta ſubiungens. Subitò defecerūt propter iniquitatem ipſorum: velut ſomnium ſurgentium Dōmine in Ciuitate tua imaginem ipſorum ad nihilum rediges. *Pſal. 72.* *Abac. 1.* *Iob. 34.* *Pſal. 72.*

31 Cur Rex pacis Chriſtus dimittit ſuos amicos in tot ac tantis bellis? Nonnè ſancita eſt lex, & à Paulo promulgata. Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit? Hinc (vt Iob ait) militia eſt vita hominis ſuper terram. Quod exponens Gregorius longo ſermone, ait. Si bella deſunt, virtutis experimenta non proderunt. Nemo enim vires ſuas in pace cognoſcit. Nam virtus (vt Ariſtoteles ait) circà difficile verſatur. Vnde ſummus Doctor Chriſtus aperto ac pulcherrimo ſermone concludit, dicens. Regnum cœlorum vim patitur: & violenti rapiunt illud. Quod regnum cœlorum eſt regnum pacis, quæ perfectè haberi nequit, niſi ſuppeditatis ac debellatis hoſtibus. Iuxtà illam vulgatam Ciceronis ſententiam. Bellamus, vt pacem habeamus. *2. Timot. 2.* *Iob. 7.* *Gregorius.* *Ethic. 2.* *Mat. 11.* *Cicero.*

32 Cur Deus fecit muſcas, cimices, pediculos, pulices, culices, & huiuſmodi? An hæc omnia in exercitium noſtrum fecit: vt aliqui aſſeruerunt? An in Mundi complementum: in quo exquiruntur aliqua præſegmina, & fruſta inciſa, vel (vt melius dicamus) deciſa à nobilioribus rebus? Sicut de huiuſmodi animalibus à quibuſdam dicitur. Quæ omnia faciunt & ſunt in vtilitatem ac decorem vniuerſi. Sicut ea, quæ à Carpentariis ac aliis fabris inciduntur, & eorum vſibus coaptantur. An ſunt neceſſaria hæc omnia ſicut inſtrumenta obliqua, retorta & complicata Carpentariis ea ratione quæ ſola ipſis opificibus nota eſt? Sicut hæc nota ſunt ſoli Deo Mundi Opifici. Quamuis nobis importuna ac ſuperuacua videantur.

Aug. contra Faſtum. Sicuti Auguſtinus Faſtum curioſum redarguens differit.

33 Cur Deus clemens & pius permittit mortales ignorare multa? An, quia homo volens ſcire, quæ non licebat, comedere præſumpſit de ligno ſcientiæ? Vnde meritò concluſit eum Deus in ignorantia. An, vt cognoſcens homo imbecillitatem ſuam non habeat ſuperbiendi cauſam: ſed Deo ſe ſubiiciendi? An, vt credentes ea, quæ ignoramus, mereamur per fidem? Sicuti longo ſermone differit Apoſtolus cum Hebræis agens. Sine fide (inquit) impoſſibile eſt placere Deo. Et quamuis aliquibus amicis peculiaribus reuelata ſint myſteria regni Dei: hoc tamen ſingulari dono eis datum eſt. Vnde homo habet, vt à Deo illud dandum recognoſcat. Sicut docet Iacobus, dicens. Si quis indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter: illis videlicet, qui ſe humiliantes paruulos reddunt.

Heb. 11.

Iaco. 1.

34 Stante cauſarum ordine vnde monſtrum in natura? An ex Deo deficiente? Sed nonnè (teſte Moſe) Dei perfecta ſunt opera? An igitur ex cauſa ſecunda: quæ, cum ſumma perfectione careat, etiam in operando deficit? Quas ſecundas cauſas deficientes Albertus commemorat multiplices. Aut enim deficit, quia non deciditur ſemen ab aliquo generantis membro: & tunc naſcens caret illo membro. Aut eſt ſuperflua materia, quam cum virtus naturalis plenè formare nequeat, hinc generatum naſcitur cum membro ſuperfluo: & illo communiter malè formato. Nam ſi natura non eſt potens formare, non tamen vult ociari: & tunc format eo modo, quo poteſt. Aliquando ex fractione vaſis naſcitur monſtrum: vt quando generantur gemini in aliqua parte coniuncti. Aliquando ex permixtione ſeminis: ſicut ex ſpermate aſinino & equino generatur mulus: & ex lupo & cane lyciſca.

Deut. 32.

Albertus.

35 Deficiente cauſa ſecunda, cur non ſupplet prima, quæ omnia poteſt? An, quia ſupplere non vult, vt cognoſcatur ſecundarum cauſarum debilitas? An, quià ea lège agit cum ſecundis cauſis, vt eas proprios motus agere ſinat: ſicut pulcherrimè dicit Auguſtinus? An (vt Dionyſius ait) in omnibus exiſtentibus eſt diuina prouidentia, quæ factis etiam malis benignè vtitur: aut ad ipſorum, aut ad aliorum, vel ad communem vtilitatem? Vnde vana eſt multorum opinio: qui dicunt oportere diuinam prouidentiam etiam nos inuitos ad rectum & virtutem trahere. Nam id eſſet vim naturæ inferre, tam in naturalibus, quam in moralibus operationibus.

Auguſt.

Diony. 4. de diui. nomin.

36 Cur Propheta canit. Inclinauit cœlos & deſcendit, & caligo ſub pedibus eius? An eſt ſermo de cœlis iſtis mobilibus: quorum denſiores partes, aſtra videlicet, oculis corporeis videmus? Sed nunquàm legitur cœlos à motu proprio declinaſſe: niſi quando Sol tempore Ioſueh ſtetit & tempore Ezechiæ retroceſſit. An igitur intelligit Propheta de ſupramundanis cœlis, quorum virtutes omnes incluſæ fuerunt in Chriſto: quando exiens à Patre, venit in Mundum? Quod declarans Iſaias ait. Et requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectus: & quæ ſequun-

Pſal. 17.

Ioſueh. 10.

4. Reg. 20.

Iſa. 11.

tur.Chriſtus itaque plenus illis cœlis ac virtutibus(quæ virtutes ſunt ipſi cœli) deſcendit modo adeò nobis occulto,vt à nobis nullo modo percipi poſſit.Ideò dicitur deſcendiſſe in caligine : quò ad nos videlicet, qui huiuſmodi deſcenſum capere non poſſumus.

37 Cur Propheta ſubinfert.Et aſcendit ſuper Cherubim & volauit:volauit ſuper alas venti vel ſpiritus?Nonnè hoc de aſcenſu Chriſti ad cœlos intelligitur:qui ſuper Cherubinos aſcendiſſe dicitur, tanquam miniſtros ſibi accõmodatos?Thronos enim alibi diximus inſeruire Patri : Seraphinos incendentes Spiritui ſancto igneo: Cherubinos verò (qui pulchræ picturæ dicuntur,vt R.Moſi Ægyptio placet)Filio omnia pulchra facienti. Hinc (vt alibi quoque diſſeruimus) per Cherubinos in paradiſo voluptatis,& ſuper propitiatorio Arcæ poſitos,deſignatur ille:qui(teſte Iohanne) factus eſt propitiatio pro peccatis noſtris. *Pſal.17.* *1.Io.2.*

38 Cum Deus ſit ſummè vnus & immortalis,quomodò aſſeruntur in eo cædes quamplurimæ:prout à Poetis fingitur ? An in hoc delyrant Poetæ: ſicut in aliis multis conſueuerunt?An ſunt in eo cædes veræ, quandò animæ demittuntur in corpora ? Tunc enim animæ deciduntur à Deo , tanquam à vitæ fonte. Vnde animæ & intelligentiæ Angelicæ ab Antiquis Theologis dicuntur intelligentiæ diuiſæ & ſeparatæ, non à materia (vt aliqui opinantur)ſed ab ipſa diuinitate.Deciſæ verò dicuntur animę:quia conſtituunt creaturas, non identicè (vt aiunt) cum ipſo Deo vnitas : ſicut eſt Filius ac Spiritus ſanctus.Nec tamen ſunt ſic diuiſæ, quin habeant eſſe in eo,in quo viuimus,mouemur & ſumus. *Act.Io.17.*

39 Læditur nè Deus ex huiuſmodi inciſione?Nonnè Deus animantibus dedit,vt,dum generant, ex deciſione ſeminis non patiantur , immò valdè oblectentur ? Si veró id creaturis inditum eſt, nonnè multò magis in ipſo Deo omnium agentium perfectiſſimo id aſſerendum eſt ? Vnde ſicut Doctor extrà producendo ac manifeſtando ideas per verba , quæ profert, non dolet , nec patitur , ſed oblectatur : Pari modo Deus , dum verbo ac iuſſu ſuo explicat ideas illas rerum producendarum , quas in ſe habet, non læditur , ſed ſummoperè gaudet. Et quamuis explicando ponat aliquid ex ſuo fonte infinito , nihil tamen patitur aut diminuitur: ſed tanquam ſummum bonum delectatur communicando ſeipſum: vt boni proprium eſt.

40 Loquitur nè nobis Deus & quomodò?Niſi Deus nobis loqueretur, non dixiſſet Propheta.Audiam quid loquatur mihi Dominus Deus.Quomodò igitur loquitur?An per lumen aut radiũ ſuũ:vt Dionyſio placet? An imprimendo concœptum virtute ſua:ſicut de Angelis dicitur?An per Angelos,ſicut locutus eſt Moſi:teſte Paulo,qui ait.Lex data eſt per Angelos in manu Mediatoris?Vnde aſſeuerant ſecretiores Theologi,quod Angelus,qui cum Moſe loquebatur,Mitatron vocabatur.Et quià Angeli fideliter,veluti legati fideliſſimi,referunt ea,quæ ſibi Deus credidit:Hinc ſępiſſimè dicitur Deus locutus fuiſſe : qui in rei veritate, per Angelos, tanquàm per tubas quaſdam,loquitur. Quæ tubæ cum tantummodò flatum *Pſal.84.* *Dionyſius.* *Gal.3.*

reboant, quem tubicen in ipſas infundit. Et quià hi fideliſſimam vicem Domini gerunt: Ideò nunc Angelus vocatur Adonai, nunc Angelus: vt
Gen.18. expreſsè patet in colloquio Abrahæ:cum Angelis habito.

Sec.Theo. 41 Quis eſt Mitatron ille,qui cum Moſe loquebatur? Nonnè ſecretiores Theologi dicunt,quæ Mitatron eſt שר הפנים Sar hapanim,id eſt facierum Princeps? Nam eius officium eſt introducere amicos Dei ad faciem & præſentiam ipſius.Hinc Moſes habuit gratiam loquendi Deo facie ad
Nume.12. faciem: vt in Numerorum libro dicitur. Quis autem ſit Angelus hic, & cuius ordinis,non declaratur.Nec enim in aliquo ordine (vt ipſi ſecretiores Theologi docent)collocandus eſt, cum ſit ſuprà omnem Angelorum ordinem?& immediatè Deo proximus. Nec deſunt, qui dicunt illum eſſe ſupremum ſpiritum omnium Beatorum: eorum videlicet, qui aliquando fuerunt in corpore. Nam ibi Beati ſunt ſpiritus Angelici & humani. Vnde cum beata Virgo ſupremum locum teneat inter omnes ſpiritus beatos, qui puræ creaturæ ſunt: poteſt facillimè tenere locum huius Principis facierum, & dici Mitatron: vt ſuprà quoque diſſeruimus. Hoc enim eſt officij & non perſonæ vocabulum: ſicut alibi innuimus. Vnde,ſi quis benè perpenderet(prout in ſecretiori Theologia docemur) qualis & quantus ſit Mitatron iſte, magna ex parte compræhenderet, qualis & quanta ſit beata Virgo.

42 Cur Deus noluit idolatriam pati in terra ſancta? An, quià elegit ipſam pro vero cultu? An,quia eſt locus lac & mel fluens? Quæ duo, ſi rectè intelligantur,cum idolatria ſtare nequeunt.Hinc Chananæos inde expulit & Hebręos: quotieſcunque idola colebant. Nec Chaldæos ibi morari permiſit impunè.Nam à leonibus(vt nonnulli dicunt)deuorabantur: quouſque ipſi Chaldæi ibi habitantes in lege Domini inſtituerētur. Chaldęi enim habitabant in terra ſancta, & potiſſimè in Samaria. Hinc ipſi Chaldęi ab Hebræis diſtincti,dicti ſunt Samaritani.Vnde docemur, quod Deus ſibi dedicatos non vult idolatriæ, nec aliorum,quam ſuiipſius, cultui inſeruire.

Apoc.1. 43 Quo habitu indutus introducitur Filius Dei à Iohanne & cur? Nonnè veſtitus dicitur podere,id eſt talari tunica? Vnde innuitur, quod veſte ſua omnia membra corporis ipſius vſque ad talos tegat. Hinc de omni-
Pſal.31. bus huiuſmodi poteſt dici illud Prophetæ. Beati, quorum tecta ſunt peccata.Cinctus quoque dicitur aurea zona. Vnde docemur, quali charitate omnes complectatur: & quam à nobis exquirat, dum ait. Suadeo tibi à
Apoc.3. me emere aurum ignitum.Capilli etiam ipſius albi & cani dicuntur: cum
Dani.7. ſit antiquus dierum(vt Daniel inquit)& primogenitus omnis creaturæ: vt
Colo.1. Paulus ait. Oculíque eius dicuntur velut flamma ignis: quem venit mit-
Luce 12. tere in terram,vt ardeat.Pedes eius, id eſt affectus inflammatis dicuntur velut æs candens. Vox eius, ſicut aquarum multarum, propter multigenam ſapientiam.In femore eius ſcriptum eſt. Rex Regum. Vnde oſtendi-
Apoc.19. tur pręparaſſe regnum omnibus ex lumbis eius generatis.

SECTIO SECVNDA DE COELIS. ET AD IPSOS PERTINENTIBVS.

44 COELI ſunt nè temporales, an æterni? An forſitan temporales: quià ſicut habuerunt ſuæ durationis principiũ: ſic & habebunt finem, dicente Propheta. Ipſi peribunt: tu autem permanebis: & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent? Sed nonnè Plato ac Plotinus docent minimè diſſoluenda ea, quæ à Deo facta ſunt immediatè abſque ſecundis cauſis: ſicuti ſunt cœli, quos nihil præceſſit, vt in eorum productione intercederet? An igitur (vt ſuprà diximus) non diſſoluentur, ſed in melius mutabuntur? Hinc Propheta ſubinfert. Et mutabis eos & mutabuntur. Sed cum Deus nec mutetur nec diſſoluatur: Ideò ſequitur de eo. Tu autem idem ipſe es: & anni tui non deficient. *Pſal.* 101. *Pla. in Tim. Plotinus de Mundo. Pſal.* 101.

45 Quo circuitu voluitur cœlum inter Deum æternum, & nos mortales? An circuitu æterno: vt Philoſophi dicunt? An temporali: vt Theologi tradunt? An medio inter vtrunque? Iuxtà illud Auicenæ dicentis, quod cœlum medium eſt inter neceſſarium & contingens. Sic quoque motus illius medius eſt inter temporalem & æternum. Nam motus cœlorum, quamuis tempore menſurentur, non tamen à tempore cauſantur. Immò ipſi ſunt cauſa temporis. *2. de cælo.*

46 Quæ virtus tanto ordine cœlos mouere poteſt? Nonnè particulares intelligentiæ? Nam ordo Seraphicus mouet primum mobile, Cherubicus cœlum ſtellatum: & ſic alij ſuos cœlos, quibus eos alibi adaptauimus. Sed, ſi tot mouentes ſunt, quò motus omnium abſque diſcrepantia regulatur? Nonnè, quià omnes diriguntur ab vno primo motore in omnes influente, quantum & qualiter mouere debeant? Vnde quamuis plurimi motores ſint: vnus tamen omnium regulator eſt, qui primus motor à Philoſophis nominatur.

47 Quid nam melius eſt, quies nè an motus ſucceſſiuus? Nõnè quid melius eſt quies? Cum omnis motus in quietem tendat. Si ergo quies eſt melior: cur non poſuit Deus omnia à principio in quiete? Ad quid motum effecit? Si omnia ab initio in quiete collocaſſet, nihil quippè remanſiſſet nobis faciendum. Cum omnia, quæ facimus, tempore menſurentur à motu cauſato. Vt ergo operari poſſemus, & vt opera menſurarentur, Deus ordinauit tempus, & motum: à quo ipſum tempus procedit. Hinc Propheta canit. Tempus faciendi, id eſt, quod nobis ad faciendum & operandum datum eſt. Quies itaque melior eſt quàm motus. Eſt tamen neceſſarius motus: vt per ipſum ad quietem fœlicem deueniamus. *Pſal.* 118.

48 Eſt nè bonus influxus ac virtus cœlorum omnium? Nonnè (Iamblico referente) ſcriptum erat in Mercurij columnis, omnes aſtrorum influxus optimos eſſe? Si verò malum aliquid ſequatur, illud ſubiecto malè diſpoſito, & non ſyderibus aſcribi debet: vt ipſe Mercurius iubet. Cui *Iamblicus de myſt. Ægy. c. de differentia inter Deos & homines.*

Hieroc. in car. Pythag. Hierocles adſtipulatur, dicens. Vt malus quiſque ſit, malitiæ ſuæ cauſa ipſe exiſtit. Nec à ſuperioribus ac cœleſtibus fontibus iniquæ ſordes emanant. Cum quibus Chryſippus ait. *Euſe. de præ. Euangelica. lib. 6. cap. 7.*

Quàm falsò accuſant ſuperos, ſtultique queruntur
Mortales: etenim noſtrorum cauſa malorum
Nos ſumus: & ſua quemque magis vecordia lædit.

Ptol. in 3. quad. c. 13. Iul. Fir. l. 2. Quibus valdè fauet Ptolemæus, Aſtronomorum meritò Princeps: qui cum Iulio Firmico multis laudibus proſequitur Saturnum, qui omnium peſſimus prædicatur. Dicunt enim ambo quod ipſe Saturnus benè diſpoſitis dat profundum ingenium, ſermonem certum, ſtabilem amicitiã, longam prouidentiam, regaléque conſilium.

49 Fuit nè ab initio completa vniuerſi machina? Nonnè Moſes perhibet, quod completi ſunt cœli & terra, & omnis ornatus vel exercitus eorum? *Gen. 2.* Sed nonnè dixit Chriſtus. Pater meus vſque modò operatur, & ego operor? *Io. 5.* Id quippè de ſanitate conferenda dictum eſt. Operatur etiam Deus prouidendo continuè creaturis ſuis omnibus. Nec tamen inde poteſt argui, quod ipſe Deus aliquid de nouo creet: cum iam Scriptura diſtinguat inter opus & opus, dicens. *Gen. 1.* Et benedixit diei ſeptimo & ſanctificauit illum: quià in eo ceſſauit ab omni opere ſuo, quod creauerat ad faciendum. Vnde apertiſſimè concluditur, quod Deus nunc facit, ſed non creat. Quamuis ſubterfugiendo dicant aliqui, quod non creat ſpeciem aliquam, ſed particulares animas. Sed cum textus dicat. Ab omni opere ſuo: cur non dicimus, quod animas producit vel infundit? Et hoc pacto ſaluabitur litera abſque controuerſia.

50 Quo ornamento diſpoſiti ſunt cœli? An per ornamentum ſtellæ fulgentes (vt aliqui dicunt) intelliguntur in illis verbis, quibus dictum eſt. *Ibidem.* Completi ſunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum? Vnde conſequenter dicere poſſemus, quod plantæ & flores ſint ornamẽtum terræ. Sed cum in veritate literæ habeatur. Et omnis exercitus eorum, nonnè alius eſt quærendus ornatus vtriuſque? Per exercitum igitur nihil aliud intelligere poſſumus quàm copiam intelligentiarum cœlis & terræ præſidentium. Habet enim vnuſquiſque orbis & volubilis ſphæra ſuam intelligentiam mouentem & præſidentem: ſicuti etiam Philoſophi fatentur. *Metaph. 12.* Habent inſuper & ſtellæ omnes ſuas intelligentias. Quorum omnium melius quàm ſtellarum, Deus nomina vocat. Habent & plantæ omnes ſuas intelligentias, per quas à cœlo influxum hauriunt. *Mat. 24.* Quæ intelligentiæ, virtutes cœlorum & herbarum vocantur: iuxtà illud Saluatoris. Virtutes cœlorum mouebuntur. Et hæ virtutes ipſos quoque cœlos exornant.

51 Reperiuntur nè in cœlis elementa? Niſi in cœlis elementa reperirentur: Aſtrologi quippè non dicerent eſſe tria ſigna terrea, tria aquea, tria aerea, triáque ignea. Nec oportet dicere, quod Sol & Mars ſint ignei, Iupiter ac Venus aerei, & huiuſmodi. Sed ſi ſunt in cœlis elementa, & hæc reperiuntur alterationi & corruptioni ſubiecta, corrũpentur nè cœli? Non quidem: quià meliori nota ibi ipſa elementa reperiuntur, quàm in genera-

bilibus & corruptibilibus. Sicut perfectiori nota reperiuntur in Angelis: perfectiſſima verò in Deo: qui dicitur viuentium terra, aqua ſapientiæ: & ignis deuorans. Vnde non ſub iiſdem legibus collocata ſunt inferiora, cœleſtia & diuina: nec per eaſdem leges quærenda eſt eorum cognitio, ſed per debitam analogiam. *Deut. 4.*

52 Vnde eſt fatum & neceſſitas eius? An eſt à prima potentia ſeminali? An ex habitudine intellectualiter participata (vt Chaldæi opinantur) quæ eſt indeclinans à ſuperioribus, & ineuitabilis inferioribus? Et hic eſt ordo & diſpoſitio ſecundarum cauſarum, à prima nunquam declinantium. Quod apertius declarans Plato, ait. Illud, quod in Deo eſt prouidentia, in cœlis aut in ſecundis cauſis eſt fatum: in inferioribus verò eſt contingens. Sed quomodò ſtat contingentia cum neceſſitate vel ineuitabili prouidentia? Nonnè euentus in ſe eſt neceſſarius? Sed quod is in beneficium vel damnum noſtrum ſit, id eſt contingens: & à voluntate noſtra dependet. Sicuti de fluuio irreparabiliter fluente aliàs exemplificauimus: cuius aquæ beneficium vel damnum ſuſcipere vel reſpuere eſt in poteſtate noſtra. *Pla. in Tim.*

53 Quali nodo vel vinculo ligatur quilibet ordo rerũ ſimul cum alio: & omnes cum Deo? An aliquo vinculo amoris? Iuxtà illud Iob. Fecit Deus concordiam in ſublimibus ſuis? An ligantur omnia ſicut riuuli in fonte, radij in Sole, mẽbra in capite, & rami in arbore? Nam ſicut omnia membra corporis humani reguntur à capite: ſic omnia membra huius mundani ac myſtici corporis à Chriſto, qui eſt caput Eccleſiæ, & in quo recapitulantur omnia: vt Hieronymus interpretatur. Pro quo vulgata æditio habet, inhabitare facere in eo. Vnde ſicut rami aluntur à trunco & radice: ſic omnes nos alimur & regimur ab eo, qui dixit. Ego ſum vitis, & vos palmites. Nam ipſe (teſte Apoſtolo) portat omnia verbo virtutis ſuæ; regit, ducit, ac ordinat omnia. *Iob. 25.* *Ephe. 5.* *Colo. 1.* *Io. 15.* *Heb. 1.*

54 Eſt nè lux Solis naturalis, an aliunde venit? Nonnè communi aſſertione affirmatur lucem eſſe Soli connaturalem? Sed cum Sol & Luna dicãtur luminaria in Scriptura ſacra, cur magis eſt lux naturalis Soli, quam Lunæ? Nam Luna (vt dicitur) habet à Sole, vnde luceat: ſimiliter & alia ſydera. An igitur id ordinatum eſt, vt vnus ſit Sol verus, à cuius luce omnia alia illuminentur? Nam Sancti omnes Stellis comparantur à Daniele & Paulo: Immò ab ipſo Deo: beata verò Virgo Lunæ. Vnde omnes illuminantur à Chriſto verò Sole: cuius hic inferior typum gerit. An ſic ordinatum eſt, vt hæc duo luminaria magna ſint ad inſtar luminarium ſupramundanorum: quorum alterum, Sol videlicet, dicitur à ſecretioribus Theologis ſpeculum lucens: Luna verò ſpeculum non lucens: vt alibi diſſeruimus. *Gen. 1.* *Dan. 12.* *1. Cor. 15.* *Gen. 15.*

55 Cum Luna tam die quàm noctu currat: cur dicit Moſes, quod præeſt nocti? An, quia lux eius, qualiſcunq; ſit, melius diſcernitur in nocte, quam in die? An, quia ipſa in die cedit Soli, tanquam marito & Gallo cœli? Sed cum ipſa ducat atque reducat aquam tam die quam nocte (vt patet in *Gen. 1.*

fluxu ac refluxu maris)nonnè videtur etiam operari in die?An dicitur præ-
Pſal.103. eſſe nocti quià præeſt nocturnis poteſtatibus: quæ lucem diurnam & Solarem fugiunt? Vnde Propheta canit. Ortus eſt Sol & congregati ſunt: & in cubilibus ſuis collocabūtur. Nam lumen Lunæ non timent: vt ibidem dicitur. Facta eſt nox, in ipſa pertrāſibūt omnes beſtiæ ſyluæ, Catuli leonum rugientes. An altius conſcendentes dicimus, quod id ad ſupramundanam Lunam refertur, quæ nocti præeſt, id eſt reis & obtenebratis: niſi perfundatur lumine Solis: quia tunc eſt benefica bonis?

56 Cur neomenias aut nouilunia Deus obſeruari iuſſit? An, vt habeatur fauor à Luna hac omnium Planetarum infima? Sed quid ad ſpiritualia hęc corporea Luna? An igitur per hanc ad ſupramundanam Lunam (vt alibi diſſeruimus) alludit: à qua verus fauor ſpiritualis cōparatur? Quæ Luna (vt ſecretiores Thologi dicūt) nunc repletur, nunc vacua eſt, nunc autem ſemiplena pro diſpoſitione mortaliū. Si enim mortales implent Dei mandata, tunc illa impletur lumine: & è conuerſo euacuatur. Cui Lunę reſpōdet Synagoga, quæ creuit per generationes quatuordecim ab Abraham vſq; ad Dauid. Sub ipſo enim, & ſub eius filio Salomone fuit plena, poſteà deficere cœpit vſque ad Iechoniam: quo deducto in captiuitatem, extincta fuit. Celebratæ autem fuerunt neomeniæ & nouilunia, quādo cœ-
Eccleſ.50. pit Synagoga & pleniluniū tempore templi. Hinc in Eccleſiaſtico dicitur. Simon Oniæ filius quaſi Luna plena in diebus ſuis lucet. Nam (vt paulò antè dixerat) altitudo Templi ab ipſo fundata eſt. Nunc autem non Lunam amplius obſeruamus: ſed Solem, qui ortus eſt nobis, & erexit Eccle-
Pſal.88. ſiam Solarem. Vnde de vtroque Pſalmographus canit. Thronus eius ſicut Sol in conſpectu meo & ſicut Luna perfecta in æternum.

57 Quo ordine dies hebdomadæ à Planetis denominantur? An id caſu factū eſt? An elegātiſſima ratione: vt pulcherrimè diſſerit inter alios Abraham Aben Hazra? Præeſt enim quilibet Planeta horæ vni. Hinc non ſine cauſa apud omnes nationes horæ ſunt eadem menſura diſtinctæ. Quam ſententiā approbauit ſumma Dei ſapientia dicens. Nonnè duodecim ſunt
Io.11. horæ diei? Quæ horæ ſic diſtinguntur: quià primæ diei horæ Luna præeſt, ſecundæ Saturnus, tertiæ Iupiter: & ſic vſque ad octauam, cui iterum præeſt Luna: ſic quintædecimæ, & viceſimæſecundæ: viceſimætertiæ autem præeſt Saturnus, & viceſimæquartæ Iupiter. Primæ verò diei ſequētis horæ præeſt Mars. Hinc dies ab eo denominatur. Et hunc ordinem proſequendo: prima diei ſubſequentis hora erit Mercurij. Et ſic de reliquis omnibus dierum denominatio verificabitur.

58 Quando fuit principium anni primi in Mundi fabrica: in vere nè, autumno, hyeme, vel æſtate? An fuit quando Sol incipit aſcendere? Vnde ille dies, dicitur dies anni noui. Quamuis ex incuria eorum, qui hæc corrigere debebant, ex minimo ſuperabundanti Solis motu in anno, vltrà trecentos ſexagintaquinque dies & ſex horas, centeſima videlicet ferè diei parte, facta fuerit ea vagatio quorumlibet centum annorum die vno: vt à diebus Cæſaris vſq; nunc in mille & ferè ſexcētis annis ſit facta variatio

introitus Solis in Capricornum ſexdecim vel decem & ſeptem aut decẽ & octo dierum. Aſſignatur enim Solis in Capicornum introitus pridie idus Decembris,qui deberet aſſignari Calendis Ianuarij. An fuit principium anni in vere?Cũ Martius dicatur primus in menſibus anni. An fuit tempore collectionis frugum, in autumno videlicet? Quod tempus magna celebratur feſtiuitate.Vnde principium anni naturalis eſt in autumno:legalis autem in Martio,prout alibi tactum eſt. *Exod.12.*

59 Cum Sol non ſit calidus,quomodò calefacit?An ex concurſu,& reuerberatione radiorum ferueſcente luce:vt communiter dicitur?An virtute naturæ ſuæ igneæ?Quamuis dicatur quòd non ſit calidus. Nã ſi qualitates contrariæ eſſent in cœlis, corrumperentur. Ad quod euitandum negantur qualitates in cœlis & Planetis. Quod eſt alienum à virtute calida vel frigida.Vnde & ſi qualitates formales ibi non ſunt,adſunt tamen virtutes:quæ nullam præbent alterationi viam.An Sol calefacit ex intelligentia præſidente ſicut anima,quamuis ſpiritualis,exiſtens in corpore,totum corpus calefacit? An id eſt ex virtute primæ cauſæ diffundẽtis ſe in omnes ſecundas cauſas prout à Principio decreuit?

60 Quis fauor à ſtellis & aſpectibus earum expectari poteſt pro nato maximè in horoſcopo?Nõnè id probat & explicat Ptolemæus in principio quadripartiti,tam ex ratione, quià ſydera non ſunt ibi fruſtrà poſita, quàm ex quotidiano experimento, quamuis à vulgo non obſeruato? Nam(vt ipſe ait,& ſicut omnes,etiam ruſtici comprobant) à Sole & Luna in variis ſignis, & cum variis aſpectibus currentibus varij effectus diuerſimodæque diſpoſitiones in corpora inducuntur. Sic à ſapientibus Aſtronomis comprobantur multiformes aliorum ſyderum & aſpectuum ipſorum effectus. Quòd autem horam natalis plærique obſeruant, à ratione naturali nõ diſcrepat.Nã ſicut pãnus vel charta, aut paries, fortius ſuſcipit primos colores, & penè indelebiliter: Sic etiã corpora & carnes infantium ex vulua matris exeuntes tenacius primam aëris impreſſionẽ ſuſcipiunt.Hinc ex ipſa hora magis Aſtronomi diiudicant.Nec inde iudicare debent niſi diſpoſitionem corporis:nec plenè,cum interueniant (vt ibidem ait Ptolemæus) pro diſponendo corpore loca, genituræ, cibi & mores. *Ptolemæus.*

61 Cur dicitur donari ſanitas nato dum Luna eſt in aſcenſu? An, quià plena lumine magis fauet inferioribus,quàm obſcura? Et maximè, cum lumen illud ſuſcipiat ab Apolline,qui mala pellens dicitur,& Medicinæ inuentos,pro ſanitate videlicet homini reſtituenda? An,quià ſuſcipiendo lumen Solis, ſuſcipit quoque benignum influxum intelligenti Soli præſidentis,quæ Raphael dicitur, id eſt, medicina Dei?Ipſe enim ſemper fauet nobis,aut per Solis radios directos,aut per radios reflexos vel reuerberantes per Lunam: adeò vt idem ſit fauor: quamuis à Sole per directos radios efficacior proueniat. Vnde Antiqui vocarunt lumen Solare Apollinem,Lunare verò Æſculapium: qui tamẽ idem eſt cum Apolline.

62 Quando machina hæc Mundana ceſſabit,diſſoluentur nè Planetę,

2. *Pet.* 3. *Iſa.* 65. Nonnè Petrus ait. In die aduentus Domini, cœli magno impetu tranſibũt & elementa calore ſoluentur? Sed nonnè Iſaias Dei perſonam agens, ait. *Apoc.* 21. Eccè ego creo cœlos nouos & terram nouam? Et idem Iohannes in Apocalypſi perhibet. Vnde (vt etiam ſuprà de cœlis diximus) non diſſoluentur penitus Planetæ: ſed in meliorem ſortẽ mutabuntur: vt expreſſè Iſaias *Iſa.* 30. alibi dicit. Et erit lux Lunę ſicut lux Solis: & lux Solis erit ſeptempliciter ſicut lux ſeptẽ dierũ: in die qua alligauerit Dominus vulnus Populi ſui. Vulnus enim Populo pręcipuè inflictũ fuit, quando datus eſt homo morti propter peccatum Protoplaſti: ſicut ei proteſtatus fuerat Deus, dicens. *Gen.* 2. Quacumque hora comederis, morte morieris. Alligabitur autem vulnus hoc, quando nobis dabitur vita ſine aliquo timore mortis. Et hoc erit *Mat.* 25. quando dicetur. Venite benedicti Patris mei. Tunc enim iuſti ibunt in vitam æternam. Et tunc omnia renouabuntur, & in melius mutabuntur.

63 Qui cœli enarrant gloriam Dei, & quod firmamentum annunciat *Pſal.* 18. opus manuum eius: vt Propheta canit? An ſunt iſti cœli, qui gyro, quem faciunt circà orbem terræ, in ipſam influunt, vt producat? Et ſic nõ ſolùm cœli gyrantes & influentes, ſed terra ipſa ſuſcipiens influxum, & plantas producens, & ſimul plantæ pullulantes, laudantes Deum enarrant glo- *Dani.* 3. riam eius. Hinc tres pueri in fornace poſiti terram, plantas, & omnia ad Dei laudem inuitabant. Quæ omnia ſunt manuum Dei. Et tunc in Opificis gloriam hæc reſultant, quando ad finem debitum hominem perducunt. An cœli, gloriam Dei enarrantes, ſunt Angeli, non tantum voluentes ſed influentes per ipſos cœlos: prout influxum accipiunt à primario fonte omnium influxuum? An cœli & firmamentum ſunt illi ſupramundani, qui dicuntur cœli cœlorum: in quibus omnia facienda decernũtur, & ad quos omnia facta ſuauiſſimo concentu reducuntur? Vnde reſultat ex tanta prouidentia, magna Dei gloria: quam Moſes videre flagitauit: vt nonnulli Sapientes aſſerunt.

Exo. 33. *Acto.* 7. 64 Qui cœli & quomodò aperti fuerunt Stephano protomartyri? *Iob.* 37. Quomodò potuerunt aperiri cœli: qui ſolidi à Iob dicuntur, ſicut æs? An fortè non aperti fuere & diuiſi cœli, ſed corroboratus fuit intuitus Ste- *Heb.* 4. phani: adeò vt omnes cœlos penetrare potuerit? Sicut de Chriſto Paulus ait. Habentes pontificem magnum, qui penetrauit cœlos, Ieſum filiũ Dei. An vidit illos cœlos ſupramundanos, de quibus nuper diximus? Sicut e- *Matt.* 18. tiam Angeli cuſtodes noſtri (vt ſumma veritas perhibet) vident faciem Patris, qui in cœlis eſt: licet ſint ſemper nobiſcum.

SECTIO TERTIA DE HOMINE AC EIVS VIRIBVS.

HAbuerunt nè homines, maximè viri docti, à principio intellectum veluti tabulam raſam? Nonnè Ariſtoteles cum omnibus peripateticis id apertè aſſerit?Sed quomodò quis breui admodum temporis ſpatio poteſt in aliqua ſcientia & arte proficere (vt clara experiētia patet) quod alius longo tempore & ſtudio facere nequit?A complexione corporis(inquiēt) & ab ipſius diſpoſitione id prouenit. Sed quid dicemus de iis,qui habent corpora æquè robuſtā & ſpiritus animales ingentes:& tamen aliquis eorum proficit in doctrinis,aliquis autem nequaquam, ſed potius in pictura,militia,& huiuſmodi proficit?An igitur hoc eſt ab influxu cœleſti? Sed cum influxus agat in corpus, doctrina verò in animam, quid influxus ad doctrinam?Et ſi doctrina eſt ab influxu:non ergò intellectus eſt tanquam tabula raſa:ſed impreſſionem habet à cœlo?An igitur noſtrum addiſcere eſt quoddam reminiſci: vt Academici dicunt? Quod Peripatetici refellunt, habentes hoc pro inconuenienti.Sed quòd inconueniens id ſit, non video.An quià animæ noſtræ non ſunt vnicus intellectus (vt Peripatetici ſomniant) ſed plures & particulares, variéque diſpoſitæ ea diſpoſitione, quam Ariſtoteles aliquando naturam vocat?Hinc alius facilis eſt ad cantum & ſonum ſuſcipiendum,alius ad doctrinam,alius ad loquendum & concionandum:alij verò ad alias artes. Secundum quas diſpoſitiones(vt Apoſtolus ait) alij datur ſermo ſcientiæ vel ſapientiæ,alij genera linguarum,alij interpretatio ſermonum:& quæ ſequuntur.

Ariſt. 3. de anima. *Academici.* *1. Cor. 12.*

66 Animæ noſtræ ſunt nè æquales in gradu perfectionis?Nonnè,ſi Ariſtotelem ſequi voluerimus,qui ait. Species ſe habent ſicut numeri, dicemus eas eſſe penitus æquales?Sed ſi doctores Pariſiēſes imitari libuerit nonnè dicemus animam Chriſti, & conſequenter multorum excellentiū virorum eſſe nobiliores anima Iudæ, aut cuiuſcumque ſceleſti & infimi? Quod ex Euangelio quoque diſcere poſſumus:vbi dicitur,quòd talenta fuerunt vnicuique ſecundum menſuram propriam, donorum videlicet naturalium diſtributa.Nam talenta(vt ſuprà diſſeruimus)ſunt dona gratuita naturalibus correſpondentia. Nec ſpecies determinantur per numeros aut vnitates vocales, quæ non ſunt diuiſibiles: vnde ad ablationem vel additionem vnitatis variatur ſpecies numeri:ſed determinantur numero naturali,cuius vnitates ſunt diuiſibiles: vt patet in Muſica, vbi de ſemitonio tractatur,ſicut alibi diximus.Nec per variationes numerorum variantur ſpecies proportionum. Quæ proportiones ſunt numeri naturales:quibus ſpecies determinantur.

Metaph. 8. *Mat. 25.*

67 Vndè generantur Hermaphroditi ſiue Androgyni? An ex debilitate influxus aut naturæ, non valentis perfectè diſtinguere inter hunc & illum ſexum? An(vt ſuprà quoque diximus) ex æqua ſeminis proportione?

Vnde alterum illorum præualere nequiens, ſed æquis viribus contendens, vtrumque ſuum ſexum conſtituit. Et id ſecundum opinionem illorũ dictum ſit: qui volunt maſculum generari, prçualente ſemine maſculeo, fœminam verò præualente ſemine fœmineo.

68 Cur homo adeò laudatur in cognitione ſuiipſius ab oraculo & à multis Sapientibus? An fortè (vt aliqui opinantur) quià cognoſcens homo ſe natum ex vili materia, & nutritum ex viliſſima, conceptum in culpa, variiſque miſeriis ſubiectum, meritò cauſam humiliandi ſemetipſum habet? An (vt verius eſt, & patet dicta Sapiẽtum inſpicientibus) cognitio ſuiipſius laudatur, quià dum homo cognoſcit dignitatem ſuam, & qualiter Dei ac Mundi imaginem gerat: ex propria ſuiipſius cognitione, poteſt Deum ac Mundum cognoſcere? Quo ſenſu intelligitur illud, quod dicit Mens apud Mercurium. Niſi Deo te æquaueris, Deum nunquam intelliges. Nam ſimile ſemper, à ſibi ſimili cognoſcitur. Extende te in magnitudinem ſine termino: emerge è corpore: totum ſupergredere tempus: æternus eſto. Sic Deum vtique noueris. Et iterum clarius ait. Deus ipſe mens iuſſit, vt homo mentis particeps ſeipſum animaduerteret: quo cognito, cætera ſibi referantur.

Mercurius in dialogo cum mente.

69 Cur homo naſcẽs flet? An quià præſentit miſeriam & calamitatem in quam intrat? An, quià incipit ſentire incommoda aëris frigefacientis? An, quià tunc incipit eſſe ſub cœlo, & ſuſcipere influxum? Secundũ quem influxum Aſtrologi prognoſticantur, exiſtimantes illum influxum præualere, quem primò quiſque ſuſcipit. An, quià egrediens è vulua, dolet de illa, quam tunc amittit, fœlicitate: vt nonnulli opinantur? An. quià indignatur ipſe Rex & Dominus animalium intrare in hunc Mundũ maiori cum infœlicitate quàm cætera animalia? Nam reliqua animalia aut ſtatim, aut citius quàm homo, prçualent. Curſit enim coturnix nondum excuſſo ouo. Ambulat Equus vel ſtatim, vel paulò poſt exitũ. Solus autem homo imbecillis ac miſer diu iacet, aliorum manibus educandus.

70 Ad quid plures vires geminatæ nobis datæ ſunt? An, vt deficiente vna alia ſuppleret? Sicut de oculo, aure, manu, & huiuſmodi patet. An, quià aliqua membra combinata ſunt neſſaria? Nam pedes ſunt geminati, vt ſucceſſione homo ambulet. Aliter enim ambulare nequiret. Manus autem coadiuuãtur in opere perficiẽdo. An habet homo multa membra geminata: quorum alterum eſt in dextera, alterum autem in ſiniſtra: vt gerat, perfectam illius imaginem, de quo Sapiens inquit. Longitudo dierum in dextera eius, & in ſiniſtra ipſius, diuitiæ & gloria: Et iterum. Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Prou. 3.
Cant. 2.

71 Cur Deus voluit geminari hominem per marem & fœminam? An, vt generandi facultatem ipſi præberet? Sed nonnè poterat Omnipotens facere, vt alter ab altero generaretur: ſicuti planta ab vno tamen ſemine generatur? Nonnè in productione plantæ terra eſt tanquam fœmina ſuſcipiens ſemen, & nutriens ipſum: & generatio plantæ eſt naturalis, hominis autem libera & voluntaria? Vnde & voluntarius eſt vtriuſq; con-

greſſus. An prouiſum eſt homini de patre, vt regat ac prouideat: de matre verò, vt lactet & educet?

72 Cur Deus voluit hos duos coniungi? Nonnè, vt ex maſculo, tanquã ex actiuo, ex fœmina verò, tanquam ex paſſiuo, proles humana gignatur: quæ perfectiorem genituram exquirit quàm planta? Tenétque homo perfectiorem Dei imaginem, qui omnia pulchrefacit, dum dextram cum ſiniſtra coniungit. Ex qua dextra venit homo: ex ſiniſtra verò mulier: vt ſecretiores Theologi dicunt. Ex dextera enim venit ſapiẽtia, quæ in ſorte virili magis viget: ex ſiniſtra autem ardor concupiſcentiæ, quæ viget in parte fœminea, & animali noſtro. Ex quorum coniunctione magno (vt Apoſtolus inquit) ſacramento fit proles: ſine qua (vt Mercurius & Zohar aſſerunt) nullus beari poteſt. Sine qua prole, inquam, generata aut per cõcubitum carnalem, vel regenerationem ſpiritualem: de qua ipſe Apoſtolus ait. Quos iterum parturio in Chriſto Ieſu. Et iterum. Omnis creatura ingemiſcit ac parturit vſque adhuc. *Eph. 5. Mercurius ad Tatium. Zohar. Gal. 4. Rom. 8.*

73 Sentit nè infans in vtero matris? Sentit quidem vi ſenſitiua: & forſitan melius & fœlicius, quàm anima nondum iſto aëre infecta: vt aliqui opinantur, ſuaſi ab illa ſententia Iob. Quarè non in vulua mortuus ſum? Egreſſus autem ex vtero, cur nõ ſtatim perij? Nunc enim dormiens ſilerẽ, & in ſomno meo requieſcerem cum Regibus & conſulibus terræ. Et iterum. Quarè de vulua eduxiſti me? Qui vtinam cõſumptus eſſem: fuiſſem quaſi non eſſem, natus videlicet, ex vtero tranſlatus ad tumulum. *Iob. 3. Ibi. 10.*

74 Spirat nè infans in vtero matris: & quomodò? Nonnè ſpirat per venam quandam ab infantis pulmone vſque ad pulmonem matris deductam? Sicut enim ab epate infantis oritur vena, qua nutritur infans, tranſiens per ſecundinam vſque ad matricem & epar matris (vt Galenus ſcribit) ſic eſt vena qua ſpirat (quas ambas vidimus) quæ tranſit per vmbilicum, à pulmone egrediens. Sed cum claudatur vmbilicus poſt exitum pueri, & inde vena illac tranſiens, aperitur os. Vnde qui prius per vmbilicum nutriebatur, per os deinceps nutritur, & qui prius per venam illac tranſeuntem ſpirabat, inde per nares ſpirat. *Gal. 15. de vlti. parti.*

75 Cur mater paſcit, & diligit magis filium quàm pater? An, quià mater eſt magis certa: vt Ariſtoteles ſentit? An, quià maiorem laborem apponit circà ipſum, primò portãs in vtero, poſteà lactans & nutriẽs? Quod officium Deus voluit eſſe mulierum: quibus ſicut dedit ventrem ad portãdum, ſic præbuit vbera ad lactandũ. Vnde quod maiori cum labore & induſtria acquiritur, charius poſſidetur. An quià mulier tenerior, & magis venerea maiori amore afficitur ei, quem diligit? An, quià non eſt tam diſtracta, quàm vir, variis negociis extrinſecis? Vnde tota colligitur circà domeſtica: & ideò magis afficitur filiis ac ſupellectili, maiorique cura, quàm vir, eos gubernat. *Ethico. 9.*

76 Quomodò tot rerum ſpecies concluduntur in tam paruo vaſe memoriæ? An quià ſpecies huiuſmodi nullam requirunt extenſionem corpoream: cum ſint magis ſpirituales quã corporeæ? An, quià memoria eſt pars

aut potentia quædam animæ ſentiens ingentem, & indeterminatam virtutem animæ:quæ ſicut poteſt omnia intelligere non impedita, ſic omnium ſpecies ſuſcipere & conſeruare poteſt?An, quià (vt Plato & alij Sapientes cum eo dicunt) anima depicta eſt à principio formis aut ſpeciebus multigenis:quæ groſſitie corporis ac materiæ, cui ipſa anima eſt cõiuncta,offuſcantur: & in dies excuſſæ apparent? Excutiuntur autem, aut verbis docentium,aut purificatione animi, aut excitatæ à nobis obiectis. An,quià anima eſt radius quidam diuinitatis: vt quibuſdam placet?Hinc vim illam parentis ſentit: & plus vel minus, quantò maiori vel minori virtute radius ille diffunditur.

77 Quomodò poteſt omne verum ab intellectu noſtro capi? An, quià (vt nunc dictum eſt) ex infinito emanans retinet ſemen ac ſpeciem cognati Dei?Vnde aliquo modo ſapit naturam illius infiniti. Quo ſenſu opinor Ariſtotelem dixiſſe, quòd ſicut intellectus agens ſcilicet ſupernus infundens & irradians, poteſt omnia facere.i. imprimere:Ità & intellectus paſſibilis.i.noſter,poteſt omnia fieri,id eſt omnia ſuſcipere. An, quià intellectus hic & mens omnimodam gerens Opificis infiniti imaginem, etiam virtutis illius interminatę,quantum ei fas eſt,ſimulachrum habet? Vnde ſapit ipſe limitatus intellectus,illimitationem quandam:ſicut Angelus & animus,quòd ad eſſe,infiniti,ſapiunt infinitatem quandam & æternitatem,illam æmulantes ſua perpetua duratione:ſicut Boëtius docet.

3.de anima.

Boet.in 5.

78 Quomodò oculus tam paruus vno intuitu capit montes ingentes, & cœlum immenſum?An,quià ſpecies illa viſibilis (vt nuper dictum eſt) loco alicui non commenſuratur? An, quià anima per oculum videns ſentit immenſitatem quandam parentis ac primi fontis,vnde emanat? Hinc ipſa ſuſcipit ſpeciem illam, quamuis ex ingentiſſimo obiecto reſultanté.

79 Cur virtus intellectiua tardat venire in hominibus magis, quam ſua in animantibus?An,quià citò peritura facilius creſcunt:duratura verò tardius ac difficilius:vt in herbis patet? Cucurbita enim & fœniculum, cucumeres & huiuſmodi citò exiccanda facilius & citius creſcunt. Palmæ verò & quercus & ſimiles arbores diu duraturæ tardius & difficilius creſcunt.Pari modo & ex animalibus exẽpla ſumere poſſumus. An, quià tota virtus naturæ animantium augmento corporis ac virium fauet: cum nulla ei cura ſit de ratione:hominis autem natura vtrique fauere ſtudet? An quià in animantibus non creſcit niſi virtus animalis: in homine verò virtus animalis & rationalis? Hæc autem ad tam ſublimem & eleuatum gradum deuenit, maximè in viris ſapientibus, vt non niſi magno labore & longo tempore illuc homo deuenire poſſit. Hinc Ariſtoteles ſapienter dixit,quòd mens ſerò aduenit.Pro qua adipiſcenda Mercurius multo ſtudio,multóque tempore laborauit: vt apud fide dignos reperitur: & nos ſuprà quoque diſſeruimus.

Ariſtoteles.

80 Oculus videt nè procul ſucceſſiuè, an ſubitò? Nonnè dicunt Peripatetici, quòd oculus videt per ſpecies multiplicatas ab obiecto vſq; ad oculum per ſucceſſionem tam breui tempore factam,vt vix percipiatur?

Sed hæ ſpecies ſunt nè ſubſtantia an accidens? Si ſubſtantia, cedit nè aër dum tranſeunt: cũ corporeæ ſint; & corporeo ſenſu perceptibiles? Si enim non cederet aër, daretur penetratio corporum. Si verò cedit, cum vbique ſint ſpecies viſibiles, eſſemus ſine aëre. Sed ſi accidẽtia ſunt, qualitates & colores erunt. Sed in aëre color eſſe nequit. An igitur (vt Academici dicunt) videt oculus, quià ſpiritus, qui tantum ſe extendit, quãta virtus eius eſt, vſque ad obiectum protenditur, nullum exquirens tempus in motione ſua, tam in longum vſque ad obiectum, prout exquiritur? Vnde cauſatur illa viſio in modum pyramidis. *Boetius.*

81 Quomodò auris audit? Nonnè per ſucceſſionem aëris à ſono percuſſi vſque ad audientis aurem peruenientis: vt Boëtius docet, qui exemplificat de aqua percuſſa: quæ ſucceſſiuè ad ripam vſque, circulos multiplicat: niſi multum diſtet ipſa ripa ab aqua, lapide vel huiuſmodi percuſſa? Sed ſi ſic eſt de auditu vel de ſono, qui auditur: cur non ſic eſt de obiecto viſibili? Dicimus quòd nõ eſt ſimilitudo: cum color viſibilis non moueat aërem, ſicut illud proiectum, quodcumque ſit, mouet aquã. Vnde in ſucceſſione ſoni percipitur tempus (vt patet in Echo) ſed in actu videndi nullum penitus percipitur tempus. Nec enim eſt eadem ratio omnium ſenſuum. Nam guſtus & tactus non percipiunt niſi per contactum: auditus & odoratus per aërem motum: alter à corpore, alter autem ab odore corporeo, qui exhalatur cum tenuiſſimo fumo, vt aliquando non videatur: viſus autem (vt cum Academicis loquar) penitus extrà mittendo.

82 Cur viris communiter dati ſunt trigintaduo dentes? An, quià ſic caſu numerus ille replet totum os? Sed nihil caſu in tam eleganti corpore factum eſt. An igitur magno myſterio factum eſt, vt dẽtes, qui robur virtutum acquiſitarum ſignificant (vt alibi dictum eſt) diſtributi ſint numero iuſtitiæ? cuiuſmodi eſt numerus trigintaduorũ, qui ſemper in partes æquales vſq; ad vnũ diuiditur? Et hoc, vt inde doceamur, quòd vires noſtrę acquiſitæ exerceri debeant in opere iuſtitiæ. An id factum eſt, vt dentes reſpondeãt numero cordis, quod (vt alibi diximus) hebraicè לב Ieb dicitur? Cuius nominis literæ reddunt trigintaduo. Vnde indicatur quòd opera noſtra cordi reſpondere debeant, & quicquid facimus, corde, & non ſimulatè faciamus. Vnde & nodi manuum operantium ſunt trigintaduo: tres videlicet in vnoquoque digito, duo verò in iunctura manuum cum brachio. Vnde cor, virtus, & manus ſibi inuicem reſpondere debent.

83 Cur fœminæ habent tantũmodò vigintiocto dẽtes? An, quià os mulieris anguſtius eſt? An (vt ad myſteria veniamus) vt indicetur quòd virtus fœminea acquiſita, facilè claudicat? Vnde fœminæ indigent viris, quibus innitantur, ſicut vites indigent arboribus. Alioquin in terram deiectæ non benè fructificarent. Claudicat enim numerus vigintiocto, quià ſi prima & ſecunda diuiſione diuidatur in partes æquales, videlicet quatuordecim & ſeptẽ, non vltrà diuidi poteſt: ſicut diuiditur numerus trigintaduorũ: vt dictũ eſt. An, vt denotetur ꝙ mulier nõ gaudet prima perfectione, ſed ſecunda. Nã numerus vigintiocto eſt numerus ſecundò perfectus:

primò perfectus autē eſt ſenarius. Quod apud Arithmeticos triuiale eſt.

84 Cur in manibus & pedibus ſunt quinque digiti? An, vt in ambabus manibus per denarium digitorum ſignificetur perfecta operatio & obſeruatio decalogi legis:& per denarium digitorum pedum denotetur affectus ad decalogum illum? An id factum eſt, vt ex iuncturis digitorum omnium manuum & pedum,& ſex iuncturis brachiorum & ſex crurium, quæ omnes reddunt ſeptuagintaduo, repræſentaretur totum corpus myſticum vtriuſque familiæ? Quod quidem corpus eſt cōfectum ex ſeptuagintaduabus iuncturis, figuratis per ſeptuagintaduos diſcipulos à Chriſto electos,& per ſeptuagintaduos ſeniores à Domino electos,illos videlicet duos,qui in caſtris prophetabant,computando:vt in libro Numerorum legitur.Hinc ſicut præcipuæ corporis humani iuncturæ ſunt duodecim,tres videlicet in vnoquoque brachio : in ſcapula ſcilicet, cubito & manu:& tres in vnoquoque crure,in femore videlicet genu & talo: quæ omnes ſimul cōputatæ ſunt duodecim: Sic duodecim ſunt Apoſtoli, nodi & fundamenta præcipua corporis myſtici, & duodecim Tribus. Eſt quoque iunctura capitis & colli, quæ ad Chriſtum caput, & Reginam cœli, collum(vt Hieronymus inquit)referuntur.

Luc.10. *Num.11.*

85 Quomodò incidens Deus digitos manus fecit pactum linguæ : vt Abraham inquit? Nonnè quià manus exequitur,quæ lingua loquitur? Sed quid eſt pactum linguæ? Nonnè eſt lex,quæ per linguam nūciata,& prædicata eſt:ſicut & Euangelium lingua trāditum eſt? Vnde Arca continens tabulas legis, dicta fuit Arca fœderis. Poſuit itaque Deus hoc pactum inter digitos manus:vt doceret quòd homo manibus explere debebat ea, quæ in lege continentur. Qua ratione etiam iuſſit Deus in Deuteronomio, vt ſummarium legis in brachiis alligaretur, & eſſe tanquam ſignum in manu excitans & mouens oculos ad videndum, manus autem ad operandum.

Abra. in li. de forma. *Deut.6.*

86 Quarè dicit Abraham,quòd inter digitos pedum Deus pactum circuncisionis fecit? Nonnè pactum circunciſionis fit in membro geniture, quod locatum eſt inter crura? Vnde dicitur fieri inter digitos pedum accipiendo partem pro toto:vel quià pedes perficiuntur per digitos:quibus non modò pulchriores ſunt, ſed ad ambulandum per eos aptiores fiunt. Perficiuntur quoque pedes ſuo numero denario, & tricenario nodorum, eo ſacramento,quod nuper dictum eſt:& reſpondent digitis manuum nō ſine myſterio, denotantes correſpondentiam operum & affectuū.Manus enim opera ſignificant,pedes autem affectus. Nam ſicut corpus portatur pedibus.Ità animus portatur affectibus. Et quià Deus à nobis exquirit nō tantum opera,ſed affectus:curauit nobiſcum inire duo fœdera : quorum alterum eſt legis dirigentis opus, alterum verò circunciſionis affectum dirigentis. Nam per ſanguinis effuſionem,& membri concupiſcentiæ inciſionem,quæ ſacramentum & ſignum quoddam eſt,denotatur circunciſio affectuum, qui ſunt in corde. Sicut expreſsè docemur in Deuteronomio,vbi dicitur.Circuncidite præputium cordis veſtri.

Abraham in li. de forma. *Deut.16.*

87 Si

87 Si nunquam homo loqui didiciſſet, quo idiomate loqueretur? An forſitan hebræo: vt vulgò dicitur? Sed cur magis hebræo quam alio idiomate loqueretur? An fortè, quià hebræum idioma primum omnium idiomatum fuit? Sed cum primus Hebræorum fuerit Abraham, qui ex Chaldæis venit, nónè idioma chaldaicum præceſſit? Immo nec Hebræi exeuntes ex Ægypto vtebantur illo idiomate, vel illis characteribus: ſed aliis. Quod patet ex multis ſcripturis, quas ipſi Hebræi ſaxis inſculpſerunt proficiſcentes àb Elim vſque ad montem Sinà: quarum characteres apud nos habemus. Vnde ſatis clarè coniicitur, quod Deus dando legem dedit & idioma illud ſacrum: cuius tamen characteribus vtuntur Chaldæi: quos tanquam pulchriores, & ſacramentis plenos ab Hebræis acceperunt. Aut Deus dedit legem chaldaicis characteribus ſcriptam. Sed Populus Iſraël ex Ægypto exiens Ægyptiis vtebatur. Nec exiſtimo (vt ad propoſitum redeam) quod non addiſcens aliquid idioma loqui debeat hebræo vel chaldæo ſermone. Immò credo, quod nullo modo loqueretur. Sicut patet de iis, qui ſurdi nati ſunt, qui nullo idiomate loquuntur. Nec adhuc compertum fuit, quod quiſpiam non addiſcens loqui, loquatur hebræo, vel alio idiomate.

88 Vnde proficiſcitur infirmitas vtriuſque Mundi: maioris videlicet & minoris vel humani? An prouenit infirmitas hominis ex ſuperfluitate materiæ? An ex virtutis debilitate non valente moderari materiam? An ex influxu malo: ſicut patet tempore epidimiæ & aliarum infirmitatum vniuerſaliter mortales infeſtantium? An ex malis humoribus ex terra reſultantibus, & Aërem inficientibus: quem non minus reſpirando quam cibum comedendo ſuſcipimus: ſicut plæriſque in locis comprobatur? An ex humorum intemperie (vt credo verius & immediatius) quæ ex multis cauſis prouenit? Nam temperatis humoribus eſt ſanitas in corpore, diſtemperatis autem variæ ſuboriuntur infirmitates: niſi naturalis virtus præualens eas moderetur. Cauſa verò totius diſſidij humorum eſt (vt Auguſtinus inquit) peccatum, per quod homo diſſidet à Deo. Vnde ipſi rebellanti Deo rebellant omnia, quæ ei deberent eſſe ſubiecta. Inter cætera autem ſunt humores, beſtiæ, aër, & huiuſmodi, quæ homini nocent. Si enim homo Deo fidelis fuiſſet, omnia nutui eius carerent: nec fuiſſet infirmitas. Sicut de Populo Iſraëlitico per deſertum trāſeunte ſcriptum eſt. Et non erat in Tribubus eorum infirmus. Pari modo & de Mundo maiori dicendum eſt, quod ex peccato hominis ipſe perturbatur influxibus malis & pernicioſis. *Auguſtinus ſermo. 27.* *Pſal. 104.*

89 Cum Mundus non peccet, quomodò perturbatur propter peccatum? Non quidem perturbatur propter peccatum, quod ipſe committit, ſed propter peccatum hominis, propter quem Mundus factus eſt: & omnis eius influxus ordinatus fuit, qui aufertur & datur pro bonis aut malis mortalium meritis. Sicut ex plæriſque Scripturæ ſacræ locis comprobari poteſt. Ex Deuteronomio autem potiſſimè: vbi de vtroque Mundo hæc habentur. Mittet Dominus ſuper te famem & eſuriem, & adiunget peſti- *Deut. 28.*

lentiam,donec conſumat te: percutiétque te Dominus egeſtate, febri & frigore,ardore & ęſtu,& aëre corrupto,ac rubigine,donec pereas.Sit cœlum,quod ſuper te eſt,æneum,& terra,quam calcas,ferrea.Et multa huiuſmodi ibi proſequitur Legiſlator partim proteſtando partim imprecando.Pari modo Elias propter peccatum Achab & Populi comminatur dicens.Viuit Dominus,ſi erit annis his ros & pluuia, niſi iuxtà oris mei verba.Quod & rei euentus comprobauit.

3. Reg. 17.

Gen. 5. 90 Cur Patres antè diluuium tam diu viuebant: vt in Geneſi legimus? An ex cibis, quos meliores tunc terra producebat: vt vulgus aſſerit? Sed cum terra fuerit maledicta ab Adam vſque ab Noch,ſub quo ſublata eſt maledictio(vt in Geneſi legitur)nónè meliores fuerunt terrę fructus poſt diluuium quam antè?Nam poſt diluuium Deus ſuſcœpit,immò requiſiuit frugum terræ primitias & munera,quæ anteà non ſuſcœperat:vt patet de oblatis à Chain. Nec enim alios antè diluuium fructus oblatos fuiſſe legimus.An igitur ex decreto Dei ſpatium vitæ humanæ erat ſæculum mille annorum? Quem terminum tamen nullus attigit: cum multi defectus occurrant homini:propter quos cmomuniter vitæ periodus abbreuiatur.

Ibidem. *Ibidem 4.*

91 Cur Deus abbreuiauit hominis vitam, reducés ipſam ad terminum centum viginti annorum? Nonnè videtur aſſignari ratio in textu dum dicitur. Non inuaginabitur ſpiritus meus in homine לעלם Leholam,ideſt in ſæculum? Quod ad plus (vt alibi diſſeruimus) eſt ſpatium mille annorum. Pro quo communis editio habet. In æternum. Et cauſa ſubinfertur, dum dicitur.Quià caro eſt.Sed qualis & quam ſufficiens ſit hęc ratio,non videtur.An igitur(vt nonnulli dicunt)vult inferre Deus,quod homo,quià carne circundatus,fragilis eſt? Vnde quantò diutius viueret, tantò magis peccatis premeretur.Sed nonnè è cóuerſo de bonis idem dici poſſet:quod videlicet tantò pluribus meritis ditarentur? An igitur alio myſterio Deus abbreuiauit longum iter vitæ? Cum quicquid faciat, ſine dubio in beneficium noſtrum faciat:& ſi non manifeſtum, tamen occultum. Et hoc eſt inter eius arcana recondita:de quibus homini loqui non licet.

Ibidem 6.

92 Qui ſunt dies hominis magis iucundi ac delectabiles in hac vita? Nonnè hoc expreſsè declarat Poëta,qui canit.

Virgil. in 3. Georg.

Optima quæque dies miſeris mortalibus æui.
Prima fugit: ſubeunt morbi,triſtiſque ſenectus.
Et labor: & duræ rapit inclementia mortis.

Quod dictum ſit quantum ad animalem vitam. Sed nonnè meliores dies vitæ ſunt illi, quos homo viuit in gratia Dei? Nam hi ſoli (vt alibi de mente Zohar diximus)inter dies vitæ hominis annumerantur. An ſunt illi dies fœliciores,in quibus Deus nobiſcum delitiatur? Iuxtà illud Sapiétis.Et delitiæ meæ eſſe cum filiis hominum.Quod non continuè occurrit, nec qualibet hora:ſed certis diebus Domino notis:& hora potiſſimè medię noctis:vt idem Zohar plæriſque in locis aſſerit.

Zohar. *Pro. 8.* *Zohar.*

93 Qui dies fuerunt fœliciores, antiqui nè an nouiſſimi? An fortè anni antiqui fuerunt fœliciores, quià Deo gratiores? Sicut Malachias innuit,

Mala. 3.

dicens. Et placebit Domino ſacrificium Iehudà & Ieruſalem, ſicut anni antiqui. Sed ſi priores dies fuerunt fœliciores, quomodò verificatur illud triuiale Phyſicorum dictum, quod agens perfectum ſemper agit perfectiori modo, & melius ſe habet in fine quam in principio? Cum igitur Deus ſit perfectus Opifex Mundi rector & ductor, nonnè tam in vita minoris quam maioris Mundi agere debuit perfectius in fine? Agit vtique perfectius, cum fœliciora ſint tempora nouiſſima quam priora: vt ſuprà quoque diſſeruimus. Et quamuis vulgares laudẽt antiqua, non tamen Sapientes. Vnde omnium ſapientiſſimus Salomon dixit. Ne dicas cur primi dies fuerũt meliores iſtis: quià ſtulta eſt huiuſmodi interrogatio. Dies autem primi fuerunt iucundiores, ſed nõ vtiliores. Sicut enim ver eſt iucundius autumno, quià tunc arbores floreſcunt: vtilior autem autumnus, quo fructus colliguntur: ſic fœliciores ſunt dies nouiſſimi, quibus colligimus fructus Patriarcharum, legis, Prophetarum, & doctrinæ ab Antiquis inuentæ & ſeminatæ, quam dies illi antiqui. *Eccl.7.*

94 Eſt nè homo princeps omnium creaturarum etiam rationabilium? Nõnè id patet in illa Ezechielis viſione, qua vidit Tribunal Dei, & totam ſeriem eorum, quæ ipſum Tribunal conſtituunt? In qua viſione Propheta ſe vidiſſe deſcribit principes omnium animalium coràm throno Dei ſtantes: Leonem videlicet ferarum principem, Bouem armentorum vel cicurum, Aquilam auium, & Hominem creaturarum rationabilium. Sed nonnè ſunt Angeli digniores: vt omnis Theologorum ſchola affirmare videtur? Sed ſi Angeli ſunt nobiliores: cur dicũtur adminiſtratorij ſpiritus miſſi in eorum miniſterium, qui æternã ſalutem capiunt? Et cur verbum Dei non apprehendit Angelos, ſed ſemen Abrahæ: vt Apoſtolus inquit? Sed cum Angeli dati ſint in tutelam, nonnè videntur digniores? Nonnè datur etiam pędagogus in tutelam filio Regis: non tamen illo dignior eſt? Quãuis pro tempore videatur dignior. Nam poſtquam adoleuerit puer, conſcendit ad locum ſuum. Hinc Apoſtolus ait. Quanto tẽpore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo: cum ſit Dominus omnium, ſed ſub tutoribus & actoribus eſt vſque ad præfinitum tempus à patre. *Ezech.1.* *Heb.1.* *Ibi.2.* *Gal.4.*

95 Cur homo ſudans, & confricans palmas magis demittit terram, quã fœmina? An, quià homo è terra formatus eſt, mulier autẽ è viri coſta ſumpta fuit: vt ſe iactant mulieres? An, quià homo eſt denſioris texturæ, fœmina verò mollioris? An, quià homo calidior eſt, & magis poros dilatat & aperit: adeò vt inde groſſior materia egrediatur? An, quià homo eſt radix & truncus arboris humanæ, fœmina autem tanquam ramus? Hinc ipſa dicitur è coſta viri exiiſſe: ſicut ramus è coſta arboris prodit. Nec tamen ramus radice nobilior eſt: quamuis ipſa terra magis commiſceatur. *Gen.2.*

96 Cur lapilli generantur in renibus & inteſtinis hominum? An, quià vrina emanans à poculo frigido, aut aqua vel vino, quod terream naturam ſapit, calore humano calefacta bipartitur: in partem videlicet ſubtiliorem, quæ facilè exit, & in partem groſſiorem & lapideam, quæ in veſica congelata & conſtipata lapidem efficit? An, vt denotetur cõformitas

maioris ac minoris Mundi? Nam ſicut in maiori Mundo ex humoribus generantur lapides in cauernis mótium,& ex rariori & magis aquea materia generantur metalla:ſic & in Mundo hoc minori eodem modo & ratione generantur calculi, & quoddam genus magis fluxibile & arenoſum,quod eſt ſicut granula metallorum.

97 Cur homo dolet dentibus, aliis verò oſſibus nequaquam? An, quià maior eſt in dentibus viuacitas?An,quià dentes connexi ſunt gingiuis neruoſis:ex quarum cónexione reſultat huiuſmodi dolor in dentibus?An dolor eſt in gingiuis,quamuis videatur in dentibus: ex cónexione videlicet, vt modò dictum eſt? Quod patet, eo quod ſi læſio eſt in ſuperiori parte dentis,non immediatè gingiuis coniuncta, non videtur tantus dolor. An, quià dentes ſunt ex materia neruoſa à cæteris oſſibus aliena?Vnde naſcétibus aliis oſſibus cum corpore,ſoli dentes poſteà naſcuntur, & creſcunt periodo quadam ſeptennali:vt Macrobius diffusè ſcribit.

Mrcro.de ſom.Scip.

98 Cur infantes à ploratu ceſſant ad motum cunæ, interueniétibus feſceninis cantibus?Nonnè,quià planctus ex moleſtia,quã ſentit infans,exoriẽs,illa ſuauitate mitigatur: & motu illo frangitur imaginatio illa triſtis? Nam ſicut omnis triſtitia ex diſſonantia oritur (vnde maximiam dãnatorum triſtitiam Sapientes exiſtimant eſſe illam, quam cum Deo & ſeipſis habent,diſſonantiam)ſic magna triſtitiæ fuga,& ingens lætitia ex conſonantia procedit. Et hæc erit maxima Beatorum lætitia:quià ſentient conſonantiam,quam cum Deo habent,in ſeipſis, & cum omnibus cóciuibus.

99 Cur auriculæ extenduntur extrà caput, velut ſcuta? Nonnè, vt ſint tanquam vaſa,& ſinus recipientes aërem?Nam in cauernulis variis dearticulatur & formatur vox, phantaſiæ & ſenſui communi repræſentanda. Quod fieri nequiret in paruis illis foraminibus, ſiue chartilaginibus illis aurium prominentibus. Quæ quidem chartilagines, & ſi variè formatæ ſunt:vt reſpondeant animalibus, quorum ſunt: eadem tamen eſt ratio in omnibus auribus.Cum omnes ſuas cauernulas pari modo, & proportione conuenienti habeant.

100 Vnde procedit hominis ira?Nonnè à corde? Cum definientes iram dicant, quod eſt accenſio ſanguinis circà cor: vnde exhalatur fumus vſque ad caput,& per naſum exit. Accenditur autem circà cor ſanguis: vt illud adiuuet ad obtinendum, quod appetit. Et quià aliquãdo non poteſt, impetrat fauorem à ſanguine,illuc concurrente. Quod innuit Damaſcenus,non tantum in Theologia, ſed in rebus naturalibus peritiſſimus: qui volens aſſignare cauſam & originem ipſius iræ, ait, quod ille motus procedit ab amore excellentiæ, quam animal acquirere vel cóſeruare vult. Hinc animal conſeruare ſe volens indemne dum læditur, contrà lædentem indignatur. Et quamuis non lædatur: iraſcitur tamen & accenditur: dum vult obtinere,quod non habet.

Damaſce.

101 Cur aliqui pueri ſeipſos Deo dedicant, & ſacris oblectantur? An, quià bonam animam à principio ſortiti ſunt: vt de ſeipſo Sapiens perhibet? Sed nonnè hinc multi querelæ aut excuſationis cauſam haberent, ſi

Sapien.8.

benè non operantur? Nonnè Apoſtolus ait. Nunquid dicit figmentum ei, *Roma.9.*
qui ipſum finxit,quid me feciſti ſic?An non habet poteſtatem figulus luti, ex eadē maſſa facere aliud vas in honorē,& aliud in contumelā? Nec tamen inde habet vas factum in contumeliam,dolendi cauſam: cum ipſum poſſit fieri in honorem (vt alibi dicit ipſe Apoſtolus) & aliquando nobi- *2. Tim.2.*
liori ſorte:ſicut idem Apoſtolus alibi dicit. Vbi abundauit delictum, ſu- *Rom.5.*
perabundauit & gratia.An,quià communiter pueri non impediti,nec aliquo malo à lenocinio diſtracti affectant & ſatagunt redire illuc:vnde venerūt?Hinc(vt opinor)ſummus Doctor dixit.Niſi efficiamini ſicut paruu- *Matt.18.*
li:non intrabitis in regnum cœlorum: quià videlicet illuc redire contendunt puerorum animæ,antequam inficiantur.

102 Quarè homo aliquando lætus,aliquando verò triſtis eſt,nullo nouo obiecto perſpecto? An id eſt ex humore ſanguineo vel melancholico præualente? Nam ex variis humoribus compoſitum eſt corpus humanum.Quos humores ſequitur totum compoſitum,quod eſt homo: ne dicam anima, cū Ariſtoteles nolit, quod anima triſtetur aut gaudeat: ſicut *3. de anima.*
nec texit,nec filat.An id prouenit ex influxu particulari, qui reddit hominem mœſtum vel alacrem pro ipſius influxus conditione? An id eſt ex iis, quæ de nouo memorantur læta vel triſtia? An, quià licet non percipiatur obiectum ſenſu aliquo exteriori:percipitur tamen ſenſu communi,phantaſia videlicet vel cogitatiua?Sicut ouis ſentit lupum,quamuis ipſum non videat. Vnde eſt Arabicum illud adagiū, quod amici flatu ſuo lætificant *Arabicum*
amicum,inimici verò triſtem reddunt: quamuis neſciatur quod aſtans ſit *adagium.*
amicus vel inimicus.

103 Cur aliqui loquuntur in ſomnis? An, quià ſpiritus eorum minus ſopitus,efficax autem & potens à natura,conatur ſolitum opus facere? An, quià hi fortem habent imaginationem huiuſmodi rerum? Hinc mouent linguam ad loquendum,vt conſueuerunt,nec tamen,quid dicant, aduertunt: cum ſopita ſit,aut abierit ratio:vt in Zohar dicitur.An(vt melius di- *Zohar.*
camus)quià abeunte Neſſamah, id eſt portione ſuperiore cōturbatur ratio,& à vi ſua remittitur,& deficit?

104 Vnde tanta eſt inter vinum & ſtomachum concordia?An,quià ſuapte natura ſtomachus frigidus eſt?Hinc à vino caleſit & confouetur. An, cum Phœbæum ſit vinum,vitæ & ſanitati confert: dummodò moderatè ſumatur?Nam omnia immoderata & ſuperflua nocent: illa autem maximè,quæ magis prodeſſe ſolent.Hinc eſt illa vulgata ſententia. Omnis repletio mala, panis autem peſſima. An, quià vnum Solare eſt, ſtomachus verò Lunaris:quià ſubiicitur Cancro,qui eſt Lunæ domicilium? Vnde ſicut à Sole Luna fouetur:ſic à vino ſtomachus. Quod non latebat illum, qui dixit.Vtere modico vino propter ſtomachum, & frequētes infirmitates tuas. Confert etiam vinum tanquam medicina vulneribus, maximè *1. Timo.5.*
oleo admixtum,contemperante & liniente ipſum.Hinc ſummus Doctor *Luca 10.*
Chriſtus dixit collatum fuiſſe Samaritano illi vinum & oleum.

105 Quod eſt verum decus à principio corpori & menti datum?Nonnè

eſt decorum corpus, quandò habet omnia membra benè proportionata, & mira harmonia & ſuauitate diſpoſita, adeò vt omnibus aſpicientibus iucunda reddantur? Sed decus & pulchritudo mentis duplex eſt (ſi rectè opinamur) altera dum ſummi Pulchri gerit imaginem: altera eſt in ſimilitudine, quam operibus acquirit. Magno enim myſterio Moſes, poſtquam induxit Deum dicentem. Faciamus hominem cum imagine & ſimilitudine noſtra: vbi de ipſius productione tractat, ait. Ad imaginem ſuam creauit eum: nulla mentione (vt in veritate literæ habetur) facta de ſimilitudine iam memorata. Quamuis in vulgata æditione de ſimilitudine habeatur mentio. Et hoc, quià ea, quæ à natura ſunt, nobis tradidit ipſe Opifex: id autem, quod operibus acquiritur, nobis comparandum reliquit: vt ipſi Deo aſſimilemur. In cuius rei acquirendæ fauorem tradidit nobis rationem, ſynderesim, legem, documenta quamplurima, Angelorum tutelam, gratiam & dona multiplicia. Quibus ſuffragiis quantò magis Deo aſſimilamur: tantò maius decus & maiorem pulchritudinem acquirimus.

Gen. 1.

106 Quando homo incipit eſſe in ſeipſo ſecundum Proculum? Nonnè (vt ipſe ait) incipit eſſe in ſeipſo omne, quod eſt poſt intellectualem hebdomadam ſupramundani Dei, à partibus vniuerſi exempti? Quod cum proculdubio tractum ſit à ſecretiori Theologia, per principia ipſius id declarare oportet. Traditur enim ibidem (vt Zohar ampliſſimè tractat) quod omnia creata, antequam in proprias formas explicarētur, producta atque poſita fuere in verbo: quod ipſi חכמה chocmach, id eſt ſapientiam vocant. Hinc Iohannes ait. Quod factum eſt: in ipſo vita erat. Nam in ipſo verbo omnia erant, tanquam in prima domo: poſteà fuerunt in Spiritu ſancto (quem Elohim in fabrica Scriptura nuncupat) tanquam in ſecunda domo. Et hic ſeptiformis eſt. Quem ſeptenarium ipſi Theologi antiqui ſeptem fabricæ menſuras appellant. Secundùm quas omnia hæc diuerſimoda fiunt: ſicuti per ſeptem Planetas illis correſpondentes tam varia corpora diſponūtur. Vnde quouſque res ſunt in domibus illis, aut mēſuris, non habent eſſe proprium: ſed poſtquam exeunt ab illo ſeptenario, quem hebdomadam intellectualem ipſe Proculus appellat.

Proculus in Timæum. *Zohar.* *Iohannis. 1.* *Gen. 1.*

107 Quomodò ſecundum eundem diuiduntur opera naturæ, & potiſſimè homines? Nonnè diuiduntur (vt ipſe inquit) naturæ Deorum vel hominum operationes in immanentes & tranſeuntes? Quod declarans, ait. Per immanentes operationes ſeipſum vnunquodque continet, & quæ in ipſo ſunt, iura & rationes: per tranſeuntes autem exterius operatur. Hæ autem ſunt officia & obſequia charitatis, prudentia hominis diſtributa: qua primò reſpicit ſeipſum, poſtea alios. Nec charitas erga ſeipſum lege præcipitur: cum à natura indita ſit, & ab omnibus pro lege acceptata: & habeatur tanquam menſura dilectionis aliorum, dicente lege. Diliges proximum vel amicum tuum ſicut teipſum. Et hoc quantum ad operationes circà creaturas exhibitas. Nam dilectio & cultus Dei præſupponitur à Proculo: ſicut amor ſuiipſius, tanquam naturale quoddam: vt diffusè tractat, vbi de orationibus agit.

Proculus in Timæum. *Leuit. 19.* *Matt. 22.* *Proculus de orationibus & precibus.* *2. de anima.*

108 Quomodò vnuſquiſque viuit? Nonnè vnuſquiſque habet animam: quæ(vt Ariſtoteles ait)eſt principium intelligendi,ſentiẽdi, & ſecundum locum mouendi? Cui Ariſtoxenus ex officina Platonis depromens adſti- *Ariſtoxe.* pulatur,dum ait.Anima eſt numerus ſeipſum mouens. Cum igitur anima habeat à ſe principium motus: videtur quoque habere principium eſſendi & vitæ:vt videlicet non indigeat alterius ſuffragio, vt viuat. Sed nõnnè è conuerſo laudauit Paulus Arati ſententiam dicentis.Deus eſt,in quo *Acto.17.* viuimus,mouemur & ſumus? An igitur malè ſenſit Ariſtoteles? An intendit excludere omnem ſecundã cauſam,non autem primam: in cuius virtute omnis ſecunda agit: vt Proculus docet? An fortè Ariſtoteles non vi- *Proc. in lib.* dit, aut admittere noluit illud vnum in Parmenide celebratum, in quo, *de cauſis.* tanquam in radice,omnia ſunt vnum:& à quo omnia,ſicut rami à radice, *Pla.in Parmenide.* hauriunt vnde viuant & conſeruentur?

109 Seruorum conditio qualis à Sapientibus exiſtimatur?Nonnè habemus Athenienſem, qui apud Platonem citat eximium Poëtarum dicen- *Idem in 6.* tem.Dimidiũ mentis Iupiter abſtulit ab iis,qui ſeruuli ſorti ſubiecti ſunt? *de legibus.* Sed cur hoc? An,quià pro maiori parte aliis addicti ſunt: minori quã media ſibi derelicta? An,quià (vt ipſe Athenienſis ait) veluti iumenta continuis calcaribus perurgentur? An,quià non poſſunt ſpiritum & meliorem ſortem hominis ſentire ij, qui ſunt ſeruitute depreſſi: dicente Apoſtolo. *2.Cor.3.* Vbi ſpiritus,ibi libertas?Hinc antiqui Theologi docent,quo Spiritus ſan- *Ant.Theo.* ctus nunquam in illo quieſcit, qui ſeruitute deprimitur: vt etiam alibi diſſeruimus.

110 .Cur nulla ſecta,nulliúſque cultus homines campanas pulſant,præter ſolos Chriſtianos? An,quià acutioris ingenij ſunt? Vnde & ipſi tormẽta bellica, quæ vulgus bombardas appellat, inuenerunt, librorum impreſſiones,& multa huiuſmodi? An,quià alij non habent tam atroces hoſtes campanis terrendos, quam habent Chriſtiani? De quorum hoſtium Principe dixit Chriſtus Petro:quem relinquebat vicarium ſuper eos. Ec- *Luca 22.* cè Satan expetiuit,vt cribraret vos:ſicut triticum.De quo etiam ipſe Pe- *1.Petr.5.* trus ait.Aduerſarius veſter Diabolus,tanquam Leo rugiens,circuit,quærens quem deuoret. Quòd autem campanis huiuſmodi hoſtes terreantur,patet: cum ad earum ſonum fugentur aut ceſſent ſpiritus procellarum: vt ſæpiſſimè comprobatum fuit. Nec opinor ipſas fuiſſe hominum ingenio adinuentas(vt aliqui calumniantur)ſed puto tractas fuiſſe à lege: quæ iubebat, vt ſummus Sacerdos Tabernaculum intraret cum ſeptua- *Exo.28.* ginta duobus tintinnabulis: vel ad terrendos hoſtes, vel ad excitandas amicas intelligentias etiã diuerſorum Populorum:vt ſuo loco dictum eſt.

SECTIO QVARTA DE MORIBVS ET FORTVITIS HOMINVM EVENTIBVS.

Sapien.1.

111 CVR tam pauci ſapientia ſunt dotati? An, quià pauciſſimi ſunt mundi & à malis liberati? Sapientia enim (teſte Sapiẽte) non intrat in maleuolam animam: nec in corpore ſubdito peccatis habitat. An, quià ordo & ſeries rerum exquirit, vt vniuſcuiuſque cõditio tam generica quam ſpecifica per gradus extendatur? Vnde ſicut in eſſendo vna eſt ſuprema creaturarum ſpecies, à qua aliæ ſucceſſiuè deſcendunt: ſic in qualibet arte, Pictoria videlicet Scriptoria, Oratoria, & huiuſmodi, eſt latitudo quædam graduum ſecundum magis & minus perfectum. An, quià æquum non eſt, vt omnibus indifferenter arcana cõmunicẽtur: ſed præcipuis, immò ſingularibus amicis: Iuxtà illud Chriſti. Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos: quià, quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis. Et alibi. Vobis datũ eſt noſſe myſteria regni Dei: cæteris autem in parabolis. Sapientia autem vera, eſt arcanorum Dei cognitio: quæ (vt inquit Apoſtolus) homini loqui non licet.

Io.19. *Lucæ 8.* *2. Cor.12.*

112 Cur Sapientes quantò magis ſciunt, tantò minus ſe ſcire exiſtimant? Nonnè, quià (vt ſuprà diſſeruimus) quantò plura ſciunt, tantò plura cognoſcunt ſcienda: quæ reſpectu eorum, quæ ſciunt, ſunt valdè plurima? Iuxtà Peripateticum illud. Ea, quæ ſcimus, ſunt minima pars eorum, quæ ignoramus. Hinc Socrates, oraculi teſtimonio, omnium coæuorum ſapiẽtiſſimus, poſt multa celebratiſſima dogmata, quę Platoni & aliis tradidit, dixit. Hoc vnum ſcio, quod nihil ſcio. Vnde Cicero filium hortabatur, vt diſceret, quouſque videretur ſibi nihil ſcire. Pauca autem ſcientes, cum ignorent multa ſcienda, exiſtimant ſe cuncta ſcire: & inde facilè loquuntur. Iuxtà Peripateticum illud. Ad pauca reſpicientes facilè enunciant.

Themiſ.21. de anima. *Socratis dictum.* *Cice. in 1. officiorum.*

113 Cur vulgus oblectatur magis mendacio quàm veritate? An, quià eſt magis domeſticum Diabolo: qui mendax & pater mendacij à Saluatore dicitur? An, quià (vt Anſelmus ait) veritas eſt rectitudo, ſola mente perceptibilis? Hinc non poteſt à vulgo, quod mente caret, percipi. Propterea, ſenſibus innixi non percipiunt niſi ea, quæ ſenſibilibus inuoluuntur, & ſenſibus obiiciuntur. Vnde ab huiuſmodi non eſt expectanda ſyncera veritas: vt Pyrrho Helidenſis multis rationibus probat. Rex enim ex quibus mendacium componitur, ſenſu percipiuntur: ſed non vera earum cõnexio, & non, quæ ab eis habetur, ſermonis veritas: quæ (vt diximus) eſt ſola mente perceptibilis.

Io.8. *Anſel. de veritate.* *Pyrrho Helidenſis.*

114 In quo conſiſtit vera philoſophia? An in vera rerum intelligentia? Sed quomodò quis habebit veram rerum cognitionem: niſi cauſas earum cognoſcat, deueniendo vſque ad primas rerum cauſas: vt Ariſtoteles docet? Vnde, cum prima omnium rerum cauſa efficiens & finalis ſit Deus, concluſio ſumma eſt, quod nemo poterit rectè philoſophari, niſi cognito

Phyſi.1.

Deo: à quo omnia, in quo omnia, & per quem omnia. Quamuis Ariſtoteles ſcindendo cognitionem, ad aliam doctrinam reſeruet illam, quæ de Deo haberi poteſt. *Roma. 11.* *Phyſi. 2.*

115 Quomodò verificatur illud Platonicum, quod omne Sapiētum ſtudium eſt meditatio mortis? An, quià ſemper meditari debemus nos morituros, & inde rationem de operibus noſtris reddituros? Sed nonnè aliò tēdit Platonis ſententia: vt ipſemet in Phædone id apertè declarat, dicens, quo nemo poteſt rectè philoſophari, niſi aliquatenus, vel penitus ſit à corpore ſeparatus? Quamobrem ridiculum fore exiſtimat, ſi vir, qui in vita ſic ſe comparauit, vt quam proximè ad mortem accederet, eadem deinde adueniente perturbetur. Rectè igitur philoſophātes mortem contemnunt, & ab ea minimè perterrentur. Et ſi corporea quiſpiam timet, non Philoſophus, ſed philoſomatus eſt. Et ſi pecuniarū vel honorum cupidus de amiſſione eorum dolet, Philochrematus autem Philotimus eſt. Quod Plotinus clarius explicās ait, quod ſi quis rectè philoſophari vult, oportet, quod ſpecies ſenſibiles, & cōſequenter ſenſibilium rerum affectum in veſtibulo relinquat, & ad puros rerum ſplendores ingrediatur. *Plato in Phadone.* *Plo. de Pulchro.*

116 Vera virtus conſiſtit nè in natura, an in violentia? Nonnè in violentia? Iuxtà illud Chriſti. Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Sed nonnè Deus fecit hominem rectum: vt Sapiens ait? Nec enim poſſet eſſe rectus, niſi affectus ipſius eſſent recti. Quod clarius referās Auguſtinus ait. Falsò conqueritur humanum genus de natura ſua: cum Deus fecerit ipſam rectam & bonam. Si autem obliqua videtur, id nō eſt à natura, ſed ab ipſo homine: qui (vt Sapiens ſubinfert) variis ſe quæſtionibus, aut implicationibus immiſcuit: obiecto ſenſibili, aut mali dæmonis ſuggeſtione aut iraſcibili vi deductus. Huiuſmodi igitur appetitibus animalibus inferenda eſt vis, vt ſubiugentur: ſicut Apoſtolus exemplo ſuiipſius monet, dicens. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo. Et iterum. Mortificate (inquit) membra veſtra. Hunc enim ordinē dedit nobis Deus à principio: vt ſit nobis quaſi naturalis: quando primo fratricidæ dixit. Subter te erit appetitus tuus: & tu dominaberis illius. Inferenda eſt ergò vis homini animali repugnanti, non rationi naturali: quam ſi ſequimur, à virtute non declinamus: quæ in ipſa ratione recta & dirigente fundatur. *Matt. 11.* *Eccl. 7.* *Auguſtinus.* *Eccle. 7.* *1. Cor. 9.* *Col. 3.* *Gen. 4.*

117 In quo potiſſimum conſiſtit virtus, in vi rationali nè an intellectiua? Nonnè (vt recentiores Theologi dicunt peripateticam & ſenſibilem doctrinam proſequentes) intellectus & ratio idem ſunt? Si verò Academicos, necnon & ſecretiores Theologos ſequi voluerimus: nonnè rationalis virtus eſt media inter intellectum & vim animalem: ad vtrūque illorum vertibilis? Quod veri Peripatetici non reſpuunt: ſi benè intelligatur, quid ipſi velint innuere per intellectum agentem & paſſibilem. Agētem enim vnicum in omnibus eſſe volunt: qui ab Academicis propriè vocatur intellectus. Paſſibilem verò multiplicatum in indiuiduis aſſerunt: quamuis id neget impius Arabs. Quem intellectum Platonici rationalem vim nominant: quem concomitatur voluntas & libertas, ſecundum quam homo *Auerrois.*

meretur & peccat. Quod negans Arabs deſtruit totam moralem Philoſophiam, & Theologiam: vt Doctor ſubtilis optimè ſentit. *Scotus.*

118 Virtus intellectiua peccat nè aliquando vel perturbatur? Nonnè (ſi Plotino credimus) intellectus nec peccat, nec malo vnquam conſentit: immò ſemper remurmurat, & peccato reſiſtit? Quam vim aliqui vocant ſynderesim. Et hæc eſt (vt opinor) illa ratio, quæ (vt Ariſtoteles ait) ſemper ad optima deprecatur. Hinc (vt Plotinus ait) dãnari nequit, cum non peccet. De qua portione reor dixiſſe Sapiẽtem. Et ſpiritus reuertitur ad Deũ, qui dedit illum. Dãnatur enim rationalis anima media cum animali, cui adhæſit: illã verò diuina virtus vel lux reuertitur in fontem: ſicut radius Solaris, quando feneſtra clauditur: vt Plotini Commentator exemplificat. Hæc enim lux eſt illa, de qua Iohannes ait. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem. Et hæc nunquam perturbatur, nec inficitur: ſicut nec radius Solaris à luto vel ſtercore, quod tangit. *Plo. de hom. Ethico. 1. Plo. de hom. Eccle. 12. Iohannis. 1.*

119 Quarè viri clari ſæpiſſimè variis & acerbis caſibus moleſtantur? An, vt, veluti arbor vento agitata, melius firmẽtur? An (vt Ambroſius inquit) vt fiat agonis compenſatio? Nam fortiores & acriores hoſtes contrà fortiores athletas ordinantur? Hinc Princeps noſter Chriſtus cum hoſtium principe cõgreſſus eſt. An, quià ordinati ad maiorem coronam, maiorem pugnam ſuſtinere debent, vt Deus faciat cum tentatione prouentum: vt Apoſtolus ait? *Ambro. in ſermo. Matt. 4. 1. Cor. 10.*

120 Quid maius eſt eorum, quæ nobis aduerſantur? An eſt Diabolus, qui noſter aduerſarius à Petro dicitur? An peccata, quæ nos ad mortem deducunt? Iuxtà illud. Peccatum, cum cõſummatum fuerit, generat mortem. An concupiſcentia: à qua peccatum venit, & quæ ſemper contrà ſpiritum pugnat, ei (vt Apoſtolus inquit) ſemper aduerſans? An eſt ipſa volũtas noſtra? Nam niſi hæc conſentiret Diabolo, peccato & concupiſcentię: non modò non peccaremus, ſed mereremur. Hinc Auguſtinus ſolam voluntatem criminatur & damnat, dum ait. Nihil ardet in Inferno, niſi mala voluntas: quià videlicet concupiſcentiæ ceſſit, quæ refrenare debebat: ceſſitque Diabolo, cui ſi reſtitiſſet, coronam meruiſſet. Cui adſtipulans Hieronymus inquit. Debilis eſt hoſtis: qui non vincit niſi volentem. *1. Petr. 5. Iaco. 1. Gal. 5. Auguſtinus. Hierony. ad Euſtochium.*

121 Vnde habent aliqua nobis aduerſantia, vt in malum noſtrum ſemper machinentur? An id habent à Deo: qui per os Iſaiæ ait. Ego ſum creans malum? Vnde per Hamos dicitur. Non eſt malum in Ciuitate, quod non faciat Dominus. Sed nonnè de hoc Pſalmographus conqueritur, dicens. Declinauerunt in te mala: cogitauerunt conſilia, quæ non potuerunt ſtabilire? Hanc itaque litem dirimit Ieremias, dicens. Ex ore Altiſſimi non egredietur, neque bonum, neque malum. Altiſſimus enim præbuit nobis vires operandi, & arbitrium liberum, nos relinquens in manu conſilij noſtri: vt Sapiens ait. Vnde nihil boni vel mali facit: niſi quatenus nos hoc vel illud ſponte eligimus. Verùm tribuit legem obſeruandam. Vnde ſicut ipſa lex bona (teſte Apoſtolo) eſt occaſio peccati: Ità & ipſe Deus ſummè bonus dans ipſam. Quam quidem legem non dedit vt peccemus: ſed vt *Iſa. 45. Hamos. 3. Pſalm. 20. Thren. 3. Eccl. 15. Rom. 5.*

per ipſius obſeruationem mereamur. Si verò illam tranſgredimur: culpa eſt in nobis. Sed de aduerſariis tentantibus quid dicemus? Nonnè & ipſi facti ſunt mali rebellando? Sic & rebellat cōcupiſcentia, quià dimiſimus aut laxauimus fræ num rationis.

122 Cur vnuſquiſque bonam formam appetit? An, quià naturale eſt, vt honoré appetamus: qui (vt Ariſtoteles ait) eſt virtutis & bonæ famæ præmium? Vnde fama & honor eſt adeò animæ proprium: vt decedens vehementer optet relinquere bonum nomen. Quod eſt potiſſimum immortalitatis ipſius animæ ſignum: vt Plato inquit. Nam licet anima ſeparetur à corpore: ſatagit tamen habere, quod ipſius proprium eſt, bonam videlicet famam. Vnde ſi non eſſet hic honor animæ connaturalis, non daret eum Deus in præmium laboris, tāquam finem, propter quem laboramus. Nam canit Propheta. Gloria & diuitiæ in domo eius. Et iterum. Gloria & honore coronaſti eum. An appetimus honorem, tanquam medium, ſine quo vacare Deo nequimus? Si benè cōcludit Hieronymus, cum Ruſtico monacho diſcurrendo. Ait enim. Vbi non eſt honor, ibi contemptus: vbi contemptus, ibi frequens iniuria: vbi iniuria, ibi anima priuata quiete eliditur à propoſito: & vbi non eſt quies & pax, ibi Deus non inhabitat.

Ethic. 4.
Plato.
Pſal. 111. & 8.
Hieron. ad Ruſticum.

123 Cur naturaliter cor noſtrum ex iniuriis nobis illatis indignatur? Nónnè (vt nuper diximus) quià ſicut appetitus honoris eſt nobis connaturalis: ſic & odium vituperij? Sed nonnè de Apoſtolis ſcriptum eſt. Ibant gaudentes à conſpectu concilij: quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati? Pari modo & de Frāciſco dicitur, quod malebat audire de ſe vituperia quam laudes. Nonnè id erat, non quod cōtumeliis delectarentur, ſed quià expectabant maiorem gloriam & honorem ex iis contumeliis, quas ferebant? Quod promiſerat ſummus Iudex, dicēs. Beati eritis cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos, mentientes propter me: gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Finis enim debitus omnis contumeliæ eſt exaltatio, per regulam illam ſæpius à Chriſto repetitam. Omnis enim, qui ſe humiliat, exaltabitur.

Acto. 5.
Franciſcus.
Matt. 5.
Ibid. 23.
Luca 14.

124 Cur homines commouentur ob magna negocia ſibi commiſſa, aut magnos honores ſibi creditos? An, quià ſentit homo ſe transferri à gradu in gradum? Quod fieri nequit abſque animi motione: ſicut nec Aſcenſus corporeus fit ſine motione corporis. An, quià homo cogitat noua & magna ſibi pertractanda? An, quià vires fortiores exquiruntur in maioribus negociis pertractandis? Quod animus præſentiens, laborat in ipſis colligendis. Vnde motio magna ſubſequitur.

125 Cur inter fratres maius & inexpiabilius eſt odium, quàm inter extraneos? Nonnè id eſt (vt longo ſermone Plutarchus diſſerit) quià ſolidior eſt inter eos amicitia & conglutinatio? Nam ſicut ab altiori loco cadens, maiori ruina cadit: ſic diſcedens ab intima amicitia, grauiori odio feritur. Et ſicut membra vnita, ſi diuidantur, impoſſibili vnione diuiduntur: Sic fratres (vt idem Plutarchus ait) ex vna & eadem radice prodeū̄tes. Vnde

Plutar. de amore paterno.

Polit.7. & Ariſtoteles fratrum contentiones & iras acerbiſſimas diiudicat. Quod cõfirmatur exemplo primorum fratrum, Habel & Chain, atque Iahacob & Heſaü, Romuli & Remi, & Antonij, Seueri Imperatoris filij & Getæ. *Euripides.* Quorum omnium odia fuerunt inexpiabilia: ſicuti & veri debebant eſſe amores. Nam (vt Euripides ait) fratrum & coniunctorum ſunt veræ amicitiæ: ſeruorum verò, ſunt verarum amicitiarum vmbræ.

126 Cur homo valdè indignatur, ſi quis in faciem eius ſpuat? An, quià ſputo illo fœdatur? An, quià ſpuens ipſum vilipẽdit, dum primum cibi excrementum in illum proiicit? Quo excremento nihil vilius. An, quià ſicut in oſculo datur ſignum amoris & reuerentiæ (cum per ipſum flatus & ſpiritus, & conſequenter anima quodammodò oſculato cõmunicetur & tradatur) ſic eius oppoſitum facit ille, qui ſpuit: cum non flatum, aut quod ſibi gratum eſt, communicet, ſed fecem abiiciendam? Quod & de quacunque alia fece, ſecundæ videlicet, aut tertiæ digeſtionis ſequeretur.

127 Cur in amoris ſignum dari ſolet oſculum? An, quià ſicut os in natura venereum penitus eſt, & amoris portio: ſic & in operatione oſculum? An, quià per eos & oſculum, oſculantes ſe inuicem, flatum, ſpiritum & vitam mutuò communicant: vt nuper dictum eſt? Nulla enim maior communicatio fieri poteſt, quam ea, quæ fit per oſculum, & ſeminis communicationem. Hinc vtroque gaudet Venus. Quæ quidem Venus cum bifa- *Pla. in Sym.* ria ſit (vt Platonici docent) bona videlicet & mala, bifarius eſſe poteſt *Ephe.5.* vterque actus: bonus videlicet & malus. Hinc Paulus vocat matrimo- *1.Cor.16.* *2.Cor.13.* nium ſanctum, & oſculum ſanctũ. Et quod huiuſmodi poſſit homo abuti, clarè patet. Ideò ad alia tranſeamus.

128 Cur amici in gaudiis & preſſuris iungunt inuicem dexteras? Nonnè, quià ſic inoleuit conſuetudo? Sed vnde hæc conſuetudo inducta eſt? Nonnè manus opera ſignificant: quæ in tactu denotant euentus, & opera ſubſecuta eſſe communia? Vnde quodammodò, tangentes ſibi manus, per eas loquuntur, dicentes. Quod tibi cõtigit, damnum, dolor, gaudium ſeu pro- *Rom.12.* *2.Cor.11.* uentus: meum proprium exiſtimo. Iuxtà regulam illam ab Apoſtolo Romanis datam. Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus. Quam quidem regulam ipſe obſeruãs, ait. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror?

129 Cur rubore perfundimur ex nuditate: brutà verò nequaquã? An id prouenit ex mẽbrorum rebellione, ex peccato Protoplaſti facta? Quam *Ezech.16.* rebellionem ſequitur confuſio. Iuxtà illud Ezechielis Ieruſalẽ alloquentis. Quando eras nuda & cõfuſione plena. Semper enim homo erubeſcit, quando oſtenditur, aut commemoratur aliquid, per quod iacturam & cõfuſionem conſecutus eſt. An erubeſcere ſolet homo ex nuditate, ne det aliis concupiſcendi occaſionem? An id eſt ex decreto nobis à Deo dato? *1.Cor.12.* Quod promulgans Apoſtolus, inquit. Ignobiliora membra Deus vult vt abundantiori honore circundemus: & quæ inhoneſta ſunt noſtra, abundãtiorem honeſtatem habeant. An propter aliud ſacramentum, quod ſecretiores Theologi habent inter reconditiſſima: adeò vt de ipſo fari non liceat?

ceat?

ceat? Quod tamen aliquantulum innuit Paulus, dum de matrimonio cum Epheſiis ageret, dicens. Hoc ſacramentum magnum eſt. *Ephe.5.*

130 Quis magis erubeſcere debet ex nuditate, mas nè, an fœmina? An forſitan minus erubeſcere debet fœmina? Cum ſit debilius vas, & minoris conſtantiæ. Sed, cum mulier, lege iubente, magis puniatur ex adulterio quam vir, nonnè maius peccatum eſt mulieris quam viri: & conſequẽter magis erubeſcere debet ex nuditate? Et hoc, quià ipſa fuit principium erubeſcentiæ, quam ex nuditate habemus: vt in Geneſi habetur. Magis autem peccat mulier habens rem cum extraneo: quià eſt fundus viri, in quo extraneus ſeminare non debet: ne contingat error in filiis, vt ſuprà diſſeruimus. Quod in viro præuaricante non contingit. Hinc punitur pariter adulter, qui in alieno fundo ſeminat. Nam (vt in Leuitico dicitur) mori debet mœchus & adultera. Si verò maritus, vel ſolutus cũ ſoluta peccet, nulla lege condemnatur, vt etiam alibi diſſeruimus. *Leuit.20.* *Gen.3.* *Leuit.20.*

131 Cur ſomnia infirmorũm plærũque ſunt vera: ſicut ait Plato? An, quià tali donãtur priuilegio? An, quià portio illa ſuperior, cuius eſt vaticinium, quantò magis à corporeis vinculis ſoluitur, tantò fortius vnĩtur ſuo fonti, & datori Deo: in quo videre poteſt ea, quæ carneis vinculis ligata perſpicere nequibat? An (vt in Zohar dicitur) quià anima incipit à carne & ſenſibus ſeparari, ſuíque iuris eſſe, ſolutis vel in parte corporeis impedimentis? Nec enim anima ſenſibus & organis ad operandum indiget: niſi quatenus ligata aliter percipere nequit. *Plato.* *Zohar.*

132 Cur ſtulti & Necromantes vaticinantur? An, quià Necromãtes præualẽt naturalibus ac diuinis doctrinis, quas nefariè ſuis cõmiſcent? Quod fecit Bilaham: qui iccircò auſus fuit cõgredi cum Moſe, & colloquia habebat cum Elohim: vt in Numerorum libro legimus. An, quià cõmercia habẽt cum dæmonibus, à quibus poſſunt ſcire multa, & omnia, quæ promulgata ſunt extrà terminum amicorum Dei: quẽ Hebræi פרגוד pergot vocant? Nam ibi exiſtentibus, arcana Dei, quæ homini loqui nõ licet, demonſtrantur. Extrà autem publicantur tãtummodò ea, quæ breui & ineuitabiliter executioni ſunt demandanda. Et hæc immundi ſpiritus ſcire poſſunt: vt ſecretiores Theologi dicunt. Sed cur ſtulti nonnunquam vaticinãtur? An, quià eorum portio ſuperior minus ligata cum ratione diſcurrente, facilius à ſupernis haurit: vt aliqui opinantur? An, quià non defatigati in diſcurrendo præſentiunt, quæ ſunt in cauſis, nondum explicata in effectus? Quod in beſtiis & auibus comprobatur: quę non impeditæ à diſcurſu præſentiunt imbres & ventos, & motiones Aëris citò venturas. *Numer.23. & 24.* *Sec. Theo.*

133 Cur electio per ſortem facta nunc condemnari videtur: quæ ab Antiquis, & ab Apoſtolis maximè fuit obſeruata? Nõnè, quià ſuperſtitio quędam eſſe iudicatur? Sed quomodò eſt ſuperſtitio id, quod Apoſtoli Spiritu ſancto pleni obſeruarunt, eligendo Mathiam? Quod etiã Deus obſeruari iuſſit in electione Saulis, & multis aliis in locis. An igitur nũc eſt ſuperſtitio huiuſmodi electio, quæ antiquitus diuina erat? Tunc enim homines erant tales, vt diuinos influxus ſuſciperent diſpoſiti. Nunc autem, poſtquã *Acto.1.* *1. Reg.10.*

mortales malo dæmoni ceſſerunt, reſiſtentes Spiritui ſancto, ablatæ ſunt ſortes, ne à malo dæmone, cui ceſſerunt, abducantur in electionem alicuius: quem Dominus non elegerit. Habet enim dæmon malus poteſtatem immiſcendi ſe cum prauis, & eorum opera perturbandi. Quod cum ſanctis facere nequit: quià ei viriliter reſtiterunt ac reſiſtunt.

134 Cur Chriſticolæ ſuper mortuorum oſſibus ſacrificant? An, vt expectent inde ſuffragium à ſanctis, quorum reliquiæ ibi ſunt? Sed quæ merita ſanctorum nobis ſuffragari poſſunt? Cum omnes vltrà condignum remunerati ſint: vt efficaciſſimè probat Doctor illuminatus in tractatu particulari, quem de indulgentiis & meritis ſanctorum ædidit, multis authoritatibus: illa potiſſimè Chriſti à Luca recitata, qua dicitur. Mēſuram bonam confertam & coagitatam vel coagulatam & ſupereffluentem dabunt, ſcilicet miniſtri Dei, in ſinum veſtrum. Et quod ſuffragium expectare poſſumus à cadaueribus adeò immundis: vt etiam ea tangentes immundi fiant: vt in libro Numerorum, aliiſque plæriſque in locis habetur? Sed nonnè illa, quæ ponuntur ſuper altari ſunt oſſa ſanctorum: vt inquiūt? Et quis hoc ſcire poteſt? cum nihil incertius, quam oſſa mortuorum? Nam multoties ſunt oſſa patibulo affixorum, quæ ſanctorum iudicantur. Iuxtà illud Auguſtini. Multa corpora venerantur in terris, quorum animæ cruciantur in Inferno. Vnde diligentiſſima cura in huiuſmodi negocio eſt adhibenda.

Franciſcus Mayro.
Luca 6.
Numer. 19. & alibi.
Auguſtinus.

135 Cur Antiquis concedebantur tot vxores: nobis autem vna tantummodò? An, vt humanum genus à principio diminutum citius augeretur? Sed cum Deus à principio creauerit maſculum & fœminam, & vnumquemque cum ſuo pari (vt antiqui Theologi dicunt) cur non accipiebat vnuſquiſque ſuam? An fortè, quià pauperes vix ſeipſos ſuſtentare valentes, relinquebant mulieres, ab his, qui opulentiores erant, accipiendas? Hi autem non peccabant, cum nulla lege prohibitum eſſet accipere plures vxores. Et ideò Abraham, Iahacob, Dauid, & huiuſmodi amici Dei, multas vxores acceperunt à peccato immunes. Quamuis vna eſſet eorum vera & legitima vxor. Iuxtà illud. Vnica eſt columba mea, vnica eſt electa mea. Nobis autem, qui ſumus Regales Sacerdotes, interdicuntur plures vxores: ſicuti Sacerdotibus legalibus non permittebatur niſi vna vxor: & illa intacta & virgo: vt in Leuitico habetur. Qua ratione Izahac, qui totus Sacerdotalis erat, vnicam tantum habuit vxorem: vt Sapientes dicunt, & nos alibi diſſeruimus.

Gen. 1.
Cant. 6.
Leuit. 21.

136 Quos Deus fœdere matrimoniali cōiunxit, poſſunt nè ſine peccato diſſolui? Nonnè Chriſtus ait. Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet? Hinc Paulus, in cuius pectore & ore Chriſtus reſonat, inquit. Alligatus es vxori, noli quærere ſolutionem. Sed cur Chriſtus permiſit diſſolutionem fieri, fornicationis cauſa (vt Matthæus refert) interueniente? Nonnè, quià in huiuſmodi claudicat matrimoniū? Sed ſi ſic, cur non poteſt diſſolui matrimonium vrgentiori & nobiliori cauſa interueniente: vt videlicet quis expeditius & diligentius Deo ſeruiat? Nonnè id alibi ipſe Chriſtus innuit,

Mat. 19.
1. Cor. 7.
Matt. 19.

dicens. Amen dico vobis, nemo eſt, qui relinquit domum aut parentes, *Luca 18.*
aut fratres, aut vxorem, aut filios propter regnum Dei, & non recipiat
multò plura in hoc tempore, & in ſæculo venturo vitam æternam? Qua
etiam cauſa Moſes vxorem propriam reliquit. Vnde ſubortum eſt murmur Mariæ & Aharon: vt ſuo loco dictum eſt. Non igitur temerè nec facilè relinquenda eſt vxor: nec authoritate humana matrimonium diſſolui debet, ſed eius authoritate tantummodò, qui eos coniunxit: ſuggerente videlicet & ſuadente Spiritu ſancto. *Nume. 12.*

137 Cur Franciſcus voluit ſuos penitus eſſe alienos, non tantùm ab vxoribus, ſed ab omni re temporali? An, vt perfectè Chriſtum imitarentur, dicentem. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: Filius autem hominis non habet, vbi caput ſuum reclinet? An, quià mente ſæpius agitabat illud eiuſdem Saluatoris. Quærite primò regnum Dei: & hæc omnia adiicientur vobis? An, quià cognoſcebat magnifaciendum eſſe illud Chriſti monumentum. Non poteſtis Deo ſeruire & Mammonæ, id eſt diuitiis & rebus terrenis? Vt igitur Franciſcus expeditiſſimus eſſet ab hoc humani generis hoſte, voluit ſe & ſuos eſſe omninò ab iis, quæ Mãmonæ ſunt, abſolutos: nec vllam cum ipſo Mammona partem habere. *Luca 9.* *Matt. 6.* *Ibidem.*

138 Cur Benedictus ordinauit, vt ſui Monachi opulentos redditus haberent? An, quià forſitan diffidebat prouidentiæ Dei? Sed minimè credendum eſt, quòd tantus vir, Chriſti præcipuus imitator, illud non legiſſet. Reſpicite volatilia cœli, quæ non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & pater veſter cœleſtis paſcit illa. Nonnè vos pluris eſtis illis? An igitur, quià volebat Monachos ſuos vacare contemplationi, & ſpeculationi? Ideò voluit eis neceſſaria prouidere, memor Peripatetici dogmatis. Melius eſt philoſophari quam ditari: ſed non indigentibus. Vnde Antiqui philoſophi neceſſariis vitæ primò acquiſitis, philoſophari cœperunt. An, quià ſicut aſſeclas ſuos Monachos id eſt ſolitarios vocauit; ſic eos ab omni frequentia ſemotos eſſe voluit? Quod mendicantes facere nequeunt. Quod tolerandum eſſet rationibus adductis. Sed quod in immenſum congregent auaritia quadam inexplebili, nec Deo, nec patri eorum, id placere puto. *Ibidem.* *Topic. 3.*

139 Qui horum magis appropinquare videntur perfectioni? Nonnè vacantes cõtẽplationi, dicente Chriſto. Porrò vnum eſt neceſſarium. Maria optimam partem elegit? Sed cur Chriſtus hanc optimam partem proſequi noluit? Nonnè, quià ille, cui competebat omnis plenitudo, non contentus parte, totum prælegit: vitam videlicet Euangelicam, quæ totum quoddam eſt, integratum ex abundantiori vitæ actiuæ fructu, & vitæ cõtemplatiuæ iucunditate? Comparando enim partem parti, contemplatiua vita melior eſt: comparando verò quamlibet partem toti, illud Mathematicum principium habet locum. Omne totum maius eſt ſua parte. *Luca 10.*

140 Cur Antiqui in Dominorũ morte ſacco veſtiebantur? An, vt oſtenderent viliſſimo illo ſacco, quam vilis fuerit vita etiam magnorum: Cum omnis humana & corporea vita, morte concludatur. An, vt humiles ac

Cur

ſupplices veniam & miſericordiam pro defuncto impetrarent? Sic enim
4. *Reg.* 20. pœnitẽtes humiliari ſolebant ſacco & cinere. Sicut in quarto Regum vo-
3. *Reg.* 21. lumine de Ezechia legitur: & de Achab in tertio: cuius humilitate deui-
ctus Deus dixit Eliæ. Nonnè vidiſti Achab humiliatũ coràm me? Pari mo-
do & Niniuitæ ſacco & ieiunio placarunt excandeſcentem contrà eos irã
Ionæ. 3. Dei: vt Ionas narrat. Hinc in Ioele dicitur. Plãge quaſi virgo accincta ſac-
Ioëlis. 1. co. Et iterum. Cubate in ſacco miniſtri Dei.

141 Vnde homo ſæpè aggredi deſiderat ea, quæ non eſt expertus? An, quià homo eſt ſuaptè natura omnium rerum appetens: eo quòd cum omnibus proportionem habeat? An, quià vnuſquiſque appetit, quod ſibi magis conuenire ſentit? An (vt Platonico more loquamur) quià vnuſquiſque conatur educere eam ſpeciem doctrinæ & artis, quæ à principio in ipſius mente impreſſa fuit? Sicut cuidam magno Citharœdo Germano contigit: qui, cum cæcus natus eſſet, ſexennis in Templum à patre ductus, ſentiens organum pulſari, ſolicitè petiit à patre, vt eum illuc adduceret. Quod vix impetrauit. Vnde tandem illuc adductus mirabiliter pulſauit, ac ſi longo tempore artem didiciſſet. A quo didicit ille Bernardus, alter Apollo in terris in pulſandis inſtrumentis. Quod apertiſſimum ſignum fuit ſpeciei pulſandi à principio ſibi inditæ.

142 Cur in Senatu vel Repub. expẽſæ ſolent fieri valdè parcæ, niſi bellum vel aliqua vrgens cauſa intercedat? Nõnè, quià nullus rationabiliter expendit niſi ob commoditatem vel voluptatem? Hinc Rempub. regentes ex leui cauſa nullam vel modicam ſentientes vtilitatem inuiti expendunt. Cum autem imminet bellum, vt ſe tueantur, & publicam iacturam euitent, aut ſpe maximi lucri ducti, dum victoriam ſperant, largas expenſas faciunt, collecta pecunia ex multis Ciuium ſymbolis. Quæ quidem ſymbola & ſi modica ſunt, faciunt (vt dici ſolet) vnum ſatis. Vnde addiſcimus, quòd amor proprius eſt præcipuus in quacunque operatione. Et quamuis Cicero iubeat præferendum bonum commune: id tamen eſt, vt ſeruato communi ſeruetur particulare. Sapientis igitur eſt præponere bonum commune, à quo particulare dependet: non autem è conuerſo.

143 Cur priſci Orientales dabant iura ad portam Ciuitatis? An, quià locus ille vocabatur porta? Vnde & nunc Thraces appellare ſolẽt portam, Tribunalis locum, & vbi Princeps dat iura. An in rei veritate ſtabant in porta Ciuitatis: vt venientes ad Ciuitatem commodius inuenirent Iudicẽ ſedentem in porta? Quod facere ſtuduit Abſalom, quando regnum paternum ſibi vendicare voluit: vt videlicet beneuolentiam populi ſibi cõci-
2. *Reg.* 15. liaret. Sicut in ſecundo Regum volumine legimus. An id faciebãt patres
illi, vt ſupremam Rempublicam imitarentur, in qua Iudices ſedẽt in por-
Pro. vlt. tis: ad ſubueniendum nobis inferioribus parati: Iuxtà illud Sapientis. No-
bilis in portis vir eius, quãdo ſederit cum Senatoribus terræ. Quod com-
muniter interpretatur de Ioſeph Virginis ſponſo, in ſupramundana Repu.
Pſal. 117. præferendo. De qua porta quoque loquitur Dauid, dicẽs. Hæc porta Do-
mini: iuſti intrabunt in eam; ad iudicandum videlicet.

Cur

144 Cur noſtris temporibus, leges & ſtatuta parum ſeruātur? An, quià abundante iniquitate, multorum charitas refriguit: adeò vt etiam ſtatuta & leges, malas cupiditates compeſcentes habeantur contemptui? An, quià præſides, quorum munus eſt legum obſeruationem procurare, facti ſunt ex numero illorum, de quibus Iſaias inquit. Principes tui infideles, ſocij furum? An, quià adeò multiplicatæ ſunt leges (& vtinam bono zelo, vt vileſcant, & factæ ſint mortalibus inſupportabile iugum? An, quià Principes & populi fecerunt leges iam venales: omnia pecunia corrumpentes? Sicut conqueritur Deus per Ieremiam, dicens. A minore vſque ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent: & à Propheta vſque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum. *Iſa.1.* *Iere.6.*

145 Cur credo (vt aiunt) vel ſymbolum Apoſtolorum non reperitur vſquàm ſcriptum? An fortè ignauia quadam id prætermiſſum fuit? An potius ex induſtria id factum eſt? Nam illa profeſſio fidei (vt etiam ſuprà diſſeruimus) vocatur ſymbolum duplici de cauſa. Altera enim eſt, quià vnuſquiſque Apoſtolorum ſuum appoſuit articulum credendum: ex quibus articulis confecta fuit illa profeſſio. Altera, quià dabatur in ſecretū ſignum inter commilitones. Nam ſymbolum vtrumq; ſignificat: vt Hieronymus diffuſè tractat. Hinc Apoſtoli noluerunt illud ſcripturæ tradere nec alta voce pronunciare, ne pſeudoapoſtoli, & pſeudochriſtiani ipſum addiſcentes deciperēt veros Chriſti milites: qui ſub tyrannis occultè degebant. Quem morem adhuc Eccleſia ſeruat, dicendo hanc profeſſionē Apoſtolicam voce ſubmiſſa. Vt autem hæc profeſſio publicè poſſet decantari, concilium Nicenū, multa ampliando & variando præbuit ipſam publicè decantandam, relicta pura profeſſione Apoſtolica, vt, de more, voce ſubmiſſa diceretur. *Hieron. ad Lau. Papam de fide.*

146 Vnde procedit eufortunium, aut infortunium? Nonnè à duabus cauſis? Sicut Ariſtoteles ſentit, & optimè diſſerit vbi de bona & mala fortuna pertractat. Altera enim cauſa eſt intrinſeca: impetus videlicet naturæ. Iuxtà illud. Audaces fortuna iuuat, timidóſque repellit. Altera cauſa eſt extrinſeca: Deus videlicet diligens. Vnde ipſe Ariſtoteles ait. Benè fortunatus eſt ille, qui dirigitur aut diligitur à Deo. Sed cum cauſam non videamus, id attribuimus fortunæ, id eſt cauſæ ignotæ. Sed cur Deus dirigit aut diligit magis vnum quàm alium? An, quià ſic ei placet? Iuxtà Prophetæ dictum. Saluū me fecit, quoniam voluit me. An id Deus facit propter parentum meritum? Sicut ipſe Deus ſeruauit partem regni Rhoboham filio Salomonis, propter Dauid ipſius Salomonis patrem: vt in tertio Regum volumine legimus. Pari modo tempore Ezechiæ ſeruauit totam Ieruſalem propter Dauid: & Lot è Sodomæ incendio propter Abraham eius patruum liberauit. An id contingit propter aliqua bona aliquando facta, quæ irremunerata tranſire non permittit Deus? *Ariſt. in li. de bona & mala fort.* *Pſal.17.* *3. Reg.12.* *4. Reg.19.* *Gen.19.*

147 Quomodò fortuna dicitur rotam voluere? An fortuna eſt numen aliquod? Iuxtà illud Satyricum. Te facimus fortuna Deam, cœlóque locamus. Sed aliud quippè nō eſt fortunę numen, niſi ipſe Deus: ſicut nuper *Iuuenalis.*

de Ariſtotelis mente dictum eſt. Voluitur autem & dat tergà poſt fauorē præſtitum:iuxtà merita illius,cui aliquando fauit:nec plus arridet fortuna,quàm Deus ob antedictas cauſas,aut alias nobis occultas decreuerit. Ipſe enim Deus eſt,qui deponit potētes de ſede, & exaltat humiles:prout ſibi conuenire videtur. An id eſt ex bonitate Dei decernente? An pro meritis fauorem vel infortunium ſuſcipientium?

Luc.1.

148 Cur vnitis in malum dari videtur aliquando fauor? Nonnè quià virtus vnita etiam in malum fortior eſt ſeipſa diſperſa? Vnde Sapiens ille ait. Concordia paruæ res creſcunt, & diſcordia maximæ dilabuntur. Et (quod à Doctore veritatis habemus) etiam dęmonum & peſſimorum regnum ex diſcordia iacturam ſentit. Ait enim. Si Satanas in ſeipſo diuiſus eſt: quomodò ſtabit regnum eius? Si igitur fauor præſtatur aliquibus in malum congregatis,id non eſt ex ratione mali,quod facere intendūt:ſed ratione vnionis,quæ de ſe bona eſt. Malum enim ſemper ad malum & ad deſtructionem tendit: vt à Platone & Ariſtotele ſimul diſcere poſſumus. Ex aduerſo autem bonum à ſeipſo confirmatur. Vnde de diuiſione, quæ mala eſt, Oſæas ait. Diuiſum eſt cor eorum:ideò interibunt. E conuerſo verò inquit Chriſtus. Vbi duo vel tres fuerint in nomine meo congregati,in medio eorum ſum.

Salluſtius. Luc.11. Plato.8.de Rep. Ethic.4. Oſeæ.10. Mat.18.

149 Quis diſtribuit hominibus theſauros? An fortaſſis Diabolus, qui Mundi huius princeps à Chriſto dicitur? Vnde promiſit ei dare omnia regna Mundi. Hinc Romani, vt aſciſcerent ſibi fauorem Mammonæ, conſtruxerunt Templum Ioui Ammonio in monte Exquilino. Sed nonnè eſt celebrata ſententia matris Samuelis decantantis. Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & ſubleuat: Suſcitat è puluere egenum, & è ſtercore eleuat pauperem: vt ſedeat cum principibus & ſolium gloriæ teneat? Eſt igitur Deus præcipuus Dominus, & diſtributor theſaurorum: ſicut eſt Mundi Dominus. Iuxtà illud Prophetæ. Domini eſt terra & plenitudo eius:orbis terrarum & vniuerſi, qui habitant in eo. Vnde ſicut ad tempus Mundum ſub Diaboli poteſtate reliquit: ſic etiam reliquit diuitias,maximè ſub terra reconditas,ſubmerſas,& furto ablatas. Et hoc ſummo & nobis occulto iudicio facit.

Io.12.14. Mat.4. Romani. 1.Reg.2. Pſal.23.

150 Cur operatores Alchimiæ tantum aberrant in negociis ſuis? An, quià (vt Ariſtoteles inquit) impoſſibile eſt naturam aut ſpeciem per artem mutari? Sed hic non eſt pura ars: cum interſit vigor igneus ſupplens Solis calorem,cæteris prout in natura pariter diſpoſitis. Et hoc experientia aliquando comprobatum fuit, quamuis rarò. An igitur error venit, quià ij,quibus res credita eſt,non fideliter ipſam pandunt? An,quià requiritur in operantibus influxus, eis & Aſtrologis incognitus? An, quià dæmones,& ſerui Mammonæ,quibus hæc commiſſa ſunt(iubēte Deo)multa huiuſmodi impediunt ac perturbant:ne mortales ſibi plus vendicent de theſauris quàm deceat?

Ariſt. in lib. de Miner.

151 Occurrit nè maior labor in aſcenſu, an in deſcenſu? An fortè in aſcenſu, quià durum eſt efferre in altum, quod ſuapte natura

ima petit, corpus videlicet hoc terreum? Hinc per tranſlationem quandam Poëta canit. *Virgilius.*

Facilis deſcenſus auerni.
Sed reuocare gradum, ſuperâſque euadere ad auras
Hoc opus, hic labor eſt.

An eſt maior labor in deſcenſu: vt Ariſto. ſentit? Et hoc, quià fit maior pedum motus. His verò dimiſſis ad ſpiritualia veniamus. Nonnè facilior videtur deſcenſus, dicente Chriſto. Lata eſt via, quæ ducit ad mortem: & è contrario, Arcta eſt via, quæ ducit ad vitam? Sed nonnè idem Chriſtus ait. Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue? Nonnè vtrumque verum eſt? Nam (vt etiam ſuprà diſſeruimus) via virtutum eſt arcta, & difficilis in principio, lata autem & ſuauis in progreſſu, latiſſima verò in fine. Quod edocemur in litera Pythagoræ: cuius alter ramus eſt latus in principio, & in fine ſtrictus: alter verò è conuerſo. *Ariſtoteles in proble.* *Mat. 7.* *Ibi. 11.*

152 Cur tempore Nemrod diſtincta fuerunt idiomata? An id factum fuit ex cœleſti influxu: vt Aſtrologi dicunt? Nam (ſecundum eos) vnumquodque ſignum in ſex partes diuiditur. Qui ſenarius per duodenarium complicatus ſeptuagintaduo reddit. Quot ſunt idiomata Mundi. Quot etiã ſunt Principes in cœlo ipſos Populos cuſtodientes: vt antiqui Theologi dicunt: quos ſequitur Hieronymus. An, confuſa ſunt idiomata à Deo quià Nemrod & ſocij audebant ædificare Turrim, per quam ad locum & aërem inhabitabilem & inalterabilem conſcenderent? Vnde in pœnam tantæ arrogantiæ confuſæ fuerunt eorum linguæ: vt etiam ſuprà declarauimus: & in Geneſi legimus. *Gen. 11.* *Aſtrologi.* *Sec. Theo.* *Hierony.* *Gen. 11.*

153 Cur in decimo Geneſeos capite enarrantur origines familiarum idiomata diſtincta habentium: cum in vndecimo, idiomatum confuſio deſcribatur? Ab his enim (vt in textu dicitur) diuiſæ ſunt gentes in terra poſt diluuium. Fuit nè igitur bifaria vel repetita huiuſmodi linguarum cõfuſio? Non fuit bisfacta cõfuſiõ: ſed in decimo capite enarrantur Principes familiarum, quæ diuidi debebant. Hinc ſubinfertur. Ab his diuiſæ ſunt gentes. In ſequenti verò capite vndecimo videlicet, enarratur occaſio effectus ſubſecuti. Nam illuc ad Turrim illam erigendam conuenerant ex omnibus ſuprà memoratis familiis, quæ ob temeritatem illam confuſæ ſunt vt dictum eſt. *Ibidem. 10.*

154 Familia Hebræorum fuit nè connumerata inter illas familias, an ab eis diſtincta? Non profectò inter eas connumerata fuit. Cum (vt aliàs diſſeruimus) dicta ſit Hebræa familia, ab עבר habar, id eſt tranſitu, quem, iubente Deo, fecit Abraham ex Chaldæa per Euphratem tranſiens vſque ad terram Chanahan. Ipſe enim Abraham primò dictus fuit Hebræus. Vnde familia illa fuit noua: nec datum ſibi fuit cœlum, aut terra (vt Ptolemæus teſtatur) quià terra erat iam diuiſa in nationes illas, & conſequenter cœlum in illas portiones terræ iam diuiſæ influens. Vnaquæque enim portio terræ habet portionem cœli ſibi correſpondentem. Hinc Moſes decãtans portionem Hebraici vel Iſraëlitici Populi, ait. *Ibid. 11.* *Ptolemaus.* *Deut. 32.*

Pars autem Domini populus eius,& Iahacob funiculus hæreditatis eius. Nam cum vnicuique Populorum tradiderit Deus cœli & terræ portionem;huic Populo electo ſeipſum tradidit.Iuxtà illud. Dominus pars hæ-
Pſal.15. reditatis meæ.

Deut.32. 155 Quomodò (vt Moſes canit) conſtituit Dominus terminos Populorum: iuxtà numerum filiorum Iſraël? An,quià(vt Hebræi dicunt) tot in numero fuerũt,& ſunt omnes Iſraëlitæ,quot ſunt cæteri omnes?Quod li-
Pſal.146. tera ſonare videtur.Quem numerum nouit ille,qui ſtellarum multitudinem numerat:vt Propheta canit.An, quià, ſicut cœlorum inferiorum influxus in cæteras nationes diſtributus fuit: ſic ſupernorum cœlorum influxus in Iſraëliticum populum diſtribuebatur?Per quem diſtribuebatur
Porta lucis. poſteà in cæteras nationes.Quo ſenſu Portæ lucis author dixit, quòd omnes influxus prius dabantur Iſraëlitico Populo: & per eum aliis Populis:niſi Populus Iſraëliticus propter peccata ſua talem ſe exhiberet, vt non mereretur huiuſmodi influxus. Nã tunc in gentes alias (vt alibi diximus)diffundebantur. Vnde præualebant contrà Iſraëlẽ aridũ & influxu priuatum Si verò fauore digni erant Iſraëlitæ, nullus contrà eos ſtare
Eſter.6. poterat. Sicut expreſsè in libro Eſter dixerunt Conſiliarij Haman. Si de ſemine Hebræorum eſt Mardocæus,antè quem cadere cœpiſti,non poteris ei reſiſtere.Quod etiam aliis quàmplurimis locis comprobatur.

156 Cur Leo virum & mulierem reperiens, prius virum quàm mulierem inuadit?An,quià ſentit maius robur in viro?Ideò prius illum deſtruere nititur.An,quià Regius ac ſtrenuus Leo,non dignatur congredi,niſi cũ
Ariſt.in proble. nobiliori? An,quià ſentit legem naturæ:quam deſcribens Ariſtoteles, ait. Iniquius eſt interficere mulierem,quàm virum?Et in hoc Leo digniorem
Gen.3. ſe exhibet, quàm ſerpens, qui primò mulierem aggreſſus eſt: vt in Geneſi legimus.

157 Cur cadauera ſepulta in Acheldamach ſtatim reſoluuntur? An, quià influxus loci id operatur? Sed cur non ità fit in loco ei immediatè coniuncto, ſola ſuperficie diſtante? Et cur idem facit terra illius agri Romam delata? An igitur ex aliqua virtute ipſi terræ collata, eo quòd
Mat.27. empta fuit ipſis triginta argenteis,quibus Chriſtus venundatus fuit? Sed cur magnum quid cenſetur, ſi cadauera integra perſeuerent? Id quippè non à Sapientibus, ſed à vulgo priuilegium exiſtimatur. Nonnè vidimus oſſa Petri & Pauli Deo chariſſimorum penitus carne nudata? Nonnè &
Ibidem.11. & corpus diui Iohannis baptiſtæ à Chriſto omnibus iure prælati igne cõbuſtum fuit? An igitur hæc reſolutio in beneficiũ cadaueris vergit? Cum cadauera quoſque carneus humor ipſis adeſt,immunda ſint: aſſiſtentibus illic ſpiritibus immundis, quibus terra & puluis, ex quibus humanum
Gen.3. corpus conficitur, in cibum datæ ſunt. De quo ampliſſimè ſecretiores
Sec.Theo. Theologi tradunt.

158 Quarè cadauera terrorem aſtantibus ingerunt? An, quià horret humana natura priuationem vitæ: in alio præſentiens id, quod ei breui continget?An propter præſentiã malorũ ſpirituum, qui ſolẽt cadaueribus

oblectari?Sed cur huiuſmodi ſpiritus cadaueribus oblectantur? An,quià cadauerum humoribus paſcuntur: vt aliqui dicunt? Nam eis (vt modò dictũ eſt)data eſt in cibum terra vel puluis,ex qua corpus confectum eſt. An, quià quærunt obtinere cadaueris dominium? Quod quidem dominium in hominem viuentem habere nequeunt,eo quòd velint,nolint-vè, reuereri coguntur imaginem Dei:quæ eſt in homine,dum anima corpori eſt vnita.Hinc Patres Spiritu ſancto pleni,vt à cadaueribus tenebrarum poteſtates arcerent,multa ſtatuerunt: conſecrationes videlicet cœmeteriorum efficaces, aſperſionem aquæ benedictæ, thurificationem, aſſociationem & cuſtodiam cadauerum,cæreos accenſos vel lucernas,& orationes multiplices.

159 Cur viliores exaltati magis intumeſcunt? An, quià priuati nobilitate(quam ſemper conſequitur manſuetudo & clementia) proſequuntur ſuam duram & hiſpidam ſortem?Nam ſeruorum genus nõ corrigitur niſi virga:quià ruſticani ſunt.An,quià timent ne ſuppeditentur à nobilioribus quos indebitè tenent oppreſſos?Ideò ſemper intumeſcunt, & machinantur contrà eos.Sicuti proprium eſt iniuriantium ſemper inſequi: quià timent ne condignæ vices eis rependantur. An, quià obtenebrati, ſulgorẽ pati nequeunt?An,quià non aſſueti dignitati,ea abutuntur?

160 Quarè mulier eſt imberbis?An(vt Ariſtoteles innuit)quià frigida non valet capilos producere?An,quià magis ſuapte natura tendit mulier ad augmẽtum capillorum,quàm barbæ?An,quià ſuperfluum illud, quod viris in barbam pullulat, mulieribus in mẽſtruum humorem reſoluitur? An,vt per barbam homo dignoſcatur in facie à muliere?QuodSecundus philoſophus dixit Hadriano interroganti quid eſſet barba:vt fertur. *Ariſto.in proble.*

161 Monetæ à quo primò & quando fuerunt inuentæ? An Lydij primi incuderunt nummos aureos:vt Herodotus ſcribit? Sed nonnè Plinius,cui potiſſima cura fuit Romanos præferre,dixit aurum percuſſum fuiſſe ſexcenteſimo quadrageſimoſeptimo anno Vrbis conditæ? Si verò Straboni credimus,Phædon primus docuit ſignari argentum. Eutropius autem aſſerit argentũ primò ſignatum anno circiter trecenteſimo octogeſimotertio ab Vrbe condita.Sed æs (vt Macrobio placuit) primò ſignauit Ianus, qui Noeh fuit?ſi Beroſo creditur.Sed nonnè argenteos ſiclos quadringẽtos in Geneſi legimus datos fuiſſe filiis Chet in ſpeluncæ duplicis & agri precium,ab Abraham: qui fuit antè Troiæ excidium annis trecentis decem:& conſequenter antè conditam Vrbem annis ſexcentis decem?Vnde Græcos ſcriptores tanquam iuniores relinquemus (vt etiam Platoni viſum eſt)qui dixerunt, quod inuenerant:& ſacros ſcriptores ſequemur, quià diuinis oraculis ſuſcipientes, certiora & antiquiora tradiderunt. Quamuis igitur determinatum tempus inuentorum Scriptura non tradat tamen ſemper fuiſſe nũmos coniectamus, ex quo homines cœperunt negociari ſuper terram: vt haberent, vnde neceſſaria & opportuna emerent. Verùm,quod nouum Græcis aut Romanis,fuit, Ægyptiis, Hebræis & Chaldæis antiquum fuit. *Herod.li.1.* *Plinius.* *Stra.lib.8.* *Eutr.2.hiſ.* *Macro.lib. 1.Satur.* *Beroſus.* *Gen.23.* *Plat.de bello Atlan.*

362 Quis nam primus domos ædificare cœpit? Nonnè bifariæ ſunt domus, familiæ videlicet, & ædificia lapidea vel ignea: Vnde de duplici fabrica reſpondendum eſt. Prima igitur fabrica, cuius meminerit Scriptura ſacra, fuit Henoch ædificata à filio Chain: vt in Geneſi legimus. Nec mirũ eſt, quòd tunc ædificata fuerit Ciuitas, quando vix erant duo vel tres viri in Mũdo. Paruula enim fuit Ciuitas ꝓ paruula familia: aut ædificata fuit cum ſpe prolis ampliandæ: vt poſteà ſtatim factum eſt. Poteſt quoque iſte ſermo verificari de domo, id eſt, familia: quæ animalis & inferior cœpit in Chain. Iuxtà illud Apoſtoli. Prius ꝙ animale. Domus autem & familia melior habuit principiũ in Set, quẽ Deus poſuit pro Habel. Quòd autem multiplicatio familiæ dicatur ædificatio domus edocemur in Exodo: vbi habetur, quòd Deus benefecit Hebræorũ obſtetricibus, & domos, id eſt familias, eis ædificauit. Quæ ædificatio domuum, id eſt familiarum, magno apud Patres habebatur in precio. Vnde iuſſum fuit fratris ſemen ſuſcitari: vt in Deuteronomio habetur.

Gen. 4. 1. Cor. 15. Exod. 1. Deut. 25.

163 Cur Paſtores & Æthiopes Sole aduſti, dentes albos habere ſolent? An, quià (vt Ariſtoteles ait) eis vis Solis vaporem detrahit: dummodò nihil ſuperinficiatur? Quemadmodum etiam cæram albeſcere comprobamus. An, quià læti viuunt nulla cura preſſi: quæ eos in atram bilem deducat, & digeſtiuam ipſorum vim debilitet & impediat? An, quià morantur in aëre perfecto & digeſtioni fauenti, An quià ſimplicioribus & vnicis cibis ſaturantur: quorum digeſtio eſt facilior, quàm ciborum multigenorum, qui ex illa mixtione facilius corrumpuntur? Hinc boni & benè digerentis ſtomachi ſignum eſt dentium albedo.

Ariſto. ſec. 10. proble. 65. 66.

164 Eſt nè æquius, quòd vxor det dotem marito, an quòd accipiat ab eo? Nonnè Legiſtæ & Canoniſtæ omnes celebrant vxorum dotes, & eis fauent, aſſerentes quòd neceſſarię ſunt, pro ſuſtinendis oneribus matrimonij Sed nonnè matrimoniorum onera ſunt apud Orientales? Veruntamen ipſi donant multa vxoribus, & earum parentibus. An igitur forſitan id faciunt, quià nõ tot & tãtas expenſas faciunt pro vxoribus, quot & quantas faciunt Chriſtiani? Immò aliqui maiores faciunt. Sed quid ęquius eſt? Nõnè vir, qui eſt caput mulieris, regere & alere debet vxorem & filios, & non è conuerſo? quià debitus ordo peruerteretur? Erubeſcere itaque debent viri, qui eas quęrunt vxores, quarum præſidio victitent, & familiam paſcant. Vnde ſicut præſidere deberent, ſe aliquo modo eis ſubiiciunt. Hinc Theophraſtus à Hieronymo citatus, ait, quòd ferre diuitem vxorem tormentum eſt. Nec enim cenſendus eſt vir ille, qui non audet ſe, vxorem, & filios alere.

1. Cor. 11. Theophr. in lib. de nup. Hiero. li. 1. contra Ioui.

165 Quo potiſſimè ſigno dignoſcuntur veri Iſraëlitæ ſecundum carnem (vt aiunt) ab aduentitiis? Aſſignant nõnulli Hebræi tria apud eos frequentiſsima indicia: quorum primum eſt, quòd habent inſignia, cognomina & familias, quibus ab aliis dignoſcuntur. Secundum, quià non nubunt filiæ eorum, niſi illis, qui de familia ſua exiſtunt: ne ſucceſsioné confundant. Tertium ſignum eſt, quòd veri Iſraëlitæ fœnus non exercent,

ſcientes illud fuiſſe permiſſum dari gentibus expulſis vel expellendis à terra promiſſa: quià à Deo eorum bona, tam mobilia quàm immobilia ipſis Iudæis addicta erant. Qua cauſa ceſſante vſuram penitus reuocatam eſſe dicunt: vt plæriſque in locis à Prophetis dicitur. Hinc Dauid canit. Domine quis habitabit in Tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Et tandem concludens, ait. Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram, abſolutè loquendo. Nam omnes ſumus fratres, & vnius Dei cultores. Secundùm quam ſignificationonem accipitur frater, cui non debet ad vſuram dari: vt ſuprà diſſeruimus,

Ezech.18. & alibi.

Pſal.14.

SECTIO QVINTA DE BONIS ET MALIS ANGELIS.

166 SVNT nè Angeli mixti cum materia, an ab ea ſeparati? An forſitan ſunt ſeparati? Nam communi vocabulo dicuntur intelligentiæ ſeparatæ. Sed nonnè, ſi benè perpēdimus, quid in Antiqua Theologia decidatur, videbimus, quòd dicuntur ſeparati à Deo, & non à materia? Nam quicquid diſtat à Deo actu primo & puriſsimo, ſubintrare materiam eſt neceſſe. Si benè deſcribunt Naturales entium latitudinem: in cuius cacumine eſt actus purus abſque materia: in imo autem materia ſine forma: intermedia verò omnia admixta demonſtantur ex forma & materia. Quæ quidem Angelorum materia non eſt phyſica & corruptioni ſubiecta: ſed ſicut materia cœli differt à materia generabilium & corruptibilium per analogiam quādam: ſic etiam materia Angelorum ab aliorum materia differt. Vnde antiqui, Baſilius, Origenes & Gregorius, & Academici omnes, dixerunt Angelos habere corpora.

167 Angeli & dæmones poſſunt nè dici animalia abſque errore: Nonnè ex arbore ſubſtantiæ à Peripateticis aſsignata habemus Angelos eſſe ſubſtantias incorporeas ab animalibus differentes? Sed nonnè Mercurius Triſmegiſtus & Academici omnes, & multi ex antiquioribus Doctoribus noſtris Angelos eſſe corporeos & animales aſſerunt? Inquit enim Baſilius. Angeli corpora habent, veluti ſpiritus quoſdam tenues, aëreos atque puros Quod diſcere poſſumus à Dauide, dicente. Qui facit Angelos ſuos ſpiritus & miniſtros ſuos flammam ignis. Nec enim moueri poſſet Angelus de loco ad locum, niſi corpus haberet. Cum ſolius corporis ſit motus localis.

Baſilius.

Pſal.103.

168 Si Angeli corporei ſunt, cur & quomodò nobis occultantur? An, quià natura ipſa ſunt ſpiritus inuiſibiles, quamuis corpus habeant? An, quià ipſis Deus hanc legem tribuit: ne aſpectu ſuo mortales terrerent? An, ne familiares eſſent indignis? An, quià Deus hanc poteſtatem eis dedit, vt ſe inuiſibiles vel viſibiles ad placitum præbeant: & ſe oſtendant, in qua forma voluerint? Qualis ꝓprietas erit corporis glorificati. quod in

ſeipſo oſtendit ille, qui reſurrectioni principium dedit: præbens ſe aliquando viſibilem, nunc in forma hortulani, nunc peregrini & huiuſmodi. Aliquando verò inuiſibilis, fuit præbens ſe aliquando palpabilem cũ carne & oſſibus: aliquando ſubtilem adeò ac tenuem, vt clauſis ianuis ad diſcipulos intraret. Et hoc pro merito videntium effecit.

Io. 20. *Luc. 24.* *Io. 20.*

169 Qualem ſe homo debet exhibere vt Angelos videre valeat? Nónnè duplici via ipſi Angeli à mortalibus videntur? Aliquando enim videntur dum ipſimet præbent corpus ſuum viſibile, aut iubente Deo, aut poteſtate eis tradita. Et ſic etiam rudes aliquando viderunt Angelos: vt de Hagar & Iſmahele legimus: & de Manuch patre Samſonis, & vxore ipſius: vt in Iudicum libro habetur. Sic viſus fuit Angelus in Galgalis ab iis qui ibi flebant. Sic à mulieribus in virorum forma vſi ſunt: vt Iohannes narrat. Alio verò modo videntur ab iis, qui oculos purificatos habent, & digni ſunt raptu, aut oſculi morte: vt Hebræi dicunt. Et ſic Prophetæ omnes ad libitum Angelos videbant: alij verò nequaquam. Sicut clarè comprobatur per id, quod in quarto Regum volumine legitur: vbi habetur, quòd dum Elyſæus ab aſſyriis circundaretur, & puer Giezi timeret, Eliſæus vidit Angelos fauentes. Ideò dixit. Plures ſunt nobiſcum, quàm con trà nos. Vnde, cum Giezi rudis eos videre non poſſet, orauit Eliſæus, dicens. Aperi. Domine oculos pueri huius. Et ad eiusorationem Giezi apertis oculis vidit currus & milites in aëre ſtantes.

Gen. 21. *Iud. 13.* *Ibi. 2.* *Io. 20.* *4. Reg. 6.*

170 Qui ſunt Angeli aſſiſtentes Deo? Nónè Daniel eos diſtinguere videtur, dum ait. Millia millium miniſtrabant ei & decies centena millia aſſiſtebant ei? Sed nonnè oppoſitum videtur aſſerere Paulus, dicens. Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi? Omnes quippè Angeli ſunt miniſtri Dei vt Apoſtolus inquit) & mittuntur ad Principis beneplacitum. Quamuis autem mittantur, ſemper tamen aſſiſtunt. Iuxtà illud. Angeli eorum, ſcilicet in tutelâm miſſi, ſemper vident faciem Patris. Ipſi enim met aliquando aſsiſtunt, aliquando verò mittuntur: nec tamen (vt modò dictum eſt) ab aſsiſtendi officio ceſſant. Et ſic de eorum naturali diſpoſitione loquitur Paulus: Daniel autem de illis, quibus iam iniuncta ſunt officia, tractat.

Dan. 7. *Heb. 1.* *Mat. 18.*

171 Quis eſt Angelorum numerus? An conſummantur Angeli illis duobus millium millibus: de quibus Daniel loquitur? Sed nonnè breuis admodum eſſet Angelorũ numerus reſpectu mortaliũ: quorũ multò plura millia fuiſſe cóprobamus? Vnde Daniel, nó vt numerũ determinaret, numerũ illũ aſsignauit, ſed vt oſtẽderet miniſtros cœleſtes per millenarium numerum diuinũ diſtributos. Sicuti per eundẽ multa cœleſtia ab Ezechiele & Iohanne deſcribuntur. An igitur (vt aliis placet) certis legionibus Angelorum numerus concluditur? Sed, cum variè & diuerſimodè legiones à diuerſis accipiantur, quid veritatis per eas habere poſſumus? Non enim legio conſtat ex ſex millibus ſexcentis & ſexagintaſex militibus: vt vulgò dicitur. Nam à Varrone completur legio tribus millibus tãtummodò. Reperitur etiam alibi legio cópleta ex decem

Dan. 7. *Ezech. vlt.* *Apoc. 7.*

cohortibus,habens ſex mille & centum pedites:equites autem ſeptingẽtos triginta.Aliquàndo quoque ex pluribus cohortibus conficiebatur legio:ex paucioribus verò nunquam. Cohors autem varia erat. Alia enim conſtabat ex mille centum & quinque peditibus:equitibus verò loricatis centum quadragintaduobus. Et hæc dicebatur cohors millenaria. Alia erat quingentaria habẽs quingentos quinquagintaquinque pedites : equites autem ſexagintaſex. Alia verò ex totidem peditibus,equitibus autem quinquagintaſex conſtabat.Erant quoque aliæ cohortes & legiones:quarum numerus eſt penitus incertus.Cum itaque legionum & cohortium ſit indeterminatus numerus : nihil certi ex ipſis (vt modò dictum eſt) haberi poteſt:& conſequenter Angelorum numerus legionibus à nonnullis traditus nullus penitus eſt.

172 Quis eſt(ſecundum Talmudiſtas) Angelorum numerus? Nonnè ipſi hunc numerum aſſignare conantes alio tramite gradiuntur? Diſtinguunt namque exercitus eorum in מזלות Mazalot, אל El, לגיון ligion, רהטון Rihaton קרטון Chirton, גסטרא Giſtera. Mazalot autem dicunt eſſe duodecim, iuxtà duodecim ſigna Zodiaci. El verò dicunt eſſe cohortes triginta pro quolibet illorum duodecim. Vnde ſunt in numero trecẽtæ ſexaginta Angelorum cohortes. Ligion autem multiplicat illum numerum trecentorũ ſexaginta per triginta. Vnde reſultat numerus decem millium & octingẽtorum. Et hunc numerum ipſi Talmudiſtæ multiplicant pariter per triginta:& ſic fit Rihaton conſtans ex trecentis vigintiquatuor millibus. Et hũc numerum adhuc ipſi per triginta multiplicant: & fit Chitton conſtans ex nongentis millium millibus & ſeptuagintaduobus millibus. Et hunc numerum pari modo per triginta multiplicant. Vnde reſultat Giſtera : conſtans ex ducẽtis nonaginta & vno millium millibus & ſexcentis millibus. Quorum omnium ſumma eſt trecenta & vnum millium millia, ſexcenta & quinquagintaquinque millia, centum & ſeptuagintaduo.

173 Quot ſunt intelligentiarum ordines? Nonnè (ſi Dionyſium & Iamblicum, qui ſimul conueniũt,ſequi voluerimus) nouem dicemus eſſe Angelorum ordines, apud omnes frequentatiſſimos? Nec ſine ratione id aſſeritur. Cum Deus trinus emanauerit in productione ipſorum per quadratum ternarij, qui nouenarius eſt : ſicut in Harmonia diſſeruimus. Secretiores verò & antiqui Theologi, quamuis in numero non diſcrepent, aliis tamen nominibus ipſos ordines vocant : videlicet חשמלים Chaſinalim, כרובים Cherubim, תרשישים Tarſiſſim: poſteà אראלים Arelim, שרפים Seraphim, מלאכים Malachim : poſtremò אופנים Ophanim, אישים Iſſim, אלהים Elohim. His etiam addunt בני אלהים Bene Elohim, qui indifferenter tam bonos quam malos iuſtitiæ Dei miniſtros ſignificant. De quibus omnibus in Scriptura ſacra fit mentio. Nam de Chaſinalim meminit Ezechiel. De Cherubim in Geneſi & Exodo, aliiſque pleriſque in locis fit mentio. De Tarſiſſim idem Ezechiel & Iſaias meminerunt. De Arelim autem & Seraphim ab eodem Iſaia fit mentio. De Malachim pleriſque in locis habetur. Pro quibus cõmunis æditio habet Angelos vel nuncios.

Dionyſ. de An. hierar. *Iamblicus.* *Cantico 1. Tono 5. can. & vlt. Sec. Theo.* *Ezech. 1. Gen. 3. Exod. 25. Ezech. 28. Iſa. 60. Ibi. 33. 6.*

Ezec. 1. 10. De Ophanim verò meminit ipſemet Ezechiel. Iſſim autem nominantur à *Pro. 8.* Salomone. De Elohim quoque pleriſque in locis habetur: & præcipuè *1. Reg. 8.* in primo Regum volumine. Vbi Phytoniſſa Sauli dixit. Elohim vidi aſcendentes è terra. Pro quibus vulgata traductio habet Deos. Bene, id *Iob. 38.* *Gen. 6.* eſt filij Elohim verò boni à Iob: mali autem à Moſe & ab eodem Iob *Iob. 1.* memorantur.

Dan. 7. 174 Quæ ſunt Angelorum officia? Nonnè Daniel refert, quod Angelorum alij ſunt aſſiſtentes, diuino Tribunali videlicet Deũ continuè laudantes: alij verò miniſtrantes ipſi, & nobis ſcilicet? Quibus aſſiſtentibus mi- *Luca 12.* niſtrantes reſpondent. Horum autem aliqui præſunt quatuor noctis cuſtódiis: de quibus Chriſtus meminit dicens. Et ſi venerit in ſecunda & tertia *Mat. 14.* vigilia, noctis videlicet. Matthæus verò & Marcus de quarta noctis vigi- *Mar. 6.* lia mentionem faciunt, dicentes. Quarta autẽ vigilia noctis venit ad eos, ſcilicet Ieſus, ambulans ſuprà mare. Duabus verò primis vigiliis, quando exit durus influxus, durúmque iudicium, quod Hebræi דין Din appellant, acriores & ex latere Aquilonari Angeli præſunt: duabus autẽ poſtremis mitiores, Auſtrales videlicet. Alij quoque præferuntur quatuor anni cuſtodiis, per quatuor ſtationes Solis, à cardine videlicet in cardinem diſtin- *Cantico 1.* *To. 3. c. 6.* ctis: vt alibi diſſeruimus. Alij verò prçſunt Planetis, quorũ nomina in Har- *Apoc. 21.* monia memorauimus. Alij quoque præſident duodecim ſignis: de quibus *Plato.* Iohannes meminit, dicẽs quod in portis, id eſt ſignis, quæ (vt Plato ait) ſunt portæ cœli, ſunt duodecim Angeli. Et, cum ſignorum iſtorum aliqua ſint Orientalia, aliqua Occidentalia, aliqua Meridionalia, aliqua verò Aquilonaria: Hinc ipſe Iohannes ſubinferens inquit. Ab Oriente portæ tres, ab Aquilone portæ tres, ab Auſtro portæ tres, & ab Occaſu portæ tres. Alij verò Angeli tutelæ & cuſtodiæ noſtræ addicti ſunt. Alij prçſident animantibus. Alij præſunt plantis: alij lapidibus, qui precioſi dicũtur: vt ſecretio- *Sec. Theo.* res Theologi & veri Sapientes affirmant. Alij quoque præſunt bello: alij paci. Alij Regibus & Prælatis præſidẽt. Alij verò prouinciis & regionibus ſunt præfecti: quæ moribus differunt, iuxtà differentiam cuſtodum ſuorũ. Et adeò omnibus rebus & operationibus Angeli præferuntur: vt Deus in Mundo hoc inferiori per Angelorum miniſterium omnia operetur. Ideò *Heb. 1.* Paulus horum ſacramentorum non ignarus ait. Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi.

175 Sunt né intelligentiæ arbitrio libero donatæ? Aſſerunt Hebræorum Sapientes, quod nullo arbitrio proprio ducũtur: cum ſint fideles Dei nuncij: nec poſſunt dicere nec proferre verbum, niſi quatenus Deus iuſſerit, aut flatum immiſerit: ſicut buccina, quæ non ad placitum reboat, ſed pro ſufflantis arbitrio: nec operari poſſunt, niſi quantum princeps iuſſerit. Quç arbitrij priuatio non eſt cum dignitatis diminutione, ſed ex vnione firma, quam cum Deo habent. Sicuti Beatis contingit: qui ſancti, id eſt ſtabiliti & confirmati in gratia & vnione cum Deo dicuntur.

176 Angeli ſunt ne in gratia ſtabiliti: an poſſunt adhuc peccare? Nonnè Theologi, maximè recentiores communi ſententia aſſerunt, quod ex-

pulſis Angelis rebellibus, reliqui omnes in gratia confirmati fuerunt? Sed nonnè Iob ait. Eccè qui ſeruiunt ei, non ſunt ſtabiles? Nec enim dicit, non fuerunt ſtabiles. Vnde non intelligitur de iis, qui à Deo cum Satan defecerunt: ſicut aliqui malè interpretantur. Nonnè etiam de Angelo Tyrum cuſtodiente (quæ Ciuitas ædificata fuit multo tempore poſt Angelorum caſum) ſcriptum eſt. Tu Cherub perfectus in viis tuis à die cōditionis tuæ, donec inuenta eſt in te iniquitas: peccaſti, & eieci te de monte ſancto Dei? Nec intelligitur hic ſermo de Principe temporali Tyri: cum Hieronymus interpretetur de intelligentiâ Tyro pręſidente. Nec enim princeps eius mortalis Cherub dici debet. Nec aſſerendum eſt; quod huiuſmodi Princeps fuerit in paradiſo voluptatis. Nam Tyrus Ciuitas ſemper gentilium fuit, & gentili principi ſemper ſubdita. Nōnè etiam de caſu militiæ & cuſtodum Romæ ſub nomine Bozra (vt Hieronymus cum Hebræis conſentit) Iſaias apertè teſtatur? *Iob. 4.* *Ezech. 28.* *Hiero. ſuper Ezech.* *Iſa. 34.*

177 Angeli, cuſtodiæ alicuius viri vel Ciuitatis addicti, amouentur nè aliquando ab illo miniſterio? Nonnè in Iob habemus. Et in Angelis quidē ſuis poſuit mutationem? Pro quo communis æditio habet, reperit prauitatem. Mutantur enim ipſorum cuſtodiæ: ſicut alibi clarius reſeratum eſt. Nam, qui primam cuſtodiunt vigiliam, ſecundam non cuſtodiunt: & ſic de ſingulis vigiliis. Completo verò vitæ curſu mortales non indigent amplius Angelorum cuſtodia: quia ſi boni ſunt, ipſi in Angelos tranſmutantur (dicēte Chriſto. Et erunt ſicut Angeli Dei) Sin autem mali, abeunt cum ſuo malo dæmone. Si verò Angeli mutantur ex bonitate in malitiam (vt nuper dictum eſt) Deo committimus, & veritati cedimus. *Iob. 4.* *Mat. 22.*

178 Qua lege vel quo ſtatuto Angeli ſunt immortales? An natura ipſa: vt communiter Theologi dicunt? An voluntate Dei: vt expreſsè Plato perhibet, dicens. Me volente eſtis indiſſolubiles? Nec exiſtimo aliam eſſe rerum naturam, niſi eam legem, quam Deus eis à principio indidit: vt videlicet ſint incorruptibiles, quas Deus voluit eſſe incorruptibiles: & quas voluit eſſe diſſolubiles, diſſoluantur. Vnde in poteſtate eius eſt diſſolubiles indiſſolubiles facere: vt de corporibus ſuſcitatis, & ſuſcitandis, ſecundum fidem noſtram, tenemus. Nam opus naturæ, eſt opus intelligentiæ veræ, non errantis, ſcilicet Dei: qui non tantum eſt prima regula contingentium, ſed omnium rerum productarum: vt Propheta canit, dicens. Ordinatione tua perſeuerant dies: quoniam omnia ſeruiunt tibi. *Pla. in Tim.* *Auer. 12. Metaphy.* *Pſal. 118.*

179 Quæ ſunt aues volantes ſuper faciem firmamenti cœlorum: vt in Geneſi, iuxtà literæ veritatem, habetur? An ſunt aues iſtæ cōmunes? Sed hę non volant ſuper, ſed ſub firmamento vel mole cœlorum. An igitur iſtæ aues ſic volantes ſunt Angeli: vt longa aſſertione perhibet Zohar, innixus dicto Sapiētis. Ne loquaris quicquam de Rege: quià volucres cœli reportant verbum? De quarum auiū volatu multa diſſerit ipſe Zohar. Referunt enim Deo omnia, quæ facimus (vt in Tobia legimus) & multoties referūt nobis ea, quæ Deus præcipit. Quod vidit Iahacob ſub typo ſcalæ, per quam vidit aſcendentes & deſcendentes Angelos: vt in Geneſi legimus. *Gen. 1.* *Eccleſ. 10.* *Zohar.* *Tob. 12.* *Gen. 28.*

180 Eſt nè verè Michael magnus Dei ſacerdos,& quomodò?Nonnè ſicut Sacerdos legalis ſacrificabat animas animalium irrationabilium Deo: ità Michael Sacerdos cœleſtis ſacrificat animas rationales? Vnde ſecretiores Theologi vocāt ipſum כהן גדול cohen gadol,id eſt Sacerdotem magnum.Sed quomodò ipſe ſacrificat animas, quæ iam ſacrificatæ fuerunt à Chriſto vero ac ſummo Sacerdote?Nonnè ſacrificat tanquam vicarius in cœlo:ſicut Sacerdotes communes tanquam vicarij Chriſti ſacrificant, vel offerunt corpus Chriſti:quod iam ſacrificatum & oblatum ab ipſo Chriſto fuit?Et in hoc ipſi funguntur vice, quam dedit ipſe Chriſtus,dicēs.Hoc facite in meam commemorationem.Ipſe enim Michael eſt princeps militiæ Chriſti,conſtitutus ſuper omnes animas ſuſcipiendas.

Luca 22.

181 Quis eſt Sandalphon ab Hebræis celebratiſſimus,& quod officium habet?Nonnè ipſe eſt(vt aiunt)princeps illorum Angelorum, quorū præcipua cura eſt deferre orationes & ſacrificia omnium coràm Deo? Et hic eſt ex parte Aquilonari. Vnde ſacrificia, ſacerdotium, & huiuſmodi proueniunt. Quod dignoſcitur ex eo,quòd nomen eius terminatur in N:ſicut etiam Mitatron.Nam aſſerunt, quod huiuſmodi ſunt intelligentiæ Aquilonares,& à parte ſiniſtra præcipuè emanantes.Illi autem Angeli,quorum nomina terminantur in L,ſunt Meridionales,& à parte dextrà: vt aſſerūt, Nec tamen aliquis eſt ſic à parte dextra,quin participet etiam de ſiniſtra, & è cōnuerſo. Chriſtus verò vtramque partem perfectè complectens in medio locatur, & regnare dicitur in domo Iahacob: qui medium in illa ſanctiſſima regione tenet:vt Sapientes optimè norunt.

Ibi.1.

182 Quæ ſunt Seraphinorum & cæterorum Angelorum alæ? An ſunt vires,quibus feruntur,volantes quocunque volunt? Vnde & Angeli aues à Salomone dicuntur:vt Zohar rectè ſentit. Hinc forſitan ipſi paſſim cum alis pinguntur. An ſunt alæ illæ,cum quibus (vt Plato ſcribit) ad cœlum volamus:intelligentia videlicet purificata & amor perfectus?An ſunt alæ virtutes,quibus influxibus à Deo acceptis replent alios? Vnde Seraphini habent ſex alas(vt Iſaias teſtatur)quibus(vt ſuprá diſſeruimus)ſex Mundi partes replent ea virtute, quam hauriunt à ſex ſigillis à magno nomine tetragrammo ſeu quadrilatero decerptis.Quibus quidem ſigillis ſigillantur illæ ſex Mundi partes:vt Abraham apertè narrat.

Eccleſ.10. *Zohar.* *Plato.* *Iſa.6.* *Abraham in lib.de for.*

183 Seraphini vrunt nè: vt nomen ipſorum indicare videtur? Seraphini enim vrentes,ardentes,aut exæſtuantes interpretantur. Non quippè vrūt, veluti corporeus hic ignis, conſumens, & crucians, ſed veluti ſupremus, aut ſupramundanus ignis,qui inflammat,probat,tranſmutat, & viuificat. Deferunt enim ſupremum illum ignem ad inferiora: viuificantes omnia, & inflammantes piorū corda.Quod officium fecit aliquando,veluti ſummus Seraphinus,Chriſtus: qui dixit.Veni mittere ignem in terram:& quid volo niſi vt ardeat?Et quià Seraphini deferunt illū ignē Spiritus ſancti,tenentes in terris aliquādo vicē ipſius:Hinc opinor Origenē dixiſſe Seraphinos eſſe Spiritū ſanctū,non quidē re ipſa,ſed officio. Sicuti Angelus Moſi multoties dicitur Adonai vel Deus.Et hoc quatenus Dei officio fungebat.

Luca 12. *Origenes.*

184 Cur

184 Cur Raphael venit in comitatum Tobiæ? Quamuis hiſtoria ſit ſine certo Authore, nec in Canone habeatur, tamen, quia admittitur legenda in Eccleſia tanquam vera, huius quoque rei rationem aſſignare conabimur. An igitur, quia Raphael, Soli præſidens, eſt bonus viæ comes: ſicut & Sol, qui præbens lumen terræ, viatoribus commodũ iter reddit? An, quia, cum ille Angelus ſanaturus eſſet patrem obcæcatum, benè Raphael fuiſſe dicitur, qui Medicina Dei interpretatur? Hinc finxerũt Poetæ, quod Sol aut Phœbus, cui ipſe Raphael præeſt, fuerit Medicinæ inuentor. Sed quomodò reliquit tam ingentem orbem, quem gyrat, vt Tobiam aſſociaret? Non quippè reliquit opus commiſſum: cum vtrumque facere potuerit per ſe, vel per aliquẽ de exercitu ſuo. Nam (vt ſuprà quoque diſſeruimus) quilibet illorum ſeptem Principum habet amplum Angelorum exercitum ſub ſe: quorum vnuſquiſque conformiter Principi operatur. Nec enim Principes eſſent, niſi ſuper aliquos principatum haberent. *Tob.12.*

185 Quo felle liniuit Tobias oculos patris cæcutientis? Nonnè felle Lucij: vt Hebræorum Sapientes aiunt? Sed quid ad viſum recuperandũ confert fel huiuſmodi piſcis? An à naturæ proprietate fel eius fauet luci? Vnde & Lucius forſitan denominatus eſt. An, quia Solaris eſt piſcis & ſanitati fauens, ſicuti Solaria omnia? An, fel illud acutie ſua fauet oculis, albuginem corrodens, aut ſaniem, vel quodcumque oculorum impedimentum? Sicut de felle falconis, accipitris, aut hirundinis dicitur. *Ibi.11.*

186 Sunt nè inter Angelos aſſiſtentes ſeptem illi ſpiritus præcipui, de quorum numero Raphael ſe eſſe perhibuit? Sunt quippè: vt non modò ex Tobiæ libro, ſed à Iohanne docemur. Ipſe enim in ſua Pathmotica viſione eorundem ſpirituum meminit. Sed cur hi ſpiritus numero ſeptenario diſtributi ſunt? An, vt Planetas, inferius influentes, regant? Quod Mercurius innuere videtur: qui, cum de Planetis ageret, dixit. Deinde ſeptem fabricauit Gubernatores. An, vt ſint tanquam canales, deducentes ad nos influxum ſeptem numinum aut ſeptem ſupernorum fontium: quorum influxus colligitur in Beerſabah, id eſt puteo ſeptem, inde in nos diffundendus per ſeptem ſpiritus, quò ad animam, & per ſeptem Planetas, quò ad corpus? Quo numero ſeptenario alia quamplurima, eadem & vniuoca ratione diſtribuuntur. *Tob.12.* *Apoc.1.* *Mercu. in Pyman.*

187 Qui ſunt propriè dæmones? Nonnè à Porphyrio & Proculo habemus, quod duplex eſt malorum dæmonum genus? Alterum enim eſt animarum aut ſubſtantialium & intellectualium dæmonum: alterum verò eſt materialium potentiarum. Et huiuſmodi ſunt appetitus animales ſemper ſpiritui aduerſantes. Vnde Satani dici poſſunt, id eſt aduerſantes: vt Apoſtolus clarè teſtatur. Caro (inquit) concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem. Hæc enim ſibi inuicem aduerſantur. Quas vires ſiue appetitus animales alibi ipſe Paulus vocat legem membrorum, dicens. Video aliam legem in membris meis, repugnãtem legi mentis meæ. Quod nedum à Paulo, ſed à Platone, Porphyrio, & Proculo habemus: maximè vbi de anima & dæmone pertractat. Sunt quoque dæmo- *Gal.5.* *Ro.7.* *Proc. de anima & dæmo.*

nes boni. Dæmon enim ſapiens interpretatur: qui ſi bonus, diuinus: ſi verò malus, Diabolus eſt.

Pſellus de dæmoni. 188 Quot ſunt dæmonum genera? Nonnè multa ſunt: vt noſtri quoque Theologi docent? Sed nonnè Michael Pſellus de mēte Platonis, Porphyrij & Proculi, reducit eos ad quatuor genera pręcipua: terreum videlicet, aqueum, aereum & igneum? Terrei enim aduerſantur nobis per carnem, aquei per ſanguinem pituitæ admixtum, aerei per ſpiritum ſuperbiæ tumefacientem. ignei verò per excandeſcentem & inflammatam iram præcipitant. Sunt etiam aliqui Orientales, alij Occidentales, alij Meridionales, & alij Aquilonares: quorũ primi per diuinationes, ſequētes autem per deſperationem, tertij per nimiam fiduciam, quam habēt de bonitate Dei, Aquilonares verò per rebellionem, mortales à Deo auertere conantur.

189 Cur mali dæmones cum damno ſuo procurant mortalium caſum? An, quia forſitan non augetur eis pœna, ſed ſolatium? Iuxtà commune adagium. Solamen miſeris ſocios habuiſſe malorum eſt. An, quia tanta inuidia ducuntur, vt non videant, quid faciant, nec ſibi benè conſulant? *Sap. 2.* Iuxtà illud Sapientis. Inuidia Diaboli mors introiuit in orbem terrarum. An, quia tam mala arbor effecti ſunt, vt non poſſint niſi malos fructus facere? *Mat. 7.* Iuxtà dictum Saluatoris. Non poteſt arbor mala fructus bonos facere. *Iere. 13.* Vnde in ipſis habet locum illud Ieremiæ. Si poteſt Æthiops mutare pellem ſuam, & Pardus varietatem ſuam: Itá & vos poteritis benefacerè, cum didiceritis malum.

190 Cur Diabolus libentius tentat mulierem quàm virum? An, quià debilior eſt fœmineus ſexus? Hinc faciliorem victoriam ſperat. An, quià Diabolus maius ſymbolum habet cum muliere, & inde faciliorem aditum ſuis venenis infundendis? An, quia eſt eodem loco vterque imbibit, ex Aquilone videlicet? Inde enim ſecretiores Theologi dicunt mulieris animam venire. *Iſa. 14.* Quòd autem ille ſit locus mali dæmonis, habemus ab Iſaia: qui de ipſo, ſub metaphora Regis Babylonis, pertractans refert ipſum dicentem. Ponam ſedem meam ad Aquilonem. An, quia anima mulieris (vt ſuprà diſſeruimus) non eſt dotata eo ſplendore & dignitate, qua viri anima decorata eſt? Vnde ipſe poteſt ſacra adminiſtrare, & ſacerdotio fungi. Quod decorum poſitum in homine, horret & timet malus dæmon: & tantò magis, quantò minori peccato eſt obtenebratum. Quod cognoſcens Apoſtolus, dixit quod mulier eſt imago viri, vir autem *1. Cor. 11.* Chriſti: collocans ipſam mulierem (vt patet) in gradu inferiori. *Sec. Theo.* Secretiores autem Theologi docent ipſam mulierem quinque gradus à viri nobilitate diſtarè.

191 Si malus dæmon oblectatur magis aggredi mulierem quàm virum: cur aliquando tenens vicem mulieris viro ſe ſubmittit, & tunc Succubus vocatur? Et ſi aliquando veluti mulier ſe ſubiicit, multò ſępius tamen veluti vir mulierem aggreditur: & tunc incubus vocatur ab iis, qui de huiuſmodi pertractant. Et de huiuſmodi in Scriptura ſacra ſit aperta mentio, dum dicitur. *Gen. 6.* Videntes filij Elohim filias hominum, quod eſſent pul-

chræ,acceſſerunt ad eas,& genuerunt.Sed cur id Diabolus facit?An, quia magis poteſt in mulierem antedictis rationibus? An, quià ſuperbus, vult agentis vicem tenere: quod nobilius eſt? An, quià dæmonum plures ſunt maſculini ſexus, quàm fœminini? Sed aliquando dæmon gerit vicem mulieris, vt indicetur ſexu muliebri pollere. Quod abſonum non eſt apud peritos in huiuſmodi.Nam & in Deo Mercurius perhibet eſſe vtrumque ſexum. Hinc Deus in Iſaia apertè ait. Ego, qui cæteris generationem tribuo,ſterilis ero. *Mer. in Py.* *Iſa.vlt.*

192 Eſt nè fœmineus ſexus in dæmonibus?Contendunt Peripatetici, & recentiores Theologi,quòd neque ſexus neque generatio actiua vel paſſiua reperitur in eis,eo quod diſcretio ſexuũ, & genitura proueniunt corporis aut animalitatis ratione: Theologi verò antiqui contrarium penitus docuerunt.Ipſi enim aſſerunt eſſe in eis genituram, ſexum & animalitatẽ. Quibus fauet ſententia Dei dicentis Serpenti. Ponam inimicitias inter te & mulierem,& ſemen tuum,& ſemen illius.Niſi enim Diabolus,per Serpentem deſignatus,generaret,vanus fuiſſet ille ſermo, inter ſemen tuum. Si igitur generat per ſemen,nonnè animal eſt,& conſequenter ſexum habet? Vnde principem illius fœminei ſexus, ſecretiores Theologi vocant לילית Lilit.Cuius poteſtas præcipua eſt in nocte,quam ipſi לילה laielah dicunt:vnde nomen traxit.Et eſt illa(vt aiunt)quę cum ſuis ſatellitibus procurat pollutiones nocturnas,aliquam vel modicam nacta occaſionem:vt etiam alibi diſſeruimus. *Ant.Theo.* *Gen.3.* *Sec.Theo.*

193 Quæ terra Serpenti maledicto in cibum data eſt,& cur?An data eſt ipſi maledicto terra maledicta?Cum à cœlo expulſus ſit, & in terram deiectus.Et hoc, quia procurauit hominem, ad cœlos ordinatum ad terram deiicere.An terra eſt humanum corpus, & caro hominis infecta: quæ de terra ſumpta eſt,& in terram breui reuerſura?Nam hęc aduerſans ſpiritui data eſt in cibum Serpenti aduerſanti Michaeli: qui conſtitutus eſt princeps ſuper animam & ſpiritum.Vnde ſicut fuit bellum inter Michaelem & Serpentem: ſic eſt inter carnem & ſpiritum: quouſque deuicta caro in ſpiritus ſeruitutem redigatur,cum ipſo denique remuneranda. *Gen.3.* *Apoc.12.*

194 Quis eſt fortior,ſpiritus nè malus ad ſuadendum & tentandum, an homo ad reſiſtendum?An forſitan ſpiritus malus:cum plures ſibi ſubiiciat victos,quam homo reſiſtat tentantibus?An ſpiritus malus magis à materia ſolutus facilius præualet in hominem materialem: quam ipſe homo ei reſiſtat?Sed nonnè Ambroſius loquens de eis ait,quod compenſato nobiſcum agone luctantur?Paulus autem vlterius progreditur,dicens.Fidelis Deus eſt,qui non permittet vos tentari ſuprà id, quod poteſtis: ſed faciet cum tentatione prouentum.Qua ſentẽtia munitus Hieronymus conſtanter ait.Debilis eſt hoſtis,qui non vincit niſi volentem. Et hoc maximè poſtquam Chriſtus Imperator noſter ipſum antiquum hoſtem debellauit prębens nobis contrà ipſum victoriam.Hinc ipſe Chriſtus Apoſtolis dixit. Eccè dedi vobis poteſtatem ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici. Et Lucas inquit. Dedit eis poteſtatem ſuper *Ambroſ. in ſermone.* *1.Cor.10.* *Hieron. ad Euſtochium.* *Luca 10.* *Ibi.9.*

1.cor.15. omnia dæmonia. Quod confirmans Apoſtolus dicit. Deo autem gratias,
qui dedit nobis victoriam per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

195 Qua malitia vel qua arte Satan tendit in nos laqueos,& quos? Nó-
Gen.3. nè,quia natura peruerſus,aſtutus & iniquus eſt: vt Scriptura teſtatur, di-
cens. Serpens erat aſtutus ſuper omnes feras agri? Qua aſtutia ſemper in
nos abutitur. Quales autem laqueos, & qua multiplici aſtutia in nos ten-
Virg.in 7. dat explicare nequimus:cum mille nocendi artes habeat. Vnde ſibi no-
Leo in ſermone. mina mille: vt ſapienter Poeta canit. Quas aſtutias colligens Leo papa
inquit. Non deſinit antiquus hoſtis vbique laqueos tentationum proten-
dere:vt fidem credentium corrumpere valeat. Nouit enim cui illecebras
carnis ingerat,cui virus inuidiæ infundat, cui incitamenta luxuriæ appo-
nat. Nouit,quem mœrore conturbet,quem gaudio fallat,quem metu op-
primat,quem admiratione ſeducat: omnium diſcutit mores, omniũ ven-
tilat cauſas,omnium ſcrutatur affectus,inquirens cauſas nocendi: vbi vi-
derit quempiam diligentius occupari.

196 Cur dæmones magis in nocte quam in die præualent? An, quià ex
ſiniſtro & obſcuriori latere ſunt? Vnde Apoſtolus vocat eos poteſtates
tenebrarum: & Chriſtus loquens excitatis ab eis in necem ſuam, dixit.
Hæc eſt hora veſtra & poteſtas tenebrarum. An præualent in nocte, quià
Ephe.6. aduerſantur Deo,qui eſt princeps lucis,lucémque ipſam inhabitat? Vnde
Luca 22. neceſſe eſt,quod ad tenebras confugiant, & recedente luce eis inimica a-
1.Timo.6. liquantulum prȩualeant. Sicut canit Vates. Poſuiſti tenebras, & facta eſt
nox:in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ Syluæ,id eſt dæmones. Et è con-
Pſal.103. uerſo. Ortus eſt Sol & congregati ſunt:& in cubilibus ſuis collocabũtur.
Hinc Angelus Heſau,qui(vt ſuprà diſſeruimus)erat ex tenebrarũm pote-
Gen.32. ſtatibus,ſentiens auroram dixit Iahacob. Dimitte me,quià aurora eſt.

197 Quarè peccatum Diaboli,ac ruina eius irreparabilis fuit? An(vt a-
liàs diximus) quia ille non fuit ab alio ſeductus, ſed propria malitia pec-
cauit? Sed cùr caſus hominis pari modo non fuit irreparabilis? Nam dicit
Apoſtolus. Adam non fuit ſeductus, ſed mulier? Non quidem homo fuit
1.Timo.2. ſeductus immediatè à Diabolo,ſed mediante muliere. An homo non fuit
ſeductus errore vel ignorantia,ſed nimia indulgentia, quià noluit contri-
ſtari delitias ſuas? An fuit irremiſſibile peccatum Diaboli, quià directè
commiſit crimen læſæ Maieſtatis? An, quià erat in ſtatu ſæculi venturi,
quod ſcilicet expectamus, à quo cadens impoſſibile eſt, vt per pœniten-
Heb.6. tiam releuetur: ſicut inquit Apoſtolus? Sed nonnè in hoc eodem ſtatu
erat Adam? Non quidem ità perfectè & expeditè. Iccircò caſus eius
quò ad ipſum fuit irremediabilis, & indiguit Reparatore: qui eſſet plus
quam homo.

198 Cur mali ſpiritus libenter in triuiis vel quadriuiis morantur? An,vt
hinc inde obuient tranſeuntibus? An, quia deputata ſunt ipſis huiuſmodi
loca? An, quia ex diuerſis partibus venientes ſpiritus (cum aliqui ſint O-
rientales,aliqui Occidentales,nonnulli Meridionales, & nonnulli Aqui-
lonares: vt paulò antè dictum eſt) ſibi inuicem occurrunt in illie triuiis
vel

vel quadriuiis?Et hoc faciunt,non quod ipſi egeāt tritis viis, quibus mortales indigent:ſed quia oblectantur locis ab hominibus frequētatis.Hinc niſi ſint ad deſerta loca relegati, domeſtica loca, maximè ſepulchra frequentant: & huiuſmodi triuia,vel quadriuia.Propterea Patres docuerunt erigi ſacella quædam cum imaginibus in illis triuiis, aut imagines Crucifixi:vt Galli tranſalpini facere conſueuerunt.

199 Cur mali ſpiritus rutam,fumum bombycis,& multa huiuſmodi timent?Nonnè,quia Deus ordinauit hæc in ipſorum tormentum: ſequendo ordinem vniuerſi, in quo vnumquodque ſuum habet contrarium? Nam *Eccleſ.33.* malum eſt contrà bonum,tenebræ contrà lucem,frigidum, contrà calidū, humidum contrà ſiccum,corpus contrà animam, Diabolus contrà Deum, lupus contrà agnum,Rhabarbarum contrà choleram, & multa huiuſmodi.Sic & ſupradicta omnia contrà malos ſpiritus ordinata ſunt.Ruta enim quia mirum in modum fauet luci,& tenebris inimicatur: bombyx autem ex ſua Iouia proprietate. Et maximè dum combuſtus fumum emittit,ſuapte natura ſpiritibus malis inimicum. *Io.12.14.*

200 Cur Diabolus dictus eſt Mundi princeps?An, quia Deus eum conſtituit Mundi huius, ipſi Deo rebellis, principem? Sed nonnè conſtitutus *Pſal.8.* fuit homo ſuper omnia opera, manibus Dei fabricata: vt Propheta canit. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum? An,igitur, cum homo, propter quem facta ſunt omnia,& qui prælatus omnibus erat,ſuperatus à Diabolo dominium perdiderit, & ipſe cum eis, quæ ipſi ſubiecta erant, *2.Pet.2.* traditus eſt in ſeruitutem & poteſtatem Diaboli? Iuxtà illud Petri. A quo quis ſuperatus eſt, eius ſeruus eſt. An tyrannicè ſibi Mundi imperium vendicauit? Hinc à vero & legitimo principe Chriſto, tempore *Io.12.* ſuo, iure eiectus fuit.Sicut ſcriptum eſt. Nunc princeps huius Mundi eiicietur foràs.

201 Qui ſpiritus inuadunt humana corpora, quando ab eis vexantur? Sunt nè Diaboli?Sed nonnè(vt aliqui dicunt) tanta eſt elongatio Diaboli à Deo:vt non ſolum ipſum Deum ſuſtinere nequeat,ſed nec ipſius imaginem:quæ eſt in anima etiam peccatrice?Et hoc reor fuiſſe ſignum poſitū à *Gen.4.* Deo in Chain,vt non timeret inuenientes ſe.Nec enim mortales timebat, cum nullus eſſet in Mundo,niſi parentes eius,& vxor eius, & vxor Habel ab eiſdem parentibus genitę.Nec(vt opinor)poſitum fuit nouum ſignum, ſed erectum antiquum:imaginis videlicet,quam ſibi à principio dederat. *Pſal.4.* Iuxtà illud Pſalmographi. Eleuatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.Pro quo communis æditio habet,ſignatum. Vnde ipſi Diaboli nunquam ingrediuntur corpora,cum imagine Dei anima exiſtente: vt ipſi dicunt.Intrant autem ſpiritus mali,qui multum diſtant à Diabolis. Nam iſti רוחות Ruchot, illi verò שרוות Sudot ab Hebræis nominantur: à nobis autem Diaboli,& illi Spiritus. Nec vnquam legitur Diabolum in alicuius corpus intraſſe,ſed ſpiritus,aut dæmones. Nec adducatur illud Iohannis. *Io.13.* Et cum Diabolus iam miſiſſet in cor,vt traderet eum Iudas. Nam ibi non dicitur,quòd intrauerit corpus,ſed mouerit tantum cor eius.

202 Cur multoties dicunt ſpiritus vexantes, quod ſpiritus ſunt alicuius hominis vel mulieris? An, quia ſunt ſpiritus vel animæ illorum, quos nominant? An, quia ſunt ſpiritus, qui eos olim tentare ſolebant? An, quia ſunt ſpiritus illorum virorum cum malis ſpiritibus tentantibus adeò mixti, vt vnum & idem ſint effecti? Sicut de Iudæ anima Chriſtus innuit, dum ait. Vnus ex vobis Diabolus eſt: per tranſmutationem quandam videlicet, aut vnionem. Quæ tranſmutatio vel vnio propriè ſpiritus eſt: de qua Propheta canit. In imaginem pertranſit homo: Deum videlicet, vel Angelum, aut in beſtiam vel Diabolum: vt in Harmonia latius diſſeruimus.

Pſal. 38. *Cantico 1.* *To. 6. c. 13.*

203 Fuerunt nè Merlinus & Alexander à Diabolo geniti: vt fertur? Nónè Merlinus & ipſemet fatetur à Diabolo ſe fuiſſe genitum: & de Alexandro Plutarchus, & Suetonius ſatis clarè innuunt? Dicunt enim Serpentem thalamum matris eius Olympiadis ſæpiſſimè ingredi ſolitum. Sed quomodò poteſt Diabolus aut malus dæmon incorporeus (vt dicunt) generare? Nonnè ſcriptura ſacra narrat, quod Bene Elohim, id eſt Diaboli vel dæmones (vt omnes antiqui Sapientes vno ore interpretãtur) acceſſerunt ad filias hominum & genuerunt? An fortè genuerunt (vt aliqui dicunt) ſuſcipientes ſemen virorum? Quod tamen aliis probandum reliquerunt. An genuerunt ex ſemine proprio: de quo dictum eſt. Ponam inimicitias inter ſemen mulieris, & ſemen tuũ? Quo fortaſſis ſenſu Chriſtus dixit illis peruerſis Iudæis. Vos ex patre Diabolo eſtis. Quamuis aliqui exponant, quod erant filij, quia malitia & aſtutia ab eo inſtructi fuerant: aut quia malos Diaboli mores, & verſutiam imitabantur. Sed quomodò poſſunt producere ſemen corporeum & palpabile, impalpabiles & inuiſibiles illi ſpiritus? Ad quod reſpondeat Scriptura iam bis adducta. Pro cuius ſcripturæ corroboratione, multa noſtris temporibus comprobata poſſent adduci. Quamuis multi, quæ non vident, credere nolint. Quocunque autem modo huiuſmodi mali ſpiritus colligant vel producant ſemen, ipſos genuiſſe ſacra teſtanter eloquia. Nos verò veritati cedimus.

Plutarchus. *Suetonius.* *Gen. 6.* *Ibi. 3.* *Io. 8.*

SECTIO SEXTA DE ANIMALIBVS.

204 SEmen animalium vel plantarũ vnde vim habet? An à natura ipſa, quæ eſt lex ſibi à Deo data ab initio? Sicut ſcriptum eſt. Cuius ſemen ſit in ſemetipſo ſuper terram. Vnde virtus illa ſeminaria durat ſucceſſione quadam circulari. Nam ea, quæ eſt in ſemine, eſt in planta: & iterum ad ſemen deuenit: rurſuſque ad plantam, quouſque ordo huius inferioris Mundi durabit. Pari modo de animalium ſemine dicitur. Nam ſemen coaleſcit in animal, & ex animali venit ſemen, & illud iterum in animal vertitur. An eſt virtus illa ſeminaria in ſupernis, in qua viuunt plantæ durantes ſucceſſiua generatione: ſicut de nobis dicitur? Nam (vt ſæpè diximus) Deus eſt ille fons vitæ, in quo (teſte Paulo) viuimus, mouemur, & ſumus. Vnde virtus ſemina-

Gen. 1. *Act. 17.*

ria plantarum,animalium & hominis ſemper influitur à ſupernis illis fontibus vniuerſalibus,omnia particularia ſuppoſita (vt Academici volunt) præcedentibus.Qui ordo & influxus eſt vera natura.

205 Qualis eſt oui virtus,ex quo pullus generatur?Nonnè & hæc virtus eſt illa ſeminaria , de qua nuper locuti fuimus ? Quæ virtus ſeminaria in ouo colligitur , quod eſt quaſi matrix auis , quæ ſuſcepit ſemen maſculi. Non enim ouum pullos produceret,niſi vel Gallus, vel quicunq; maſculus auium ſecundum ſpeciem ſuam ſemen prius infudiſſet. Sicut igitur terra eſt plantarum matrix,& venter fœmellæ, cuiuſcumque generis ſit, & Luna planetarum: ſic & ouum eſt auium matrix , in quo coaleſcit pullus,quouſque plenè formatus exeat.

206 Cur ſemen mulorum eſt infœcundum? An, quia mulorum meatus corrupti ſunt:vt Democritus ait?An,quia immixta ſunt ſemina: vt Empedocles aſſerit?Sed nonnè hæ ſunt rationes remotæ,& nimis vniuerſales:vt Ariſtoteles benè ſentit ? An igitur id eſt ex nimia ſeminum caliditate : vt alij dicunt ? Sed vnde hauſerunt hanc caliditatem ? Nonnè etiam Leones calidiſſimi,ignei & Solares generant?An igitur (vt Ariſtoteles ſentit) quia vterque tendit ad ſterilitatem:Aſinus videlicet,in quo eſt tam exigua generandi vis,vt niſi à prima dentium mutatione generare incipiat, nunquã generet, ſed ſterilis maneat:Equa verò, quæ poſtquam frigidum Aſini ſemen ſuſcepit,reducitur propè ſterilitatem? Sed nonnè hæ ſunt imaginariæ prorſus rationes? An igitur ſterile eſt huiuſmodi ſemen, quia non eſt in ſupernis idea mulorum influens & fouens? Nam adinuenit eos Hanah filius Zibehon dum paſceret aſinos patris ſui in deſerto : vt ſcriptura perhibet. Pro quo communis æditio habet. Hic inuenit aquas calidas in deſerto. Et benè in deſerto Aſini inuenti fuiſſe dicuntur : quod ſic nominatur , quia ipſum locum omnis cœleſtis influxus deſerit.

Democritus *Empedoc.* *Ariſt.in 2. de generatione animaliũ c.vlt.* *Gen.36.*

207 Quomodò mula ſterilis eſt:cum aliquando ipſa pepererit : vt Romæ contigiſſe vidimus?Nonnè (vt Ariſtoteles ait) mula aliquando concipit,ſed enutrire & ad finem vſque fœtum perducere nequit?Hinc non dicitur fœcunda:cum fœtum perficere non poſſit. Et ſi quid huiuſmodi cõtingat,illud eſt aut portentum (ſicut de partu illo Romæ ædito omnes ferè aſſeuerarunt)aut id eſt,quià inferior natura tentat producere,quod nequit,ſuperiori natura repugnante.Ideò non perficitur opus: quia fœtus ſtatim æditus moritur.

Ariſt.in 2. de generat.c. vlt. & 6.de natura animaliũ c.24.

208 Cur mulus eſt tam malignæ naturæ : vt obſequentes offendat? An, quia ex iniqua commixtione,& præter ordinem naturæ natus ſemper malignitatem,& obliquitatem quandam ſapit?Vnde ij, qui nati ſunt ex inordinata & obliqua copula,muli dicuntur:& plærunque malignantis naturæ ſunt.Fallit tamen hæc regula in quibuſdam,quamuis in paucis: quia forſitan ſortiti ſunt tam bonam animam,vt illi obliquæ & inordinatæ copulæ præualeat.An,quia deeſt mulis influxus ille cœleſtis,& conſequenter deeſt fauor?Vnde mulorum genitura lege interdicitur ſimul cum aliis indebitis mixturis & inſitionibus.

Leuit.19.

209 Quomodò intelligitur illud Prophetæ. Laudate Dominum de terra,
Pſal.148. Dracones & omnes abyſſi? Quomodò Dracones veneno & malignitate pleni laudant Deum: & quomodò abyſſi vel voragines terræ in ipſius laudem prorumpere poſſunt? An per Dracones intelliguntur Samael &
Sec.Theo. Amomminò ſeu Mammona: qui fratres à ſecretioribus Theologis dicuntur, & ambo venenum infundunt? Vnde ipſe Samael venenum Dei interpretatur. Hi enim facientes, quod ſuum eſt, laudãt Deum de terra: de qua
Iſa.6. ſcriptum eſt. Plena eſt omnis terra gloria eius, ſcilicet Dei. Nam Deus ab omnibus nedum in cœlis, ſed ab exiſtentibus in terra laudari vult. An per תנינים taninim intelligũtur Angeli, magno munere dõnati: vt etymologia vocabuli תנינים taninim indicat? Horum enim nonnulli Draconibus & abyſſo præſunt: & ab huiuſmodi quoque Deus laudes exquirit.

210 Cur creatæ ſunt feræ hominis inimicæ? Non quippè animalia hæc, à Deo creatæ fuerũt homini inimica, ſed ipſi penitùs ſubiecta. Nam ipſi ho-
Gen.1.& 2. mini & conſorti dictũ eſt. Dominamini piſcibus maris, & volucribus cœli, & beſtiis terræ. Hinc ſcriptum eſt, quod Deus adduxit omnes beſtias ad Adam tanquam ſeruas, vt vnicuique tanquã dominus nomen imponeret. Quod autem huiuſmodi feræ infeſtæ ſint homini, nonnè id eſt, quia homo fuit rebellis Domino ſuo? Hinc iuſto Dei iudicio iſta animalia facta fuerunt perfido homini rebellia, quæ tandem in ipſius hominis ſeruitutẽ redigentur: vt Dominum ſuum recognoſcant. Quod erit, quando (vt Iſaias
Iſa.11. ait) habitabit pardus cum hædo, & lupus cum agno: & vitulus & leo, & ouis ſimul morabuntur: & puer paruulus minabit eos.

Gen.3. 211 Cur feræ & Serpentes valdè nobis inimicantur? An, quia (vt ſcriptũ eſt) poſuit Deus inimicitias inter Serpẽtem & mulierem, & ſemen vtriuſque? Et hoc quantum ad Serpentes expreſsè, & conſequenter quantum ad feras & animalia immunda. Nam per Serpentem intelligitur Diabolus, inter quem & hominẽ cum poſitæ ſunt inimicitiꝫ, conſequenter inter hominem & ea, quæ Serpẽtis & Diaboli ſunt. Cuiuſmodi ſunt omnia animalia rapacia: quæ in hoc Diaboli naturã ſequuntur, qui dicitur tanquã Leo rugiens circuire quærens quẽ deuoret. Hinc huiuſmodi dicuntur immunda,
1.Pet.5. da, quia domeſtica & Diabolo cuiuſcunq; immunditiæ Principi ſubiecta. An, quia proueniunt omnia hæc à loco horrendo, ab Aquilone videlicet:
Iere.1. vnde omne malũ, & omnis aduerſitas? Omnia enĩ huiuſmodi animalia (vt
Sec.Theo. ſecretioribus Theologis placet) Aquilonaria ſunt, & imbibũt venenũ, vel rabiem illam contrà nos à Samaele, qui (vt modò dictũ eſt) venenum Dei dicitur, & ſemper nobis inimicatur: vt ipſi ſecretiores Theologi tradunt.

212 Cur Boues, Equi, Canes, Gallinæ & huiuſmodi nobis obſequuntur? Nonnè, quia ille Serpens & Diabolus humano generi factus inimicus, non tam venenum ſuum infudit in animalia manſueta quam in rapacia ſibi domeſtica & immunda? Nec enim (prout reperitur) mala forma intrat vnquam in animalia manſueta vel Auſtralia: cuiuſmodi eſt ouis, agnus, columba, & huiuſmodi: ſicut in animalia immunda & Aquilonaria. Ideò dixerunt illæ malæ formæ: cum Ieſus ab obſeſſo illas expelleret.

Mitte nos in porcos. Propterea mali ſpiritus communiter in forma hirci, *Mar.5.*
capri,& huiuſmodi Aquilonarium animalium apparere ſolent. Iſta ergò animalia, humani generis hoſtibus non domeſtica, magis amica nobis remanſerunt.

213 Cur Canis, Leo, & Pardus ſunt tam audaces? An, quià ſunt animalia parui cordis? Et ideò corda eorum facilè replentur ſanguine. Vnde fiunt audaces:ſicut Ariſtoteles docet. An ſunt audacia huiuſmodi anima- *Ariſtot. de parti. anima lib.3.c.4.* lia,quia ſunt animalia Aquilonaria?Ibi enim viget robur & fortitudo, atque audacia. Vnde inter omnia animantia canis eſt audaciſſimus: & ideò vocatur in lingua hebræa כלב cheleb: cuius vera interpretatio eſt totus cor. Vnde indicatur quod potiſſimum robur eius in corde conſiſtat. Eſt enim totus cor virtute: cum omnis fortitudo ipſius in corde ſit recondita primò, poſtea in dentibus. Quem Pardus ſequitur diſpoſitione corporis & natura.

214 Qua diſcretione canes aliquibus arrident, alios autem tanquam hoſtes inuadunt?Nonnè,quia canis eſt animal bifariæ naturæ: in vtroque, amicitia videlicet & odio,excedens? Nam valdè diligit, & eſt fidiſſimus, & valdè odit. Hinc, quià amat ſibi beneficum, eum videlicet, qui ipſum paſcit:vt eum tueatur, inimicis eius inimicatur. Sed vnde amicos vel inimicos agnoſcit: vt ſciat quos amet, & quos inſequatur? Sicut de Rhodiorum canibus dicitur, qui erant in caſtro ſancti Petri in Aſia minori inuadentes non baptizatos,& blandientes omnibus baptizatis. An, quia præſentiebant Dominorum voluntatem, & cor;quorum prouincia erat inſequi non baptizatos?An id erat ex intelligentia ipſis præſidēte:à qua ducta animalia multa faciunt:quę naturę eorum dictamen excedunt?Nec enim ſoli homines,ſed animalia,lapides & plantæ, & cætera omnia ſuas habēt intelligentias dirigentes,& vim conferentes:vt multi Sapientes aſſerunt: & nos in ſuperioribus diximus.

215 Vnde formicæ habent prouidentiam,vt ſagaciſſimæ cibos pro hyeme ſibi præparent? Quamuis Plinius, Razis, & Almanſor de ipſis multa *Plinius.* tractent:tamen rationem, cur id faciant, non aſſignant. An igitur à natura ipſa habent hanc ſolicitudinem: ſicut in multis aliis particularibus à beſtiis ſuperamur?In odoratu enim à canibus ſuperamur: in tactu ab araneis: in viſu à lynce & aquila: in guſtu à fele ſeu cato: in curſu à pluribus animalibus:in ſolicitudine vero à formica. Hinc Salomon ait. Va- *Pro.6.* de piger ad formicam. Quam formicam poſtea inter ſapientia animalia *Ibi.30.* connumerat. Nec enim videtur in quo corde, vel in quo cerebro poſita ſit ipſius ſapientia. An id eſt ab intelligentia, illam dirigente: ſicut nuper diximus?

216 Vnde ſcit formica extrahere vim à grano? Ait enim Plinius.Formicis Reipub.ratio eſt, memoria & cura.Semina arroſa condunt: ne rurſus *Plin.lib. 11. c.30.* in fruges exeant à terra:maiora ad introitum diuidunt: madefacta quoque imbre proferunt,& ſiccant.Operantur etiam noctu plena Luna. Eædem interlunio ceſſant.Et quoniam ex diuerſo conuehunt, altera alterius

ignara: vt ſigna inuicem recognoſcant, certi dies ad recognitionem mutuam nundinis dantur. Quæ tunc earum concurſatio? Quàm diligens? Cum obuiis quædam collocutio atque percontatio. Quæ omnia indicant ſagacitatem, vltrà quam ſpiritus earum dictare poſſit. Vnde credere cogimur, quod naturæ earum opus, ſit intelligentiæ non errantis opus: quæ etiam doceat ipſas ſepelire mortuas. Hinc Plinius ſubinfert. Sepeliuntur inter ſe viuentium ſolæ præter hominem.

217 Animalia ſunt nè muta, an aliquem inter ſe ſermonem habent intelligibilem? Nonnè attribuitur homini tanquam priuilegium quoddam, quod ſolus inter animantia ſermonem proferre ſciat, & ſit naturæ interpres? Sed nonnè videmus, quod formicæ inuēta eſca alias mutas ad ipſam capiendam conducunt? Nonnè etiam Lupi inuaſi timentes, alios in ſuum adiutorium conuocant? Nonnè quoque Elephantes orationes longas intelligunt? Pari modo Picæ atque Pſitaci nonnè ſermones humanos effingunt? Vnde videntur hæc animalia aliquo modo ſermonis non eſſe expertia. Sed vnde hoc? An id eſt, quia & ſi ſermonem perfectum non habent, ſimulachrum tamen rationis & ſermonis habēt: & alia magis quam alia: vt Plato inquit? An habent hæc animalia aliquas notas inter ſe à natura edoctas, vt mutuò ſe intelligant: vt nonnulli Sapientes opinantur? An id à regentibus intelligentiis habent? A quibus, ſed potiſſimum à Deo ſuſcipiunt, vnde ſint, viuant, & operentur.

Plato.

218 Cur pulices acrius infeſtant nos in lino quam in lana? An fortè decipitur ſenſus? Sed quomodò poteſt decipi ſenſûs in his, quæ experimur? An igitur, quia pulex haurit maiorem fauorem à lino, quàm à lana: cum ex eodem Aquilonari fonte linum & pulex prodeant? Vtrumque enim Arietinum, & Martium eſt. Vnde ſicut Planetæ robuſtiores ſunt in domibus propriis, & ſibi conuenientibus, quàm alienis: ſic & animalia in locis ſibi magis conuenientibus robuſtiora ſunt. Hinc Mercurius ſapiētiſſimus docuit concordiam lapidum, herbarum & ſyderum, ſymbolum ad inuicem habentium: vt per congeneum ſuum vniuſcuiuſque vis augeatur.

Mer. ī trac. de concor.

Ambro. in examero.

219 Cur Gallus audacter inuadit Leonem, & terret eum: vt etiam Ambroſius teſtatur? Nonnè quia Gallus & Leo Solares ſunt? Sed Gallus eſt in ordine ſuperiori, auium videlicet, quæ digniores ſunt, quam animalia terreſtria: cum aereæ ſint, & intelligētiis magis familiares. Vnde per aues multoties intelligentiæ ſignificantur: vt paulò ſuperius dictum eſt. Fauore igitur maiori à Sole ſuſcepto, quam ſuſcipiat illud terreſtre animal, & vigore regentis intelligentiæ, auibus magis propinquæ, Gallus audacter Leonem inuadit. An, quià Gallus (vt Hieronymo placet) ſynderesim ſignificat, quæ præualet in Diabolum, qui Leo dicitur: dummodò peccatis aut aliis impedimentis obuoluta non ſit?

Hieronym. 1. Pet. 5.

Hieron. ad Ruſticum. Phyſi. 2.

220 Cur omnes grues vnam ſequūtur ordine literario: vt Hieronymus ait? An id caſu euenit? Sed cum id frequenter fiat, quomodò caſu, eſſe poteſt? Si benè ſentit Ariſtoteles docens differentiam inter ea, quæ fiunt à natura, & à caſu: quia videlicet ea frequenter, hæc autem raro contingūt.

Cum igitur hoc à natura ſit, vnde prouenit? Nonnè, vt nobis indicetur, quod omnia ab vno regi debent? Hinc Hieronymus inquit. Grues ſequuntur vnam ordine literario. Sic capræ ſequuntur hircum, coturnices ſuum Regem: & multa huiuſmodi. Sed cur volant, illam literam Pythagoræ effingentes? An, vt ordinem ſeruent, quem etiam Vegetius in aciebus inſtruendis ſeruari docet? An, vt inde doceatur iter virtutis & vitij: vt alibi tactum eſt? *Hieron. ad Ruſticum.* *Veget. de re mil.*

221 Cur multæ aues voce ſonora cantant? Nonnè id ab earum natura prouenit? Sed vnde huiuſmodi natura? Nonnè à Mercurio, toto Muſico? Vnde aues voce ſonora cantantes, plerumq; Mercuriales ſunt, aut Phœbææ: cum & ipſe Phœbus, qui & Apollo dicitur, lyræ inuentor fuerit.

222 Quis dictat beſtiis, ventos, imbres aut tempeſtates futuras? An ſuapte natura, violenta imaginatione non præpeditæ id cognoſcunt? An, quia (vt ſæpè dictum eſt) ab intelligentiis, ipſis præſidentibus reguntur: quæ non tantum docent huiuſmodi, ſed etiam fugere quæcunque noxia, & ſumere proficua ſuadent? Nec enim beſtiæ vlla ſibi noxia ſumunt: Immò medicamenta deligere norunt. Nam Capreæ Cretenſes vulneratæ dictamum quærunt in ſuam medelam. Angues quoque inciſæ herba, quæ ab ipſis denominatur, vtuntur. Et multa huiuſmodi experimenta in dies habentur.

223 Equi, Boues, & Elephantes, cur ſe permittunt à pueris duci? Nonnè id declarauit Apollonius Tyanæus Damo ſocio ſuo chariſſimo: vt Philoſtratus refert? Nam aſcendentibus illis Caucaſum montem ſuper Elephantibus à Pharaote Bactrianorum Reges præſtitis, vt proficiſcerentur ad Hiarcham: & cum à pueris ducerentur, interrogauit Damus Apollonium, vnde id eſſet: cui ipſe prudentiſſimè reſpondit, quod id erat eo quod Deus poſuerat in homine quoddam terrificū contrà animalia, & in Principe contrà ſubditos, quod Hebræi פחד pachad vocant. Pro quo communis æditio habet timorem. Non enim eſt timor, quo timemus, ſed terror, qui ſubditis incutitur. Alioquin, nec Princeps populum, nec puer animalia regere poſſet. *Philoſtra.*

224 Cur magna copia Camelorum ab aſino ſe dirigi permittit? An, quia animalia ratione carentia ſequuntur ductorem: nec diſcernunt inter hunc vel illum? Sed nonnè contrarium comprobamus, videntes quod Elephantes non ab omnibus, ſed ab aliquibus tantum reguntur: Vnde & Equi reperiuntur, qui non omnes admittunt ſuper ſe. Quemadmodum de Alexandri Equo dicitur, & nos in Aquilana Ciuitate vidimus Equum non admittentem niſi duos viros, & hos ſtrenuos & affines. An igitur id eſt, quià Cameli ſentiunt aliquid in aſino, quod reuerentur & timent? An reuerentur ductorem & paſtorem præcipuum, cuius ipſi peculium ſunt?

225 Cur canis aliquando tabidus efficitur? An (vt Auicena dicit) quia complexio eius ad atram bilem malignam & venenoſam conuertitur? An id eſt ex aere, quando calor vehemens adurit humores? Vnde Plinius ait. Caniculæ exortu vapores accendi quis ignorat? Canes quidem *Auic. in 4. canonis.* *Plin. lib. 2. c. 40.*

toto eo ſpatio maximè in rabiem agi nulli dubium eſt. Et iterum. Canis rabies ardente Sirio peſtifera hominibus eſt, & letalis. An canis ſit rabidus (vt Auicena ſequitur) in Autumno, quia frigus incipiens, congelat ſanguinem? An id prouenit ex cibo, quando lambit interfectorum ſanguinem, vel cadauera comedit, quæ dæmoni conceſſa ſunt? Vnde cum carne vel ſanguine illo, malum dæmonem imbibens, furore dæmoniaco actus mordet.

226 Cur porci omnes cœno delectantur? An, quia calidi nimis refrigerari cupiunt aqua & terra ſimul? An, quia immundi à natura, immunditia oblectantur: luto maximè & ſtercore? Luto quippè Serpenti & dæmoni in cibum dato delectantur huiuſmodi animalia, cum dæmone ſymbolum habentia. Stercus autem humanum appetunt ex ſymbolo, quod habent cum homine, non quidem meliori, ſed deteriori. Nec enim (vt Neoterici dicũt) reperitur corpus alicuius animalis, magis humano conforme, quam corpus porci. Et quia hic valde infimus eſt, expurgamentis ipſius humani corporis delectatur: quibus nil deterius aut abiectius in ipſo corpore humano reperitur.

227 Cur Ermineus nitore & munditie delectatur? An, quia ipſe albus eſt, & metrum quodammodò albedinis? Vnde inoleuit adagium. Albior Ermineo. Ideò albedine, munditie, & nitore ſolet oblectari. An, quia vnde trahit albedinem exteriorem, inde quoque nitoris appetitum trahit? An, quia naturæ Inſtitutor ei vtrumque à principio tradidit? *Adagium.*

228 Quis & cur animalia omnia adduxit ad Adam? Nonnè Deus: vt Moſes apertè fatetur? An igitur Deus animalium paſtor erat? An per intelligentias ea regentes, adduxit? An ideas animalium oſtendit Adæ in paradiſo delitiarum exiſtenti: intellectum videlicet & mentem, cum ſpeculo diuino, in quo omnia relucent, vnitam habenti? Has autem ideas adduxit Deus ad Adam, dum ipſas oſtendit ipſi Adæ, aut eius intellectum ipſarum capacem effecit. Adduxit verò, vt vnicuique illorum nomen imponeret conueniens: & vt oſtenderet, vnde vnumquodque proprietatem & originem trahat. Sicut in libro dē formatione innuitur. *Gen. 2.* *Abraham in lib. de for.*

229 Cur Deus adduxit hæc animalia nominanda ad Adam, antequam mulier formaretur? Nonnè, vt ipſe Adam abſolutus à muliebri parte obſcurante, & aggrauante, clarius diſcerneret naturam, proprietatē, & quidditatem (ſi dicere fas eſt) nominandorum? Si dicere licet, inquam, quia Sapientum eſt opinio, rerum quidditates ſoli Deo eſſe cognitas: vt etiam intelligentiæ (prout à fide dignis habui) confitentur. Vnde, ſi quis eas cognoſcere vult, viuere non poteſt, animali videlicet vita: ſicut nec ipſum Deũ, in quo quidditates rerum relucēt, viuens videre poteſt. Hinc ipſum Adam oportuit animali vita fuiſſe abſolutum, & ſoli Deo viuere: quando videlicet ipſarum rerum quidditates viſurus erat. *Gen. 2.* *Exod. 33.*

230 Cur oues & boues in ſuperiori mandibula dentibus carent? Nonnè (vt Ariſtoteles ait) quia exuperantia excrementi corporis in maioribus habita malibus, natura ad auxilium & rem vtitur commodam? Vnde, *Ariſt. in 3. de parti animalium. c. 2.*

quantum excrementi ad locum ſuperiorem effertur, aliis in dentes vel continuos vel exertos diſtribuit, aliis in cornua. Quamobrem cornigerorum nullum vtrinque dentatum eſt. Supernè enim primores dentes non habent. Quippè cum natura hinc adimendo addiderit cornibus:& alimentum, quod in eos dentes digeratur, in cornuum incrementum abſumitur. Hæc ille. Sed cur his animalibus in dẽtes, aliis autem in cornua, excrementa illa digeruntur? Nõnè, vt animaliũ genera varientur:& quià aliis natura dedit dentes pro armis, vt canibus, aliis cornua tradidit, aliis pedes poſteriores, vt equis, aliis anteriores, vt vrſis?

231 Quis eſt primus brutorum animalium Rex? Nonnè dicitur, quòd Leo tenet hunc principatum? Si verò aduertere voluerimus ea, quæ per Ezechielis oraculum docemur, nonnè videbimus quatuor eſſe præcipua animalium genera, & vnumquodque habere ſuum Regem? Eſt enim genus ferarum, quas Scriptura חיות Chaiot vocat? quarum princeps eſt Leo: & eſt genus cicurum, qui per eandem Scripturam בהמות Behemot dicuntur: quorum princeps eſt bos. Eſt quoq; genus auium, quas Scriptura vocat עופות Hophot: quarum Regina eſt Aquila. Quartum eſt genus creaturarum rationabilium. Et harũ princeps eſt homo. Et ideò horum facies ab Ezechiele deſcribuntur: quãdo Merchaua, id eſt Tribunal Dei ab ipſo deſcribitur. Ad quod Tribunal quomodò iſta pertineant alibi diſſerendum relinquimus. Quorum tamen omnium ſingularis princeps Chriſtus eſt, qui dicitur Rex Regum, & Dominus dominantium. *Ezech. 1.* *Apoc. 19.*

232 Cur Leo rugit in hominem, ipſum deuorare quærens? An, quià innatæ ſunt inter hominem & Leonem inimicitiæ? Sed, cum datum fuerit à principio homini beſtiarum omnium dominium, vnde procedit huiuſmodi rebellio? Nonnè, quià homo rebellis & infidelis fuit Deo? Vnde ſicut poſitæ ſunt inter hominem ac Serpentem inimicitię: ſic etiam inter hominem & animalia dæmoniaca. Cuiuſmodi ſunt omnia rapacia: ſiue ex quadrupedibus; ſiue ex auibus. Quorum quadrupedum rapacium princeps eſt Leo. Vnde ipſi meritò Diabolus comparatur. Sed nonnè Leoni comparatur etiam Chriſtus: immò dicitur Leo in Apocalypſi, vbi habetur. Vicit Leo de Tribu Iuda? Nonnè, ſicut ipſe dicitur Serpens: non quidẽ quòd venenum habeat, ſed antidotum veneni: ſic dicitur Leo, non quòd iniuſtè rapiat, ſed quià prædam iniuſtè à Diabolo raptam recuperauit? *Gen. 1.* *Ibid. 3.* *1. Pet. 5.* *Apoc. 5.*

233 Cur Pardus ſi in tertio ſaltu prædam non capit, indignatus vlterius aggredi ceſſat? An, quià eius natura ſic eum docet? An, quià in illo tertio ſaltu omnes vires colligit? vltrà quas, alias colligendas non habet? An, cũ huiuſmodi animal rapax dęmoniacum ſit, docet nos qualem ſe nobiſcum gerat ipſe Diabolus? Si enim ei ter reſtiterimus, non vltrà nos aggreditur: niſi ſocios aſſumat, nequiores, & fortiores ſe. Nam ſicut œſtrum fracto aculeo vltrà inuadere nequit: ſic & Diabolus à nobis ter ſuperatus: Quod diſcere poſſumus ex bello Principi noſtro Chriſto illato à quo ter ſuperatus Diabalus, victus & confuſus receſſit. Vnde victori Chriſto Angeli adminiſtrantes & applaudentes aſtiterunt. *Matt. 4.*

234 Quo inſtinctu Simia immunda, omnes actus humanos effingere conatur? Nonnè, quià ſic ei inditum eſt à natura? Sed vnde hæc natura? An, quià (vt Platoni placet) reperitur in animantibus, maximè in ſagacioribus aliquod rationis ſimulachrum: quo & ſi non poſſunt hominem plenè imitari, ſaltem ipſum mentiri conantur? Quod Simia potiſſimè facit. An, quià ſagaciſſima? An quià ſicut in facie, & pedibus anterioribus aſſimilatur homini: ſic etiam conatur in geſtibus aſſimilari? An, quià Simia eſt animal dæmoniacum? Ideò mentiri quærit actus humanos: ſicut Diabolus, qui non tantum humanos, ſed etiam diuinos actus mentiri tentat.

235 Cur ouium & columbarum fumus agros ſummoperè impinguat? An, quià columbæ ſunt calidæ complexionis, & caliditas vitam præſtat? Sed nonnè ſtrutiones, ferrum digerentes, & leones, Solares & ignei, caliciſſimi ſunt: attamen eorum fumus nõ impinguat? An igitur, quià ſunt animalia fœcundiſſima? Vnde & quæ ab ipſis exeunt, naturam fœcundam ſapiunt. Quam fœcunditatem columba à Venere & Ioue, ouis autem à Ioue præcipuè ſuſcipit.

Iob.38. 236 Quo inſtinctu Gallus horas denunciat? Nonnè in Iob dicitur id à Deo fuiſſe datum? Sed cur magis Gallo, quàm aliis animantibus hoc datum eſt? Nonnè quià Gallus inter Phœbæas aues principatum tenet? Vnde conſtitutus eſt tubicen & præco Domini ſui: ad cuius ſolius motũ diſtinguuntur horæ. Hinc potiſſimè clamat, quando Sol cardinibus medij cœli & Orizontis oriẽtalis appropinquat: quià tũc mitiores & hominibus domeſticæ magis intelligentię ſortiuntur cuſtodiam. Quas quidem intelligentias ipſe Gallus præſentiens exultat & cantat: cantúque ſuo mortales ad orandum in tempore illo omnium opportuniſſimo excitat.

237 Quo myſterio Chamæleon colorem in toto corpore & oculis mutat? An, quià diaphanum habens corpus varios induit colores? Sicut de Iride dicitur: & ſicut contingit in aëre, qui oriente Sole rubeus videtur circà terram: in medio autem cœli ſapphirinus, in tẽpore nubilo aliquando ſubcroceus, & in nocte niger videtur. Ad id à Deo factum eſt, vt per hoc animal indicetur natura hominis: quæ in diuerſa tranſmutatur, pro diuerſitate obiectorum, quibus afficitur: ſicut aliàs dictum eſt: Mutantur quoque oculi humani pro varietate rerum conſyderatarum: ſicut Chamæleon pro diuerſitate colorum, quos aſpicit: vt Ariſtoteles aſſerit. Propter quam hominis mutationem, iuxtà varietatem obiectorum conſyderatorum factam, inquit Auguſtinus. Si Deum conſyderas aut creaturam propter Deum, fulget imago Deiinte: ſi verò inordinatè creaturã conſyderas, non video quomodò ſit imago Dei in te. Immò reſultat imago beſtiæ vel Diaboli pro difformitate conſyderantis.

Ariſt. 2. de natura animalium. c.11

Auguſtinus.

Ariſt. probl. 2. ſec. 7. 238 Vnde proficiſcitur cõpaſſio hominis in alterum patientem? An (vt Ariſtoteles ait) quià omnium communis natura humana eſt? Vnde compatimur, quando videmus aliquem ſecari, vri, torqueri, vel aliquo dolore affici. Quam naturam cognoſcens Apoſtolus, ait. Et ſi quid patitur vnum membrũ, compatiuntur & alia mẽbra. Et alibi. Quis infirmatur, & ego

non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror? An (vt Ariſtoteles proſequitur) ſicut nares & aures delibationes quaſdam rerum obiectarum pro ſua facultate concipiunt: ſic etiam aſpectu rei delectabilis vel triſtis, animus afficitur? *1. Cor. 12.* *2. Cor. 11.*

239 Cum lac ſit ſanguis concoctus, & de natura menſtrui (vt Ariſtoteles docet) cur non prohibetur lactis eſus, ſicut & ſanguinis? Nonnè, quià cum ſanguis in lac conuerſus, viuere deſinat, iam cibus coctus effectus: ceſſat ratio prohibitionis in Leuitico factæ? Ibi enim dicitur. Non comedatis ſanguinem, quià anima, animalis videlicet, in ipſo eſt. Nam id prohibitum fuit ex ratione aliàs aſſignata: ne videlicet homo imbibens animam bruti, immundaretur. Qui ſanguis & ſi coqui poteſt igni: antequam comedatur, non tamen decoquitur decoctione naturæ, tranſmutantis illa decoctione ſanguinem in lac, ab ipſo ſanguine ſpecie & effectu differens. *Ariſt. 4. de generatione animalium. c. 8.* *Leu. 17.*

240 Mel vnde & quomodò generatur? Nonnè (ſi vera docet Ariſtoteles) apes conſtructo fauo, cibi cauſa mellificant, non ex ſe, ſed ex rore cœli, quem cadentem deferunt ad aluearia aut fauos? Hinc tam citò complentur cællulæ ipſo melle, dulci quidem ex ipſo rore cœleſti. Qua forſitan ratione guſtus rerum ſacrarum in Scriptura comparatur melli: cum & guſtus hic generetur non tantum ex apum diligentia, quæ nos ſignificant, ſed ex floribus ſcripturæ ſacræ, & rore illo, de quo dicitur. Sicut ros Hermon, qui deſcendit in montem Sion. In quo rore benedictus fuit Iahacob & Heſau: quorum alter ſpiritualem, alter verò animalem hominem ſignificat: cum vterque homo rore illo paſcatur. Nam res fidei & diuinæ, atque verbum Dei per animalem auditum intrant ad mentem. Iuxtà illud Pauli. Ergò fides ex auditu, auditus autē per verbum Chriſti. *Ariſt. 5. de natura animalium. c. 22.* *Pſal. 132.* *Gen. 27.* *Rom. 10.*

141 Cur Serpentes pedibus carent? An, quià, cum toto corpore ſerpant (vt eorum nomen indicat) pedibus non indigent? An id eſt ex Dei ſententia, qua dictum eſt. Super pectus tuum gradieris? An, quià myſterio recondito ordinatum fuit: vt ſicut Serpentes priuati ſunt affectu (nulli enim rei afficiuntur, adeò maligni, vt ſemper noceant) ſic etiam careant pedibus ipſum affectū denotantibus? Et ſi Remora & Scolopendra, quam Ariſtoteles Centipedem vocat, pedes habere videntur: tamen (vt ipſi Ariſtoteli placet) pedes Remora non habet, ſed ſpinulis vtitur pro pedibus. Nec illos Centipedis admittit inter pedes propriè dictos. Sed quid de Hydra dicendum eſt, quam cum ſeptem capitibus & duobus pedibus conſpeximus? An fortè hoc habetur pro monſtro: illud autem Ariſtotelis intelligitur prout in vſu habet natura? *Gen. 3.* *Ariſt. 2. de natura animaliū. c. 14.*

SECTIO SEPTIMA DE MVNDO, ET NATVRAE PROPRIETATIBVS ET ACCIDENTIBVS.

MVndus, ſecundum ſecretiores Theologos, quibus numeris, & quibus rationibus fabricatus, & diſtributus eſt? Nonnè ſuprà de mente Platonis diximus, quòd Mundus in cubo ternarij, vigintiſeptẽ videlicet, fabricatus fuit? Quod (vt opinor) ab antiquis Theologis hauſit: quos ipſe penè in omnibus imitatus eſt. Ipſi enim dicunt, & maximè Zohar, Mundum eſſe fabricatum vigintiduabus literis: quarum quinque geminantur, adeò vt aſcendant vſque ad numerum vigintiſeptem. Vnde harum literarum aliquæ conueniunt cum elementis, tres videlicet: duodecim cum ſignis cœleſtibus, & ſeptem cũ ſyderibus erraticis. Et hę duplici prolatione proferũtur, remiſſa videlicet & acuta. Acuta autẽ & forti, quando repręſentant Planetas in propriis domibus exiſtentes, quià tunc fortioris & acutioris virtutis ſunt: remiſsè verò & leniter, quãdo in aliena domo ſunt: quià tũc remiſſior & debilior eſt virtus ipſorum Planetarum. Et hæ omnes literæ partes materiales compoſitorum repræſentant.

243 Quibus figuris aut numeris formæ & virtutes operatiuæ rerum produci dicuntur? Nonnè literæ hebraicæ quæcunque vel quotcunque copulantur, mutæ ſunt, & ſine vita aut prolatione, & veluti corporum mortuorum fruſta? Et hoc quouſque apponantur puncta, quibus viuunt quodammodò. Et ſic viuunt, proferuntur, vel habent motum: vt Hebræi dicunt. Nec adhuc pleno motu vel prolatione gaudent, niſi accentus apponantur: qui ſunt tanquam vires operatiuæ, & motibus, & influxibus ſupernis correſpondentes. Vnde, ſi quis hebræum idioma benè pronunciare ſciat ſecundum accentuum rationem, totam cœleſtem & ſupramundanam harmoniam repræſentat: dum ſacram ſcripturam debita prolatione in proprio idiomate ſcriptam legit. Quod nulli alij literarum contextui contingere videmus. Et hinc ſacrorum eloquiorum, ac hebræi idiomatis dignitatem depræhendere poſſumus: quod in literis repræſentat omnes compoſitorum partes, in punctis autem omnes formarum viuificantium modos, in accentibus verò omnes debitas operationes ſuis principiis cœleſtibus & diuinis correſpondentes. Nam ex his omnes non dicam ſpecies tantum, ſed indiuidua creaturarum producuntur.

244 Quot indiuidua facta ſunt, prout ex aliqua coniectura depræhẽdi poteſt? Nonnè, ſi literæ ſunt materiales compoſitorum partes, ex eis, omnibus modis poſſibilibus coniunctis, depræhendere poſſumus numerum rerum creatarum: qui ſupputari poteſt, proferri verò nequaquam, niſi ab eo, qui numerat multitudinem ſtellarum, & pillos capitis, & arenam maris & pluuiæ guttas? Ex omnibus enim literarũ combinationibus ſecundum regulas ſecretiorum Theologorum infallibiles, abſque punctorum

ctorum aliqua immixtione hic numerus reſultat: videlicet.112400259o8 27719680000.Si verò permixtiones cũ punctis addãtur, erit numerus nec expreſſibilis nec ſupputabilis à nobis:Deo tamen proculdubio cognitus.

245 Si ſic eſt: quomodò Plato potuit aſſignare numerorũ fabricæ determinatum?Nonnè primò totam fabricam complectitur numero vigintiſeptem:poſteà,vt interualla compleat, aſcendit vſq; ad centũ ſexagintaduo:rurſũmq; vt includat lẽmata & dieſes, deuenit vſq; ad decem millia tercentum & ſexagintaocto?Et illic Academici pedẽ figere videntur,nullo ipſorũ vlteriusprogrediente.Secretiores autẽ Theologi vadunt vſq; ad inexpreſſibilẽ numerũ. Plato enim conatus eſt innuere prima & ſecundaria rerũ genera atq; ſpecies ipſarũ tãtum:ſe ab indiuiduis tanquã innumerabilibus continens. Hinc Porphyrius dixit. Deſcendentibus ad particularia iubet Plato quieſcere. Secretiores verò Theologi diuino oraculo edocti in libro de formatione Abrahæ aſcripto,innuunt etiam indiuiduorum multiplicationem:quamuis(vt diximus)inexpreſſibilem. *Pla.in Tim.* *Porphyrius.*

246 Quomodò dicitur fabricatus Mundus per numeros vel per literas?Non quidem numeris,quibus numeramus,aut literis,quibus verba formamus,fabricatus eſt Mundus, ſed per ſignificata per ipſos characteres & numeros.Nulla enim res eſt expreſſibilis, niſi ſit.Vnde quicunque character exprimens,rei expreſſibili reſpondet:& quicumque numerus, rei numeratæ reſpondet:& rebus,quibus res diſtinguuntur,vt numerentur.Sunt etenim in Archetypo primarij fontes:vnde ſecundarij egrediuntur varij,ex quibus rerum multitudo & varietas reſultat.Literæ verò (vt diximus)ſecundarios fontes ſignificant,elementa videlicet, ſydera & ſigna: & conſequenter primarios, ex quibus hi ſecundarij prodeunt. Ex quibus primariorum & ſecundariorum influxibus omnia producta ſunt, & producuntur. Vnde quæ per literas (quæ omnes ſuos numeros continent)à ſecretioribus Theologis denotantur: à Platonicis & Pythagoræis per numeros deſignantur. Ex quorum principiorum permixtione (vt dictum eſt)hæc varia producuntur.

247 Cur Plato ternarij cubum nõ tranſcendit: ſecretiores autẽ Theologi vlterius progredi videntur?An fortè diſſident inter ſe? Sed quomodò diſſentit Plato ab iis: quorum dogmata penitus proſequitur? Quod non modò Euſebius, & Numenius Pythagoræus dicunt: ſed ipſemet alicubi fatetur:vt in Hebræorum monumentis reperimus.Nonnè diximus,quòd hebraicæ literæ, additis illis quinque geminatis aſcẽdunt ad numerum vigintiſeptẽ:qui numerus eſt ternarij cubus à Platonę celebratus? Accepit enim hic ternarium,quo Deus gaudet in tres fontes primarios diuiſus: prout fides noſtra catholica profitetur.A quibus fontibus omnia emanãt. Et cum numerus extendi nequeat,niſi ad tria ſpatia,in longum videlicet, latum atque profundum (vt Ariſtoteles etiam fatetur) Hinc Plato contentus fuit illa omnimoda ternarij dilatatione. Infrà cuius limites perſiſtens auget numerum vocalem, in centenarios & millenarios: naturali vel formali ſemper eodem permanente. Hinc per denarium,& per duo- *Pla.in Tim.* *Euſebius 111 de præparatio.c.6.* *Ariſt. 1.de cœlo.*

denum millenarium cœleſtia diſtribuit,& augmentum Reipub.per duodenarij primò creſcentis cubum. Omnia tamen compręhendit in cubo denarij formalis pro ſequens diuinam conditionem:quæ ea eſt, vt quantumcumque multiplicetur, nunquam tamen ab vnitate & trinitate ſua diſcedat.

248 Quo myſterio huiuſmodi deſcribuntur,& ſunt? Nonnè, vt ſors & conditio rerum innitiatur,quæ & ſi in ſeipſis multiplicari videntur, nunquam tamen ab vnitate radicis ternaria diſcedunt? Hinc Plato laudauit Parmenidis ſententiam dicentis omnia eſſe vnum: ſicut rami in trunco, radij in Sole,& vires in anima vnum ſunt.Quæ potius ſunt mente eleuatiſſima contemplanda,quàm ſermonibus exprimenda.

Idē in Par.

249 Quid innuunt flumina ſempiterno fluxu ad mare currentia:Nonnè hinc diſcere poſſumus, quo nam modo ab illo ſupramundano mari omnia proueniunt per occultos & ſecretos meatus, aut venas Mundani corporis,quouſque ſcaturiant & appareant in fontes:Vnde flumina à mari oriuntur,ſemper fluentia,quouſque ad ipſum mare reuertantur: vnde traxerunt originem.Iuxtà illud.Omnia flumina intrant in mare.Et paulò poſt. Ad locum, vnde exeunt,flumina reuertuntur. Sic etiam creaturæ omnes deueniunt ab illo mari magno ſupramundano,tranſeuntes per cauſas ſecundas modo occultiſſimo tanquam per fiſtulas & venas Mundi. Sicut & animalium ſemen per occultiſſimos meatus tranſit vſque ad locum, vbi formatur in corpus:& formato ipſo, quod producitur: à matre vel ſecundis cauſis æditur,& apparet in publico: currens tamen irreuocabili & indefectibili curſu, quouſque reuertatur ad mare ſupramundanum:vnde exiuit,niſi aliqua macula præpediàtur.Nam tunc non redit ad principium,vnde venit:ſed in latrinas infernales,tanquam expurgamentum quoddam,demittitur.

Eccl.1.

250 Cur Sapiens ait,quòd mare nôn redundat,neque creſcit,quamuis illuc omnia flumina currant?Nonne,quià (vt ipſemet ait) iterum refluit aqua,eadem videlicet,quæ in mare intrat? Sed quid erit de vltimo curſu quando videlicet vltrà non reuertetur aqua, vt fluat? An,quià tunc erit plenitudo illa, quæ expectatur, & qua adueniente rerum curſus complebitur? An quià infinitumeſt mare illud? Et ideò non creſcet ex illa reuerſione aquarum: ſicut non fuit diminutum,quando aqua illa exiuit.

Ibidem.

251 Nilus cur tempore ſuo redundat?An id eſt (vt Aagathargenes Gnidius apud Diodorum Siculum ait) quià in Æthiopiæ montibus,ab æſtiuo ſolſtitio vſque ad æquinoctium autumnale imbres fiunt continuè? Hinc propè Autumnum viceſimaſeptima videlicet Auguſti die, vel circà redundat.Sed ſi pluuiæ durant vſque ad æquinoctium,quare inundatio non perſeuerat? Nonnè,cum hæc ratio ipſi Diodoro non ſatisfaciat, ait quòd huius rei cauſa eſt ignota:ſicut in multis aliis contingit? Eiuſdem quoque ſententiæ eſſe videtur Ariſtoteles paruipendens dicta Diogenis Nateytheni Apolloniatis, Anaxagoræ Clazomenij, & aliorum. Sed cur in fine Auguſti redundet, nec verbum facit. Et hoc, quià ratio eſt in cœlis, non

Diodo. in fine primi.

Ariſtot. de Nili redundatione.

autem in terra. Eſt enim Nilus Gion vnus ex quatuor fluuiis, è paradiſo voluptatis egredientibus ad irrigandum vniuerſum orbem, ſuperiorem videlicet, & inferiorem Aut (vt opinor) eſt fluuius figurans vnum ex illis quatuor influxibus ab horto voluptatis emanantibus, id eſt ab ipſa diuinitate prima origine & fonte omnium influxuum: quæ omnibus diuidit, quantum & quando vult. *Gen.2.* *Ibid.1.*

252 Cur omnia ſint à Deo facta in Mundo valdè bona: cur dicit Salomon, quòd omnia ſunt vanitas? Omnia quippè bona eſſe cenſentur inquantum ſunt plena Deo, omnia bonitate ſua replente. Iuxtà illud Prophetæ. Aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate. Omnia verò ab ipſo derelicta, ſunt vana. Hinc idem Vates ſubinfert. Auertente autem te faciem, turbabuntur: auferes ſpiritum eorum & deficient, & in puluerem ſuum reuertentur. Vnde diſcere poſſumus, quod vnumquodque eatenus eſt, quatenus bonum eſt: ſemota verò bonitate ad nihilum tendit. Iuxtà illud celebratum à Platone: poſteà autem ab Ariſtotele. Malum ſeipſum deſtruit. Hinc Metaphyſici de eo, quod eſt, tractantes aſſerunt, quòd ens & bonum conuertuntur: cum eatenus res ſit, quatenus bona eſt, Cum igitur Salomon Mundum deprauatum cerneret: iure dixit omnia eſſe vanitatem, & afflictionem ſpiritus. *Eccl.1.* *Pſal.103.* *Plato.8.de Repub.* *Ethic.4.* *Metaph.4.* *Eccl.1.*

253 Quomodò (vt Iohannes ait) totus Mundus in maligno poſitus eſt? An, quià omnis homo pronus eſt ad malum ab adoleſcentia ſua: vt in Geneſi dicitur? An, quià Mundus hic inferior totus materialis eſt? Hinc tendit ad malignitatem, ſicut & materia. An, quià propulſa eſt Dei bonitas à malitia noſtra? A qua bonitate deſtituti ſemper in peius corruimus. Iuxtà illud Iohannis, Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. Vnde fugato Deo, cum Mundus indignus ſit tanto hoſpite, inuaſit eum Diabolus, ipſum ſub tyrannidem redigens. Hinc ipſe Mundi, quamuis tyrannicè occupati, princeps à Chriſto appellatus eſt. Nec rerum naturalium princeps effectus eſt, ſed malorum hominum, & eorum, que mali poſſident. *1.Io.5.* *Gen.6.* *Apoc.22.* *Io.12.14.*

254 Cur dicitur, quòd Iupiter, Neptunus & Pluto Mundum inter ſe diuiſerunt? An, quià Diabolus, tricerberus canis, tridente ſuo effectus eſt Dominus trium malignitatum, quæ ſunt in Mundo à Iohanne commemoratarum concupiſcentiæ videlicet oculorum, concupiſcentiæ carnis & ſuperbiæ vitæ? An quià Iupiter vendicauit ſibi aërem, Neptunus aquam, Pluto terram: quæ ſunt tria elementa, ex quibus omnia conſtant? Ignis verò eſt vita, quæ per omnia diffunditur. Quos omnes Antiqui voluerunt eſſe numina omnium rerum fundamentalia. *1.Io.2.*

255 Quæ partitio eſt iſta ſecundum Platonicos? Nonnè id exaratum habemus à Proculo: qui ait, quòd iſti ſunt tres duces? Horũ enim primus Iupiter eſt ſubſtantificatiuus: & huic tribuitur omnis anima nobilis, generationi nõ ſubdita: primũ mobile videlicet, primũ elementorũ ſcilicet ignis: ſuprema pars aëris, quæ eſt æther: prima par Mundi, quæ eſt Orien- *Pro.in Ti.*

Gen.1. talis. Et hic eſt (vt ipſe Proculus ait) primus ducalis ordo. Secundus eſt Neptunus viuificatiuus. Nam ab aqua proueniunt generationes vitæ. Sicut ſcriptum eſt. Producant aquæ omnem animam viuentem. Et in hoc ſecundo ducali ordine Neptuni, eſt ſphæra aquæ: & generatio inde proueniēs erraticæ ſphęrę, infima aëris pars humida, & quaſi aquea: Mineralia quoque, quæ aquea ſunt omnia. Pluto autē præſidet tertio ducali ordini, in quo ponitur ſphæra actiuorum & paſſiuorum: terra videlicet cum terreſtribus, tartarus & omnis ignis tam crucians, quàm purgans. Et ab hoc igne purgante tertius hic ordo dicitur conuerſiuus: quià illo purgandi purgantur, vt in Deum reuertantur. Iuxtà illud Apoſtoli. Si cuius opus
1. Cor.3. arſerit, detrimentum patietur: ipſe tamen ſaluus fiet.

256. Vnde ignis ab Ætna monte exhalatur? An ex ſulphure ſub terra accenſo & inflammato igne illo, qui in terra latet? Ex quo quidem igne plæriſque in locis balnearum aquæ calefiūt. An per aliquos meatus exæſtuat ignis ille Inferni illuc è cœlo demiſſus, in mortalium tormentum: vt Pythagoræ placet? Hinc & Næuius apud Varronem ait. Expirante vapore vides ignes, quibus eluit ſcilicet Deus, mortales & diuos: ſpiritus videlicet malos, ſiue mortales diuos (vt aliqui codices habent) qui ſunt dæ-
Pluta.. cur orac. ſiluerūt mones mortales. Nam multi antiqui aſſerunt, quòd dæmones naſcantur & moriantur. Sicut Plutarchus narrat vocem à nautis Epitherſis in inſulis echinadis auditam: magnum videlicet Pana mortuum eſſe, principem
Euſe.5. de præpa. Euāgel. c.9. quendam dæmonum. Quod examinatum & annotatum fuiſſe perhibet in Romanorum annalibus, Tyberio Cæſare iubente.

257 Quot & quæ ſunt Inferni loca, vbi mali torquentur? Nonnè ſeptē: vt ex Scriptura elicitur? Primus enim eſt בור Bor ſeu באר Beer, Pro quo
Pſal.68. communis æditio habet puteum: vt in Pſalmo. Neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum. Secundus eſt שאול Seol id eſt fouea. Pro quo vulgata traductio habet Infernum: vt in Pſalmo. In Inferno autem quis confitebitur
Ibi.6. tibi. Tertius Inferni locus eſt מות Maueth id eſt mors. Et de hoc meminit
Ibidem. Dauid, dum ait. Quoniam nō eſt in morte, qui memor ſit tui. Quartus eſt צל מות Zal mauet, id eſt vmbra mortis. De quo ab eodem Propheta fit
Ibi.22. mentio, dum dicitur. Quoniam, ſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es. Senſus enim eſt. Et ſi fuero in Inferno, nihil timebo: quià mecum es. Quintus locus eſt דומה dumah, id eſt ſilentium. Et de hoc meminit idem Vates, vbi ait. Neque omnes, qui
Ibi.113. deſcendunt in dumah. Pro quo communis æditio habet, Infernum. Hinc Poëtæ vocarunt tartara, loca ſilentium. Ibi enim ſilent omnia bona: ſicut alibi diſſeruimus. Sextus eſt אבדון Abadon id eſt exterminium, perditio, & interitus. De quo in Apocalypſi fit mentio, dum dicitur. Et habebant ſu-
Apoc.9. per ſe Regem Angelum abyſſi: cui nomen hæbraicè abadon. Septimus locus eſt גאונם Gheonam, id eſt vallis lamentationis. Et de hoc meminit Pſalmographus: vbi canit. Compræhendantur בגאונם Bigheonam. Pro
Pſal.58. quo vulgata traductio habet, in ſuperbia ſua. Eſt adhuc גיא בן הנם Ghe
Iere.7.19. bē hinon, id eſt vallis filij hinom: de qua Ieremias meminit. Quē locum

Chriſtus

Chriſtus vocat gehennam ignis: vt Hieronymus benè ſentit. *Mat.5.10.*

258 Qui puniuntur in quolibet ſupradictorum locorum? Nonnè in puteum detruduntur ij, qui peccata ſua confiteri nolunt? Quod Auguſtinus innuit, ſuper illud Pſalmi. Non abſorbeat me profundum, neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum. Ait enim. Non vrgebit puteus profundi ſuper te os ſuum, niſi tu clauſeris os tuum in confeſſione. In Seol verò vel foueam mittuntur auari. Quod comprobamus in Saule, qui ſcribitur iiſdem literis, quibus Seol. Ipſe quidem abiectus à Deo fuit: & illic punitus: quià ex auaritia Hamalechitarum res contrà præceptum Domini ſeruauit, & auſus eſt illas, tanquam ſacrilegus, offerre ipſi Deo. In carcere mortis cruciabuntur illi, qui contempſerint fontem vitæ, verba vitæ, & panem vitę, ex ſententia Chriſti dicentis. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis. Quam carnem prius vocauerat panem vitæ. In vmbra mortis autem torquebuntur illi, qui Mundi vanitates ſecuti fuerint. Huiuſmodi enim vanitates ſunt velut vmbræ ipſius mortis. In dumah vel ſilentio verò punientur illi, qui Deum & Chriſtum confiteri noluerint, & ipſum laudare: omniáque ab eo data recognoſcere neglexerint. In abadon autem vel exterminio torquebuntur pleni ira, quæ extrà terminos rationis ac pietatis hominem trahit. In Gehenna verò cruciabũtur crudeles & impij in Deum & proximum. *Aug. ſuper Pſalm. 68.* *1. Reg. 15.* *Io. 6.*

259 Quomodò malorum animæ illic punientur: cum hæc commemorata ſint (vt innuitur) potius corporum quam animarum tormẽta? An fortè erit continuum miraculum: vt videlicet anima immortalis moriatur, aut ignis corporei pœnas patiatur, aut carcere detineatur: cum abſoluta à corpore loco vllo nec circunſcribatur, nec detineatur? Sed cur cõtinuum in reprobis miraculum fieri debet? An igitur nouo ordine ſpiritibus & animabus malorum dato torquebuntur? Nam ſicut corpora bonorum ſpiritibus naturam induent, vt beatificentur: Ità malorum animæ naturã corporis induent, vt torqueantur. An, quià ſicut empyreum cœlum eſt locus cõueniens animabus & corporibus beatorum: ità Infernus eſt locus cõueniens animabus & corporibus impiorũ? Erit enim ibi ignis torquens ab hoc inferiori differens: & is, qui poterit animas cruciare: dicente Iſaia. Nutrimenta eius ignis, ligna multa, & flatus Domini, ſicut torrens ſulphuris, ſuccendens ea. Eſt enim hic tropica locutio horum lignorum, & huius ignis ad illum ignem, & fomentum illius, qui impios torquebit. *Iſa.30.*

260 Qua de cauſa annumerantur foueæ ſeu Inferni loca numero ſeptenario? Nonnè plæriſque in locis tactum eſt, quod Deus per numerum ſeptenarium peccata remittit, & per ſeptenarium punit, & per eum ferè omnia diſponit? Hinc iuxtà ſeptenarium pœnarum (vt Zohar aſſerit) ſunt ſeptem habitacula in paradiſo delitiarum, & in cœlo beatorum. Vbi lux Solis in ſeptuplo fulgebit (vt Iſaias ait) & vbi ſunt ſeptem lampades ardentes (vt in Apocalypſi dicitur) & vbi ſunt ſeptem ſpiritus, quibus omnia bona diſponuntur. Sic ex aduerſo, pro tormentis ſunt illa ſeptem loca annumerata, & ſeptem Angeli (vt Iohannes inquit) habentes ſe- *Ibidem.* *Apoc. 4.* *Ibidem 15.*

ptem plagas nouiſſimas, in quibus ira Dei conſummatur.

261 Vnde oritur mare Malach, vel aſphaltum, & cur venenoſum & lętale eſt? Nonnè à Iordane fluuio fit lacus ille in pentapoli Syriæ, qui vulgò mare mortuum dicitur? Sed cur ſic denominatur? An, quià in eo mortui ſunt illi Gomorreani & peſſimi viri? An, quià omnes piſces illuc ingredientes moriuntur: vt clara experientia docet? An, quià nihil dignum vita ibi naſci poteſt? Nam poma in littore eius naſcentia, & ſi pomi corticem habent, intus tamen plena ſunt cinere vel puluere. Dicitur autem mare מלח Malachiæ id eſt ſalis: quià ex ipſo generatur ſal, & aqua illa eſt amara & ſalſa: & inde generatur pix, qua habitantes vinearum truncos coronant, ne vermes, vuas demolientes, aſcendant. Nam timent & horrent picem illam amariſſimam. Cuius aquæ portenta, ad oſtendendam prauitatem ibidem à ſummo Moderatore ſuffocatorum, vltrà ordinarium naturæ curſum facta ſunt.

262 Cum omnia ſale condiantur, cur terra ab eo comburitur, & infœcunda redditur: vt in eodem loco aſphalti patet? An, quià terra, cum ſicca ſit, ſale magis exiccatur: & infœcunda redditur: quià priuata humore, qui eſt fœcunditatis principium? An, quià ſal ignis omnia corrodentis naturam ſapit? Condit tamen & ſapidum reddit cibum, ipſius humiditatem comprimens, quæ faciebat inſipidum. An, quià ſal Solis virtute congelatum, reddit cibo, quod à Sole accepit, ſaporem videlicet vitæ accommodatum? Cui vitæ Sol adeò fauet, vt dicatur ipſe ſimul cum parente animal generare.

263 Qua de cauſa fructus montium ſunt digeſtibiliores, & naturæ humanæ accommodatiores cæteris? An, quià montes magis appropinquant cœlis influentibus, quam valles? Sed nonnè hoc parum eſſet, reſpectu tantæ diſtantiæ? An igitur, quià montium aër ſalubrior & defecatior eſt, quià elongatus ab humoribus, qui è terra depreſſa exhalantur? An, quià montes ventis aërem purificātibus ſunt magis expoſiti? Hinc in montibus ſubtilior aër eſt, quam in planitie, quià magis purificatus. An, quià venti ibi puriores magis fauent virtuti fœcundanti? Vnde montium fructus ſunt fœlicioris & melioris virtutis: quamuis maioris quantitatis in locis depreſſis, ex maiori humiditate, quæ illic abundare ſolet.

264 Vnde panis tam conformis eſt humanæ naturæ? An, quià temperatiſſimus eſt cibus? An, quià eſt cibus Iouius hauriens vim à Ioue, qui ſemper iuuat? Sed cur nobis propitius eſt Iupiter? Nonnè id eſt à fonte pietatis & bonitatis diuinæ, cui directè ipſe ſubeſt: vt ſecretiores Theologi docent? Hinc Chriſtus voluit præbere nobis cibum cœleſtem corporis ſui ſub panis ſpecie, tanquam perfectiſſimi, & ſuper omnes cibos humanæ vitæ accommodatiſſimi.

Sec. Theo.

265 Cur oleum nullis liquoribus commiſcetur? An id eſt propter vnctuoſitatem, ex qua vix miſcetur, niſi percuſſionibus aſperum aliquantiſper reddatur? An, quià oleum habet magnum diuinitatis veſtigium, & ſymbolū: ſi dicere fas eſt? Vnde in ſacra Scriptura à peritis per oleum di-

uinitas intelligitur: & inter alia, quibus diuinitas & oleum ſibi inuicem aſſimilantur, id eſt: quià oleum ardet, & ardendo præbet pulcherrimum lumen. Sic & Deus dum corda inflammat, lumen tribuit, in quo videre poſſumus omnia, etiam diuinitatem ipſam. Item ſicut oleum aliis liquoribus non admiſcetur, ſed omnia vngit: Sic diuinitas nobis non commiſcetur, ſed vngit, linit, & perfundit omnia. Nam Deus eſt in omnibus abſque mixtura. Qua vnctione vngimur omnes, Ideò Chriſtiani, id eſt vncti dicimur: potiſſimè autem vnctus fuit ille, qui per antonomaſiam Chriſtus, id eſt vnctus dictus eſt. Vnde de ipſo Propheta canit. Vnxit te Deus Deus *Pſal.* 44.
tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis.

266 Cur tyriaca & papauer ſomnum ingerunt? Papauer quidem ſomnum prouocat ex frigiditate calidos humores, igneos & ſubtiles conſtipante: qui euaporantes ſomnum impediunt. Hinc papauer ex frigiditate in principio quarti gradus (vt Cōſtantino placet) maximè nigrum, eſt duræ digeſtionis: ſicut Dioſcorides tradit: & (Plateario teſte) valet contrà apoſtemata. Tyriaca verò alia ratione ſomnum prouocat, deprimens videlicet malignos & venenoſos humores, ad cerebrum aſcendentes, & ſomnum impedientes. Et hæc cōfecta ex carne tyri vel viperæ cum multis aromatibus, eſt celeberrimum contrà venenum antidotum: repræſentans in hoc Chriſti carnem, multis aromatibus & odoramentis conditam: quæ dicitur panis & cibus vitæ contrà venenum mortiferum, generi humano ab Angelo mortis illatum. Quæ tyriaca diuina inducit ſomnum illum, de quo dicitur. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum. *Ibi.* 126.

267 Cur plantæ & flores rore tacti fortius & ſuauius redolent? An, quià ros ſubtilis odores ſubtiliat: vt facilius ſpirent à floribus vel plantis? An, quià flores & folia rore, veluti conuenientiſſimo pabulo, paſcuntur: quo cibo corroborata fortius odorem emittunt? An, quià ros habet vim ſummoperè attractiuam, velut magnes, trahens ad ſe odorem: vt patet in ladano, quod aliqui antion vocant? Nam ladanum eſt ros cadēs ſuper herbam odorem huiuſmodi redolentem: & retinens in ſe odorem attractum ab illa herba. Et hic ros duplici modo colligitur. Nam aut arundinibus complicatis trahitur ros ille in vaſa accommodata: aut colligitur ex hircorum & caprarum illas herbas paſcentium barbis. Et hoc ladanum eſt longè melius altero.

268 Cur tot mirabilia, quæ de plantis & radicibus dicuntur, vera non videntur? An forſitan, quià Antiqui ſcripſerunt ad libitum? Sed nōnè eſſet nimis abſurdum: quod tot antiqui Sapientes delyraſſent: qui non ea, quæ alij dixerunt, repetierunt (vt ex recentioribus multi faciunt) ſed quod experimento didicerunt, ſcripſerunt? An igitur, quià non omnes plantæ eandem vbique virtutem habent? An, quià non omni tempore herbæ & radices ſunt plenæ ſuo influxu? Enulæ enim radix tempore ſuo collecta, valdè confert ſtomacho, alio verò tēpore nequaquam. Perforata ſuo charactere ſignata in oleo poſita mirabili virtute vulnera ſanat: alio autē tēpore, quando videlicet nullo charactere eſt ſignata, nihil vel parum prodeſt.

269 Vnde multas herbas non plantatas,nec ſeminatas terra ſpōte producit?An id eſt ex naturali inſtinctu,quem terrę Deus indidit:dum à principio dicis.Producat terra herbam virentem?Sed in quo Deus inſtinctum & virtutem huiuſmodi inſeruit?Nōné in vita ipſius:cum & ipſa viuat,pars huius Mundani animalis exiens? Deus enim totius Mundi vita eſt. Quo ſenſu opinor ab Eccleſia dici.Deus cui,& in quo omnia viuunt.Nec enim terra produceret, niſi viueret: cum productio & generatio vel germinatio non fiat niſi à viuente.Vnde ſignum vitæ ipſius eſt,quod fouetur ſummoperè à viuente,aut à viuo proueniente:fimo videlicet animalium, qui à viuente prouenit retinens vitam,quamuis deciſus. Cuius indicium eſt, quod fumat & calidus eſt:ex reliquiis videlicet vitæ in ipſo ęxiſtentis.An terra producit varia ex vario aſtrorum influxu? Et hoc tanquàm ex virtute maſculea, & ex ſua virtute & vita, tanquàm ex vi fœminea. Cœlum enim inquantum à Deo recipit, vnde influat, reſpectu ipſius Dei habet vim fœmineam:dum verò in terram influit,vim maſculeam habet.

Gen.1.

270 Quarè terra difficilius producit plantas ſatiuas, quam ſponte naſcentes? Nonnè quià & ſi terra habet vim producendi omnigenas herbas (vt nuper dictum eſt) aliqua tamen gleba eſt aptior ad producēdam vnā plantam quam aliam:vt claro experimēto cōprobatur? Quod cum multis ſerētibus ignotum ſit,ſæpè committunt ſemina terræ non aptæ ad producendam plantam:cuius eſt ſemen.Vnde facilius terra producit plantā, qua ipſa quodāmodò grauida erat, quam ex ſeminato ſemine ſibi minus conſentaneo.Salomon autem in hortis ſuis plātauit omnes plātarum ſpecies,quæ coaluerunt:quià (vt in libro, cuius titulus eſt Porta lucis,habetur)omnes terræ venas cognoſcebat:quæ aptæ videlicet erant ad producēdas illas vel illas plantas.Hinc dixit. Ædificaui mihi domos & plantaui vineas:feci hortos & pomaria, & conſeui ea cuncti generis arboribus.

Porta lucis.
Eccl.2.

271 Vbi diſperduntur tot metalla tāto tempore è terra effoſſa? An, quià multum auri & argenti conſumitur in deaurādis cubiculis,colūnis,& huiuſmodi multis ædificiis?An,quià magna copia in mari demergitur,aut in terræ cauernis occultatur? An, quià mali ſpiritus Mammonæ vendicant ſibi multa ex iis,quæ abſcondita ſunt,ſubmerſa, vel furto ſubtracta? Horum enim omniū(vt alibi reſerauimus)à Deo poteſtatem habēt.An,quià in terram reuertuntur: vnde extracta ſunt?Sicut omnia facere ſolent: vt videlicet,vnde venerunt,reuertantur.

272 Cur abundātia frumenti,piſcium penuriā indicat,& è cōtrariò? An, quià frumēti & piſciū influxus cōtrarij ſunt?Hinc vno præualēte,alter debilitatur.Habēt enim piſces influxū ab vtraq; Luna:hac videlicet,quā videmus,& à ſuperna,quę mare magnū dicitur:vbi reptilia & piſces,quorū non eſt numerus. Frumentum verò à Ioue potiſſimè,qui ſemper mortales iuuat, vim ſuam haurit. An, quià (vt ſeriò vel iocò dixit Abraham aben Hazra)ſicut hæc terra ferax, ſterilis fit:ſic & illa, quæ eſt in fundo maris, eſcas pro piſcibus producens? Vnde piſces in fundo eſcam non inuenientes,quærunt in ſuperficie:& ideò facilius & in maiori copia capiuntur.

Pſal.103.
Abraham abē Hazra.

273 Quæ ſunt fundamenta Mundi inferioris, cœlorum,atque omnium rerum?Sunt nè forſitan hæc elementa craſſa, quæ omnium rerum elemē-ta & fundamenta dicuntur? Sunt quippè hæc elementa rerum generabilium & corruptibilium fundamenta: ſed indiſſolubilium rerum fundamenta non poſſunt eſſe hæc corruptibilia. An igitur ſunt elemēta in communi:ſub quo nomine tam hæc elemēta craſſa,quam cœleſtia, Angelica, & diuina comprehenduntur?A quibus diuinis omnia alia depēdent? Sunt enim elementa in cœlis, Angelis, atque Deo (vt alibi diximus) ſed hæc, quæ ſunt in Deo, ſunt primordialia omnium aliorum fundamenta: quæ includuntur & denotantur per quatuor literas magni nominis Dei, quod eſt omnium rerum creatarum,& etiam legis origo, exprimentis ipſa omnia producta,& eadem dirigētis. Et hic eſt(vt reor) lapis ille,de quo Iob. *Iob.38.* Quis poſuit(inquit)lapidem fundamenti,vel angularem? Et iterum paulò ſuperius. Vbi eras,quando ponebam fundamenta terræ?

274 Quarè omnia facta ſunt à Deo ſolo iuſſu aut verbo: ſicut Propheta canit? *Pſal.148.* An,quià non indigebat Opifex inſtrumento aliquo, vt produceret?Ideò ſuffecit ſolum verbum. An id miro ordine factum eſt: vt opinor? Cum enim verbo quodam ideali, & intrinſeco omnia prima productione facta fuerint:quid reſtabat, niſi verbo explicare, quod conceptum erat? An, quià (vt nuper diximus) cum omnia virtute diuini nominis producta ſint,exprimendo ea,quæ in virtute diuini nominis continebantur,per vocem aut iuſſum omnia prodibant ex eo nomine? Sicut ex arboris trunco rami,flores & frondes,& cætera huiuſmodi prodeunt.

275 Quid eſt meritum & palma toties repetita ab Abraham, dum de *Abra.in lib. de forma.* Mundi fabrica pertractat? Nonnè meritum eſt illud, per quod, ex bonis operibus perpetratis reſultās,expectatur palma,merces,ſiue corona? Sed quid hæc ad Mundi fabricam?Nonnè dixit Deus per Ieremiam (vt in veritate literæ habetur.)Niſi eſſet pactum meum:ſtatuta cœli, & terræ non *Iere.33.* poſuiſſem? Quorum verborum ſenſus eſt, quod Deus fecit Mundum, vt homo pactum ſuum obſeruaret: ob cuius obſeruationem mereretur accipere præmium,palmam,& beatitudinem. Et niſi hoc eſſet, Deus Mundum non fabricaſſet,quià fraudatus eſſet ſuo fine. Meritum igitur hominis(gratia diuina mediante)& præmium præparatum, & tandem homini traditum cauſa fuere,propter quam Deus Mundum fabricauit.

276 Cur homo per denariū remuneratur: vt Chriſtus innuit in parabola, *Matt.20.* vbi decōuentione facta ex denario diurno cum operariis in vineā conductis habetur? Merces quidē illa & præmiū præparatū denarius dicitur (vt alibi intelligimus) quià Deus extenditur in denarium (vt ſecretiores Theologi dicunt)qui eſt merces & præmiū omnium operātium:ſicut pro- *Sec.Theo.* miſit Abrahæ,dicens.Ego ero merces tua magna nimis.Extēditur(inquā) *Gen.15.* in tres perſonas & ſeptem numina,quæ dicuntur annumerationes,menſuræ fabricæ,diſtributionum gratiarum,& menſuræ omnium remunerationum. Diurnus autem dicitur ille denarius, quià cōpletur ex veſpere iuſtitiæ, & mane gratiæ.Sicut veri Sapiētes interpretātur: vt alibi tactum eſt.

Ariſ.ſec.15. proble.3. 277 Cur nemo vnquam (vt Ariſtoteles ait) numerum adinuenit vltrà denarium? An, quià denarius eſt collectus ex omnibus partibus numeri fundamentalis, quaternarij videlicet: cuius partes ſunt vnum, duo, tria, & quatuor? Quæ omnia ſimul iuncta reddunt decem. An, quià decem proportionibus quatuor cubales numeri cóſummantur: ex quibus numeris, vniuerſum conſtare Pythagoræi dicunt? An, quià homines naturali lege decem digitis in manibus dotantur? Vnde ſui numeri calculos quaſi adipiſcentes hac eadem multitudine cætera quoque enumerant: exceptis Thracibus, qui ad quatuor numerandi ſeriem terminát: eo quod amplius meminiſſe, puerorum more, non poſſunt: aut quià multarum rerum vſu carent. Hæc & alia huiuſmodi ab Ariſtotele adducuntur in cauſam: cur vltrà denarium non inueniatur numerus.

278 Ariſtoteles aſſignauit nè ſufficientem cauſam, cur vltrà denarium, alius non adinueniatur numerus? Quamuis multis videatur, quod tantus vir, qui quaſi monſtrum in natura cenſetur, & regula eiuſdem, non defecerit in aſſignanda huiuſce rei cauſa: nulla tamen earum, quas aſſignat, ſufficiens videtur. An igitur melior eſt Academicorú ratio: quià videlicet idea numerorú alia non reperitur? Nec enim ipſi autumant aliquid reperiri in Múdo poſſe, cuius idea, radix & fundamentú non ſit in Archetypo: à quo omnia depédent. Cuius rei indicium eſt, quod nó pteſt intellectus aliqnis nouam ſpeciem imaginari. Et id eſt, quià nec imaginari quidé poteſt homo ea, quorum ratio & fundamétum in Archetypo non reperitur.

279 Quibus ex cauſis, & cur terræ motus generatur? An, quià æther igneus terram ſubintrat, poſteà quærens exitum, facit motum terræ: vt *Anaxago.* Anaxagoræ placuit? An, quià calor in venis terræ incluſus augetur, & vapores dilatantur, adeò vehementes, vt non ſolum terrá moueant, & aperiant: ſed & villas & animalia ſæpiſſimè abſorbeát? Si verò non adeò creſcit huiuſmodi calor inducit ſimplicem terræ tremorem: vt Empedocles ſenſit. An id eſt ex calore, qui naturaliter è terra exhalatur: vt Anaximenes voluit? An id eſt ex aqua: vt Democritus, & Methodorus ſentiunt? An ex duplici vapore ſicco & humido, ex quo ventus generatur, qui exilire *Mete.3.* cupiens mouet terram: vt Ariſtoteles opinatur? Sed aliis multis omiſſis, ad Pythagoram veniemus: qui piè aſſerit terræ motus à Deo fieri ad mortales perterrendos. Quod conſonat Euangelio, in quo Chriſtus ait, quod in- *Matt.24.* ter alia horrida portenta terræ motus magni erunt. Sic & in reſurrectione *Ibi. 28.* Saluatoris terræ motus factus fuit ad terrendos cuſtodes.

Mete.3. 280 Quid ſunt venti, & vnde oriuntur? An (vt omnes Peripatetici conueniunt) ſunt vapores quidé ſicci excitati à Sole calefaciente, & exhalari faciente vapores illos? Cuius rei ſignum adducunt, quod in vere & æſtate videtur, quod vétus ſequatur ipſum Solem. Nam ipſo oriente eſt ventus ſubſolanus, poſteà aliquantulum aſcendente Sole ſequitur Eurus: & cum deuenit ad meridié Auſter, deinde Zephyrus. Sed quod aliquádo contingit, & in aliquibus regionibus, non facit regulá vniuerſalem, nec inde arguere licet; vt ipſimet Peripatetici docent. Nam aliquando currente Sole

perflat Aquilo vel Boreas:& tūc(vt in pluribus)in climate Diarodes perflat Zephyrus.Nec igitur à Peripateticis,nec ab aliis philoſophis aſſignatur cauſa ſufficiens ventorum:qui producuntur (vt Propheta canit)è theſauris Dei.Et hoc per intelligentias ipſis ventis præpoſitas,de quibus alibi canit idem Vates.Et ſpiritus procellarum,quæ faciunt verbum eius. *Pſal.134.* *Ibi.148.*

281 Qui ſunt hi ſpiritus procellarum?An eſt ventus ipſe:vt aliqui interpretantur? Si verò ſpiritus eſt ventus, procella ipſa quid eſt? Nonnè procella (vt aiunt) eſt aqua impetuoſa è cœlo miſſa, aut aqua maris impetu magno agitata?Sed quis demittit aquam illam è cœlo tanto impetu:Cum motus omnis maximè impetuoſus & productiuus, à viuente neceſſario procedat.Sed quomodò viuit ventus,niſi quatenus à viuente inſuffletur, & impellatur:vt ſuprà tactum eſt? Nam ſi Ariſtoteles diiudicauit intelligentias neceſſariò præpoſitas eſſe ad omnium circulorum cœleſtium motum producendum,qui motus tātummodò localis eſt: cur admittere non debemus intelligentias pro hoc motu:qui non tātum localis eſt, ſed productiuus & operatiuus multorum effectuum? Et ſi non ſunt ſpiritus procellas mouētes:cur adiuratis ſpiritibus ſtatim ceſſant procellæ:vt ſæpiſſimè comprobatum eſt?

282 Quid eſt Iris & vnde prouenit? Multa hic dicuntur ab Ariſtotele, Alberto,Nicolao Peripatetico,Auicena, Algazele, & aliis:quòd videlicet materia Iridis multicoloris eſt vapor varius attractus è terra, & irradiatus Solis radiis. Vnde ſecundùm naturam vaporis, alius & alius color cauſatur. Sed ea,quæ ipſi de varietate colorū, & figura illa ſemicirculari dicunt,ſi ſatisfaciant perſpicacibus ingeniis,ipſa diiudicent. Nā vnde tam pulchro ordine colores illi benè diſpoſiti ſibi ſuccedant,cauſam aſſignatam non video.Quæ cauſa forſitan naturalis non eſt.Vnde nec colores illos Pictores plenè imitari poſſunt: vt Albertus ait.Nam ſi huiuſmodi colores prouenirent à mera cauſa naturali(vt etiam quidam dicunt, parum aduertētes ſacra eloquia)non dixiſſet Deus. Ponam arcum meum in nubibus,in ſignum,quod terra amplius aquis diluuij non diſſipabitur. *Mete.3.* *Gen.9.*

383 Quo ſacramento Iris data eſt in fœdus à Deo, quòd terra diluuij aquis amplius non deleretur? Non quidem (vt dictum eſt) vt eſt effectus naturæ. An igitur, vt eſt effectus Dei particularis, aut repræſentans aliqua in ſupernis, quæ indicant recōciliationem indelebilem Dei cum humana natura,& conſequenter cum omni creatura corruptibili?Vnde hic locus,menſura,fons,vel numen à ſecretioribus Theologis dicitur fundamentum,vel iuſtum:in quo videlicet omnia bona fundantur & iuſtificantur. Qui locus in aduentu Redemptoris fuit tricoloratus: quià ibi interfuit rubor ſanguinis effuſi pro humano genere cum Patre reconciliando. Interfuit quoque color ſubalbus pietatis, clementiæ & amoris ergà genus humanum.Interfuit etiam viridis color, ſignificās hortum delitiarum vireſcentem:ad quem reductus fuit homo per Chriſtum. In ſignum igitur huius reconciliationis arcus ille commemoratur denotans Chriſtum verum arcum: cuius lignum fuit crux,chorda verò corpus eius ibi extēſum.

Ductus autem fuit hic arcus in ſemicirculum: cum ex vna parte haberet ſphęricam diuinitatem, ex alia terreum corpus, ſuper quo videtur infixa diuinitas.

284 Vnde oriuntur fontes & flumina? An ex humoribus in concauis montium recluſis: ſicut Seneca, & Theophraſtus ab eo citatus ſentire videntur? An à venis terræ in humorem reſolutæ? An à mari, ſicut Albertus ſentit: innixus (vt opinor) ſententiæ Salomonis dicentis. Omnia flumina intrant in mare, & mare non impletur: & ad locum, à quo veniunt, flumina reuertuntur, vt iterum fluant? Et hoc magno ſacramento fit: vt etiam aqua imitetur Opificem, qui ſphæra eſt, ibidem terminans, vnde principium habet. Sic & terrena reuertuntur ad terram. Iuxtà quod ſcriptum eſt. Terra es & in terram reuerteris.

Sene. in li. nouē quæ nū. Theophr. Albert. in 2. Mete. Eccle. 1. Gen. 3.

SECTIO OCTAVA DE OPERATIONIBVS, QVÆ FIVNT A NATVRA, VEL VIRTVTE ALIQVA.

285 POteſt nè homo per Muſicam & quātum aliquid operari, & quomodò? Nonnè Boëtius & Cicero referunt Pythagoram iuuenem furentem mutatis modulis cohibuiſſe? Sic Terpander, & Arion Methymnæus Leſbios, & Iones, & Iſmenias Thebanus quamplurimos indecoris moribus vexatos concentibus curarunt: & Dauid cithara malum ſpiritum à Saule fugabat, & ſpiritum eius nequàm furentem mitigabat. Non enim harmoniam pati poteſt ille, qui diſſonus penitus eſt. In caſu namque ſuo ſpiritus malus omnem harmoniam perdidit: quam in ſeipſo, & cum Deo & aliis creaturis habere debebat.

Boëtius in procemio Muſicæ. Cicero. 1. Reg. 16.

286 Cur ad ſonum alicuius inſtrumenti choreæ ducuntur? An, quià illa ſoni oblectatio animum & vires ad ſaltādum mouet? Sed cur non ſic mouent alia oblectamenta? An igitur, quià tanta eſt vis concentus proportionati, vt animos & ſenſus omnes ad motus illi ſono correſpōdentes excitet, ſicut tubarum clangore milites & equi ad bellum excitantur? Nec enim mouetur quippiam ad amorem & affectum alicuius rei, niſi ex conuenientia, quam habet cum ea. Sicut chorda citharæ mouetur ad tactum chordæ alterius citharæ ſibi proportionatæ.

287 Quomodò motus, qui eſt accidens quoddam, mouere poteſt? Motus quippè localis ab accidente prouenire nequit: ſed tantummodò motum alteratiuum producit. Quid igitur mouet? Nonnè conſonantia eſt vis quædam naturalis, ſentiens aliquantiſper naturam ſubſtantiæ: quamuis per accidens quoddam operetur? Sicut ignis ardet, vrit, calefacit, & accēdit mediante calore, qui quoddam accidens eſt: attamen eius affectus à ſubſtantia procedit. Et hoc mediante calore: qui & ſi proprium eſt ignis, extrà tamen emanans accidens eſt. Et ſicut terror in Domino, reſpectu

ſubditorum, eſt quoddam ſubſtantiale à Deo inditum: tamen, vt emanat à Domino in ſubditum, eſt accidens quoddam: ſic etiam conſonantia in rebus eſt quoddam naturæ inſitum conſubſtantiale rei. In eo verò, quod in aëre vel in medio deuenit vſque ad percipientem, accidens quoddam eſt. Vnde effectus procedit à re illa ſubſtantiali mediante accidente. Illa enim conſonantia eſt adeò rei cõſubſtantialis, vt in eius definitione ponatur. Sicut Ariſtoxenus de mente Platonis animam definiens, conſonãtiam rationalem in ea ponit. Ait enim. Anima eſt numerus ſeipſum mouens. *Ariſtoxenus.*

288 Vnde eſt Pſalmorum efficacia, à cantu nè an aliunde? A ſono quippè & concentu ipſorum, eſt efficacia quædam: ſed multò maior virtus in verbis ipſis conſiſtit. Vnde non ſine cauſa dicitur, quod virtus eſt in verbis. Quod apertè teſtatur Paulus, dicens. Viuus eſt ſermo Dei & efficax. *Heb. 4.* Efficax quidem: cum, tanquam canalis, deferat virtutem rei per ipſum ſignificatæ ad aures, & per illas, ad auditorum animos. Et ſi omnia verba Dei id faciunt, multò magis Pſalmi: qui tot ſacramenta continent, quot in eis ſunt verba. Et hæc quidem ſublimia & occulta arcana à Spiritu ſancto ædita fuerunt. Qui quidem Spiritus ſanctus, benè nouerat efficaciam dare Pſalmis, ab omnibus Mundi nationibus (vt in præſenti fit) decantandis. Habent quoque efficaciam ad bonum, eo quod ſunt Deo conſecrati. Hinc plus valent ad bonum, quam maleficorum verba ad malum: quià Diabolo conſecrata. Habent etiam vim ipſi Pſalmi à concinnitate rerum omnium diuinarum & creatarum: quæ in ipſis decantantur. Habent quoque virtutem à diuinis nominibus: quorum alicui vnuſquiſque Pſalmus dedicatus eſt.

289 Quomodò magnes ferrum, electrum verò paleam trahit? Nonnè hoc à proprietate ipſi indita prouenit? Sed vnde eſt hæc proprietas? An eſt ab influxu: vt quibuſdam placet? Cum magnes & ferrum Martia ſint, & electrum atque balagium, quæ paleam attrahunt, ſimul cum palea Iouialia ſint. Sed ſi ſic: cur alia Martia, & iouialia non attrahunt congenea ſua? An igitur id eſt à conſonantia quadam efficaciſſima? Sicut Sapiens inquit de animalibus conſimilibus, quod vnunquodque diligit ſibi ſimile: & attrahitur à ſimili. Hinc tanta vis amoris in quibuſdam reperitur: quià complexio ipſorum conſonantiſſima eſt. Nec huiuſmodi attractus in aliis eſt, in quibus huiuſmodi conſonantia non inuenitur. *Eccl. 13.*

290 Vbi eſt maior ſanandi virtus, in radicibus nè & herbis ſimplicibus, an in mixturis ex eis factis? An forſitan in ſimplicibus, in quibus viget purior ipſarum virtus: quæ, dum miſcentur ab aliis commixtis comprimitur? Sed cur habent omnes Medicinæ periti in frequenti vſu herbarum mixturas?, Nonnè, quià in mixturis maior virtus conſiſtit? Et hoc, quià vltrà ipſarum herbarum vires mixturis intereſt mixtorum conſonãtia: quæ multum operatur, vt nuper declarauimus. Et hoc dummodò miſcenda ſint ad inuicem correſpondentia, & mixtura ſit proportionata. Alioquin non proficua, ſed moleſtiſſima ſunt iis, qui accipiunt: vt ſæpiſſimè contingit. Hinc cauendum eſſe cenſeo à Medicis proportionata commiſcenda

eſt. Sic nec lapides. Vnde diligenti cura obſeruandum eſt Domini præceptum, quo iubetur, vt in ornamento ſummi Sacerdotis ponantur lapides pleni, virtute videlicet. Vbi vulgata æditio habet, lapides precioſos vel gemmas: vt in Exodo habetur. Non enim omni tempore lapides aut herbæ ſunt virtute plenæ. Sic etiam vires hominis operantis non ſunt omni hora plenæ, ſed aliquando valdè remiſſæ. *Exo.25.*

294 Confert nè motus in operando? Nonnè omnis operatio fit per motum generatiuum vel corruptiuum, alteratiuum vel localem: vt à Naturalibus dicitur? Vnde inter cætera ad ſanitatem conferentia Plato ſuper omnia motum laudat. Quod cóprobamus etiam in ætate primæua. Nam pro fugando fletu, & pro ſanitate conſeruanda vel reſtauranda ſolent nutrices mouere infantes in cunis poſitos: vt ſuprà dictum eſt. Qui motus (vt Plato ait in eo, quem de legibus librum ædidit) formidinem pellit, quæ ſolet inuadere pueros: & debitam tranquillitatem reddit. Vnde motus omni operationi non parum confert: niſi operans is ſit, qui ſola voluntate operetur. *Plato in fi. Timæi.* *Idem.7.de legibus.*

295 Cur operantes in Magia characteribus vtuntur? An fortè id eſt ſuperſtitio aliqua: vt vulgò dicitur? Sed nonnè Chriſtus docuit opera in eius nomine facienda? Quod nomen exprimi nequit ſine literis prolatis aut ſcriptis. Quæ literæ ſunt characteres quidam. Nonnè & Crux eſt character, quo noſmetipſos munire ſolemus: vt in frequenti vſu habetur? Nonnè & Sacerdos iuſſus fuit imponere fronti ſuæ magnum Dei nomen ſuis characteribus ſcriptum: quando intrabat ſancta: vt in Exodo habetur? Non igitur damnandi ſunt characteres omnes. Nam ſunt characteres ſancti: de quibus dictum eſt. Et hi ſunt velut inſtrumenta quædam, in opere diuino: ſicut ſunt inſtrumenta naturalia in opere naturali. Sunt etiam quidam characteres dæmoniaci à Diabolo inuenti: vt, veluti Simia, per hos characteres adoraretur. Iſti verò ſunt repudiandi: vt Sapientes optimè norunt. *Mar. vlt.* *Exo.28.*

296 Sunt nè characteres hebræi cæteris præſtátiores? Nonnè Orphæus in operando peritiſſimus dixit non eſſe in opere immutanda hebræa nomina? Sed quarè iuſſit hoc? An, quià ipſorum characteres, cælorum figurant imagines? Qui cœli ſunt inſtrumenta, quibus Deus nobiſcum agit. An, quià repræſentant ſedem Dei & proprietates ſupramundanorum cælorum: qui ſunt primi fontes, à quibus omnia proueniunt? An, quià in lege ſancta deſcripti, ſunt quodammodò Deo conſecrati? Hinc maioris efficaciæ ſunt: & tanta virtute præditi ſunt, vt quomodocunque reuoluantur, ſemper habeant ſua ſignificata. Ad quorum vim innuendam mirabili naturæ ordine, aut Dei iuſſu, aliquis illorum imprimitur in quadam herba, quando virtute plena eſt: vt viri ſapientiſſimi dicunt. *Orpheus.*

297 Cum de cœlis ſupramúdanis modò facta ſit mentio, queritur quotuplices cœli reperiútur? Sunt quidem cœli iſti, quorum ſydera videmus: de quibus Aſtrologi pertractant. Sunt quoque cœli Angeli, cœlos ipſos gyrantes, & per eos influentes & operantes: cum omnis operatio (vt aliàs

diximus)à viuente neceſſariò progrediatur. Nam cœli, vt cœli ſunt, ſunt mera corpora cœleſtia non habentes vitam, niſi ab aſtantibus & præſidentibus intelligẽtiis, & per illas à Deo. Et iſti Angeli ſunt (vt opinor) cœli, de quibus Propheta canit. Cœli enarrãt gloriam Dei. Sunt quoque cœli ſupramundani, quibus hi corporei reſpondent: vt ſecretioribus Theologis notiſſimum eſt. Inter quos cœlos ſunt intermediæ intelligẽtiæ, ſuſcipientes à ſupremis: qui ſunt primarij fontes, in hos corporeos cœlos influentes. Sunt etiam cœli humani per ſimilitudinem quandam (vt aliqui aſſerunt) Concionatores videlicet, gloriam Dei enarrantes.

Pſal.18.

298 Quod verbum diei dies eructat, & nox nocti quam ſcientiam adminiſtrat: vt Dauid canit? An dies eſt ſpiritus bonus, qui alloquitur & illuminat alium ſpiritum bonum: nox verò eſt ſpiritus malus, qui alteri nequam loquitur: vt aliqui opinantur? An de dierum ſucceſſione eſt ſermo: in qua quilibet dies partem laudis perficit, exequens, ſecundum portionem ſuam, mandatum Dei? Pari modo & de nocte dicẽdum eſt. Nam aliqui dies diſponunt terram ad producendas plantas, in quibuſdam plantæ è terra, & germina ex arboribus educuntur, in aliquibus folia, in aliquibus autem flores producuntur, in aliis verò fructus tandem matureſcunt. Et ſic omnes dies perficiunt laudem Dei, gloriam ipſius enarrantes. An (vt ſecretiora tangamus) dies eſt ſcientia diuinorum per lumen edocta? Quod lumen Plato Solem vocat. Scientia verò rerum inferiorum, quæ per diſcurſum rationis docetur, & quam ipſe Plato Lunam vocat, meritò dicitur indicata à nocte. Luna enim nocti præſidet: vt ſcriptum eſt. Lunã in poteſtate noctis. Vnde diſcimus, quod vtroque, die videlicet & nocte, præualere poſſumus in operando.

Ibidem.

Pla. in Sym.

Pſalm.135.

299 Quali ſono ſupremi & medij cœli gloriam Dei enarrant? An ſono vocali ex corporis arteriis procedẽtes? Sed nonnè iſte loquendi modus eſt omnium infimus, variis inſtrumentis indigens ex defectu cõcœptum exprimentis: qui cum per ſe nequeat, à variis inſtrumentis ſuffragium quærit? An igitur ſpiritus (vt aliàs diximus) meliori ſermone vtuntur: imprimendo videlicet in aliis concœptum abſque vllo inſtrumẽtorum adminiculo? Deus autem perfectiori modo loquitur: producendo videlicet in effectu, quod mente & intellectu concœpit. Vnde ſupremi cœli enarrant gloriam Dei producendo, tanquam principalis opifex: Angeli, veluti miniſtri exequentes: cœli hi corporei, tanquam inſtrumenta, per ipſorum lumen, tãquam per canales ad nos deferẽtes, quæ à ſuperioribus ſuſcipiunt.

300 Cur malefici noſtri temporis nihil aut parum operantur, reſpectu antiquorum? An, quià neſciunt operari? An, quià ſublata eſt poteſtas malarum virtutum: quarum fauore multa faciebant Antiqui? Sicut ſummus Princeps proteſtatus eſt, dicens. Nunc Princeps huius Mũdi eiicietur foràs. Cuius eiectionis tria euidentiſſima ſigna habemus. Primum enim eſt, quià iam non amplius Diabolus adoratur in Mundo. Quamuis neſcio quid, de quibuſdam Indis particularibus dicatur. Sed hirundo ſola nõ facit ver. Secundum eſt, quià vlterius dæmones nõn dant reſponſa: vt olim

Io.12.

ſolebant. Sicut Plutarchus longo ſermone diſſerit, citans Plotinum, Cleõbrotum & multos alios. Tertium, quià ablata eſt in aduẽtu Meſſiæ, Diaboli poteſtas: ſicuti Porphyrius contrà nos rabidus canis veritate compulſus perhibet, dum ait. *Plutar. cur. or. ſiluerunt.*

Ablata eſt Pythÿ vox haud reuocabilis vlli
Temporibus longis: etenim iam ceßit Apollo.
Clauibus occluſus ſilet.

Hinc quidam malus dæmon apertè Cypriano confeſſus eſt, dum vellet Iuſtinæ animum ad amorem ſuum flectere, quod Chriſtus in eos præualuerat: & noſtris temporibus nonnulli artem Magicam callentes mihi dixerunt ſe habuiſſe ab ipſis ſpiritibus, quod Chriſtus ab eis poteſtatem abſtulit. Hinc parum vel nihil huiuſmodi malefici facere poſſunt.

301 Quæ numina & quorum Deorum priſci inuocabant? Nonnè Hebræi inuocabant nomen illud tetragrammum & numen illius potiſſimè, & alia, quæ habẽtur quamplurima apud ſecretiores Theologos? Sed malefici inuocabãt numina & nomina Deorũ particularium: cum tot exiſtimarent Deos, quot virtutes in rebus reperiebant. Vnde Cererẽ frugibus, Nuptunum aquis, & Opem terrę prȩeſſe putabãt. Et ſic de ſingulis numinibus, quæ ipſi colebant. Et (quod deterius erat) non ad intelligentias bonas rebus præſidentes recurrebant (quod tolerabilius fuiſſet) ſed ad malas: quæ videlicet ſunt in cratere inferiori & immũdo, in quo ſunt tot mala, quot bona ſunt in cratere ſuperiori & mũdo: quibus mala aduerſantur.

302 Quod nomen aut numen nunc inuocari debet? Nõnè illud nomen, quod (teſte Paulo) eſt ſuper omne nomen & cui flectitur omne genu cœleſtium, terreſtrium & infernorum? Quod nomen acquiſiuit ſibi Chriſtus virtute Crucis: vt ipſe Paulus teſtatur. Sicut ipſemet Chriſtus proteſtatus fuerat, dicens. Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum: omnia videlicet numina & virtutes rerum & nominum quorumcunque. Quod & Paulus alibi perhibet, dicens. Quoniam complacuit ſcilicet Patri in ipſo habitare omnem plenitudinem. Et iterum. Expolians principatus & poteſtates, palàm triumphans, illos traduxit in ſeipſo. *Philip. 2.* *Io. 12.* *Col. 1. 2.*

303 Qua virtute præditi eſſe debent illi, qui numen aut nomen ſummi Principis inuocaturi ſunt? Nonnè (vt Proculus docet) qui volunt aſſumere orationem (in qua ſcilicet diuinum nomen inuocatur) habere debent cognitionem, cognationem, & vnionem? Neceſſe eſt enim quod inuocãs, cognoſcat inuocandum, ſi ritè ipſum inuocare velit. Quo ſenſu (vt omnes antiqui Theologi exponunt) Propheta canit. Protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Non enim dicitur, quia inuocauit, ſed quià cognouit. Secundò oportet, quod habeant cognationem & ſymbolum cum inuocato. Iuxtà illud Apoſtoli. Nemo poteſt dicere Dominum Ieſum, niſi in Spiritu ſancto, id eſt niſi naturam & ſortem hominis cœleſtis & ſpiritualis ſapiat. Poſtremò requiritur, quod ſit vnitus cum inuocato: qui ſcilicet eſt caput non tantum totius Eccleſiaſtici corporis, ſed etiam Mundani. Cum ſit vinculum totius creaturæ. Nec enim poteſt membrum *Procu. de oratio. & precibus.* *Pſal. 90.* *1. Cor. 12.*

virtute capitis in aliud membrum agere,niſi cum vtroque ſit vnitum.

304 Operatoribus Euangelicis ſufficit nè ſola fides?Nōnè Chriſtus ait. *Mar.vlt.* Signa autem eos,qui crediderint, hæç ſequentur. In nomine meo dæmonia eiicient,& quæ ſequuntur? Vbi videtur innuere, quod huiuſmodi ſint fidei effectus. Vnde & Paulus narrat quaſi omnia prodigia & miracula *Heb.11.* facta fuiſſe à Patribus in fide.Sed nōnè ipſe Chriſtus alibi dicit, quod ali- *Matt.17.* qua dæmonia non eiiciuntur, niſi oratione & ieiunio? Requiritur ergò aliud quā fides? Nonnè per fidem(vt alibi diximus)intelligitur adhærentia perfecta cum Deo?Nam אמן aman,quod radix eſt fidei, aut credulitatis,ſignificat quoque fidelitatē,fidelem adhærētiam, veritatem & huiuſmodi:ſi ſuis hebraicis regulis flectatur.Vnde vocabulum illud, quod cōmuniter eſt interpretatum fides, ſi ſanè intelligamus, non tantum fidem, ſed fidelem inhærentiam,& veritatem,quæ eſt rectitudo quædam, ſignificat. Operatur itaque ille, qui habet, nedum meram credulitatem, ſed veram cum Deo adhærentiam & veros fidei effectus.

305 Cur Redēptor noſter adeò frequentabat illud vocabulum,Amen: & quid ſignificat? Nonnè (ſi literale ſignificatum eius ſequi voluerimus) ſignificat verè:cum ſit ex illa radice,de qua nuper dictum eſt: & vim cōfirmandi ea,quæ præmittuntur,aut ſubſequuntur, habeat? Hinc Eccleſia in fine omnium orationum apponit,Amē: ac ſi diceretur ſit,aut fiat,quod petitur. Si verò altius conſcendere voluerimus, & ſecretiores Theologos conſulere libuerit:nōnè idem importat Amen,quod coniunctio duorum principiorum & fontium, à quibus omnia diffunduntur in nobis? Quorum vnius nomen eſt הוה: alterius autem ארני. Quatum literatum numerus vtriuſque nominis importat nonaginta vnum:quot præcisè reddit אמן Amen. Vnde innuitur, quod in hac dictione includitur virtus vtriuſque nominis ſimul. Quæ duo nomina ſi quis coniungere ſciret (vt ab iiſdem Sapiētibus habetur)effectus mirabiles producere noſſet.Quod ſanctorum & perfectiſſimorum eſt. Quod fecerunt Abraham & Izahac, qui foderunt puteum illum,quem vocarunt בארשבע Beerſabah id eſt puteum ſeptem: quià in ipſum deducebantur influxus, non tantum tetragrammi,ſed cæterorum ſuperiorum fontium. Et id præ cæteris fecit ipſe Redemptor. Hinc ipſe horum ſacramentorū non ignarus huiuſmodi verbum Amen ſæpiſſimè frequentabat.

306 Cur & quomodò patres primitiuæ Eccleſiæ tot portenta faciebāt: *Acto.5.* vt Petrus ſola veſtimētorum vmbra infirmos ſanaret?An ſolum,quià cre- *Iaco. 2.* debant? Sed nonnè (vt Iacobus ait) dæmones credunt & contremiſcunt? An igitur,quià denuò geniti patres illi retinebant ſemina cognati cœli,& cœleſtis hominis, à quo regenerati erant? An, quià fides Chriſti erat in portentis & ſignis fundanda? Signa enim ſunt argumenta rerum non ap- *Heb.11.* parentium:prout Paulus fidem definiens teſtatur.Fides(inquit)eſt ſubſtātia ſperandarum rerum,argumentum non apparentium. Vnde neceſſaria erant hæc portenta viſibilia ad confirmandam fidem,quæ habetur de rebus, quas non videmus. Hinc donauit Chriſtus fundatoribus fidei, pote-

ſtatem,cognitionem & modum mirabilia faciendi : ſicut ipſe fatetur, dicens.Eccè dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper Serpentes & ſcorpiones, *Luca* 10.
& ſuper omnem virtutem inimici.

307 Cur Chriſticolæ recentiores quacunque dignitate clari non habẽt poteſtatem eadem portẽta faciendi?An,quià(vt dicitur)iam fundata fide non ſunt amplius neceſſaria miracula?Sed nonnè forſitan nũc magis opus eſſet miraculis, quando multi, etiam qui Chriſtiano funguntur nomine, aut non credunt,aut debiliſſimam fidem habent? An igitur, quià non adhærẽt perfectè Deo:ſicut neceſſarium eſſe nuper docuimus? An, quià non norunt Ieſum,neque nomen eius. Vnde de operantibus mala opera,& fidei contraria, & perſecuturis Apoſtolos,dixit Chriſtus. Hæc facient vobis,quià non nouerunt Patrem, neque me. Nam ſi crederent, diligerent, & diligerentur : & quicquid vellent, obtinerent. Qui enim non diligit, Deum non nouit:qui charitas eſt:vt Iohannes inquit. *Io.6.* *1.Io.4.*

308 Cur ad id calamitatis deuenimus:vt nihil eorum,quæ Chriſtus nobis promiſit, operari poſſimus? Nonnè, quià violauimus fidem, ei in baptiſmo datam? Vnde meritò ablatum eſt à nobis operandi donum : quià frangenti fidem, meritò fides frangitur. Promittimus enim Deo & Chriſto in baptiſmate renunciare Diabolo,Mundo,& operibus eius. Veruntamen ij, qui videntur eſſe columnæ Eccleſiæ, temporalibus & Mundanis negociis magis implicantur,& delitiis oblectantur,quam ij,qui Mundo ſeruiunt. Et ex iis,qui denuò Diabolo & Mundo renunciant (heu dolendum)pauci perfectè nudati Chriſtum nudum amplectuntur : & pauci ſunt, de quibus poſſit dici illud Apoſtoli. Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto.In ipſo enim viuentes,& cũ eo vniti,ſolùm operari portenta poſſunt:vt nuper dictum eſt. *Mar.vlt.* *Colo.3.*

309 Poteſt nè donum hoc à Deo datum,& meritò ſublatum,recuperari?Nõnè Deus per Ezechielis os inquit.Quacunque hora peccator reuerſus fuerit ad me,omnium iniquitatum eius amplius nõ recordabor? Verũ eſt,quod huiuſmodi verè conuerſis reſtituitur donum & gratia benè operandi & merendi. Secus autem eſt de priuilegio miracula perpetrandi: cum id non ſit de neceſſitate ſalutis,nec ſtatim conuerſis detur: ſed iis(vt nuper dictum eſt)qui ſibimetipſis mortui,Chriſto & Deo viuunt. *Ezech.18.*

310 Quomodò poteſt homo per debitã orationem, quicquid vult,impetrare? Ex multis documentis hinc inde in ſcriptura traditis tria mihi videntur præ aliis neceſſaria & opportuna. Primum,quod cognoſcat homo quid petat:ne dicatur ei,quod filiis Zebedæi dictũ fuit. Neſcitis quod petatis.Alterum eſt,vt clauſo oſtio(vt alibi dicitur)oret Patrẽ. Nec enim de materiali oſtio intelligendum eſt : cum Templum publicum & locus patens,ſit locus orationis:ſicut Iſaias & Chriſtus perhibent.Sed claudendum eſt oſtium,per quod aliqando diſtrahẽs intrare poſſit:ſtrepitus videlicet mundanorum,aut peccatorum.Poſtremò obſeruãdum eſt illud Ezechiæ,qui volens vitæ prolõgationem impetrare,faciem ad parietẽ vertit: vt in Iſaia,& in quarto Regũ volumine legimus.Verti enim debet orans, *Matt.20.* *Ibi.6.* *Iſa.56.* *Matt.21.* *Iſa.38.* *4.Reg.20.*

Cant.2. ad parietem illum,de quo in Canticis dicitur. En ipſe ſtat poſt parietem. Nam tota mens & intentio noſtra dirigenda eſt in Deum, qui à nobis poſt parietem quendam occultatur: cum inuiſibilis ſit:vt alibi diximus.

311 Quomodò quis habere poteſt victoriam de hoſte, & inimicum ſuppeditare?Nónè,cum duplicem habeamus præcipuum hoſtem,humanum videlicet & Diabolicum, duplici norma nobis decertandum eſt? Opinio *Priſ.The.* autem priſcorum Theologorum conſtantiſſima eſt,quod hoſtis humanus debellari nequeat,niſi debellato prius tutore ipſius. Quod clariſſimè habemus in cauſa Iahacob:qui bellum acerrimum cum Heſaü fratre habe- *Gen.31.* bat.Vnde ſcriptura dicit,quod veniens ipſe Iahacob è Meſopotamia, cógreſſurus cum Heſaü fratre, primò luctatus eſt cum ipſius intelligentia: quæ erat Samael:vt ipſi Sapientes aſſerunt. Contrà quam intelligentiam: quáuis tactus in femore,cum præualuiſſet Iahacob: dixit ei ipſe Samael. *Ibidem.* Si contrà Angelum fortis fuiſti, præualebis etiam cótrà hominem. Si verò hoſtis ſit Diabolicus: contrà eum præualere nequimus, niſi in virtute *1.Cor.15.* *Ephe.6.* illius,de quo Apoſtolus inquit. Deo autem gratias,qui dedit nobis victoriam per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Hinc Apoſtolus, in huiuſmodi conflictu peritiſſimus docet nos,vt contrà principatus & poteſtates tenebrarum ſcutum fidei ſumamus, in Chriſto Ieſu videlicet,& gladium ſpiritualem verbi Dei. Quod verbum eſt illud, in quo facta ſunt omnia, & quod poſteà carne circundatum debellatis hoſtibus reparauit omnia. *Io.15.* *Col.1.* Quod apertiſſimè ait. Sine me nihil poteſtis facere. Nam in ipſo omnis plenitudo concluſa eſt:vt Paulus ait.

312 Per quam viam magis cum Deo proficere poſſumus? An per fidem: *Heb.11.* ſine qua(vt Apoſtolus ait)impoſſibile eſt placere Deo?Sed cur Chriſtus à *Io.15.* nobis exquirit,niſi charitatem,dum ait.Hoc mando vobis,vt diligatis in- *Matt.25.* uicem?Nec enim aliud præceptum tradere voluit, nec aliud remunerare promittit,niſi charitatis opera,pauperibus exhibita. An igitur fides eſt oſtium per quod in cœleſte regnum intramus, charitas autem cubiculum,in quo recumbimus?An per fidem intelligere debemus illam perfectam adhærentiam cum Deo,in cuius amore, amorem quoque proximi complectimur: vt paulò ſuperius tactum eſt? Exhibitio igitur amoris in Deum & proximum corroborat exhibétem, & inimicum debilitat.Nam præualens in theſauris ſpiritualibus & virtutibus, præualet in hoſtem, maximè ſpiritualem.

313 Qua virtute pugnandum eſt, intellectiua nè,an animali? Nec quippè Iahacob cum Angelo materialibus armis pugnauit (vt alibi diſſeruimus)ſed mente intellectu atque voluntate:dum Deo firmiter adhęreret, vlli ſuggeſtioni aut oblationi factæ acquieſcere nolens.Nã Samael volebat rationi præferri partem animalem figuratam in Heſaü Deo inuiſo,& à nobis odio habendo.Sed ſi pugna ſpiritualis fuit,cur ſcriptura dicit plagatum fuiſſe femur Iahacob,carneum videlicet: vnde claudicabat?Pla- *Gen.32.* gatus quippè fuit Iahacob in femore, principio videlicet geniture, non autem in manibus,quibus operabatur, aut in pedibus affectuum: vt indicaretur,

caretur,quòd plagam ipſe Iahacob à Samaele non ſuſcœpit vt malè operaretur:ſuſceperunt autem illi,qui è femore eius egreſſi ſunt:filij Iſraël videlicet,qui pluries claudicauerunt à ſemitis ſuis:vt Dauid canit. *Pſal.17.*

314 Quæ differentia eſt inter intellectualem, rationalem, & animalem hominem?Eſt nè vnica anima in homine,an plures?Nonnè Theologi Peripatetici dicunt quòd vnica eſt in homine anima,quæ eſt principium intelligendi, ſentiendi, & ſecundum locum mouendi? Sed, ſi eadem eſt, quomodò vna facit opus,ad quod alia non aduertit: vt Plotinus inquit, & ſcriptura ſacra teſtatur:quando videlicet Lot cum filiabus concubuit? Nam tunc generauit ſecundum animalem partem ratione & intellectu non aduertente:vt in textu habetur.Pari modo(ſicut omnes fatentur) animalis Chriſti portio calicem bibere recuſabat rationalis autē volebat: ſicut ſcriptum eſt:Oblatus eſt, quià ipſe voluit. Immò (vt Apoſtolus ait) eſt aperta pugna inter animalem & ſpiritualem hominem. Vnde neceſſe eſt,quòd diſtincti ſint affectus & potentiæ.Ait enim. Caro, id eſt carnalis anima concupiſcit aduerſus ſpiritum.Nam pura caro non concupiſcit.Inſuper idem Apoſtolus inquit, quòd illud animal in ſpiritalem naturam conuertetur,ſpiritu ſemper eodem manente. Vnde diſtinctos eſſe omninò neceſſe eſt huiuſmodi homines. Niſi enim ſpiritus ab anima diſtinctus eſſet:nō dixiſſet ipſemet Apoſtolus.Viuus eſt ſermo Dei & efficax,& penetrabilior omni gladio ancipiti ptingēs vſq; ad diuiſionē animæ ac ſpūs. *3.de anima.* *Plo.de virtutibus.* *Gen.19.* *Mat.26.* *Iſa.53.* *Gal.5.* *1.Cor.15.* *Heb.4.*

315 A qua potiſſimum arte diſcere poſſumus aſſimilari Deo? Nonnè ab arte pictoria vel ſculptoria?Nam pictura (vt Apollonius apud Philoſtratum decernit)præcipuè conſiſtit in imitatione rei,quam pingimus.Colorum enim compoſitionem, & lineamentorum productionem ad artem quandam pertinere diiudicat,ſed vim pingendi imitationem omnimodā eſſe decernit.Pari modo, ſi Deo placere volumus, oportet, vt nos ad omnimodam Dei ſimilitudinem pingamus: ſicut Plotinus exemplificat, docens,quomodò homo ſeipſum pulchrum facere poſſit. Si nondum(inquit) cognoſcis te pulchrum: Statuarium imitabere. Hic enim vbi ſtatuam pulchram optat,partim quidem abſcindit,partim dirigit, & expoliturus abradit, partim leuigat & abſtergit,donec faciem in ſtatua exprimat ſpecioſam.Ità & tu tolle ſuperuacua,obliqua dirige,obſcura purgādo colluſtra: neque deſinas circà ſtatuam tuam elaborare,quouſque diuinus virtutis fulgor tibi ſubrutilet. *Apollonius apud Philoſtratum.* *Plot.9.de pulchro.*

316 Quid nunc operatur chriſma, & quid olim operabatur? Nonnè chriſma, quod datur militiam Chriſti profitentibus in confirmationem voti in baptiſmate emiſſi(vnde & ſacramentum confirmationis appellatur) valet (vt aiunt) contrà malignos hoſtes, ne infanti vel adulto moleſtiā inferant? Quod aliqui comprobari crebrò fatentur. Quando ſiquidē moleſtatur quiſpiam antè chriſma, poſt chriſmatis vnctionē quieſcit huiuſmodi moleſtia.Per chriſma verò quod olim Prophetis, Sacerdotibus & Regibus dabatur, maior diuinitas communicabatur iis, quorum quilibet Dei vicem in terris tenebat. Præbere enim ſacra, prophetare atque

cauſas iudicare proprium Dei eſt. Et cum per hanc vnctionem ampliſſimum diuinitatis donum daretur: Hinc vncti prophetabant: vt de Dauide apertiſſimè patet. Pari modo Saul, quamuis præuaricator repertus poſteà fuerit, tamen vnctus, ſtatim prophetauit. Hinc aſtantes
1. *Reg.* 10. dixerunt (ſicut in primo Regum volumine legitur) Num & Saul inter Prophetas?

317. Qua virtute Phytonici olim futura prædicebant? Nonnè Phyton eſt propriè ſpiritus diuinans? Phytonici autem, qui & Erithæi dicuntur, hoc eſt Deo pleni, Apollinis ſpiritu repleti oracula præbebant. Sed cum (vt ſæpè dictum eſt) ſolius Dei ſit futura prædicere, quomodò ſpiritus Apollinis futuros euentus prædocebat? An, quià Solaris eſt ſpiritus: qui (vt Sapientes dicunt) diuinare ſolet? An huiuſmodi ex ingenij lympiditate multa præcognoſcebant in cauſis? Nam Solares acutioris ingenij ſunt, quàm alij. Añ hi prædicebant ea, quæ iam promulgata erant extrà terminum diuinorum ſecretorum: vt etiam alibi diximus? Quem terminum ſecretiores Theologi ברגות pergot vocant.

Virgilius. 318 Poteſt nè ſpiritus Phytonicus portenta facere? Nonnè Virgilius de Circe huiuſmodi arti dedita, canit. Carminibus Circe ſocios mutauit Vlyſſis?

Et de Medæa canit Ouidius.

Ouid. lib. 7. Metamor.
Quorum ope, cùm volui, ripis mirantibus amnes
In fontes rediere ſuos: concuſſáque ſiſto,
Stantia concutio cantu freta: nubila pello,
Nubiláque induco: ventos abigóque vocóque:
Vipereas rumpo verbis, & carmine fauces,
Viuáque ſaxa, ſua conuulſáque robora terra.
Et ſyluas moueo. iubeóque tremiſcere montes.
Et mugire ſolum, manéſque exire ſepulchris.
Te quoque Luna traho.

Aug. 10. & 15. de Ci. D. Exod. 7. Nu. 23. 4.
Enarrantur & multa huiuſmodi ab Apuleio, Auguſtino & Rogerio bacchone, & multis aliis. Scriptura quoque ſacra recenſet multa per Magos Pharahonis & Bilaham facta. Qui tamen omnes præſtigio & fauore quodam dæmonum, actiua paſsiuis applicare ſcientium, aut humanos ſenſus illudentium, id verè vel fictè faciebant.

319 Poteſt nè quiſpiam ſine ſubiecto formam aliquam generare? Nónnè producere aliquid nullo ſubiecto præexiſtente creare eſt, non autem generare? Hinc ad ſolum Deum hoc pertinet. Traducere verò formam è ſubiecto in ſubiectum naturale eſt. Vnde conſequenter à virtutibus immundis id fieri poteſt accelerando tranſmutationem illam. Nam diſpoſita materia, naturali ordine introducitur forma. Vnde opus illud eſt potius naturæ, quàm alicuius poteſtatis particularis. Nec plus facit operans, quàm natura faciat, niſi accelerando producendum: vt diximus.

320 Poteſt nè per numeros aliqua operatio fieri? Quomodò poſſunt numeri aliquid operari: cum ſint meræ quantitates, & à quantitate non fiat

actio,ſed à ſubſtantia principaliter,& à qualitate per accidens,aut veluti per inſtrumentum quoddã?Sed niſi aliquid virtutis eſſet in numeris,Deus non ordinaſſet remiſsionem & punitionem in ſeptulo: nec Abrahã iurans Abimelech conſtituiſſet ſeptem agnas:nec Iabacob miſiſſet munera Heſau fratri ſuo ducentenario & vicenario numero diſtributa.Nec ab re Sacerdotes noſtri cõmuniter dicunt in miſſa diſpares orationes: & Medici pillulas numero impari tradere conſueuerunt.Nec abſque cauſa puer ab Eliſæo ſuſcitatus oſcitaſſe ſepties dicitur. Nec ſine myſterio ipſemet Eliſæus lauari iuſsit Nahaman Syrum ſepties in Iordane.Nec inconſultò Bilaham,Magorum omnium ſolertiſsimus ac peritiſsimus iuſsit erigi ſeptẽ aras,& ſeptem vitulos & totidem arietes ibidem offerri. Vnde innumerabilia penè à peritis per numeros facta leguntur & fiunt. *Gen.21.* *Ibi.32.* *4.Reg.4. & 5.* *Num.13.*

321 Quomodò per numeros aliquid operari poſſumus?Nõ quippè virtus conſiſtit,in numeris,quibus numeramus:qui aliàs vocales numeri dicuntur:niſi quatenus numerata repræſentant, aut vim aliquam naturalem continent. Nam cum omnis numerus impar naturam maſculeam,& actiuam ſapiat:Hinc agere volẽtes vtuntur numero impari. Et ſic Sacerdotes,Medici,& alij de quibus ſuprà meminimus.procedunt. Repræſentabant autem ſeptem agnæ,ab Abraham ſtatutæ, ſeptem illos ſupremos fontes:in quorum virtute (vt ſuprà diximus) ſtat omne iuramentum. An eſt virtus in numeris naturalibus propter conſonantiam:quæ(vt ſuprà tetigimus)in operando multũ confert?An,quià numeri ipſi collecti,reſumpti aut diuiſi aliquod nomen diuinum vel aliquam virtutem ſignant? Sicut de ſale,& de muneribus à Iahacob Heſau deſtinatis,ſuo loco dictum eſt.Sunt enim numeri ſæpenumero veluti characteres: qui quantum & quomodò operentur,iam ſuprà explicauimus.

322 Qua via & quo modo Deus in nobis aut nobiſcum operatur? An, quià venit ad nos? Quod videntur innuere verba Chriſti dicẽtis.Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Sed quomodò mouetur immobilis?Aut quomodò venit ille,qui vbique eſt?Aut quomodò terminat iter & greſſum ille,qui infinitus eſt?An igitur,quià virtutem ſuam diffundit: ſicut Sol diffundit radios?An ſicut anima quæ vnica eſt, & omnia membra replet,colligit virtutem, & immittit maiorem vim in membrũ, per quod operari vult:Ità Deus,quamuis ſit vbique, ibi tamen potiſsimũ eſſe dicitur, vbi fauorem ſuum præcipuè oſtendit? Quando enim homo non conſyderat, virtus animæ non videtur collecta in cerebro, ſed dum conſyderat.Sic in pedibus,dum ambulat:& in manibus,dum operatur. *Io.14.*

323 Quomodò Deus operatur occultè attrahendo cor: & ſic mens verum,caro carnẽ,& ſpongia aquã?Nonnè id fit à natura:vt aiunt? Sed quæ proprietas eſt naturæ ſic agẽtis? Nõnè id prouenit à proportione actiui & paſsiui,quæ eſt inter huiuſmodi? Qua proportione nulla maior,nulla efficacior,nulláque delectabilior. Paſcitur namque Deus non corde hoſpitante,ſed anima in eo potiſsimè habitãte,& oblectatur tanquam factura propria,& paſsiuo:quod continuè magis ac magis diſponit,vt ad perfectã

ſui ſimilitudinem ipſum reducat: dummodò ipſamet anima non obſtet. Mens autem fertur in verum, tanquam in obiectum paſſiuum: in quod agere ſemper delectatur. Sic caro, virtutem actiuam habẽs, in carne oblectatur: non quacumque, ſed paſsiua ſibi conuenienti. Sicut enim ſe habet Deus ad virum: Ità vir ad mulierẽ. Nam Paulus ait. Caput mulieris vir:
1. Cor. 11. caput autem viri Chriſtus. Parique modo ſe habet intellectus ad veritatem, & voluntas ad bonum: & Luna atque ſpongia ad aquam: in quam, virtute quadam actiua, proportionata agunt.

324 In quo horũ agẽtiũ in obiecta proportionata, maior eſt oblectatio? Tria genera quidẽ ſunt operãtia: artificialia videlicet, naturalia, atq; diuina. Vnde ſicut natura melior eſt arte, & Deus melior quã natura: ſic maior eſt delectatio in Deo operante, quã ſit in natura, & maior in natura, quã in arte. Vnum tamen quodque operãns ſua habet oblectamenta. Oblectatur enim pictor in pingendo, & Sapiens in dictando & componendo, Architectus in fabricando: multò magis autem agens naturale in generando ſibi ſimile, & in generato. Hinc vnuſquiſque pater, natura diligit filium ſuum. Super omnes autem Deus oblectatur in operibus ſuis, maximè in homine: cui tanquam filio (niſi degeneret) pater ſemper congratu-
Mercu. in Pym. latur & arridet: vt Mercurius inquit. vnde Salomon, Dei perſonam agẽs,
Pro. 8. ait. Et delitiæ meæ eſſe cum filiis hominum.

325 Quomodò Deus oblectatur in hominibus, aut in quacumque alia creatura: cum ab extrinſeco nihil ſuſcipiat? Niſi quippè Deus in creaturis oblectaretur: Scriptura tot in locis non diceret, quòd Deus diligit
1. Io. 4. nos, & quòd in filiis hominum oblectatur. Inquit enim Iohannes. Diligamus Deum, qui prior dilexit nos. Diligit autem nos Deus, & oblectatur in nobis, non ſuſcipiendo, ſed communicando: ſicut agens naturale generando, & artificiale pingendo, vel ſcribendo, aut componendo delectatur, nihil accipiens à producto: ſed oblectatur ſentiens aliquid ſui in ipſa re producta. Vnde diligendo illam, diligit ſeipſum in ea. Sic Deus diligit ſe in nobis: & tantò magis quantò magis nos ad ipſum ſuſcipiendum diſpoſiti ſumus.

SECTIO NONA DE QVIBVSDAM

SCRIPTVRÆ SACRÆ LOCIS RECONDITIS.

326 QVÆ congregationes aquarum (vt Moſes narrat) appel-
Gen. 1. latę ſunt maria? An intelligitur ſermo de mari Atlantico, Punico, Syriaco, Ægæo, Tyrrheno, Adriatico & huiuſmodi: vbi multę aquæ collectæ ſunt? Sed nonnè hæc maria tantummodò aquas ſalſas continent? De aliis autem aquis, quid dicemus? An forſitan omnis aquarum congregatio dicitur mare: adeò vt lacus & ſtagna dicantur maria? Quod videtur innuere Iohan-

nes, lacum Galilææ appellans mare. An (vt ad verum mare deueniamus) *Io.6.*
vera aquarum cógregatio eſt mare illud excelſum, quod eſt ſuprà cœlos
ab hoc inferiori per cœlorum globum, & maſſam diuiſum? In quod mare
omnia flumina currunt, id eſt iuſtorum animæ, quæ vitæ ſuæ curriculum
compleuerunt. Redeunt enim ad illud mare: vnde originem traxerunt. *Eccl.1.*
Nec redundat mare illud, cum infinitum ſit. Quod Sapientiſſimus Salomon aliquatenus, ſed ænigmaticè innuit.

327 Si Adam non peccaſſet, fuiſſent nè omnes confirmati in gratia? Opinantur nonnulli, quòd ſicut primus homo peccando, mortem induxit:
ità vincendo & ab eſu pomi ſe abſtinendo, vitam in omnes induxiſſet. Sed *1.Cor.15.*
quomodò completum fuiſſet illud Pauli dictum. In Chriſto omnes viuificabuntur? Decretum (inquient) hoc fuit ſtante primi parentis peccato. Sed quomodò tantam gloriam ex Adæ peccato Chriſtus obtinuit? Nam
magna Chriſti gloria eſt omnes viuificaſſe, & redemiſſe per paſſionem *Luc.24.*
ſuam: vt ipſemet perhibet, dicens. Oportuit Chriſtum pati: & ità intrare in gloriam ſuam. An igitur (vt alibi quoque tetigimus) quià Pater æternus filium ſuum ad hanc gloriã deſtinauit, decreuit vt homo laberetur in peccatũ: vt inde ſumeretur occaſio deducendi ipſum filium ad hanc gloriam?
Quod Apoſtolus innuit, dicens. Omnia concluſit Deus ſub peccato, vel *Rom.11.*
in incredulitate aut rebellione, vt omnibus miſereatur. Vnde omnes in
bello conſtituit abſque victoria: niſi ſuffulti ſimus gratia ipſius Chriſti: de *1.Cor.15.*
quo Apoſtolus ait. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Non igitur à peccato genus humanũ immune fuiſſet, licet primus parens non peccaſſet: cum ab æterno huiuſmodi rerum ſeries præordinata eſſet.

328 Si Adam non peccaſſet, fuiſſet nè incarnatum verbum Dei? Nonnè Apoſtolus inquit. Miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum *Gal.4.*
ſub lege: vt eos, qui ſub lege erant, redimeret? Cum igitur Chriſtus venerit tanquam Redemptor: videtur quòd ſi peccatum redimendũ non fuiſſet, Pater ipſum filium non miſiſſet. Sed, cum Apoſtolus dicat, quòd præ- *Rom.1.*
deſtinatus ſit in virtute, & prædeſtinationis nulla ſit ratio: nonnè omni ratione & occaſione ſemota Chriſtus miſſus fuiſſet: prout prædeſtinatus erat? Sicut enim omnia corporis huius myſtici membra ſaluanda prædeſtinata ſunt, & prælecta ab æterno (iuxtà illud ipſius Apoſtoli. Elegit nos, *Ephe.1.*
Pater videlicet, in ipſo ſcilicet Chriſto, antè Mundi conſtitutionem) Sic & multò magis ipſum caput noſtrum Chriſtus: in cuius perſona Propheta
canit. In capite libri ſcriptum eſt de me. Vnde & Hebræi aſſerunt, quòd *Pſal.39.*
anima Meſſiæ à principio fuit in mente diuina prima & præcipua ſuper *Hebræi.*
omnes creaturas. Quo forſitan ſenſu dixit Chriſtus. Antequam Abraham *Io.8.*
fieret: ego ſum. Cui Paulus adſtipulans ait. Qui eſt imago Dei inuiſibilis, *Col.1.*
primogenitus omnis creaturæ.

329 Diluuium erat nè in fatis: an immediatè fuit à Deo ſine cauſarum inferiorum ordine, Nonnè aſſerunt nonnulli, quòd Noeh maximus Aſtrologus (à quibuſdam dictus Atlas, à Beroſo autem Chaldæo Ianus) præco-

gnouit ex influxu cœleſti inundationē illā futurā,quā prædixit:& ideò fa-
Gen.6. bricauit Arcā,vt in ea ſalutaretur? Sed quomodò erat in ſtellarū diſpoſi-
Ibi.7. tione id, quod Deus in peccatorū punitionē miſit?Et quomodò cataractæ
Zohar. cœli & fontes abyſſy magnæ(vt in Geneſi legim⁹)aperti ſunt ex influxu:
Gen.9. vnde ebullientes aquæ exierunt:vt Zohar perhibet?Quomodò etiam ex
influxu datum eſt ſignum , quod amplius non erit hæc inundatio? Quod
re ipſa cōprobamus, iam decurſis quater mille annis. Niſi fortè dicamus
id eſſe voluntariè à Moſe deſcriptū.Si verò error eſt in narratione,& ſcri-
ptura mentitur,dicemus diluuium non fuiſſe : & tunc omnis quæſtio ceſ-
ſabit.Sed cum tot portentis per Moſem factis,comprobata ſint vera,quæ
dixit:& de narratis ab eo , alios ex diuerſis nationibus,quamplurimos te-
Gen.6. ſtes habeamus,nonnè credendum eſt vera fuiſſe,cuncta quæ dixit?

330 Quomodò formati fuere Gigantes tam magni : & cur dicti ſunt
נפלים Nephilim?Nonnè(vt alibi diximus)generati fuerunt ex concubitu
malorum dæmonum cum filiabus hominum ſe cōmiſcentium?Inter quos
(vt Hebræi dicunt) præcipui fuerunt Haza & Hazael : qui conuerſantes
in terra,videntéſque filias hominū pulchras,acceſſerunt ad eas,& genue-
runt.Quod vt facerent,condenſarunt corpora ſua: vt veluti homines cū
mulieribus coire poſſent. Et hoc innuit textus,dicens הנפלים Hanephi-
lim.Pro quo vulgata æditio habet Gigantes. Si verò ſeriem & veritatem
ſcripturæ indagare voluerimus:ſenſus eſt , quòd hanephilim,id eſt,cadē-
tes,illi præcipuè duo prænominati, erant interra illis diebus : qui cum fi-
liabus hominum rem habentes genuerunt eos, qui dicti ſunt viri robuſti,
id eſt Gigantes viri fortes,ab illis cadentibus denominati.

Num.13. 331 Quando Gigantes deſierunt eſſe?An poſt diluuium immediatè?Sed
Deut.3. nonnè(vt in Numerorum libro legimus) filij Henach in Hebron erant tā
magni, vt exploratores à Moſe miſſi illis comparati viderentur locuſtæ?
Nonnè etiā de Hog Rege Baſſan dicitur in Deuteronomio,quòd ex ſtirpe
1.Reg.17. Gigantum erat?Nonnè quoque tempore Dauidis fuit Goliat , & alij tres,
2.Reg.21. cum quibus pugnauit ipſe Dauid : vt in primo & ſecundo Regum volu-
mine legitur? Multáque à Poëtis de ipſis decantantur. Ceſſarunt igitur,
quandò venit ille,qui Diabolum Mundi huius Principem dictum , è re-
gno expulit.Vnde nequit amplius facere tanta tótque facinora enormia,
quot & quanta ſolebat. Quamuis relicta ſit ei poteſtas tentandi & ali-
qua faciendi:quæ minima ſunt reſpectu eorum,quæ olim faciebat.

332 Quod fuit peccatum Sodomæorum? An fuit vitium contrà naturā:
quod ab eis dicitur peccatum Sodomiticum?Sed cur tot hoc ſcelus hodie
committentes non puniūtur? An igitur peccatum eorum fuit , quia exci-
derunt,& penitus euulſerunt vltimam plantam, id eſt menſuram vltimā,
qua Deus immediatè cum mortalibus agit (vt aliqui dicunt) ne amplius
produceret in eis fructum remiſſionis, aut bonorū operum? Et hoc auer-
tendo faciem ſuam penitus à Deo ſemper malum cogitantes. Quòd fe-
cerunt & illi , qui aquis diluuij ſubmerſi ſunt. Nunquam enim (prout
legimus) penitus deletur populus aut gens aliqua,niſi intercedat pecca-

tum idolatriæ, rebellionis, & crimen læſæ maieſtatis: ſicut etiam ſuprà diſſeruimus.

333 Quarè Deus ſuper Sodomam & Gomorram ſulphur & picem pluit An id fuit ad terrorem & in vindictam tantorum ſcelerum? An, vt illa eſſent ad fomentum ignis, quem Deus in illorum hominũ perniciem miſerat? Sed cur Deus non iuſſit pluere ligna: ſicut temporibus noſtris iuſſit pluere lapides? An igitur hæc duo, picem videlicet & ſulphur, quæ ſunt ignis infernalis fomentum, pluere voluit, vt indicaret eos infernalibus tormentis abſque vlla ſpe exitus deſtinatos: vt Zohar aſſerit? Et quamuis pix colligetur ex arbore, quæ Teda dicitur: generatur quoque in Aſphalto, in quo Ciuitates illæ ſubmerſæ fuerunt. Vnde ſicut Betel eſt porta cœli: ità locus ille Sodomæorum eſt porta inferni. *Gen.19.* *Zohar.* *Gen.28.*

334 Quos quatuor Reges percuſſit Abraham in valle Salinarũ? Cum hiſtoria clara ſit, ipſam prætermittentes ad ſenſum myſticum veniemus. An igitur per quatuor Reges, quatuor elementa intelliguntur, quæ contrà ſenſus interiores pugnant: Cuius pugnæ Abraham nouus homo intrat diremptor, reducens ſpolia, quæ deprædati fuerant quatuor Reges, id eſt elementa ſenſus illos impedientia, ne in Deo exerceantur. Qui Abraham tenet locum portionis ſuperioris, aut Neſſamah, ſemper in Deum tendentis: cuius gratia liberamur à pugna carnis & hominis animalis ex quatuor elementis compoſiti. Vnde tunc animas noſtras Deo ſacrificamus. Quod innuitur per ſacrificium panis & vini, oblatum à Melchizedech. Secundum cuius ordinem venit Chriſtus offerens, & docens offerre Deo carnem & ſanguinem: quæ per panem & vinum illud ſignificantur. Nam Chriſtus corpus ſuum, nunc carnem, nunc panem, & ſanguinem ſuum vinum vocauit. *Ibi.14.* *Io.6.*

335 Cur Abraham expendebat ſolummodò argentum: vt legitur? An, quia tunc aurum non erat in vſu? Sed nonnè ſcriptura dicit, quòd aurum fluuij è voluptatis horto egredientis, erat bonum, & in precio? An igitur, quia ſcriptura ſtuduit innuere locum, vnde erat Abraham, & vnde influxum continuè hauriebat? A Meridie enim influxum hauriebat: vnde argentum venit. Quod & per aliam allegoriam Moſes declarauit dicens, quòd ad Meridiem tentorium tendebat: & ibat proficiens, ſeu proficiſcẽs verſus Meridiem. Nec de auro fit mẽtio, vbi de Abraham eſt ſermo: quia ipſe nõ erat Aquilonaris, cuiuſmodi eſt aurum, quod ab Aquilone venit; ſed Meridionalis. *Gen.23.* *Ibidem 2.* *Ibidem 12.* *Iob.37.*

336 Babel à quo ædificata fuit? An conſtructa fuit à Semiramide ſuper omnes mulieres laſciua: vt Gentiliũ hiſtoriæ tradunt? Sed nonnè Ioſephus ad Appionem ſcribens dicit ipſam ædificatam fuiſſe à Nabuchdonoſor? Cui adſtipulari videtur id, quod (vt Daniel ſcribit) dixit ipſe Nabuchodonoſor. Nonnè eſt hæc Babylon Ciuitas magna, quam ædificaui in robore fortitudinis meæ? Sed nõnè antè Nabuchodonoſor fuit ædificata turris in Babylone: quæ ex confuſione linguarum ibi facta, Babel vocata fuit: vt in Geneſi legimus? An igitur fuit ædificata à filiis Noch, qui *Ioſeph. ad Appi.* *Dan.4.* *Gen.11.*

multiplicati venerunt in campum Senahar, vt ibi ædificarent:ſicut ibidē legitur?Nec enim Babylon eſt Niniue(vt aliqui Hiſtoriographi dixerūt)
Ibid.10. nec Niniue ædificata fuit à Nino (vt ipſimet dicunt) ſed ab Aſſur : vt in Geneſi dicitur.Nam diſtat Niniue à Babylone per multa paſſuum millia: & Niniue iuxtà Tigrim,Babylon autem iuxtà Euphratem ſita eſt.

Ibid.17. 337 Cur Abrahæ datum fuit præceptum de circuncidendo præputio in octauo die?Nonnè(vt ſępè dictum eſt)circuncifio & effuſio illa ſanguinis ordinata fuit ad placandas Aquilonares virtutes,ſanguinem pro delicto exquirentes?Octauo autem die fiebat,vt corpuſculum infantis ſuſciperet fauorem poſt natiuitatem ab omnibus Planetis : vnoquoque videlicet die à Planeta ipſi prædominante : & completo curriculo rediret ad eundē Planetā, qui dominabatur diei,in quo natus erat.Si verò ad ſupramundanos cœlos reſpicere voluerimus : fiebat ſub ſecundo in aſcendendo,& nono in deſcendendo : vbi eſt pactum & mater vitæ omnium viuificatrix.

Ibi.36. 338 Heſau,qui Edom dicitur,eſt nè omninò malus,& extrà omnē ſalutis ſpem conſtitutus?Nonnè locus ipſi in hæreditatem datus id arguit?Nā שעיר Sehir(vt ſuprà quoque diſſeruimus) ſignificat piloſum, malum dæmonem,turbinem,& cętera huiuſmodi hiſpida, dura ac dæmoniaca.Nō-
Mal.1. *Ezech.25.* nè hoc quoque expreſſum videtur à Malachia:qui perhibet Heſau à Do-
Dan.11. mino odio habitū?Cui adſtipulatur Ezechiel.Sed nonnè Daniel ait ſaluādos fore ſolum Edom & Moab à nouiſſima plaga, ab Antichriſto inferē-
Psal.107. *Mar.3.* da?Nonnè etiam Pſalmographus,perſonam Meſſiæ agens, canit. In Idumæam extendam calciamentum meum : humanitatem videlicet in ſalutem peccatorum dandam? Quod effectum fuiſſe Marcus narrat : dum ex Idumæa multos ad Ieſum veniſſe aſſerit. An igitur deſtruendus, odio habendus,ac penitus mortificandus eſt homo animalis per Edom deſignatus:vt reuiuiſcat in ſpiritum & ſaluetur? Sicut de Edom vel Heſau pro tē-
Gen.27. pore odio à Deo habito factum fuiſſe Scriptura innuit. Nam Izahac Spiritu ſancto plenus ei dixit.Tempus veniet : cum excuties iugum, ſcilicet ſeruitutis è ceruicibus tuis.Et ſic vtraque Scriptura ſibiipſi repugnare vi-
Col.3. ſa ſaluatur.Quo ſenſu Paulus inquit. Mortui eſtis : & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.

Gen.35. 339 Cur Heſau inuiſus Deo,& ab ipſo(vt videbatur) alienus, conuenit cum Iahacob ſancto ad ſepeliendum patrem Izahac?Nonnè,quià & ſi malus, debitum tamen officium & obſequium patri impendit?Vnde vitā
Ibi.36. *Exod.20.* longam promeruit:viditque magnam & honoratam progeniem:vt in Geneſi patet. Iuxtà regulas cœli in lege expreſſas : inter quas hæc commemoratur.Honora patrē tuū,& matrē tuam : vt ſis longæuus ſuper terram.
Gen.25. Pari quoq; modo pariq; prouentu ſcriptū eſt,quod Iſmahel ancillę filius, in ſeruitutémq; generatus ſimul cum Izahac patrem Abraham ſepeliuit. Nec enim irremunerata trāſeūt pietatis obſequia, etiā à reprobis exhibita.

Ibi.27. 340 Cur Iahacob minor,Heſau maiori præfertur?An, quià bonus præferri meruit? An(vt altius conſcendamus) ad denotandum ſacramentum

per hós duos ſignificatum,hominis videlicet animalis & ſpiritualis? Animalis enim homo ſecundum carnem primò naſcitur:dicente Paulo. Prius quod animale,deinde quod ſpirituale. Vnde ſicut(teſte eodem Apoſtolo) caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ: ſic is,qui ſecundum carnem natus erat, perſequebatur eum,qui erat ſecundum ſpiritum:vt idem Apoſtolus alibi ait. Verumtamen hic animalis homo meliori homini, quamuis poſterius nato ſubiiciendus eſt:& contrà eum ipſe melior præualere debet, ipſumque animalem hominem in ſeruitutem redigere: vt ipſe Apoſtolus alibi docet,dicens. Caſtigo corpus meum,& in ſeruitutem redigo. Et hoc quouſque ipſe animalis homo in ſortem ſuam ſpiritualem & meliorem tranſmutetur: vt depoſito corporeæ ſeruitutis iugo cum ipſo meliori homine regnet in regno fœlici. Quo ſenſu Izahac dixit ipſi Heſau hominem animalem (vt dictum eſt) ſignificanti. Tempus veniet:cum excuties iugum, ſcilicet ſeruitutis è ceruicibus tuis. *1.Cor.15.* *Gala.5.* *Ibi.4.* *1.Cor.9.* *Gen.27.*

341 Quas gentes demolitur Heſau, vt earum bona hæreditate poſſideat? Nonnè in Deuteronomio legimus, quod demolitus eſt Horræos? Quod vocabulum ſiccos,aridos,& combuſtos ſignificat. Et benè hos demolitus eſt ille,qui rore cœleſti irroratus erat. Sicut ſcriptum eſt. In rore cœli,& in pinguedine terræ erit benedictio tua. Vnde docemur, quod irrorati à cœlo gratia aliqua,quamuis non ſit gratum faciens(vt aiunt) prę-ualent contrà eos,qui ſunt penitus aridi, ſicci & combuſti igne peccatorum torquente. Nam malum ſeipſum deſtruit:vt Plato & Ariſtoteles docent. E conuerſo autem bonum conſolidat & munit. Docemúrque præterea,quod licet homo ſit in peccato, nunquam tamen opus bonum atque pietatis obſequia deſtituere debet: quia pietas (vt Apoſtolus ait) ad omnia vtilis eſt. *Deut.2.* *Gen.27.* *Pla.8.de Rep.* *Ethic.4.* *1.Timo.4.*

342 Cur Laban in teſtimonium fœderis cum Iahacob initi lapidum cumulum erexit? Nonnè,vt lapides illi repręſentarẽt teſtes multos, qui aderant non viſibiles? Hinc dixit ipſe Laban. Nullus inter me & te ſermonis noſtri teſtis eſt, præter Elohim. Quod vocabulum & ſi Deum ſignificat: ſæpiſſimè tamen pro Angelis quoque ponitur. Hinc vocarũt locum illum גלעד Galehed,id eſt cumulum teſtimonij. Sed cur Laban erexit cumulum lapidum: Iahacob autem vnum tantum lapidem erexit in titulum? Nonnè, quia Iahacob vnius tantummodò Dei cultor, ipſum vnicum Deum vocabat in teſtem: ipſum vnico lapide repræſentans: Laban verò plurium Deorum cultor(ſicut & alij Chaldæi)plures lapides collegit in teſtes,qui plures Deos,quos colebat,repreſentarent? *Gen.31.*

343 Cur fœdus illud ſuper lapidibus initum fuit? An, quia ſicut lapides illi imputreſcibiles erant: ſic exigebant, quod pactum illud eſſet ſtabile & inuiolabile? An,quia ſicut lapides in fundamentis & ædificiis firmis & conſtantibus ponuntur: ſic ſuper ipſis firmari volebant iuramentum,quod ſtabile fore intendebant? An,quia per ipſos lapides firmitatem iuramenti quærebant ab iis, qui per ipſos lapides figurabantur? Quemadmodum Abraham quoq; per ſeptem agnas figurauit ſeptem illos fontes: à quibus

iuramentum roboratur. Quando videlicet iurauit Abimelech & Phicol
Ibi. 21. exercitus eius Principi: vt in Geneſi legimus.
Ioſueh. 16. 344 Cur Chananæi permiſſi fuerunt morari in terra ſancta: cum maledicti eſſent? An (præter ea, quæ ſuprà diximus) quia ſors illorum fuit in ipſa terra? Sed, cum omnia, quæ in Scriptura ſacra enarrantur, ſacramenta ſua contineant, quorum illa typum gerunt, nonnè inquirēdum eſt, quo ſacramento id factum ſit? An igitur (vt Zohar docet) eodem ſacramento terra *Zohar.* illa ſancta fuit à Chananæis habitata, quo patres Abraham, Izahac, Iahacob, Moſes, & denique ipſe Chriſtus in Ægypto pro tempore morati ſunt: antequam ipſam terram haberent poſſidendam? Quo quidem ſacramento Berſabah, puteus videlicet ſeptem, fuit in ditione Vriæ, antequam ſuſciperetur à Dauide: cui cœli ordine debebatur. Et hoc in ſacramentum, quod humanum genus prius debebat eſſe ſub peccato, & ſub Diabolo, *Rom. 5.* quam ſub gratia, & Deo: vt (ſicut Apoſtolus ait) vbi abundauerat delictum, ſuperabundaret & gratia.

1. Cor. 10. 345 Cur Iſrael fuit primò afflictus in Ægypto à populo gentili & immundo? An (vt nuper diximus) gens illa ſancta, cui omnia in figura (teſte Paulo) contingebant, ſub Ægyptiaca ſeruitute fuit, antequam legem ſuſciperet, totum genus humanum figurans: quod ſub ſeruitute peccati & Diaboli fuit, antequam per Redemptorem iuſtificaretur: vt vtrobique ſuperabundaret, gratia & donum? An, vt vtraque familia, particularis videlicet & vniuerſalis, cognoſceret ſe non mereri niſi malū & ſeruitutem: & Deum liberationis ſuæ & omnium bonorum, quæ ſibi data erant, authorem cognoſceret? An, ne mortales contriſtarētur, ſi Deus eos permitteret in ſeruitutem peccati cadere: cùm inde maiori gratia & dono eripiantur?

Gen. 41. 346 Cur Deus per ſomnium Pharaoni reuelauit, quæ ventura erant ſuper Ægyptū, & totam regionem conterraneam? Nonnè, vt fati ſeries ſeruaretur, & Ioſeph Ægypto præficeretur? Et hoc, vt nedum patrem ac fratres aleret, ſed ipſum vnà cum fratribus illuc deduceret: vt Ægyptiacæ *Ibi. 15.* ſeruituti omnes ipſi ſubiicerentur (ſicut Abrahæ prænunciatum fuerat) & inde cum gloria, ſignis, portentis, & brachio Dei extento, per Moſem tandem educerentur. Si igitur hæc ſecundum fati ſeriem euenerunt, nonnè neceſſariò & ineuitabiliter contigerunt? Sed cur filij Iſrael non fuerunt *Doc. Heb. Elchana.* ſeruituti obnoxij niſi ducētis & decem annis (vt Doctores Hebræi, & præ*Gen. 15.* cipuè Elchana tradunt) cum oraculum dicat. Subiicient eos ſeruituti, & affligent quadringentis annis? Nonnè, quia orationibus patrum abbreuiatum fuit tempus prædictæ ſeruitutis? Vnde docemur, quod ſententiæ Dei omninò ineuitabiles non ſunt: ſed orationibus & bonis operibus diminui poſſunt, & peccatis augeri.

Exod. 14. 347 Cur Iſraeliticus populus tranſiuit mare & Iordanem, antequam in *Ioſueh. 3.* promiſſam terram intraret? An, vt Ægyptij mergerentur in mari? An (vt *1. Cor. 10.* ſacramenta referemus) quia omnes in mari baptizari debebant? Iuxtà illud Apoſtoli. Omnes mare tranſierunt, & in Moſe baptizati ſunt, in nube & in mari. Omnes enim lotione indigent; vt alibi tactum eſt. Baptizatia

itaque, ablutis & purgatis filiis Iſrael amaris aquis ipſius maris, nonnè tranſeundum eis erat per Iordanis aquas dulces, ſapientiæ videlicet & gratiæ: quas contulit ille, qui in ipſo Iordane à Iohanne baptizatus fuit, Chriſtus ſcilicet Redemptor? Ipſe enim omnem amaritudinem in dulcedinem vertit: ſicut promiſerat, dicens. Triſtitia veſtra conuertetur in gaudium. *Mat.5.* *Io.16.*

348 Cur Ieremias ait, quod Iſraele ductus fuit ex Ægypto in brachio extento: An (vt dictum eſt) propter multa prodigia & miracula coràm Pharahone & ſeruis eius facta: vt Iſraelem dimitteret? An per brachium extentum, diuini nominis virtus intelligitur: quod in ſeptuagintaduos ramos (vt ſuprà diſſeruimus) extenſum fuit à Moſe: quando populum per mare traduxit, & Ægyptios ſuffocauit? Quod quidem nomen in multò plures ramos ab ipſo Moſe extenſum fuit, quando dedit legem. Nam ipſa lex nil aliud eſt, quàm nomen Dei in nomina & cognomina ſua extenſum: vt ſecretioribus Theologis tritiſſimum & celebratiſſimum eſt. *Iere.32.*

349 Cur aqua maris in tranſitu Iſraelis diuiſa fuit? An, vt ſecurum iter populo fugienti præberet? An, quia diuiſio illa aquarum denotabat diuinę bonitatis amplexum, quæ veluti brachiis duobus amplexata eſt populum à ſeruitute liberatum? Sed cum aquæ pietatem & clementiam (vt ſępè diximus) ſignificent, cur tam acerbè Ægyptios ſuffocarunt? Nonnè Apoſtolus id reſerat, dum ait. Ignoras, quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Tu autem ſecundum duritiem tuam, & cor impœnitens theſaurizas tibi iram. Nam clementia & benignitas Dei plęrumque conuertitur in ſæuiſſimam iram aduerſus eos, qui ipſa abutuntur. *Exod 14.* *Rom.2.*

350 Quot fuerunt Iſraelitæ, qui ex Ægypto egreſſi ſunt? Nonnè, ſi loquimur de gerentibus arma, & bello aptis, ſcriptura aſſignat eum numerum, à quo recedere minimè licet? Qui numerus fuit ſexcentorum trium millium, quingentorum & quinquaginta virorum: Si verò de omnibus eſt ſermo, computatis videlicet ſenibus, mulieribus, & paruulis, fuerunt duo millia millium præciſè quot ſunt literæ totius Pentateuchi: ſicut aliqui magna induſtria & labore ſupputarunt. Nam omnia, quæ Patribus contingebant, ſacramentis plena erant. *Num.1.*

351 Cur Ioſeph fratres ſuos orto iam Sole dimiſit? An, ne offenderentur ab extraneis in nocte? An, vt expectaret fauorem patris, qui tabernaculũ ſuum habebat in Sole: ſicut & Chriſtus? Hinc Gabriel de Chriſto loquẽs, Virgini dixit. Regnabit in domo Iahacob. Et hoc comprobatum fuit, quãdo ipſe Iahacob cum Angelo luctabatur. Ipſe enim adueniente aurora, ſplendore videlicet Solari, ceſſit ipſi Iahacob, dicens. Dimitte me: quia aurora eſt. Quaſi diceret. Si non potui contrà te in nocte: multò minus potero adueniente Sole tibi fauente. Fauet quoque Sol omnibus in luce ambulantibus, fugatis tenebrarum poteſtatibus. Iuxtà illud Prophetæ. Ortus eſt Sol & congregati ſunt, & in cubilibus ſuis collocabuntur: Exibit homo ad opus ſuum. *Gen.44.* *Luca 1.* *Gen.32.* *Pſal.103.*

Gen.47. 352 Cur aliquando tota domus Iſraelitica ſuper Ioſeph (vt in Geneſi legimus) innixa fuit? An fortè id caſu euenit? Sed nihil quippè fortuitum deſcribitur in volumine, in quo omnimoda Dei prouidentia recenſetur. An
Pro.10. igitur (vt ad myſteria veniamus) id factum eſt, vt comprobaretur veritas
Gen 39. Sec.Theo. illius æternæ regulæ à Sapiente decantatæ. Iuſtus eſt fundamentum Mũdi? Pro quo vulgata æditio habet. Iuſtus, quaſi fundamentum ſempiternum. Ioſeph namq; iuſtus fuit re, & teſtimonio ſcripturæ ſacræ, ipſius conſtantiam & iuſtitiam enarrantis: veníque (vt ſecretiores Theologi dicũt) à loco, qui iuſtus & fundamentum denominatur. Et hoc factum fuit in figuram Chriſti, qui fuit & eſt fundamentum totius Mundi: ſicut Ioſeph illius particularis & figuratiuæ familiæ fundamentum fuit.

353 Cur Ioſeph (vt ſecretiores Theologi aſſerunt) peculiari cognomento
Iidem. Gen.6. iuſti gaudet? Nonnè iuſtus fuit Noeh, de quo ſcriptum eſt. Noeh vir iuſtus atque perfectus in generationibus ſuis? Fuit quippè Noeh iuſtus in generationibus ſuis tantum, id eſt tempore ſuo, aut in progenie ſua: vterque autem Ioſeph, filius videlicet Iahacob, & ſponſus beatæ Virginis, dicti ſunt iuſti ſimpliciter. Sicut de ipſo ſponſo Virginis peculiariter in Euã-
Mat.1. gelio habetur. Sicut enim Moſes in tota Dei domo fidelis fuit, non tan-
Nu.12. tum in ſtirpe ſua: ſic & Ioſeph in tota domo Iſrael iuſtus fuit. Nam licet
Gen.37. & 47. multas ei fratres iniurias intuliſſent (vt in Geneſi patet) omnibus tamen pepercit, & omnes aluit. Sicut Moſes pro omnibus orauit. Vterque enim, Moſes videlicet & Ioſeph ex illo loco, qui (vt nuper dictum eſt) à ſecre-
Exod.32. tioribus Theologis צדיק Zadich, id eſt iuſtus nominatur, deſcenderunt: vt ipſi tradunt. A quo loco etiam noſtrum Ioſeph, ſponſum beatæ Virginis, qui, Euangelij teſtimonio, iuſtus dicitur, originem traxiſſe opinamur.
Mat.1. Vnde ipſe (vt piè credimus) de tota Dei familia, tanquam fidelis & iuſtus, curam habet.

354 Cur Abraham noluit ſpeluncam duplicem gratis, ſed argento illam
Gen.23. emit? An, quia noluit locum illum eſſe communem (vt ſibi offerebant filij Chet) ne locus ille profanaretur cadaueribus incircunciſorum? An, quia ſibi locum illum vendicare voluit iure emptionis, ne quis præſumeret amouere corpora patrum à loco illo tanquam non ſuo? An (vt ad myſteria conſcendamus) locum illum voluit emere argento, quod à Meridie prouenit, vnde Abraham fauorem omnem ſuſcipiebat: vt omnibus benè diſpoſitis & accommodatis ſecundum propria ſymbola & conuenientiam, fauorem à loco ſuſciperet, non tantum pro corporibus, ſed pro anima ipſorum corporum hoſpite?

Exod.4. 355 Cur Moſi datus fuit Aharon frater in ſocium? An, quia ad negocia
Mat.18. legalia & ſacra peragenda opportuniores erant duo quam vnus? Hinc
Pro.18. Chriſtus dixit. Vbi duo vel tres fuerint in nomine meo congregati: ibi ſum in medio eorum. An, quia (vt Sapiens ait) frater, qui adiuuatur à fratre, eſt ſicut Ciuitas firma? An id factum eſt, vt ſacerdotium, quod erat in Aharon
Pla. in 6. de legibus. iungeretur cum regno, quod erat in Moſe? Vnde Plato iubet templa ædibus Regalibus coniungi: vt etiam aliquibus in locis factum vidimus. Propterea

ptereà Petro ſacerdoti coniunctus fuit Paulus ferens gladium, in ſignum Regiæ poteſtatis. Vnde tanquam Rex præponitur ipſe Paulus in priuilegiis Apoſtolicis: ſicuti Petrus Damianus diſſerit. *Pe. Damia.*

356 Cur Moſi magis datus fuit Aharon in ſocium, quàm alius? An, quia ambo magis inter ſe conueniebant? An id pro conſolatione Moſi factum eſt? An, quia ambo erant ad id magis idonei: alter videlicet ad regnum, alter autem ad ſacerdotium ſuſcipiendum & adminiſtrandum? Sicut credimus Chriſtum aſſumpſiſſe ad Apoſtolatum Iohannem, Iacobum, Philippum & cæteros, non quia conſanguinei eſſent: ſed quia idonei miniſtri noui teſtamenti à Deo facti erant: vt Apoſtolus innuit. Sed nonnè Chriſtus dedit hanc gratiam? Dedit vtique ſecundum diſpoſitionem graduum à Patre diſtributorum. Voluntatis autem paternæ non eſt ratio: quia ipſe diuidit ſingulis prout vult. *Mat.10.* *2.Cor3.*

357 Cur ſanctum ſanctorum in medio tabernaculi poſitum erat? An, quia ſicut ſummus Redemptor (teſte Propheta) operatus eſt ſalutem in medio terræ: ſic liberator Iſraelitici populi Moſes ipſum Redemptorem figurans ſanctum ſanctorum & locum propitiationis in medio tabernaculi, quod totum Mundum effigiabat, collocauit? Vnde conuenientiſſimè hoc propitiatorium in medio Mundi figuratiui locatum eſt: & Chriſtus vera propitiatio in medio veri Mundi ſeſe collocauit, vt facilius omnibus circumaſtantibus propitiatio communicaretur. An id factum eſt, vt ſanctum ſanctorum haberet conformitatem cum ſupracœleſti Mundo, in cuius medio eſt Templum Domini perpendiculariter pendens ſuprà Templum à Salomone fabricatum: vt antiqui Theologi dicunt? *Exod.26.* *Pſal.73.*

358 Quomodò Moſes (vt ſecretiores Theologi dicunt) dorſum ſuũ ex fragmentis tabularum ditauit? An, quia tabulæ illæ erant ſapphirinæ, & magni precij? Sed nonnè hoc Moſi parũ fuiſſet? Ipſe enim erat Rex & Dominus totius populi: de cuius opibus ad libitum diſponere poterat. An igitur per tabulas illas ſapphirinas quoddã cœleſte munus intelligitur? Vnde non ſine cauſa cœlum ab Ezechiele dictum fuit ſapphirinum: & in ſapphiri ſpecie omnibus contuentibus apparet: aere ſereno videlicet exiſtẽte. Quo quidem dono cœleſti factis indignis Iſraelitis, datũ fuit totũ illud munus Moſi: ſtante regula diuinæ munificentiæ, quæ nunquã reperit munus datum. Vnde ſi ille, cui datur, ſe indignum exhibet, ab eo aufertur, & digno datur. Iuxtà dictum Saluatoris. Aufertur à vobis regnũ Dei: & dabitur genti facięti fructum. Vnde & in Apocalypſi ait hic magnificus Donator. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. *Sec.Theo.* *Ezech.1.* *Mat.21.* *Apoc.3.*

359 Cur tam facilè populus Iſraeliticus, à cultu Dei recedebat? An, quia ipſe pronus erat (ſicut & alij) ad malum? Iuxtà illud Geneſeos. Cuncta cogitatio hominis intenta eſt ad malum omni tempore. An, quia ipſi Iſraelitę malo dæmoni Mundi huius principi ſubiecti erant? Quem Chriſtus tandẽ ex hoc Mundo eiecit: ne amplius eam vim mortalibus inferat, quam inferre ſolebat. An, quia non benè ſpiritualibus initiati, facilè mouebantur à ſenſibilibus: ſicut & hodie multi faciunt? An, quia & ſi multis priuile- *Gen.6.*

giis donati erant, libero tamen arbitrio gaudebant: quo tantò magis abutebantur, quantò magis acceptorum beneficiorum immemores exiſtebant?

Deut.34. 360 Cur Moſi oſſa non reperiuntur, nec ſepulchrum eius? An (vt aliqui dicunt) quia ſic Deus iuſſit: ne Hebręi, qui tot & tanta per ipſius manus ſuſceperant, ipſum, tanquam Deum, adorarent? An, quia tranſmutatum fuit corpus eius in ſortem ſpiritualem: vt ſuprà tactum eſt? Vnde huiuſmodi corpus, ab oculis corporeis videri non poteſt: niſi pro libito eorũ, qui ipſo gaudent. An, quia tranſlatum fuit corpus eius in cœlum: ſicut corpus Henoch & Eliæ? Quod conueniens fuit: cum de Moſe ſcriptum ſit. Et non *Ibidem.* ſurrexit Propheta vltrà in Iſrael, ſicut Moſes.

361 Phinees quot annos vixit? An in ęternum? Cum ſcriptum ſit in libro *Nu.25.* Numerorum. Eccè do ei pacem fœderis mei: & erit tam ipſi quam ſemini eius pactum ſacerdotij ſempiternum. An illud ſempiternum refertur ad poſteros ſuos: mortuo videlicet ipſo poſt completum communẽ vitæ cur-*1.Paral.* ſum? Sed nonnè in libro Paralipomenon, dum connumerãtur duces Iſraelitici populi, qui fuerunt poſt Babylonis tranſmigrationẽ, connumeratur Princeps Leuitarum iſte Phinees, filius Elehazar, & nepos Aharon? An fortè (vt aliqui dicunt) hoc refertur ad annumerationem tempore Moſi factam? Sed nonnè hoc tanquam ineptum & inconcinnum refellendũ eſt? An igitur (vt aliis placet) erat alter Phinees filius alterius Elehazar? Sed cum ſacra Scriptura ſic Genealogias diſtinguat, vt nullus ſit error, nulláq; perplexitas: dicendum opinor, quod ſingulari dono & priuilegio propter zelum eius vſque ad tempus tranſmigrationis vixerit. Et forſitàn viuit pariter cum Elia. Ex quo ei par in zelo fuit.

Iud.11. 362 Quæ eſt illa Ciuitas Cheſbon caput regni Amorrhæorum, à Ioſueh expugnata? An (vt literam ſequamur) Ciuitas erat ſic denominata? An (vt ad myſteria veniamus) חשבון Cheſbon cogitationem ſignificat, quæ in cerebro multiplicatur: ſicut populus in Ciuitate? Et hæc cogitatio duplex eſt. Altera enim eſt bona: altera verò mala. De bona cogitatione Prophe-*Pſal.75.* ta canit. Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: & reliquiæ cogi-*Gen.6.* tationis diem feſtum agent tibi. De mala verò dicitur in Geneſi, quod co-*Pſal.145.* gitatio cordis intenta eſt ad malum. Et de huiuſmodi malis cogitationibus Propheta canit. In illa die peribunt cogitationes eorum. Et hanc ma-*Hier.ſuper* lam cogitationem deſtruxit Ioſueh, qui Saluator interpretatur, figurans *Pſal.136.* Chriſtum, in quo omnes malæ cogitationes diſſipantur: prout Hieronymus ſentit, exponens illud Pſalmi. Et allidet paruulos ſuos ad petram. Ille, inquit, laudatur: ille prædicatur beatus, qui ſtatim, vt cœperit cogitare, allidet cogitationes ſuas ad petram: quæ Chriſtus eſt.

Cant.7. 363 Quæ eſt Ciuitas Cheſbon, cuius piſcinæ in Canticis, ſponſæ oculi comparantur? Nonnè diximus Cheſbon ſignificare quoque bonas cogitationes, quæ congregatæ, ſunt veluti piſcina fluens & diſtillans in alios? Vnde huiuſmodi cogitationes comparantur Ciuitati, quando ſimul collectæ ſunt. Quando verò bonæ ſunt, comparantur Ciuitati bonæ; non qui-

dem deſtruendæ, ſed conſeruandæ. Et quia per oculos intentio intelligitur (ſicut Ambroſius & Gregorius exponunt dictum Chriſti. Si oculus tuus ſimplex fuerit, vel nequam &c.) Hinc meritò oculi ſponſæ piſcinæ vel Ciuitati Cheſbon ipſas cogitationes colligenti comparantur. Quæ piſcina vel Ciuitas curanda eſt:iuxtà illud Iſaiæ. Auferte malum cogitationum veſtrarum. *Lucæ 11.*

364 Quomodò paruula terra Iudææ vel promiſſionis tot hominum millia capere potuit? Eſt enim promiſſæ terrę longitudo ducentorum millium paſſuum à Dan vſque Berſábee : latitudo verò à mari occidentis, vſque ad mare ſalis, plagam videlicet orientalem, octoginta millium paſſuum ad plus. Vnde non videtur quomodò tantæ multitudinis capax eſſe potuerit. An fortè (vt Hebræi garriunt) longitudo ipſius anteà fuit mille millium paſſuum, ſed propter eorum peccata poſteà coarctata fuit? Sed nonnè hoc multis fabuloſum videtur? An igitur, quia terra illa ferax & opulenta eſt? Vnde tam magnæ multitudinis capax eſſe potuit. Cum de habitatione non ſit quęſtio, ſed de victu: qui proueniebat ampliſſimus ab illa terra opima, particulari cœli rore irrorata. Qui ros ſub nomine lactis & mellis deſcribitur. *Iſa. 1.*

365 Cur ſcriptum eſt, quod in plaga grandinis hordeum & linum læſa fuerunt: far verò & triticum illæſa remanſerunt: An, quia (vt in litera habetur) hordeum erat virens, & linum folliculos germinauerat: triticũ verò & far ſerotina erant? An (vt ad ſacramenta veniamus, quibus hæc minutiſſima referta erant) per linum & hordeum intelliguntur Ægyptij, & intelligentiæ ipſis præſidentes, omnes quidem Aquilonares, ſicut linum & hordeum: Vnde non tantum ipſi Aegyptij fuerunt læſi: ſed etiam poteſtates ipſis præſidentes fuerunt auulſæ & abiectæ. Triticum autem & far, quæ Meridionalia à ſecretioribus Theologis dicuntur, Iſraelitas, & intelligentias ipſis præſidentes ſignificant: qui & ſi medium tenent cum patre ſuo Iſrael: nihilominus ſatis Meridionales ſunt, cũ priori patre ſuo Abraham: ſicut alibi exaratum eſt. Et hi non fuerunt læſi, immò roborati & confortati ſimul cum intelligentiis ſuis. *Exod. 6.*

366 Quæ fuit intelligentia potiſſima protegens Iſraelitas? Quòd Angelum habuerint clariſſimè habemus in Exodo: vbi dicitur. Eleuánſque ſe Angelus Domini, qui præcedebat caſtra Iſrael, abiit poſt eos: & cum eo pariter columna nobis: ſtetítque inter caſtra Aegyptiorũ, & caſtra Iſrael. Et infrà inquit Deus. Eccè ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, & cuſtodiat in via: & introducat in locum, quem præparaui tibi. Et iterũ. Angelus meus præcedet te. Vt autem fortior eſſet Angelus ad protegendum eos, poſita fuit in eo virtus & nomen Dei: ſicut ipſemet Deus perhibet, dicens. Et eſt nomen meum, id eſt virtus nominis mei in eo. Quem Angelum Hebræi communi conſenſu Michaelem fuiſſe dicunt. *Exod. 14.* *Ibi. 13.* *Ibidem.*

367 Vnde haberi poteſt, quod Angelus protegẽs caſtra Iſrael, fuerit Michael? An, quia id Hebræi communiter aſſerunt: vt modò dictum eſt? An, quia id ex ſacra Scriptura ſatis clarè elici poteſt, ex eo quod dicit.

Ibidem. Et eſt nomen meum,id eſt virtus mea in illo?Hinc erat eis tanquam Deus iuxtà ipſius nominis מיכאל Michael interpretationem. Quod benè interpretando ſignificat.Quis ſicut Deus:nullus videlicet, niſi ille, qui nomen & virtutem Dei in ſe habet.An,quia id rationi conſentaneum fuit,vt Michael,Angelorum princeps daretur in tutelam populi Iſraelitici, qui primogenitus Dei erat:ſicut in Exodo dicitur?Vnde poſtquam amiſerunt primogenituram illam,& Deo multis iniquitatibus terga verterunt,receſſit, iuſſu Dei,Michael ab eis, & conſtitutus eſt princeps ſuper animas iuſtorum:qui videlicet in Chriſto regenerati ſunt:& factus fuit princeps militiæ Chriſti cum omnimoda poteſtate. *Ibi.4.*

368 Si Michael animas (vt fertur) ponderat, quibus lancibus vel qua ſtatera librat eas?An fortè lancibus corporeis?Sed cum anima nullũ pondus habeat,quomodò huiuſmodi lancibus librari poteſt?An igitur librat eas ſtatera habente ſymbolum cum menſura,qua ſuperius diximus menſuratam eſſe ſupernam regionem,& cætera ibi enumerata? Ipſe enim Sacerdos cœli coæquat ſumma iuſtitia vniuſcuiuſque merita cum præmio ſibi dando:ne plus aut minus detur, quam ſit remunerandorum meritum, non quidem in arithmetica,ſed geometrica proportione. Omnia namque ſubtiliſſimè diſcutiuntur in Tribunali diuitiæ iuſtitiæ.Cuius loci inter Angelos ibi aſtantes Michael principatum tenet.

Iud.13. 369 Cur Samſon, vt Philiſtinorum agros demoliretur, vſus eſt vulpibus?An, quia vulpium eſt proprium huc illuc uè diſcurrere? Hinc, vt deferrẽt ignẽ per omnes agros,illas accepit.An (vt ad ſacramẽta veniamus) per vulpes,quæ ſemper nocent,& nunquam proſunt, intelliguntur virtutes malæ,quibus Deus vtitur multoties in punitionem malorum? Vnde Propheta canit.Immiſſiones per Angelos malos.Et alibi.Spiritus procellarum,qui faciunt verbum eius.Sic etiam Dei miniſtri vtuntur huiuſmodi ſatellitibus. Quod Apoſtolus fecit,quando iuſſit tradi Corinthium illum in interitum Satanæ,ſecundum carnem: vt Spiritus ſaluus fieret. Sic quoque Samſon vſus eſt vulpibus eos ſignificantibus:vt ignem portarent, non quidem combuſtiuum,ſed purgatiuum.Hinc ſcriptum eſt, quod poſuit ignem in ſtupa,debiliſſimo ignis fomento,& in caudis atque extremitatibus ipſarum vulpium. *Pſal.77.& 148.* *1.Cor.5.*

Iud.16. 370 Cur Samſon ſumpſit vindictam de Philiſtæis cum tanta ſuimetipſius iactura,morte videlicet?An, quia arreptus fuit ſpiritu Dei? Vnde in textu dicitur. At ille, ſcilicet Samſon inuocato Domino: cuius videlicet ſpiritu agebatur.Quod cognoſcens Apoſtolus, eum ſanctorum catalogo aſcripſit. Qui enim ſpiritu Dei aguntur (vt idem Apoſtolus ait) non ſunt ſub lege. An,non cum iactura, ſed cum prouentu magno ſe morti expoſuit in honorem Dei, & Philiſtinorum perditionem? Philiſtim enim cadentes interpretantur,& figurabant hoſtes Dei,qui è cœlo ceciderunt. Et hac ratione & iuſtitia martyres ſeſe morti tradiderunt, cum ſumma laude, gloria, & vtilitate. Vnde iſti abſque aliis comprobationibus ſanctorum catalogo aſcribuntur. *Heb.11.* *Rom.8.*

371 Cur

371 Cur Dauid audita Saulis morte dixit. Montes Gelboeh, nec ros, nec pluuia veniat ſuper vos? An, quia plenus ſpiritu prophetico cognouerat, quæ ventura erant? Ideò illa decantauit. Nam (vt à multis aſſeritur) nunquam viſus fuit ros aut pluuia in montibus illis. An (vt ad ſacramenta conſcendamus, quibus ſcriptura refertiſſima eſt) ros & pluuia verba Dei ſignificant (ſicut à Moſe docemur, qui in Cantico ſuo dicit. Expectetur ſicut pluuia eloquium meum, & deſcendant ſicut ros verba mea) quæ cadere non debent ſuper interfectos & derelictos à Deo: dicente ſcriptura. Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes, qui deſcendunt in infernum? Pro quo in literæ veritate habetur דומה dumah, id eſt ſilentium. Nam in huiuſmodi ſilet omnis laus, & verbum Dei: ſicut & alibi dicitur. Quoniam non eſt in morte, qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi? *2. Reg. 1.* *Deut. 32.* *Pſal. 113.* *Ibi. 6.*

372 Quo oleo Dauid Rex à Samuele vnctus fuit? An fortè oleo oliuarum? Sed quomodò hoc conferre potuit regnum & prophetiam inde ſubſecutam: niſi quatenus erat ſacramentum veri olei, quod illa conferre potuit? An igitur (vt aliàs diximus) vnctus fuit oleo lætitiæ, quæ eſt diuinitas? Quo quidem oleo ſuper omnes vnctus fuit Redemptor. Vnde per antonomaſiam denominatus fuit Meſſias hebraicè, Chriſtus græcè, vnctus autem latinè. De qua vnctione Petrus loquens ait. Vnxit eum Deus Spiritu ſancto & virtute. Sicut Iſaias, eius perſonam agens prædixerat. Spiritus (inquit) Domini ſuper me, eo quod vnxerit me: vt prædicarem captiuis indulgentiam, & clauſis apertionẽ: & quæ ſequuntur. Hoc igitur oleo vnctus fuit Dauid gerens ſuper omnes verum Chriſti typum, vt eſſet Rex, Propheta, & Sacerdos: ſicut Chriſtus fuit. Fuit enim (vt clarè patet) Rex & Propheta. Fuit quoque Sacerdos in eo quod Pſalmos compoſuit, ſacra multa inſtituit, cultum Dei ampliauit, & omnia pro templo ædificando præparauit: vt ſuprà quoque diſſeruimus. *1. Reg. 16.* *Actio. 10.* *Iſa. 61.* *Luca 4.*

373 Quid operabatur hoc oleum? Nonnè (vt nuper & alibi diximus) hoc oleum conſtituebat hominem Prophetam, Regem, & Sacerdotem? Qui omnes magis quam homines ſunt, & ſemidei, vicémque Dei in terris gerunt. Hinc eis neceſſarium erat hoc chriſma Spiritus ſancti. Rex enim, qui iudicando facit officium illius, qui dixit. Omne iudicium dedit mihi Pater: hoc indigebat. Ipſo indigebat Propheta, cum Prophetia (teſte Petro) non ſit allata humana voluntate: ſed Spiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines. Hoc indiget Sacerdos, vt ipſum aliis communicare poſſit. Iuxtà illud. Sicut vnguentum quod deſcendit in barbam, barbam autem Aharon: quod deſcendit in oram veſtimenti eius, id eſt ad infimos quoſque plebeios. *Io. 5.* *2. Pet. 1.* *Pſal. 132.*

374 Cur multi oleo ſacro vncti non prophetant, nec ſunt veri iudices, nec ſacerdotes? Nonnè Theologi diſcrimen faciunt inter ſignũ & ſignatũ? Non enim aqua, qua caput baptizandorũ aſpergitur, eſt res ſacra, ſed ſacræ rei ſignum: nec oleũ, quo Sacerdotes vel Reges aut Prophetæ vnguntur, eſt ipſum verum chriſma, & diuinitas, ſed ſignum ipſius. Hinc aliqui

ſuſcipiunt ſignum, & non ſignatum: ſiue (vt aiunt) ſacramentum, & non rem ſacramenti. Sed nonnè dicitur ſacramentum ſignum efficax: vt adeſſe nequeat abſque ſignato? Eſt quidem ſacramentum ex ſe ſignum efficax & certum: niſi ſuſcipiens ponat obicem, ſe indignum exhibens. Nam aliquando quis adeò obſtat, vt illud, quod in adiutorium offertur, in præiudicium vergat. Quemadmodum de Euchariſtiæ ſacramento clarè loqui-
1.Cor.11. tur Apoſtolus, dicens. Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit.

3.Reg.19. 375 Cur Elias (iubente Deo) vnxit Hazaelem in Regem Syriæ, & Iehu
Rom.13. in Regem ſuper Iſrael: cum ille non fuerit de populo Dei? An, quia (vt Apoſtolus inquit) non eſt poteſtas niſi à Deo? Vnde Reges gentium conſtituuntur à Deo: quamuis peculiariter non ſit enarrata cura, quam Deus de ipſis habet, ſed aliquando vix adumbrata. Hinc edocemur, quód Deus vniuerſorum eſt Dominus. Curam autem electæ familiæ publicandam inſtituit: cum omnia, quæ circà ipſam facta ſunt, ſacramentis plena ſint, & ad inſtructionem noſtram facta fuerint. An forſitan hic Hazael & Iehu vncti peculiariter enarrantur: quia electi fuerunt in vltionem Achab, & impiiſſimæ Iezabelis? Nec ex illa vnctione fuerunt effecti prophetæ, ſicut Dauid: vt doceamur, quod illud chriſma non erat eiuſdem virtutis in omnibus.

376 Cur Dauid commiſit Salomoni vindictam de Ioab & Semei ſumé-
3.Reg.2. dam? Nonnè ipſe legerat edictum Dei, à Moſe decantatum. Mea eſt vltio,
Deut.32. & ego retribuam? Cur igitur iuſſit ſumi vindictam: maximè in morte, quádo homines omnibus inimicis parcere ſolent? Non quippè id fecit vendicans ſibi, quod Dei propriũ eſt: ſed tanquã diuinæ ſententiæ executor, &
Pſal. 17. prout ſibi demandatũ erat. Iuxtà illud. Deus, qui das vindictas mihi. Et a-
& 117. libi. In nomine Domini, quia vltus ſum in eos. Quibus verbis innuit, quod nõ ſuo, ſed Dei nomine vindictã de inimicis ſumebat. Et quãuis id ſibi demandatũ eſſet: cõmiſit tantũ hoc filio ſapienti & iuſto: ne vlciſcẽs ipſemet duceretur aliquo odio, vel appetitu vindictæ ſecundũ carnẽ & ſanguinẽ.

2.Reg.23. 377 Cur Dauid ſanctus cum tanto ſuorum periculo concupiuit aquas ciſternæ antè portam Betlehem exeuntis? An id fecit ductus appetitu animali: prout hominibus aliquando contingit? Sed ad quid hoc in ſcriptura
Act.13. tam graui recenſetur: & quæ laus fuit iſta tanto viro ſecundum cor Do-
Iſa.12. mini electo? An igitur deſyderauit aquas illas, de quibus Iſaias loquẽs ait.
Io.7. Haurietis aquas in gaudio è fontibus Saluatoris? Quas aquas ipſe Saluator, ſpontè propinauit, inuitans ſitientes ad bibendum, & dicens. Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Et hæc aqua dicitur eſſe iuxtà portã Betlehem,
Ibi.6. id eſt domus panis: illius videlicet, de quo ſcriptum eſt. Hic eſt panis, qui de cœlo deſcendit. Domus itaque huius panis eſt cœlum, in quod non in-
Ibi.3. trat, niſi qui lotus fuerit, vel potatus aqua illa. Nam de lotione dictũ eſt.
Ibi 4. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum Dei. Et de potu ipſius inquit alibi Saluator. Si quis biberit ex aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.

378 Cur Dauid allatam aquam bibere noluit? An (vt in textu habetur) quia dixit Dauid. Propitius ſit mihi Dominus ne faciam hoc. Num ſanguinem hominum iſtorum, qui profecti ſunt, & animarum periculum bibam? An (vt altius conſcendamus) Dauid hoc fecit, vt doceret non eſſe violẽter, & cum ſanguinis periculo procuranda illa, quæ ſuauiter & gratis ſuſcipi debent? Quo ſenſu Saluator inquit. Gratis accepiſtis & gratis date. Et in Apocalypſi. Qui ſitit veniat, & qui vult accipiat aquam vitæ gratis. Hinc ad purgandum errorem, Dauid aquas illas Domino libauit. *2. Reg. 23.* *Matt. 10.* *Apoc. 22.*

379 Cur Abſalom ſuſpenſis fuiſſe legitur crinibus ad quercum? An fortè, quia ſic caſu occurrit? Sed non quippè de fortuitis tractatur, vbi diuinæ prouidentiæ effectus deſcribuntur. An igitur, quia ſicut benè operans, expleto operationis ſuæ curriculo, iuxtà talenta ſibi tradita, deuenit ad præmium: ſic malè agens completa iniquitate, iudici & tortori puniendus traditur, per ea videlicet, per quæ peccauit? Vnde, quia Abſalom peccauerat in robore & virtute quamuis malè comparata, quæ per capillos denotabatur (ſicut de Samſone dictum eſt) per capillos punitus fuit: quibus ad arborem ſuſpenſus fuit, & confoſſus iaculis, quæ præparauerat mittere in patrem. Sicut & Haman ſuſpenſus fuit in ligno, quod Mardochæo iniuſtè præparauerat. *2. Reg. 18.* *Eſter. 7.*

380 Quo ligno ſuſpenſus fuit Haman? An ligno illo, de quo Sapiens ait. Benedictum lignum, per quod fit iuſtitia? An fuit lignum illud, quod poſitũ erat in medio paradiſi, iuxtà lignum vitæ: arbor videlicet ſcientiæ boni & mali? עץ Hez enim arborem, lignum, & patibulũ ſignificat. Quod patibulum venit à ligno ſcientiæ boni & mali: à lege videlicet, quæ dictat bonũ faciendũ, & malum euitandum. Eſt quoq; lex lignũ dans bonum præmiũ videlicet obſeruanti, & malum, id eſt pœnã tranſgredienti ipſam. Hinc de Chriſto vera arbore ſcientiæ boni & mali (cum in eo deſcripta fuerit tota lex) dixit Simehon. Eccè poſitus eſt hic in ruinã, & in reſurrectionẽ multorum in Iſrael. Lignum itaque & patibulum, quo ſuſpenſus fuit Haman fuit (vt innuit litera) arbor ſcientiæ, id eſt lex. Nam & ipſa dicitur lignum vitæ. Iuxtà illud Sapientis. Lignum vitæ eſt iis, qui appræhenderint eam. *Ibidem.* *Sap 14.* *Gen. 2.* *Luce 21.* *Pro. 3.*

381 Bonum in quo potiſſimum conſiſtit: in vno nè, an in pluribus? Nonnè in vno: vt Leucippus opinabatur? Hinc Chriſtus Marthæ dixit. Martha Martha ſolicita es, & turbaris ergà plurima: porrò vnum eſt neceſſarium. Sed ſi bonũ in vno conſiſtit: cur Deus fecit tot támque varia ac multigena creaturarũ genera? Cur non concluſit omnia in vnum? Sed ſi omnia eſſent vnũ, vbi eſſet rerũ concentus, qui eſt parium diſpariúmq; rerũ conuentio? Nonnè & Deus perfectiſſimus & ſummè fœlix non contentus vnitate diffundi voluit in tres perſonas (vt Theologi noſtri dicunt) ſiue in decẽ annumerationes: vt antiqui Theologi tradunt? Bonitas itaq; & fœlicitas conſiſtit in vno: quò omnia tendunt aut tendere debent: vt Plotinus diffusè tractat. Quò etiam tendunt tres perſonæ diuinæ: ſicut ex Chriſti verbis elicitur. Ait enim. Ego & Pater vnum ſumus. Quod & de nobis eſſe debet. Hinc ipſe Chriſtus rogauit Patrem, dicens. Rogo Pater, vt ſicut ego *Leucip.* *Lu. 10.* *Plo. in libro de vno.* *Io. 10.*

Ibi.17. & tu vnum ſumus,ità & iſti vnum ſint in te. Exitus autẽ in plura fit ex neceſſitate communicationis & productionis. Quæ plura niſi tenderent in
Auguſtinus. vnum, remanerent imperfecta & inquieta. Iuxtà illud Auguſtini. Feciſti Domine cor meum ad te,& inquietum eſt,donec quieſcat in te.

Gen.2. 382 Si fœlicitas & bonum conſiſtit in vno:cur in creatione hominis dictum fuit.Non eſt bonum hominem eſſe ſolum? Nonnè, quia ſpecies humana conſeruari non poterat abſque muliebri adiutorio? Hinc dictũ eſt. Faciamus ei adiutorium:quod ſit veluti coràm ipſo: vt literæ veritas habet.Nam(vt Plato, rerum ſacrarum non ignarus, exponit) Deus à princi-
Pla. in Sym. pio hominem,cum muliere dorſo vnitum,creauit: ſed è regione ordinauit vnum cum alio coniungendum: vt ambo ſe ad inuicem commiſcentes, propagationi humani generis operam nauarent.Nec in diuiſione illa fuit bonum,ſed in reiterata vnione: ad quam ordinata fuit illa diuiſio. Hinc
Gen.2. de coniugibus dictum eſt.Et erunt duo in carne vna.Bonum igitur conſiſtit aut in vno,aut in vnione multorum,quæ ſuapte natura vnum eſſe nequeunt.Vnde & ſi varia ſunt:vnione tamen illa gaudent.

Ibi.1. 383 Cur in tertio die fabricæ dictum eſt. Et vidit Deus, quod eſſet bonum:in ſecundo verò die nequaquam? Nonnè, quia in ſecundo die facta fuit diuiſio,nulla autem vnio:quæ indicat pacem & bonũ? Poſitum enim fuit firmamentum diuidens aquas ab aquis.Quæ quidem diuiſio non habet rationem boni:cum opponatur vnioni, in qua bonum (vt dictum eſt) collocatur.Sed ad quid fecit Deus diuiſionem illam:cum non ſit bona?Illam quippè fecit,vt ordo & ſeries rerum(vt alibi diſſeruimus)ſeruaretur: ea tamen lege vt aquæ illæ tempore ſuo iterum vnirentur. Quod erit, quando homines,qui ab eodẽ fonte,à quo & Angeli emanarunt, vnientur cum eis:vt Deum laudent ſimul cum ipſis. De quibus ſcriptum eſt. Et aquæ,quæ ſuprà cœlos ſunt,laudent nomen Domini.Per aquas enim illas Angeli intelliguntur:vt Sapiẽtes optimè norunt. Quibus hominibus cum ipſis aquis reunitis reuniẽtur omnia.Cum omnia in homine, veluti in minori Mundo,contineantur.Et ſic omnia tandem ad vnum reducentur. In qua vnione erit bonum & fœlicitas.

2.Reg.16. 384 Cur permiſit Deus, vt Semei tã acriter malediceret Dauid à facie
Ibi.12. filij ſui Abſalom fugienti? An, quia ſic merebatur Dauid propter peccatũ in Vriã Ethæum commiſſum:ſicuti à Deo per Natan prophetã ſibi dictum
Mat.7. fuerat?Non recedet(inquit)gladius à domo tua vſq; in ſempiternum, eo quod deſpexeris me,& tuleris vxorem Vriæ Ethæi. Et hoc iuxtà regulam illam nunquam variabilem,qua dicitur.Eadem menſura,qua menſi fueritis aliis,remetietur & vobis.Sicut enim ipſe deſpexit Deũ:ita fuit deſpectus à ſeruo.Et ſicut ipſe effudit alienum ſanguinem: ita filiorũ ſuorũ ſanguis effuſus eſt:qui ſanguis patris cenſetur. Sed (vt ad allegoriam veniamus)nonnè Dauid,qui typũ Chriſti penè in omnibus geſſit, in hoc potiſſimè Chriſtum effigiauit:qui maledictus fuit & tulit patienter?Sicut Petrus
1.Pet.2. teſtatur, dicens.Qui cum malediceretur non maledicebat: cum pateretur non cõminabatur.Sed cum figuratũ ſumper à figura in aliquo differat,

differt in hoc Chriſtus figuratus à Dauide figurante: quia ipſe pro alienis, Dauid autem pro peccatis ſuis maledictionem tulit.

385 Cur Dauid in Pſalmis tam acriter impios execratur? An, quia indignatus cõtrà hoſtes, vindictam de eis expoſcebat? Sed cum ipſe verus Vates eſſet, nonnè veri quoque Prophetæ mores obſeruabat: qui nihil penitus dicit, niſi ea, quæ diuinus ſpiritus ſuggerit? An igitur non tanquam maledicus, ſed tanquã verus Vates ea, quæ in libro Dei ſcripta legerat, proclamabat? Sicut Iſaias fecit: qui poſtquam ſententiã Domini, contrà Bozra, id eſt Romam latam proclamauit, ſubinfert. Legite in libro Domini: & hæc omnia reperietis. Vnde maledictiones tranſgreſſoribus legis & mandatorum Dei dandæ, ſunt annotatæ in repetitione ipſius legis: quas proteſtatus & comminatus eſt Deus per Moſem ſuper monte Hebal. *Pſal.68. & 108.* *Iſa.34.* *Deut.27. & 28.*

386 Cur Dauid hominem, Dei facturam, tam durè appellauit mendacem? An id dixit (vt aliqui interpretantur) in præcipitatione ſua? Pro quo communis æditio habet. Ego dixi in exceſſu meo: omnis homo mendax. Sed ſcribi non deberent dicta præcipitanter, aut temerè, velut oracula. An igitur (vt benè ſentit Hieronymus) id dixit Dauid in ſtupore ſuo? Stupebat enim Propheta conſyderans, quod à Deo, qui eſt ſumma veritas, productus fuerit homo tam celebriter ad imaginem ipſius Dei: & tamen mendax reperiatur. Cum mendacium ſit alienum à ſumma veritate, quæ Deus eſt (vt diximus, & ſit proprium Diaboli, ipſius ſummæ veritatis aduerſarij. Mendax itaque eſt omnis homo, non quia creatus fuerit mendax, ſed quia imbibit venenum à patre mendacij Diabolo propinatum: vt alibi diſſeruimus. *Pſal.115.* *Hier.ibi.* *Gen.1.* *Io.8.*

387 Cur Deus permiſit hominem fieri mendacem: cum (teſte Sapiente) rectum & veridicum ipſum fecerit? Nonnè (præter ea, quæ alibi dicta ſunt) vt comprobaret homo verum eſſe dictum Apoſtoli. Quid habes homo, quod non accepiſti? Et hoc, vt ſicut experimento claro vnuſquiſque comprobat ſe habere eſſe à Deo, dum ipſe depoſito corpore animam infundit: ità comprobaret ſe habere veritatem, pulchritudinem virtutum, iuſtitiam & omnia bona. Quod cognoſcẽs ipſe Apoſtolus ait. Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis quaſi ex nobis: ſed omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Vnde Plato inducit Socratem profitentem ſummum bonum à quo omnia bona, iuſtum à quo omnia iuſta, pulchrum à quo omnia pulchra, & verum à quo omnia vera. Et hoc (vt alibi diſſeruimus) ipſemet Deus eſt. *Eccleſ.7.* *1.Cor.4.* *2.Cor.3.* *Pla.in Hip. maiori.*

388 Cur & quas vias & ſemitas ſibi petebat oſtendi Propheta? Nonnè, quia (vt apertè Baruch ait) non eſt qui poſſit ſcire viam Dei, neque qui excogitet ſemitas eius? Quod & Plato, dum de progreſſu in Deum ageret, perhibet dicens. Nemo id docebit, niſi Deus adinuenerit. Viæ autem ſunt mandatorum Dei: ſicut ipſe Propheta innuit, dicens. Viam mandatorum tuorum cucurri. Semitæ verò ſunt itinera perfectorum: quæ breuiora ſunt & delectabiliora, & magis à luto & multis tranſeuntium impedimentis expedita. Verum difficilius obſeruantur. Et eſt callis adhuc ſtri- *Pſal.24.* *Baruch.3.* *Pla.in Epinomide.* *Pſal.118.*

ctior:quæ tamen(vt dictum eſt)quantò breuior, tantò ſuauior & delectabilior exiſtit.

1. *Reg*.30. 389 Cur Dauid regnum adipiſci non potuit, niſi percuſſo prius Hamalech? An,quia ſicut Saul regno priuatus fuerat,quia non plenè percuſſerat Hamalech (ſicut præceperat ei Dominus : vt in primo Regum volumine *Ibi*.15. legimus)ſic oportuit,quod Dauid ipſum penitus percuteret, priúsquã regnum illud adipiſceretur,quo ipſe Saul priuatus fuerat? An, quia Dauid, qui electus erat ad bellandum bella Domini, fuit vera manus, quæ (vt Moſes ſcribit)eſt ſuper ſede יה Iah,id eſt Dei pugnans contrà Hamalech à *Exod*.17. generatione in generationem: דוד Dauid enim apud Hebræos tantumdem reddit in numero,quantum יד Iad,quod manum ſignificat, quatuordecim videlicet.Vnde innuitur, quod ipſe Dauid fuit vera manus pugnans contrà Hamalech,Diabolum(vt alibi diximus)ſignificantem:qui debellatus fuit à Chriſto : cuius typum ipſe Dauid ſuper omnes elegantiſſimè geſſit. Vnde docemur,quod regnum æternum adipiſci non poſſumus : niſi prius debellato Diabolo per Hamalech figurato.Iuxtà illud Apoſtoli.Non co- 2.*Timo*.2. ronabitur,niſi qui legitimè certauerit.

390 Cur tam diligenter Dauid pleriſque in locis petit exaudiri à Deo, & aliquando exaudiri non videtur?Nonnè,vt indicaret orationẽ à Chriſto *Mat*.26. faciendam,in qua non fuit exauditus? Quando ſcilicet petiit ab eo trans- *Pſal*.21. ferri calicẽ.Hinc de ipſo præcipuè opinor ipſum Dauidem ceciniſſe.Deus meus clamabo per diẽ,& non exaudies & nocte non tacui. Pro quo vulgata æditio habet.Et non ad inſipientiã mihi.Nã(vt piè credendũ eſt)orauerat quoq; in die pro calice illo transferẽdo: Quamuis Euãgeliſtæ enarrent ſolũ modo orationẽ in nocte factã in antro illo, quod eſt in mõte oliuarũ.Sed cur exauditus nõ fuit? An, quia orauerat,fragilitati humanæ indulgens,& ſe eſſe hominẽ oſtendens?Hinc ſtatim rationi cedẽs,& eã præ- *Mat*.16. ferens dixit.Fiat voluntas tua.Nam ratio ſemper voluntati diuinæ cõcors erat.An(vt aliqui dicũt) orauit vt transferretur ab eo calix,quia optabat cõmodius tẽpus,quo populus eſſet magis diſpoſitus ad tantũ beneficiũ ſu- *Mar*.14. ſcipiẽdum?Hinc non ab re Marcus ait,quod orauit, vt trãſiret ab eo hora.

Pſal. 25. & 142. 391 Cur Dauid modò petit iudicari, dicens. Iudica me Domine : modò autem Dei iudicium fugit,dum ait.Non intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine?Nonnè,quia propria opera conſyderans ſentiebat habere locum *Dani*.5. in ſeipſo(ſicut & in omnibus aliis)Danielis ſentẽtiam. Appenſus es in ſta- *Rom*.8. tera:& inuentus es minus habens?Nam(vt Apoſtolus inquit)non ſunt cõdignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam. Vnde dum iudicium fugit,ſubinfert:quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuẽs : dum *Pſal*.142. autem iudicari petit, non operibus ſuis, ſed miſericordiæ Dei confidens *Ibi*.25. ſubinfert. Quoniam miſericordia tua antè oculos meos eſt. Nec de operibus iudicari petit:nec ipſis confidit,ſed tantummodò, quod ambulauerit ſimplex & rectus coràm Deo.Hinc audacter canit. Iudica me Domine quoniam ego in innocentia mea ingreſſus ſum, & in Domino ſperans non infirmabor.

392 Quas naues Tarſis Propheta conterendas decantat? An loquitur *Ibi.27.*
Vates de nauibus illius Tarſis,quę eſt Metropolis Ciliciæ, Paulo Apoſtolo glorioſa,& nauigatione ſuperba? Ad cuius ſuperbiam elidendam in aduentu Chriſti contritæ fuerunt naues ipſius(vt Hieronymus ſentit)& conſequenter aliorum virtutes ſuperborum. An intelliguntur naues maris:vt ſeptuaginta interpretes ſentiunt:Nam תרשיש Tarſis tria ſignificat: Ciuitatē videlicet illā,de qua diximus:lapidē præcioſum, quem aliqui carbūculū,alij verò chryſolitū interpretantur:tertiò ſignificat mare. Mare autē hoc infimū ſignificat mundanā ſapientiam,ſicut mare illud ſupremū,diuinam.Contriuit itaq; in aduentu ſuo Chriſtus naues,id eſt ſuperbos & doctos,mare hoc mundanum nauigātes:ſicut oraculum prædixerat.Perdam ſapientes de Idumæa,id eſt carnis & ſanguinis.Et alibi ſcriptum eſt.Perdā ſapientiam ſapientum,& prudentiam prudentum reprobabo. Cui ſubinfert Apoſtolus.Nonnè ſtultam fecit Deus ſapientiam huius Mundi? *Iſa.29.* *1.Cor.1.*

393 Quarè Dauid in ædificio ſupernæ Ciuitatis commemorat Rahab, Babylonem, Palæſtinā,Tyrum & Æthiopiā? An, vt demonſtretur, quod Chriſtus venit pro omnibus ſaluandis,& quod ex omni natione vult Eccleſiam ſuam ædificare? Quod apertè Iohannes innuit,dicens. Poſt hęc vidi turbam magnam , quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus,Tribubus,populis & linguis. An(vt ad ſacramenta veniamus)Rahab præcipuè commemoratur , quæ dilatationem ſignificat? Nam facilè poſt Chriſtum currunt,qui cor dilatatum habent. Vnde alibi canit ipſe Vates. Viam mandatorum tuorum cucurri,cum dilataſti cor meum. Poſt Rahab autem admittuntur quoque Babylonij,id eſt confuſi ex ſuorum ſcelerum immanitate:Philiſtęi,id eſt cadētes,illi videlicet,qui poſtquā ceciderūt in peccatū,cadunt & proſternūt ſe in terrā cognoſcētes impietatē ſuā. Tyrij quoq;,id eſt afflicti & cōtriti admittūtur:& Æthiopes,de quibus alibi ſcriptū eſt. Et pullis coruorū inuocātibus eum. Quod ſuo loco declarauimus. *Pſal.86.* *Apoc.7.* *Pſal.118.* *Ibi.146.*

394 Cur Tyrus adeò ab Ezechiele celebratur? An,quia eſt Ciuitas prominens in mari:& inde nauibus merces apportantibus aptam ſtationem præſtans? Sed nonnè ſunt & aliæ Ciuitates maritimæ meliori portu ditatæ : An igitur tam celebris erat, quia ſuſcipiebat influxum & fauorem à cœlo celeberrimum per ſuum Cherub, qui erat Angelus ipſi Tyro præſidentes:vt Hieronymus benè ſentit? Cui Angelo dixit ipſe Ezechiel iuſſu Dei. Tu Cherub extentus & protegens, & poſuit te in monte ſancto Dei. Et paulò ſuperius. Tu ſignaculum ſimilitudinis plenus ſapientia,& perfectus decore,in delitiis paradiſi fuiſti. Omnis lapis pręcioſus operimentum tuum:& quæ ſequuntur. *Ezech.27.* *Ibi.28.*

395 Quid proſunt intelligētię,populis & Ciuitatibus pręſidentes? Nōnè dona,quæ habent populi,ab ipſis intelligentiis proueniunt? Sed nonnè Iacobus inquit. Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt:deſcendens à patre luminum? Omnia quippè à Deo procedūt : ſed per manus miniſtrorum eius mortalibus diſtribuuntur. Et ſecundum dona , quæ Deus hominibus aut Ciuitatibus tribuere intendit, præponit *Iaco.1.*

intelligentias & cuſtodes: per quos, tanquam per canales quoſdam, illa chariſmata tranſeunt. Vnde ſi quis cognoſcere, quales ſint intelligentiæ, terris aut hominibus præſidentes, facilè cognoſceret diſpoſitiones regionum, & hominum ab ipſis diſpoſitorum. Quod clarè comprobatum fuit.

Ezech.23. Ibi.16. 396 Quid eſt mundus muliebris, de quo Ezechiel meminit? An eſt ętas pubertatis: vt aliqui dicunt, exponentes illud. Et veniſti ad mundũ muliebrem? Sed ſi hoc de muliere aliqua verificari poteſt: quomodò de Ieruſalem, aut de Iſraelitico populo intelligitur? An igitur per mundũ muliebrẽ: mulierum ornatus intelligitur? Qui ornatus græcè coſmus dicitur. Quo quidem vocabulo mundus etiam appellatur. Vnde vera huius textus interpretatio deberet habere ornatum muliebrem, non autem mundum: vt habet communis æditio. Ex quo apertè concluditur traductionem communem factam fuiſſe iuxtà græcam traductionem, non autem iuxtà hebræam veritatem: in qua habetur ותעדי עדי vehadit hedi, id eſt ornata es ornamento. Et vbi dicitur Ieruſalem. Et veniſti ad mundum muliebrem: interpretari debebat. Et veniſti ad ornamentum ornamentorum. Et ſic quadrat totus ille textus: vbi repræhenditur magna ipſius Ieruſalem ingratitudo tot beneficiorum à Deo acceptorum immemoris.

397 Cur antiqui Sacerdotes barbam nutriebant: hodierni verò nequaquam? *Io.13.* Nonnè Chriſtus, qui barbam & capillos nutriuit, dixit. Exemplum dedi vobis: vt quemadmodum ego feci: ità & vos faciatis? Sed nonnè id fit (inquiunt) in memoriam illuſionis, Petro in Antiochia factæ? Sed cur Eccleſia imitatur illuſionẽ illam, Petro à maleuolis factã: & ea, quę Chriſtus in documentum noſtrum & de induſtria fecit, imitari reſpuit? An igitur id *Iſa.7.* fit iuxtà oraculum Iſaiæ, dicentis. In illa die radet Dominus nouacula conducta iis, qui ſunt trans flumen Aſſyriorum, caput & pilos pedum, & barbam totam? Et quando & qua die id fiet? Nonnè quando Virgo concipiet & pariet filium: vt ipſemet paulò antè præmiſerat?

398 Si nos oportet radi: quarè Chriſtus raſus non fuit? Nonnè ſuprà diximus, quod lex aliquando iubet radi eos, qui aliquid ſuperfluum habent priſtinæ & malæ conuerſationis: alios autem, qui ſunt ſemper Deo dicati (ſicuti Sacerdotes: cum nihil mali, quod amputetur, habeant) radi vetat? Hinc Chriſto penitus ſancto nihil radendum vel amputandum fuit: nobis autem, qui è gentilitate vocati fuimus, cum penitus infecti eſſemus: omnia *Ibidem.* ſuperflua amputanda fuerunt. Propterea dicit oraculum de iis, qui erant vltrà Euphratem: qui gentilium regionem à terra ſancta diſterminabat.

3. Reg.3. Gen.2. 399 Quis fuit ſapientior: Salomon nè an Adam? An fortè Salomon: cui dixit Deus. Dedi tibi cor ſapiens & intelligens, adeò vt nullus antè te ſimilis tui fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit? Sed quid dicemus de Adam: ad quem Deus omnia animantia adduxit, vt eis nomina imponeret ſecundũ illorum proprietates & quidditates? Si tamen homo rerum quidditates agnoſcere poteſt. Nam ſi proprietates à quidditatibus emanãtes Adam cognoſcebat: ratio ſuadet, quod etiã quidditates cognouerit. Quamuis aliqui ſpiritus faſſi ſint rerum quidditates ſe minimè cognoſcere: quia hoc ſolius

Dei eſt.Nec reperitur, quòd Salomon id cognouerit: & ſi diſputauit de plantis,& de animalibus omnibus.De effectibus enim ipſorum & non de quidditatibus diſſeruit.Nec fuit quiſpiam tam ſapiens: quàm Salomon in ſapientia inferiori:niſi duo primi homines,cœleſtis videlicet,qui de ſeipſo loquens,dixit.Eccè plusquam Salomon hic:& primus terrenus, qui nõ vnius hominis,ſed totius generis humani vim referebat:nec erat filius hominis,ſed Dei:quià immediatè ab ipſo Deo productus fuerat. *Mat.12.*

400 Quæ fama adduxit Reginam Saba, ſiue Auſtri ad Salomonem? An fama ſapientiæ, vt clarè textus innuit?Sed quid ad mulierem pertinet ſapientia:cuius(propriè loquendo)ipſa eſt expers?An igitur mota fuit nouitate: quæ in Salomone videbatur ſuper alios mortales? An (vt ad melius ſenſum deueniamus)hæc Regina Auſtri animam ſignificat,tactam ab Auſtro clementiæ Dei:quæ habens veram conuerſionem venit ad Deum & verum Salomonem & Regem pacis Chriſtum? An (vt ad allegoriam conſcendamus) hinc innuitur, quòd lex data in Arabia venit ad Regem pacificum Chriſtum,id eſt ad Euangelium:vt ſuprà diſſeruimus? *3.Reg.10.* *Mat.12.*

401 Poteſt nè mulier veram ſapientiam capere, & ſpiritum propheticum habere? Nonnè in ſecundo Regum volumine ſcriptum eſt. Exclamauit mulier ſapiens? Nonnè & Maria ſoror Moſi dicta fuit prophetiſſa? Iſaias quoque ait.Acceſſi ad mulierem prophetiſſam. Ex quibus locis cõcluditur,quòd mulier poteſt eſſe ſapiens & prophetiſſa.Sed cum mulier non habeat neſſamah ſeu portionem illam ſuperiorem & diuinam qua mediante (vt alibi diximus) homo poteſt adminiſtrare ſacra, intelligere Deum, & theologizari perfectè pro humano captu (quod nulli vnquam mulieri contigiſſe legimus aut vidimus) quomodò mulier poteſt eſſe ſapiens & prophetiſſa? An igitur mulier veram ſapientiam non habet, ſed tãtum ipſius ſimulachrum,reſpectu hominis qui eſt mulieris caput? Nam & homo,ſapientiæ ſimulachrum habet reſpectu Chriſti,qui eſt ipſius hominis caput:vt Apoſtolus ait.Quamuis igitur mulier ſapiens vel prophetiſſa dicatur:non tamen dicitur, quià propriè ſapiens ſit, ſed quià ſapiẽtiæ & prophetiæ ſimulachrum tenet:vt diximus. *2.Reg.20.* *Exod.15.* *Iſa.8.* *Ephe.5.* *1.Cor.11.*

402 Cum vinum(vt ſępè diximus)rerum inferiorum ſapientiam ſignificet,lac verò ſuperiorum:& vtrumque(vt Iſaias ait)gratis& abſque vlla commutatione acquirere poſſimus:cur & mulier ipſam duplicem ſapiẽtiam aſſequi nequit?Nonnè Saluator ait,quòd vnicuique data ſunt talenta,id eſt gratuita dona, ſecundum propriam virtutem, naturalem videlicet?Hinc non datur mulieri, nec viro alicui, niſi quantum vnuſquiſque capere valet.Quo ſenſu ſapienter dixit Zoroaſtres. Non augeas fatum,id eſt non tentes aliquid agere ſuprà vires naturales:quià in vanum laborabis:niſi naturę author augeat,quod à principio ipſi naturæ donauit.Quod poſſet facere,ſi vellet.Quòd autem fecerit,nusquam reperitur. *Iſa.55.* *Mat.25.* *Zoroaſtris dictum.*

403 Vnde tantus Eliæ zelus fuit? An, quià ad hoc Deus ipſum peculiariter elegerat:qui dona ſingulis diuidit prout vult:vt Apoſtolus inquit? Sed cum Deus in donis diſtribuendis naturæ ordinem ſequatur(vt modò *3.Reg.19.* *1.Cor.12.*

dictum eſt)vnde id habuit Elias à natura? An id fuit pro Planetarum cœleſtium diſpoſitione:vt Aſtrologi dicunt? An pro diſpoſitione diuinarum menſurarum: vt ſecretiores Theologi ſentiunt? Nam inter multas manſiones in domo Patris æterni(vt Chriſtus ait)exiſtentes, vnam dicunt eſſe,quam יסוד Ieſod, id eſt fundamentum appellant.Et ab hac prouenit vita,fœdus, feruor,& zelus Dei.Hinc ipſi concludunt,quòd animæ zelantium Dei honorẽ inde proueniũt.Cuiuſmodi fuerũt Moſes,Pinchas,quẽ noſtri Phineem appellant,Ioſeph & Elias:quorũ zelũ ſcriptura recenſet.

Aſtrologi. Sec.Theo. Io.14.

Dan.13.

404 Quomodò Daniel contra ſenes illos, Suſannam calumniantes, ſententiam tulit?An fortè puer(vt textus innuit)dixit,quicquid ei tunc in buccam venit?Sed quomodò vir tam ſanctus, & à ſpiritu Dei excitatus, temerè ſententiam tulit? An igitur ad arborum etymologiam alluſit: vt Hieronymus rectè ſentit? Nam alteri illorum dixit. Sub qua arbore eos colloquentes vidiſti?At ille reſpondit.Sub ſchino:quod eſt lentiſcus,ſatis frequens in dumis. Verbum autem ſchinos græcè ſignificat ſcindo. Hinc ſententiam protulit dicens.Angelus Domini ſcindat te medium. Ac ſi nos diceremus.Sub lentiſco vidiſti. Ideò in lentem te Angelus Domini comminuat:vel,non lentè pereas: vel, lentus, id eſt flexibilis ad mortem ducaris.Alter autem reſpondit. Vidi eos colloquentes ſub prino: quod ilex eſt.Verbum autem prinos apud Græcos ſignificat ſeco. Hinc dixit ei Daniel. Angelus Domini ſecet te medium. Ac ſi nos diceremus. Vidiſti eos ſub ilice.Ideò illicò Angelus Domini te deſtruat ac perdat. Malè igitur, ſub pino & cyno dicitur:ſicut minus periti dicunt. Nam arbor, quæ cynus appelletur, nec apud Hebræos, nec apud Græcos, nec Latinos reperitur.Pinus verò adeò patula eſt, vt nullum penitus tegmentum præbere queat.Quod quærunt,qui huiuſmodi committunt.

Hierony.in proœ. Danielis.

Iona.1.

405 Quomodò Ionas dormiens Niniuitis ſalutem impetrauit?An,quià vigilans orauerat?Vnde fortè in ſomnis reſponſum habuit:vt multis contigit.Nam dormiente ipſo irruit tempeſtas valida in mari.Et quià forſitan per ſomnium cognouerat,quòd ipſe pro Niniuitarum ſalute pati debebat Hinc dixit. Tollite me: & mittite in mare. Vnde in hoc elegantiſſimum Chriſti typum geſſit,qui ſpontè in mare paſſionis pro generis humani ſalute miſſus eſt:& dormiens poſitus fuit in ligno crucis.An & ſi Ionas corpore dormiebat:parte tamen ſuprema vigilabat & Deum orabat:vt Zohar ſentit?Iuxta illud in Canticis decantatum.Ego dormio:& cor meum vigilat.

Ibidem. Zohar. Cant.5.

Pſal.138.

406 Quæ nox obſcura(vt Vates canit)ſicut dies illuminabitur?An de die iudicij Propheta loquitur,in quo nihil erit occultũ:Quod litera præcedens innuit,qua dicitur.Et dixit:forſitan tenebræ operient me, & nox erit lux pro me.Et reſpondet,dicens. Etiam tenebræ non obſcurabuntur à te,& nox ſicut dies illuminabitur. Nam tũnc omnia erunt manifeſta:& libri aperientur,vt Iohannes inquit. Vnde de illo die loquens Apoſtolus ait.Veniet Dominus:qui illuminabit abſcondita tenebrarum,& manifeſtabit conſilia cordium. An altius conſcendit Propheta (vt ſecretiores

Apoc.20. 1.Cor.4.

Theologi ſentiunt)loquens de illa Archetypi menſura, quæ dicitur ſpeculum non lucens?Quæ quidem menſura aliquando dicitur nox: quando videlicet inde percutimur,flagellamur,& punimur. Nam id fit poteſtate quadam nocturna:vt aiunt. Quando verò compleuerimus curſum, nec amplius dabitur punitio:tũc nõ erit amplius ibi poteſtas nocturna. Quod aliis verbis(ni fallor)Iſaias perhibet,dicens.Erit lux Lunę ſicut lux Solis. *Iſa.30.* Locus enim ille dictus ſpeculum non lucens, Luna quoque ab ipſis Sapientibus nominatur.

407 Quomodò(vt Zacharias ait)in die illa, ſcilicet iudicij ponentur *Zac.12.* duces Iehudà,ſicut caminus ignis in lignis,& facies ignis in fœno, vel ſtipula?Nonnè quià tunc omnia etiam elementa calore igneo ſoluentur: vt *2.Pet.3.* Petrus ait?Et hoc,quià omnia igne purgabuntur. Sed cur dicit, quòd duces Iehudà erunt velut ignis: Nonnè duces Iehuda ſunt duces confitentiũ Chriſtum:qui alios condemnantes, velut ignis comburent eos? Dixit enim Chriſtus Principibus Apoſtolicis,& Principibus credentium. Sedebitis ſuper ſedes duodecim,iudicantes duodecim Tribus Iſraël·Quod iudicium erit aut punitiuum(ſicut de illis, quibus dicetur. Ite maledicti in ignem ęternum)aut erit purgatiuum:lignis videlicet & ſtipulis.Et de hoc iudicio purgatiuo loquitur Apoſtolus,dum ait. Si quis ædificauerit ligna, fœnum & ſtipulam:vniuſcuiuſque opus quale fuerit ignis probabit. Nec *1.Co.3.* enim inconcinnè Iudex dicitur ignis:cum in plæriſque locis id habeatur. Nam Propheta canit.Ignis à facie eius exarſit.Et iterum.Exardeſcet ſicut ignis ira tua.Et alibi.Qui facis miniſtros tuos ignem vrentem: miniſtros quippè non tantum ſeruientes,ſed iuſtitiæ diuinæ executores.

Mat.19. *Ibi.25.* *Pſal.17. 88.& 103.*

408 Cur tot & tanta ſcribuntur in libro, qui Paralipomenon, id eſt verba dierum inſcribitur? Nonnè ibi ſummatim retexuntur omnes hiſtoriæ ſcripturæ ſacræ ab origine Mundi, vſque ad Babylonicam captiuitatem?Sed ad quid hæc ſuccincta repetitio? Repetiit quippè legem Moſes in Deuteronomio repetitæque fuerunt hiſtoriæ in libro Paralipomenon tanto myſterio (ſicut Hieronymus ait, ex Hebræorum promptuariis de- *Hierony.in* promens)vt abſque illo libro, ſi quis ſcripturarum ſcientiam ſibi vendi- *proœ.Paral.* care voluerit,ſeipſum irrideat.Nam ibi innumerabiles(vt ipſe Hieronymus inquit)explicantur Euangelij quæſtiones:ibique (vt vlterius procedamus)perfectiſſimè humani generis fabrica referatur,quę videlicet eſt in ſupernis: ad cuius exemplar tota humani generis propagatio inferius procedit.

409 Cur antiqua Dei familia toties à Samaele depreſſa reperitur: vt Hebræi dicunt? Qui quidem Samael (vt ipſi aſſerunt) fuit intelligentia Heſau,populo Iſraëlitico, & omnibus,qui ſecundum ſpiritum viuere volũt,ſemper infeſta. Hinc dicitur intelligentia Heſau,qui toties in ſcriptura dicitur Edom,id eſt caro & ſanguis:ſicut Michaël fauet animabus ſpi- *Gen.36.* ritualibus,& ſuſcipiendis à Deo. An igitur idẽ eſt bellũ inter Samaelem & Iſraëlem:quod eſt inter carnem & ſpiritum:vt Apoſtolus perhibet? Et hoc,vt detur mortalibus occaſio vincendi,& coronam ſuſcipiendi. Nam

Gal.5. *2.Tim.2.* (teſte Paulo)non coronabitur,niſi qui legitimè certauerit. Præualuit autem Samael aliquando contrà Iſraëlem,ſicut præualet aliquando caro & ſanguis contrà ſpiritum malè & debiliter pugnantem. Quod præmon-*Gen.32.* ſtratum fuerat ipſi Iahacob: quando ipſe Samael pugnans cum eo tetigit os femoris ipſius, plagans, & marceſcere illud faciens. Id enim denotabat victoriam, quam ipſe Samael aliquando habere debebat contrà eos, qui è femore ipſius Iahacob exierant & exituri erant: vt ſuo loco diſſeruimus.

410 Cur Iſraëlitæ in Babyloniorum & Perſarum ditionem aliquando deuenerunt? An,vt punirentur potius à ſuis quàm ab extraneis? A Chaldæis enim Iſraëlitæ traxerunt originem. An, vt aliquid vtilitatis Chaldæis & Perſis afferrent? Nam multi Chaldæorum,qui non poterant habitare in Samaria (quià videlicet à Leonibus & feris deuorabantur) ſuſceperunt legem Moſi,& inde Samaritani dicti fuerunt: vt in quarto Regum volumine legitur. Darius quoque Babylonis Rex viſo Danielis miracu-*4. Reg.17.* lo (quòd videlicet à Leonibus deuoratus non fuerat) iuſſit in toto regno *Dan.6.* & ditione ſua Deum Danielis coli.Pari modo Cyro Perſarum Regi,mul-*Iſa.45.* ta bona propter Iſraëlem collata ſunt:vt Iſaias meminit.

411 Cur Deus permiſit, & quotidie permittit nomen ſanctum ſuum à malis blaſphemari? Nonnè, quià mortales in manu arbitrij ſui reliquit? *Eccl.15.* Hinc ipſis quoque dedit hoſtes,qui ipſis blaſphemias,& cętera mala ſuaderent.Sed cur in iniuriam ſuam permittit hoc Deus? Non quidem Deus à creatis perficitur, aut detrimentum patitur: cum ipſe bonorum noſtro-*Pſal.15.* rum,vel fauoris humani non indigeat:nec iniurias patitur,aut offenditur: vt vulgò dicitur.Nam ſicut omnia, quæ præcepit facienda,in vtilitatem noſtram præcepit: Pari quoque modo non facienda in beneficium noſtrū demandauit.Detrimentum autem nos patimur, ſi facienda non facimus, & non facienda facimus. Nam ſicut cœlum & terram, & omnia propter nos Deus fecit: ſic & totam legem in beneficium noſtrum dedit: vt inde perficiamur, & Deus habeat, vnde nos iuſtè remuneret: ſi, videlicet ea,quæ præcepit, obſeruauerimus.

412 Qua Dei diſpoſitione factum eſt,vt tam innumerabilis hominum turba Mahumeti errore ſeducatur? Nonnè, quià Mahumetici, Hagareni ſunt, ab Iſmahele progeniti: de quo dictum fuit Abrahæ. Pro Iſmahele *Gen.17.* quoque exaudiui te: benedicam ei, augebo & multiplicabo eum valdè? Sed cur Iſmahel in fide Chriſti ſimul cum aliis auctus non fuit? Nōnè hoc *Gal.4.* myſterium declarat Apoſtolus? Abrahā (inquit) duos filos habuit,vnum ex ancilla,& vnum ex libera. Qui verò ex ancilla,ſecundum carnem natus eſt: qui autem ex libera,ſecundum ſpiritum.Poſteà ſacramentum aperiens ſubinfert.Hæc enim ſunt duo teſtamenta:quorum alterum videlicet datum fuit pro ſanctificando homine animali, alterum verò pro ſanctificando homine ſpirituali:vt vtrumque ſaluum faciat Deus.Hinc Pro-*Pſal.35.* pheta canit.Homines & iumēta ſaluabis Domine. Et hoc dūmodò iumēta cōuertātur in homines.i. dūmodò animalis homo efficiatur ſpiritualis

Quod tunc efficietur, quando ex omnibus gentibus (vt Chriſtus inquit) vnũ ouile & vnus paſtor fiet:ea æquitate,& clementia,quæ Dño nota eſt. *Io.10.*

413 Quid erit de huiuſmodi ſeductis: qui moriuntur, antequam fiat illud vnum ouile?Nonnè de his cum Paulo dicemus. Quid ad nos de iis, qui foris ſunt,iudicare?Nam(vt ipſe ſubinfert)de iis,qui intus ſunt, iudicatis:eos verò,qui foris ſunt,Dominus iudicabit.Hoc tamen vnum dicemus,quòd Deus vult in magna domo ſua filios,quibus promittit regnum: vult etiam ſeruos,quibus dat,quæ eis competunt.In cuius rei typum ſcriptum eſt, quòd Abraham dedit omnem hærditatem Izahac filio liberæ: filiis autem cócubinarum,quos tanquam ſeruos habebat, dedit munera. Vnicuique enim dedit ſecundum propriam & conuenientem menſuram. Si verò damnati erunt huiuſmodi:quæ munera ipſis dabuntur? Ipſe enim qui vult omnes homines ſaluos fieri,non claudit portam alicui, nec quẽquam damnat, niſi ea committat, propter quæ damnationis ſententiam incurrat. Huiuſmodi autem Mahumetici vel Hagareni paſſim Chriſtum venerantur,& multi ipſorum baptiſmum ſuſcipiunt. Vnde concluditur, quòd etiam ipſis datur gratia & modus ſalutis conſequendæ: dummodò ſponte Spiritui ſancto non reſiſtant. *1.Cor.15.* *Gen.25.* *1.Timo.2.*

414 Cum Chriſtus miſſus ſit præcipuè ad oues,quæ perierunt, domus Iſraël: quomodò Iſraëlitæ reiecti fuerunt ab eo? Nonnè propter ingratitudinem eorum? Hinc dixit eis ipſe Chriſtus. Auferetur à vobis regnum Dei: & dabitur genti facienti fructum. Pari modo ipſos alloquens Apoſtolus inquit.Quoniam indignos vos iudicatis æterna vita,eccè conuertimur ad gentes.Et hoc iuxtà illud Apocalypſis.Tene quod habet:ne alius accipiat coronam tuam.Sed nonnè prædeſtinati omnes ſaluantur:vt omnis Theologorum ſchola ſentit? Si igitur Iudæi prædeſtinati erant? quomodò ſalus & gloria eorum ad alios deuoluta fuit?Nonnè hinc clarè patet,quòd prædeſtinatio non imponit neceſſitatem alicui:niſi quatenus homo conſentit prædeſtinationi?Quod apertè elicitur ex verbis Chriſti, dicentis.Nonnè vos elegi duodecim:& vnus ex vobis Diabolus eſt?Et hoc, quià Iudas electioni correſpondere noluit. Vnde Auguſtinus ait. Vt acquieſcamus ſalutari inſpirationi:hoc noſtræ eſt poteſtatis. *Mat.15.* *Ibid.12.* *Acto.13.* *Apoc.3.* *Io.6.* *Aug.de eccleſiaſticis dog. c.21.*

415 Cur Chriſtus voluit honorari ramis oliuarum, & veſtimentis ſibi ſubſtratis?An in ſignum victoriæ citò habendæ?Nam Athenis victores oliua coronabantur. Romani quoque idibus Iuliis equites multo honore oliua decorare ſolebant.An id fieri voluit,vt indicaret,quòd aggrederetur opus magnæ pietatis & miſericordię:& quòd citò fieret reconciliatio generis humani cum Deo.Hinc tempore magnæ ac ſeueræ punitionis per diluuium factæ, in ſignum reconciliationis Columba ramum oliuarum ad Noeh detulit.Veſtes autem proſterni ſibi Chriſtus voluit: vt denotaret,quòd tunc incipiebat dare modum, quo veterem hominem expoliaremus & nouum indueremus:qui ſecundum Deum creatus eſt. Sicut Apoſtolus docet,cum Coloſſenſibus agens. *Mat.21.* *Gen.8.* *Col.3.*

416 Cur magis Syrophœniſſa ſanata fuit, quàm aliqua hebræa? An,

Mat. 9. quià ſic fides eius meruerat? Vnde ſcriptum eſt. Fides tua te ſaluam fecit. An, vt impleretur, quod ipſe Saluator ipſis Hebræis ingratis dixit. Auferetur à vobis regnum Dei:& dabitur genti facienti fructum? Quod per *Ibi. 21.* Oſæam prædictum fuerat. Vocabo (inquit) non plebem meam, plebem meam: vt Paulus allegat. Cui ſententiæ præmittit, dicens quòd Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa *Oſeæ. 2.* *Rom. 9.* patientia vaſa iræ apparata in interitum: vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Quos vocauit non ſolùm ex Iudæis, ſed etiam ex gentibus.

Tob. 12. *Damaſce.* 417 Cur oratio cum eleemoſyna & ieiunio) Raphaele teſte) Deo gratiſſima eſt? An, quià cum oratio ſit (vt Damaſcenus inquit) eleuatio mentis in Deum, tantò magis mens ipſa eleuatur, quantò orans à grauaminibus expeditior exiſtit? Duo enim ſunt grauamina, quæ mortales valdè deprimunt: oblectamentum carnis videlicet, & terrenorum affectus. Illud antem grauanti corpori animam ſubiicit: & hic fecibus terræ ipſam animam ſuffocat. Hinc ab vtroque expeditus homo facilius ad Deum mente conſcendit. An, quià ſi oratio eleemoſynæ aſſocietur, operi charitatis Deo gratiſſimo coniungitur: & ſi ieiunium addatur, quantò magis animalis homo per ipſum debilitatur, tantò magis ſpiritualis roboratur? His igitur, tãquam duabus alis, euolat oratio.

Zohar. 418 Cur Deus oblectatur corde noſtro amaro? Nonnè alibi dictum eſt (vt Zohar potiſſimè docet) quòd Deus non habitat, vbi eſt ſeruitus & *2. Cor. 3.* triſtitia? Nam (vt Apoſtolus inquit) vbi ſpiritus ibi libertas. Vnde plæriſ- *Pſal. 99.* que in locis proheta canit, quòd Domino ſeruire debeamus in lætitia cor- *& alibi.* dis, exultatione & iubilatione. Non igitur Deus amaritudine delectatur, niſi quatenus per ipſam inducitur lætitia. Amaritudo enim in peccante eſt expurgamentum quoddam cordis, voluptate infecti. Hinc poſtquam Ioel deſolationem & deuaſtationem populi deſcripſit, ſubdit. Conuertimini *Ioelis. 1. 2.* ad me in toto corde veſtro, in ieiunio & fletu, & ſcindite corda veſtra: vt ſcilicet mandata digna Dei habitacula cum lætitia fiant.

Apoc. 13. & 14. 419 Cur Chriſtus dicitur agnus, Diabolus verò draco? Nonnè, quià vterque habet conuenientiam cum eo, à quo denominatur? Sicut enim draco eſt totus terreus, in cauernis terræ habitans, & terram comedens: ſic Diabolus maximam cauernarum terræ inhabitat, Infernum videlicet qui dicitur eſſe in centro terræ veluti cauerna quædam. Ipſe quoque ter- *Gen. 3.* ram comedit: ſicut à Deo ſancitum eſt. Nam eius oblectamentum eſt in corpore terreo. Sicut quoque draco eſt aſtutus & nudus: ſic & Diabolus aſtutiſſimus, & omni veſtimento Deo grato nudatus eſt. Sicut etiam draco viroſus eſt, omnes aſtantes inficiens: ſic & Diabolus, qui primum parentem, & totum genus humanum infecit, & in dies inficit. Agnus autem eſt manſuetus, benignus, beneficus, veſtitus, & aliis veſtimentum prębẽs, non inficiens, ſed paſcens, non à terra, ſed à cęlo influxum ſuſcipiens, & ad pacificandum mortales cum Deo olim oblatus eſt. Quæ omnia in Chriſto ad vnguem reperiuntur.

420 Quem Calicem Chriſtus orauit transferri à ſe?Nonnè calicē paſ- *Mat.16.*
ſionis?Sed cur paſſio vel tormentum illud dicitur calix? An, quià paſſio-
nes & oblectamenta imbibuntur ab anima:ſicut pocula varia à corpore?
An, quià paſſio illa fuit veluti medicina quædam, à capite Chriſto pro
cæteris membris ſumenda? Hinc (vt aliàs diximus) tam diligēter ipſe *Io.17.*
Chriſtus rogauit,vt omnes vnum eſſent in eo:vt medicina ab ipſo ſumpta
omnibus membris prodeſſe poſſet. Nec enim medicina à capite ſumpta
membris à corpore abſciſis prodeſt:ſicut nec anima vnica in corpore exi-
ſtens prodeſt membro ſecto: ſed vnitis omnibus motum & cætera vitæ
beneficia præbet.

421 Quid figurant illa quatuor ligna,ex quibus Crux Chriſti compo-
ſita fuiſſe dicitur? Nonnè cedrus arbor celebratiſſima & imputreſcibilis
denotat imputreſcibile & indefectibile op⁹, quod Chriſtus operatus fuit *Heb.9.*
in ea?Iuxtà illud Apoſtoli. Per proprium ſanguinē introiuit ſemel in ſan-
cta,æterna redemptione inuenta. Cupreſſus autem arbor odorifera de-
notat odorem ſuauiſſimum, quem Chriſtus, ſeipſum in ſacrificium offe-
rens,Deo patri reddidit.Iuxtà illud eiuſdem Apoſtoli.Chriſtus Ieſus odo-
rem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco, qui Chriſti bonus odor *2. Co.2.*
ſumus.Et iterum. Tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam *Ephe.5.*
Deo in odorem ſuauitatis. Oliua verò producens oleum, quod miſeri-
cordiam & pietatem ſignificat, pietatis opus effigiat, quod Chriſtus pro
nobis in ipſa Cruce operatus eſt. Palma verò inflexibilis, quæ dari ſolet
in ſignum triumphi,triumphum illum deſignat,de quo Apoſtolus inquit. *Col.2.*
Palàm triumphans in ſemetipſo traduxit confidenter: ſpolia videlicet o-
mnium hoſtium.

422 Quomodò Chriſtus(vt Apoſtolus ait)eſt caput Eccleſiæ? Nā ipſe
quò ad humanitatem,eſt indiuiduum ab omnibus aliis ſeparatū? An fortè *Ephe.5.*
per ſimilitudinem quandam eſt caput aliorum,regens & diſponens om-
nia membra?Sed quomodò caput ſimilitudinarium influit realiter in mē-
bra:ſicut Chriſtus,de cuius plenitudine (teſte Iohanne) omnes nos acce- *Io.1.*
pimus? An igitur ſicut anima reſidens præcipuè in corde & capite, regit,
viuificat & diſponit omnia membra:ſic Deus(vt Academicis placet)ani-
ma totius Mundi exiſtens, vitam omnibus mundanis membris præſtat?
Quod eſt præcipuum officium ipſius Chriſti:qui dixit.Ego ſum vita.Pari *Ibid.14.*
modo Deus realiter eſt vita omnium. In ipſo enim (teſte Paulo) viuimus *Acto.17.*
mouemur & ſumus. Chriſtus igitur,in eo quòd Deus eſt, totius Eccleſiæ
caput reale exiſtit. Quod apertè innuit Apoſtolus: qui ait. Omnia per ip-
ſum & in ipſo creata ſunt:& ipſe eſt antè omnes,& omnia in ipſo conſtāt: *Col.1.*
& ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ.

423 Si Chriſtus,quò ad diuinitatem,Eccleſiæ caput exiſtit:nonnè mō-
ſtroſum eſt caput?Nā diuinitas ab humana & ab omni ſpecie differt pluſ-
quam genere. Nonnè quamuis anima ſpiritualis differat à corpore pluſ-
quam genere: tamen in capite exiſtens non monſtroſè, ſed ordinatiſſimè
regit omnia membra, caput illorum exiſtens,per caput omnibus mēbris

conforme: Pari quoque modo Deus vitam omnibus præſtans,in eo præ-
Pſal.44. cipuè habitat,qui ſuper omnes oleo lætitiæ,id eſt diuinitate vnctus fuit.
Vnde per hoc indiuiduum, omnibus aliis conforme, vniuocum & non
monſtroſum omnium caput exiſtit. Nec enim diuinitas eſt magis aliena
à nobis Dei imaginem habentibus,quàm anima à membris corporeis.Et
ſicut diuinitas eſt omnia in omnibus: ſic Chriſtus in omnibus omnia ad-
Ephe.1. implet:vt Paulus ait.

424 Cur magnum Dei nomẽ eſt inexpreſſibile? An, quià ipſum exprimi nõ debet,ſed reconditum teneri?An,quià diuinitatem infinitam ſignificat:quæ ab humanis ingeniis neque exprimi neque percipi poteſt? Sed nõnè exprimitur nomẽ illud ſupremũ אהיה אשר אהיה Eheieh aſſer eheieh? Quod quidem nomen (vt antiqui Theologi docent) eſt altius quàm tetragrammum.Exprimitur quidem verbum foris ſonans,ſed ſenſum ipſius minimè. Illud enim interpretatum dicit. Ero qui ero. Quamuis vulgata
Exod.3. æditio habeat. Ego ſum, qui ſum. Ex quibus verbis nullum determinatum ſenſum elicitur.

1.Cor.12. 425 Cum gratia Dei omnia in nobis operetur, quid prodeſt liberum arbitrium? Nonnè ad omne opus concurrit mas & fœmina, id eſt actiuũ & paſſiuum?Hinc à principio factum fuit cœlum & terra (vt dicit R. Iehoſuah in Zohar)cœlum tanquam actiuum,terra verò tanquam paſſiuũ. Hinc quoque Deus creauit maſculum & fœminam: vt dicit R. Elihezer. Sic in opere diuino & ſpirituali Deus operatur vi quadam maſculea &
Iſa.26. actiua:homo verò vi quadam fœminea & paſſiua.Iuxtà illud Iſaiæ. A fa-
1.Cor.15. cie tua Domine concepimus. Vnde Apoſtolus inquit.Non ego,ſed gratia Dei mecum.

426 Quomodò opus fit à gratia:cum gratia ſit accidens non operans niſi diſpoſitiuè? Nonnè Apoſtolus ait? Non ego, ſed gratia Dei mecum?
Ibidem. Quod verbum ſequentes omnes Theologi dicunt,quòd eſt quædam gratia Dei cooperans.Sed cum accidens nullum opus facere poſſit: Hinc A-
Ibi.12. poſtolus alibi dicit.Deus eſt,qui operatur omnia in omnibus.Vnde in rei veritate Deus operatur in nobis per gratiam vel charitatem ſuam. Quod idem eſt: vt aliqui recentiores Theologi benè ſentiunt. Nam ſicut ipſe Deus amore Mundum creauit: ità amore & charitate renouauit hominem & Mundum:& cooperatur ad meritum, & fructum producendum. Sicut enim Sol cooperatur terræ ad herbam producendam per radium ſuum:qui in Deo operante eſt ipſe Deus,in inferioribus autem lumen & calor quidam:Sic Deus operatur in nobis per lumẽ & calorem ſuum, qui
16.d.primi. in Deo operante & in nobis eſt ipſe Deus: vt Magiſtro placuit.Quamuis in nobis relinquat calorem quendam, qui gratia vel charitas à Theologis dicitur.

1.Io.4. 427 Cum gratia & charitas ſint accidentia: cur Iohannes ait.Deus charitas eſt? An fortè poteſt accidens aliquid dici de Deo? Non quippè:cum accidens ſit ens imperfectum. An igitur charitas eſt ipſe amor Dei: qui
Scotus. Spiritus ſanctus dicitur? Sicut opinabatur Magiſter: quem meritò aliqui defen-

defendunt. Quamuis ex illo calore ſubſtantiali poſſit in nobis derelinqui quoddam accidentale: quod habitum gratiæ Theologi vocant: ſicut ex calore Solis calefacientis relinquitur calor quidam accidentalis in calefacto, licet à Sole recedat. Vnde ſatius foret dicere, quòd Deus operatur in nobis per amorem, qui eſt charitas, & habet opus noſtrum gratum per ſuam clementiam: quamuis ſit inſufficiens. Quæ charitas in Deo vnica eſt: in nobis autem diffuſa multiplicatur, & incipit ſapere naturam productam: ſicut lumen Solis in ipſo eſt vnicum, in radiis verò multiplex.

SECTIO DECIMA DE QVIBVSDAM OCCVLTIS OPERATIONIBVS NATVRÆ ET ARTIS.

428 MVtatio nominum operatur nè aliquid? Niſi aliquis inde ſequeretur effectus: Deus non mutaſſet nomen Abrahæ, Saræ, Iahacob & Petro. Addidit enim Abrahæ (vt ſuprà quoque diſſeruimus) vnum ה he, quod quinq; importat: denotans quòd ei vis augebatur vſque ad ducēta & quadragintaocto, vt plenè obſeruare poſſet ducenta & quadragintaocto præcepta affirmatiua. Quod quidem ה he Saræ diminutum fuit: quæ animalem partem ſignificat: vt innueretur quòd diminuebatur ei vis repugnans. Iahacob verò, qui ſuplantans dictus eſt, effectus fuit Princeps & hæres Dei. Petrus autem, qui Simehon, id eſt obediens dictus eſt, vocatus fuit cephas, id eſt petra, quià tenere debebat vicem petræ, & fundamenti ſummi Chriſti Ieſu. כיפא Cepha enim petram ſignificat: & eſt vocabulū Chaldaicum (vt aliqui dicunt) vel tractum à כיף hebræo vocabulo, quod petram ſignificat. *Gen.17.* *Ibi.35.* *Io.1.*

429 Et ſi nomen mutatum operatur: operatur nè nomen primò impoſitum? Niſi nomen operaretur, non dixiſſet Apoſtolus, quòd pater æternus dedit obedientiſſimo filio nomen: quod eſt ſuprà omne nomen, in quo flectitur omne genu, cœleſtium terreſtrium & infernorum. Nec dixiſſet Petrus de hoc nomine loquens. Non eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat omnes ſaluos fieri. Nec ipſe Chriſtus dixiſſet. In nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquētur nouis: & quæ ſequuntur. Quod comprobatur apertiſſimè: quià mali dæmones non ſolum nomen Ieſu, ſed etiam alia Dei nomina timent. Vnde non fruſtrà in caſtris eleuantur vexilla, & vociferando inuocatur aliquod nomen: vt auribus & oculis hoſtium terror ingeratur. Quod perpendens Orpheus iuſſit in operando non eſſe mutanda hebraica verba: cum illa omnium efficaciſſima ſint: vt ſuprà diſſeruimus. *Phil.2.* *Acto.4.* *Mar.vlt.*

430 Vnde prouenit tanta verborum & nominum vis? An id proficiſcitur ex fide: vt paſſim dicitur, & Chriſti verba innuere videntur? Ait enim.

Signa autem eos,qui crediderint,hæc ſequẽtur.In nomine meo dæmonia eiicient:& quæ ſequuntur. An id prouenit ex verborum ſignificatione: quià illis cõmemorantur virtutes ſuperiores cõtrà ea,quę fugare intendimus,præualẽtes? Vnde efficaciora ſunt hebræa verba: quià omnes literæ, & apices earum, & accẽtus repræſentant aliqua cœleſtia,quæ per huiuſmodi verba inuocantur in fauorem. An ab vtroque efficaciã habent verba? Sicut Theologi dicunt de bono Sacerdote ſacrificante : qui operatur virtute operis operati,id eſt ſacramenti, & virtute operantis, id eſt bonæ mentis & intentionis ſuæ. Valet itaque fides, quæ includit intentionem applicatam,& valet virtus nominis ſignificantis.

431 Operatur nè aliquis ſola mẽte& pręſentia? Nonnè cõmuniter dicitur, quòd imaginatio facit caſum? Nõnè & intelligentiæ à grauaminibus corporeis ſolutæ ſola mẽte operãtur : ſicut anima ſola voluntate & intẽtione mouet pro libito omnia corporis mẽbra? Et ſi ad extrà per aliquod mẽbrum operatur, vtitur ipſo, tanquã inſtrumẽto: dum corporeo carcere detinetur. Nam ſi ab ipſo corporis ergaſtulo abſoluta eſſet, non indigeret inſtrumento alicuius membri:ſed à ſeipſa operaretur. Operatur quoque in bonum conſonantia ipſa, in malum verò diſſonantia : ſicut ex præſentia lupi triſtatur ouis,quià diſſonantiam eius ſentit.Hinc eſt Hagarenorum adagium,quòd amici flatus confortat:inimici autem perturbat.

Hagarenorum adagiũ.

432 Cur ſimplices & idiotæ aliquando fortius operantur, quàm ſapientes? An,quià Deus eſt magis familiaris ſimplicibus? Iuxtà illud Sapiẽtis.Et cum ſimplicibus eſt ſermocinatio eius. Vnde aliquãdo Deus huiuſmodi melius ſecreta ſua manifeſtat, quàm ſapientibus:dicente Chriſto. Confiteor tibi Pater,Domine cœli & terræ:quià abſcondiſti hæc à ſapiẽtibus,& prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. An, quià ſimplices magis diuino quàm humano ſenſu ducuntur:& magis diſpoſiti ſunt ad ſuſcipiẽdã diuina chariſmata,& illuſtrationes? Hinc per Iſaiã inquit Deus.Ad quẽ reſpiciã niſi ad pauperculũ,& cõtritũ ſpiritu, & tremẽtẽ ſermones meos?

Pro.3.

Mat. 11.

Iſa.66.

433 Cur aliquando quiſpiam minori vi ac fortitudine præditus, præualet contrà robuſtiorem? An, quià influxus eius eſt fortior: vt Aſtronomi dicunt? An, quià intelligentia vincentis præualet contra intelligentiam victi: vt ſecretiores Theologi aſſerunt? An, quià merita vincentis ſunt maiora? Quod comprobatum fuit in Meſſa Rege Moab, qui ſuccumbens à facie trium Regum, videlicet Iſraël, Iehudà,& Edom, & perpendẽs,quòd Hebræi vincebant propter meritum patris Abrahæ, qui filium ſuum vnigenitũ Domino obtulerat,vt etiã ipſe hoc merito præualeret,obtulit filium ſuum primogenitum,qui regnaturus erat pro eo, ſuper mœnibus in holocauſtum,& inde præualuit cõtrà Iſraël : vt in quarto Regũ volumine legitur.Hinc depræhenditur, quòd ex meritis maiorum aut propriis,accedente Dei fauore,homines ſæpiſſimè præualent.

Aſtronomi.
Séc.Theo.

Gen.22.

4. Reg.3.

434 Quantum efficaciæ operandi eſt in verbis legis? Nonnè id declarat Propheta,qui canit.Lex Domini immaculata conuertens animas? Cõuertens videlicet animas à ſeruitute Angeli mortis ad fontem vitæ. Hinc

Pſal.18.

alibi ipſe Vates beatum dicit,qui in lege Domini mediatur die ac nocte. Nam(vt ipſe ſubinfert)hic erit ſicut arbor viua,ſecus decurſus aquarum viuentium videlicet,plantata:dans fructum vitæ in tẽpore ſuo.Vnde perpendens ipſe Propheta,quò ſubuehat nos ipſa lex, verbum, & laus Domini,alibi canit. Cantate Domino : præparate ſemitas ei,qui aſcendit ſuper ערבות Harabot,id eſt ſuper planitiẽ & amœnitatẽ cœli ſupremi:יה Iah nomen illi. Quorum verborum ſenſus eſt. Per verba Domini præparate vias ipſi Domino , qui deducitur per ipſa verba diuina ad mentem noſtram , ſicut per canales quoſdam : quamuis ipſe aſcendat & deambulet ſuper amœnitatem paradiſi : quò deducit nos , poſtquam ad nos intrauit per verbum ipſiuſmet Dei.Iuxtà illud Saluatoris.Si quis diligit me: ſermonem meum ſeruabit , & Pater meus diliget eum , & ad eum veniemus. *Ibi.67.* *Io.14.*

435 Quomodò & qua ratione tempus operibus confert: vt alibi diximus?Non quidem confert tempus,quod eſt menſura motus & quietis(vt Naturales dicũt)quià illa menſura nihil operatur: ſed conferunt res,quæ magis ſunt diſpoſitæ ad effectum aliquem aliquo tempore , quàm alio, producendum.Comprobamus enim,quòd corpora noſtra ſunt melius diſpoſita & fortiora:quando Sol eſt in ſuis cardinibus, quàm quando eſt in carceribus,vel depreſſionibus ſuis. Et cum mutentur Angelicæ cuſtodiæ ſingulis tribus menſibus, & ſingulis tribus horis : immò in qualibet hora diei eſt aliqua mutatio(vt Sapientes norunt)Hinc maiorem fauorem habere poſſumus ab eis vna hora,quàm alia.Ipſi enim ſequũtur ſyderum diſpoſitiones. Vnde dixit Angelus, cum Iahacob luctans. Dimitte me:quià aurora eſt: tempus videlicet quo cogor laudare Deum (vt aliqui dicunt) aut quià debilitor luce : cum poteſtas mea ſit tenebrarum : vt alij dicunt. *Phyſ.4.* *Gen.32.*

436 Cur quibuſdam noctis horis , horror inuadit mortales ? Nonne, quià illis horis præualent tenebrarum poteſtates:quæ nobis inimicantur? Hinc Propheta canit.Poſuiſti tenebras & facta eſt nox:in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſyluæ:Catuli Leonum rugientes,vt rapiant.Sermo enim eſt de tenebrarum poteſtatibus,quæ nobis inimicantur:vt omnes exponunt.Et hæ in nocte præualent , maximè autem antè mediam noctem. Quo tempore iudicium durum (quod Hebræi דין Din appellant) præualet. Aliquibus autem horis lætamur:quià tũc nobis occurrunt Angeli boni, amici & fauentes : vnde cor noſtrum dilatatur , & ad opus exequendum inflammatur. Nec enim melior obſeruatio haberi poteſt , ad opus incipiendum & proſequendum , quàm dum cor inflammatur, dilatatur, & gliſcit ad opus aliquod perficiendum : quià tunc fauent cœli , Angeli & omnia. *Pſal.103.*

437 Cur Pythagoras iubet ne mingamus,loquamur aut ſpuamus cõtrà Solem?Nonnè,quià cum luce Solis occurrunt nobis intelligentiæ Solares nobis beneuolæ & amicæ ? Hinc prohibemur cõtrà eas facere iſta, quæ ignominioſa ſunt. Cui adſtipulans Heſiodus dicit cauendum eſſe:ne

FF ij

nudatio aliqua Deum offendat:cuius Sol dicitur oculus.Propterea decã tat.Inque viis extra-vè vias neque mẽbra renudes Mictutus. Vnde quic quid dicitur de Solaribus intelligentiis nobis occurrentibus,de aliis quo que dicendum eſt, quæ nos reddunt lætos vel triſtes, quales ipſe in ſe & ergà nos exiſtunt.

438 Qua hora vel quo tempore fauẽt nobis illi ſuperiores, apud quos non eſt tempus?Et ſi apud eos non eſt tempus:quo menſurentur:agunt tamen in tempore quò ad nos:qui tempore menſuramur.An ipſi mouentur ſecundũ tempus ſupremũ : quod propriè non dicitur tẽpus per partes diuiſibile,ſicut tempus,quo menſuramur:ſed eſt tempus, cui noſtrum tempus per analogiam quandam correſpondet ? Quod edocemur à Moſe & Petro:qui dicunt, quòd millenarius annorum reſpõdet vni diei ſupremo. Quod clarius reſerat Zohar exponens illud, quod de Iahacob in Geneſi dicitur:quòd videlicet ipſe Iahacob ſeruiuit pro Rachele ſeptem annis & viſi fuerunt dies illi pauci: dum videlicet reſpiceret ad ſupremum ſeptenarium, qui dicitur Beerſabah, puteus videlicet ſeptem. In quo quidem puteo colligitur virtus ſeptenarij ſupremi: à quo proficiſcitur virt⁹ ſeptenarij inferioris,& Planetarum omnium. Vnde ſpatium,quod in inferioribus per dies & horas diſtinguitur & prolongatur : in ſupernis eſt indiuiſibile & vnicum:ſicuti nos menſuramur diebus & annis : attamen Deus vnico actu æternitatis totum progreſſum vitæ noſtræ videt.

Pſal.89. *2. Pet.3.* *Gen.29.*

439 Cum Iahacob ſeruierit quoque pro Lea ſeptem annis, cur non eſt dictum.Et viſi fuerunt dies illi pauci?An,quià non diligebat Leam ſicut Rachelem ? Hinc dictum eſt de Rachele, præ amoris magnitudine. An, quià non ſeruiuit pro Lea, ſed vtroque ſeptenario pro Rachele ? An (vt Zohar ait) ſeruiuit ſuperiori ſeptenario pro Rachele, inferiori autem pro Lea?Et quià ſuperior ſeptenarius nullatenus ab vnitate diſtat,ſed eſt totus ſimul:Ideò ille ſeptenarius viſus fuit breuis. Septenarius autẽ, quo pro Lea ſeruiuit,cum fuerit ſeptenarius inferior: non fuit viſus adeò paruus:cum hic curriculis ſuis currat.

Ibidem. *Zohar.*

440 Quomodò Iahacob ſeruiuit pro Rachele ſeptenario ſuperiori, pro Lea verò inferiori?Nonnè per Rachelem (vt alibi declarauimus)vita contemplatiua deſignatur,pro qua ſeruitur in ſpiritu,qui abſolutus eſt à tempore:niſi quatenus tempori alligatus eſt:ſeruitúrque mente abſorpta in illo vno,de quo Saluator inquit.Porrò vnum eſt neceſſariũ? Quod vnum eſt penitus abſolutum à tempore . Et ſic mens in illud fixa à tempore abſoluitur: vt patet in patientibus raptum : in quo ſi per annum ſtarent,reuerſis poſteà videretur nõ ſtetiſſe ibi per horam. Sic beatis omnibus contingit : qui in Deum eleuati temporis ſucceſſionem non cognoſcunt, ſed gaudent illa æternitate vel æternitate. Lea autem vitam actiuam ſignificat,in qua homo operari nequit abſque diſtinctione temporis illius,quo menſuramur nos & omnia opera noſtra.

Luc.10.

441 Quomodò Elias clauſit cœlum,ne daret pluuias? Nõnè (vt Zohar inquit)ligando inferiora cum ſuperioribus, aut ligando inferiora per ſu-

2. Reg.17. *Zohar.*

periora,vno quippè nexu tãtummodò, ab omni tempore & diuiſione abſoluto? Qui quidem nexus niſi abſolutus fuiſſet, non potuiſſet cœlum dare pluuias. Pari quoque modo Ioſueh firmauit Solem, quià ligauit virtutem Motoris vinculo ſuperiori: à quo progreſſus omnis inferior dependet. Et hic eſt diuiſibilis: illud autem indiuiſibile & totum ſimul. Nam ab æternitate illa hæc omnia emanant. *Ioſueh.10.*

442 Cur aliqui vexantur à Luna? Nonnè, quià ille Planeta terreus, frigidus atque ſiccus contrariatur naturæ: quæ diligit calidum & humidum? Quod potiſſimè euenit quando Luna irradiatur à Saturno atram bilem conſtipante: adeò vt præparetur ſedes malo dæmoni, qui agitat corpus, agitatis iam humoribus à Lunæ reuolutione. Vnde tunc homini ſic malè diſpoſito occurrit malus dæmon vexans ipſum & torquens. Et id occurrit in aliis malis aſpectibus: quos malus dæmon expectat, vt inde fauorem ad vexandum mortales ſuſcipiat.

443 Cur Gentiles & Poëtę dicunt eſſe rixas inter Deos? Quomodò diſcordiæ & contrarietates inter beatos eſſe poſſunt? An igitur Poëtæ ſcribunt figmenta meraciſſima? An per illas deſcriptiones aliquid veritatis innuunt: contrarietates videlicet ſyderum, quibus intelligentiæ præſunt? Quas intelligentias Gentiles Deos vocant. Sicuti enim eſt contrarietas virtutum, non dicam qualitatum, inter Planetas (cum Venus ſit calida & humida, Saturnus frigidus & ſiccus, Sol calidus & ſiccus, Mercurius humidus & frigidus) ſic etiam inter præſidentes ipſis Planetis eſt aliqua cõtraria actio, non ad diſſidium vel nocumentum inferẽdum, ſed vt ſuauius opus eorum per antipariſtaſim quandam ſe habeat.

444 Sunt nè re ipſa diſſidia inter Angelos: quos Gentiles Deos vocant? Niſi quippè aliqua eſſet diſſenſio, non dixiſſet Gabriel Danieli. Princeps Regni Perſarũ obſtitit mihi viginti & vno diebus: & eccè Michaël vnus ex principibus primis venit in adiutorium meum. Eccè quomodò ex illis principibus aliquis conſentiebat, & aliquis diſſentiebat. Cui adſtipulatur illud: quod dixit Michæas, quod, vt deciperetur Achab Rex Iſraël, vnus de exercitu Domini dixit ſic, alter autem ſic. Sed quomodò diſſenſio eſſe poteſt in regno pacis & beatitudinis? Nonnè Paulus ait. Non enim diſſenſionis eſt Deus, ſed pacis? An igitur (præter ea, quæ alibi dicta ſunt) eſt diſſenſio cum vnione: quià vnuſquiſque voluntatem Principis exequi ſatagit, ſed viis diuerſis? An, quià Princeps regni cœleſtis iubet, vt vnuſquiſque proferat, quod ſentit: & inde deducatur cauſa ad Tribunal Dei, vbi omnibus libratis ſumma æquitate decidatur controuerſia? Vnde diſſenſiones illæ nõ ſunt odij vel ambitionis cauſa: ſed vt appareat ſumma Dei æquitas in iudicando. *Dan.10* *3. Reg. vlt.* *1. Cor. 14.*

445 Diſcutiuntur nè cauſæ apud Deum in regno pacis? Niſi quippè diſceptarentur cauſæ, non eſſet opus aduocatis: qui cauſis noſtris patrocinarentur. Inquit enim Iohannes. Aduocatum habemus apud Deum patrem Ieſum Chriſtum iuſtum. Pari modo Paulus ait. Introiuit Ieſus in cœlum vt appareat vultui Dei pro nobis. Vnde Thadæus refert, quod Mi- *1. Io.2.* *Heb. 9.* *Thad. in Epiſtola.*

chaël altercatus fuit cum Diabolo de corpore Moſi. Admittuntur enim in ſupremo Tribunali accuſatores & defenſores: vt (ſicut diximus) æquiſſima Dei iuſtitia appareat.

446 Altercatio hæc, eſt nè tantummodò de remuneratione iuxtà merita facienda: an etiam de fauore præſtando exiſtentibus in via? Cōtēdit (ni fallor) vnuſquiſque Angelus cuſtodiæ alicuius deputatus fauere homini ſibi credito illa ſancta æmulatione: quā Apoſtolus nobis perſuadet,
1. Cor. 12. dicens. Æmulamini chariſmata meliora. Et iterum. Æmulamini ſpiritua-
Ibi. 14. & 9. lia. Vnde ſicut nos hortatur idem Paulus vt ſancta quadam contentione pro brauio obtinendo curramus: Sic intelligentiæ cuſtodientes contendunt ſolicitare nos vt fœlicius brauium compræhendamus. Pari modo ſi inter cuſtoditos eſt contentio vel pugna, conatur vnuſquiſque cuſtos defendere ſibi creditum. Hinc Antiqui Theologi concludunt (vt ſuprà dictum eſt) quod niſi contrà intelligentiam cuſtodientem aduerſarium prçualeamus, contrà ipſum præualere non poſſumus. Quod confeſſa fuit in-
Gen. 32. telligentia Heſaü cum Iahacob luctans: vt ſuo loco viſum eſt.

447 Eſt nè omne tempus aptum ad fauorem à ſupernis ſuſcipiendum?
Eccle. 3. Si id eſſet: Sapiens non dixiſſet. Omnia tempus habent: & quod eſt tem-
Eccle. 20. pus deſtruendi, & tempus ædificandi, tempus acquirendi, & tempus per-
Eccl. 9. dendi: & quæ ibi recenſentur. Et iterum. Sapiens expectabit tempus. Et illud, quo nihil manifeſtius. Et vidi, quod non eſſet velocium curſus, nec fortium bellum, nec ſapientum panis, nec doctorum diuitiæ: ſed tempus & caſus in omnibus. Vnde eligere tempus orandi & operandi laudabile
Pſal. 31. eſt. Iuxtà illud Prophetę. Pro hac ſcilicet remiſſione orabit omnis ſanctus in tempore opportuno.

448 Quod eſt tempus fauſtum, vel infauſtum ad orandum vel operandum? Commemorare ſingula tempora difficillimum quippè & penè impoſſibile foret: ſed aliqua ſummatim recenſebimus. Quando igitur Angelis nocitoribus iniungitur ſeu permittitur, vt locum aliquem flagel-
Gen. 19. lent: tempus illud infauſtum eſt. Hinc à loco illo fugiendum eſt: vt Lot ab Angelo admonitus fuit: quando Sodoma percuti debebat: aut in loco tuto cuſtodia adhibita commorandum eſt: ſicut Iſraëlitis dictum fuit,
Exo. 12. quando primogenita Ægyptiorum occidenda erant: aut abſtinendum eſt ab opere, quod abſque detrimento differri poteſt: ſicut de Ioſeph perhi-
Zohar. Gen. 41. bet Zohar, quod noluit habere rem cum vxore tempore famis: quæ eſt flagellum quoddam. Hinc non ab re ſcriptum eſt, quod ipſe Ioſeph habuit duos filios antè tempus famis. Tempus autem fauſtum eſt in ſolennitatibus aut media nocte, mane, meridie, & veſpere. Qui verò in orando, & ſpiritualiter operando ſunt aſſueti, facilè comprobant aduertētes quāta ſit differentia inter tempus & tempus.

449 Vnde proficiſcitur hæc temporis differentia apud ſuperos, qui tēpori non ſubiiciuntur? Et ſi ſuperi non ſubiiciuntur tempori huic à motu cœleſti prouenienti: habent tamen ſpatia ſua: quibus hæc temporis ſpatia
Iob 38. correſpondent. Alioquin non dixiſſet Deus: Cum me laudarent aſtra ma-

tutina, id eſt Angeli: qui ad laudes matutinas perſoluendas deputati ſunt. Vnde ſequitur. Et iubilarét omnes filij Dei. Multáque huiuſmodi ex ſcriptura colligi poſſunt: quibus clarè patet quod etiam apud Angelos ſunt quædam ſpatia diſtincta: in quorum aliquibus magis Deo vacant: in aliquibus autem magis fauent nobis: ad hoc Deo concurrente. Et de hoc tépore Propheta canit. Ego verò orationem meam ad te Domine tempore beneplaciti Deus. Hinc proculus inter alia, quæ docet cognoſcenda à benè orante, commemorat tempus. *Pſalm. 68.* *Procu. de ora. & preci.*

450 Quæ oratio eſt efficacior: alta nè, an ſubmiſſa voce prolata? An fortè oratio voce alta prolata: quià vox altior melius intelligitur & concœptum fortius imprimit in auditoris mente? Hoc quippè verum eſt, quoad mentem illorum, qui voce indigent: vt in eis loquentis concœptus imprimatur: ſed Deus non minus affectum quam vocem percepit. Hinc Moſi ſubmurmuranti, & forſitan ſola mente loquenti dixit. Quid clamas ad me? Vnde Zohar ait, quod קל cholſine ו vau audita fuit in domo Pharaonis, & auditur à Deo: quæ (vt inquit) ſignificat vocem factam ſine ſtrepitu, ſed cum affectu cordis. Quæ vox ſubmiſſa (vt R. Elihezer dixit) efficacior eſt omnibus, eo quod fit maiori affectu & attentione, quam ea, quæ fit cum clamore. Et ſic à peritis ſolent fieri adiurationes ſubmurmurando. *Exo. 14.* *Zohar.*

451 Poteſt nè quis exaudiri ſine voce? Nónè Apoſtolus ait. Pſallam ſpiritu, pſallam & méte? Vnde Doctor veritatis inquit. Veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate. Zohar autem aſſerit, quod triá requiruntur ad hoc, quod quis conſequatur benedictionem in oratione: mens videlicet, intentio, & verbum. Mens, inquam, quià non caſu oratio proferenda eſt, & orans percipere debet, quid dicat: intentio verò, quià petitio in Deum dirigenda eſt propter aliquem finem: verbum autem, quià orans exprimere debet quid velit. Quod verbum duplex eſſe poteſt: alterum videlicet mentale: & hoc ſufficit ſoli Deo, quià ipſe ſolus cognitor eſt cóceptus mentalis. Alterum verbum eſt expreſſio conceptus: quod neceſſarium eſt Angelis: quorum cura eſt orationes noſtras ad Deum deferre. Ipſi enim cogitationes mentis percipere nequeunt: niſi quatenus Deus reuelando, aut homo verbis manifeſtando ſignificauerit. *1. Cor. 14.* *Io. 4.* *Zohar.*

452 Qui ſoluti ſunt à corpore: quomodò orant, aut loquuntur? An ſicut ſua voce Deum laudant ſancti & Angeli: eadem voce & orant emittendo odorem bonæ voluntatis in eorum emolumétum, pro quibus orant? Iuxtà illud Iohannis. Quatuor animalia & vigintiquatuor ſeniores ceciderunt coràm agno habentes phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes ſanctorum. An orant mittédo fumum illum, qué Dominus in odoré ſuauitatis ſuſcipit? Quod idem Iohannes innuit, dicens. Et aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum è manu Angeli coràm Deo. Qui fumus eſt affectus & opus, quod poteſt offerre creatura coràm Deo: qui ſuo igne accendit ea, quæ offeruntur: vt alibi declaratum eſt. Sic beati pro nobis orant, & pro iis, qui ſunt in purgatorio conſtituti. *Apoc. 5.* *Ibi. 8.*

Sic orant, qui in purgatorio ſunt, pro ſeipſis: & ſic de iniuriis ſibi illatis conqueruntur.

453 Cur Antiqui tam diligenter curarunt: vt vltimæ voluntates effectum conſequerentur? Nonnè, quià æquum eſt, quod intentio Teſtatoris habeat locum? Sed cum defuncti omnia mortalibus reliquerint, quid eis prodeſt huiuſmodi executio? Nónè id eſt indicium firmum immortalitatis animarum? Ipſæ enim oblectantur reliquiſſe bonum nomen (vt Plato ait) dolent autem de infamia & detractione à viuentibus facta: ſentiúntque beneficium ſibi collatum per orationes & eleemoſynas: & triſtantur de iniuria ſibi illata ab iis, qui ſuas vltimas voluntates exequi nolunt. Vnde ſua voce (vt modò diximus) cónqueruntur apud Deũ de omni iniuria ſibi illata. Quod Iohannes apertè teſtatur, referens occiſos dicentes. Vſque quò Domine ſanctus & verus non vindicas ſanguinem noſtrum ex iis, qui habitant in terra? Sicut enim clamant pro ſanguine effuſo: ità etiam conqueruntur de patrimoniis contrà voluntatem ipſorum diſtractis.

Pla. in Phædone. *Apoc. 6.*

454 Conferunt nè loca ad opus proſequendum? Nonnè Iureconſultorum eſt ſententia, quod locus & tempus ambulant pari paſſu? Sicut igitur confert tempus & hora: ſic confert & locus. Hinc Chriſtus citauit illud Iſaiæ. Domus mea domus orationis vocabitur. Et niſi prodeſſet magis aliquis locus quàm alius: non iuſſiſſet Deus Abrahæ, vt è terra & cognatione ſua exiret, & ad locum, quem ſibi mõſtraturus erat, iret. Nec ab re Izahac induxit Rebeccam vxorem ſuam in tentorium matris ſuæ. Nec ſine cauſa Plato laudat in fauorem mentis & corporis mutationem loci: quià (vt Sapientes norunt) alibi & alibi habitant alij & alij ſpiritus: quorum aliqui aliquibus fauent, aliqui verò contrariantur. Vnde adinuenire genium, & locum accommodatum, vtiliſſimum eſt.

Matt. 21. *Iſa. 56.* *Gen. 12.* *Ibi. 24.* *Pla. in Tim.*

455 Facta debita approximatione agentis ad paſſum, ſequitur nè actio? Nónè Naturales omnes id affirmant? Sed ſi id eſſet, nonnè quãdocunque maſculus & fœmina coirent, ſequeretur generatio: cuius tamen oppoſitum magis quam propoſitum comprobatur? An igitur requiritur influxus ſuperior non tantum cauſarum ſecundarum quam primæ? Hinc ſcriptum eſt in Geneſi, quod volens Iahacob concipi ſibi capras vel oues aut hædos varios: quamuis poſuiſſet in canalibus virgas varias: tamen expectabat calorem: calorem vtique ſuperni influxus ex parte ignea & Aquilonari procedentem: vt Zohar latiſſimè exponit.

Gen. 30. *Zohar.*

456 Si hoc in naturalibus operationibus contingit: contingit nè in voluntariis & gratuitis? Nonnè id in plæriſque ſcripturæ ſacræ locis habetur? Nam Apoſtolus ait. Gratia Dei ſum id, quod ſum. Et paulò poſt. Non ego, ſed gratia Dei mecum. Summus quoque Doctor Chriſtus apertè inquit. Sine me nihil poteſtis facere. Non igitur volũtas cum omnibus viribus naturalibus ad paſſum vel ad opus applicata ſufficit: niſi adſit quoque gratia Dei, quæ eſt calor quidam & amor igneus à Spiritu ſancto procedens. Quem ignem Chriſtus venit mittere in terram: volens vt ardeat in cordibus noſtris. Quo calore mediante operamur opus merito-

1. Cor. 15. *Io. 15.* *Lucæ 12.*

rium: ſicut ipſemet Chriſtus perhibet. Tam igitur in naturalibus operationibus, quam in voluntariis & gratuitis exquiritur excalefactoria virtus ſupramundana. *Io. 15.*

457 Quomodò nobis comparare poſſumus hunc ſupernum calorem & fauorem? Nonnè (vt Zohar docet) lauando nobis manus? Quod probat per exempla quatuor Regum: qui quamuis boni fuerint: nemo tamen illorum inimicos concludere potuit & de eis triumphare, niſi ſolus Dauid, qui dixit. Laui inter innocentes manus meas: vt faciam audiri vocem laudis, & enarrem mirabilia tua: quæ ſcilicet per me feciſti Domine. Primus itaque Rex fuit Aſa: de quo ſcriptum eſt in ſecundo Paralipomenon. Aſa & populus, qui cum eo erat, perſecutus eſt Æthiopes vſque Gerara: & ceciderunt Æthiopes vſque ad internecionem, quià Domino cædente contriti ſunt. Secundus Rex fuit Ioſaphat, qui dixit. Credite Domino Deo veſtro, & ſecuri eritis: credite Prophetis eius, & cuncta euenient proſpera. Vnde, dum ipſe cum populo laudaret Deum, dedit Dominus inſidias ſuper filios Hammon, & montis Sehir: qui veniebant cõtrà Iehudam, & defecerunt. Tertius Rex fuit Ezechias: qui nec bellauit nec cantauit, ſed orando fleuit. Vnde egreſſus eſt Angelus nocte: & occidit ex Chaldæis cẽtum octogintaquinque millia. Sed nullus horum concluſit inimicos, niſi Dauid: qui lauit manus & dixit. Perſequar inimicos meos, & compræhẽdam illos: & non conuertar donec deficiant. *Zohar.* *Pſalm. 25.* *2. Para. 14.* *Ibi. 20.* *4. Reg. 19.* *Pſal. 17.*

458 Quid innuit hæc manuum ablutio? Nonnè, ſi ablutionis manuum conſuetudo perpendatur, intelligetur, quid ſibi velit hæc manuum ablutio? Manus enim opera ſignificant: quæ munda eſſe debent coràm Deo, & fieri intentione munda. Vnde, dum lauantur manus, lauantur primò ſiniſtra cum dextra. Siniſtra autem rigiditatem operis ſignificat, vindictam, iudicium durum. & huiuſmodi. Quæ omnia lauari & temperari debent cum dextra: quæ pietatem in Deum & homines ſignificat. Vnde ſi fit iuſtitia vel vindicta, fieri debet: non ex odio, ſed propter honorem Dei, & vtilitatem proximi. Et ſic omnia fieri debent. Et hoc eſt propriè lauare manus.

459 Cur infideles præualent contrà Chriſtianos: qui baptiſmo & aliis expiationibus mundati dicuntur? Nonné, quià Chriſticolæ amiſerunt omnem penitus munditiam: in cuius loco ſubiit omnis immũdities? Vnde fœdiores facti ſunt infidelibus: qui nec Deum blaſphemant, nec violãt templum Dei, nec alia multa, quæ Chriſtiani, faciũt. Hinc in multis ipſi Chriſticolæ deteriores ſunt ipſis infidelibus. Propptereà ipſi præualent contrà induſtriam, arma & multitudinem Chriſtianorum: qui tempore ſuæ mũditiæ præualuerunt contrà omnes: ſicut & Hebræi: quorum vnus (dum mundi videlicet eſſent) perſequebatur mille, & duo fugabant decẽ millia: vt Moſes canit. Nunc autem, quià fœdati ſunt, Deus concluſit ipſos, ſubiiciens eos omnibus. Iuxtà illud Ieremiæ. Facti ſunt hoſtes eius in capite, & inimici eius locupletati ſunt. *Deut. 32.* *Thre. 1.*

460 Quid operatur illa manuum ablutio ad hoc vt, quicquid volu-

mus, à ſuperis obtineamus? Nonnè habeamus illam Naturalium vulgatam ſententiam. In habentibus ſymbolum facilis eſt tranſitus, faciléque commercium? Si igitur cum ſuperis commercium habere volumus: nonnè neceſſe eſt vt illis conformemur in rectitudine, ſpiritualitate, munditie, & in cunctis pro viribus noſtris? Hinc Syrianus in ſua Theologia docet, quod Eccleſiaſticæ Hierarchiæ Sacerdotes, & alij operantes proportionari debent anagogicis virtutibus cœleſti Hierarchiæ. Immò oportet, quod conformentur ſummo Hierarchæ: ſi Pauli verba obſeruare voluerimus, qui ait. Quos præſciuit & prædeſtinauit, ſcilicet Deus, conformes fieri imagini filij ſui. Quo ſenſu iterum dixit. Nemo poteſt dicere Dominum Ieſum, niſi in Spiritu ſancto, ideſt, niſi participet de Spiritu ſancto: ſicut ipſe Chriſtus plenus fuit: de cuius plenitudine (teſte Iohanne) nos omnes accepimus.

Syrianus in Theolo. *Roma. 8.* *1. Cor. 12.* *Io. 1.*

461 Quomodò ex hac conformitate operamus? An ex illa vi ſymbolica: vt dictum eſt? An ex vi conſonantiæ? Nam hæc adeò efficax eſt, vt ad motum vnius conſonantis, ſequatur motus alterius: vt de citharis benè chordatis ſuprà exēplificatum fuit: & de veris amicis exemplificari poteſt: quorum alter mouetur ad motū alterius: cum vtrique ſit (vt dicitur) idem velle & idem nolle. Hinc Orpheus in operatione ſingularis docet, quod ſecundum quod eſt idem nomen, per analogiā tamen, virtutum naturalium & diuinarum, idem eſt hymnus: vt ſua Magia exquirit: idémque eſt opus: vt verbi gratia dicere poſſumus. Si diſpoſitionem habeam ad ſuſcipiendum lumen & fauorem Solis: dum operatur in me Sol, operatur & Raphaël: ſiue quæcunque ſit intelligētia ipſi Soli præſidens.: operatúrque & illud numen, cui Sol & intelligentia illa reſpondet. Quod quidem numen Dauid, Iſaias, & ſecretiores Theologi vocant תפארת Tipheret: quod eſt cor Archetypi: ſicut Sol cor cæli. Et vtrunque reſpondet cordi noſtro per illuſtrationem & feruidam charitatem ſuperis correſpondēti.

Orpheus.

462 In quibus poſſumus Deo & ſuperis correſpondere? Si Theologos antiquos ſequi voluerimus, & benè Euangelij verba perpenderimus: nōnè videbimus, quod in omnibus membris & operationibus Deo conformari poſſumus? Probat enim Dionyſius longo ſermone omnia membra humani corporis ſua nota per analogiam in Deo reperiri. Vnde pro omnibus citat ſcripturam atteſtantem, quod in Deo ſunt oculi, palpebræ, aures, os, manus, & cætera huiuſmodi, quibus nos conformari docemur in Euangelio. Primò enim cordi diuino conformari monemur, dum dicitur. Eſtote miſericordes: ſicut & pater veſter cœleſtis miſericors eſt. Manibus verò conformari nos Deo Chriſtus hortatur, dum ait. Date & dabitur vobis, à manibus Dei videlicet. Oculis quoque, dum dicit. Beati, qui lugent, ideſt, qui emittunt ex fonte oculorum lachrymas: quià aperietur eis fons diuinus conſolans eos.

Dionyſius. *Lucæ 6.* *Ibidem.* *Matt. 5.*

Mercurius.

463 Quomodò mouetur Propheta ad prophetandum? Nonnè (vt Mercurius ait) per ſex: videlicet per ſomnium, portentum, aues, inteſtina, ſpiritum, & Sibyllam, id eſt cōſilium Dei: ſiue per mulierem, ſiue per quem-

cunque deferatur oraculum? Quod quidem oraculum multiplex apud Hebræos habetur: videlicet ſomnium, imago, ſpiritus, ſpeculum vel viſio, filia vocis, vox clara, domeſtica collocutio, facie videlicet ad faciem facta. Quæ omnia tamen à ſuperis veniunt. Nec ea quiſquam habere poteſt: niſi depoſitus ſit per chriſma diuinum (vt de Dauide & aliis legitur) aut per purificationem & quietem animæ: vt Albertus perhibet, vbi de intellectu, & intelligibili tractat. Vnde optimè dixit Ptolemæus, quod ſoli numine afflati prædicunt futura, maximè particularia. *Hebræi.* *Albertus.* *Ptolemæus in fructu.*

464 Cum dictum ſit, quod per conueniētiam cum ſuperis aliquid operari poſſumus: operamur nè ex vi conſonantiæ? Nonnè (vt Naturales dicunt) delectatio perficit opus? Sed nuſquam eſt maior delectatio, quā vbi eſt harmonia: immò nulla delectatio reperitur, vbi deeſt harmonia. Nam omnis delectatio proficiſcitur ex concentu rei per ſenſum vel per intellectum perceptæ: nec aliquid magis mouet hominem ad opus, & ad reditum, & aſcenſum in Deum, quam harmonia & amor: vt longo ſermone Plotinus tractat. Ex vi itaque conſonantiæ, ex qua ſequitur affectus & amor, perficitur opus: tam ex parte noſtra (quià oblectamur diuinis, & ferimur in ea: quando diuini & mundi effecti ſumus) quam etiam ex parte ſuperorum: qui tunc ſe nobis communicant, quando vident nos ſibi conſimiles effectos, ex vi conſonantiæ, & ex ſymbolica virtute attrahente. Nam (vt Comicus ait) pares cum paribus facillimè conueniunt. Cui Sapiens adſtipulatur dicens. Omne animal diligit ſibi ſimile. *Ethic. 10.* *Plo. in lib. de triplici reditu animæ ad Deum.* *Terentius.* *Eccl. 13.*

465 Quomodo operatur in nobis virtus hæc harmonica? Nonnè ſicut medicina corporea mouet ſpiritus corporeos: Sic harmonia mouet ſpiritus ſenſibiles, prout ſeruiunt animæ? Et ſicut medicina ſanat hominem in corpore, calorem extraneum expellens, qui febres inducit, & operationes impedit (vt Auicena docet.) Sic harmonia ſanat ipſum hominem in anima ſenſibili, & conſequenter in rationali: quæ per ſenſus percipit ipſam conſonantiam: à qua fugantur diſſentiones illæ, quæ operationes ſpirituales impediunt. Quod in dies apertiſſimè comprobatur: quià dum homo peccatis fœdatus eſt, diuina percipere nequit: purus autem mundus, & deo ſimilis effectus ipſis mirabiliter oblectatur. Quo ſenſu (vt opinor) Saluator dixit. Qui ex Deo eſt (mundus videlicet & ipſi Deo conformis) verba Dei audit. Vos autem (inuoluti videlicet peccatis, & ob id à Deo elongati) non auditis (cum delectatione videlicet: immò cum ſtomacho & tædio) quià ex Deo non eſtis. *Auicena.* *Io. 8.*

466 Cum omnes nerui corporis humani quieſcāt: cur mouetur neruus brachij, qui inde dicitur pulſus? Nonnè, quià neruus ille originem habet à corde, in quo vita reſidet, & anima præcipuè, quæ eſt principium ſentiendi, intelligendi, & ſecundum locum mouendi: vt Peripatetici dicunt? Cum igitur ſit neruus domeſticus cordi: mouetur ipſius cordis indicans diſpoſitionem: per quam dignoſcitur alteratio febris, aut quies ab ea. Nā febris à corde ortum habet: cum ſit (vt Auicena definit) calor extraneus in corde accenſus per venas & arterias diffuſus. Et hoc mirabili artificio *3. de anima.* *Auicena.*

diſpoſitum eſt: vt inde Medicis manifeſtata infirmitate, ſciatur, quod remedium infirmitati afferri debeat.

467 Cur pulſat quoque neruus pedum eo ferè modò? Nonnè, vt inde quoque neceſſitas patientis agnoſcatur? Verum(vt ad myſticum, moraléque ſenſum deueniamus)hinc monemur, quod ſicut in manibus & pedibus naturalis diſpoſitio cordis cognoſcitur: ſic etiam in operibus per manus ſignificatis, & in affectibus per pedes deſignatis cognoſcitur qualis ſit moralis diſpoſitio cordis: à quo omnia mala & bona proueniunt: vt
Matt. 15. nos ſumma veritas docet, dum ait. Quæ procedunt à corde, coinquinant hominem. E corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria,
Deut. 6. fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. Pari quoque modo à corde omnia bona proueniunt. Hinc Deus exquirit toto corde diligi: eo quod illo benè ſe habente omnia ſunt bona. Quale autem ſit cor: ex ope-
Matt. 7. ribus cognoſcitur. Ait enim Chriſtus. A fructibus, id eſt operibus eorum
Io. 8. cognoſcetis eos. Pari quoque modo ex affectibus: iuxtà illud. Qui ex Deo eſt, verba Dei audit, id eſt diuinis afficitur.

468 Ad quid Deus ordinauit, vt infirmitates cordis manifeſtētur? Nonnè, vt remedia opportuna ipſis adhiberi poſſint? Et quæ ſunt huiuſmodi
Herac. apud Iam. in lib. de myſte. remedia? An forſitan ſacrificia: quæ Heraclitus apud Iamblicum medicamenta nominat: quià purgant animam à morbis in hoc ergaſtulo contra-
Dani. 4. ctis: An ſunt eleemoſynæ? Iuxtà illud Danielis. Peccata tua eleemoſynis
Luca 11. redime. Vnde ſummus Medicus Chriſtus inquit. Date eleemoſynam, &
Iſa. 38. omnia munda ſunt vobis. An dolor & contritio peccatorum? Quod ab Ezechia docemur, qui ait. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Domine ſi ſic viuitur, & quæ ſequuntur. Cui fauet il-
Pſal. 50. lud Dauiticum. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.

469 Quomodò ex amaritudine cordis prouenit dulcedo mentis? Iux-
Matt. 5. tà illud Saluatoris. Beati qui lugent: quoniam ipſi conſolabuntur. Quod
Io. 16. etiam alibi perhibet, dicens. Triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Nonne, quià omnia habent ſuam determinatam metam? Vnde nemo poteſt in vtroque homine gaudere. Si quis enim gaudet in animali homine: neceſſariò triſtatur in ſpirituali. Si quis gaudet in hoc Mundo: neceſſa-
Auguſtinus. riò triſtatur in futuro. Hinc Auguſtinus ait. Non poſſumus hic lætari cum Mundo: & poſteà cum ſanctis gaudere. Quod adſtipulatur dicto ſummæ
Io. 16. Veritatis. Mundus hic gaudebit: vos verò contriſtabimini: ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Vnde totius Euangelij negocium & doctrinæ Apoſtolicæ ſumma hæc eſt: vt videlicet ſuffocemus, debilitemus, & penitus mortificemus hominem animalem, & ſpirituali faueamus: vt æterna beatitudine frui poſſimus. In cuius pugnæ principio, progreſſu, & fine ſentit animalis homo triſtitiam: ſed in ſeruitutem ſpiritus tandem perfectè redactus gaudet cum meliori homine de triſtitia & vi ſibi illata: per quā
Matt. 11. ad regnum cœlorum deuenitur. Iuxtà illud Chriſti. Regnum cœlorū vim patitur: & violenti rapiunt illud.

Quomo-

470 Quomodò homo per munditiem & expiationem operatur? Nonnè,quia homo actiuus,ocioſus ſtare nequit? Vnde neceſſariò operatur ſecundum alteram ſuarum virium. Nam geminæ ſunt hominis vires: altera videlicet munda,& melioris hominis, agens cum poteſtatibus mundis:de quibus Apoſtolus ait. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit:non tantum videlicet humanis, ſed illis, quas alibi cum thronis & dominationibus ipſemet enumerat, & cæteris ſpiritualibus, quæ in verbo condita ſunt. Ex aduerſo autem harum poteſtatum Porphyrius recenſet alias poteſtates,quas vocat duplex malorum dæmonum genus: quorum vnum eſt animarum vel ſubſtantialium dæmonum, quos Paulus vocat poteſtates tenebrarum harum:aliud verò genus ſunt materialium & accidentalium vires:quæ agunt cum illis tenebrarũ poteſtatibus.Inter quas bifarias vires eſt duplex pugna continua:de quarum altera ait Apoſtolus. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum: ſpiritus aduerſus carnem: de altera verò Iohannes. Michael (inquit) & Angeli eius præliabantur cum dracone.Pugnant autem vtrique hac lege,vt ſuccumbente vno alter præualeat:ſicut etiam Mercurius docet.

Rom.13. *Colo.1.* *Porphyrius.* *Ephe.6.* *Gal.5.* *Apoc.12.* *Mercu. in Pyman.*

471 Hæ poteſtates quibus locis potiſſimè ſunt præpoſitæ? Nonnè bonæ poteſtates ſunt tutrices Ieroſolimę?De quibus Deus in Iſaia ait.Super muros tuos Ieruſalem conſtitui cuſtodes.Super muros(inquam) non ſupernæ Ieruſalem,quæ cuſtodibus non indiget, ſed Ieruſalem inferioris: melioris videlicet hominis in ſenſu morali per Ieruſalem figurati.Principes autem tenebrarum ſunt conſtituti ſuper Ægyptum: de quibus in Ezechiele dicitur.Idolis Ægypti nolite pollui.Et alibi.Et corruent fulcientes Ægyptum id eſt intelligentiæ malæ eam regẽtes. Hinc Ægyptus communiter interpretatur tenebræ: ſed ſecundùm vim propriam vocabuli, anguſtiæ: quia poteſtates tenebrarum anguſtant & obtenebrant. Ieruſalem verò interpretatur, viſio pacis: quia bonæ intelligentiæ ipſam cuſtodientes ad veram lucem & pacem ſibi creditos conducere ſatagunt.

Iſa.61. *Ezech.20. & 30.*

SECTIO VNDECIMA DE SITV ET PROPRIETATE MYSTERIOSA QVORVNDAM LOCORVM.

472 IEroſolima & Ægyptus vbi ſitę deſcribuntur?Nónè ſemper ſcriptura, dum de proficiſcentibus Ieruſalem loquitur,dicit quod aſcẽdunt?Hinc Saluator dixit.Eccè aſcendimus Ieroſolimam.De euntibus autem in Ægyptum dicitur, quod deſcendunt: ſicut de Abraham in Geneſi dicitur. Deſcendit Abraham in Ægyptum.Pari modo Iahacob dictum fuit.Deſcende in Ægyptum.Sed cur id dicitur? An fortè,quia Ægyptus ſita eſt in planitie: Ieruſalem verò in monte?Sed nonnè Galilæa,& multa alia loca ſunt in pla-

Mat.20. *Gen.12. & 46.*

nitie ſita, ad quæ ſi proficiſcantur aliqui, non dicitur, quod deſcendant? An igitur, quia per Ieruſalem intelliguntur vires & influxus ſuperiores? Ideò proficiſcentes illuc dicuntur aſcendere. Per Ægyptum verò intelliguntur vires & influxus mali & inferiores. Hinc proficiſcentes illuc deſcendere dicuntur.

473 Quid ſignificat Nazaret? Nonnè (prout ab iis, qui hebræum idioma callēt, habemus) Nazaret quatuor accommodatiſſima ei, qui ibidem conceptus eſt, & carnem humanam induit, ſignificat? Primò enim ſignificat ſegregatum: videlicet à profanis vſibus: Secundò conſecratũ vel ſanctificatum Deo: Tertiò Principem vel principatum: Quartò coronam. In primo namque ſignificato benè conuenit ei, qui dixit. Ego non ſum ex hoc
Io.17. & 10. Mundo: in ſecundo, dum ait. Quem Pater ſanctificauit & miſit in Mun-
Apoc. 1. 19. dum: in tertio, quià Iohannes de ipſo dicit, quod eſt Rex Regum & Dominus dominantium & Princeps Regum terræ: in quarto dum dicitur, co-
Ibi. 2. rona virginum, & omnium, qui rectè Deo ſeruiũt. Nam omnibus promittit coronam vitæ, dicens. Eſto fidelis vſque ad mortem: & dabo tibi coronam vitæ. Quæ omnia quàm concinnè conueniant ei, qui ibidem primò ingreſſus eſt Mundum, iudicent ſapientes. Et ſi alia ſignificata reperiũtur in communibus interpretationibus, id accidit: quia plęrumque confunduntur vocabula ſcripta per צ zadic, & ז zain. Sermo enim noſter eſt de eo vocabulo ſolummodò, quod ſcribitur per ז zain, veniens à נזר nezer: vel נזיר nazir.

474 Quid innuit Betlehem? Nonnè communi ſententia dicitur, quod ſignificat domum panis? Sed qua diſpoſitione factũ eſt, vt Mundi Redēptor naſceretur in eo loco, qui domus panis nominatur? An (vt alibi diximus) quia ipſe eſt panis viuus, qui de cœlo deſcendit: ſicut ipſemet perhi-
Io.6. bet? Qui panis vitæ datus eſt in antidotum veneni mortiferi: quod imbiberat primus homo, ab Angelo mortis propinatum. An, quia decuit, vt ibidem naſceretur verbum carne circumamictum: quod eſt verum pabulum melioris hominis? Sicut idem aſſerit, dicens. Non in ſolo pane viuit
Mat.4. homo: ſed in omni verbo, quod procedit ab ore Dei.

475 Quid eſt Damaſcus? Nonnè (ſi ad eius interpretationes attendimus) comprobabimus Damaſcum eſſe locum penitus oppoſitum Nazaret, & Ieſu Nazaręno ibi concepto, atque Nazaræis eius, ſegregatis à Mũdo, & Deo ſanctificatis. Nam (vt alibi quoque diximus) Damaſcus ſignificat ſanguinis oſculum, ſanguinem appetentem, & ſanguinem propinantem. Quæ omnia ad animalem hominem pertinent, qui in ſanguine & o-
Gala.5. peribus ſanguinis oblectatur. Hinc ſicut caro & ſanguis contrariatur ſpiritui: ſic Damaſcus ſemper infenſa fuit Ieruſalem, & Nazaræis noſtris.
Gen.15. Proptereà magno myſterio dolebat Abraham & recuſabat: quod ſeruus eius Dameſech eſſet hæres hæreditatis ſeruatæ iuſtis. Idem enim eſt nomen Ciuitatis illius & ſerui Abrahæ. Vtrumque namque ab Hebręi דמשק Dameſech nominatur.

476 Quid eſt Semron? Nonnè hæc eſt Ciuitas illa: quæ cuſtodia dicitur

à verbo שמר Samar,quod ſignificat cuſtodiuit?Sed quomodò in cuſtodita Ciuitate,aut in ipſa cuſtodia fuit delubrum illud profanum & abominabile erectum à Ieroboham, & in opprobrium Redemptor vocatus fuit Samaritanus?Non quippè hæc obſcœna inde emanarunt, quia cuſtodita: ſed quia poſſeſſa à malo dæmone vocato Semron(vt ſecretiores Theologi dicunt)qui præualuerat in eam,ignauia & mala concupiſcentia ſuccũbentibus Samaritis.Quod ſignificant idola illa erecta à Ieroboham: qui præualuerat contrà domum Salomonis, amore & concupiſcentia mulierum correpti. *3. Reg. 12.* *Io. 8.* *3. Reg. 12.*

477 Quid ſignificat Hebron?Nonnè nexum vel coniunctionem ſignificat tam in bonam quàm in malã partem?Vnde religationes,quæ per incantationes fiunt? & tumefactiones, quò congregatur ſanguis aut ſanies, eodem vocabulo nuncupantur:& ſecundum vtramque partem vocabulum hoc, illi loco & Ciuitati accommodatiſſimum fuit & eſt.Nam prius ibi habitantes ligati erant cum malis dęmonibus:adeò vt ipſi cum mulieribus rem habentes genuerint Gigantes: quos multos ibidem repererunt exploratores à Moſe miſſi:vt in libro Numerorum legimus.Ex huiuſmodi enim commixtione Gigantes generantur, vt aliàs dictum eſt. Coniunctus quoque fuit ille locus cum ſupernis, adeò vt ibi reperiatur vna portarum cœli: prout aſſerunt ſecretiores Theologi. Quod indicatur in myſterio ſpeluncæ duplicis: quam tam ſolicitè emere procurauit Abraham non tantum pro vxore,ſed pro ſe,& poſteris Patriarchis. *Num. 13.* *Gen. 23.*

478 Quid ſignificat Ramah? Multa ſunt loca, quæ in Scriptura ſacra hoc nomine nuncupantur. Vnde excelſum ſignificat hoc nomen:ſicut & מרום Marom.Hinc,quãdo in ſacris eloquiis fit mentio de ramah,ſecundũ verũ ſenſum intelligi debet de excelſo cœlorum,vt illud Ieremiæ.Vox in ramah,id eſt in cœlis audita eſt Rachelis,matris videlicet Beniamin,plorantis filios,id eſt ruinam templi in Tribu Beniamin poſiti,vt Zohar interpretatur. Nec tamen id diſcrepat à ſenſu Mathæi, qui dictum hoc citat pro querelis maternis ex occiſione infantium iuſſu Herodis impij perpetrata factis. Vterque enim clamor in cœlis auditus fuit. Vnde ij, qui extiterunt illius fletus cauſa:condignam mercedem à Deo ſuſceperunt. *Iere. 31.* *Mat. 2.* *Zohar.* *Mat. 2.*

479 Quid eſt deſertum: & quo myſterio ibi fuerunt multa præclara celebrata?Nonnè deſertum eſt locus ab omni re derelictus: quod ab Hebræis dicitur מדבר Midbar, id eſt abſque aliqua re & influxu: temporali videlicet?Vnde illuc adducti ſunt ſuſcepturi diuina: vt omni mundana & terrena ope expoliati magis diſpoſiti eſſent ad ſpiritualia ſuſcipiẽda. Quo ſenſu Saluator ait.Niſi quis renunciauerit omnibus,quæ poſſidet:non poteſt meus eſſe diſcipulus: quaſi dicat. Nemo poteſt eſſe capax diuinorum chariſmatum: quæ ego daturus ſum, niſi ille, qui omnibus terrenis voluptatibus ſit expoliatus.Hinc illi,qui manna cœleſti paſcebantur, illuſtrabãtur in nocte igni diuino,& in die protegebantur cœleſti nube: dum autem ſuſpirarunt ad carnes & voluptates Ægyptias, tanquam indigni tantis muneribus,interfecti ſunt. *Luce 14.* *Exod. 13. 16.* *Num. 11.*

480 Quid eſt Arabia? Nonnè regio eſt in ſortem Iſmahelitis vel Hagarenis data? Et hæc triplex eſt, ſuo reconditiſſimo myſterio: fœlix videlicet deſerta, & petrea. Sed hac dimiſſa, de illa ſuperna loquemur: vbi eſt verus
Gala. 4. mons Sina coniunctus (vt Apoſtolus ait) ei, quæ nunc eſt Ieruſalem: quæ ſurſum eſt, quæ eſt mater noſtra. Sine cuius Apoſtoli auſpicio non auderem aſſerere in ſupernis eſſe Sinà & Ieruſalem: à quorum primo data fuit lex hominem animalem per Iſmahelem figuratum ſanctificans: ab altera verò datum fuit Euangelium hominem ſpiritualem ſanctificans. Quæ duo coniuncta dicuntur: tum quia lex nunquam fuit ſine Euangelio, nec Euangelium ſine lege (vt alibi dictum eſt) tum quia ſanctificanda vel ſanctificata animale videlicet & ſpirituale, adeò ſunt coniuncta, vt ex vtroque vnus homo conſtituatur.

481 Quid eſt Elam, vbi captiuus fuit Iſrael? Eſt quippè regio Perſarum: cui tempore Mardochæi & Eſter præſidebat Achaſueros: quem plęrique Aſſuerum dicunt. Hinc falsò nonnulli interpretãtur ipſum beatitudinem. Nam Achaſueros caput magnum ſignificat. Erat quippè magni capitis: quia dominabatur centum & vigintiſeptem prouinciis: vt habetur in prin-
Eſter. 1. cipio libri Eſter. Elam verò veſtibulum interpretatur: veſtibulum, inquã, tabernaculi Hebræorum. Nam ibidem captiui Hebræi non fuerunt penitus abiecti: ſed detenti in veſtibulo tabernaculi ſui. Vnde facilis fuit eis reditus ad propria. Quod clarè cernere poſſunt expurgati oculi: ſi aduer-
Dani. 10. tant id, quod dixit Gabriel: quod videlicet dum vellet intrare ad Danielem Hebræum, Princeps regni Perſarum, qui ſtabat in veſtibulo, reſtitit ei viginti & vno diebus: ſed fauente Michaele præſide ſanctarum animarũ, & veræ Synagogæ Dei præualuit Gabriel. Præualuit quoque Daniel, vt exaudiretur oratio eius: & populus Iſraeliticus è veſtibulo intraret ad ſepta templi. Quæ omnia ſunt per allegoriam dicta.

482 Quid eſt Chaldęa, vbi quoq; captiuus fuit populus Iſrael? Eſt quippè regio ſita inter duo flumina, è paradiſo voluptatis effluentia, Tigrim videlicet & Euphratẽ. Et hæc regio alio nomine ab Hebræis dicitur Padam Aram, id eſt planities Aramæa: à Latinis verò vocatur Meſopotamia Syrię. Et hinc patres Hebręi traxerunt originem: ſicut ex plęriſque locis libri
Gen. 12. 28. & 29. Geneſeos colligi poteſt. Inde quoque facilis fuit reditus: quia non propriè ad extraneos ſed ad primordia ſuæ originis deducti fuerant. Nec multa paſſi ſunt in meliori homine, in loco à paradiſo voluptatis irrigato.

483 Quis eſt poſtremus locus Iſraeliticæ captiuitatis? Nonnè eſt vniuerſus orbis? Nam vbique terrarum Iſraelitæ diſperſi ſunt, & in ditionem multarum extranearum gentium venerunt: adeò vt captiuitas eorum ſit irreparabilis: niſi efficiantur de familia illius, qui omnibus gentibus præſidet: & vniuerſo orbi omnibuſque Regibus & principibus terræ dominatur. Vnde nunquam liberabuntur à captiuitate: niſi venerint in di-
Io. 10. tionem Chriſti. Quod erit, quando (vt ipſe Chriſtus inquit) fiet vnum oui-
Iſa. 10. le, & vnus paſtor: & quando reliquiæ Iſraël (vt Iſaias ait) ad Dominum conuertentur.

484 Quid eſt Euphrates Chaldæã ab Aſſyria diſterminans? Nonnè *Gen.2.*
(vt nuper dictum eſt) fluuius eſt egrediens è paradiſo voluptatis: qui
פרת Perat hebraicè, id eſt fructificans dicitur, fructus videlicet cæ-
leſtes? Nam in terra ab eo irrigata productus fuit pater fidei Abraham: *Ibid.17.*
cui primò datum fuit fœdus & ſignum diſtinctiuum familiæ Dei ab
aliis familiis & cui primò facta eſt de Redẽptore dando promiſſio: qui
& pater fuit tã celeberrimę poſteritatis Patriarcharũ, Legiſlatoris, Pro-
phetarũ & Apoſtolorũ: qui (teſte Paulo) fundamẽta præcipua fuere v- *Ephe.2.*
triuſq; Eccleſię figuratiuæ, videlicet & figuratæ, militãtis & triũphãtis.

485 Quid eſt Tigris ſimul cũ Euphrate, cõcludẽs Chaldæã? Nõnè,
& ipſe à paradiſo voluptatis emanãs vnà cũ Euphrate reddit Meſopo-
tamiã fertilẽ? Horũ verò fluuiorũ alter ignẽ, alter verò aerem denotat
ſicut alibi diximus. Et hæc duo non modò fertilitati fauent: ſed ad eã
producendã neceſſaria ſunt. Nec enim germinant plantæ niſi ſub dio,
& confotæ calore cœleſti. Et hic fluuius ſignificat aerẽ paternũ, quem *Io.1.*
אויר Auir Hebræi dicunt: à quo (vt Zohar inquit) emanat אור or, id eſt
lux illa, de qua Iohannes inquit. Erat lux vera. Vnde remanet in Auir י
Iod: quæ eſt litera paternã proprietatẽ innuens, alteri non cõmunica-
bilem: vt ſecretiores Theologi dicunt. Alter verò fluuius, ſcilicet Pe-
rat, quem Euphratem dicunt, denotat igniuomum ſpiritum: qui voli-
tabat ſuper aquas, eas confouendo, ad genituram omnium viuẽtium:
ſicut ſcriptum eſt. Producant aquæ ſerpituram animæ viuentis. *Gen.1.*

486 Quid eſt Gihon: & quid ſignificat? Ipſe eſt, quẽ Nilũ vocamus
dictus Gihon, quod pectus ſignificat: denotans aquam, quæ ſine pedi-
bus graditur & currit ſuper pectus ſuum. Et hæc aqua denotat verbum
& filiũ, aut virtutẽ eius: qui dicitur aqua ſapientiæ ſalutaris: egrediens
è voluptate, quã Pater æternus habet intelligendo ſeipſum. Nam tunc
verbum & filium producit. Vnde ambo, pater videlicet, & filius vnà cũ
Spiritu ſancto fluentes irrigant virtute ſua vniuerſa, ſimul ſemper con-
currentes: cũ opera Trinitatis ſint indiuiſa: vt notiſſimum eſt apud oẽs
Theologos. Quæ tres pſonæ denotantur per tres literas contentas in
magno Dei nomine: ꝙ quamuis ſit quadrilaterum: non tamen diſcedit
à ſuo ternario: cum eadem litera in eo geminetur. Vnde magnum Dei
nomen apud Sapientes expreſſam Trinitatem indicat.

487 Quid eſt Phiſon? Ipſe quidẽ eſt præcipuus fons voluptatis. Hinc
nõ ſine myſterio primò in Scriptura ſacra nominatur: vbi fit ſermo de
irrigatione, quã facit aqua, & influxus fontis voluptatis: qui eſt vnicus
diuiſus tamẽ in quatuor capita: vt inquit textus. Quæ quatuor capita *Ibid.2.*
ſunt tres perſonæ diuinæ, de quibus diximus, & eſſentia ipſa: quæ tamẽ
non conſtituit propriè quaternarium, cum quælibet perſona identifi-
cetur (vt aiunt) cum ea. Vnde non diſcedit diuinitas à ſuo ternario: ſicut
nec nomen ipſam indicans: vt nuper diximus. Et Phiſon hunc alibi di-
ximus ſignificare terrã, eſſentiã vidilicet diuinã: de qua Iſaias ait Ape- *Iſa.45.*
riatur terra & germinet ſaluatorẽ. Et pſalmograph⁹. Credo videre bo-

492 Quid eſt mõs Galehed ſeu Gilahad ſecũdo loco in ſcriptura celebratus? Eſt mõs pertinẽs ad promiſſam terrã: quãuis vltrà Iordanẽ ſitus ſit. Et hic interpretatur cumulus teſtimonij: ſic dictus à Iahacob, & Labã: qui ibidẽ erexerũt cumulũ lapidũ, in teſtimoniũ ꝙ neuter illorũ montẽ illũ tranſiret in offenſionem alterius. Et eſt mõs valde frugifer. Propterea ipſum petierũt filij Reubẽ & Gad à Mose pro paſcuis pecudũ ſuarũ: vt in libro Numerorũ legimus. Si verò allegoricè loquamur: hic eſt locus pacti in Archetypo (vt in antiqua Theologia docemur) vnde nõ ſolũ habemus paſcua pro vita cõſeruãda, ſed ipſam vitã. *Gen.31.* *Num.32.*

493 Quid eſt Sina? Nõnè eſt mõs in Arabia omnibus notus: vbi ſeſe Deus in igne oſtẽdit: quia ibidẽ daturus erat igneã legẽ, de qua Moſes ait. Et in dextera eius ignea lex? Vnde & cũ legẽ daret, mons ardere videbatur: vt in Exodo legimus. Legẽ itaq; igneã dedit, aliquãdo datur⁹ Euãgeliũ aqueũ: quod ardorẽ legis contẽperaret. Dict⁹ autẽ fuit Sina: quo vocabulo dicitur & rubus, in quo ardenti Deus Moſi locutus eſt. *Gal.4.* *Deut.33.* *Exo. 19. & 20.* *Ibid.3.* *Ibidem.* *3. Reg.19.*

494 Quid eſt Horeb? Nõnè eſt alterũ cacumẽ eiuſdẽ mõtis: vbi familiariter egit Deus cum Moſe & Elia? Quod cacumen reddit montem illum bicipitem fœliciori auſpicio, quàm Parnaſſus ille à Poëtis celebratus. Hinc enim Poëticus furor replebat. Vates ad decantanda naturalia ſecreta, ſub inuolucris fabularum: inde autẽ edoctus fuit Moſes ad deſcribẽda diuina ſub velamine non fabularum, ſed verarũ rerũ creatarũ. Propterea benè dicitur cacumen illud Horeb, id eſt, ardor ſignificãs ardorẽ & furorẽ illũ Sancti ſpiritus, à quo Moſes docebatur.

495 Quid eſt Sion? Nõnè hic eſt mõs ille in ſcriptura celebratiſſimus, quem elegit Dauid pro habitaculo? Vnde nõ ab re palatiũ ædificauit in eo mõte, qui ſpecula dicitur: cũ eſſet cõſtitutus ſpeculator ſuper vniuerſum gregẽ Iſraëlis. Per quẽ mõtẽ (ſi allegoriã, quã celebrat Paulus, proſequi voluerimus) locus ille in Archetypo ſignificatur: vnde (ſicut Iſaias ait) venit lex. Magno itaq; myſterio Dauid hũc montẽ elegit: vt ex ipſo diuino lumine colluſtratus ſpeculari poſſet ſuper gregẽ ſuũ: ſicuti cõiũctus dicitur loc⁹ ille cũ loco regni pro regno adipiſcẽdo & regẽdo. Qui locus à ſecretiorib⁹ Theologis dicitur באר שבע Beerſabah id eſt puteus ſeptẽ. Quod deſcriptũ eſt ſub typo Berſabee, quæ fuit ipſius Dauid propria, ac legitima vxor. Vnde & filius eius, iubẽte Dño, tãquã verus hęres, cõſtitut⁹ eſt in Regẽ pro patre: ſicut in tertio Regũ volumine legimus. *Gal.4.* *Iſa.2.* *3. Reg.1.*

496 Quid eſt propriè Beerſabah? Nõnè באר beer hebraicè puteus dicitur, & שבע ſabah ſeptem? Vnde Beerſabah puteus ſeptẽ dicitur: quià illic colliguntur ſeptiformes emanationes: quas noſtri vocant ſeptem dona ſpiritus· quibus omnibus repletus fuit Redẽptor: cæteri verò pro captu ſuo. Et hunc puteũ curauit Abrahã fodere: vt illas emanationes pro captu ſuo ſuſciperet: ſicuti in Geneſi legimus. Sed ipſum Philiſtæi, id eſt cadẽtes Diaboli obturare curarunt, ſuis videlicet ſuggeſtionibus prouocãtes ad peccatum, quod influxum illum impedit. Vnde iterum effoſſum fuiſſe legimus ab Izahac: quià ipſe affluẽtias illas procurauit. *Gen.21.* *Ibid.26.*

1-6-1